



4
2-a-5-12

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29



Handwritten scribbles or marks, possibly initials.



de la copye de luy de granada B^o R. 5961

OPVSCVLA INSIGNIORA

D. DIONYSII

CARTHVSIANI DOCTORIS ECSTATICI,

DE OMNIVM ORDINVM SIVE STATVVM INSTITVTIO-

NE, PROLAPSIONE, AC REFORMATIONE, MVLTIPlici CVM ERVDITIO-

tum pietate referta, atque nunc ex innumeris eius Lucubrati-

nibus in Corpus vnum magno studio & iudicio fe-

lecta & digesta, ac ab innumeris mendis

repurgata.

*His acceſſerunt eiſdem D. Dionyſij Libelli duo, de Regulis & Doctrina Vitæ
Chriſtianorum, nunquam antehac typis excuſi, &
diu deſiderati.*

Contentorum toto hoc Opere ſeriem poſt Indicem
offendes.

Psalm. xi.

*Seruite Domino in timore: & exultate ei cum tremore. Apprehendite diſciplinam, ne quando irateſcit
Dominus, & percutiat de via iuſta.*



COLONIAE AGRIPPINAE

Apud Ioannem Birckmannum Iunioſrem. Anno poſt natum Chriſti

ſtum 1559.

REVERENDISSIMO

IN CHRISTO PATRI, EIDEMQUE CLARISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, D. IOANNI GEBHARDO,

Electo Archiepiscopo Colonien. sacri Imperii per Italiam
Archicancellario, Principi Electori, Legatoque nato,
Vestphaliae atque Angariae Duci, &c.

D. suo Clementissimo

S. P. D.



I verum est quod Apostolus ait, non esse potestatem nisi à Deo, meritò nobis de Celsitudinis tuae clementissime Princeps, ad hoc tam sublime honoris et dignitatis culmen promotione gratulari debemus. Satis enim nobis perspectum est, Deum Opt. Max. praeclarissimis fortuna, naturae, gratiae donis tuam auxisse Celsitudinem, adeò ut in spem firmam adducamur fore, ut C. T. ijs quàm rectissimè utatur. Equidè non possum unquam sine admiratione tuas commemorare virtutes, quae cum rara quadam hu-

manitate ac clementia coniunctae, te omnibus gratissimum efficiunt, omnium in te animos, studium, et benevolentiam rapiunt. Quae si, ut speramus, in C. T. perseverauerint, iure te patrem patriae omnes uno ore conclamabunt. Vidimus iam ante annos aliquot C. T. cum duobus decessoribus suis familiarem, ac propè quotidianam consuetudinem habuisse, qua fieri non potest, quin magnam sit rerum, praesertim huius celeberrimae Diocesis, consequuta usum ac experientiam, quae ad rectè gubernandas ditiones suas, maximam illi allatura sit commoditatem. Ut enim clauum nullo negotio moderatur prudens peritusque nauclerus, nec temerè in maris fluminumque pericula impingit, ut solent eius artis imprudentes: ita in sublimi administratione alicuius provinciae loco positi, si sint bene uersati in rebus commode gerendis, multaque experientia didicerint, quemadmodum oporteat ubique suo fungi munere, dubium non est, quin idonei cum primis habendi sint, quibus id honoris et officij deferatur: nec ambigi potest, quin summa dexteritate provinciam ipsis traditam sint moderaturi. Quae cum nobis omnia de C. T. polliceamur, nihil ita fuerit necessarium, si quidem C. T. diu tranquillam Deoque gratam volet ducere vitam, quam ut ditioni suae subditos omnes pro suo quemque statu, gradu et ordine ad diuinarum humanarumque legum, ad Ecclesiasticorum Canonum constitutionumque praescriptum pro virili reformare studeat. Nam usque eò peccata nostra pro dolor increuerunt, ut ipsinet malorum nostrorum pertaesi, atque diuina in nos animaduertente iustitia, calamitatibus et flagellis circum circa seuentibus, plane perterriti, nihil nobis restare videamus, nisi ut per dignos poenitentiae fructus fugiamus

mus à ventura ira summi Iudicis: verentes ne si hanc diutius dissimulare pergamus, peccata cumulando peccatis, et in eodem semper luto hærendo, Dominus iustus, ut per Prophetam suum cõminatur, in virga tandem furoris sui nos visitare ac reformare cogatur, atque tartareis addicere flammis cruciandos. Tempus enim instare, imò iam adesse videtur, quo Iudicium à domo Dei incipiat. Quæ tamen tam horrenda mala facillimè C. T. possit auertere, si, quod speramus et votis omnibus suspiramus, Reformationem omnium statuum ditionis suæ, non ita pridem à D. Adolpho Archiepiscopo decessore suo nunquam dignis extollendo laudibus, in Prouinciali Synodo præclare meditatam velit innouare, & executioni mandare, ne qua post hac detur occasio Ecclesiæ hostibus nomen Domini blasphemandi, et Ordines Ecclesiasticos suis illis teterrimis conuitijs proscindendi, ob excessus ac abusus, quos culpa quorundam passim emergere cernunt, vnde etiã tenebriones illi in suo pertinaci confirmantur proposito. Correditis autem illis et è medio sublatis, dici nequit, quanta futura propediem sit pax & concordia inter omnes. In quam sanè curam et cogitationem, quæ ipsi summam dignitatem et gloriam non poterit non adferre, non dubitamus C. T. vltro (vbi officij suscepti ratio, ac pastoralis sollicitudo deposcunt) incubituram, quò nõ solum mali serui talentũ suũ negligentis penas subterfugere, sed & maximam apud Deum gratiam & uitam immortalẽ sibi possit conciliare, multosq; ad saniorẽ reducere mentem, suis oculis contẽplatuos, Cleri tam honestam, integram, inculpatam viuendi rationem. Atq; vt huic saluberrimo negotio etiam nos nonnihil pro virium nostrarum tenui portione inferuiamus, ac C. T. studium, suapte sponte alioqui impendiõ feruẽs, magis magisq; acuanus, selectissima quedam Dionysij nostri Carthusiani opuscula, ad omnium Ecclesiæ ordinum reformationem non parum commodi allatura, in Opus vnum compẽgimus, atq; T. C. promptissimis atq; additissimis animis dedicatum esse volumus. Solent alij principibus viris gratulaturi aliqua offerre munera: nos T. C. hanc, qua te Deus affecit, dignitatem gratulari ex animo cupientes, munus hoc literarium nuncupamus, planè persuasi T. C. animi potius nostri candorem ac studium, quàm munusculi pretium ponderaturam. Toto hoc opere videbit T. C. nostrum Dionysium hoc agere voluisse, vt Ordines omnes & Ecclesiæ Catholiçæ status, quantum in ipso esset, ad eam vitæ instituendæ rationem traduceret, aut potius reuocaret, quæ tũ diuinis, tum humanis legibus, omnibus præscripta sit. Phrasis eius pro illius seculi cõsuetudine simplicior est, sed habet eruditionis plurimum. Quis verò sit tam insipiens, vt contemnendum putet arculam ligneam pretiosissimas gemmas continentem? Obsequutus est Dionysius suo seculo: qui si in hæc tẽpora incidisset, & Patrũ monumentis tanto numero vti ei licuisset, alijsq; literis politioribus, fortassis nemini ille secundum se in omnium disciplinarum genere prebuisset. Quòd autem tantam illi visum est operam ponere etiam in illis conscribendis, quæ ad eius institutum, nempe Carthusianũ, non magnopere pertinere videntur, fecit charitas ardentissima, quæ non querit quæ sua sunt, sed aliorum. Aderat ei ingenium perspicax, aderat memoria vsq; ad stuporem tenacissima, aderat voluntas proximorum saluti totam se impendere sitiens, atque

his

his impellentibus, noctes atq; dies dulce habuit transigere studio legendi, scribendi, orandi, meditandi, contẽplandi: & ad id vsq; sanitatis excreuit, vt quæ de ipso verissimè scribuntur, penè fidem excedere videantur. Sed apud rerũ spiritualium peritos videntur ista admiranda quidem, sed tamen possibilia, quia omnia possumus in eo qui nos confortat, imò & ipse Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Scripsit ergo Dionysius noster, vir extra omnem controuersiam, scientia & pietate admirabilis, de omnium castigatione ordinum, vt quod concionando non poterat, calamo efficeret: & ne pater sanctissimus desidiæ & inertie argueretur, cuius solet plerunq; arguere nostri instituti professores, illi qui vitæ nostræ planè imprudentes sunt & ignari, innumeras edidit summo labore lucubrationes, atq; inter eas etiam hæc opuscula, quibus verbi Dei præconibus amplissimam præbet concionandi materiam, vt hic vnicus liber sit quasi loco multorum, non illis ditaxat, sed & omnibus, quibus ex officio incumbit aliorum gerere curam, quæ certè C. T. non vulgaris imposta est, quanquam inuitus tanti honoris pondus in te receperis, vt testantur vel sola illæ lachrymæ, quas tam largiter effudisti, cum in Antisitem electus esses. Sciebas enim in hoc statu non minus esse oneris quàm honoris. Hinc iure mihi persuadeo T. C. talẽ se exhibiturã, vt vita sua omnibus ad Christianam pietatem incitamento sit. Solèt enim plerunq; sapientissimus Deus eos, quos ad sublimes vocat titulos, etiã raris afficere suæ gratiæ muneribus, atq; in alios prorsus viros immutare. Atqui T. C. maxima iã percepit Dei donã, quæ si indies augeatur, credè mihi, sempiternã tui ad posteros omnes memoriam transmittes. Verum ne C. T. diuina se putet ope destitutam, ecce commodum T. C. copias auxiliares misit Deus, hominum certè pietatè atq; eruditione præstantium, qui vocantur de Societate nominis IESV. Nouit eos T. C. siquidem fructus, quos ij Coloniae, socijque eorum in Indiarum terris remotissimis & regnis amplissimis, hæcenus nostro orbi incognitis, multis quoq; Europæ locis incredibiles faciunt, adeò sunt testati & illustres, vt qui eis caliginẽ suo mendacio offundere velit, ipsum se potius debonestet. Parum à Clericis habitu discrepant, sed multum discrepant professione. Institutum eorũ huc maxime spectat, vt inuentum in scholis, & populum in Concionibus publicis & priuatis Confessionibus, omnesque illos qui se eorum disciplinæ tradunt, in omni pietatè quàm optimè instituant. Ipse Imperator noster Clementissimus in suis ditionibus multos tales alit, & sua maiestate dignis fouet beneficijs: quod etiam T. C. cœpit liberalitè imitari, vt tantis laboribus pares esse queant viribus corporis. Non desunt qui eis detrahant, sed eo nomine Christianis omnibus debent esse gratiores. Non docent vt nostri Euãgelici, ventrẽ pro Deo colere, otium sectari, voluptati ac vanitati huius miseræ vitæ esse deditos, sed carnẽ cum vitijs & concupiscentijs crucifigere, quorum pijs & honestis studijs nunquam dubitamus C. T. defuturam. Quod vt nobis certius persuadeamus, facit pietas inuiolabilis maiorum tuorum, Comitum à Mansfelt, quibus præcipua cura fuit religionem, & quæ ad Dei cultum pertinent, augere semper, quorum vestigijs & T. C. magna animi contentione perpetuò vt insistat, votis ardentibus optamus. Agè princeps clarissime, Antistes Reuerendiss.

A ij quicquid

EPISTOLA DEDICAT.

quicquid habes virum in Christi gloriam conuerte. Oramus & obsecramus, vt T. C. nostrum Cœnobium ipsi additiſſimum sibi habere velit vnice commendatum, vt quemadmodum antecessores tuos perpetim erga nos summa quadam beneuolentia ac humanitate præditos experti sumus, ita & T. C. sentiamus, quam Christus Iesus ad suam gloriam ac subditorum consolationem in multos seruet annos. Ex Cœnobio nostro Kalend. Ianuarij. Anno LIX,

T. C.

Humilis Capellanus

F. Gerhardus Hammontanus prior Carthusiæ Colonienſis.

INDEX EORVM OMNIUM, QVAE HOC OPERE CONTINENTVR, ACCVRATE CONGESTVS: IN QVO PRIOR numerus paginam, alter columnam designat: literæ verò a & b columnarum sectiones.

A bbates quantum serant onus	Pagina. 422. columna 1.a	ambitio quàm sit in religioſis detestabilis	244.2.b
Abrenunciatio monachorum quid sit	222.2.b	ambitio quid sit	231.1.a
Abrenunciatio triplex quæ sit, ut alia alij coherent	538.1.b	ambitio quorundã detestabilis describitur	192.1.a
Abſtinentia præſcorum Patrum mira describitur	580.1.a. & c.	ambitio quorundã religioſorum taxatur	640.2.a
Abuſiones 12. tum ſecularium, tum religioſorum	366.1.b	ambitio quodã sit malorum author	234.1.a
Acceptio personarum quàm cauenda	43.1.a	ambitioſi quàm non serant se corripit	238.1.a
Acedia & eius remedia tractantur	633.1.b	ambitioſi quæ sunt fatui & amentes	234.2.a. 241.a
Acies militum ut sit instruenda	720.2.a	ambitioſi qui sint	231.1.b
Actio bona ut diuerſa habeat merita	836.2.a	ambitioſorum mores quales sint	249.1.b
Actiones hierarchicæ tres	560.1.b	ambitio ut mox à conuerſionis exordio extirpanda	247.2.b
Actiones hominis cur sint uariæ	540.2.a	ambitio ut religioſis præcipiè multis de cauſis ſuigienda	243.1.b
Actiones humanæ ex tribus proficiſcuntur	180.1.a	Ambroſii Episcopi encomion	76.1.b
Actiones humane multiplices	178.1.b. 931.1.b	amici Dei ſecreti qui sint	562.1.a
Actus matrimonij quando sit uel non sit peccatum	931.1.b	amicus Dei quis sit	556.2.b
Adam cur ante Euam creatus.	888.1.a	ad amorem Dei & mundi contemptum & c. exhortatio	128.2.b & c.
Aduerſa quàm & cur ferenda	884.4.	amor & cultus Dei purus quis sit	469.2.b
Adulterij nomine quæ prohibeantur	873.1.a	amores duo ut sint, ijdemq; omnium tum bonorum, tum malorum fontes	765.1.a
Adulterium quàm sit detestabile	285.1.b	amor inter coniuges carnalis nũ sit licitus	676.2.b
Affectus temporalium quàm proſtigandus	657.1.a. 810.2.a. 917.1.a	amoris Dei incitamenta	860.1.b
Aleæ ludus quot mala contineat.	2.a. 917.1.a	amor priuatus quàm noceat, & quàm sit proſtigandus	486.2.b
Alimenta uirtutem uitalem celeriter reparantia quæ sint.	530.2.b	amor triplex	279.2.a
Amare Deum & proximum ut debeamus.	313.1.a	animæ à uitijſ repurgatæ dignitas	537.2.a
Amare Deum & proximum quantoperè debeamus.	572.2.b.	anima uitijſ ſeruens quàm sit uilis	537.2.b
Amator Dei ſyncerus quis sit	279.1.a	annonæ caritas unde proficiſcatur	812.1.a
Ambitio cur sit imprimis detestanda	761.1.a	annonæ caritas ut sit ſubleuanida	812.1.b
Ambitio cur sit uitium, & ut tribus perpetretur modis	564.2.b	annus probationis apud monachos cur sit institutus	368.1.b
Ambitionem & malã libertatẽ ex Cyrillo	232.2.a	in apparitione ſpirituũ & c. quid agendũ	638.2.a
Ambitionem quæ & cur ſinus procliuus	231.2.b	appetitus ut sit duplex	643.1.a
Ambitionem quæ sit Christus ipſe execratus	250.2.a	appetitus naturalis honoris ut sit in homine deprauatus	231.2.a
Ambitionem quot mala comitentur	233.2.b	Apoſtoli locus, omnis anima poteſtatibus & c. exponitur	711.2.b
Ambitionis remedia.	233.1.a	archidiaconi ad quæ iure obligentur	96.1.b & c.
Ambitionis ſigna quæ sint.	235.1.a	archidiaconi aut per ſe ſi poſſint, aut per idoneos uiſitent	115.2.b
ambitio quàm cauenda ratione uitæ præſentis	249.2.a	archidiaconi non debent multam pecuniariam extorquere à Clericis	117.1.a
ambitio quàm fugienda ex parte Dei	248.2.a	archidiaconi Præſulum ſunt oculi	25.2.b
ambitio quàm fugienda ratione loci in quo degimus	242.2.a	archidiaconi qua debeant ratione uiſitare	109.
ambitio quàm immedicabilis & inuiſa Deo	240.2.b	archidiaconi quàm peccent malè adminiſtrando ſunt	2.6.111.1.a
	241.2.a	ationem ſuam	102.1.a & c.
	233.2.a		archidiaconi

Archidiaconi quàm præclare eruditi & sapientes esse debeant.	106.2.b.	Beneficia Ecclesiastica uno plura habere, cur & quàm sit illicitum. 84.1.b.135.1.a.157.2.a.162.2.b.165.1.b. &c. 171.1.b.194.1.a.
Archidiaconi quàm probe suo debeant fungi munere.	107.1.b.	Beneficia plura ut liceat habere.
Archidiaconi quàm sanctè uiuere teneantur.	98.2.a.	Blasphemie, perfidie &c. tentatiões ut melius nunciantur.
Archidiaconi ut dignitate, ita & sanctitate proximi esse debent Episcopis.	98.2.a.	Bona externa ut sint triplicia.
Archidiaconorum officia quæ sint.	Folio 25.1.a. &c. 97.1.b.	Bona temporaria ut sint propria & communia.
Archidiaconus ut præstet presbyteris.	25.1.b.	Bona temporaria Christiano quatenus appetenda.
Archidiaconus ut sit maior, itemq; inferior presbyteris.	101.2.a.	Bona temporaria cur Ecclesiis collata.
Armorum duplex usus.	723.2.a.	Folio 83.2.b. & 134.2.b.
Ars militaris describitur.	844.2.b. &c.	Bona temporaria ut debeant esse communia.
Ars omnium difficilima que sit.	239.2.a.	
Auaritiæ remedia.	881.1.b.	C Ain munera cur despexerit Deus.
Contra Auaritiam ex Patribus.	880.1.a.	Canonæ XIII. ad Christianos omnes pertinentes.
Auaritiam quàm damnet scriptura.	878.2.a.	Canonæ monastici quantoperè commendent charitatem.
Auaritiam quàm fugienda Episcopo.	69.1.a.	Canonici cur non debeant arma gerere &c. Folio 136.2.b. &c.
Auaritia quæ uitada Ecclesiasticis uiris.	105.1.b. &c.	Canonici quàm debeant fugere crapulam & ebrietatem.
Auaritia quot malorum auctor.	69.1.b. 880.2.a.	Canonici quàm sanctè uiuere teneantur.
Auaritia tractatur & remedia eius.	626.2.a.	Folio 135.1.a. & 196.1.a.
Auaritia unde proficiatur.	881.1.a.	Canonici quàm sint à suo statu prolapsi.
Aureola quibus uirginibus præstetur.	856.1.a.	Canonici unde traxerint originem.
Aureola quid.	855.2.b.	Canonicorum uita describitur.
		Canonicus quis merito dicendus.
B.		in Cantu Ecclesiastico quæ uitanda.
Bartholomæus Apost. fuit nobilis.	780.2.b.	Capilli tonsi in monachis quid significant.
Bella non nisi iusta gerenda.	721.1.b.	Caritas annonæ unde proficiatur.
Belli euentus ut sit Deo committendus.	725.2.a.	Carnes num sint necessariae ad tuendam uitam.
in Bellis plus prodest industria quàm uires.	827.1.b.	Carnis uitia ut superanda.
in Bellis quædam industrie gesta commemorantur.	729.1.b. &c.	Caro cum suis uitijs, ut edomanda.
in Bellis quibus sit utendum cautelis.	832.2.b.	Caro ut tentet hominem.
in Bellis ut sit etiã humana industria & opera utendum.	830.2.a.	Carthusiana Cœnobita que à quibus summis Pontificibus extructa.
in Bello iniusto num subditi teneantur uiuere principem suum.	832.1.b.	Carthusiani quàm cautè alios admittant in suam sodalitatem.
ad Bellum duplex que sit preparatio.	828.1.a.	Carthusiani quibus uacant exercitijs.
Bellum num sit iustum ut inquirere debeant pugnatu.	832.1.a.	Carthusiani, quod perpetuò abstinent carnibus, reatè faciunt.
Bellum ut sit licitum & iustum, quæ eò requirantur.	728.1.b. 831.2.a.	Carthusianorum ordo quàm sit à summis Pontificibus commendatus, &c.
Beatitudines octo ut omnes obligent Christianos.	Folio 12.1.a.	Carthusianorum Ordo unde cepit.
Beatitudo cœlestis ut sit scopus omnium rectè factorum.	484.2.a.	Carthusianorum professio quàm sit commendata à D. Bernardo.
Beatitudo duplex.	532.2.a.	Carthusianus ordo cuiusmodi sit.
S. Benedictus non fuit sacerdos.	102.1.a.	Carthusianus ordo prædicatur ex uerbis & gestis sanctorum uirorum.
Beneficia Dei ut commemoranda.	474.1.b.	Castitas ex uoto quàm sit præclara.
Beneficia Ecclesiastica cur instituta, & quibus conferenda.	83.2.b.	Castitas mentis & corporis ut tuenda.
Beneficia Ecclesiastica iuste distribuenda.	84.1.b.	
Beneficia Ecclesiastica qua intentione sint recipienda.	189.1.a.	

Castitas quæ præclarior, uirginum an uiduarum.	868.1.b.	Christus cur in mundum uenerit.	877.1.b.
Castitas seruanda Clericis.	118.1.a. &c. 148.1.b.	Christus exemplar Christianæ uitæ.	62.2.a.
Castitas triplex.	862.1.a.	clementiæ aliquot præclara exempla.	665.1.a.
Castitatis uotum ut uioletur.	403.2.a.	ad Clementiam quæ Principem uel Iudicem permodè uere debeant.	706.2.a. 707.2.a.
Catonis memorabilis sententia.	41.2.b.	clementia quantoperè sectanda Principi.	664.2.b.
Cœnobii religiosorum utriusq; sexus multa consuetudines quàm sit utile Reip.	826.1.b.	clementia quid sit, & ut differat à Misericordia.	664.2.a.
in Cœnobio & solitudine non proficere quàm sit periculosum.	494.1.b.	Clerici bonis Ecclesiasticis abutentes ut obligentur ad restitutionem.	183.2.a.
Cœnobitis omnibus quid commune.	29.2.a.	clerici cur in capite coronam gerant.	169.2.a.
cellæ mira encomia.	548.1.a. &c.	Clerici cur sic dicti.	134.2.a.
cella quàm studiose sit colenda monachis.	516.2.a.	Clerici & Canonici quàm & cur uitare debeant mimos, ludum alearum, &c.	142.2.b.
	545.2.b.	Clerici incontinentes quàm sint execrabiles.	119.2.a. 327.2.b.
charitas quid sit.	68.1.b.	Clerici incontinentes quibus olim poenis affecti.	138.1.a. 325.1.a.
charitas fraterna commendatur, & quando perfecta sit.	563.2.b.	Clerici quàm non debeant habitare cum feminis.	120.1.b. 147.1.a. 326.
charitas fraterna perfecta quid exigit.	68.1.a.	Clerici quatenus possint bellis interesse.	729.1.b.
charitas minima ut quanis cupiditate fortior.	18.1.a.	Clerici quibus de causis debeant fugere luxuriam.	338.2.a. &c.
charitas quæ & quàm necessaria.	17.1.a.	Clerici qui habent ex patrimonio satis, num in suos usus uertere possint bona Ecclesiastica.	160.1.b. 187.2.b.
charitas quibus studijs perficiatur.	451.2.a.	Clerici rebus Ecclesiæ ad fastum abutentes quàm peccent.	162.1.a.
charitas scopus omnium monasticorum ordinum.	392.1.b.	Clerici sua superflua quibus teneantur erogare.	183.1.a.
ex Charitate alij præsidere quid sit.	42.2.a.	Clerici ut debeant obseruare decorum.	169.2.a.
in Charitate ut proficiamus, quæ sint admodum.	519.2.a.	Clerici ut uiuere debeant.	28.1.a. 99.2.b. &c.
charitatis excellentia.	17.1.a. 562.2.b.	Clericorum gradus numerantur.	134.2.a.
charitatis necessitas & excellentia.	562.2.b.	in Clericos improbos ex D. Bernardo.	128.1.a. &c.
charitatis quis sit ordo.	68.2.a.	Cleri reformatio quàm utilis & necessaria Ecclesiæ.	741.2.a.
chores quàm sint perniciose.	788.2.b.	cogitationes uel meditationes quales assumenda.	468.1.b. 478.1.a.
in cibo & potu ut septem peccetur modis.	659.1.b.	cognati ut Christi amore contemendi.	949.1.a.
cibus, potus, somnus qua moderatione capienda.	459.1.a. 504.1.b. 535.1.a.	communio Sanctorum quid sit.	276.2.b.
circumstantiæ dominicæ passionis ut sint cogitanda.	610.1.b.	concilia generalia non celebrari quàm perniciosissima Ecclesiæ.	740.2.b.
cines qui debeant esse periti rei bellicæ.	827.1.b.	Concionatores ut populum debeant ad obseruanda Dei præcepta instituere.	278.1.a.
ciuitas quid sit.	799.2.b.	concordia ut sit duplex, & utrã liceat perturbare.	732.1.a.
Christiani impij quibus comparandi.	15.2.a.	Concubinarij data poena pecuniaria quàm impietati terentur.	116.2.a.
Christiani omnes cur uigantur.	257.2.a.	Confessarius erga confitentes ut se gerere debeat.	302.2.a.
Christiani oēs ut sint reges & sacerdotes.	257.2.a.	confessio peccatorum mortalium ut fieri debeat.	304.1.a.
Christiani pleriq; quàm sint improbi.	14.2.b.	confessio sæpè facienda.	899.1.b. 917.2.a.
Christiani, uita cuiusmodi esse debeat.	5.2.a. &c. & 135.1.a. 166.1.b.	confessio ut sit facienda.	918.2.a.
Christianorum duplex genus.	185.1.a.	confiteri.	
Christianorum quanta olim pietas.	7.2.a.		
ad Christianum quemlibet quæ pertineat.	898.1.a. &c. 925.2.a.		
Christianus quàm de beat. inherere Deo.	13.2.b.		
Christianus quibus obedire teneatur.	904.1.b.		
Christianus quid debeat sibi ipsi.	642.1.a.		
Christianus quis sit.	7.1.b.		
Christianus ut suum possit tueri nomen, qualis esse debeat.	7.1.a. 166.1.b.		
in Christum Deum & hominè ut credendū.	275.1.a.		

INDEX

confiteri crebro quam sit conducibile	301.1.b	Decanus ut se gerere debeat	28.2.a.161.1.b
coniuges se se mutuo diligere debeant	31.2.b.890.b	Decime ut sint persoluendae	39.2.a
coniuges ut tempus suum expendant	913.1.b	Decimas soluentes quae praemia, non soluentes quae supplicia maneat	39.2.a.300.1.a
coniuges ut uiuere teneantur	291.1.b	Decreta Summorum Pontificum et conciliorum quam reuerenter obseruanda	431.2.b
coniugis bonae et male bonae et incommodae	895.2.b	Desperatio impugnatio ut propulsanda	638.2.a
coniugium ad quae quique referatur	683.1.a	Deuotio sensibilis si sit ex charitate nec ne, unde cogitari liceat	374.1.a
conscientia ut sua cuique quotidiè exploranda	109.1.a	Deuotio uera quae sit	373.2.b
consilia mulierum subita ut sint optima	677.2.b	Deus num possit uideri in hac uita	55.2.b
consiliarij boni quam sint utiles Reip.	811.2.b	Deus quam perspicue norit omnia	553.1.a
ad Consiliarios, ut sint boni, quae pertineat	811.1.b	Deus quam sit amabilis	567.1.b
consolationes diuinae quibus utiliter negentur	372.2.b	Deus quam sit clemens erga peccatores	585.2.a
consuetudines receptae num mutandae sint	703.1.a	Deus quid sit, ex diuersorum sententia	554.1.b
in Consulendo quae obseruanda	652.1.b	Deus ut cuiuslibet Christiano colendus	71.1.a
Consulum et Senatorum officia describuntur	41.1.a. etc.	Deus ut et quare sit amandus	468.2.b.904.2.a
contemplandus ut sit Deus	521.1.b.523.1.a	Deus ut nihil sit eorum quae de eo dici queant	561.1.a. etc.
contemplari quid sit	465.2.b	Deus ut norit iustos, iniustos nesciat	194.1.a
contemplatio Dei quam sit suavis etc.	567.2.b	Deus ut possit cognosci	759.2.a
ad Contemplationem ut multae sint uiae	522.2.a	Deus ut sit contemplandus in creaturis	555.1.a
ad Contemplationem ut pertingendum	466.1.a	Deus ut sit contemplandus in operibus et donis gratiae	556.1.a
in Contemplatione quis ordo seruandus	558.1.a	Deus ut sit Omnipotens	274.1.b
contemplationi ut sit uacandum	471.2.a	Diaconi et subdiaconi obligantur ad continentiam	27.2.a
contemplatores sunt actiuos praefereendi	383.2.a	Diaconi ut se gerere debeant	27.2.a
continentes esse Clerici quot rationibus obligentur	118.2.b.148.1.b	Diebus festis quid agendum	907.1.b
continentiam ut promittant clerici	117.2.b. etc.	Dignitates cur deserviendae	23.2.a8.240.1.a
contritio uera quid requirat	18.1.a.767.1.a	ad Dignitates Ecclesiasticas qui promouendi, qui non	124.1.a
in Conuicijs Clericorum quae obseruanda	169.2.b	ad Dignitates et officia qui promouendi, qui non	247.1.a
copula coniugum quando uirtus, quando uitium sit	677.1.a	Diligere Deum quid sit	520.2.b
corporalia omnia ut sint ad spiritalia referenda	776.1.b	Diligere Deum super omnia quid sit	17.2.b
correptio fraterna ut exercenda	298.1.a	ad Discendum quae plurimum conferant	357.1.a
correptio sui quam libenter ferenda	298.1.b	Discordia num possit interdum licite excitari	833.2.b
in corrigendis aliorum uitijs quae obseruanda	360.1.b	Discretio commendatur	3.b. etc.
cor ut sit Christo preparandum	754.1.b	Discretio quam sit seruanda nouitijs	368.2.a
cor ut sit perpetuo custodiendum	446.2.a	Discretio quam sit utilis et necessaria	500.2.a
crapula quam sit perniciosa	139.2.a	Discretio ut sit in omnibus adhibenda	459.2.b
creature ut sint quaedam Dei imago	555.1.a	Dispensatio quando non ualeat	533.1.a
creatura rationalis ad quid condita sit	14.1.a	Dispensatio quid sit, et ut fieri debeat	122.1.b
cupiditas quam uitanda religiosis	228.1.a.404.1.b	Dissentio inter Principem et populum orta ut soluienda	705.1.b.823.1.a
cupiditatis nomine quae prohibeantur	285	Diuites instituntur	48.2.a. etc.
curionum officia tractantur	26.2.a. etc.	Diuitiae quò conferendae	882.2.b
		Diuitum uitia quae sint	48.2.a
		ad Docendum bene quae conferant	364.1.a
		Dolor de peccato quantus esse debeat	767.1.a
		Dona Dei ut sint alia alijs praestantiora	772.1.a
			Dona

INDEX

Dona septem Spiritus sancti quid sint et eorum effectus	191.a	Episcopi quam hospitales et misericordiae operum studiosi esse debeant	63.1.a
Dormire in pace in idipsum quid sit	536.2.a	Episcopi quam mites et patientes esse debeant	65.2.b.77.2.a
		Episcopi quam peccent prouentibus ecclesiasticis male utendo	90.2.a
E		Episcopi quam perfecti esse debeant	58.2.a.60.2.a
Ebrietas quam fugienda clericis	103.2.a	Episcopi quam prudentes et sapientes esse debeant	62.1.a
Ebrietas quam sit nocua	354.1.b	Episcopi quanta debeant esse eruditione praediti	67.1.a
Ecclesia militantis uariae appellationes	13.2.a	Episcopi quanta sit dignitas	58.1.a
Ecclesiae planctus	746.1.a.752.2.a	Episcopi quibus debeant speciatim esse ornati uirtutibus	60.1.a
Ecclesiae reformatio ut sit aggredienda	740.1.a	Episcopi uita qualis esse debeat	76.2.a
Ecclesiae ruina et deformitas quanta	14.2.b. etc.	Episcopi ut à Deo impetrare debeant gratiam subditos reformandi	93.1.b
Ecclesiam cur interim permittat Deus ab impijs premi	748.1.b	Episcopi ut quotannis subditos uisitare debeant	110.1.a
Ecclesiam quantopere dilexerit Deus	14.2.a	Episcopi ut sibipjs praecipue inuigilare debeant	57.a
Ecclesia quam sit foede prolapsa, quaeque huius sit causa	747.1.b	Episcopi ut sint obligati ad sacrificandum	92.2.b
Ecclesia queritur de filijs suis	746.1.a	Episcopi ut in externis quam internis rebus gerere se debeant	23.1.b
Ecclesia quorum uitio tantam fecerit ruinam	89.1.a	episcoporum cuiusmodi sit status	23.1.a
Ecclesia quos habeat persecutores	746.2.b	episcoporum et praelatorum uitia peculiaria, et eorum remedia	79.1.a
Ecclesia ut sit structura, domus et thronus Dei, templum et holocaustum Dei, etc.	14.1.b	episcoporum memorabilis institutio	78.1.a. etc.
Ecclesia ut sit una, sancta et Catholica	276.2.b	episcopos, ut suis probe fungantur officijs, quae debeant permouere	72.1.a
Eleemosynae commendatio	289.1.a	episcopum non debere esse percussorem ut intelligendum	66.1.b
Emanatio personarum diuinarum interna quae sit	527.1.b	episcopus in qua potissimum curam debeat incumbere quotidie	79.2.b
emptio et uenditio qui fieri debeat	308.1.a	episcopus malus ut adultero comparetur	75.2.a
emptor et uenditor quando ad restitutionem obligentur	55.1.b	episcopus malus quibus rebus comparandus	76.1.a
Epiphania quid sit, et quatenus humanis legibus adhibenda	220.1.a	episcopus sponsus est ecclesiae suae	59.2.b
Episcopatus quam temere appetatur	89.2.a	episcopus unde debeat reformationem ordinari	80.2.a
Episcopi ad quae se obligent	59.1.a	episcopus ut debeat crebro ad sese redire, seque explorare	73.1.a
Episcopi cum quibus debeant suas curas communitate	80.1.a	episcopus ut subditos suos omnes reformare debeat	80.2.a. etc.
Episcopi dum consecrantur, quae promittant	59.1.a. etc.	episcopus ut tum erga se, tum erga suos se gerere	23.2.b
Episcopi dum male uiuunt, quot uitijs implicentur	71.1.a	epistola parenetica Dionysii ad Imperatorem et principes Christianos	737.1.a
Episcopi familia ut instituta esse debeat	81.1.a	equestris ordo quam à pristina dignitate degenerare	819.1.b
Episcopi functio quam sit periculosa, exemplis probatur	91.1.a. etc.	equites aurati quibus debeant praecipue conspiciui esse uirtutibus	837.1.b
Episcopi num possint suam deferere functionem	59.2.a	equites aurati qui et quales fiant	835.2.b
Episcopi num quò minus sanctè uiuant, iustam habeant excusationem	74.1.b	equitum auratorum officia quae	836.1.a
Episcopi parum docti quid agere debeant	62.2.b	equites auratos, si sint iusti, quae praemia, si mali, quae supplicia maneat	840.1.a. etc.
Episcopi plerique quam male uiuant	73.2.a		equitima
Episcopi potissimum spiritalia curabunt	75.1.a		
Episcopi quae non possint nuncupare nota	59.2.b		
Episcopi quales debeant officijs ecclesiasticis et ciuilibus praeficere	82.1.b.85.1.b. etc.		
Episcopi quales esse debeant	22.1.a. etc.		
Episcopi quam casti et sobrii esse teneantur	61.1.b		
Episcopi quam debeant seruire charitate Dei et proximorum	67.2.b		

INDEX

equitum uita qualis debeat esse	837.2.b	Fucare faciem quam sit detestabile	779.1.a
Eua cur de costa ad e facta	884.b	Furti nomine que prohibeantur	284.1.b
euangelij excellentia	51.a & 61.b & c.		
euangelij scopus	848.1.a	G radus altior in Ecclesia uitam possit sanam	261.a
ad eucharistiam sumendam ut preparari debeant	266.2.b	Gratia quanta sit uirtus	368.1.b
sacriticatur	267.1.a	Gula & ebrietas quam sit fugienda studiosis	354.1.a
eucharistia quibus de causis instituta	19.2.a	Gula & eius remedia tractantur	635.1.a
exempla eorum, qui misericordiae operum studiosi fuerunt	804.1.a		
exempla quaedam praeclara egregiorum Principum	634.2.a	H omicidij nomine que prohibeatur	283.1.b
exercitia diuersa per uices habenda	488.1.b	Homicidium triplex	284.1.a
exercitia incipientium, proficientium, perfectiorum describuntur	928.2.a	Homo quam multis indigeat	482.2.b
exercitia pietatis que cuique Christiano sectanda	540.2.b	Homo quanta sit dignitatis ex donis naturae & gratiae	611.2.a
exercitia ut non omnibus eadem sectanda	541.1.a	Homo solus ut aut Deus, aut bestia	547.2.b
in exercitu impios habere stipendiarios quam noceat	743.1.a	Homo ut sit bestia	349.1.a
		Honestas Clericorum in quibus sita sit	156.2.b
		Honestum quid sit	168.1.b
		Honestum appetitum cur natura in sit homini	156.2.a
F ama alterius laeditur tripliciter	310.2.a	Honestas dici ut sint Praelatis distinguenda	231.2.a
Fama bona quantoperè curanda	206.2.b	Hospitalitas Clericorum qualis esse debeat	74.2.b
	232.1.b	Hospitalitas & misericordia quam colenda ministris Ecclesiae	189.2.b
Familia Principum qualis esse debeat	685.1.a	Hospitalitas & misericordia quam colenda ministris Ecclesiae	104.1.b & c.
Festis & Dominicis diebus que agenda, que cauenda	282.1.a	Hotes anima quot sint	590.2.b
Festa ut sint celebranda	774.2.a	Hotes, contra quos initur bellum, ut sint diligendi	725.2.b
Fidei quot sint articuli	277.2.a	Hotes Episcopi tres qui sint	77.2.b
Fides Christiana quam sit certa	697.2.a	Hugonis Gratianopolitani Episcopi encomion	23.2.a & 93.2.b
Fides informis que sit	16.2.a	Humanitas Christi quam erga nos Dei testetur a morem	556.1.b
Fides que necessaria omnibus	16.1.b	Humilitas iter ad Paradisum	229.b
Fides sola non sufficit	135.1.a	Humilitas quam efficax contra tentationes remedium	608.2.a
Fides ut successu temporis creuerit	273.1.b	Humilitas quam sectanda solitarijs	499.2.b
Filij Dei occulte qui sint	562.1.a	Humilitas quam sit cunctis necessaria	545.1.a
Felicitas humanae mentis in quo sita sit	552.1.a	Humilitas quam sit necessaria principi	770.1.a
ad Felicitatem que tria perducant	691.2.b	Humilitas quibus de causis etiam quantumuis potentibus summo perè sectanda	666.1.b
Feminae cur medium plerumque excedant	53.1.a	Humilitas quid sit	667.1.a
Feminae illustres ut ad Confessionem & communionem sacram accedant	757.2.b	Humilitas ut obtinenda	770.1.b
Feminae illustres ut in edibus sacris se gerant	757.2.a	Humilitatis magnorum principum illustra exempla	668.1.a
Feminae illustres quibus utentur uestibus & ornamentis	758.1.b		
Feminae que bona, que mala habeant	675.2.a	I eiunia & alia corporis castigationes quot habeant utilitates	538.2.a
Feminae quam perniciose se comant	53.2.a	Ignobiles uere qui sint	766.a
Feminae quas habeant naturales proprietates	401.1.a	Ignorantia ut sit maximum uitium	291.1.b
		Imago Dei in homine ut reformetur	528.2.b
Feminae quibus sint uirtutibus praeditae	52.2.b	Impatientiae remedia	630.1.b
Feminae quibus subiaceant uitij	53.1.b	Incarnatio Christi quantam erga nos declarat Dei bonitatem	
Feminae secreta male celant	677.2.b		
S. Franciscus fuit Diaconus	101.1.a		
Fornicationis nomine que prohibeantur	284.2.b		
Fortitudo animi quanta debeat esse in Principibus	655.2.a		

INDEX

Bonitatem, &c.	378.2.a	Iudices num possint reos à poenis meritis absoluerent	705.2.b
Inclusa que debeat suae uitae scopum habere	458.1.b	Iudices quam non debeant sententiam protrahere	807.2.b
Inclusa quibus debeat exercitijs occupari	461.1.b	Iudicia temeraria quam sint grauius peccata, & quae toperè uitanda	507.2.a & 543.2.a
Inclusa ut linguam suam moderari debeat	460.1.b	Iudicis iniqui terribile supplicium	43.2.a
Inclusa ut se erga suos Cofessarios gerent	465.2.a	Iudicium Dei attentè cogitatu quid praestet	615.2.a
Inclusa ut singulos dies expèdere debeat	463.1.a	iudicium diuersissimum cur ferent ijs, qui praesunt alijs	94.a
Inclusa ut uitam suam primò instituerent debeat	456.2.a	iudicium extremum quam erit horrendum	95.a
Incontinentes Clerici quam dire olim puniti fuerint	88.2.a & 121.2.a	ad iudicium iustum que tria requirantur	696.2.a
Incontinentes Clerici quibus hodie poenis afficiendi	122.2.b	iudicium officia que sint	41.2.a & 42.1.b & c.
Incontinentia Clericorum quam sit detestabilis	119.1.a & 137.2.b & 150.1.a & c.	iuramenti tres debent esse comites	281.1.b
Incontinentia quantoperè fugienda ijs, qui sunt sacris initiati	322. & c.	iurare per membra &c. Dei, quam sit immane crimen	774.1.b
Indifferentia ut sint petenda à Deo	725.1.b	iurare quam non liceat	774.1.b
Indiscretio quam multos euertit	533.2.a	iurare quando sit ueniale, quando mortale peccatum	281.1.a
Inferni supplicia quanta, & ut profint cogitata	617.1.a	iurare quando sit uirtutis	282.1.a
Inferni supplicia ut sint cogitanda	763.1.a	iuris & regiminis ciuilibus quis finis	645.2.a
Infernum dicitur quatuor modis	276.1.a	iuris tam diuini quam ciuilibus quis scopus	40.2.a
Insula episcopalis mystice quid	78.1.a	ius ciuile cur non in que uis maleficia animaduertat	40.2.b & 55.1.b
Ingeniū perspicax quam sit praeclarum Dei munus	353.2.a	institia originalis quid sit	528.1.b
Inimici cur amandi	870.2.b	institia originalis quo ordine sit recuperanda	534.1.a
Iniuria quando condonanda, quando ulciscenda sit	838.1.b	institia quam deceat moderatores Reip.	805.1.b
Inobedientia quado & quale sit peccatu	405.2.a	institia quam deceat Principes	653.1.a
Insidij uti in bellis num liceat	728.2.b	institia quam insignis fuerit in quibusdam Ethnicis principibus	654.1.a
Inuidia cum ipsius remedijs tractatur	631.2.b	institia quam praeclare praediti fuerint principes quidam fideles	655.1.a
Inuidia signa & nocumenta	563.1.b	iuuenes que mala, que bona habeant	50.2.b
Inuidia & odium quam nocent, & agrè eurentur	632.1.a	iuuentem à teneris probè institui quantum proficit	365.1.a
Ioannes Gerson, dicens Carthusianos quodam casu de bere uesci carnis, resellit	582.1.b	iuuenem mores boni quid	50.1.b
Ioannis Brugman encomion	3.a	iuuenem uita instituitur	50.1.b & c.
Ira duplex	663.2.b		
Ira & impatientia, & utriusque remedia tractantur	630.1.b		
Ira quam impediatur rationem, quamque uitanda Principi	663.1.a	L abor manuaris qua moderatione religiose exercendus	507.1.a & 543.1.b
Ira quam sit fugienda religiosis	413.1.a	Leges & consuetudines urbium num sint mutandae	703.1.b & 822.1.b
Ira fci uitij aliorum quatenus liceat	564.1.b	Leges humanae cur admittant interpretationem	705.1.a
Iudei cur olim permisi sint à Christianis apud ipsos degere	813.1.b	Leges humane cur etiam mala quaedam permittant	702.1.a & 824.1.b
Iudei num sint permittendi degere apud Christianos	813.1.b	Leges humane que prohibeant	702.1.b
Iudex quando debeat ferre sententiam etiam contra innocentes	825.1.a	Leges interpretari quorum sit, & quorum non	217.2.b & 823.2.b
Iudex ut iuste & dignè iudicet, que tredecim eodere requirantur	697.1.a	Legis partitio	220.1.b & c.
Iudicare alios qui sint indigni	808.2.b	Lex Euangelica quantam sit excellentie	168.2.a
ad iudicandum iuste & dignè que requirantur	806.1.a	Lex humana & diuina ut inter se distent	55.1.b
		Lex humana qualis esse debeat	645.1.b

INDEX

Lex humana ut bifariam dicatur	220.1.b	133.2.a
Lex humana quo casu possit etiam à quolibet interpretari	709.1.b	690.2.a
Lex que quinq; spectet	701.2.b	Maria uirgo q̄ sit amada, & ut contēplāda 558.2.a
Lex quid sit	645.1.b	Maria uirgo ut sit mediatrix & aduocata nostra, quantaq; dignitatis, & quantoperē ueneranda 511.2.a.558.2.a. &c.
Lex ut sit multiplex	644.2.b	Mariti erga coniugem officia que 674.2.b
Lingua refrenatio quam sit utilis ac necessaria	508.2.b.546.1.a	Mariti num debeant sua secreta aperire uxoribus &c. 893.1.a
Locus aptus ad bella deligendus	731.1.a	Mariti que suis debeant coniugibus 890.1.a
Loquacitas quam fugienda uirgini	853.1.a	Maritorum in uxores dominium quale sit 32.2.b
Loquendum ut sit	547.1.a	Maritus que octo sue cōiugi prestare teneat 31.1.a
Lucrum quatenus spectare liceat	56.1.a	Matrimonia clandestina quam uitanda 38.2.a
Ludi & ioci quatenus liciti sint uel illiciti	312.2.a	Matrimonij encomion 886.1.a
Ludi & recreationes animi quatenus admittenda Principi, & que in eis cauenda	658.1.a	Matrimonij incommoda 886.2.a
Ludi, ioci, uanitates &c. cur meritò contemnda in Matrimonio cōtrahendo que obseruanda 896.1.b	144.1.b. &c.	Matrimonium est Sacramentum 30.2.a.885.1.b
Ludimagistri num possint stipēdium exigere à discipulis	366.2.a	Matrimonium inferius est uirginitate & uiduitate 887.1.b
Ludimagistri quales esse debeant	357.2.b	Matrimonii inuitis quid agendū 30.2.b.297.2.b
Ludimagistri quorū ratione discipulos castigare debeant	360.1.b	Memoria & intellectus ut sint idem 492.2.a
Ludimagistri ut sint ubiq; idonei, quibus curandum	364.2.b	Mens hominis quam sit instabilis, & quibus de cau sis 498.1.a
Ludimagistri ut suos debeant instituere discipulos	359.2.b	Mens ut sit perpetim erigenda ad Deum 495.2.b
Ludi qui & quibus Clericis liciti, & illiciti in Ludis & animi recreationibus que tria obseruanda	143.1.a	Mens ut stabiliatur in Deo 498.2.b
Ludo acquisita cui restituenda	925.1.a	Mercatores cur egrē salui fiant 931.2.b
Ludo acquisitis quid agendum	312.2.b	ad Mercatores que dā pertinētia tractatur 932.2.b
ad Ludum ut sit licitus que requirantur	143.2.b	Mercatores ut se in Dei timore cōtineant 933.1.a
Luxuria remedia	340.1.a	Mercatores ut se gerere debeant 932.1.a
Luxuria quam Deo inuise, & quot malorum parēs	330.2.b	Mercatorū pericula terra mariq; 936.1.a.937.2.a
Luxuria quam noceat quamq; sit fugienda studio sis	354.2.b	Mercatorum uitia 56.1.b.938.1.b
Luxuria quam uitanda Clericis omnibus	322.1.b	Mercenarius Dei cultor quis sit 565.2.a
Luxuria tractatur & remedia eius	628.2.a	Milites in bello iusto celsi ut inter martyres sint numerandi 836.2.a
M.		
Magistratus que pertineant	810.1.a	Milites quales sint ad bellum conscribendi 719.2.a
Magistratus urbium qualis esse debeat	800.1.b	Milites quibus octo debeant esse præditi 827.2.b
Magistratus ut sit obseruandus	40.1.a	Milites ut sint ad bella exercitandi fol. 734.2.a
Magnanimi officia & mores describuntur	669.2.b	Milites ut sint bello apti, quibus octo præditi esse debeant 720.1.a
Magnanimitas quid sit	45.2.b	Militia cur instituta 719.1.a
Magnanimitas tractatur, & quam deceat Principes	669.1.a	Militia Ecclesiastica que sit 177.1.b
Magnanimitas ut adhibenda in Prælijs	723.1.a	Militia iustorum & reproborum que sit 587.4
Mahometis de Christo testimonium	5.1.b	Militum officia exponuntur 53.2.b. &c.
Mali cur sinantur à Deo alijs imperare	713.1.b	Misericordie operū incuriosi q̄ dirē peccēt 19.2.b
Mali pro malo reddere ut liceat, & nō liceat	9.1.a	Misericordia quam deceat Principem 664.2.a
Mansuetudo quam necessaria Principi	663.1.b	Misericordia quid sit, & ut differat à Clementia 664.2.a
Mansuetudo quam sit praeclara uirtus	663.2.a	ante Missæ celebrationem quid agendū 475.2.b
Marci Euāgelistæ sectatores quam sanctē uixerint	663.1.b	Missæ ut possit pro pretio celebrari 209.1.b
		post Missam quid agendum 476.1.a
		Monachi à suis præfectis quibus modis sint reformati 440.2.b
		Monachi charitatis expertes q̄ sint miseri 393.2.b
		Monachi cur ucti sint habere proprium 433.1.b
		Monach

INDEX

Monachi descriptiones	245.1.b.420.2.a	Morum cōuersio, quam promittunt religiosi, quid sibi uelit, & quādo mortaliter uiolentur 398.1.a	
Monachi male uitæ quanto in discrimine sint	fol. 425.1.a	Motus concupiscibilis ut sit duplex 595.1.a	
Monachi num possint habere peculium	428.1.a	Motus primi, & primo Primi, & secundo primi quid sint 592.1.b	
Monachi propria habentes quot uitijs implicentur	436.2.b	Mundus ut tentet homines 589.2.b	
Monachi proprietarij ut sint puniendi	431.1.b	Murmurare contra Superiores quam sit graue peccatum 531.1.b	
Monachi quales esse debeant	419.1.a.430.2.a	N.	
Monachi ueri quam studeant charitati	384.2.a	Natura que tria præstet rebus 691.2.a	
Monachi ut Apostolorum tempore dicti	29.1.b	Negligentia quid sit, & quam perniciofa 132.a	
Monachi ut consecrati tēpore Apostolorū	222.1.a	Negotiatio quam & cur prohibita Clericis 111.2.a	
Monachorum institutiones optimæ ex Climaco	413.2.b	Negotiatio quando sit deferenda 935.1.b	
Monachorum officia referuntur	29.2.a	Nobiles fœmine ut se erga familiā gerent 788.1.a	
Monachorum malorum uitia describuntur	439.1.b	Nobiles genere ut & cur plerunq; sint melius morati 685.2.b	
in Monachos malos ex D. Bernardo	439.1.b	Nobiles quam debeāt esse fidi Principi suo 727.2.a	
in Monachos, nimios cibi ac potus obseruatores	584.1.b	Nobiles quam debeant esse studiosi operum misericordie 790.2.a	
Monachus cur perpetuò lugere debeat	421.2.a	Nobiles quibus debeāt moribus esse præditi folio 47.1.a. &c.	
Monachus qualis esse debeat	243.1.b. &c.	Nobiles quibus debeant uti uestibus 777.1.b	
Monachus ultra annum probationis perseuerans in Cœnobio, pro professio habetur	60.1.a	Nobiles ut generis sui nobilitatem debeant parui pendere 772.1.b	
Monachus unde dictus	222.1.a	Nobiles ut præcipuè indigeant timore Dei & humilitate 771.1.b	
Monastica instituta & Christi consilia quid spectēt	392.1.b	Nobiles ut suas debeant proles instituere 787.2.a	
Monastica uita cur instituta	384.1.a	Nobilis uerē quis sit 685.2.b	
Monastica uita unde cepit	29.1.a.133.2.a	Nobilitas animi quibus constet 48.1.b	
ad Monasticæ complexum exhortatio	585.1.a	Nobilitas duplex 685.2.a	
Moniales ad sue executionem professionis unde permoueri debeant	449.2.a	Nobilitas & Nobiles unde dicti 47.1.a	
Moniales cur sint perpetuo incluse	410.1.b	Nobilitas uera unde nascatur 772.1.b	
Moniales in commune uictitantes & c. ut suauius uiuant quam proprietarie	451.1.a	Nobilium duo quedam uitia specialia 48.1.a	
Moniales omnes quam teneantur perpetuò includi Cœnobijs	409.1.b.443.1.b	Noctis tempus quas habeat oportunitates 502.1.a	
Moniales quam debeant cauere uirorum aspectus & colloquia	445.1.b	Nomen Iesu & Mariæ qua reuerentia audiendum 28.2.b	
Moniales q̄ peccent illicito uestiū ornatu	452.1.b	Nouitij quam sint diuersi pro gratiæ diuersitate 371.2.b	
Moniales male uitæ q̄ sint detestabiles	447.1.b	Nouitij qui possint perseuerare, & uitare impedimenta 381.1.a	
ad Moniales, ut se reforment, parentes	453.2.b	Nouitij ut se quotidie gerere debeant 369.2.b	
Moniales ut se gerere debeant	411.2.b	Nouitiorum Carthusianorum aliquot exempla recitantur 385.1.a. &c.	
Moniales ut sint reformati	446.2.a	Nouitius monachus ut sui debeat emendationem instituire 369.1.a	
Monialis inter malas uinens quid agere debeat fol.	447.1.a	Nouitius ut Deum toto debeat corde quærere fol. 371.1.a	
Mores diuitum mali	699.2.a	Nouitius ut se in prosperis & aduersis geret fol. 373.1.b	
Mores feminarum boni & mali qui	794.1.a	Nubendi cause generales & speciales que 795.2.a	
Mores nobilitū boni & mali qui sint	698.1.b. &c.	O.	
Mores potentium in quibus diuitum moribus præstent	700.1.b	Obedientia aliquot incitamenta 407.2.b	
Mores que uariant	47.1.a	Obedientia à subditis præstita superioribus 812.1.b	
Mores senum tum mali tum boni qui	700.2.b		
Mores unde mutantur in hominibus	698.1.a		
Morientes ut sint tractandi	305.2.b		
Mors sedulo cogitata quam efficax sit contra tentationes	614.1.b		

INDEX

quot bona pariat	815.1.a	Parentes qui suos nolunt filios corrigi à Ludimagia
ad Obedientiam exhortatio ex dictis Patrum fol.	406.1.a	stris, quàm sint stolidi 351.2.b
Obedientia omni Christiano necessaria quæ folio	18.1.b	Parentes ut ob prolium suarum culpas sæpe dam-
Obedientia quàm reuenter præstanda superioribus	814.1.a	nentur 34.1.a
Obedientia quanto compendio ducatur ad perfectionem	385.1.b	Parentes ut suas debeant castigare proles 33.2.b
Obedientia ut sit præstanda	405.1.b	Parentum erga proles officia quæ 33.2.a.294.1.a
Obedientia ut sit præstanda Principi à subditis	711.1.b	Parochiani, uel Paræci quid suis debeant Curioni-
Oblationes ut parochis, & quibus de causis soluenda	300.2.a	bus 38.2.b.299.2.a
Odiū cum ipsius remedijs tractatur	631.2.b	Parochi & eorum uicarij qua debeant pollere scientia
Officia publica quibus sint à Principe demandanda	695.1.a. & 2.a	Parochi in suis paræcijs debent præsentem residere
Olympij Abbatis exemplum memorabile	37.1.a	Parochi qua debeant esse scientia præditi, & quos
Opera bona externa quàm latè pateant	10.1.b	legere codices 261.1.a
Opera externa ut ad animi reformationem sint referenda	539.1.a	Parochi quæ suos debeant docere subditos 286.1.a
Opera mechanica quatenus bona sint	10.1.b	Parochi quàm debeant esse hospitales & benigni sol.
Opera misericordie corporalia & spiritalia quæ sint	63.1.b	Parochi q̄ debeant uirtutibus præcellere 272.2.a
Opera misericordie describuntur cum exhortatione ad illa	287.2.a	Parochi quando possint Vicarios suo loco instituerere, & quàm peccent in idoneos substituendo
Opera misericordie quantoperè colenda	911.1.b	Parochi quibus debeant uirtutibus esse instructi
Opera misericordie quid habeant energie	64.1.b	Parochi ut populū de credendis instruere debeant
Opera misericordie ut omnes obligent	19.1.b	Parochi ut suis domibus debeant esse præpositi
Orandum atque psallendum ut sit fol. 462.2.a	502.2.a	Passio Christi cogitata quàm sit efficax contra tentationes omnes, & ad capeſendas uirtutes 341.2.a.377.1.a.510.1.b
Orandum ut sit, & quæ nos eò permouere debeant	154.1.b	Passio Christi quibus sit modis commemoranda fol.
Orandus ut sit Deus	790.1.a	Passio Christi ut sit quotidie attentè commemoranda
Oratio Dominica exponitur	306.2.a	Passionem Christi animo affigere quàm sit salubre
ante Orationem præparare animum quid sit fol.	462.2.a	circa Passionem Christi quæ oëio pensanda folio
Oratio nostra qualis esse debeat	872.2.a	Passiones animæ ut reformandæ
Oratio quàm sit præſens remedium contra tentationes	341.1.a.605.2.a	Passiones ut obnubilent rationem
in Ordine sacro constituti si aliquem eius Ordinis actum exequantur cum peccato mortali, quàm peccent grauiter	265.2.b	Pastores etiam mali ut sint à subditis honorandi
Ordines Ecclesiastici unde ceperint	134.2.b	Pastorum quanta authoritas in subditos
Ordines monastici ut sint alij alijs excellentiores	484.2.a	Paterfamilias ut quasi Episcopi debeat fungi munere
Ordines sacri indignè recepti quàm noceant	28.1.a	Patientia quàm sit necessaria Principi
Ordo charitatis ut seruandus	642.1.a	Patresfamilias quibus esse moribus debeant erga familiam suam &c.
		Patrisfamilias erga familiam officia
		Paupertatem uoluntariam docuit Christus
		Paupertatis notum quando uioletur
		Pax cordis unde fiat, itemq; turbetur
		Pax quibus de causis Principi cum subditis conferuanda
		Pax triplex, & quæ ad eam referantur
		Peccata

Pædagogi iuniorum Principū cuiusmodi erunt 679.2.b
 Parentes quæ suis teneantur prolibus 894.1.a
 Parentes quando sint à prolibus alendi 38.1.a
 Parentes qui dicantur, & ut honorandi 283.1.a
 Parentes qui sint filiorum parricidæ 352.1.a

INDEX

Peccata aliena quot modis alteri imputentur	711.1.a	Prælati quàm peccent, dum uitia subditorum non castigant
Peccata etiam minima quàm cauenda	426.1.a	Prælati quanta charitate & humilitate præditi esse debeant
Peccata leuiora quibus studijs emendanda	476.1.b	Prælati religiosorum quales esse debeant
Peccata subditorum ut in Prælatos redundent	83.1.a. & 114.1.b	Prælati ut suæ domui bene debeant esse præpositi
Peccata ut sint & culpa & poenæ	73.2.b	Prælati quàm reuenter obediendum
Peccator Deo labentia præferens quàm sit uilis & impius	128.2.b. & c.	Prælatorum quorundam uitia referuntur
Peccatum mortale & ueniale quid sit	1.b	ad Prælatos monachorum adhortatio
Peccatum mortale dic festo admissum quàm sit graue	774.2.a	in Prælijs & bellis quid agendum
Peccatum quàm sit pernitiosum	613.2.a	in prælijs ut animus sit subrigendus in Deum
Peccatum quia turpe, maxime fugiendum	232.2.b	ad prælium accessuri ut se spiritalibus & corporalibus armis muniunt
Peccatum quid sit	1.a	prælium num licitè committatur festis diebus
Peccatum quid sit, & quando ueniale, itemq; mortale sit	303.1.a.594.2.a	præmia beatorum describuntur
Peculium quid sit & ut sit duplex	428.1.b	præsentia Dei cogitata quid conferat
Peccatum ueniale num possit omnino uitari	2.a	in Præfides malos
ad Perfectionem animi quæ sex requiratur	562.2.a	preces nocturne ut persoluendæ
Perfectionem uitæ spiritalis quæ impediatur	486.1.b	Presbyteri duplici honore digni qui sint
perfectio ut obtinenda	464.1.a.487.2.a	Princeps ad uirtutis studium unde permoueri debeat
Permutatio beneficiorum num sit licita	200.1.b	Princeps cuiusmodi debeat habere à consilijs, & ut se erga illos geret
permutatio rerum ut sit duplex	309.2.a.931.2.a	Princeps erga familiam suam ut se geret
perseuerandum in bono	367.1.b	Princeps & quilibet maritus ut se geret erga coniugem suam
personatus quid sit	184.1.b	principes in suo, & prolium contrahendo matrimonio quæ obseruare debeant
Philosophi pleriq; quàm fuerint studiosi sapientie	349.2.b	principes iustus quàm proficiunt, iniustus quàm noceat subditis
à Poenitentia prædicatione ut ceperit Euangelium	11.2.a	principes non temerè debet flecti precibus &c. suæ coniugis
poenitentia in extremis raro uera	936.2.a	principes num debeat interesse prælijs
poenitentia ut initiū sit bonæ uitæ	766.1.b	principes num possit reis poenam remittere
Politici gubernatores cur debeant esse præcipuè uirtutum studiosi	809.1.b	principes num secreta sua coniugi explicare debeat
Pontificis Romani quanta sit potestas	819.1.b	principes per quæ decem suam possit tueri politiam
Pontifex summus qualis esse debeat	24.2.a	principes quàm & cur debeat cum subditis pacem seruare
Pontificis summi officia describuntur	24.2.a. & c.	principes quàm debeat esse liberalis & magnificus
Populus quid sit	800.1.a	principes quàm debeat esse studiosus
in Potiores	915.1.b	principes quàm debeat esse uirtutibus instructus
Potentium mores boni qui?	49.1.b. & c.	principes quæ moderatiōe utetur cibo, potu, somno uestibus, &c.
Potestas ut sit à Deo tripliciter	713.1.a	principes quanto maior, tantò erit religiosior
Præcepta decem, in quibus duobus continentur præceptis	73.2.b	principes quātoperè subditos amare debeat
Præcepta Dei exponuntur	278.1.a.774.1.a.905.1.a. & c.	principes quātoperè subditos amare debeat
Præcepta Dei quantoperè seruanda	910.2.b	
Præcepta duo charitatis exponuntur	775.2.a	
Præcepta legis caeremonialia non semper obligasse	583.2.b	
Præcepta legis prisæ triplicia	18.2.a.930.1.a	
de Prædestinatione tentatio ut uincenda	638.1.b	
Præfati monachorū q̄ sancti esse debeant	30.1.b	
Prælati animas subditorū negligentes quàm impij	107.2.a	
Prælati monachorum quàm debeant inuigilare subditis suis	422.1.a. & c.	

principes quāto potentior, tantō debet cunctis esse uirtutibus instructior	646.2.a	principes ut laborent pro Cleui reformatione, una de moueri debeant	715.2.b
principes qua sapientia & religione latrā prae- ditus esse debeat	649.1.a	principes ut subditos, dum peccant, castigare tene- antur	673.2.b
principes quō sua omnia debeat referre	645.2.a	principes utriusq; sexus quāto debeant diuino in- habere timori, &c.	756.1.a
principes si tyrannizet quid agendū subditis	816.1.a	principis foeminae optimae institutiones	755.1.a
principes uel dux ut suos debeat adhortari milites praelium commissuros	724.2.a	principum aliquot, qui bonū cōmune priuato prae- tulerint, exempla egregia	689.2.b
principes ut debeat curare, ne emendo & uenden- do uioletur iustitia	733.2.a	principum officia depinguntur	441.4. &c.
principes ut debeat iustitiam & elementiam com- mixtim exercere	706.1.b	ad Profectum spiritalem exhortatio	492.2.b
principes ut erga seipsum gerere se debeat	643.1.a	Professio Carthusianorum ut ceteris antecellat	415.2.a
principes ut & actiua, & contemplatiua uitae de- ditus esse debeat	673.1.b	Professio monachorum solennis q̄ obliget	29.2.b
principes ut & timeatur & ametur qui possit effice- re	710.1.a	Professio monastica facta, si placeat, quid habeat meriti	417.1.a
principes ut se geret erga officiales suos	695.2.b. &c.	Professio, quā faciunt religiosi, exponitur	394.2.b
principes ut suam debeat emēdare coniugē	676.1.a	Professio uera cuiuslibet Christiani quae sit, & qd mereatur	417.2.b
principes ut suas debeat proles instituire	678.2.b	Proles cur suos debeat amare parentes	37.1.b
ad Principem bonū quae decem pertineat	692.2.a	Proles in quibus suis debeat obedire parentibus	37.2.a
principem quae tria praecipue deceant	691.1.b	Proles quid suis debeat parentibus	37.1.b
principes ad hoc pueri ut sint frenandi	682.1.b	Prosperitas mundi quāto sit periculosa	938.1.a
principes boni ut sint Tyranni etiam in hac uita feliciores	693.1.a	Proximi percussio triplex cui uitanda	66.1.b
principes Christiani quāto debeant pollere uirtuti- bus	742.1.b	ad Prudentē & Prudentiā quae pertineant	802.1.b
principes cur instituti	45.1.a	Prudentiam quae cōciliat, quae impediunt	803.2.a
principes dum assident mensae, ut se gerent	686.1.b	Prudentia quāto sit necessaria Magistratui	802.1.a
principes & alij mariti ut suas debeat amare cō- iuges	676.2.a	Prudentia q̄ sit utilis necessaria Principi	647.1.a
principes erga reformationem Clericorum ut se ge- rent	714.2.b. 742.1.b	Prudentia quid sit	801.2.b
principes iuniores quibus artibus à teneris imbuen- di	680.1.a	Prudentia triplex quibus necessaria	41.1.a
principes quae uitia ē suis domibus praecipue pro- figare debeant	687.1.a	Prudentia duplex, & ut obtinēda Principi	648.1.a
principes quāto deceat affabilitas, & urbanitas in uerbis	679.1.b	Psallendi modus optimus	502.2.a
principes quatenus possint thesaurizare	660.2.a	Pueri ad Ecclesiastica munia num promouendi	25.2.b. 85.2.b
principes quatenus pro subditis rationem reddere teneantur	673.1.a	Pueri innocentes quāto chari Deo	943
principes quidam Christiani quāto incubuerint in Ecclesiastica reformationem	718.1.a	Pueri quibus sint bonis naturā praediti	954.1.a
principes quidam quāto parca usi fuerint cibo, pos- tu, pecunijs, &c.	660.2.b	Pueri scholastici qui se gerent	944.1.b. &c.
principes quidam quāto prudenter tempus omne distinguerint	49.2.a	Pueri scholastici ut ad scientia & uirtutis studium excitandi	946.1.b
principes quidam ueteris testamenti ut Dei cultum & ministros reformarint	716.2.b	in Pugna tum corporali, tum spiritali quae maximē noceant	603.1.a
ad Principes, quō terram sanctam recuperent, ex- hortatio	735.1.a	Puritas cordis ut obtinēda	573.1.b
principes ut erga cognatos, si sint rei, debeant esse superiores	710.1.b		

Querere Deum quid sit 371.1.a
 Querimonia Christi contra Praelatos &
 Principes Christianos 745.1.a

Ratio inferior & superior ut sint idem 592.1.b
 Rationi ut omnia hominis debeant obtemperare 643.1.a
 Restus quis sit 735.1.a
 Reditus empti & uenditi ad uitam quāto sint urbi-
 bus pernitiosi 812.2.b
 Regimen

Regimen triplex in qualibet domo	674.2.b	Sacerdotes mali quāto sint à Deo maledicti	333.2.b
Regimen ut sit duplex	645.1.b	Sacerdotes mali sacrificaturi quot mala sibi ascri- cant	335.1.a
Regna & principatus unde euerantur & unde cō- firmantur	694.1.a. 738.1.a. 825.2.a	Sacerdotes mali ut sint Demonijs peiores	336.1.a
Religiosi dum Cœnobium petentibus spiritalia gra- tis offerunt, ut ad eisdem sustentandos se obli- gent	221.1.a	Sacerdotes legis Euangelicae quāto sint dignitatis & potestatis	253.1.a. &c.
Religiosi in quibus debeant esse cactiores	410.2.b	Sacerdotes nouae legis quotuplici sint à Christo ho- noze affecti	334.2.a
Religiosi non priuandi bonis hereditarijs	227.2.a	Sacerdotes quāto fugere ignorantiam, & quā sciē- tia praediti esse debeant	113.2.b
Religiosi profectus spiritualis incuriosi quantis in periculis degant	400.1.a	Sacerdotes quāto sancti esse debeant	25.1.b
Religiosi qua cautela recipere debeant alios in sua sodalitatem	211.1.a	Sacerdotes quāto uarie appellentur	256.1.a
Religiosi quanto perē debeant cauere scandala	402.1.a	Sacerdotes ut uiuere debeant	170.2.a
Religiosi quāto peccent, si non obediant	453.1.b	Sacerdotum dignitas quāto	58.1.a
Religiosi qui debeant communi uti mensa, ad quā satis lectio	438.1.b	Sacramenta num possint emi uel uendi	319.1.b
Religiosi qui sint proprietarij censendi	436.1.b	Sacramenta quid contineat, & ut celebrāda	321.1.b
Religiosi qui speciatim dicantur	383.1.b	Sancti ut nesciant iniquos	194.1.a
Religiosi ueri cur sint tam rari	476.2.b	Sapientia & Prudentia ut differant	647.1.b
Religio ut inter uirtutes morales sit praecipua, & quae eius sint actiones	382.2.b	Sapientia ut sit utilior Principibus, q̄ uires	650.1.b
Religiosi utriusq; sexus nū aliquid exigere possint à uolentibus religionem amplecti	202.1.a. &c.	Scandala quāto sint uitanda	207.1.a
ad Religiosos prolapsos, ut se reforment, adhorta- tio	426.2.b	Scientia encomion	344.1.a. 541.2.b. &c.
erga Reos ut se Princeps uel Iudex geret	706.1.b	Scientia quibus rebus impediatur, & quae sint hō- rum impedimentorum remedia	346.2.a. &c.
Residentia quibus de causis non sit necessaria	315.2.b	Scientia rerum creaturarum ut sit utilis	553.1.b
Residere debent Clerici, ubi Ecclesiastico gaudent beneficio	315.2.b	Scholastici castigationū impatientes quāto sint im- probi	351.1.a
Respublica quid sit	800.1.a	Scholastici debent castigationes libenter perpeti	350.2.b
Respublica ut sit administranda	690.2.b	Scholastici pueri nō minūs uirtutibus quāto literis sunt imbuedi	345.2.a
Resitutio quando, quibus & ut faciēda	310.1.b	Scripta Patrum quanto studio legenda	542.1.a
Reuelationes quāto sint alijs patefaciēda	751.2.a	Scriptura diuina ut sit adhibenda contra tentatio- nes	612.1.b
Reuelationes tres admirabiles Dionysii habentur	747.2.a. & sequentibus.	Scripturae diuinae, quate nus moralis est, quis scō- pus	56.2.a
Rex à Tyranno ut differat	688.2.b	Senes quibus bonis praediti sint	52.1.b. &c.
Romanorum Pontificum decreta quāto non labefa- ctanda	123.2.a	Senes quibus laborent uitijs	51.2.b. &c.
		in Sēsualitate ut nō nisi ueniale sit peccati	592.1.a.
		Sensus interni & externi ut reformandi	398.2.b.
		Senum institutiones optimae	958.1.b
		Serui Dei fideles qui sint	562.1.a
		Seruendum Deo quāto sit reuerenter	789.2.a
		Serui, operarij &c. ut tractandi	35.1.a
		Serui quo timore seruire debeant	36.1.b
		Serui ut se erga dominos gerent	36.1.a
		Seruus seruiliter Deum timens quis sit	565.2.a
		Similes Deo per quae effici debeamus	470.2.a.
		Simoniacos quanto perē Christus ipse persecutus sit	214.2.b
		Simonia duplex	199.2.a
		Simonia quae sit origo	201.1.a
		Simonia quāto sit detestabilis	198.a. &c. 200.1.b
		Simonia quibus in rebus & castus ut possit & de- beat caueri	318.2.a

INDEX

Virginitas cur non consulta in lege ueteri	848.1.a	Vita Dei quæ sit	526.2.a
Virginitas quibus rebus præcipue conseruetur	851.2.a. &c.	Vita hominis boni ut sit perpetua militia	834.b
Virginitas quid	848.2.a	Vita spiritalis formula breuis	414.2.b
Virginitas ut habeat fructum centesimum	856.2.a	Vita tota Christiani ut quotidie in Deum referenda	11.2.a
contra Virginitatem argumenta & eorum solutio- nes	857.1.a	Vitia alia ut ipsorum consideratione, alia ut auer- sione superanda	628.2.a
Virginitatis encomion	749.2.a. 894.1.a	Vitia non dissimulanda	115.1.a
Virginum quàm sit multiplex premium	855.2.b	Vitia quædam Cleri & Laicorum commemoran- tur	86.1.b
Virginum studia quotidiana	858.2.b	Vultus Christianorū quid sibi uelit	6.2.b. 166.2.a
Vires animæ ut reformandæ	398.1.b. 492.1.a	Vnio mentis cū Deo perfectissima quæ sit	560.2.b
Viri ut debeant suis moderari coniuges	892.2.a	Voluntas bona & mala quid habeat efficacie folio	417.1.b
Viri cur grauius peccent in eodem genere culpæ, q̄ foemina	785.1.b	Voluntas propria et Intellectus quatenus sint ho- stes animæ	591.1.b
Virtus qualibet ut nō modò ipsi uitium oppositū, sed quæuis etiam alia superet	623.	Vota monastica cur fiant	393.1.a
Virtus triplex in homine quæ sit, & quæq; unde corroborentur	573.1.a	Vota monastica quando, et quanto scelere uiolen- tur	30.1.a
Virtutes morales omnibus necessariæ	18.2.b	Vota monastica ut ex Euangelio petita	392.2.b.
Virtutes morales quàm sint necessariæ nobilibus	794.2.a	Vota tria monastica ut uiolentur	448.1.b
Virtutes quenam speciatim Principem deceant	744.2.a	ex voto bene agere num præstet, quàm sine uoto	394.2.a
Virtutes Theologicæ describuntur	271.1.a	Vrbes dum suo parent Principi, quàm bene sibi cō- sulant	709.1.b
Virtutes Theologicæ quid conferant animæ	17.1.b	Vrbes quibus de causis extruatur	710.2.b. 799.1.a
in Virtutibus ut progrediendum	869.1.a	Vxor cur non sit sapienti ducenda	796.1.b
Visitatio diligens quid commodi, remissa, quæ mala pariat	115.1.a	Vxor quæ suo debeat præstare marito	32.1.a. &c.
Visitationis forma describitur	110.2.a. &c.	Vxor ut suum debeat timere maritum	32.2.a
Vita bona ut sit inchoanda & continuanda	473.1.b	Vxores quæ suis teneantur maritis	893.2.a
Vita Christiani qualis esse debeat	898.1.a. &c.	Vxores ut suos possint corrigere maritos	33.1.b
Vita Christiani tota quò referenda	773.1.a		

FINIS INDICIS.

PRIMA CLASSIS EA POTISSIMUM COM-
plectitur, quæ speciatim ad Clerum pertinent.

1. De Regulis & Doctrina uitæ Christianorum Libri II. nunquam ante hac typis excusa.
2. De Vita & Regimine Presulum Lib. I.
3. De Vita & Regimine Archidiaconorum, Lib. I.
4. De Vita Canoniorum, Lib. I.
5. Contra pluralitatem beneficiorum, Lib. II.
6. De Simonia, Lib. II.
7. Contra pestem ambitionis, Lib. I.
8. De Vita & Regimine Curatorum, seu Parachorum, Lib. I.
9. De Doctrina Scholarium, vel Scholasticorum, Lib. I.

ALTERA CLASSIS EA HABET, QUÆ
ad Vitæ monasticæ Professores præcipue pertinent.


1. Exhortatorium Nouitiorum in forma Dialogi.
2. De Professione monastica, Lib. I.
3. De Reformatione Claustralium, vel Monachorum, Lib. I.
4. De Reformatione Monialium, Dialogus.
5. De Vita Inclusarum, Lib. I.
6. De Via Purgatina, Lib. I.
7. De Laude Vitæ solitariæ, Lib. I.
8. De Vita & Fine Solitarij, Lib. I.
9. De Præconio siue laude Ordinis Carthusiensis, Lib. I.
10. De Remedijs Tentationum, Lib. I.

TERTIA CLASSIS EA CONTINET,
quæ ad Seculares & Laicos pertinent.

1. De Vita & Regimine Principum, Lib. III.
2. Epistola paranatica ad Imperatorem Romanorum & principes, de bello Turcis inferendo, &c.
3. De Vita & Regimine Principisse, seu Principis foeminae, Dialogus.
4. De Vita & Regimine Nobilium, seu Directorium Vitæ Nobiliū.
5. De Regimine Politicæ, Lib. I.
6. De Vita & Regimine Militum, Lib. I.
7. De Laudabili Vita Virginali, Lib. I.
8. De Vita laudabili Viduarum, Lib. I.
9. Aduersus Auaritiam, Epistola ad quandam Viduam.
10. De Laudabili uita conjugatorum, Lib. I.
11. De Iusto pretio rerum, Dialogus.
12. IESV & Pueri, Dialogus.
13. IESV & Senis, Dialogus.

IOAN. XIII.

Vt cognoscat mundus, quia diligo Patrem: & sicut mandatum dedit mihi, sic facio.




D. DIONYSII

CARTHUSIANI DE DOCTRINA ET

REGVLIS VITAE CHRISTIANORVM LIBRI II.

hactenus nunquam typis excusi. Horum primus liber complectitur ea, quae generatim pertinent ad omnes Christianifideles.

Praefatio in Librum vtrunque.



QVI se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. In his verbis discipulus, quem diligebat Iesus, compendiose edocuit, ad quam conuersationem teneatur quilibet Christianus. Etenim qui se dicit in Christo manere, id est, Domino Iesu Christo, tanquam capiti ac Domino inherere, & in ipso per fidem quiescere, Christianumque esse, debet ambulare, id est, conuersari tenetur, atque de

via huius exilij ad patriam claritatis aeternae tendere obligatur, sicut & Christus ambulauit: qui, ut Esaias prophetauit, peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Qui & in Euangelio de seipso fatetur: Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Itemque: Quae placita sunt ei, facio semper. Sic utique vnusquisque Christi fidelis omne peccatum tenetur vitare, cum peccatum, prope dictum, sit transgressio legis diuinae, atque caelestium inobedientia mandatorum, ut definit Ambrosius. Et de peccato sic sumpto immunem se dixit sanctus Iob, loquens: Neque reprehendit me cor meum in omni vita mea. Interdum vero peccatum extensius sumitur, pro culpa quacunque, hoc est, pro omni inordinatione seu obliquitate deuiante a rectitudine legis diuinae, rationisque recte: Sic quippe peccatum diuiditur in peccatum mortale, ac veniale. Peccatum namque mortale est mera tortitudo, contrariatio & auersio a diuinae rectitudine legis. Veniale autem peccatum est incuruatio, & obliquatio quaedam a recto tramite legis Dei, quemadmodum in iteneratione cernimus corporali, quod aliquis, verbi gratia, recto itinere a Ruramunda pergit Coloniam. Alius partim caecutiens, a recto parumper diuertit itinere: non tamen incedit per callem contrarium deducentem ad locum a Colonia plus quam distet Ruramunda, distantem: tertius prorsus caecus, aut viae ignarus graditur uiam rectae semitae omnino oppositam. Denique de peccato taliter sumpto, protestatur in prima sua canonica sanctus Ioannes, dicens: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus. Iacobus quoque: In multis, inquit, offendimus omnes. Cui etiam ipse beatus Iob obnoxium se fatetur, dicendo: Peccaui. Et rursum: Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis. Et denud.

Esai. 53.

Ioan. 14.

Ioan. 8.

Peccatum quid

Ambrosius.

Iob. 27.

Peccatum mor

tale quod.

Peccatum ue

niale quod.

1. Ioan. 1.

Iacobi 3.

Iob. 7.

Iob. 31.

Iob. 14.

A Signasti

Iob. 13.

Signasti quasi in saeculo delicta mea. Et iterum: Vias meas in conspectu Dei arguam & ipse erit saluator meus. Praeterea, constat Dominum Iesum omnium saluatorem, ac irreprehensibilem iudicem, ab omni etiam veniali culpa omnifarie extitisse immunem, qui aduersarijs suis securè locutus est: Quis ex vobis arguet me de peccato? Et rursus suis loquens discipulis: Venit, inquit, princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Haec demum immunitas ab omni etiam veniali peccato praelectissimae & incomparabili Christi virginee matri singulari privilegio scitur esse concessa.

Ioh. 8.
Ioh. 14.

Augustin.
1. Ioh. 1.

Ceterum, ut asserit Augustin. si alij omnes sancti pariter essent, dicere indigerent illud: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus.

Vivere num
quis possit sine
peccato.

Quod verum est, quantum ad hoc, quod nullus quantumlibet sanctus, praeter filium Dei, & praestantissimam atque mundissimam eius matrem, potest in hac fragili carne sine veniali culpa diu subsistere. Potest tamen ad aliquantum tempus, ut si homo adultae aetatis baptizetur, ac deinde per modicam horam actualiter sit deuotus. Viri quoque heroici ac perfecti, qui pro suis quotidianis culpis quotidie non solum satisfaciunt plenè, adiuti multiplici gratiae ope, verum etiam omni die notabiliter crescunt in charitate: quorum nonnulli leguntur interdum per plures dies in raptu fuisse continuo, quemadmodum quarto libro vitae sanctorum patrum homo angelicae conuersationis abbas Bessarion recitatur per dies quatuordecim in raptu stetisse continuo. Gloriosus quoque Hieronymus testis fide dignissimus, in sua regula de seipso conscripsit: Ego homunculus sic abiectus & vilis, adhuc uiuens in corpore, angelorum saepe choris interfui, nihil de corporeis per hebdomadas sentiens: & diuinae uisionis inuitu post multorum fortè dierum spatia, praescius futurorum, corpori restituebar. Quamuis itaque omnis Christianus teneatur instar Christi ambulare, cum etiam mortalia fugiendo peccata, non tamen quantum ad immunitatè à uenialibus omnibus tenetur, imò nec ualet ipsum sectari. Venialia namque quauis singula, non tamen omnia queunt diu vitari. Siquidem dum quis uni ueniali vitando intentus est, frequenter contingit ipsum ex subreptione aut fomite imperceptibiliter aliud incidere. Veruntamen decet, & multipliciter expedit, ut unusquisque cum ingenti diligentia ueniales quoque vitare studeat culpas, quantum humana permittit fragilitas: Alioqui non diu euadet mortalia. Et, ut ait scriptura, qui spernit aut negligit modica, paulatim decedit. Itemque: Si non in timore Domini tenueris te instanter, citò subuertetur domus tua, id est, cor tuum, in quo Christus per fidem habitat tecum. Idcirco oportet implere, quod iubet saluator: Eum timete, qui habet potestatem & corpus & animam perdere in gehennam. Quem qui ueraciter timet, nihil, ut asserit Salomon, negligit.

Hieronym.

Peccata uenialia uenit vitanda.

Ecd. 15.
Ecd. 27.

Praeterea, ad vitandum peccata oportet imprimis agnoscere, ad quid unusquisque sit obligatus: hoc est, quid scire, quid facere, quid vitare teneatur. Idcirco, teste Ambrosio, ignorantia grauissimum, id est, periculosum est peccatum. Diuersi autem, secundum diuersitatem suarum uocationum, professionum, graduum, statuum & officiorum, ad diuersa tenentur. Hinc scire oportet, non solum

Ambrosi.

solum in generali, ad quae omnes Christiani communiter adstringuntur, sed item ad quae singuli quique iuxta suas proprietates, conditiones ac differentias obligantur. Nempe unus & idem ad alia obligatur, in quantum Christianus: ad alia, in quantum princeps aut iudex: ad alia, in quantum paterfamilias: ad alia, in quantum uxoratus: ad alia, in quantum spiritali patri subiectus atque ecclesiae filius.

Est ergo huius editionis intentio, breuiter tangere, ad quid omnes teneantur Christiani fideles communiter: & rursus, ad quid diuersi specialiter: Ad quod declarandum ac prosequendum, paruitatem meam obnixis precibus insigniuit charitas tua religiose ac deuotissime pater, atque in Christo praedilecte confrater Ioannes Brugman, qui iuxta nominis tui interpretationem, rectè uocaris Ioannes, ut potè uas gratiae Dei: nec minùs aptè cognominatus est Brugman, hoc est, uir pontis, qui indefesse ac sapienter cunctis fidelibus fabricas, id est, exemplis & uerbis feruentibus pandis & exhibes pontem, quem trans eundo pertingant ab amaritudinibus & inquietudinibus huius procellosissimi maris magni, ad suauissimum ac quietissimum portum aeternae salutis. In quo planè angelico opere, seruari tuo congratulor. Siquidem, diuino Dionysio protestante, omnium diuinorum diuinissimum est, super gloriosissimo creatore, excelsio ac omnipotenti, cooperari in reductione animarum ad ipsum. Verum tamen hoc unum uicè hortor ac precor, ut seruior te excitans, sancta semper discretionè regatur, ne fractum corpus ruat sub onere. Quemadmodum enim exteriores sensus sensibilibus excellentijs corrumpuntur: ita & sensus interiores, ut pote uires organicae, suis in cellulis in cerebro situati, si immoderatè occupantur, lassantur, leduntur, & nisi adsit radius discretionis, corrumpuntur: quia factò deficit ratio. Similiter passiones quae in sensitiuo sunt appetitu, quia cum corporali fiunt transmutatione, si rationis gubernaculo non fruantur, vigorem ac lucem intelligentiae offuscantur, praesertim passio illa tristitiae, quae praeter ceteris lesina perhibetur cordis & corporis. Quippe quae sicut uermis ligno, & tineae uestimento, sic nocet cordi & corpori. Quippe hanc longè expellit à se: nec contristat iustum quicquid ei acciderit: qui tamen de malo culpae tam suae, quam alienae tristatur tristitia, quae secundum Deum est, & in superiori est appetitu. Et quamuis in appetitum re dundet inferiorem, non tamen tam immoderatè, ut ledat ac noceat: quinimo consolationem sortitur à spiritu sancto spe uenitiae, confidentia gratiae, consideratione quoque iudiciorum altissimi: quae ab homine nequeunt immutari: quorum ordinationi & executioni subseruare fideliter conuenit seruo fideli, uerbi caelestis praeconi: qui, quod in se est, faciendo, & suum obsequium humiliter ac feruide exhibendo, fructum habet committere patri spirituum: quoniam neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementum dat. Deus.

Tu cito huius opusculi.

Ioannes Brugman.

Dionys. Areop.

Proou. 25.
Ecd. 30.
Proou. 12.
1. Cor. 7.

1. Cor. 9.

Bernard.

Postremò, nouit erudita tua paternitas, quam gratiosè & uerè protulerit gloriosus ille Bernardus electus spiritus sancti: ubi uehementis emulatio, ubi potissimè necessaria est discretio. Quo zelus feruentior ac uehementior spiritus, solium

charitasq̄ profusior, eo vigilantiori opus est discretionē, quæ zelum supprimat, spiritum tenet, peret, ordinet charitatē. Discretio quippe omni virtuti ordinem ponit, ordo modum tribuit & decorem, etiam & perpetuitatem. Est ergo discretio non tam virtus, quàm moderatrix & auriga virtutum, ordinatrix affectuum, doctrix morum, cōsummatio perfectionis. Tolle hanc, & virtus vitium erit. Ipsa quoq̄ naturalis affectio in perturbationem, exterminiumq̄ vertetur naturæ. Hæc nimirū discretio docet, ne quid nimis fiat, aut minus. Nempe qui minus agit, fructum operis boni abscindit, non circumcidit. De eo autem qui agit nimis, testatur scriptura: Quia plus fecit quàm potuit, ideo perijt. Qui igitur in ipso discretionis lumine conuersatur, suam ipsius ac aliorum salutem & gratiam operatur. De ipso demum discretionis spiritu scimus, vt dulcissimus ille fatetur Bernardus, quoniam nihil sic illum extinguit, quomodo voluntas propria, subuertens hominum corda, & rationis oculos claudens, docens naturæ non parcere, non acquiescere rationi, non obtemperare seniorum consilio, nec obedire prælato. Hæc idcirco d' amantissime pater dixi, vt in omni sacrificio offeras sal, & quicquid obtuleris, condias sale. De quo fons sapientiæ iussit: Habete in vobis sal. Quo etiam sale condiendum est sacrificium vitulorum labiorum tuorum. Clamor ille assiduus, fortis ac diuturnus ultra vires exhibitus, fragit naturam, vires extenuat, cerebrum siccat, interiorumq̄ sensuum organa ledere ac turbare censetur, præsertim in viro iam senio fracto ac tenero.

Nil differt, ait D. Hieronym. an subitò, vel paulatim te ipsum interimas.

D. Dionysij

Discretionis encomium.

Hier. 48.

Bernard.

Leuit. 2.
Marci. 9.

Hieronym.

D. DIONYSII


CARTHUSIANI DE DOCTRINA ET

REGVLIS VITAE CHRISTIANORVM

LIBRI II.

Ad qualem conuersationem teneatur quilibet homo Christianus adultæ etatis, composq̄ mentis.

Articulus I.



Iob. 36.

Hieremi. 10.

BCCE excelsus Deus in fortitudine sua, & nullus ei similis est in legislatorib⁹. Deus iste excelsus, omnipotēs, cui nullus legislatorum est similis, est vnigenitus Dei filius, virtus & sapientia patris, qui Euangelicam cōtulit legem: quæ non solum legibus gentium, quæ (vt in Hier. legitur) vanae sunt, sed lege quoque Moisaica desuper data, & lege naturali diuinitus indita valde est perfectior. Hinc & magnus ille Philosophus Auicēna, quis de lege fuerit perfidi Mahumeti, attamen in Metaphysica sua fatetur, quod Christus Mariæ filius longè sapientior atque moralior fuit Mahumeto, & ipse Mahumetus in suo frequenter Alchorano testatur, asserens, quatuor magnos fuisse prophetas: Quorum primum, non tempore, sed perfectione ac dignitate Christi fuisse effatur: secundum, Abraham; tertium, Moysen: quartū, scilicet Mahumetū, veniq̄ de Christo introducit vñ in Alchorano loquentem: Christum Mariæ filiū misimus, eiq̄ commisimus Euangelium, quod est lumen & cōfirmatio, castigamen & via recta. Etenim Christo diuinus spirit⁹ testimoniū atq̄ auxiliū fuit. Vnde & Angeli Mariam alloquentes, dixerunt: O Maria, cunctis viris mulieribusq̄ splēdidior, mundior ac iucundior, tibi ab vniuersitatis creatore mittitur summū nunciū gaudium cū verbo Dei, cui nomen est Christus Iesus, qui est facies omnium gentium in hoc seculo futuroq̄: sapiens virq̄; optimus. Ipse Deus filiū tuum diuina virtute venientem edocebit librum legis, omniq̄; magisterij peritiā, & testamentum ac Euangelium. Ecce quāta est certitudo ac firmitas fidei Christianæ ac Euangelicæ legis, quibus ab aduersario fidei tale ac tantum testimonium perhibetur.

Præter eā, hæc vna est præcipuarum causarum, propter quas Saraceni & Turcæ legem Mahumeti tenentes, affirmant se persequi Christianos: quoniam Christiani legem sibi à tanto legislatore donatam non seruant. Et siue ob causam hanc, siue ob aliam Christianos impugnēt, hoc sine dubio est credendum, quod ista ex causa iusto Dei iudicio Christianis præualere sinuntur, in quibus nūc (proh dolor) tot & tāta regnant & inueterata sunt scelera, vt de eis iam dici possit, quod de prauissima synagoga olim protulit Hieremias: Non poterat vos Dominus vltà sustinere propter malitiam studiorū vestrorum. Itaq̄; sicut lex Christi cunctis legibus cōsistit perfectior: sic Christiani vniuersis mundi hominibus virtuosiores, perfectiores, magisq̄; exemplares esse tenentur, & magis ordinati in omnibus intus & foris, in verbis & factis, in vestimentis, in cibo, potu, somno atque incessu, omniq̄; vsu rei creatæ ac possessionis terrenæ. Propterea venerabiles patres Cassianus & Climachus contestantur, illū esse indignum Christianum vocari, cuius cōuersatio, apparatus, mores, habitus & incessus non cogūt omnem etiam infidelem ritē cōsiderantem fateri, legislatorem illum, qui talem instituit legem ac vitam, verè esse diuinum, sapientem ac iustum. Et hoc, ni fallor, sacratissimus Apostolici agminis princeps Petrus inueniat, ipsos fideles ad conuersationem verè Christianā hortādo: Obsecro, inquiens, vos abstinere à carnalibus desiderijs, quæ militāt aduersus animam: conuersationem vestram inter gentes bonam habentes, vt in eo, quod detractant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vestris vos confyderātes, glorificēt Deum. Insuper hoc est quod & ipse iubet saluator: Sic luceat, dicens, lux vestra coram hoibus, vt videāt opera vestra bona, & glorificēt patrem vestrū, qui in caelis est. Hinc & Paulus ad Philippenfes: Omnia ait, facite sine murmurationibus, vt sitis sine querela simplices filij Dei in medio nationis

Cur Turcæ & sequuntur Christianos.

Hierem. 21.

Ioan. Cass.
Ioan. Clima.

1. Pet. 2.

Philip. 2.

prauæ atque peruersæ, inter quos lucetis, sicut luminaria mundi, verbum vitæ continent. Ecce ad huiuscemodi vitam virtuosam, sinceram, exemplarem, ac simplicem, non fraudulentam, fictam, aut duplicem, vniuersi ac singuli obligati sunt Christiani. Nonne omnibus subditus præceptis sui legislatoris obediendi tenetur? Nonne Augustinenses ad beati Augustini regulam adstringuntur? & Benedictini ad regulam sancti Benedicti? fratres quoque minores ad regulam magni, humilis que Francisci? Nonne ergo & omnes Christiani fideles ad præcepta & regulas Christi & euangelicæ legis tenentur? vtpote ad vitandam omnem superbiæ vanitatem, ad omnem auaritiæ, luxuriæ, odij, iræ, acediæ, ac cæterorum cunctorum mortalium vitiorum detestationem ac fugam: atque ad vniuersas virtutes illis oppositas, ad veram scilicet humilitatem, mansuetudinem, castitatem, misericordiam, charitatem, obedientiam? Et certe quam diu Christiani communiter tam virtuose, exemplariterque vixerunt, creuit fides catholica inter persecutorum ac tyrannorum crudelissima & innumcrabilia, quæ Christianis intulerunt, tormenta: atque ex prædicationibus, sanctitate, virtutibus, ac miraculis Christi fidelium, innumcrabilia millia incredulorum passim conuertebantur ad Dominum Salvatorem. Nunc verò propter detestabilem, scandalosam, ac deformatissimam vitam suam Christiani ab hostibus fidei suæ miserabiliter prosternuntur, & ipsi se inuicem grauiter dilaniant, & expugnant: imò & ab inuisibilibus suæ salutis atrocissimis inimicis ineffabiliter periculosis conculcantur, spiritaliter perimuntur, atque ad perpetua Acherontis tristissimi supplicia detrahuntur.

Declaratio ex uerbis beati Augustini, quam uirtuosam & exemplarem debeat esse uita cuiuslibet Christiani. Articulus II.

Moyses fidelis erat in tota domo Dei, tanquam famulus: Christus uero tanquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos, si fiduciam & gloriam spei usque in finem firmam retineamus. Olim in veteri lege sancti prophete perfectionem legis Moisaicæ cognoscentes, cœlitus sunt edocti, ac cecinerunt, in aduentu regis Messie filij Dei legem diuinam, spiritalem, perfectam, non terrenam prosperitatem, sed cœlestem beatitudinem promittentem, fuisse per ipsum Dei unigenitum conferendam. De qua Esaias frequenter prædixit, imò Deus per Esaiam: Lex, inquit, à me exiit, & iudicium meum in lucem populorum re-

quiescet. Et rursus de Christo: Ecce testem populis dedi eum, ducē ac præceptorem gentibus. Et: Legē eius in salutē expectabunt. De qua lege Dominus apud Hieremiā apertissimè est locutus. Denique; torus ille Moisaicæ legis status, carnalis fuit ac typicus, præfiguratiuus ueritatis, salubris, spiritalis; status per Christum exhibitus. Propter quod ad Hebræos dixit Apostolus: Vmbra habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, &c. Nec dubium, quin omnino condecuit per unigenitum Dei, uerum & incarnatum Deum dari legem prorsus perfectionem legē data per famulum, puta per Moysen. Nempe ad hoc filius Dei uenit in mundum, & factus est homo, ac cōuersatus in seculo isto, ut homines faceret Deos, id est, diuinos, cœlestes, spirituales, angelicos per contemptum omnium terrenorum: nisi in quantum ista corporalia & terrena, necessaria sunt atque uisibilia ad spiritalia bona, & per feruidum appetitum æternalium, cœlestiumque bonorum. Hinc uirgenitus Dei, ut non solum præceptis, promissionibus, & comminationibus, sed efficacissimis quoque suis exemplis nos ad ista accenderet, elegit in mudo isto in maxima paupertate, in profundissima humilitate, in omni patientia & mansuetudine, in ardentissima charitate, in plena spiritualitate & exemplaritate ab exordio suæ incarnationis ac natiuitatis usque; ad crucis supplicium conuersari: quatenus omnis Christianus secundum mensuram, gradum, & exigentiam suæ uocationis, ipsum in istis uirtutibus imitetur. Vnde in cœna nouissima: Exemplum, ait, dedi uobis, ut quem-

admodum ego feci, ita & uos faciatis. Præterea, de hac Christi imitatione, & Christi formi cōuersatione, ad quam quilibet adstringitur Christianus, diffuse ac pulchre describit Augustinus in libro de uita christiana: Christus, inquit, uentus interpretatur. In veteri autem testamento non nisi Prophetas & sacerdotes a reges legimus esse uentos. Imò tam magnum fuit uentus illius mysterium, ut non nisi paucissimi illud percipere mererentur: & hoc usque; ad Christi aduentum, in quo omnes in ipso regenerati, uinguntur. Cuius uentus mysterio & exēplo instrumur ac monemur, quales esse, & qualiter uiuere debeamus: ut in quibus tam sancta est uentio, sit non minus sancta cōuersatio. Ex hac em uentione nomē commune omnium Christianorum descendit. Quod nomen ille frustra, & ad grauiolem sui damnationem sortitur, qui Christum non imitatur. Quid tibi prodest uocari, quod non es? & nomen usurpare alienum indignè? Porro, si te Christianum esse

Esai. 55. Esai. 42.

Hierem. 31.

Heb. 10.

Lucæ. 6. Ioan. 12.

Christiani si duplex damnatio.

Incarnationis Dei causa que.

Ioan. 13.

Augustinum.

Exod. 30. 1. Reg. 10.

esse delectat, quæ Christi sunt gere, & meritò tibi Christiani nomen assume. An forsitan uocari, non esse desideras? Hoc sœdum, uile ac miserum uale est, te uelle uocari, quod non sis. Qui Christianus dicitur, Christum se habere Dominum profiteretur. Et uerè habet, si ei in omnibus obsequatur. Si quo minus, non iam famulus Christi est & uenerator, sed subsannator & irrisor, cum & ipse in Euangelio dicat: Quid uocatis me, Domine Domine, & non facitis quæ dico? Et rursus: Qui mihi ministrat, se sequatur, id est, per uirtutes mihi assimiletur, & mea sectetur uestigia. Tali igitur falso Christiano duplex cōdemnationis iudicium reseruat: Vnum pro subsannatione Christi, quem mendaciter & irrationabiliter Dominum nuncupauit: Aliud, pro qualitate peccati, quo Deum offendit. Si quis uerò tam induratus, inuercundus & pertinax est, ut iram Dei futuram non uereatur, saltem humana consuetudine erubescat. Attendat quam brutalis, in sapiēs ac stultus etiam à gentibus iudicetur, cuius tanta est uanitas & tanta demètia, ut sibi nomen alienum attribuat, & acquirat. Quis tam uanus & miser est, ut aduocatum se audeat profiteri, cum nesciat literas? Quis tam insanus & excors, ut profiteatur se militem, cum nesciat arma gestare? Imò quis futorem, fabrum aut negotiatorem se dicat, cum officiorum illorum opera nesciat? Tu ergo quomodo Christianus uocaris, in quo nullus Christi actus refulget, imò tot & tantis uitijis sordidaris ac fœtes, tot criminibus plenus es, quæ uirtutibus Christi ac nominis Christiani omnino contrariantur? Christianus nomen est iustitiæ, bonitatis, integritatis, castitatis, prudentiæ, humanitatis, innocentiae, pietatis, humilitatis, sobrietatis ac mansuetudinis. Et tu quomodo tibi hoc nomen defendis & uendicas, cui de tot & tantis uirtutibus nec una inhæret? Christianus est ille, qui non nomine tantum, sed opere quoque Christum in omnibus imitatur. In cuius pectore locum non habet malitia, sed pietas & bonitas sola. Qui nulli nocet, neminem lædit, imò omnibus auxiliatur pro posse. Qui Christi exemplo diligit inimicos, & aduersantibus benefacit, atque pro persecutoribus suis orat ex corde. Nam qui quis alique lædere, scandalizare aut nocere paratus est, Christianum se esse mentitur, cum Christianus bona pro malis reddere obligetur. Hæc Augustinus. Qui etiam protestat, opera misericordiæ ad Christianos potissimè pertinere. Ex quibus ostenditur, quam confusibile atque damnabile sit coram Deo, Christianum uocari,

nec tamen Christi formiter conuersari. Vnde narratur quarto libro uitæ sanctorum patrum, quod Abbas Macarius pergens per eremum, reperit ibi caluariam cuiusdam defuncti: quam tangens cum palma sua uirga, interrogauit: Quis es tu? Responditque caput: Sacerdos fui gentilium in hoc loco. Cui Macarius: Quomodo habes? At: Damnatus sum in æternum. Dixit Macarius: Sunt aliqui in inferno peius habentes, quam tu? Respondit caput: Nos gentiles & infideles aliqui misericordiæ à Deo consequimur, quia nesci uimus melius. Sed quantum eminet cœlum super terram, tam profundè sub nobis in medio ignis sunt impij Christiani, qui mandata Dei scientes, excusationem non habent. Quò audito, fleuit abbas Macarius, dicens: Ve homini, qui mandata Dei transgressus est. Deit de sepeliuit caput illud, & abiit. Insuper uolens scire, qualiter consueuit populus Christianus omni uirtute pollere, aduertat quod primo libro uitæ sanctorum patrum sanctus refert Hieronymus de se ac socijs suis, quando perrexit per diuersa deserti loca & oppida sanctos patres uidere: Venimus, inquit, ad ciuitatem quandam Thebaidæ, in qua tanta uirtutum uisum bona, ut nemo sufficiat enarrare. In qua, & circa quæ per gyrum eius, ut à sancto episcopo ciuitatis audiimus, erant decem millia monachorum, atque uiginti millia monialium uirginum deuotissimæ uitæ. Duodecim quoque magne ecclesiæ erant ibidem, ad quas publicè plebs conuenit: & religiose illæ personæ cum cæteris sanctis fidelibus Deum die ac nocte indefinenter laudantes, totam ciuitatem quasi unam se fecerunt ecclesiam. Superiores etiã urbis & ditiores suos statuerunt ministros in singulis portis ad obseruandum, an aliquis pauper aut peregrinus ueniret: & eos quos uiderant uenientes, certatim secum ducere conabantur. Cumque ciues & religiosi uidissent nos, occurrerunt nobis quasi Angelis Dei. Nec ue recundia sinit me scribere, quantum nobis exhibuerunt honore. Nã ita unusquisque illorum nos traxit ad se, quod nostra pallia scindebatur. Vidimus ibi plurimos patres sanctos uarijs donis gratiæ Dei ornatos, in sapientia, in sermone, in abstinentijs, signis, miraculis atque uirtutibus. O quanta charitas uiguit ibi, quanta in omni uirtute perfectio. Nã beneficij sibi fieri reputabant in hoc, quòd peregrinos & pauperes hospitare, rescire ac pie tractare propter Deum gratis ualebant. Quid ad hæc dicere possunt, qui nec peregrinos ac pauperes hospitium postulantes, hospitare & pie propter Deum tractare dignantur?

Macarius.

Hierony.

Diligentior inquisitio, qualiter debeat unusquisque Christianus conuersari, ex Apostolicis documentis.

Art. III.

1. Pet. 2.

DepONENTES omnem malitiam, & omnē dolū, & simulationes, inuidias & detractiones, sicut modō geniti infantes, rationabiles, sine dolo: lac cōcupiscite, vt in eo crescatis in salutē. Ita quē sancti apostoli in suis scripserūt epistolis, quē canonicā appellātur, ad vniuersos credentes communiter & pro maxima pertinent parte. Aliqua tamen breuiter inserunt, quæ ad quosdam specialiter pertinent, vt potē ad parentes ac filios, ad præsidentes & pastores, ad episcopos atque diaconos, ad Dominos & ministros, vt infra tangetur. Cætera spectant ad omnes per modum præcepti, aut consilij, vel doctrinæ. Porro, iam introducta autoritas omnēs & singulos concernit & obligat Christianos, in qua gloriosissimus Apostolici ordinis vertex, omnium gerens curam, tanquam cūctorum prælatus fidelium, compendiose describit, à quibus vitij debeat omnis Christianus esse immunis, & quibus virtutibus decoratus. Oportet namque imprimis à vitijs expurgari, deinde mox virtutibus excoliri. Quæ duo consequuntur se mutuo, nec purgatur homo à vitijs, nisi recipiendo virtutes illis cōtrarias, de vitijs loquendo mortalibus: quia non potest contingere, quod homo adultæ ætatis nec sit vitiosus, nec virtuosus: hoc est, nec in statu damnationis, neque in statu salutis. Ideo dixit Psalmista: Declina à malo, & fac bonum. Hæ etenim sunt quasi duæ integrales partes iustitię, cōformiter in arte & practica medicinę oportet in primis noxios humores expellere, deinde sanitatem inducere. Atque in Republica necesse est repellere hostes, & eos abijcere qui bonum commune & tutam ac pacificam proximorum cohabitationē impediunt: sicque pacem conseruare communem. Itaque iubet summus ille Apostolus, vt omnis Christianifidelis omnem deponat malitiam, id est, ex cogitatum ac deliberatam prauitatem, seu omnem habitū vitiosum, consuetudinemque peruersam, & omnē dolum in verbis & in factis. Nepe dolo, fraus & vstura directē repugnant & contrariantur tam charitati, quam iustitię, & item verę prudentiæ. Et quantum ad hoc, sunt peccata mortalia: quamuis interdū, propter actus modicitatē, sint venialia mala, sicut & cæteri primi ac modici motus & actus superbiæ & aliorum mortalium vitiorum. Hinc enim ait scriptura: Virū sanguinū & dolum sum

Dolus
Fraus
Vstura

Psalm. 5.

abominabitur Dñs. Salomon quoque: Vir, inquit, astutus odiosus est. Simulare enim est hypocritarū. Et cōtra hypocritism christus in euāgelio potissimē prædicat. Simulatio etiā colūbinę repugnat simplicitati. Meritō igitur affirmat scriptura: Simulatores & callidi prouocant iram Dei. Et omnes detractiones. Multæ enim sunt species detractionis, quæ ex suo genere est peccatum valde mortale, & infectiuum, non solum detrahentem, sed & audientē, si consentiat, perimens. Et inuidias. Inuidia enim est dolor seu mœror de prosperitatibus proximorum. Sicut modō geniti infantes, id est, instar paruulorum & infantium mox natorū, quātum ad innocētiam & Christianæ simplicitatis sinceritatem & innocuitē, ad quam oportet nos esse reductos, si deo placebimus, cūm dicat saluator: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, nō intrabitis in regnum cœlorum. Rationabiles, id est, discreti, & rectæ rationis sequentes iudicium. Sine dolo, sicut iam dictum est. Vnde & apud Esaiam asseritur: Fraudulētū vasa pectus ma sunt. Ipse enim cogitationes concinabit ad perdendos mites in sermone mēdaci. Malachias quoque ait: Maledictus dolosus. Lac concupiscite, id est, pura ac nitida fidei documenta & imprimis faciliores doctrinas, quibus primō instrui ac resciri intellectu necesse est, sicut Corinthijs scribit Apostolus: Quasi paruulis in Christo lac dedi, non solidum cibum. Vt in eo crescatis in salutem, id est, per spiritalem huius lactis seu doctrinæ refectio nem, proficiatis in gratia & virtute atque ad meliora pertingatis charismata.

Ecce ista ad quemlibet pertinent Christianum. Sed & alia multa præcepta ac documenta, quæ in suis duabus scribit epistolis sacratissimus Petrus. Verū, si velim omnia ita exponere, opusculum istud fieret nimis prolixum: imō & contra intentionem agerem præfati deuotissimi patris, cuius intuitu & amore hæc scribo, qui & notabilia petijt exempla subiungi, quanquam propter bonum commune ac Dei honorem totum hoc principaliter fiat. Ad quem itidem sinē ille quoque vniuersum suum refert conatum. Deinceps igitur textū scripturę breuiter tangam, expositione proluxa omisa, vt vitetur prolixitas. Rursus itaque ad omnem spectat Christianifidelem implere, quod in sua prima canonica idem ait archiapoſtolus: Omnes estote vnanimes, id est, in bonis concordēs: compatiētes: fraternitatis, id est, proximorum amatores, misericordēs, modesti, humiles: non red dentes malum pro malo, sed è contrario benedicētes, quia in hoc vocati estis, id est, ideo estis

Prou. 14.

Matt. 6. 13. 23
Luc. 6. 10. 36.

Detractio
quale peccatū

Inuidia quid.

Simplicitas.

Matth. 18.

Esa. 32.

Malac. 1.

1. Cor. 3.

est illi pro malo reddere.

estis Christiani effecti, vtrā agatis. Vel, in hoc, id est, in tali forma redditionis boni pro malo estis à Deo gratiosè conuersi, qui tribuit nobis bona pro malis. Quocirca sciendum, quod nunquam licet reddere malum culpæ, pro malo culpæ, vt faciunt impatientes, iracundi, superbi, qui iniuriantibus & irascentibus sibi vicissim irascuntur, atque iniuriantur: quidam etiam superiores aut correptores, qui dum delinquentes immoderatē, infectiuē aspēnant, turbulenter, impatienter aut cum immoderatione iræ corripunt, seipſos sæpē grauius lædunt, dum proximos aut subditos suos intendunt curare. Porro, malum pœnæ pro malo culpæ infligere, his licet, qui publica funguntur autoritate, aut ex iure ius corrigendi sortiti sunt. Cæteris non licet vicisci seipſos, imō nec suam, neque alienam iniuriam. Nihilominus possunt zelo iustitiæ ex charitate, vt iniquitas reprimatur, superioribus causam suam committere, & iuxta iuris tenorem satisfactionem exigere. Attamen melius esset totum propter Deum ex corde dimittere, nisi ex hoc derogaretur iustitiæ, & improbi fierent ad iniuriandum alijs prouiores. Et in tali casu debet veraciter Christianus libenter satisfactionem dimittere, quantum in se est, reputando se maioribus iniurijs dignum, seu Christi intuitu & amore, & vt suæ passioni aliquo modo conformetur. Tamen ob causas præactas, & vt reus in vita hæc reprimatur à peccatis, ac debitè puniatur, ne pereat in æternum, potest meritorie satisfactionem seu delinquentis castigationem requirere.

1. Petri. 4.

Prou. 10.

Insuper ad quemlibet pertinet Christianum, quod idem summus Christi vicarius in sua prima digessit epistola: Estote prudentes, & vigilate in orationibus. Ante omnia mutuum in vobis charitatem continuam habentes, quoniam charitas operit multitudinem peccatorum: id est, suo feruore, communionē ac merito vitia tollit, consumit, & quasi non fuerint, delet. Hostiles inuicem sine murmuratione. Sobrius estote, omnem sollicitudinem vestram projicientes in Deum: quoniam ipsi cura est de vobis: id est, in Deo præcipue confidatis, immoderatam sollicitudinem deuitantes, eō quod Deus omnium prouidentiam habeat, specialiter rationalium creaturarum. Animas vestras castificate, id est, à vitijs, præsertim ab incontinentia, expurgate, in obedientia charitatis, id est, sponte, & ex spiritali

dilectione, non coactè, obediendo superiorum præceptis, simplici ex corde, omni videlicet duplicitate ac simulatione exclusis. Diligite inuicem attentius, cūm dicat Saluator: In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Hoc ergo implendum est attentius, id est, valde attentè seu diligenter. Aliàs nanque perit omne quod agimus, nec saluari poterimus. Sic est enim voluntas Dei, id est, diuinæ voluntatis præceptum, vt benefacientes, obmutescere faciatis, quantum in vobis est, imprudentium hominum (qui proni sunt alios intromatè ac temerè iudicare) ignorantiam: ita vt non habeant occasionem datam aut rationabilem malè iudicandi de vobis. Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam ministrans: id est, quilibet vestrum dona gratiæ & beneficia desuper sibi collata, proximis suis libenter communicet, loco saltem ac tempore opportuno, prout charitas exigit, vt ad opera misericordiæ tam corporalia, quam spiritalia pronus sit, prout statui suo conuenit. Communicantes Christianis passionibus: id est, in aduersis & afflictionibus corporis, per quas Christi perfectioni & passioni aliquo modo conformamini: gaudete, in Domino patientiam conseruando, ac gratias Deo agendo, in quantum aduersa sunt animæ tam multipliciter expedientia. Dominum sanctificate, id est, sanctum esse cognoscite, operibusque monstrate in sanctitate & iustitia, ei iugiter seruiendo in cordibus vestris: imō & in corporibus quoque, cūm dicat Apostolus: Glorificate & portate Deum in corpore vestro. Ex his accipi potest exhortatio copiosa ad populum, & elici, quàm indigni sint Christiani vocari, quicumque sunt malitiosi, dolosi & fraudulentī, simulators & callidi, inuidi & detractores, gulosi ac lubrici, discordes, crudeles, immisericordes, superbi, immittes seu vindicatiui, impatientes, acediosi & inobedientes.

1. Petri. 1. 22

Luc. 1.

Gal. 6.

De eadem materia, ex epistolis

Pauli Apostoli.

Art. IIII.



Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulatē in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. Docuit vas electiōis sanctus Paulus

Eph. 5.

Paulus Apostolus vniuersos credentes, vt in primis corpus spiritui subdant, sensualitatem rationi, concupiscentias carnales, omnesque motus passionum, & sensitiui appetitus affectiones refrænando ac moderando per recte rationis iudicium, secundum diuinæ legis tenorē. Hinc ad Ro. loquitur: nō regnet peccatū in vestro mortali corpore, vt obediatis cōcupiscentijs eius: neq; exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed arma iustitię Deo. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immūditij, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitię in sanctificationem. Qui autem in carne sunt, id est, carnaliter viuunt, rebus carnalibus ac sensibilibus magis, quàm diuinis ac spiritualibus inharendo, Deo placere non possunt, quandiu huiusmodi sunt. Ideo addit: Debitor es sumus nō carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: morte culpæ in præsentī, & morte infernalis miserię in futuro. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuētis: vita gratiæ in præsentī, & vita gloriæ in futuro: Denique corpora sic gubernare, refrænando ea ab actibus vitiosis, ac vitiosis occupando operibus, est ea Deo offerre in sacrificium salutare. Ad quod hortans Apostolus: Obscuro, inquit, per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem. De hoc multa scribit ad Galat. Spiritu, inquit, ambulante, & desideria carnis non perficiētis. Atque ad Coloss. Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, id est, membrorum ab usum vitæ. In alijs quoque pluribus locis. At uerò per opera exteriora virtuosa non solum intelligenda sunt actus, qui directè, seu immediatè à virtutibus eliciuntur, & ex suo genere aut specie boni sunt, vt debita soluere, elemosynas dare, opera misericordiæ & penitentiæ facere, sacrificia immolare, ex deuotione peregrinari: sed etiam opera mechanica, & ex se indifferentia, ex charitatis imperio facta, ad debitum, bonū, ac laudabilem finem relata. Charitas quippe est virtus dignissima, cuius est ceteras virtutes ad proprios actus mouere & excitare. Nec aliquid est meritiorum coram deo, nisi fiat ex charitate. Dum ergo manualia, exteriora & mechanica opera fiunt cum discretione ex imperio charitatis ad Dei gloriam & honorem, & propter eius obsequium propriamque salutem, tunc & ipsa sunt virtuosa. Si enim debeat homo seruire Deo, ac promereri gratiā & salutē, oportet vt uiuat: & ad viuendū ne-

Rom. 6.

Roma. 7.

Roma. 12.

Galat. 5.

Col. 3.

Directio cordis bona in operibus mechanice habenda.

cesse est, necessaria victui habere: ad quæ habenda necesse est operari, & manualia exerce- re, negociari, mercari, arare. Insuper ad virtutes morales passionum reformatrices, & ad conuersationem mutuo pacificam, concordem, quietam, frequenter & copiosissime hortatur Apostolus cunctos fideles, ad Ephes. loquens: Estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis. Et rursus apertius monēs ad conuersationem nomine Christiano con- dignam, omniq; Christianis necessariam: Obscuro, ait, vos in Domino, vt dignè ambuletis Deo uocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicē in charitate, solliciti seruire vnitatem spiritus in vinculo pacis, Hinc quoque ad Colossens. Induite, inquit, vos sicut electi Dei, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem, & donantes, id est, ignoscentes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam. Amplius ad præcauendum & detestandum vitia virtutibus istis cōtraria serio se & sepe hortatur vniuersos fideles. Et quia Romani erant multum carnales, superbi, ambitiosi ac temerè iudicantes, ideo in epistola ad Romanos feruenter instigat ad abominandum hæc vitia, vt potè temeraria, incauta & usurpata iudicia, ac vitia carnis, elationem & gloriam vanam. Ait equidem: Inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim alium iudicas, te ipsum condemnas. Existimas quia tu effugies iudicium Dei? Rursus in eadem epistola: Tu quid iudicas fratrem tuum, aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi, & vnusquisq; pro se rationē reddet Deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus, sed hoc iudicete magis, ne ponatis offendiculum fratri aut scandalum. Contra superbiam quoque exhortans: Noli, inquit, altum sapere, id est, te ipsum extollere & magnum putare: sed time. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos, id est, in oculis proprijs. Etenim dicentes se sapientes esse, stulti facti sunt. Quidam demum Corinthiorum inter se erant contentiosi, ideo scripsit eis: Cū sit inter vos zelus & contentio, nōne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Vnde denuò protestatur: Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei. Talibus loquitur etiam ad Galatas: Quod si inuicem mordetis & comeditis, videte, ne ab inuicem consumamini. Et sequen-

Ephes. 4.

Ephes. 4.

Ephes. 4.

Roma. 14.

Roman. 12.

Roman. 13.

1. Thessal. 5.

Hebræ. 13.

Roma. 12.

1. Cor. 9.

Ephes. 4.

Roma. 12.

Roma. 12.

Ephes. 6.

1. Cor. 3.

1. Cor. 11.

Galat. 5.

Galat. 6.

1. Tim. 2.

Ephes. 4.

tibi capite: Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem iniudentes. Si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Hoc est quod ad Philippenses inducit: Nihil agatis per contentionem, neque per inanem gloriam: sed per humilitatem superiores sibi inuicē arbitran- tes, non quæ sua sunt singuli considerantes, id est, non solum ea quæ ad propriū spectant commodum & profectum, sed quæ aliorum, id est, etiam proximorum profectum & com- modum pensantes, & procurantes pro posse, loco & tēpore opportuno. Hinc ait & alibi: Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor tollatur à vobis.

Præterea cū vnusquisq; teneatur proximo- rum scandala euitare, imò & ipsos ædifi- care, idcirco ad mutuam exemplaritatem multoties vniuersos hortatur, dicendo: Ne ponatis offendiculum fratri aut scandalum. Itaque quæ pacis sunt sectemur: & quæ ædifi- cationis sunt, inuicem custodiamus. Noli illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Peccantes in fratres, & percutientes consci- entiam ipsorum infirmam, in Christum peccatis. Propterea si esca scādalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum, ne fratrem meum scandalizem. Prouidemus bona non solum coram Deo, sed & coram omnibus hominibus. Insuper cunctos Christi- fideles ad obediendum suis superioribus, in his quæ illorū autoritatem cathedramque concernunt, hortatur dicendo: Omnis ani- ma potestatibus sublimioribus subdita sit. Et de hoc scribit diffusè ad Romanos. Et pri- ma ad Thessal. & ad Hebræos.

Ad resistendum etiam omni tentationi vi- riliter hortatur cunctos frequenter. Nempe ad resistendum tentationi, quæ est ex carne, admonet in verbis prehabitis & alijs, quibus docet concupiscentijs esse renitendum, & car- nem in seruitutem spiritus redigendam, ac veterem hominem exuendum. Ad resisten- dum autem tentationibus mundi, hortatur: Nolite, inquit, conformari huic seculo. Potissimè verò instigat ad reluctandum ten- tamentis inuisibilem hostium, dicens: Con- fortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. Induite armaturā Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & san- guinem, supple, tantum, sed principaliter, aduersus principes & potestates, cōtra spiri- tualia nequitia in cœlestibus. Et de hoc plu- ra conscribit ad Ephesios, & alibi: Non, in- quiens, coronabitur, nisi qui legitimè certa-

uerit. Nolite locum dare diabolo. Et multa similia. Ecce ista ad omnes pertinent Chri- stianum, atque ex verbis istis formanda est seruens & discreta correptio eorum, qui con- tra hæc agunt, & quod vehementer distent à via salutis, à qua vitæ tamento plus distant, quanto ab horum adimpletione magis de- ficiunt. Postremò, quàm timoratum spiritu- aliterque sollicitum esse oporteat quemlibet fidelem coram Deo, docet idem Apostolus: Cum metu, inquit, timore & tremore ves- tram salutem operamini. Et rursus: Seruiamus Deo cum metu & reuerentia. Etenim Deus noster ignis consumens est. Itemque: Horrendum est incidere in manus Dei ui- uentis. Nempe cū necesse sit, quemlibet hominem ratione vtentem, in æternum saluari, aut æternaliter condemnari, quis pote- rit fati vereri? Docet demum Apostolus, vt cuncta quæ agimus, ad salutem ac debitum finem referamus ac ordinemus, dicendo: Si- ue manducatis, siue bibitis, omnia in glo- riam Dei facite. Et denuò: Omne aut, quod- cunque facitis in verbo aut opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi agite, gratias agentes Deo patri per ipsum. Ad huc saluberrimum finem, videlicet Dei hono- rem & gloriam propriamque salutem, quæ est æterna fructuosa ac beatifica visio Dei, de- bet quilibet Christianus ad minus semel in die, præsertim in diei exordio, totam suam conuersationem actualiter ordinare. Estque valde conueniens, vt omni die agat hoc sæpè. Verùm cogitationes, locutiones & actio- nes culpabiles, omissiones quoque bono- rum, non sunt ordinabiles ad hunc finem.

De eadem materia ex Euangelio. Articulus V.



Enit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, dicens: Penitentiā agite: appropinquauit enim regnum cœlorū. Hoc idem fuit exordium prædicationis Christi. Apud Marcum quoque narratur: Venit Iesus in Galilæam, prædicans Euangelium Regni Dei, & dicens: Quoniam impletum est tempus, & appropinquauit regnum Dei: Penitētemini, & credite Euangelio. Denique rationabiliter ita exorsit prædicare tam Christianis, quàm Gloriosus eius præcur- sor. In multis enim offendimus omnes, & quotidie frequenter peccamus, præsertim cū & teste scriptura, iustus septies cadat, id est, valde sæpè quolibet die, sal- tem in venialibus. Principium ergo bono- rum

Phil. 2.

Hebr. 12.

Hebr. 10.

1. Cor. 10.

Coll. 3.

Matt. 3.

Marc. 1.

aco. 2.

1. Tim. 2.4.

rum, est poenitentia malorum. Primò itaque ad omnem pertinere Christianum, propriam vitam quotidie examinare, quotidiana peccata deslere saltem igneis lachrymis cordis, etsi non aqueis lachrymis corporis. Insuper docuit octo beatitudines viæ, quæ sunt meritorij actus virtutum, quibus actibus correspondet ac redditur proportionata merces, æternæque salutis in cœlis: quæ beatitudines secundum vnam expositionem ad omnem spectant fidelem. Itaque quilibet tenetur eas implere atque habere tempore suo, vt cum dicitur: *Mat. 5. I.* Beati pauperes spiritu, id est, humiles. Et constat, quòd ad humilitatem & veram suipfius humiliationem vnusquisque tenetur.

Mat. 11. II. Beati mites. Nec dubium quin ad mansuetudinem & iræ per vitium resignationem quilibet obligetur, præsertim cū dicat saluator: *Mat. 11. III.* Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Tertia beatitudo est: Beati qui lugent, sua videlicet aut proximorum peccata, & ex dominicæ passionis compassione, ac desiderio regni cœlestis & interni profectus, siue ex alijs rationabilibus causis: quod totum ad omnem spectat Christi fidelem tempore opportuno, cū & teste Grego. indignus sit regno cœlorum, qui illud quotidie non petit cum lachrymis, & vnusquisque teneatur proximū diligere, sicut seipsum, sicq; de malo illius dolere tanquā de proprio. Quarta est: Beati qui esuriūt & sitiunt iustitiam. Ad quam omnes tenentur, cū iustitia sit præclarissima virtus, quam feruidè cupere ac sitire debemus, imò ad minus plus quam temporalia vniuer

Gregor. Mat. 22. V. sa. Quinta est: Beati misericordes: ad quam vniuersi adstricti sunt, cū iuxta Ambrosium, summa Christianæ religionis in pietate & misericordia maximè consistat. Sexta est: Beati mundo corde. Porro ad munditiam cordis, quantum ad immunitatem ab omni labe peccati mortalis, cuncti sunt obligati. Septima est: Beati pacifici. Nec dubium quin omnes teneantur pacem spiritalem & mentis quietem habere in Deo tanquam in summo, finali contentatiuoq; bono, & quantum in ipsis est, pacem atque cōcordiam habere in bonis cum proximis, turbatos quoq; & dissentientes pacificare pro posse, exigentibus causa, loco & tempore. Octaua: Beati qui persecutio nem patiūtur propter iustitiam. Tenetur autem vnusquisque potius persecutionem, damna, opprobria, imò & mortem sufferre, quā iustitiam, veritatem & fidem relinquere. Idcirco ad hanc beatitudinem, quæ cæteris difficilior laboriosiorq; videtur, Christus consequenter hortatur: *Mat. 5. VIII.* Beati, qui in quiete, estis cū

Beatitudines
8. qualiter ad
omne pertinere
aut fidelem.

Mat. 5.

Mat. 11.

Gregor.
Mat. 22.

Ambrosius.

maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint &c. Gaudete in illa die, & exultate: quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Consequenter ad vitam exemplarem monet saluator, dicendo: Sic luceat lux vestra corā hominibus, &c. Ad quam exemplaritatē, vt patuit, omnes tenentur. Propter quod asserit Augustinus: Deo debes conscientie puritatem, proximo bonum exemplum ad bonæ famæ odorem. Insuper docet, qualiter debeamus orare, ieiunare & elemosynam dare synceriter ac deuotè, omni simulatione, vanitate & appetitu laudis humanæ, exclusis. Et ad hæc omnes tenentur fideles. Dicit quoque eum esse dignum gehenna, qui ex aspersione & tumore superbie, seu irrationabili causa proximum suum nominat stultum. Quo constat, quàm arcta sit via salutis, dum pro vniuersi verbi prolotione infligitur æterna damnatio. Vnde etiam innotescit, quàm periculosa ac pessima sit cōsuetudo multorum, qui passim tamq; faciliter alios vocant & iudicant stultos, non attendentes quòd ipsimet hoc agendo, multo stolidiores sint illis. Amplius docet saluator non esse iurandum omnino: quod tamen consilium est, quia ex rationabili causa licet interdū iurare. Verum qui passim & sine ratione irreuerenterq; iurant, peccant mortaliter, agendo cōtra illud præceptum Exodi 20. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. Insuper iubet: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persecutibus & calumniantibus vos. Personas equidem oportet diligere atq; orare tempore opportuno, vt verè poeniteant ac saluentur: Vitia verò sunt odienda. Præterea auaritia & immoderata de temporalibus sollicitudinem reprobat, vt cōfidamus in patre cœlesti & in paternâ prouidētia eius, vt dictum est suprâ. Prohibet item temeraria iudicia & damnationes proximorum iniustas & indiscretas: Nolite, inquiens, iudicare. Conformiter reprobat eos, qui acuti sunt ad considerandum & reprehendendum proximorum defectus, proprios autem excessus quamuis maiores non corrigunt. Ideo docet, vt ad correctionem fraternam ordinatè procedamus, imprimis emendando nos ipsos, vt simus cōdigni arguere alios. Népe qui in eisdem aut maioribus culpis est, indignus est corrigere alios. hinc enim ait: Quid vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non vides? Deinde copiose hortatur, animat & persuadet, vt cum omni fiducia atq; instantia Dominum exoremus, cū & pater carnalis filijs suis præstet bona eis vilia, quæ pe-

Matth. 5.

Augustinus

Mat. 6.

Matth. 5.

Ibidem.

Matth. 5.

Matth. 6.

Matth. 7.

Ibidem.

tunt ab ipso. Quibus verbis subiungit iuris naturalis præceptum, ad quod omnes tenentur: Omnia, dicens, quæcunq; vultis vt faciāt vobis homines, ita & vos facite illis. In quo præcepto fundatur præcepta decalogi secundæ tabulæ, præsertim affirmatiua. Aliud verò præceptum iuris naturalis negatiuū, quod tamen ex prædicto elicetur, habetur in Tobia, ubi legitur: Quod ab alio oderis tibi fieri, vide ne aliquando alij facias. Quorū vtrumque intelligendum est de rationabili velle ac nolle. Et quoniam istud difficile est in omnibus adimplere, subiungit præcipitq; saluator: Intrate per angustam portam. Hæc portæ arcta via, est vita poenitentialis, conuersatio virtuosa, obseruantia præceptorum in omnibus. Medium autem in omnibus obseruare, & seipsum sic frangere, carnem domare, & mentem Deo semper subiectam & vnitam tenere, difficile arduumq; cœsetur: Deinceps ad humilitatem & reformationem internam nos obligans: Nisi, inquit, conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorū. Vbi multum seriose profectur, quàm enorme, periculosum, vitandum, atque damnabile sit scandalizare aut aspernari puillos. Docet quoque ac præcipit modum fraternæ correctionis, dicendo: Si peccauerit in te frater tuus, &c. Quod præceptum paucissimi veraciter ac debitè implēt. Ad quod tamen omnes tenentur, secundum quod correctio illa est actus charitatis. In quantum verò est actus iustitiæ, pertinet specialiter ad prælatos ac presbiteros. Multa demum & his consimilia iusta in euangelio tradit, videlicet vt iniuriantibus ignoscamus, & offensis à nobis satisficiamus, veniam postulantes, nec persecutores inordinatè sicut meamus, vt timore eorum à fide, veritate, & æquitate vllatenus recedamus, imò pro Deo, fide, iustitia mori simus parati: nec parentes, nec aliquid Deo præferre consentiamus, ipsumque Christum cruciformiter imitemur, carnem nostram cum vitijs & concupiscentijs crucifigēdo, nobisq; ipsis salubrè violentiam in ferendo, propriam voluntatem frangendo cum omni sua animositate atque duritia: imò quotidie imprimis quaramus regnum cœlorum, æternam beatitudinem ardentem, non tamen propter finalem appetendo: atque iustitiam eius, id est, opera virtuosa & iusta, ac spiritalia: gratiarum charismata, per quæ ad cœleste pertingitur regnū. Ex quibus constat, quàm virtuosam, exemplarem, timoratum, charitatiuamq; vitam ducere omnes teneantur Christifideles. Hoc quippe Dominus Iesus Christus protelatus

Tob. 4.

Mat. 7.
Porta angusta
ad vitam
ducit que.

Matth. 18.

Ibidem.

Ibidem.

Mat. 5.
Mat. 10.

Mat. 10.
Luca. 9.

Luc. 12.

est, primum ac principalissimum esse mandatum, vt diligant Deum, toto corde, tota mente totaque anima & viribus totis, proximis quoque spiritali amore, sicut seipsum. Hoc item necessarium esse edocuit, vt in cunctis, quæ agimus, oculus noster sit simplex, id est, intentio recta, sic vt ad finem salubrem per media conuenientia ac proportionata tendamus. Ad istam in super comprobanda possent ex epistolis beatorum Apostolorum Iacobi ac Ioannis plura induci, quorum iam sententia competenter est tacta, quæ & infra suis poterunt locis commemorari.

Mat. 22.

Matth. 6.

Quam uirtuosa ac splendida meritis effecti militantis Ecclesie uita.

Articul. V I.



Cias quomodo te oporteat conuersari in domo Dei, quæ est ecclesia Dei uiui, columna & firmamentum veritatis. Ecclesia Christi in hoc exilio militans multis rebus in scripturis comparatur, ac diuersa nomina sortitur præclara, & eminentissimè commendatur: præsertim in Canticis canticorum, in quibus turri David, equitatu Dei, vineæ, horto, fontibus, multisq; alijs assimilatur rebus nobilibus. Insuper sponsa, filia, amica, soror, columba & immaculata ac vnica nominatur sponsæ cœlestis, creatoris, saluatoris ac Dei: quæ omnia sunt appellationes præeminenter amorosæ, suauissimæ atq; dignissimæ. Ex quibus elucidatur, quàm amorosè, fideliter, & constanter vnusquisque anima Christiana debeat saluatori suo iugiter adherere, vniri ac obsequi, ipsa quoq; cōmunitas ecclesiasticæ politię seu plebis: quoniam sicut sponsa ad suum afficitur sponsum, & sicut filia ad parentem, amica ad amicum, soror ad fratrem, tam amorosè, fideliter ac robustè debet vnusquisque Christiana persona affici Christo, & ei stabiliter adherere: nulloq; modo contrarium admittere amorem, nec aliquid offensiuum sponi committere, neq; per omissionē peccare: præsertim cū incomparabiliter maior sit ratio, fortior causa, multipliciusque incitamentum animæ Christianæ amandi ac venerandi sponsum cœlestem, quàm alicui proli amandi carnales parentes, carnalemque sponsum, fratrem siue amicum. Deniq; militantem ecclesiam Christus in Euangelio vbertim appellat regnum cœlorum: quo constat, quòd cœlestē debeat ducere vitā in terris, & instar triumphantis Ecclesie esse ordinata in omnibus. Vnde Ioannes in Apoc. fatetur, quòd vidit eam descendentem de cœlo: Et mysticè quoq; de ea exponitur, quod dictū est moysi:

1. Tim. 3.

Cant. 4.

Matth. 25.

Apoc. 17.

B Inspice

23 D. DIONYSII CARTHVS. DE DOCTRINA

Inspice & fac iuxta exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Sic etenim Christus ipsam in terra instituit, prout ei secundum naturam assumptam fuit in altitudine suae contemplationis monstratum à superbeatissima Trinitate. Præterea soli altissimo Deo latræ cultus dèbetur: atque ad hoc rationalis creatura est condita, vt tota sua conuersatio sit cultus ac veneratio creatoris ad sui ipsius salutem ac proximorum auxilium, vt sit deuota & honorifica circa Deum, decora atque composita in se, profusa & communicatiua ad proximos. Nullus quippe sanæ mentis cogitare aut apprehendere siue audire debet Deum honorabilitatis, excellentiæ ac maiestatis penitus infinitæ, absque ipsius admiratione, amore ac honorificentia singulari, nec absque sui ipsius interna incuruatione, inclinatione, imò & profundissima prostratione coram tam supereminentiissimo Deo, ac resillitione tremebunda in propriam paruitatem. Porrò Ecclesiam consideremus tanquam congregationem ex hominibus taliter Deum verum colentibus, amantibus atque timentibus adunatam: quorùm tota vita sit seruitus superdignissimi creatoris, procuratio quoque propriæ felicitatis, & edificatio ac subuentio proximorum. Quid igitur comparatione huiuscemodi congregationis, residuum generis humani, præsertim rebellium ministrorum adulterantiumque cum demonibus animarum est, quàm velut incultissima sylua, rudissima lapidicina, rabiidissima & beluina barbaries, quorum singula quæque supposita sunt sterilia ligna, incircuncisaque saxa, indomita, scæda, pestilentia ac putrida membra? Denique congregatio ista tam virtuosa & veri nominis ecclesiastica politia, est præclara ac speciosa structura, ædificium artificiosissimè atque magnificè cõpaginatum ex rationalibus lapidibus, omni splendore gratiæ decoratis, donorum luminibus expolitiss, charitate Dei & proximorum connexis, omni virtutum ac supernorum charissimatum munere perornatis. Hæc congregatio est domus ac thronus Dei commorantis in ea, cuius delitiæ sunt esse cum huiusmodi filijs hominum. Est item templum atque Ecclesia conditoris propter cultum & honorificentiam, quæ ei indefinenter exhibentur in ea. Imò & ipsa est sacrificium & holocaustum eiusdem: quoniam seipsam offert ac totaliter mancipat cultui Dei sui. Est etiam Dei ciuitas omnipotentis per saluberrimam pectoris pacem, qua inter seculi huius fluctus in Deo quiescit: & per incundam societatem, quam adin-

Creatura rationalis ad quod condita sit.

ecclesia ut sit structura.

Domus & Thronus Dei

Templi dei.

Holocautum Dei.

Ciuitas Dei.

uicem habet, ac per sacramentorum suorum communionem. Est item exercitus Dei, contra hostes diuini honoris ac suæ salutis iugiter dimicans. Qui hanc ciuitatem verè ingreditur, necessariò habet eius militiam assumere, id est, statuta, leges, ordinationes & mores sanctæ Ecclesiæ fideliter obseruare. Similiter eos, qui hortum, vineam, agrum istum introeunt, necesse est per spiritalem culturam, salutarem obedientiam ac mentis stabilitatem radicari ac fundari in deo. Hanc gloriosam Ecclesiam Deus ab ipsius exordio præ cunctis populis exaltauit, & suum amorem præcipuum, fauorem eximium ad ipsam monstrauit, familiarissimè se habendo ad ipsam in supernaturalibus multis effectibus, in præclaris miraculis ac diuinorum charissimatum infusionibus, exaudiendo preces ipsius, & viros eximie sanctitatis multiplices diuinorum munerum excellentia perornatos dirigendo ad ipsam, per quos eam mirabiliter sublimauit. Nec alijs nationibus talia suæ charitatis iudicia vsquam ostendit.

Exercitus Dei.

De ruina Ecclesiæ, & immani deformatione populi Christiani. Artic. VII.



Vomodo conuersa es in prauum vinea aliena? Verterunt ad me dorsum, & non faciem. Verè, vt dici solet, opposita iuxta se posita, clarius innotescunt. Ideo quanto ex præinductorum consideratione quis perspicacius contempletur, quàm virtuosa, irreprehensibilis, exemplaris meritò esset plebs Christiana Christi Ecclesia: tanto nunc euidentiùs constat, quàm miserabilis, ingens ac defienda sit eius ruina, deformatio, ac periculossissima vita, ita vt ritè dicatur: Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? Nonne ipso facto aiunt Christiani, magis autem antichristiani: Percussimus scædus cum morte, & cum inferno fecimus pactum? Nonne tam impudenter, tam intimatorè, tam incessanter, imò tam pertinaciter & incorrigibiliter madata, documta, cõsilia euagelicè legis trãsgrediuntur, ac si inuicem sibi promississent, cõsideratiq; indifsolubiliter essent, Deum suum indefinenter offendere, dæmonibus deseruire, iugum su per se ferre iniquitatis, & vniuersis inuolui peccatis, ita vt Christus meritò eis dicat: Popule meus, quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? Denique in vestibus & ornatu, in incessu, in vanitatibus, ludis, spectaculis & insanijis multis tam scandalose, indecenter ac

Hierem. 2.

Threm. 4.

Esa. 25.

Amentia & deformatio Christianorù

Mich. 6.

ina-

inanimissimè habent se, ac si communi irrefragabili decreto iurassent & coniurassent se mutuo ad omnem libidinem prouocare, ne ad iracundiam concitare, dæmonibus complacere, animas suas mille vulneribus, imò omni iniquitate trãsfodere, atq; ad laqueum mortis, ad profunda Acherontis, ad sulphureos infernalis incendij puteos non solum ire, sed etiam currere. Et in his maiores & doctiores populi huius sunt primi, qui & instar phreneticorum increpationibus indignatur: impleturq; heu nimis in populo isto, quod olim de synagoga prauissima per prophetas locutus est Dominus: A minori, inquam, vsq; ad maiorem omnes auaritiæ student, & cuncti faciunt dolù, & vniuersi quicq; ad uxorem proximi sui hinc: cleuati sunt, & extèto collo ambulauerunt. Indurauerunt facies suas supra petram, & nolunt reuertii: imò frons mulieris meretricis facta est eis: quia de suis sceleribus non erubescunt. Nunquam hi iuxta Christi præceptum suos diligunt inimicos, sed potius iuxta Hieremiam eloquium, sagitta vulnerans est lingua eorum. In ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias. Verù quid post hæc imminet istis? Nonne iustus Dominus, & iustitias dilexit, reddetq; vnicuique sicut promeruit? Ecce turbo dominicè indignationis egredietur, & tempestas erumpet super caput veniet impiorù. Non reuertetur furor Domini, vsq; dum faciat, & vsq; dum cõpleat cogitationes cordis sui: dabitq; impios in vexationem & maledictionem, & in stuporè atq; opprobrium sempiternum. Præterea tâta est modò deformatio ac ruina ecclesiæ in omni statu & gradu ac ordine, vt quod olim zelator domus Dei electus Bernardus flebiliter dixit, nunc multo flebiliùs possit dici, imò dicendum sit: Coniurasse videtur contra Christum vniuersitas populi Christiani. Egredia est iniquitas à senioribus populi, & à presidètib; plebis. Arcem Ston obtinuerunt, occupauerunt munitiones, & totam deinde potestatiè tradunt incendio ciuitatem: quorum misera & vitiosa conuersatio, plebis est subuersio. Serpenti nunc, imò currit atque discurret, & vndiq; se diffundit putida tabes, simonia, vsura, ambitio, cupiditas, ac damnanda carnalitas per omne corpus ecclesiæ: & quo latius, eo desperatiùs: eo quoque periculosius, quo interius. Si nanque insurgeret apertus hæreticus, mit teretur foras: si violentus inimicus, absconderet se electa Ecclesiæ pars ab eo. Nunc verò quem eijciet, aut à quo se absconderet? Omnes amici, & omnes inimici: omnes necessarii, & omnes aduersarij: omnes domestici, &

Hierem. 6. Hierem. 5.

Esa. 3. Hierem. 5. Hierem. 3. Matt. 5.

Hierem. 9.

Psal. 10. Hierem. 23.

Deformatio ecclesiæ quanta.

Bernardus.

nulli pacifici. Omnes quæ sua sunt quarunt. Ministri Christi vocantur, & seruiant Antichristo. Interea populus iste Christianum se iactans, & Christo indefinenter peccando repugnans, rectè assimilatur infidelissimæ turbe, quæ bene armata, prouisa ac missa à rege potente ad præliandum contra aduersarios eius, mox illis se sociat, & propriù regem dehonoreans, terram ipsius depouulat, castra eius ac oppida demolitur, & reliquos eius seruos pro posse auertit ab ipso. Sic planè populus Christianus à rege regum diuersis charismatibus, spiritualibus ac temporalibus bonis ditatus, ad pugnadù cõtra inuisibiles hostes, contra aciem vitiorum, cõtra vanitates mundi directus ac deputatus, facili congressione succumbit, armaturam Dei, virtutum robur deponit, tentationibus cedit, tentatiùs cõfentit, diabolo subditur, iniquitatis carnis ac spiritus vsque ad verticem constipatur: bonos scandalizare, ac principii tenebrarum incorporari iam non veretur. Nunquid hi discunt à Christo, quòd mitis est & humilis corde? & nõ potius à Satana phantasia proteruam, amètem furorem, & irrationabilem concupiscètiã, atque in cornibus superbiæ extollere semetipsos, & contra seipos: quoniam inter superbos semper sunt iurgia? Postremò hanc ruinam Ecclesiæ quidam deuotus sub apta describès metaphora: Apparuit mihi, inquit, in visione peregrinus quidam pauper & exul, foris stans, baculum manu gerens, egestate atque miserijs plenus. Iuxta què videbatur ciuitas quædam magna, olim pulcherrima ac robusta, & iam pro maxima parte collapsa & ruinosã, partim ab hostibus expugnata, partim ex negligètia ciuium demolita: cuius residua pars ruinam vndique minabatur. In hac vrbe fuerunt monstra marina in forma humana: habitatores ciuitatis peregrino ingressum & opem negabant. Per hanc ciuitatem designatur Ecclesia, quòdam omni spiritali decore ac robore sublimata, nunc verò ab inuisibilibus ac visibilibus hostibus pro maxima parte deiecta, & cõtra se ipsam diuisa ac prælia gerens, quæ Christo & membris eius pauperulus seruiscq; eius prædicantibus virtuosus ingressum & audiciam, communionem & obedientiam negat. Talis extitit quondam dura, excæcata & obliuata plebs Iudæorum, quæ dixit ad Hieremiam: Verbum Dei nostri non audiemus ex te, sed facientes faciemus omne verbù, quod egredietur de ore nostro. De talibus quoque locutus est Esaias: Dicunt vidètib; Nolite videre: & aspicientibus: Nolite adspicere: nobis ea quæ recta sunt. Loquimini nobis pla-

Phil. 2.

Christiani impii quibus recte comparantur.

Matt. 23.

Prou. 25.

D. Hieronimus iusto iuxta ueterè uerbonè

Hierem. 44.

Esa. 30.

centia. Videte nobis errores. O quam multi modò sunt tales, qui libentiùs audiunt eos, qui iuxta ipsorum segmòcinantur affectum, quàm viros verè religiofos, qui viam Dei in veritate docent, & personam non accipiunt hominis: sed quàm verè arctum sit iter salutis, quanta sit peruersitas, ingratitude, carnalitas, obduratio hominum, syncerè Euan-gelizant.

Math. 22. Math. 7.

INTRODVCTIO XIII. regularum de iis, quæ ad omnem pertinent Christianum. Articulus VIII.

Hebræ. 3.

NINE fide impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & quòd inquirētibus se remunerator sit. Quemadmodum tactum est suprà, religiosus & prædilectus in Christo pater, cuius investigatione hæc conscribuntur, petijt per modum regularum breuiter ac succinctim describi in primis ea, quæ ad omnem spectant Christi fidelem: deinde ea, quæ ad singulos quosque in speciali, secundum speciales eorū status, gradus, vocationes & ordines pertinent. Talis quippe descriptio magis est instructiua, faciliusque commendatur memoriæ. Documenta namque moralia tanto sunt perfectiora, quāto ad particularia magis descendunt: quoniam moralia circa particularia & humana gesta versantur. De ijs itaque, quæ vnumquenque concernunt Christianū, sit prima regula seu propositio ista:

REGVLA I.

OMnis Christianus rationis compos, tempore Enagelice legis diuulgatæ, tenetur ad fidem explicitam principaliter credendorum, videlicet articuloꝝ fidei Christianæ, nisi inuincibili ignorantia excusetur.

Hoc doctores satis concorditer tenent. Et sanctus Thomas in secunda parte secundæ Summæ suæ quæstione secunda declarat. Fides etenim, quātum ad explicationem credendorum, secundum incrementa temporum creuit, secundum beatum Gregorium. Hinc postquam incarnatus est filius Dei, & humanum genus per suę incarnationis & passionis mytheria liberauit, atque hoc publicè prædicatum est mundo, tenentur vniuersi fideles explicitè credere, filium Dei esse incarnatum ac passum, & cætera eius mytheria in articulis fidei comprehensa, vt quòd Deus sit vnus in natura, ac trinus in personis: tamè

de ijs debent maiores habere fidem magis resolutam, quàm inferiores ac simplices: Porro tempore legis naturæ, & legis scripturæ non tenebantur fideles, præsertim inferiores, ad tam explicitam fidem: imò sufficit talibus credere duo, quæ in præinducta taguntur autoritate Apostoli: scilicet quòd vnus sit verus Deus, & providentiam eius, potissimè circa remunerationem cuiuslibet hominis. Nec sufficit fides informis, id est, charitati & bonis actibus non coniuncta, sed ad fidem formatam vniuersi tenentur fideles. Hinc fides vocatur fundamentum virtutum atque principium vitæ spiritualis, cum scriptum sit: Iustus est fide viuus. Et isaïas testatur: qui incredulus est, infideliter agit. Apostolus quoque: Quod nõ est ex fide, peccatum est. Et rursus: Per fidem ambulamus.

Fides informis.

Rom. 1. Esa. 21. Rom. 14. 2. Cor. 5.

REGVLA II.

OMnis Christianus tenetur ad spem formatam, quæ est expectatio æternæ felicitatis, ex gratia Dei, ac meritis sperantis proueniens.

Quemadmodum enim fides est oculus mentis, ostendens quid sit credendum, & quid sperandum à Deo: sic spes est prima virtus, per quam homo expectat illud, quod à Deo sperandum est, & voluntate tendit in illud. Denique sicut fides sine charitate & meritorijs actibus informis est, ita & spes. Dicitur quoque virtus informis, id est, sine forma, decore & ornatu sibi necessàrio ad hoc, quòd placeat Deo ac meritoria sit æternæ salutis. Itaque directum ac principale obiectum spei, est beatitudo æterna & increata, nondum habita, sed haberi possibilis: quemadmodum obiectum fidei est veritas prima, nondum vñ facta. Et sicut fides secundariò est de quibusdã rebus & veritatibus creatis per comparationem ad summam increatamque veritatem: ita & spes secundariò respicit quædam creata, in quantum sunt adminiculatoria & necessaria ac conferentia ad beatitudinem obtinendam: sic speramus in merito dominicæ passionis, & in beatissima virgine. De hac spe ait Apostolus: Spe salui facti sumus. Et rursus: Speramus in Deum viuum. Et debet qui arat, arare in spe fructus percipiendi. Itemque: Spem habemus tanquam ancoram firmam, &c. Præterea de efficacia spei in promerendo, multa in scripturis continētur exempla, sicut in libro Machabeorum de Iuda & fratribus eius: qui sperando in Domino, maximas de infidelibus obtinuerunt victorias, cum & pauci fuissent, aduersariorum respectu. Similiter in libro Indicum. In Hieremia quoque Dominus recitatur dixisse eunuchò

Spe informis. Virtus informis que dicitur.

Rom. 8. 1. Tim. 4. 1. Cor. 9. Hebræ. 6.

1. Mach. 2.

Hiere. 9.

vehement

Dan. 13.

vehementer formidanti Chaldeos, tamen in Deo speranti: Eruens liberabo te, & erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam. Conformiter in Daniele legitur: Suffragana mlier casta & pudorata de circũuentio nibus impijssimorū senū, & de morte mirabiliter liberata, quoniã erat cor eius fiduciam habens in Domino. Ita & nos in Deo spe formata humiliter ac constanter sperando, meremur hostibus nostræ præualere salutis.

REGVLA III.

Quilibet Christianus tenetur Deum toto corde, tota mente, tota anima, totisque viribus ex charitate super omnia diligere, etiam incomparabiliter plus quàm seipsum, principaliter propter ipsum, & suam propriam bonitatem, & quoniam prior dilexit nos, deinde propter eius beneficia ac promissa.

Charitatis excellentia.

1. Cor. 13.

Charitas enim est summa virtus, & cæterarum finis, forma, vita, motrix ac imperatrix virtutum. Et sicut in naturalibus forma mouet, ornat, perficitque materiam: sic in intellectualibus atque moralibus charitas cæteras mouet, perficit, ornat, acuatque virtutes, in tantum quòd sine ea nihil est meritum & Deo acceptum, etiam nec mori profide, dicente Apostolo: Si linguis angelorum loquar & hominum, charitatem autem non habeam, nihil sum, quo ad esse gratiæ, non naturæ. Et si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, &c. Proximos verò debemus spiritaliter sicut nos ipsos diligere, optando eis gratiam in præsentem, & gloriam in futuro. De horum expositione & intelligentia præceptorum, & qualiter præceptum istud diuinæ dilectionis tripliciter exponatur ac impleatur, & qualiter iubeamur Deum diligere tota mente seu intellectu, totaque anima & viribus totis, cum tamen ipsum diligere realiter actus sit voluntatis, & in ea duntaxat subiectiue consistat: de numero quoque diligentium ex charitate, atque de ordine diligendi pertranseo, quoniam alibi sæpè ac plenè inde tractatum est. Hæ tres virtutes appellantur theologicae ac diuinæ, & digniores sunt cæteris, quoniam Deum pro immediato habent obiecto, tamen sub distincta ratione formali. Per has anima rationalis, quantum ad vires suas supremas, videlicet intellectum ac voluntatem, immediatè coniungitur Deo, & desponsatur eidem, ac seipsam mactat, offert, in captiuitatēque: redigit in obsequium Christi: per fidem subdendo intellectum suum creatori, consentiendo ijs, quæ rationem transcendunt, intuitu Dei & autoritate scripturæ: per spem quoque volunta-

Anima quomodo dispõsetur Deo.

tem suam Deo subiiciens, tendèdo in ea, quæ nec sensu, nec imaginatione, nec ratione noscuntur aut capiuntur: in super per charitatem voluntatem suam subiiciens Deo, ipsum synceriter propter seipsum plus quàm seipsam incomparabiliter diligendo, cum tamen naturale videatur, ad proprium commodum magis reflecti. Denique cum homo propter supernaturalem beatitudinē sit creatus, quæ est clara & beatifica visio deitatis per speciem, necessaria ei sunt supernaturalia media ad consequendum hunc finem, videlicet charitata gratiarum, virtutes infusæ, & septem dona. Hinc ei multa supernaturalia ac incomprehensibilia credenda traduntur.

Cumque charitas sit summa & perfectissima virtus, tanto vnusquisque, absolutè loquendo, est melior & Deo acceptior, maiorque erit in patria, quanto existit in charitate perfectior, siue sit religiosus, siue secularis. Verum valde difficile est in seculari coniugaliue vita ad charitatis perfectionem pertinere, propter multa & magna impedimenta ibi occurrentia: propter quod sapientia Dei patris, Christus Dominus, illa optimè sciens impedimenta, sapientissima ac saluberrima in Euangelio dedit consilia euitandi impedimenta huiusmodi, vt pote carnales, propinquos, uxorem, diuitias, voluntatemque propriam. Nihilominus speciali gratiæ priuilegio aliquibus est concessum, etiam in seculo atque cõiugio perfectionem acquirere, sicut in veteri testamento Dauidi, Ezechia, Iosiaque regibus, & multo pluribus in Euangelica lege: inter quos fuit præclara & prælecta illa Elizabeth de Thuringia regis Hungariæ filia.

Charitatis perfectione esse difficultiore secularibus quàm religiosis.

Math. 19.

Hinc in vitis sanctorū patrū legitur Deus dixisse sancto Antonio residèti in eremo: Antonio, cur magnum aliquid sentis de te in solitudine sedens? Ecce nondum peruenisti ad mensuram & sanctitatem coriarij illius in Alexandria commorantis. Quo audito, sanctus Antonius perrexit ad illum, & cognita profundissima humilitate atque altissima charitate ipsius, obstupuit. Ideo religiosi nõ debent seipsos extollere, nec seculares contemnere. Dum autem iubemur Deum toto corde præcunctis incomparabiliter plus amare, non est hoc intelligendum de maioritate feruoris sensibilis, sed appretiationis, ita quòd vnusquisque tenetur in tantum Deum diligere, tamque eminentissimè appretiarì, reputare & magnipendere bonum illud altissimum, vt malit propriam vitam & cuncta quæ intelligendū

Diligere Deum supra oia, quomodo se intelligendū.

ab ipso ac eius amore auelli. Propterea minima charitas dicitur maior ac fortior, quam maxima cupiditas seu amor priuatus: quia quicumque amat Deum ex charitate, quantumcunque modicè diligit ipsum ex ea, tamen plus diligit ipsum appretiatuè, quam quicumque carnalis aut cupidus quæcunque carnalia & terrena, vt tangit Augustinus super Psalmum: Bonum mihi lex oris tui super millia auri & argenti. Hinc quoque ad verà cōtritionem requiritur, plus dolere de quocunque peccato mortali quantumlibet modico, quam de quocunque damno temporali, incommodo corporali, seu malo purè pœnali: & hoc, loquendo de dolore, quantum ad superiorem vim appetitiuam, non quo ad sensibilem afflictionem. Vnde timendum videtur, quòd pauci veram hanc contritionem habent. Nam contritio dicitur maximus dolor qui est in natura, prout super quartum sententiarum exponitur.

Psal. 118.

Contritio vera quid requirit.

Obedientia omni Christiano necessaria que sit.

Luc. 10.

Exod. 16.

Heb. 13. Rom. 13.

Numer. 16.

10. Ier. 10.

Vnusquisque Christianus tenetur ad præcepta decalogi & ad præcepta ecclesie ac superiorum suorum, quantum eorum auctoritas, cathedra aut presidentia se circa ipsum extendit.

De illis quippe ait saluator: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Hinc Moyses in Exodo murmurantibus contra se ait: Non contra nos (supple, tantum) est murmur vestrum, sed contra Dominum. Quicquid enim irreuerentiæ, rebellionis, inobedientiæ siue iniuriæ irrogatur Dei vicarijs, Deus sibi irrogari arbitratur. Hinc ad Hebræos scribit Apostolus: Obedite præpositis vestris, & subiaceat illis. Et alibi: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, & cæ. vt supra. Denique, quàm enorme sit superioribus esse rebellem, constat ex terribili illo exemplo, quod in Numeris recitatur: quemadmodum Core, Dathan & Abiron et Hon absorpti fuerunt à terra propter eorum aduersus Moysen & Aaron rebellionem. E contrario quoniam Iosue Deo ac moysi obedientissimus fuit, ad eius instantiam vel potius iussionem Sol & Luna steterunt in cælo immobiles vigintiquatuor horis, obediens Deo voci hominis. Non perfecte obediens votis ac precibus tam celeriter annuit Deus, vt eis quasi obedire mox videatur. Præterea constat, quòd quicquid committitur aut omittitur contra conscientiam rectam uè rationem, ædificat ad gehennam.

Scire quoque oportet, quòd in veteri testa-

mèto triplicia erant præcepta, videlicet cæremonialia, iudicialia atque moralia. Cæremonialia, erant quædam determinationes præceptorum moralium primæ tabulæ, quantum ad ritum colendi Deum in sacrificijs cæremonialijsque diuersis: quæ, quia figuratiua erant, cessant: imò & mortifera extant in Euangelico lege, Euangelio diuulgato, veritate iam per Christum impleta. Iudicialia quoque sub Euangelio cessant: quoniam erant determinationes præceptorum moralium secundæ tabulæ, quantum ad modum seruandi iustitiam inter proximos, prout magis conueniebat Iudæis: sed quia ex se non erant figuratiua directè, non sunt ita mortifera vt cæremonialia. Imò si à principe Christiano aliquid illorum rationabiliter institueretur, posset à subditis eius licitè obseruari. De triplicibus istis veteris testamèti præceptis loquuntur Alexander de Hales super tertium librum Sententiarum, S. Thomas in prima parte secundæ Summæ, & Villhelmus Parisiensis, in libro de fide & legibus.

Præcepta triplicia.

REGVLA III.

REGVLA V.

Omnis Christianus tenetur ad virtutes morales, per quas passiones appetitus sensitiui refranantur & moderantur, ne circa sensibilia & exteriora quis moueatur aut afficiatur contra charitatem aut equitatem: quia, ut dictum est, sensualitatem rationi obedire ac subdi oportet. Ad prudentiam quoque tenetur omnis Christianus fidelis: quia prudentia disponit de medijs pertingendi ad finem virtutum moralium, & modum ordinemq; agendi ac reformandi passiones præfigit.

De ijs supra ex epistolis apostolorum multæ sunt autoritates inductæ: videlicet, qualiter admonemur atque iubemur à carnalibus concupiscentijs, ira, impatiètia, indignatione, amaritudine abstineri: cum mansuetudine quoque, patientia, ignoscencia mutud conuersari. De prudentia verò præcepit Christus: Estote prudentes sicut serpentes, & c. De hac prudentia Daud rex specialiter commendatur, quòd in omnibus prudenti agebat. Prudentiæ etenim actus, est discretio.

Matt. 10. 1. Reg. 18.

REGVLA VI.

Quilibet Christianus ad octo beatitudines obligatur, quæ sunt meritorij actus virtutū, quibus actibus correspondet ac redditur proportionata merces eternæ salutis in cælis.

Vide supra in 5. Articulo, vbi hæc beatitudines dilucidè explanatas reperies.

REGVLA VII.

Vnus-

Vnusquisque Christianus tenetur ad septem dona spiritus sancti, & ad omnes uirtutes, beatitudines & fructus, qui charitati inseparabiliter sunt annexi.

Porro septem dona, secundum doctores super tertium librum Sententiarum inseparabiliter coniuncta sunt charitati secundum aliquem gradum. Nam sicut tres sunt gradus charitatis, ita donorum. Sunt autem dona habitus supernaturales in fusi, per quos fit anima promptè mobilis ac dirigibilis à Spiritu sancto in ordine ad finem supernaturalem: & dantur in expeditionem adiutoriumque virtutum, præsertim theologiarum, prout super Iob primo sanctus scribit Gregorius: de quibus donis multa possent pulcherrima atque subtilia introduci, sed breuitas, cui hinc studeo, cogit iam inde superfedere. De quibus & speciale collegi opusculum.

Donorum definitio.

REGVLA VIII.

Omnis Christianus tenetur septem sacramenta ecclesie credere, uenerari, & digne suscipere, iuxta sui exigentiam status. Qui enim aliquod sacramentorum ministrat aut suscipit cum conscientia peccati mortalis, peccat mortaliter. Idcirco ante cuiuslibet sacramenti susceptionem debet homo conscientiam suam examinare, purgare, & (si opus est) confiteri.

REGVLA IX.

Quilibet Christianus obligatur in actibus suis rectam habere intentionem, eosq; ad finem debitum ordinare.

Prout supra in fine quinti articuli tactum est: ad quod etiam quarto articulo ex epistolis Pauli Apostoli allegata sunt autoritates, & hoc tempore opportuno, vel actu, aut habitu. Vnde in Mattheo ait Saluator: Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si fuerit oculus tuus simplex, id est, recta mètis tuæ intentio, totum corpus tuum lucidum erit, id est, tota actuum tuorum congeries erit laudabilis. Intentio nanque, vt sanctus fatetur Ambrosius, speciem actui imprimit. Si autem oculus tuus nequam fuerit, id est, intentio peruersa, totum corpus tuum tenebrosum erit: id est, tota operatio tua vitiosa cõsistet, quantum ex genere suo sit bona, sicut ieiunium, oratio, & elemosynarum largitio.

Intitio recta.

Matt. 6.

Ambros.

REGVLA X.

Vnusquisque Christianus tenetur loco & tempore opportuno ad opera misericordie tam spiritalia, quam corporalia, secundum facultatem, dispositionem & exigentiam status seu uocationis sue persone.

Misericordie opera.

Hinc in Euangelio ait Saluator: Estote misericordes, sicut & pater vester cœlestis misericors est. Et rursus: Omni petenti te tribue. Itemque: Si non dimiseritis vnusquisque fratrem suum, nec pater vester cœlestis dimittet vobis peccata vestra. Circa hæc recitanda sunt exempla operum misericordie ex scripturis: quemadmodum Abraham patriarcha sedet quotidie seu frequenter in ostio tabernaculi sui, ad obseruandum vt videret aliquem peregrinum aut pauperem, quatenus illos ad suam perduceret domum: quorum & pedes consuevit lauare, & eis ministrare ad mensam: quo merito datum est ei angelos sanctos tres in humana forma videre, accedere, hospitare, & bene tractare: quâ pietatem nepos ipsius iustus. Loth affectus, duos meruit angelos in peregrinorum specie hospitare. Vnde ad Hebræos docet Apostolus: Hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidam, angelis hospitio receptis. Denique per hanc misericordiam & copiosa opera eius sanctus Iob præcipuè placuit Deo, qui de se ipso testatur: Ab infantia creuit mecum miseratio. Oculus mei cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum: flebam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Foris non mansit peregrinus: ostium meum viatori patuit, & de velleribus ouium mearum calefactus est. Non comedi buccellam meam solus, sed comedit ex ea alienus. Ecce quàm misericordissimus fuit beatissimus ille patriarcha & propheta Iob. Insuper de his misericordie actibus sublimiter quoque commendatur virtuosus ille Tobias: qui, vt in libro eius describitur, effurietes alebat, nudos vestiebat, mœstos consolabatur, suosq; proximos salubriter hortabatur. Qui & filium suum informans: Noli, inquit, auertere faciem tuam ab vilo paupere: ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies Domini. Quomodo poteris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, multum tribue, si parum tibi fuerit, etiam modicum libenter impertiri stude. Circa hoc cõmemoranda ac prædicanda sunt cum grandi feruore verba sanctorum patrum Basilij Ambrosijque, dicentium: Non minoris criminis est habenti auferre quod suum est, quàm cum possis & habes, indigentibus denegare. Esurientium panis est, quem tu detines, nudorum indumentum est, quod includis, aut super periticam pendis: discalceatis calceus est, qui tibi superfluit: miserorum redemptio, pecunia quâ abscondis. Quocirca tantorum te scias bona inuadere, quantis possis & non vis com-

Luc. 6.

ibidem.

Matt. 6.

Exempla operum misericordie. Gen. 18.

Genes. 19.

Hebræ. 13.

Iob. 37.

Iob. 29.

Iob. 30.

Iob. 31.

Tob. 4.

Tob. 44.

Basilij: Ambrosij.

municare. Nunquid iniustus est Deus, qui hominibus temporalia inæqualiter dedit? Cur tu abundas, & ille indiget, nisi ut tu bona & piæ crogationis merita consequaris, & ille patientiæ brauijs decoretur? Quid ad hæc coram Deo sunt responsuri, qui tot paria habent vestimentorum, tot genera ferculorum, & tamen vix siccum petentibus tribuunt panem: cum tamen sacratissimus dicit Baptistæ Ioannes: Qui habet duas tunicas, id est, vnam superfluum, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat? Imò & ipsemet Christus ait: Quod superest, id est, vobis superfluit, date cleemosynam. Postremò in primo libro de vitis sanctorum patrum sanctus refert Hieronymus de sancto Apollonio plurimorum monachorū abbate: quia dum tempore magnæ caristiæ cuncta quæ in suo monasterio erant residua, suisque monachis necessaria, crogasset pauperibus, sequenti die omnia reperit miraculose multiplicata in suo cœnobio. De pluribus quoque sanctis leguntur similia. Præterea inter hæc misericordiæ opera, fraternæ quoque continetur correptio, de qua supra articulo 5. dictum est plenius.

REGVLA XI.

Omnis Christianus tenetur suis proximis consistere exemplaris in uerbis & factis, ac eae= teris.

Contra quod enormiter peccant iam viri & fœminæ, iuuenes ac puellæ, se curiose, ornate, pompaticè vestientes ac decorantes, nõ attendentes nec formidâtes quod sancti doctores Hieronymus atq; Chrysostomus contestantur: Vir aut mulier se ornans, ornateue vestiens, sicque vultus hominum in se prouocans, etiam si nullum inde malum in alio sequatur, tamen sic faciens, æternum supplicium patietur: quia venenum præbuit, si fuisset qui biberet. Denique omnis homo vestire se debet secundum decentiam & exigentiam suæ vocationis & religionis seu status. Cum ergo lex seu religio Christiana sit lex totius humilitatis, maturitatis, probitatis, sapientiæ & exemplaritatis: constat quòd omnes Christiani ad exemplarem, humilem, decentem, ac maturum obligentur vestitum. Vnde & 2. Regum habetur, quòd filia Dauid regis talaribus vestibus utebantur. Enormissimè verò peccant stolidissimæ atq; vanissimæ fœminæ, suas facies adulterinis ad ditionibus excolentes. Vnde loquitur Augustinus: Quanta amentia est effigiem mutare

Luc. 3.

Luc. 11.

Hieronym. Chrysost.

Vestitus Christianorū cuiusmodi esse debet.

2. Reg. 15.

Augustin.

naturæ, & quærere fucam picturam in facie, seu exquisito rubore perfundere vultu? Tolerabiliora penè sunt adulterij crimina: quia in illis adulteratur natura, in istis pudicitia: cum tamen adulterium inter crimina, quæ sunt in proximum, sit post homicidium, vnum grauissimorum. O qualiter in inferno deturpabuntur & æternaliter confundentur ac punientur facuellæ, huiusmodi. De hac materia scripsi diffuse in opusculo de vita nobilium.

REGVLA XII.

Quemadmodum quilibet Christianus adstrigitur Deū toto corde diligere, ita & ipsum tenetur præ cunctis filiali, aut saltem initiali timore, & non solum seruilis formidine, quæ meritoria non est.

Timor nanque filialis ex amore directè procedit: similiter timor initialis, quantum ad hoc, quòd ex affectu boni, recedit à malo. Hinc viles & prorsus indigni Deo sunt, qui hominem plus verentur, quàm Deum: qui coram diuinæ sanctitatis præsentia & conspectu audent cogitare, appetere, loqui & operari, quæ coram hominibus, præsertim honestis ac præsentibus non audent. Hinc ait Saluator: Eum timete, qui habet potestatem corpus & animam perdere in gehennam. Apostolus quoque: Cum metu, inquit, timore & tremore vestram salutem operamini. Timor iste, utilissimus saluberrimusque consistit: quia (vt Salomon loquitur) Qui timet Deum, nihil negligit. Et item: Fons vitæ timor Domini, vt declinet à ruina mortis. Hinc sanctus Iob de seipso fatetur: Semper quasi tumentes super me fluctus timui Deum. Et rursus: Iræ Dei nemo potest resistere, & cogitationem eius nemo potest auertere. Idcirco, à facie eius turbatus sum, & considerans eum timore sollicitor. Hinc sicut in quarto libro vitæ sanctorum patrum refertur, Abbas Helias locutus est: Ego tres res timeo. Vnam, quando egressura est anima mea de corpore: Secundam, quando presentanda est Deo: Tertiam, quando de ea proferetur sententia. Sic timuit Deum sanctus senior ille, qui videns fratrem quandam ridentem, ingemuit, dicens: Coram cælo & terra rationem Deo sumus reddituri, & tu rides? Hieronymus quoque: Siue, inquit, comedo, siue bibo, seu aliquid aliud ago, semper videtur mihi tuba illa terribilis sonare in auribus meis: Surgite mortui, & venite ad iudicium.

Timor Dei.

Matt. 10.

Phil. 2.

Ecc. 7.

Prou. 14.

Iob. 31.

Iob. 23.

Abbas Helias tria timuit.

Hieronym.

R E G.

REGVLA XIII.

Omnis Christianus tenetur Deum excelsum ac omnipotentem cum attentione & reuerentiâ ac affectu adorare, orare, laudare, & gratias ei referre gratusque esse.

In his etenim actibus debemus propriam defectuositatem, vilitatem, ingratiudinem, indigentiam, culpabilitatem attendere: Diuina quoque maiestatis, pietatis, iustitiæ, liberalitatis & charitatis super nos immensitatem considerare ac admirari, sicque cum omni reuerentiâ & pauore, cum omni attentione, humilitate, inflatâ ac feruore, adorare, inuocare, laudare, venerari altissimum, eiusque beneficia sollicitè ponderare ac reminisci: quòd tam diu misericordissimè sustinuit nos, & vbertim misertus est nostri, cum multi æternaliter sint damnati, qui multo minùs quàm nos, peccauerunt. Vnde ei totis viribus regratiari debemus, eiusque bonitatem, misericordiam, munificentiam totis viribus colaudare, amare, ac honorare, & vitæ emendare in omnibus. Hinc in euâgelio ait saluator: Oportet semper orare, & nõ deficere. Et iterum: Spiritus est Deus: & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate adorare oportet. Tobias

Luc. 18. 1021. 4.

quoque: Omni, inquit, tempore benedic Deum & pete ab eo, vt vias tuas dirigat. Atque Apostolus: Orationi instote, vigilantes in ea in gratiarum actione, & grati estote. Hoc egit, agendumque docuit Elias propheta, dicens: Miserationum Domini recordabor, laudem Domini annuntiabo, super omnibus bonis, quæ reddidit nobis. Denique hoc totum sollicitè adimpleuit vir vitæ sanctissimæ Germanus episcopus, qui ab exordio suæ conuersionis, à suspirijs, lachrymis & tunctionibus pectoris non cessauit, tam arduissimam agens vitam, quòd quasi incredibile videbatur hominem taliter viuere posse. Nec enim vnquam animum suum à suæ rigore custodia relaxauit. Hoc etiam modo sanctissimi patres, Antonius, Macarius, Arsenius, ac alij plures Deum exorauerunt: qui frequenter per totum tempus noctis in suis manserunt orationibus incessanter stantes, & præ uehementia sui feruoris, multoties ab omni exteriori sensu alienati, rapiabantur in Deum.

Tob. 4. Col. 4.

Es. 65.

Cerminus Episcopus.

LIBRI I. FINIS.

DIONYSII

CARTHUSIANI DE DOCTRINA ET

REGVLIS VITAE CHRISTIANORVM LIBER II.

ca potissimum ob oculos ponens, quæ ad singulos priuatim spectant Christianos.

Præfatiuncula.



N super de ceteris, ad quæ omnes Christiani tenentur, possent ad huc plures regule assignari, quæ tamen ad præinductas possunt reduci, & includuntur in eis: ideo istæ sufficiant. Consequenter itaque breuiter est tangendum, ad quæ singuli specialiter adstringantur: & incipiendum à Clero, cuius caput est Dominus Papa: sed vt breuior sit hic liber, primò dicendum, ad quæ specialiter obligentur episcopi, ex quibus facile erit pensare, ad quæ teneantur archiepiscopi & pontifex summus, imò & vniuersi prelati, archidiaconi & Curati.

De iis quæ ad Episcopos specialiter pertinent. Articulus I.



PORTET Episcopum, irreprehensibilem esse, sobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hospitem, doctorem, non vinolentum, non percussorem: sed modestum, non litigiosum, non cupidum, sed suæ domui bene præpositum. Quemadmodum sanctus asserit Augustinus, duæ istæ epistolæ Pauli Apostoli ad Timotheum episcopum Ephesiorum, & vna ad archiepiscopum Cretensium Titum, specialiter atque clarissimè docent ea, quæ ad vitam, statum & officium pertinent præsulum: qualiter debeant se habere circa se, & circa subiectos, & qualiter diuersos diuersimodè habeant informare. Hinc tres illæ epistolæ secundum Augustinum frequenter ac diligenter ab episcopis sunt legendæ, considerandæ, efficaciterque implendæ. Itaque quibus virtutibus oporteat episcopos specialiter decorari, à quibus item vitij potissimè debeant abstinere, docens vas electionis: Oportet, inquit, episcopum irreprehensibilem esse, videlicet tam promouendum in præsulum, quam eum, qui iam in episcopali est constitutus officio: vt pote ab omni notabili mortali quæque vitio alienum, sobrium, ornatum emi-

Episcopi quibus debeant uirtutibus decorari.

nentia morum, prudentem, pudicum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, sed suæ domui bene præpositum. De ijs possent in particulari multæ regulæ assignari de pertinentibus in speciali ad præfules, de quibus breuiter studens pertranseo: præsertim quoniam in opusculo de vita & regimine Curatorum omnia ista diffusè exposui. Breuiter etiam exposui ea in tractatu de regimine episcoporum, & item in libello de officio Archidiaconi. Verum hoc breuiter est addendum, quodd præfatæ virtutes pro maxima parte etiam ad vnumquemque spectant Christiani fidelem: vt pote esse ac viuere sine omni mortali peccato, sobrium, ornatum, id est, morigeratum, prudentem, seu discretum, pudicum, hospitem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, sed pacificum, piûm & liberalem, suæque domui bene præpositum, id est, suis domesticis exemplarem, & bene eos regentem ac discretè corripientem. Porro, quo status ac dignitas episcopalis est altior, & quo Apostolicum ac diuinum illud episcopale officium extat præstantius atque sublimius, eo in cunctis præactis virtutibus oportet episcopos

vos esse perfectiores, & magis Heroicos ac diuinos: & in omni sapientia magis exuberantes ac splendidos: quatenus de plenitudine & redundantia suæ internæ perfectionis & opulentia spiritualis, queant sibi commissis charitatiuè liberaliterque communicare, influere, prouidere: ipsos indefinenter purgando, illuminando, perficiendo. Hoc quippe est iusta & infallibilis regula, quod omnis præsentia Christiana, tã spiritualis, quam ciuilis, potissimè tamen spiritualis, quanto est maior ac altior, latior atque præstantior, tanto requirit eminentiorem perfectionem gratiæ ac virtutum, sapientiæ ac prudentiæ splendorem præclariorem, inflexibiliorem iustitiæ zelum, & constantiorem in omni bono stabilitatem. Hinc doctores cõcorditer asserunt, quod status episcopalis est status perfectionis iã acquisitæ: quæ admodum status religiosorum est ita perfectiõis acquirendæ: ita quod sicut religiosi ex suæ uocationis professione adstringuntur quotidie crescere & perfectioni obtinendæ studere: sic præfules ex sua uocatione & professione obligantur in omni virtute esse iam consummati. Ideo sicut officium illud est prorsus dignissimum: ita reuerã & periculosissimum est: & sicut ineffabiliter meritorium est illud virtuose & debitè adimplere: sic indicibiliter extat damnabile in illo se negligenter, carnaliter & scandalizatiuè habere. Itaque episcopos oportet in termino excellenti esse maximè irreprehensibiles, sobriissimos, castissimos, spiritualissimos, morigeratissimos, prudentissimos, misericordissimos, exemplarissimos, summè pacificos, optimè gubernantes, atque fraternæ correptionis præceptum sine personarum acceptione strenuissimè adimplentes: conformiter cætera, quæ ad eorum spectant officia, sublimiter obseruantes, vt quod ait in epistola prima ad Timoth. Apostolus, in illis impleatur: Estote, inquit, exemplum fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate. Atredè lectioni, exhortationi, doctrinæ. Noli negligere gratiã dei in te. Profectus tuus manifestus sit omnibus. Peccantes coram omnibus argue, vt ceteri timorem habeant. Hæc & multa ijs consimilia in epistolis illis contenta, ad omnem pertinent præsulum: qui nequaquam terrena & temporalia debet spiritualibus ac diuinis præferre, sed nunc vnum, nunc aliud expedire. Siquidem tam ad contemplatiuam, quam ad actiuam vitæ operam, imò ad vtriusque perfectionem tenetur. Exteriora verò & secularia debet, quantum fieri potest, aptis officiatis committere, seque in spiritualibus principaliter occupare.

Status episcopalis cuiusmodi sit status.

1. Timo. 4.

1. Timo. 5.

Viros literatos ac timoratos, adiutores idoneos, consiliarios prouidos, officiatos probos & condignos sibi assumere, ad diuinæ pietatis immensitatem indefinenter confingere, considerationi communis boni cum vigilantia maxima omni hora intendere, & cum suis quotidie consilium tenere de reformatione lapsorum, de recuperatione perditorum, & de omni prosperitate salubri in statu spiritali ac seculari: seipsum quotidie examinare, & coram Deo discutere: diuini rigoris iudicij sapienter ac profundè pensare, sicque ad exequendum omne debitum suum, infatigabili charitate, sollicitudine, fidelitate iugiter laborare. Postremò de cæteris ad episcopos ex iure diuino aut positiuo pertinentibus, in Decreto & Decretalibus atque in summis doctorum plurima continentur. Summè autem prouideant, fatigant, & procurent, vt archidiaconi sua officia debitè exequantur. Religiosos etiam studeant reformare, & ipsos canonicos: & pro diuino subsidio in horum expeditione feruentissimè, lachrymose ac iugiter orent, sanctorum episcoporum virtutes sectentur, & intueantur exempla. Tales olim fuerunt sancti episcopi. Vnde & de sancto Hugone Gratianopolitano narratur episcopo, quod dum electus esset in præsulum, & inuenisset plebem prorsus incultam, rudem & induram, clericum quoque totius ecclesiasticæ disciplinæ ignarum, in tantum quodd sacerdotem in facie ecclesiæ publicè duxissent uxores: videns vir ille adhuc iuuenis, vt pote viginti septem annorum, se non posse humanis proficere viribus, toto corde confugit ad Deum, inuocans eum pro conuersione populi sibi commissi, in cilicio, ieiunijs, abstinentijs, lachrymis, disciplinis & prostratione in terram assidua: sicque Deus videns sancti iuuenis charitatem, humilitatem, sollicitudinem, cõtulit gratiam magnam: ita quod citò ac in speratè sanctus episcopus ille plebem suam ac totam diocesim in spiritalibus ac secularibus reformauit. Sit ergo episcopus in primis circa seipsum sollicitus, custoditus, ac timoratus, vt præactis ornatur & abundet virtutibus. Secundo, circa suos domesticos: quos ita corripit, hortetur, gubernet, vt sint virtuosi, exemplaresque alijs. Item nim domus episcopi quasi in speculam atque in signum est posita, ita quod quicquid in ea fit, omnes sibi licitè arbitrantur: & quicquid iniquè agitur coram prælato, hoc ei est turpius ac grauius, damnabiliusque in ipsum redundat. Propter quod dixit Apostolus: Si quis suorum, & maximè domesticorum, curam

Exemplum de S. Hugone episcopo.

Episcopus quomodo se habere debeat circa se & suos.

1. Timo. 5. non

non habet, fidem negavit, & est infideli de-
 III terior. Tertio, circa suos officiatos, vt sint iu-
 III si, prudentes, idonei. Quarto, circa collegia,
 & imprimis circa canonicos suæ cathedralis
 Ecclesiæ, vt castè, deuotè & exemplariter cõ-
 V uerfentur. Quinto, circa claustrales vtriusq;
 sexus, potissimè circa quatuor ordines, qui
 sunt communes præsentium adiutores, vt
 VI verè regulariter conuerfentur. Sexto, circa
 reliquum clerum, præcipuè circa curatos, vt
 sacerdotally & pastoraliter viuant: quos
 per Archidiaconos faciat debitè visitari, ca-
 VII stigare, regi ac custodiri. Septimò, circa plebem
 communem & eius rectores, ne milita-
 res opprimat inferiores ac pauperes, sed cir-
 ca subiectos piè, iuste, prudenter & edificati-
 uè se habeat. De his multæ possent regulæ
 introduci: sed breuiter terigisse sufficiat mo-
 do, quæ dudum in alijs opusculis descripta
 sunt copiose. Postremò, quæadmodum pon-
 tificex summus est non solum immediatus, su-
 premus ac generalis totius vniuersalis eccle-
 siæ, & vniuersorum Christianorum præful-
 gulum, verum etiam immediatus vniuersi-
 que Christiani prælatus: ita episcopus nõ tan-
 tum est cõmunis omnium suæ diocesis pas-
 tor ac præsidens, imò etiam cuiuslibet eor-
 undem. Propter quod vniuersorum ac sin-
 gulorum curam gerere obligatur: & quod
 Gen. 42. per seipsum nequit peragere, debet per
 suos ministros, auxiliarios, atque vic-
 carios adimplere. Alioqui, nisi quantum in
 se est, adduxerit fratrem & proximum suum
 etiam minimum, secum ad veram salutem,
 non videbit faciem Christi iudicis summi in
 iubilo: & quem nunc delectat esse iudicem ac
 Gregor. principem hominum, non delectabit in die
 iudicij videre iudicem Deum: imò vt illumi-
 natus testatur Gregor. Vnusquisq; prælatus
 toties ad apostasie culpam dilabitur, quoties
 præesse hominibus delectatur. In talem præ-
 sulem ac pastorem redùant peccata vniuer-
 sorum ac singulorum eius regimini commis-
 sionum. Si autem prædictis obijciatur, quòd
 secundum ea vniuersi & eiusdem ecclesiæ parti-
 cularis atque personę plures essent immedia-
 ti prælati, spõsi: ac capita respondendũ, quòd
 hoc non est incõueniens in diuerso genere
 prælationis.

Hier. 1.

De pertinentibus ad officium summi pontificis.
 Artic. II.



CCo constitui te super gentes & regna, vt euellas & destruas, & dis-
 perdas & dissipes, & edifices & plã-
 tes. Ego quippe dedi te in colum-
 nam ferream, & in murum æneum super o-

mnem terram, regibus & principibus & sacer-
 dotibus, ac omni populo terræ. Verba hæc
 ad literam Hieremij dicta à Domino, allego-
 ricè exponuntur rectè de Christo: tropologi-
 cè verò de summo pontifice, quem iuxta præ-
 tacta oportet in omni gratia, virtute, perfe-
 ctione, ac dono spiritus sancti tâto esse sub-
 limiorem, feruētiorē, magisq; stabilitum,
 imò & semper amplius timoratum, custodi-
 tum, sollicitum, quanto præ ceteris vniuersis
 maior & clarior est prælatica dignitate, eccle-
 siastica autoritate, atq; latissima iurisdic-
 tione: quatenus totius ecclesiæ bonũ valeat pro-
 curare, promouere, conseruare, perficere, &
 de suę plenitudinis exuberantia vniuersis cõ-
 municare. Ad ipsum spectat imprimis, vt sei-
 ptum coram Deo quotidie in se secreto re-
 colligat, & cum diligētia summa examinet ac
 scrutetur, qualiter in omnibus coram altissi-
 mo cõuerfetur: ad quid ex suo pontificatu obli-
 getur, qualiter impleat ea. Deinde cõsideret,
 quid sibi restet agendum, qualiter stet in Ec-
 clesia tota sibi commissa, sicque suum debeat
 imperfecum. Diuinum totis præcordijs im-
 ploret auxilium, atque pro communi domini-
 nici ouilis profectu oret indefinēter. Conse-
 quenter, sicut præcedēti est tactum articulo
 de pertinentibus ad vnumquemq; episcopũ,
 proportionaliter dicendum est de spectanti-
 bus ad summum pontificem, vt in primis sui
 officij debiti in suis exequatur domesticis,
 & maioribus illis prælatis: & sicut de Saul le-
 gitur primo regum, quòd quemctiq; vidit
 in populo suo virum fortem & aptũ ad præ-
 lium, illum sibi in adiutorium associat ac
 sumpsit: sic Dominus Apostolicus totius Ec-
 clesię sapientiores, virtuosiores ac magis ido-
 neos ad se vocet, sibi associet, & eis prout fue-
 rint digni, committat officia. Horum in
 cunctis vtatur cõsilio, fulciatur auxilio, & cõ-
 sulat, cõferat ac pertractet quotidie cum eis-
 dem de pertinentibus ad totius Ecclesiæ re-
 formationē, tuitionem, profectum, custodia
 & salutem, quemadmodum primo Machab.
 de Romanis adhuc gentilibus recitatur: Cu-
 ria sibi fecerunt & consuluerunt quotidie viri
 trecenti viginti, consilium semper agētes de
 multitudine pro communi bono, vt quæ di-
 gna sunt gerant: & non est inuidia neque ze-
 lus inter eos. Insuper specialiter valde spe-
 ctat ad præsulem summum inquirere quali-
 ter episcopi conuerfentur, & quos percepe-
 rit esse carnales, negligentes, in exemplares,
 acriter increpet, feruēdè exhortetur, & om-
 ni modo sibi possibilibus per scripta, per lega-
 tos, seu alijs modis reformare conetur & nisi
 se emēdauerint, de sua eos statatione expellat,
 &

pontifex sum-
 mus qualis ef-
 se debeat.

1. Reg. 14.

1. Machab. 8.

& de ministerio, quo sunt indigni, deponat:
 quæadmodum quidam sancti pōtiffices sum-
 mi egisse leguntur. Præterea summam adhi-
 beat curam, vt idonei, nõ alij ad ecclesiasticas
 promoueantur dignitates, præsertim ad præ-
 sulum & archidiaconatum: prohibeatq; episcopi
 pueros ob generis claritatem & car-
 nis propinquitatem ad tam diuina promoue-
 re officia. Præterea circa parochianos suos
 Romanos sit vehemens sollicitus, si fortè
 & ipsi audiant, & quiescant: quia non est im-
 possibile apud cœlestem medicũ omne ver-
 bum. Postremò vt hæc omnia expeditius im-
 pleantur, & infidelibus efficacius resistat, li-
 benter suis temporibus synodum celebret
 generalē, cunctis infirmis & spiritaliter mor-
 tuis instar pijsissimi patris ac medici con-
 doleat intimè, totoq; posse succurrat per se
 & per suos celerrimè. Immenstatem quo-
 que aduertat sui periculi, nisi officij sui satisf-
 ecerit debito, & pacem atque concordiam
 inter principes pro posse procuret, & timeat
 ne sibi dicatur à Christo, quod 3. Regũ qui-
 busdam impijs regibus Israel desuper legi-
 tur dictum: quoniam exaltaui te de puluere,
 & constitui te regem super populum meum
 Israel, tu autem nequiter & indignè egisti, &
 peccare fecisti populum meum: idcirco de-
 metam posteriora tua, & peribis.

Luce.

1. Reg. 16.

De ijs quæ ad archidiaconorum spectant officium.

Articulus III.

Ezech. 10.



OTum corpus eorũ plenum erat
 oculis. Quemadmodum sancti pa-
 tres Augustinus, Ambrosius, expositores
 quoque concorditer protestan-
 tur, ea quæ Apostolus scribit ad Timoth. de
 virtutibus ad episcopos pertinentibus, sicut
 iam patuit, ad presbyteros etiam pertinent,
 & exponuntur de ipsis secundum intentio-
 nem Apostoli, qui illo in loco inter episco-
 pum & presbyterum nõ distinguit: cuius est
 signum, quòd descripto, quales debeant esse
 episcopi, de diaconibus mox subiungit. Cũ
 igitur iuxta patrum decreta archidiaconus
 præsit presbyteris, habeatq; visitare ipsos cu-
 ratos, cõstat qd maior ad ipsum spectet virtu-
 tũ perfectio, quã ad curatos presbyteros: &
 quòd verba illa Apostoli, in sublimiori gra-
 du perfectionis archidiaconos magis quàm
 curatos respiciant. Porro, vt primo decreta-
 lium continetur, archidiaconus post episco-
 pum sciat se episcopi esse vicarium in omni-
 bus, & omnem curam in clero, id est, clerico-
 rum tam in vrbe positõrum, quàm eorum qui
 per parochias commorantur, curam ad se per-
 tinere: vt pote perferuari qualiter cõuerfen-

tur, & sacerdotalis ac pastoralis officij adim-
 pleant actus populũ infruēdo, & an factis,
 verbis ac moribus exemplariter se habeant.
 Statutis quoque temporibus debent per sei-
 psos, si poterũt, aliàs per vicarios vita, ætate,
 scientia dignos, visitare suas parochias, in qui-
 renda inquirere, corrigenda corrigere, & si-
 ne personarum acceptione salutem anima-
 rum querere, exterminia vitiõrum, Dei ho-
 norem, plebis ædificationem, non commo-
 da sua proprios uè honores. Quæ cùm ita se
 habeant, quàm infinitè vitiosissima & dama-
 nabilissima est ista abusus, quòd in sæcibus
 temporum horum à presbyteris incontinen-
 ter viuentibus non quærentur nisi pecunia-
 riæ pœnæ: & taxa certa soluta, in suis permit-
 tuntur sedere, imò iacere sceleribus, incontinen-
 tijs & scandalosissimis vitijs, in ma-
 ximam omnipotentis Dei iniuriam, atque in
 simplicium ac laicorum grauissimum scanda-
 lum? O quale iudicium imminet præsentibus
 talibus: qualem poterunt iudici metuendo
 de se sibi commissis & de suo officio redde-
 re rationem? Timeant ergo archidiaconi, &
 eorum vicarij rigorosissimum ac metuendissimũ
 Dei iudicium, infernale quoque su-
 perintolerandum supplicium, & sua debitè
 exequantur officia, lubricosq; presbyteros
 ac cæteros iuxta iuris tenorem puniant & e-
 mendent. Nempe vt in epistola legitur sancti
 Clementis pape, Archidiaconi sunt oculi præ-
 sulis. Sint igitur vndique oculati, circumspe-
 cti, discreti, & causas quas ignorant, diligen-
 tissimè inuestigent, iuste quoque iudicent, omni
 cupiditate, odio & inordinato amore atque
 timore exclusis, quatenus, sicut in ezechie de
 quatuor animalibus oculatis describitur, pe-
 des ipsorum sint recti, hoc est, affectus pro-
 cessusque iusti: & pennæ eorum desuper sint
 extēte, id est, intētionēs & cõsiderationes ad
 Deum erecte: & quicquid alios docent, ipsi
 imprimis eminēter adimpleant: ac instar scin-
 tillarum sint feruidi, ac feruentia proferant
 verba. Heu heu heu, ad quid, ad qualē statũ,
 ad quantam ruinam deuenit ecclesia, in qua
 penè nihil horum seruatur, & pueri, totius
 spiritualis ac virtuosæ exercitationis prorsus
 ignari, ad tanta promouentur officia, atque
 in structura ecclesiæ pro columnis firmis si-
 mis basibusq; robustis eriguntur ac statuun-
 tur pulueres & festuca leuissimæ, gramina
 & stramina, quę omni vento tentationis, om-
 ni turbine vitiõrum, omni imperu passionũ
 dericiuntur. O qualiter periclitantur, qui ta-
 libus columnis ac basibus innituntur. De
 ijs plura scriberem, & de pertinentibus
 ad archidiaconos quædam ponere regu-
 las,

Ezech. 10.

Duerorũ ad
 ecclesiasticã
 officia pro-
 motio deplan-
 giur.

las, de quibus in libello de vita & regimine archidiaconorum dictum est plenius: sed rationabilibus ex causis pertranseo: hic tatumdem sufficiat tetigisse.

De pertinentibus ad inferiores prelatos, specialiter ad Curatos.

Artic. IIII.

1. Tim. 2.



Olicitè cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconcusibilem, rectè tractantem verbum veritatis. Longum esset de singulis ecclesiasticorum statuum gradibus profequi, vt de patriarchis, cardinalibus, primatibus, metropolitans, archiepiscopis, archipresbyteris, præpositis, decanis, abbatibus, prioribus: nec huius opusculi id requirit intentio: quia & is, cuius instantia hæc scribuntur, illa duntaxat petijt tangi, quæ sibi in fermocinationibus suis amplius poterit deferuire. Porrò hoc in generali reor tangendum, quòd in vniuersis gradibus, statibus atque ordinibus quanto quis altioris est dignitatis, iurisdictionisque latioris, eo ad maiorem virtutum perfectionem adstringitur: & in quantum Christianus est, tenetur ad talem cõuersationem, sicut in primo est declaratum tractatu: in quantum verò diaconus, ad virtuosiorum: in quantum sacerdos, ad vitam adhuc tanto eminentioris virtuositatis, quanto sacerdotium diaconatu est dignius: in quantum sacerdos curatus, adhuc ad cõuersationem multo plus virtuosam & exemplarem, ratione pastoralis officij, quod non parua est dignitatis. At verò in quantum decanus ruralis aut archipresbyter, aut collegiatus decanus, ad vitam tenetur ad hæc multo plus virtuosam, irreprensibilem & synceram: atque in quantum archidiaconus, obligatur ad virtuositatem adhuc exuberantiorum: sicque ascendendo gradatim. Denique de religiosis & eorum prælati est euident, quòd iuxta qualitatem, arduitatem & eminentiam variam regulæ & suæ professionis atque monasticæ prælationis, ad multa magis aut minus sublimia ac perfecta specialiter obligantur: quod profequi valde esset prolixum. In quibus omnibus iuxta tacta, quo gradus, status, prælatio, ordo, seu dignitas extat maior & altior, eo ruina grauior, culpa maior, negligentia vituperabilior, carnalitas damnabilior est censenda: quia quo maior dignitas, eo virtuositas maior exigitur, & vehementior ac multiplicior obligatio ad syncerè viuendum iuxta exigentiam vniuersi cuiusque uocationis. Insuper in omnibus istis vnusquisque istorum tenetur per charita-

Vi gradatim maior sententia à Christianis pro statui uarietate exigatur

tem incipere à seipso, primoque facere, dein de docere, cum dicat Saluator: Quid proficit homo, si vniuersum mundum lucretur, & perdat seipsum? Secundo, tenetur suos domesticos debite gubernare. Tertio, officiatos suos atque vicarios, vt ad sua officia sint condigni, & efficaciter impleant ea. Quarto, plebem communem. Nunc autem de sacerdotibus curatis aliquid specialiter arbitror memorandum. Hi itaque ad cunctas tenentur virtutes vel circa seipsum, aut circa subditos suos, aut circa suos superiores, ad quas præfules obligantur vel circa se, vel circa superiorem, aut circa subiectos. Etenim sicut se habet antistes ad vniuersam sibi commissam diocesim: sic vnusquisque curatus seu capellanus ipsius habet se ad creditam sibi parochiam. Talis ergo in primis conetur ac satagat conuersari, vt oportet & concedet Christianum, vitando cum omni diligentia omne mortale peccatum, eaque omnia adimplendo, quæ in duodecim regulis in primo libello inductis, tanguntur. Secundo conetur & satagat conuersari vt spectat ad sacerdotem, seipsum quotidie disponendo ad celebrandum deuotè & dignè, ne reus sit corporis & sanguinis Christi. In ipsa quoque celebratione sit recollectus, attentus, ac feruens, timoratè & cum reuerentia summa se habens. Sed & facta celebratione, de tantis beneficij Deo sit gratus, iugiter memor & custoditus in cunctis, nec linguam suam polluat verbis illicitis, vanis, otiosis, scurrilibus, ne dicam, mendosis, detractorijs & lasciujs, cum qua protulit sacratissima Missæ & canonis verba: pensetque quòd etiam laici eo saltem die, quo communicant, deuotius solito se habent. Attendat dignitatem tanti beneficij, & maiestatem ac sanctitatem patris æterni, cui id offert. Causas quoque permaximas, pro quibus hoc immolat, & vereatur, tremat ac erubescat coram Deo altissimo in tanto sacrificio se habere indignè, indeuotè, irreuerenter, & absque debita puritate. Tertio nitatur ac satagat viuere, vt tenetur, in quantum curam sortitus est animarum, vt iuxta introducta Apostolica documenta sit non solum iuxta communem cursum & modum, sed etiam specialiter ac eminenter, prout sacerdotium & pastorale requirunt officium, irreprensibilis, exemplaris, sobrius, prudens, morigeratus, pudicus, hospitalis, doctor & informator gregis sibi commissi: nõ litigiosus, nõ cupidus suæque domui bene ppositus: nõ superbus, nõ iracundus, nõ turpis lucrui audis: sed benignus, iustus, continens, & rectè tractans verbum veritatis, scripturam

Curat quibus virtutibus ut tam suam debeant ornare.

III

rum eloquia bene declarans ac prædicans, ita vt imprimis impleat ea. Ecce ad omnia ista tenetur sacerdos, in quantum curatus, secundum gradum eminentiæ ordinis sacerdotalis atque officij pastoralis. Quarto studeat suos domesticos idoneè regere, totamque suam parochiam, quibus (potissimè festis diebus atque dominicis) fermocinetur, Euangeliumque exponat, & de credendis ac agendis instruat in ecclesia cõgregatos, & de quatuor nouissimis, de modo quoque resistendi victoriosè tentationibus cunctis, & qualiter venerari debeant sacramenta, & de modo confitendi, & quàm salubre sit multoties confiteri. Quinto studeat vbique, in mensa, in cõmuni colloquio, & alibi semper exemplariter se habere, delinquentes quoque moderate corripere, & ædificatoria verba præferre: tabernas, comessationes & potationes superfluas totaliter detestetur, nisi in itinere necesse sit ei introire tabernam. Omnem mulierè suspectam, & secundum iura prohibitam, à sua omnino remoueat domo. Sexto curet sibi libros obtinere vtiles, vacanteque sibi tempore assidue oret, legat, studeat, scribat, meditetur, atque quotidie seipsum recolligat, perscrutetur, expurget, & qualiter se habeant sibi commissi attendat, ac contra peccata, in quibus magis culpabiles sunt, specialius prædicet cum seruore. Septimo summe sollicitus sit circa grauiter infirmantes & agonizantes, quos personaliter, si sic magis expediat, visitet, instruat, consoletur, ad patientiam exhortetur, & contra tentationes, quæ in extremis plus sæuiunt, præmoneat ac muniat eos: & si fieri potest, morientibus assistat, & sacra verba ipsis loquatur. Alioqui disponat, vt assint illis deuotæ personæ: vsque ad expirationem: quia in hora illa maximum & extremum extat periculum. Porrò de tentationibus, quæ tunc acrius solent agonizantes inuadere, & de modo resistendi eisdem, & qualiter tunc infirmantibus sit assistendū, diffuse scripsi in tractatu, de particulari iudicio, quod sit in obitu singulorum. Octaudo doceat omnes in ecclesia publicè, qualiter vniuersi, & singulariter etiam operarij atque mechanici ac terræ cultores debeant omnidie primò quærere regnum Dei & iustitiam eius, rectam quoque intentionem habere, & omnes suos labores ad debitum finem, hoc est, ad Dei honorem & gloriam, propriamque salutem referre, & missam, si eis vacet, quotidie libenter ac deuotè audire, & sub laboribus suis mentem suam ad Deum interdum erigere, orando ac salubria meditando, & vt de sero, antequam cant dormitum, conscientias suas examinent: quid boni omiserint, quid mali commiserint pensent, & de omni sua doceant culpa, veniam deprecantur, apto que tempore confiteri proponant. Itaque de ijs & de cæteris omnibus ad omnè Christianum spectantibus, quæ supra in primo libello sunt tacta, instruat ipsos frequenter, seriose ac feruiddè: de ijs quoque quæ ad quosdam specialiter pertinent, quæ infra tanguntur. Postremò constat ex dictis, quàm deslenda & maxima sit deformatio ac ruina curatorum, quorum heu nonnulli sint publici concubinarij, qui & spirituales filias suas vitiosissimè ac prorsus sacrilegè non metuunt inquinare. Tantum de curatis sit tactum, de quorum vita & regimine librum edidi specialem.

tias suas examinent: quid boni omiserint, quid mali commiserint pensent, & de omni sua doceant culpa, veniam deprecantur, apto que tempore confiteri proponant. Itaque de ijs & de cæteris omnibus ad omnè Christianum spectantibus, quæ supra in primo libello sunt tacta, instruat ipsos frequenter, seriose ac feruiddè: de ijs quoque quæ ad quosdam specialiter pertinent, quæ infra tanguntur. Postremò constat ex dictis, quàm deslenda & maxima sit deformatio ac ruina curatorum, quorum heu nonnulli sint publici concubinarij, qui & spirituales filias suas vitiosissimè ac prorsus sacrilegè non metuunt inquinare. Tantum de curatis sit tactum, de quorum vita & regimine librum edidi specialem.

Quam uirtuosa, casta, spiritalis & exemplaris esse debeat conuersatio canonicorum, diaconorum similiter & subdiaconorum.

Artic. V.



Iacones similiter oportet esse pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes ministerium fidei in conscientia pura. Et hi probentur primùm, & sic ministrant, nullum crimen habentes. Ecce ex Apostolicis verbis ijs comprobatur, quod diaconi ratione sui diaconalis officij ad multa specialiter obligentur, suumque officium teneantur ex charitate & gratia exercere: ita quòd peccent mortaliter, quotiescunque aliquem actum sacri ordinis sui exequantur cum conscientia mortalis peccati, seu existendo in mortali peccato. Imò si ordinem illum accipiant existentes mortaliter rei, peccant mortaliter. Idem de subdiaconis est tenendum. In generalibus quoque concilijs est statutum, vt vtrique in sua ordinatione promittant castitatem: & dato quòd nunc non emittant hoc votum explicitè, at tamen promittèdo sacrorum obseruantiam canonum, implicitè satis promittunt: & quantuis hoc nequaquam promitterent, nihilo minus ex diuinis euangelicisque præceptis ad castitatem tenentur. Rursus eo ipso quo in sacris sunt constituti ordinibus, incontinentia eorundem adhuc grauiorem induit speciem, & plus quàm simplex fornicatio iudicatur: quoniam sacrilegium est, id est, abusus rei sacre, cum diuino sint cultu consecrati ac deputati. Præterea ad quantam virtuositatem ac puritatem cuncti in sacris constituti ordinibus teneantur, elucescit ex testimonia diuini ac sapientissimi Dionysij, asserētis: Non est audendum alijs fieri duces, nisi quis secundum

1. Tim. 3.

Vide in decreto dist. 27. & 28.

Castitate seruare tenentur diaconi & subdiaconi.

Dionysius,

cundum omnem virtutem Dei formissimus extet, id est, Deo præcipue similis & in virtutibus multum abundans. Ex qua autoritate doctores super quartum sententiarum concludunt: Cùm homo in quolibet ordine sacro constituitur dux alijs in rebus diuinis, in cuiuslibet sacri ordinis susceptione & administratione peccat mortaliter, qui in mortali culpa suscipit aut exercet ordinem illum: sicque sanctitas vitæ exigitur ad cuiuslibet sacri ordinis susceptionem & executionem de necessitate præcepti, nõ sacramenti. Nam & in Deuterono. Dominus iussit: Iustè, quod iustum est, exequeris. Imò qui indignè recipit siue exequitur ordinem sacrum, est præsumptuosus & quasi blasphemus prout in epistola ad Demophilum Dionysius sanctus fatetur. Hinc in principio tertij decretalium dicitur: vt clericorum actus & mores in melius reformentur, continenter & castè viuere studeant vniuersi, præsertim in sacris ordinibus constituti, ab omni libidinis vitio præcauentur: quatenus in conspectu omnipotentis dei puro corde & casto corpore valeant ministrare. Ne autem facilitas veniæ incentiuum tribuat delinquendi, statuius, vt qui incontinentiã vitio deprehensi fuerint laborare, prout magis aut minus peccauerint, puniantur secundum canonicas sanctiones, quas efficacius & distinctius præcipimus obseruari: vt quos diuinus timor à malo non reuocat, temporalis saltè pœna coerceat à peccato: vide licet vt ab officijs suspendantur, & ecclesiasticis beneficijs spolientur. Nullus sacerdos sceminas, de quibus suspicio esse potest, secum retineat. Si presbyter, diaconus aut subdiaconus de quacunque scemina crimine fornicationis suspectus, post primam, secundam & tertiam admonitionem inueniatur fabulari, aut aliquo modo conuersari cum ea, excommunicationi subdat. Cum clericis nõ permittantur mulierculæ habitare, nisi fortè de illis personis existant, in quibus naturale scelus nihil permittat scemini criminis suspicari. A crapula & ebrietate omnes clerici diligenter abstineant: ideo temperent sibi vinum, & se vino: nec ad hauustus bibant æquales, nec tabernas visitet, nisi in itinere constituti. Officia & commercia secularia non exercent, maximè inhonesta. Mimis, ioculatoribus & histrionibus non intendant. Ad aleas & tabillos non ludant, nec huiusmodi ludis intersint. Coronam & tonsuram habeant conuenientem, seque in ecclesiasticis officijs, ac alijs studijs bonis exercent diligenter. Clauisæ desuper deferant vestimenta, nimia breuitate aut longitudine non notanda: pannis

rubeis aut viridibus non vtantur. Si quis clericis comam relaxauerit, anathema sit. Monasteria monialium si aliquis clericorum sine causa manifesta & rationabili visitare præsumpserit, ab episcopo arceatur: & nisi destiterit, ab ecclesiastico officio reddatur immunis. Hæc & quædam ijs consimilia, in loco præallegato contèta sunt: imò & in decreto & dictis sancti Ihsidori multa huiusmodi conscribuntur: ex quibus ostenditur, quàm virtuosam, sanctam & ædificatoriam olim extiterit, & nunc quoque meritò esset canonicorum vita. De qua etiam materia speciale compegi tractatum. Verùm nunc status ille penè ad extremam & maximam deuenit ruinam. Postremò in præinductis obseruantijs atque virtutibus, præsertim in omni prorsus euitatione ac eradicatione gulæ & luxuriæ, sceminarum quoque prohibitarum cohabitatione vitanda, & in diuini frequentatione officij, in omni exemplaritate, in effugienda omni superfluitate, curiositateque vestimentorum & ornamentorum, in sobrietate, in paterna ac fraterna correptione, in zelo diuini honoris atque fraternæ salutis tenetur Decanus, vt pote canonicorum prælatus, sic canonicis præminere, sicut præminet eis præfidentia, autoritate & ecclesiastica dignitate, & sicut pastorem suo gregi oportet præesse. Quo constat, quàm criminofum ac damnabilissimum esset, si ipse existeret lubricus aut gulosus, pompaticus, in exemplaris, in timoreque viuens. Non permittat in choro, præsertim sub diuino officio, fabulationes misceri, leuia fieri, dissolutiones committi: nec post diuinum officium sinat in Ecclesia sua scurrilia vel lasciuia verba proferri. Prouideatque pro posse, vt diuinum officium reuerenter soluatur, psalmodia distinctè pronuncietur, matutinale officium non nimis tardè incipiatur. Missæ quoque ordinatè ac debitè fiant, & congruæ caremoniæ obseruentur, atque ad Gloria patri &c. & ad reuerentiam trinariam super gloriosissimam Trinitatis notabiliter inclinetur: imò etiam ad pronunciationem horum nominum IESVS & MARIA fiat deuota capitis inclinatio ali-quanta, cum & quidam laici legantur post mortem suam in purgatorio dire puniri, eò quòd audiendo hæc nomina, non inclinauerunt capita sua. Postremò in capitulo, in tractando consilio, in conuiuijs, & cunctis operibus atque colloquijs exhibeat se Decanus in verbis ædificatiuum, contentioneque reprimentem, & verba illicita compefcentem, & præceptum fraternæ correptionis strenuè adimplentem. In diuino item officio,

Decanus in quibus se maxime exemplarem præbere debet.

Deut. 16.

Clerici ut uiuere debeant.

cio, quantum sibi extat possibile, sit primus ac vltimus: nec impertinentia sibi secularia negotia assumat expedire: sicque commune bonum sui collegij in spiritalibus ac temporalibus procuret & seruet fideliter & seruen ter, nec propria comoda quaerens, nec de suo in se gaudens honor: sitque in desinenter formidolosus, sollicitus, custoditus & imprimis suæ domui bene prepositus, tanquam pro omnibus sibi commissis rationem altissimo redditorus.

De ijs, quæ statum, uocationem & professionem religiosorum concernunt.

Articul. VI.

Iacob. 1.

R

Eligio munda & immaculata apud Deum & patrem hæc est, immaculatum se custodire ab hoc seculo. Quàm mirabiliter sancta, seruida & sincera fuerit conuersatio primitiæ Ecclesiæ sub Apostolorum regimine, cõfessim misso desuper spiritu sancto, quando credentibus omnia erant communia, multitudinisque credentium fuit cor vnum & anima vna, erat quoque perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione atque assidua oratione, in Actibus recitatur Apostolorum. Porro dum fidelibus vniuersis multiplicatis vita illa communis ab vniuersitate credentiũ non posset seruari, ceperunt nonnulli viuentibus adhuc gloriosis & sanctis Apostolis vitam illam communem inter se seorsum resumere, renouare, & cum multis additionibus iuxta Euangelica Christi consilia continuare, viuentes in omnimoda castitate, paupertate, obedientia, cum dira ac ardua corporis afflictione, in multis & magnis vigilijs, ieiunijs, abstinentijs, & disciplinis. Orationibus quoque, psalmodijs, meditationibus, lectio-nibus, contemplationibus die ac nocte ultra vires vacabant humanas: quemadmodum etiam Philo disertissimus Iudæorum, & beatus Hieronymus in libro de viris refert illustribus. Porro taliter conuersantes, ab ipsis Apostolis & Apostolicis viris nominati sunt monachi, quasi custodes vnus, & vni summo bono iugiter intenti. Ab alijs verò dicti sunt famuli Dei, propter assiduũ & eminenter deuotum purumque famulatum, quem die ac nocte Deo alacriter exhibuerunt, prout in libro de ecclesiastica hierarchia diuinus Dionysius protestatur. Vbi & de institutione, ritu, & consecratione monachorum, atque de rationibus eorum deuotissimè tractat. Demum, vt refert ibidem, monachorum nõ est alios purgare, illuminare, perficere: sed

Monasticæ vitæ origo.

Act. 4.

inter eos, quorum est purgari, illuminari ac perfici, sunt supremi. Ex monachis illis prodijt omne genus monachorum & religiosorum, de quorum cõuersione postmodum aliqui sancti patres varias regulas conscripserunt, diuersasque religiones ac ordines instituisse noscuntur: vt beatissimus pater Antonius: sanctus quoque Pachomius, qui priuilegio singulari regulam de celo allatam, ac cælitus scriptam, & diuinitus datam, de manu recepit angeli sancti. Sanctus item Basilius: sed & sacratissimi viri Hieronymus, Augustinus, Benedictus, ac alij quidam. Præterea instituti sunt ordines quatuor sancti, quibus concessum est priuilegio speciali, prædicare & pastoribus cooperari, confessiones audire, alios purgare, illuminare, perficere. Fuerunt etiam sacratissimi eremitæ, & præclarissimi anachoritæ, vitam prorsus angelis proximam, segregatam, solitariamque ducentes. Denique omnibus religiosis & monachis in cœnobijs vitam ducentibus commune est, tria substantialia vota emittere, per quæ ad tres virtutes precipue se adstringunt professione seu promissione solenni: puta ad obedientiam, castitatem & paupertatem: inter quæ vota, obedientiæ votum est principale, deinde votum castimonie, & tertio votum paupertatis. Itaque ad hæc tria omnes principaliter obligantur, in quantum religiosi seu monachi. Deinde in quantum religiosi & monachi, tenentur ad obseruantias alias regulares, secundum quod illæ magis aut minus distinctè præcipiuntur in regulis aut statutis: in quibus etiam aliqua continentur nõ per modum præcepti, sed documenti siue consilij. Porro in quantum sunt sacerdotes aut diaconi, obligantur iure diuino ad præfatas virtutes, quæ iuxta præallegata ex verbis Apostoli, ad sacerdotes atque diaconos specialiter spectant. At verò solennis illa professio vehemētissimè obligat, & multò plus, quàm simplex præceptum, aut ecclesiæ mandatum. Hinc innotescit, quòd sicut vita religiosorum verè regulariter conuersantium, est optima & maximè meritotia: sic vita vel potius mors religiosorum & monachorum, ita vocari indignissimum, sua vota nõ obseruantium, nec regulariter conuersantium, pessima est, & extremè danabilis. Tales quippe quotidie incidunt enormissima scelera, sua solennia vota violando assidue. Nepe, vt ait Philosophus, vnitas motus seu actionis, attèditur ex vnitate tēporis, vnitate mobilis, & vnitate termini ad quæ. Ideo quotiescunque aliqua re vtitur, vt propria, votũ violant paupertatis: & quotiescunque agunt aut concu-

Religiosi enim omnibus communi quidam.

Professio solennis quantum obliget.

Philosophus.

Potest transgressio quando fiat, & sit enorme peccatum.

piscunt contra castitatem, in opus aut in delectationem consentientes, toties votu castitatis transgrediuntur. Similiter quoties mente, verbo aut opere contra veram obedientiam veniunt, contra obedientiae votum agunt. Ecce qui semel in mundo perierant, aut promissionem quamvis terrore seu violentia extortam, non implent, in fames & sine honore redduntur: quales ergo sunt coram Deo infelicissimi atque vilissimi isti, qui solennia sua vota omnipotenti Deo sponte oblata, toties praeuaricantur? Postremo in his specialissimè, imò enormissimè rei sunt religiosi ordinum mendicantium, regulariter non viuentes, proprietarij, lubrici, inobedientes: qui eo ipso quo alijs praedicare praesumunt, & ea quae docent, non implent, valde peccant mortaliter: & maximè illi, qui publicè irregulariter conuersantur & malae sunt vitae: qui eo ipso quo tam indigni sunt publicè Euangelizare & hierarchizare, & ea quae verbis docent & asserunt, operibus negant ac destruunt, prorsus mortaliter valdeque damnabiliter peccant: imò & intentionem ac veritatem sacrae scripturae, quantum in ipsis est, cassant, euacuant & conculcant, cum plus sit opere affirmare, quàm verbo tantum, sicut sanctus Thomas super quartum sententiarum declarat atque fatetur. Quae autem hic dicta sunt de religiosis & monachis, de monialibus quoque proportionabiliter sunt sumenda. De praelatis etiam religiosorum est manifestum, quòd in omni virtute, perfectione & obseruantia regulari tenentur eminenter fulgere, & sibi commissis exemplares consistere. Quales sunt ergo illi praelati, imò Pilati, & ipso Pilato inexcusabiliores, qui reformationi suae ac suorum conuentuum renituntur: in quos certum est vniversa subditorum facinora redundare? Hinc innotescit, quàm verè disseruit Augustinus: Sicut non vidi meliores his qui in cœnobijs profecerunt, ita non vidi peiores his, qui inibi defecerunt. Imò quo aliqui altioris sunt ordinis, eo in grauiora, iusto Dei iudicio permittente, crimina dilabuntur, dum ea quae ordinis sui sunt, adimplere non eniuntur. Hæc de concernentibus specialiter clerum ecclesiasticasque personas tetigisse hoc loco sufficiat: consequenter de pertinentibus specialiter ad seculares ac laicos dissetur.

Thomas.

Præfati religiosorum.

Suguisin.

De concernentibus coniugatos, & qualiter uir se habere debet erga suam uxorem. Articulus VII.



Onorabile connubium & torus *Ex ebr. 19.* immaculatus. Coniugium contracturi, in primis tenentur ipsum matrimonij sacramentum cum reuerentia & deuotione suscipere ac subire, exemplo iunioris Tobij, qui dixit coniugi suae: Filij sanctorum sumus, ita coniungi non debemus, sicut gentes quae Deum ignorant. Sacramenta namque Euangelicæ legis sunt sacramenta gratiæ contetiuæ, & collatiua, ac contra morbum peccati sunt instituta.

Cumque matrimonium sit legis Euangelicæ sacramentum, continet gratiam, per quam coniugati, actus ad copulam conjugalem & ad suum statum spectantes, exequi valent decenter & sine peccato: quæ etiam gratia est fomitis & carnalis concupiscentiæ debilitatiua ac repressiua, atque à fornicationis & adulterij crimine praeseruatua. Hinc noui testamenti sacramenta rectè vocantur medicinalia vasa.

REGVLA I.

NE itaque connubium iniri, obicem ponant in fusioni susceptionique gratiæ huius, debent ante matrimonij contractionem, & antequam confecerentur ac benedicantur, conscientias suas discutere ac purgare, & confiteri: sicque cum Dei timore contrahere, non desiderio voluptatis, sed potius amore prolis procreandæ, atque ad Dei obsequium educandæ, in qua Christiana fides ac religio augeantur: & item, ne in illicitas ruant carnales commixtiones: quoniam matrimonium non solum est institutum in officium naturæ, ad quod etiam ante primorum parentum transgressionem exstitit institutum, sed item in remedium culpæ post illius peccati commissionem & naturæ infestationem. Hinc bonus & obediens iunior ille dixit Tobias: Domine Deus patrum nostrorum, tu scis quoniam non luxuriæ causa suscipio sororem, id est, coniugem meam, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in secula seculorum. Vnde & Raphael angelus loquens Tobiae: Audi, inquit, me, & ostendam tibi quibus praeualere potest dæmonium. In eos quidem, qui coniugium ita suscipiunt, ut suæ libidini vacent sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus, habet super eos Dæmonium potestatem. Tu autem accipies coniugem cum timore Dei, amore filiorum magis, quàm libidinis, ut benedictionem in filijs consequaris. Itaque coniugati conscientias suas examinent, & si fuerint recordati, se absque confessione præuia contraxisse, nec

De matrimonio contra conscientiam discutere & intentionem redificare debeant.

Tob. 8.

Tob. 6.

Ps. 51.

nec tam sincera conuenisse intentione, de suis peccatis culpis, omissa recuperent, ac rectè deinceps intentione in suo perseuerent coniugio.

REGVLA II.

Ostio tenet uxori impendere maritum.

MARITUS suae uxori secundum scripturas tenetur octo impendere. Primum quippe tenetur eam magno & speciali amore diligere, & tanto plus, quanto est magis vnus cum ea. Et rursus, quo inter ipsos est maior communiõ, maior associatio, & quo magis sibi inuicem cooperantur, ac magis in vno affectu conueniunt. Porro inter maritum & coniugem suam est vnitas atque identitas tanta, vt dicat scriptura: Erunt duo in carne vna. De quibus & CHRISTVS testatur: Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Maxima quoque est inter ipsos communicatio, cum corpus vnus sit in potestate alterius, & econtra. Estque eis vna domus, vna mensa, vnus lectus, vna possessio, eadem proles & cooperatio atque subuentio mutua in labore, prouisione ac necessariorum procuracione. Hinc dixit Apostolus: Viri, diligite vxores vestras, sicut CHRISTVS Ecclesiam. Secundò vir tenetur coniugi suae informationem in moribus ac dubijs cognoscendis, directionemque in agendis. Vir enim, secundum Apostolum, caput est mulieris, quemadmodum CHRISTVS Ecclesiae. Propter quod denud loquitur: Si mulieres aliquid discere volunt, domi viros suos interrogent. Viri namque mulieribus communiter prudentiores consistunt: & si nescierint quæ interrogantur ab eis, honestius possunt ea inquire à praelatis & viris doctis, quàm sceminae, quarum sermo instar ignis exardescit.

I

Gen. 2.

Matt. 19.

Eph. 5.

II

Eph. 5.

1. Cor. 14.

III

Iob. 2.

Gen. 3.

III

1. Petri. 3.

tes honorem tanquam cohæredibus gratiæ. Vitare ergo debet maritus, ne vxorem scandalizet, aut iniuste contristet, ne & ipsa ex tentatione ad peiora labatur, & alteri magis afficiatur. Idcirco & Paulus ait Apostolus: Viri, diligite vxores vestras, & nolite amari esse ad eas. Quintò, gubernatio. Vnde legitur Hester primo, viros esse maiores ac principes in domibus suis. Hieronymus quoque in Regula sua fatetur, quòd nec ciuitas, nec congregatio, nec domus diu queat subsistere, nisi sit vnus, qui regat. Sextò, cohabitationem, nisi rationalis impediatur causa. Ideo in exordio generis humani protulit Adam: Relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit vxori suae. Septimò, sustentationem: quoniam in necessarijs vitæ obligatur maritus pro viribus prouidere vxori. Octauò, fidem conjugalem, carnalisque debiti redditionem, ne ad aliam accedat, sed duntaxat ad suam, praesertim illa petente.

REGVLA III.

VIR coniugem suam diligere debet dilectione multiplici, & econtra. Primum enim & principaliter ex diuino præcepto tenentur mutuo se amare spiritali dilectione, ita quòd vnus alteri optet dona gratiæ in praesenti, donaque gloriæ in futuro: sicque orent pro inuicem, & verbis atque exemplis ædificent se, & cooperentur sibi ad beatitudinem obtinendam, dicendo: Quid proderit nobis in huius breuissimæ vitæ curriculo pariter delectari, si paulo post æternaliter damnaremur, & simul in infernali incendio iaceremus? Nunc ergo taliter coniuuiamus, vt tandem in æterna consociemur felicitate. Secundò debent se inuicem diligere naturali amore: cum sint eiusdem naturæ & identitatis præcipuæ: naturæ quoque sit viro & sceminae ad inuicem affici, ad spectuque mutuo amore accendi. Propter quod ait Philosophus, quod materia appetit formam, sicut mulier virum. Quanquam hoc etiam aliter queat exponi. Tertio debent se amare sociali & familiari dilectione, cum maximam communicationem in conuictu & cæteris habeant ad inuicem. Attram non est cautum, vt maritus sua secreta reuellet vxori: quia communiter sceminae male queunt celare. At verò amor carnalis, vt communiter fertur, foedus ac turpis

illicitusque consistit. Veruntamen coniugati dicuntur se posse aliquo modo adinuicem carnali amore diligere, in quantum voluptas actui coniugali admixta, aliquo modo eis est licita, & ex ea magis adinuicem afficiuntur. Idem namque iudicium est de operatione, & de delectatione ei annexa. Ideo sicut copula illa carnalis potest licita esse, & ex virtute procedere, ita & delectatio ei coniuncta: & ita consistere potest maioris amicitia quodam modo est carnalis.

De ijs, ad que uxor specialiter obligatur erga maritum etiam coram Deo secundum scripturas. Art. VIII.

Confidit in ea cor viri sui.
REGVLA I.

VXOR in primis tenetur suo marito ex diuino precepto veram perpetuamque fidelitatem, non solum quantum ad corporis sui custodiam, ita ut nullatenus alteri miscatur: sed in omni quoque necessitate & casu, infirmitate, verbo & opere, ut nec noceat viro, nec dolum inferat ei, nec permittat ei, si quierit impedire, nocumta inferri. Sic Michol fidelis exiit sancto Dauid, dimittendo eum per fenestram, ne a Saule occideretur. Quae etiam a patre suo Saule ablata Dauid, & alteri tradita, mansit ab illo incognita infirmam se simulans, prout primo Regum partim describitur, & Iosephus addit ibidem.

REGVLA II.

VXOR suum maritum debet specialiter diligere dilectione multiplici, potissimum spirituali, ut articulo dictum est praecedenti.

Hinc in libro fertur Tobiae, quod parentes Sarae hortabantur eam diligere maritum. Vnde de sancta Paula beatus scribit Hieronymus, quod maritum suum tam syncere ac praecordialissimè diligebat, quod illo defuncto quasi tota deflueret in lachrymis. Veruntamen valde cauendum est coniugatis, ne mutus amor eorum sit nimis carnalis: quia ex hoc multa inciderent vitia, nec solum impedirentur a charitate spirituali adinuicem, imò etiam a spirituali dilectione proximorum: nec vllum spirituale saporem haberent in Deo, aut in rebus seruitijsque diuinis.

REGVLA III.

VXOR suum maritum debet timere, non solum seruiliter, sed & casto ac amicitiali timore, qui oritur ex amore.

Vxor namque ex charitate debet esse sollicita, ne virum suum scandalizet, turbet, offendant, nec ei displiceat, ne fiat ei adulterinae commixtionis, aut vitiosae appetitionis occasio, salua semper iustitia, ne amore aut timore mariti peccet in Deum. Hinc ait Apostolus: Vxor timeat virum. Hinc de sancta recitatur Elizabeth Langraua Thuringiae, quod honestissimo ac illuissimo viro suo absente, in veste humili & abiecta vacauit Deo: redeunteque viro moderanter & condescender ornauit se ad complacendum marito in Domino. Mulier igitur timeat virum suum non solum seruiliter: sic quippe & adultera maritum suum veretur, ne ab ipso in seclere deprehendatur & verberibus afficiatur: absente quoque marito, timet quod cito redibit. Casta verò bonaque coniunx formidat ne contorale suum offendant, & ne relinquantur ab illo: dumque absens extiterit vir, timet quod diu tardabit.

REGVLA IIII.

VXOR suo marito tenetur subiectionem in obsequijs, obedientia in praecipis, reuerentiamque in verbis.

Nempe, ut dictum est: Vir caput est mulieris, & principalior ea in regimine domus. Idcirco in ijs, ad quae se extendit autoritas viri in eam, debet sic subijci viro. Vnde in exordio mundi Dominus dixit ad Eam: Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Et in libro Heister habetur: Cunctae vxores tam maiorum, quam minorum, deserant maritis suis honorem. Beatissimus etiam princeps Apostolici ordinis in prima sua canonica allegat ex Genesi, quod Sara obediebat Abrahae, Dominum eum vocans. Hinc in Ecclesiastico dicitur: Mulier si primum habeat, contraria est viro suo. Ideo ait Paulus: Mulierem non permitto dominari in virum, sed subiectam esse. Et princeps Apostolorum: Mulieres, inquit, subditae sint viris suis. Veruntamen dominium viri super vxorem non est purum, sed mixtum, ut etiam fatetur Philosophus: quoniam in multis maritus & vxor iudicantur ad paria, & vxor mariti est socia potius, quam ancilla. Propter quod prima femina illa non de pede, sed costa viri est facta. Idcirco maritus ad coniugem suam habere se debet in verbis & factis humiliter & benignè, non aspernanter ac durè.

REGVLA V.

Vxor

VXOR suo marito tenetur cohabitatio- nis consortium.

Ait namque Apostolus: Praecipio vxorem à viro non discedere. Sic & bona ac erudita illa vxor sancti Boetij virum suum doctissimum in exilium sequebatur, nec voluit eum in aduersis relinquere.

REGVLA VI.

VXOR viro suo tenetur operationis auxilium.

Etenim maritus & vxor in multis mutuo egent auxilio, & aliqua conuenientius fiunt pro viro, quaedam per coniugem: propter quod homo vocatur animal sociale, politicum ac domesticale, atque ut legitur in Genesi, Dominus in mundi exordio est locutus: Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile illi.

REGVLA VII.

VXOR viro suo tenetur carnalis debiti solutionem.

Ait enim Apostolus: Mulier potestate corporis sui non habet, sed viri. Veruntamen certis temporibus, ut pote temporibus poenitentiae deputatis, & infirmitatis, ac menstrui fluxus, diebus quoque praecipue deuotionis & multum solenni- bus ac sacrae communionis, debet se, quantum conuenienter deceterque potest, ad hoc difficilem reddere, & quando vicina est partui: imò ex tempore, quo impregnata est vxor, deceret ambos à copula abstinere, si fragilitas ipsorum permitteret, ut sanctus ait Ambrosius: quod etiam ad prolis decorem non parum conferret.

REGVLA VIII.

Quemadmodum vxor virum suum tenetur spiritualiter quoque diligere: ita tenetur eidem spirituales actus charitatis impedere.

Ideo quamuis de iure & cursu communi maritus principalior sit vxore, & rationabilior atque prudentior ea, frequenter tamen contingit, quod vxor partim ex naturalibus donis partim ex donis gratuitis deuotior sit prouidetque marito. Tali ergo matronae congruit virum suum tempore apto ad meliora hortari, & pro culpis corrigere, praesertim cum ad charitativam correptionem omnes teneantur Christiani fideles: & orare pro ipso, ipsum quoque patienter sufferre, ut valeat eum lucrari. Propter quod summus ait Apostolus: Si qui viri non credunt verbo, per mulierum bonam conuersationem salui fiant. Vas quoque electionis: Vnde, inquit, scis mulier, si virum saluum facies? Sic deuotissima illa sancta Cecilia sponsum suum, adhuc ferocem, amoro- se ac dulciter alloquens, eundem ex leone con-

uertit in agnū. Hinc etiam, ut primo regum describitur, Abigail mulier valde prudens, virum suum adhuc ebrium vesperi non increpauit, sed mane vino iam digesto.

De ijs, quae parentes tenentur filiis suis ac filiabus.

Articulus IX.

QVI diligit filium suum, instanter erudit illum: in libro Prouerborum.

REGVLA I.

PARENTES soboli suae primo tenentur corporalem educationem, donec personaliter valeat necessaria sibi lucrari, si pauper sit.

Hoc enim & natura, imò Deus autor naturae ei impressit, & ex naturali procedit amore: quemadmodum proles à parentibus habet esse: ita & conuersationem ac complementum ipsius esse recipit ab eisdem.

REGVLA II.

PARENTES soboli suae tenentur praeservationem atque custodiam ab exteriori lesione ac nocumta pro viribus, ne in ignem, aquam, foueam uel labatur, aut à feris laedatur.

Et hoc de iure est naturali, ex ingenta affectione & cura ad propriam prolem. Quod & in brutis multis videmus, qualiter pro suorum defensione pullorum usque ad mortem pugnent. Idcirco in hominibus hoc negligere, legibus punitur ciuilibus.

REGVLA III.

PARENTES soboli suae tenentur temporalem prouisionem competentem, secundum suae facultatis & status possibilitatem.

Ait namque Apostolus: Non filij parentibus debent thesaurizare, sed parentes filijs. Hinc peccant enormiter, qui hereditatem patrum suorum aut caetera bona sua iniuste consumunt, vendunt, dispergunt, quam filiis suis ac filiabus reliquere, & in alios pios vsus expedere obligantur, nec gulae, & carnalitati, ac vanitati inde seruire.

REGVLA IIII.

PARENTES sobolem suam tenentur à peccatis pro posse reprimere, in moribus bonis instruere, pro excessu corrigere ac debite castigare.

Nempe dum minores sunt, coercendi sunt virgis & ictibus, quod postmodum, dum in maiori aetate sunt, fieri conuenienter non valet, corripiendi & castigandi sunt durioribus verbis, aut grauioribus penis, veritatem cum discretionem, ne nimis exasperentur, cum dicat Apostolus: Patres, nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant, sed educate

Prou. 3.

1. Reg. 19.

Tob. 10.

Hieron.

1. Cor. 7.

Eph. 5.

Gen. 2.

1. Cor. 7.

1. Cor. 11.

Gen. 2.

Hebr. 1.

1. Pet. 3.

Ecc. 25.

1. Tim. 2.

1. Pet. 3.

Gen. 2.

1. Petri. 3.

Col. 3.

educate illos in disciplina & correptione Domini. Hinc in Prouerbis Salomon loquitur: Stulticia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam. Idcirco vt denuò Salomon dicitur: Qui parit virgè, odit filiù suum. Deinde quàm salubris & fructuosa sit soboli ista correctio, Salomon pandit, dicens: Noli subtrahere à puero disciplinam. Tu virga percute eum, & animam eius de inferno liberabis. Vnde constat in sapientia carnalitateque parentum, qui filios suos nolunt in scholis à magistris debite castigari. Præterea sicut nonnulli prælati in se competenter boni & pij, multisque actibus commendabilibus decorati, pereunt in æternum, eò quòd plebem sibi commissam non satis idoneè instruant & castigant: sic multi parentes æternam damnationem merentur ac incidunt, eò quòd circa sobolis suæ in formationem, refrigerationem, correptionem & correctionem sunt molles ac negligentes: cuius euidentis exemplum legitur primo Regum de Heli, qui reprobatus fuit à Domino, grauiterque punitus, non solum in se, sed item in sua posteritate, quoniam filios suos nõ tam acriter increpauit & castigauit, sicut ipsorum merebatur facinora. Hinc demum damnabiliter peccant parentes, qui filios suos iam nubiles, non lubricè viuere: disimulant tamen. Et quamuis proponant eos matrimonio dare, differunt tamen diu propter temporalia comoda, quæ magis querunt, quàm Dei honorem & animarum salutem. Quod verè charitati atque iustitiæ extat contrarium. Sunt etiam quædam matres nimis molles & compassiue, quæ ferre non valent, quòd à patribus pueri debite castigentur. Aduertant ergo parentes, quod diuina ait scriptura: Qui diligit filium suum, assiduè illi flagella, vt lætetur in nouissimo suo. Non des filio potestate in iuuetute sua, sed curua ceruicem eius, & tunde latera eius dum iuuenis est. Melius est enim mori sine filijs, quàm relinquere filios impios. Heu quàm stulti sunt multi parentes, sobolem suam carnaliter, non spiritaliter diligentes, qui eam à vanitatibus, scurrilitatibus, iocis & ludis superfluis non cõpescunt: in quos certum est omnia sobolis vitia redundare.

REGVLA V.

Parentes obligantur filios suos ac filias informare per se aut per alios in ijs, ad quæ scienda omnes Christiani tenentur. Idcirco si eis adit facultas, faciant illos frequentare scholas, ad minus quousq; discant orationem dominicam, salutationem angelicam, & symbolum fidei, maternum quoque idio-

ma legere & scribere, ac tantum de sermone latino, vt ad Missam valeant ministrare. Melius verò esset quod frequentarent scholas, quousque in sermone latino congrui fieret, religionique apti. Verum in isto multi parentes, presertim in villis, sunt penitus negligentes: qui quamuis competenter sint diuites, filios tamen suos ac filias modo præfatos non instruunt, nec faciunt frequentare scholas, nec moribus informari, neq; compeisci: imò in ætate, qua apti sunt ad talia, faciunt eos oues & pecora custodire, arare, & cõsimilia ruralia agere. Aduertant ergo quod Ecclesiasticus protestatur: Qui docet filium suum, laudabitur in illo, & in obitu suo non contristabitur de illo. Et illud Salomonis: Filius sapiens lætificat patrem suum, filius stultus mortificat matris suæ. Itemq; illud Ecclesiasticus: Ne iucunderis in filijs malis, si multiplicetur. Melior est vnus timens Deum, quàm mille filij impij. Postremò caueant parètes, ne filios suos ac filias curiose, superflue, pompaticè vestiant. Specialiter quoque informant & coercendæ sunt filie ac puellæ, ne fiant aut sint inuerecundæ, audaces aut dissolutæ, vel garrulæ, nec saltatrices aut procatrices: nec permittantur otiosæ consistere, sed semper aliquid vtile operentur. In super vbique, profertim in Ecclesia, custoditæ sint visu, nec oculos suos in facies iuuenum defigant. In plateis etiam, imò vbique sint morigeratæ, taciturne, deuote, exemplares & custoditæ. Hinc hortatur Ambrosius: Discite ò virgines non circumcursitare alienas aedes, non moram facere in plateis, nec aliquos in publico miscere sermones. Verecundari virginum est, & ad omnem virorem occursum alloquiumq; uereri. In ecclesiastico quoque docetur: Filie tibi sunt? serua corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas. In filia non auertente se à vanis, firma custodiam, ne occasione inuenta abutatur se. Itaque quanto anima corpore præstantior est, tanto parentes diligentiores sint circa filios suos & filias, vt ab infantia informantur potius bonis moribus, scientia atque virtutibus, quàm vt opibus ditentur terrenis.

Quomodo Christiani debent habere se circa seruos & ancillas, & circa operarios ac mercenarios suos.

Artic. X.



Oli esse sicut Leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens tibi subiectos. Lex Christi, lex est totius charitatis, pietatis

ac humilitatis. Ideo Christiani circa suos ministros & ancillas, circa operarios & mercenarios suos habere se debent charitatiuè, piè, humiliter, non proteruè, aspèrnanter, elatè. Imò debent illos sibi ipsi in corde suo præferre, tanquam beatiores & magis electos à Deo: vt pote qui in sudore vultus sui vescantur pane suo, & de suis sustentantur laboribus, quos beatificat & collaudat scriptura, dicendo: Labores manuum tuarum quia manducabis, beatùs est & bene tibi erit. Porro de diuitibus, otio, iocis, ludis, loquacitati vacantibus, scriptum est: In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos superbia, operati sunt iniquitate & impietate sua. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorù, transierunt in affectum cordis. Ecce quàm periculosum est, diuitem otiosumque esse.

REGVLA I.

Serui & ancillæ, operarij ac mercenarij nõ sunt à Dominis suis grauandi immoderatis laboribus.

Per hoc quippe Aegyptij Deum Israel grauissimè offenderunt, quòd filios Israel immoderatis oneribus inhumaniter affligerunt, vt patet in Exodo. Vnde & filijs Israel Deus præcepit per Moysen, ne & ipsi taliter facerent ministrantibus ac laborantibus sibi. Hinc scriptum est: Et vos Domini eadem facite illis, id est, seruitibus vobis agatis, quæ admodum vobis ipsis rationabiliter fieri oportet, si serui essetis ac pauperes: scientes quia & vester & illorum & vester iudex in cælis. Quasi dicat: Reputate vos esse illorum seruos, quia communem Dominum in cælo habetis, & formidate diuini rigorem iudicij, quoniam & illorum & vester iudex in cælo est, qui sic vobis restituet, sicut circa alios meruistis, prout in Euangelio contestatur: Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Hoc totum eminenter considerauit & impleuit sanctus Martinus, qui seruo suo ministratur frequenter. Hoc quoque sapientissimus Salomon bene attendit: qui vt 3. Regum narratur, mittebat operarios suos in Libanum per singulos menses, ita vt duobus mensibus vicissim essent in domibus suis.

REGVLA II.

Seruis & ancillis ac operarijs exhibenda est moderata & proportionata refectio, hoc est, prout labor requirit: superflua verò & delicata refectio eis non conuenit, cum in Prouerbis dicat scriptura: Qui delicatè nutrit seruum suum, postea eum sentiet contu-

macem. Et in Ecclesiastico legitur: Cibaria & virga, & onus asino, panis & disciplina & opus seruo. In Prouerbiorum quoque legitur libro: Sufficiat tibi lac caprarum &c.

REGVLA III.

Seruis & ancillis, operarijs ac mercenarijs statim soluenda est merces iusta.

Hinc in Leuitico Dominus præcepit: Non morabitur opus mercenarij apud te vsque mane. Hinc Tobias filio suo iussit: Quicumque tibi aliqui operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, & merces mercenarij apud te omnino non maneat. Imò huius oppositum tam graue est facinus, vt in Ecclesiastico asseratur: Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt. Ideo ministrantibus & laborantibus debitam mercedem non præstare, est vnus de quatuor peccatis clamantibus ante Deum. Propter quod dicit Iacobus apostolus: Ecce merces operariorum, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sa- baoth introiuit.

REGVLA IIII.

Patèr familiàs debet quasi episcopale officium exercere circa suos domesticos ac ministros.

Hoc asserit Augustinus: & ad hoc inducere debet patrem familiàs charitas Dei & proximorum. Vniuersos igitur illos charitatiuè informet, hortetur, corripat, consoletur, & sicut Deus ab ipso requirit, cunctis se præbeat exemplarem. Talis fuit Cornelius ille Centurio, de quo recitatur, quòd fuit vir religiosus, id est, multum deuotus ac timens Deum cum omni familia sua. Cuius vtique familia tota non fuisset tam virtuosa, nisi ipse præfatos modo eam rexisset corripiendo, hortando, ac instruendo. Insuper talis exitit iudex ille, de quo in primo vitæ sanctorum patrum libro sanctus scribit Hieronymus, quòd cum Abbas Paphnutius vir vitæ angelicæ Deum rogasset intèrè, vt ei dignaretur ostendere cui similis esset, adstitit ei angelus Domini, dicens: Similis es primario, id est, iudici vicini illius. Quo audito, perrexit ad eum Paphnutius, & interrogauit, quæ esset conuersatio eius. Quo de se humilia respondente, instruit Paphnutius, quousque secreta sua aperuit: sicque inter cætera fatebatur: Triginta annis cum vxore mea continenter penitus vixi. Peregrinns & pauperes semper suscepi, nec eos sine viatico abire permisi. Famulos meos sic rexi, quòd nemo

Proh. 22.

Proh. 13.

Proh. 23.

Parentes sepe damari propter filios

1. Reg. 4.

Eccle. 30.

Eccle. 16.

Ps. 127.

Ps. 72.

Eccle. 30.

Proh. 10.

Eccle. 16.

Ambrosius.

Eccle. 7.

Eccle. 26.

Exod. 5.

1. Pet. 6.

Matt. 7.

3. Reg. 5.

Proh. 29.

Eccle. 31.

Pro. 27.

Leuit. 19.

Tob. 4.

Eccle. 34.

Iaco. 5.

Astin. 10.

Hieron.

nemo eos reprehendere quiuit. In iudican- do nec filij mei personam contra æquitatem suscepi: semper studui in vita mea, vt iniuste neminem cõtristarem: discordantes semper studui concordare.

Ioan. 15.

Pater familiã seu dominus domus non de- bet se ad suos habere ministros familiariter nimis, nec eis sua manifestare secreta, nisi de illorum fidelitate & syncera ad se dilectione fuerit certus. Christus nanque suis ait disci- pulis: Seruus nescit, quid faciat Dominus eius: Id est, secreta eius ignorat. Communi- ter quoque fertur: Nimia familiaritas parit contemptum. Verũtamen seruus fidelis tan- quam filius est amandus, & ei secreta Domi- ni sui possunt à Domino suo insinuari, cum in Ecclesiastico scriptum sit: Seruus fidelis fit tibi dilectus quasi anima tua.

Ecc. 7.

Qualiter seruientes ac operarij habere se de- beant ad Dominos suos.

Articul. XI.

1. Pet. 2.

Serui, subditi estote in omni timo- re Dominis nõ tantũ bonis & mo- destis, sed etiam dyfcolis. Regu- lam seruorum & ancillarum com- pendiosissimẽ ac prudentissimẽ descripsit Apostolus ad Ephesios. Quod autem scribit de seruis, de ancillis quoque proportionabi- liter est sumendum. Itaq; ait: Serui, obedite Dominis carnalibus cum timore in simplici- tate cordis vestri sicut Christo, non ad ocu- lum seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi, facientes voluntatem do- mini ex animo, cum bona voluntate seruien- tes sicut Domino, & non sicut hominibus: scientes quoniam vnusquisque quod fecerit bonum, hoc percipiet à Domino, siue seruus siue liber. Ex ijs saluberrimis verbis regulã eliciuntur, quibus ostenditur, quã ad seruos atque ancillas specialiter spectent. Quarum prima sit ista:

Eph. 6.

REGVLA I.

Serui & ancillæ seruire debent Dominis suis ac Dominabus in timore, nõ tamen omnino seruii.

Debent etenim ipsi seruire non solum ti- more, quod expellentur aut mercede priua- buntur, si malè, pigrè, & negligenter seruie- rint: sed potius ex timore, ne superiores suos scandalizent, & ne illi sic scandalizati, graui- ter peccent, maledicant, aut nomen Christi blasphement. Quod potissimè fuit necesse in exordio ecclesiæ primitiua, quando serui & ancillæ fideles passim cohabitabant & mi- nistrabant gentilibus perfidij; hominibus.

1. Tim. 6.

ni blasphemetur. Improbilas nanq; seruorũ redundat in dominum. Propter quod deus per Ezechielem frequenter improperauit fi- lijs Israel: Commaculastis nomen meũ sanc- tum in gentibus, & nomen meum per vos pollutum est inter gentes.

Ezech. 46.

REGVLA II.

Serui & ancillæ seruire debent superiori- bus suis in colũbina simplicitate absq; simulatione ac duplicitate, vt pote in cordis synceritate & recta intentione. Nam & Iaco- bus ait apostolus: Vir duplex animo, incons- tans est in omnibus vijs suis. In Ecclesiasti- co quoq; asseritur: Vã duplici corde & labijs scelestis. Sic Mardocheus seruiuit regi As- suero, insinuans ei insidias eunuchorum ip- sum regẽ iugulare optantiũ, vt in libro scri- ptum est Hester. Sic etiã Abisai seruiuit regi Dauid, quem cum vnus fortiorũ philistinor- um nisus fuisset occidere, ipse Abisai mox præsidium regi Dauid impendit, philistæum illum occidens.

Iacob. 1.

Ecc. 2.

Hest. 2.

1. Reg. 2.

REGVLA III.

Serui & ancillæ seruire debent superiori- bus suis sicut Christo, non tamen ex la- tria, neq; ex hyperdulia, sed fideli dulci serui- tute, vt sit similitudo aliquanta, atq; in gene- re, non perfecta, & in specie. Hęc est similitu- do proportionis, vt in vtroq; obsequij gene- re sit sincera intetio & obseruatio æquitatis. Sic Iacob seruiuit perfido Laban, ad quem ipse Iacob bona cõscientia dixit: Arietes gre- gis tui non comedi, nec captum à bestia ostẽ di tibi: Ego omne damnum reddebam: Quic- quid furto perierat, à me exigebas. Die noc- tuq; æstu vrebar & gelu, fugiebatq; somnus ab oculis meis. Sic per viginti annos seruiuit tibi.

Gen. 31.

REGVLA IIII.

Serui & ancillæ debent maioribus suis ser- uire fideliter, non tantum in illorum præ- sentia, sed æquè diligenter in præsentia, atq; absentia, eõ quod deus omnipotens iudex summus vbiqu; & semper vniuersa intueatur. Sic seruiuit domino suo gentili monachus il- le captiuus, de quo sanctus scribit Hierony- mus. Qui monachus captus à Saracenis, & do- mini sui oues diligentissimè pascens, multũ per hoc placuit domino suo. Tandem tædio captiuitatis & desiderio Christiani cultus ac- census, fugam iniit cum femina quadam si- bi ab illo Saraceno tradita, à qua tamen per- fectè continuit. Porrò post aliquot dies Do- minus suus cum famulo vno insecutus est monachum. Qui timore domini sui intra- uit speluncam, in qua legna erat secessitq; in aliam partem speluncæ. Dominus verò misit seruum

Hieron.

seruum suum, vt monachum feminaq; extraheret. Ingredientẽ igitur seruum erum pens legna apprehendit per collum, & inter- fecit. Dominus verò de tardatione satellitis sui indignans, & duos vni resistere arbitrans, speluncam ingrediens, protinus à læna est suffocatus. Quibus visis, egressus monachus peruenit cum femina ad Christianorum confinia.

REGVLA V.

Serui & ancillæ seruire debent non tan- tum nec principaliter propter lucrũ seu commodum temporale, sed charitatiuè, pot- tissimè intuitu & amore salutis æternæ.

Seruientes nanque, obsequium & merce- dem terrenam ordinare debent ad Dei ho- norem, propriamq; salutem, sic vt necessaria vitæ suis laboribus acquirendo, subsistant obsequi Deo: & ita suam paupertatem ac ser- uitutem debent æquanimiter ferre, imò & Deo inde regratiari, atq; ex propto & deo to- animo ministrare. Ita egit abbas Olympius: De quo legitur quarto volumine vitæ san- ctorum patrũ, qd ex seruis fuit, omniq; anno descendit ab eremo in Alexandria portans pretium dominis suis, qui occurrebant ei, & salutabant eum. Senex autẽ fudit aquam in peluem, vt lauaret pedes illorum. Qui dix- erunt: Noli pater, ne graues nos. Respondit: Ego sum seruus vester, & gratias ago quod permistis me liberè Deo seruire. Et nisi per- miseritis me pedes vestros lauare, & pretium allatum sumpseritis à me, manebo hic & seruiam vobis. Illi verò in reuerẽtia ipsum ha- bentes, dederunt ei potestatem faciendi quod velleret, ac reuertentẽ honorificè deducebãt.

Olympius ab- bas.

Quid filij ac filia specialiter teneantur suis parentibus. Artic. XII.

Luc. 2.



Descendit Iesus cum Maria & Ioseph, & fuit subditus illis. Ecce v- nigenitus patris æterni factus fi- lius virginis, obtẽperauit suæ dul- cissimæ matri, imò & patri putatio atque nutritio: quãto magis ceteri filij ac filie suis debent parere parentibus, vniuersiq; subditi superioribus suis?

REGVLA I.

Cur filij par- tes præcipue diligere de- beant.

Proles ergo primò tenetur suos paren- tes diligere speciali, imò præcipua dile- ctione post Deum vt seipsam, non solum na- turali, sed etiam, imò principaliter, spiritali amore: primò, propter Deum & eius bonita- tem, hoc ipsum iubitem. Secundò, quoniam I parentes primò & valde præcipue diligunt sobolem suam, imò communiter plus, quàm

proles diligunt parentes. Tertio, propter ma- gna illa beneficia quæ parentes suis exhibue- runt filijs ac filiabus, vt statim dicitur. Sic Io- seph patrem suum sanctum Iacob dilexit in- tantum, quod post plurimos annos venienti ad se occurrens, cecidit super collum eius, & inter amplexus fleuit, imò super defunctum corruit, flens atque deosculans ipsum, vt fer- tur in Genesi.

Gene. 46.

Gene. 50.

REGVLA II.

Proles tenetur suis obedire parentibus, dicente Apostolo: Filij, obedite parenti- bus vestris per omnia. Quod intelligendum est de omnibus, ad quæ se extendit autoritas parentum ad sobolem: vt sunt pertinẽtia ad regimen domus, dispensationemq; rei fami- liaris, atq; suscipiendam æquanimiter exhor- tationem, correptionem & castigationem ab ipsis. Sic Hester regina, monarche sociata cõ- iugio, adhuc obediuit patri suo adoptanti & auunculo Mardocheo, quem admodum age- re consueuit ante suam promotionem. Ve- runtamen proles iure diuino libertatem ha- bet intrandi religionem etiam inuitis paren- tibus: nisi forsan ex paupertate & imbecilli- tate multum indigeant prolis auxilio atque præsentia. Nam & Christus in cruce suã cha- rissimam matrem commendauit suo dilecto discipulo Iohanni.

Col. 3.

Filij in quib- bus parenti- bus obedire teneantur.

Hest. 4.

Ioan. 19.

REGVLA III.

Proles tenetur parentibus suis esse gratã pro viribus.

Tanta quippe beneficia proles à suis est sortita parentibus, quod non potest æqualia eis rependere, iuxta verbum illud commu- ne: Deo, parentibus & magistris non potest reddi æquiualeus. Habet equidem proles à parentibus esse, ac informationem & educa- tionem. Ideo verbis & factis tenetur ipsis gra- ta esse pro viribus: & quicquid rependerit illis, recognoscere, quod non rependit nec reddere potest ipsis æquiualeus, id est, retri- butionem condignam. De hoc recitatur ex- emplum terribile de filio quodam ingrato, cui parentes adhuc viui tradiderunt omnia bona, vt nobiliorem acquireret spõsam: qua sumpta, parentes suos paulatim fame & siti permisit affligi. Cumque vice quadam pater eius iam senex ingrederetur filij domum, in qua aua assabatur ad ignem, filius patris ad- uentum percipiens, veru cum aua portauit in cameram. Deinde reuersus vt aucam refer- ret, vidit in veru monstrum turpissimum tanquam bufonem, quod protinus faciem eius inuasit, inseparabiliterque inhæsit: sicq; per diuersa territoria ductus in exemplum

Exemplum de filio ingrato.

ita agentium, tandem ad orationes deuotum, Deo miserante, est liberatus.

REGVLA III.

Roles tenetur suis parentibus interiorē & exteriorē honorem, in signum ac reuerentiam maioritatis & autoritatis ipsorum super se. Hinc Tobias filio suo iussit: Honori semper habebis matrem tuam. Memor enim esse debes, quæ & quanta pericula passa sit in utero suo propter te. Vnde in Ecclesiastico legitur: Gemitus matris tuæ ne obliuiscaris.

REGVLA V.

Roles tenetur suis parentibus tempore indigentia necessariam sustentationem ac seruitutem pro posse, in recompensam educationis & administrationis sibi ab illis exhibitæ. Hinc in ecclesiastico dicitur: Qui timet Dominum, honorat parentes, & quasi dominis seruiet his, qui se generauerunt, in opere & sermone cum omni patientia. Gloria enim homini, ex honore patris sui, & dedecus filij, pater sine honore. Filij, suscipe senectam patris tui, & ne contristes eum in vita illius: & si defecerit sensu, veniam da, & ne spernas eum in tua virtute. Quia malæ famæ est, qui derelinquit patrem: & est maledictus à Deo, qui exasperat matrem. Hinc ad Ephesios ait Apostolus: Honora patrem tuum & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione, ut sis longæuus super terram. Nempe cum proles à parentibus suis habeat esse & vitam, honorando taliter parètes suos, meretur vitæ suæ conseruationem & prolōgationē, imò & prosperitatem maiorē. Et hoc, secundum legem cōmunem: quanquā interdum aliter accidat secundū ordinem diuinæ prouidentia ex causis occultis. Deniq; tā enorme est, horum oppositum agere, quod Deus per Moysen iussit filium contumacem, parētibuscq; rebellem, comensationibus potationibusq; vacantem, lapidari. Et rursus: Qui maledixerit, ait, patri aut matri, occidetur. Iuxta hanc formam ministravit patri suo sanctus Hugo Lincolnien. episcopus. Cum etenim pater suus venerabilis miles ac senex, se ipsum cum filio suo Hugone adhuc puerulo tradidisset canonicorū collegio, post aliquot annos pater collegij cōmisit Hugoni patris proprij curā. Quod Hugo libētissimè ac diligētissimè adimpleuit, ac inter ipsa obsequia pater ille filio suo multoties benedixit: quæ seruitutes patri exhibitæ, & benedictiones à patre receptæ, super mel & fauē suaues erant Hugoni, & sanctificauerunt cum copiosè. Refert quoq; Augu. exemplū terribile, quod in

Cappadocia fuit vidua filios habēs septem, quibus mater dire offensa, maledixit eisdem: qui protinus metuendo, corporis capitisq; tremore percussi sunt: & tantam suam confusionem in suo oppido nō ferentes, hinc inde dispersi sunt. Tandem vnus illorum in ecclesia sancti Augustini deuenit, & ibi curatus est.

REGVLA VI.

Roles debent clandestina matrimonia atq; incauta vitare, & seniorum ac parentum, seu aliorum prudentium vti consilio. Matrimonium nanq; est insolubile vinculum, circa quod inexperti & iuuenes citò ac sepe falluntur. Et quā magnum Dei donū est habere cōiugem bonam seu maritū laudabilem, tam miserimum est, peruersum, discordem, inconuenientem habere contoralem. Vnde in Ecclesiastico fertur: Mulieris bonæ beatus vir. Numerus enim annorū vitæ illius duplex. Gratia super gratiam mulier sancta, pudorata, & tacita. Postremò, matrimonia clandestina sunt ab Ecclesia sub excommunicationis pœna prohibita.

De ijs, quæ Parochiani specialiter debent suis pastoribus. Artic. XIII.



VI bene præsumt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborat in verbo. Ad Timoth. Non est hoc ita intelligendum, quasi presbyteri & prælati vitio se viuētē, nec bene regentes, non sint à subditis honorandi, & ecclesiasticorum reddituum persolutione fouendi: sed quod hæc virtuosus præsentibus duplici ratione debentur, videlicet tam propter ecclesiasticā autoritatē, quam propter idoneam officij sui executionem. Deniq; cum Parochiani sint spirituales filij sui pastoris, ea quæ articulo præcedenti inducta sunt de filijs & filiabus respectu suorum parentum, applicari hinc queit de vtriuscque sexus Parochianis: de quibus est regula prima:

REGVLA I.

Parochiani tenentur suū pastorē & eius vicariū specialiter spiritali amore diligere, tanquā patrē spirituale eos prædiligentē, & à quo beneficia multa spiritalia & superna naturalia sunt sortiti charismata, utpote ecclesiastica sacra, salubria documenta, increpationes iustas & charitatuas, correctionesq; medicinales paternas, dona quoque gratiæ saltem dispositiue: & si non omnia ista, tamen aliqua horum. Hinc ad Thessalonicenses ait Apostolus: Rogamus vos fratres, ut noueritis eos, qui præsumt vobis in Domino, & monent vos: ut habeatis illos abundantius

REGVLA III.

Parochiani tenentur suis curatis decimas, primitias, oblationes, secundum iuris tenorē persolvere fideliter & opportunè. Seminantibus nanq; spiritalia exhibenda sunt stipendia temporalia, sustentacula vitæ, dicente Apostolo: Si nos vobis spiritalia seminamus, magnū est, si vestra carnalia meramus? Quasi dicat: Non est magnum, imò permodicū est, cum spiritalia sint temporalibus in cōparabiliter digniora. Hinc dixit Saluator: Dignus est operarius mercede sua. Insuper ratio dicit, iustum hoc esse, ut iij qui pro cōmuni bono plebis catholice vacant diuinis, & populo spiritalia ministrant, necessaria victui fortiantur à subditis: quod etiam à gētilibus suo modo obseruabatur. Vnde in Genesi recitatur, quod sacerdotibus Aegyptiorum ex publicis horreis necessaria præbebatur: Ideo tempore famis non cogebantur suam vendere terram. Præterea fideles libenter ac deuotè oblationes ac decimas debent persolvere: quia ex hoc quatuor præmia consequuntur. Primum est abundantia temporalis, ita quod agri benedicuntur à Domino. Et hoc ex Aggō & Malachia prophetis apertè mōstratur. Secundum est sanitas corporalis ac prolongatio vitæ. Qui enim Deum in suis ministris lic alit, meretur hanc prosperitatem ab ipso. Tertium est, infusio gratiæ, multiplicatioq; virtutum & meritum in via. Quartum est, copiosa salus in patria. Horum quoq; promerentur opposita, qui oblationes & decimas non persolunt, viliora uē offerunt. Hinc in exordio mundi Deus respexit ad Abel, & ad munera eius, quia de melioribus obtulit gregis sui. Ipsum verò Cain ac munera eius despexit: quia de fructibus terræ, imò (ut Iosephus ac Hebraei, & quidam catholici dicunt expositores) de corrosis & vilioribus terræ nascentibus obtulit. Porro in libro Tobia legitur ipse Tobias primitiua sua ac decimas fideliter obtulisse.

REGVLA V.

Parochiani tenentur suo pastori esse fideles & grati tāquam patri spiritali & benefactori præcipuo, sicut iam satis ostensum est. Ingratitudo autem aī graue peccatum, atq; iustitiæ directè contrarium. Sic habitatores Iabes Galaad grati fuerunt Saul regi, cuius amore & gratitudine etiā corpus eius & corpora filiorum eius occisa, abfulerunt cum grādi periculo & labore de muro Bethsan, vbi à Philistæis erant suspensa: sepelieruntq; ea in nemore Iabes, sicut in fine primi Regum describitur.

dantiū in charitate. Propter opus illorum pacē habere cū eis. Sic dilexerūt sanctū Franciscum fratres ac filij eius. Qui sanctus vir dū quadam vice esset ob grauem infirmitatem vrendus, omnes fugerūt, præ nimia charitate non valentes sancti ac pij patris sui videre dolorem. Ipse verò admirabilis vir dixit ad ignem: frater ignis, esto mihi in hora hac curialis. & ita in illa aduisione paruam aut nullam sentit ignis afflictionem.

REGVLA II.

Parochiani tenentur suis pastoribus obedire in ijs, quæ concernunt iurisdictionē & prælationem pastoris seu eius vicarij super eos. Maior enim videtur autoritas spiritalis patris seu prelati super subditos, quam patris carnalis super sobolem suam. Habent autem pastor & eius vicarius autoritatem & præsentiam super suos parochianos in ijs, quæ sacramenta respiciunt, & directionē vitæ ipsorum secundum exigentiam vocationis eorū. Ideo correptionibus & correctionibus eius acquiescere adstringuntur, & verbum Dei ab eo libenter audire. De hac obedientia Paulus Apostolus in suis epistolis frequēter suos cōmēdat discipulos. Vnde ad romanos: Vestra, inquit, fides annunciat in vniuerso mūdo. Et alibi: Vestra obedientia nominatur in omni loco. Vnde legitur in vita sancti Benedicti, quemadmodū sanctus Maurus eius discipulus, obediendo patri suo nomine ac gratia Benedicto, cucurrit super aquas, & puerū nomine Placidum, submersum extraxit, atque in terram detulit secum.

REGVLA III.

Parochiani tenentur suis pastoribus & eorū vicarijs reuerentiā cordialem & exteriorē, etiā si præuæ sint conuersionis: inquantū sunt vicarij Dei, spiritualesq; patres, cū iuxta beati Petri præceptum, etiā dycolis dominis sit parendum in ijs, quæ iurisdictionis eorū limites nō transcendent. De hoc in epistola eminenter Galatas laudat B. Paulus: Sicut angelum, inquit, oculos vestros eruiisset, & dedisset mihi. Circa hoc potest referri historia ex libris moysi, quæadmodū filij Israel frequēter terribiliterq; plagati fuerūt à Deo propter inobedientiam irreuerentiamq; eorum in Moysen & Aaron: Propter quod vna dierum combusta fuerūt quatuordecim milia eorundem. Specialiter quoq;, qualiter Daathan & Abiron, Core & Hon fuerunt cum tabernaculis suis à terra absorpti ob suam contra Moysen rebellionem ac schisma. Ducenti verò & quinquaginta viri ob eandē causam fuerūt igne occisi, prout in Numeris legitur.

Parochi autoritas in subditis.

Eccle. 26.

Matrimonia clandestina prohibita.

1. Tim. 5.

Rom. 1.

Exemplū obedientia.

1. Pet. 2.

Galat. 4.

Num. 16.

Decimas fideliter persolueres, quadruplex præmiū consequuntur.

II

III

Gen. 4.

Tob. 1.

Ingratitudo.

1. Reg. 31.

Tob. 4.

Eccle. 7.

Ecc. 9.

Ecc. 9.

Eph. 6.

Deut. 21.

Exod. 21.

Leuit. 20.

Exemplū de S. Eugone Lincolnien.

Augustinus

Qualiter seculares, vulgares ac laici habere se debent ad suos Dominos temporales ac iudices.

Articulus. XIII.

1. Petri. 2.



Vbieſi eſtote omni humanæ creaturæ propter Deū: ſiue regi tanquam præcellenti, ſiue ducibus, tanquã ab eo miſiſ ad vindictam maſſactorum, laudem verò bonorum. In veteri teſtamento in populo Dei non erat niſi pontifex vnus, & rex vnus: quia lex illa Moſaica vni tantum Iudæorum populo data eſt. Porro lex Euangelica toti mundo eſt prædicata & tradita: idcirco in populo Chriſtiano tam in ſpiritali, quam in ſeculari ſtatu, diuerſi ſunt gradus prælationum & dignitatum ac iuriſdictionum: quia in ſtatu ſpiritali ſunt ſacerdotes, Parochi, Decani rurales, archiprebyteri, archidiaconi, epiſcopi, archiepiſcopi, primates, patriarchæ & papa. Porro in ſtatu ſeculari ſunt in ſingulis pagis & villis communiter, Scabini & Schultetus. In vrbibus quoque ſunt Conſules vel Magiſtri ciuium, Senatores, vel Conſiliarij, iurati, officiati que alij. Deinde diuerſi ſunt gradus ſecularium dominorum ac iudicum: quorũ quorũ præſunt villis, in quibus conſtituntur Schultetum & Scabinos. Secularium demum dominorũ quidam ſunt domicelli ſeu milites, quidam Barones, aliqui Comites, aliqui Duces, quidam Reges: & vnus ſupremus qui imperator vocatur. Multumque expediret quod vnus eſſet totius populi Chriſtiani monarcha & imperator. Et ſicut ſpiritaliũ prælatorũ diuerſæ ſunt actiones magis ac minus eminentes, iuxta diuerſos gradus ſuarum prælationum: ſic ſeculariũ dominorũ ac iudicum: quorũ quo maior & altior eſt poteſtas, eo eminentiores fortiti ſunt actiones, ac pluribus præſunt. Itaque ſicut quilibet Chriſtianus tenetur ſpiritalibus ſuis obedire prælatiſ, in ijs, in quibus eorum iuriſdictione ſe ſuper ipſos extendit: ita & ſecularibus ſuperioribus ſuis. Attamen in vtroque iure poteſt appellatio fieri. Spectat ergo ad quemlibet Chriſtifiſdem, vnicuique ſuperiori impendere honorem, obtemperacionem, obedientiam ſecundum menſuram & gradum ſuperioritatis eorum: nec ipſiſ irrationabiliter contradicere aut reniti: imò tanquam ſummi dominatoris ac iudicis vicarios atque communes iuris miniſtros diligere, honorare, audire. Porro quid ſpecialiter ſpectet ad dominos ſeculares, in ſtrã aliquoſiter eſt tangendũ. Habent autem diuerſa vrbes diuerſa priuilegia, plebiſcita, ſtatuta, iura, conſuetudines, obſeruantias, ritus, quæ ſibi volunt à ſuis principibus obſeruari: con-

Monarchia commendatur.

Præmores ut obſeruantur.

tra quæ etiam arbitrantur ſibi non poſſe aliquid ab eis iuberi: cuius rei occasione interdum graues oriuntur diſſenſiones, de qua re difficile eſt ferre iudicium. Nũc verò tetigif ſe ſufficiat, quod ſeculari poteſtati ſit obediendũ in ſuo foro, in ijs, ad quæ ſe ipſa extendit, ſicut & poteſtati ſpiritali. Conſequenter ergo tangendum eſt, ad quæ ſinguli quique ſeculares principes, præſidentes, officiati ac iudices obligentur.

De virtutibus & actibus, ad quos ſpecialiter obligantur ciuitatum rectores.

Articulus. XV.



Secundum Iudicem populi, ſic & miniſtri eius: & qualis eſt rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. Finis neceſſitatem imponit ijs, quæ ordinantur in ipſum. Ideo ſecundum exigentiam finis diſponenda ſunt media. Porro finis iuris atque regiminis ſpiritalis, eſt beatitudo æterna, à qua directè impedit peccatum mortale: veniale quoque peccatum aliquoſiter inde incuruat ac indiſponit. Idcirco in iure diuino ac ſpiritali regimine prohibetur omne peccatum mortale, & diſſuadetur veniale. Et vtrique, maxime autem mortali, pœna debetur. Finis verò iuris ac regiminis ſecularis, eſt pacifica hominum inter ipſos conuerſatio, quæ tamen in Chriſtianiſ ordinatur ad præſtatũ ſpiritalis iuris ac regiminis finem. Pacifica autè conuerſatio hominum mutua nõ impeditur notabiliter per quæcunq; peccata. Imò ſi vniuerſa & ſingula peccata mortalia prohiberentur ac punirentur in iure ciuili, ſequeretur sæpè & oriretur maior turbatio: quoniã maior pars hominũ ob nimiam ſuã ad vitia pronitatem, imperfectionem ac defectuofitatem, nõ eſt capax tãtæ reſrenationis ac diſciplinæ. Hinc in regimine iſto ciuili aliqua vitia permittuntur, & non niſi grauiora, notabiliter impeditiua cõuictus pacifici, puniuntur: vt ſunt præcipuè homicidiũ, latrocinium, vulneratio, mutilatio, & enormis ſeu diſſematiua iniuriatio in verbis & factis, rapina, & præſertim ſpoliatio viatorũ, traditio, incendia, furtum. In aliquibus etiam vrbibus adulteria, ludus talaris, & conſimilia quædam ventantur, ſecundũ quod ex hominum abuſu & conſuetudine praua occurrit ratio maior vel minor prohibediſta aut illa. Illi ergo virtutes potiſſimè ſpectant ad ciuitatũ rectores, quæ magis neceſſariæ ſunt ad inducendum, procurandum & conſeruandum pacificam conuerſationem hominum mutuo. De quibus ſit hæc regula prima:

REGVLA I.

Recto-

Ecc. 10.

Finis iuris ſpiritalis quib.

Finis iuris ciuilis quib.

Ius ciuile cur nõ in queſiſ maleſticia ani maduertat.

Luc. 4. Rom. 2. Eccl. 4.

Prudẽtia quã.

Rectores ciuitatum tenentur ſpecialiter ad verã prudẽtiam, tam ethicam, quam æconomiam atque politicam. Prudẽtia namque eſt recta ratio agibilium: id eſt, virtus moralis & intellectuã, regitiua actionum rerum humanarum. Non autem eſt dignus nec aptus regere totam communitatem, qui neſcit regere propriã domum propriamque perſonam, cum & Apoſtolus dicat: Si quis neſcit domui ſuæ præſſe, quomodo eccleſiæ Dei diligentiam habebit? Requiritur ergo ad rectorẽ cuiuſlibet ciuitatis prudentia ethica, per quam propriam bene gubernet perſonam. Deinde prudentia æconomica, per quam cõuenienter ſuam regat familiam, puta domeſticos, vxorem, ſobolem & miniſtros. Tertio exigitur prudentia politica, per quã politiam gubernet, prouidendo, procurando ac diſponendo ea, quæ magis expediunt ad conuenientem, proſperam, bonam, pacificamque conuerſationem ciuium adinuicem. Ideo Plato beatam dixit rempublicam, cuius principes & rectores ſapientia atque prudentiã vacant. Hinc quoque in Deuteronomio Moyſes legitur dixiſe Iudeis: Date ex vobis viros gnaros & ſapientes, quorum conuerſatio ſit probata in tribus veſtris, & ponam eos vobis principes.

1. Timo. 3.

Prudẽtia triplex rectoribus ciuitatũ neceſſaria.

Plato.

Deut. 1.

REGVLA II.

Rectores ciuitatum decet omni virtute eſſe ornatos. Virtutes namque aptæ inter ſe atque connexæ dicuntur, atque vt probat Philoſophus, prudentia non ineſt niſi virtuoſis hominibus. Denique eos, qui alios tenentur dirigere ad virtutes, & ad cõuictũ pacificum, oportet eminenter conſiſtere virtuoſos, pacificos, & à paſſionum turbulentijs reformatos. Alioqui eis eſſet dicendum: Medice, cura teiſum. Et rurſus: Qui alium doces, teiſum non doces? Et ſicut in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt: Qui ſibi ipſi nequam eſt, cui bonus erit?

Luc. 4. Rom. 2. Eccl. 4.

REGVLA III.

Iuſtitia quid.

Iuſtitia ad rectores vrbium præcipuè pertinet. Iuſtitia namque eſt virtus inclinans ad reddendũ vnicuique, quod ei debetur. Ad quod agendum in tota communitate laborare præcipuè debent ciuitatum rectores, ita vt vnicuique quod ſuum eſt conferretur, ablata reſtituantur, iniuriatiſ & læſis ſatiſſiat: & inordinata per culpam, ordinentur per pœnarum indiſtinctionem. Hinc ſanctus Iob ſaſſus eſt: Iuſtitia indutus ſum. Vnde & in Exodo fertur Iethro dixiſſe ad Moyſen: Prouide de omni

Iob. 29. Exod. 18.

plebe viros ſapientes & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiã, & conſtitue eos vt iudicent populum. Denique, vt etiam Ariſtoteles loquitur: Iudex debet eſſe quaſi viua lex & animata iuſtitia, vt nunquam contraueniat æquitati ac veritati. Ad ipſum enim cõſugiant ſubditi tanquam ad regulam quandam iuſtitia.

philofoph.

REGVLA IIII.

Rectores & iudices oportet eſſe charitatiuos, & amore boni repletos. Ad ipſos etenim ſpectat quærere vtilitatẽ, proſperitatem & pacem communem, nõ ſua commoda proprioſque honores, cum ſint miniſtri rei publicæ. Imò vt aſſerit Plato, omne quod agunt, ad communem pacem & proſperitatem debent iugiter ordinare, propriorum commodorum obliſ. Talem ſe fuiſſe teſtatur eſt Samuel, dicẽs ad filios Iſrael: Conuerſatus vobis cum ab adoleſcentia mea vſque nunc, ecce præſtò ſum: loquimini de me coram Domino, & coram Chriſto eius, vtrum bouem cuiuſquam tulerim aut aſinum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cuiuſquã munus accepi, & reſtituum vobis.

Plato.

1. Reg. 16.

REGVLA V.

Ad rectores & iudices pertinet totum reipublicæ corpus curare atque tueri, vt Plato Tulliusque fatentur.

Spectat namque ad eos prouidere pro poſſe paci & vtilitati vniuerſorum & ſingulorũ membrorum communitatis. Nam ſi vnã reipublicæ partem tuentur, & aliam negligent, diſſenſio oritur. Sint ergo ab amore priuato & odio, à cupiditate & perſonarum acceptione penitus alieni. Tales enim olim fuiſſe Romanorum rectores ac iudices, recitat Cato: Nolite, in quiens, putare maiores nõſtros armis Rempublicam ex parua magnam feciſſe. Si enim ſic eſſet, multo pulchriorem nos haberemus. Armorum quippe & equorum maior nobis eſt copia. Alia fuerũt, quæ viros illos magnos fecerunt, quæ nobis ſunt nulla: domi induſtria, foris iuſtum imperiũ, animus in conſulendo liber, nec delictõ neque libidini obnoxius. Pro ijs nos habemus auaritiã atque luxuriã, publicè egeſtatem, priuatim diuitias. Opulentiam commendamus, ſequimurque inertiam, & omnia virtutis præmia (vt pote dignitates & officia, quæ virtuoſis prudentibusque debentur) ambitio poſſidet.

Catonis ſententia memora bilis.

REGVLA VI.

Ad rectores politiæ pertinet prouidere, quantum eis poſſibile eſt, ne oriatur annonæ caritas in cõmunitate, quam regunt. Quia caritas eiufmodi grauatur egenos, imò

& mediocres, si grandis sit ac diuturna. Oritur autē ea caritas interdum ex naturalibus causis, interdum ex diuinā inflicione iustitię in penam excessuum populi: & tunc æquanimitē est tolleranda, atque placandus est Deus vera contritione, satisfactiōe, orationibus, & alijs operibus pietatis. Interdum verō generatur caritas ista ex cupiditate diuitum, multa congregantium ac reponētium, ex quibus sustentari plurimi possent. Item ex voracitate gulosorum ac lubricorū, multa prauē consumētium. Ex bellis quoque, & ex multitudine otiosorū, & impeditiōe mercatorum venalia deferentium de loco ad locum. Itaq; ciuitatum rectores tenentur communitati pro posse succurrere, & vitus caritati obuiare, pretium rationale rebus venalibus imponendo, auaros ac diuites ad vendendum superflua eis cogendo, mensurarum ac ponderum fraudes debite puniēdo, mercatores quoq; seu alios viros fideles ad regiones amplius abundantes mittendo, vt necessaria inde adducant. Itemq; prohibēdo, ne qui res suas necessarias cōmunitati, vēdant abductoribus de ipsa communitate, & ne qui sua transmittant, vt alibi magis carē vendantur. Grauisimē igitur peccant rectores, qui non solum ista non faciunt, sed oppo sita horū, & procurant, augent, continuantq; annōnē caritatem, qui crudelissimi ac vitiolissimi sunt censendi: imō & omnes qui frumenta sua tenent absconsa, vt inducant caritatem vendantq; carius. Cōtra quos in Pro uerbijs Salomonis legitur: Qui abscondunt frumenta, maledicentur in populis: benedictio autem super caput vendentium.

RĒGVLĀ VII.

AD rectores vrbium spectat, rebus venalibus præfigere rationale pretiū, fraudesq; ponderum ac mensurarum vetare atque punire, nec talia in voluntate relinquere venditorum. Væ igitur eis, qui ista nō implent, & maximē qui munera sumunt, vt vnumquenq; vendere sinant prout carius valet. In quibus cōpletur, quod Salomon protēstat: Viscera impiorum crudelia. Aduertant ergo, quod in Leuitico Dominus iussit: Nolite iniquum aliquod facere in iudicio, in regula, in pondere, in mensura.

De ijs, quæ specialiter pertinent ad Iudices. Articulus XVI.

Noli querere fieri iudex nisi valeas virtute irrupere iniquitates. Virtus, vt ait Augustinus, est bona qualitas mentis, qua nullus malē vti- tur. Ideo omnis actus, qui elicitur ex virtute

Augustinus caritas unde oritur.

Proverbia 12.

Proverbia 12. Leuiticus 19.

Ecclesiasticus 7.

Augustinus.

procedit, est bonus atque laudabilis. Et si ex charitate imperatiuē nascatur, est meritorius vitę eterne, etenim sine charitate nihil est ita meritoriū & Deo acceptū. Deniq; dictū est, quod finis iuris ciuili ac regiminis secularis sit ordinandus ad diuini iuris ac spiritualis regiminis finē, qui est vita æterna. Itaq; ad hoc quod Principes, Rectores ac Iudices Deo acceptabiliter ac meritorie præsent, regant ac iudicent, primo exigitur, vt in charitate, id est, in spiritali Dei & proximorum amore constent: ad quod ad minus exigitur, vt non solum immunes sint ab omni amore carnali, & priuato prædominante ac odio, sed ab omni quoque mortali peccato. Si autem queratur, quid sit ex charitate præesse, regere, iudicare, dicendum quod hoc nil aliud est, nisi vt seruus Dei intuitu & affectu complacendi altissimo & honorandi eum in omnibus, in seipso ac subditis, ad gloriam eius, & ad prosperitatem ac pacem communitatis, inō finaliter ad obtinendum salutem æternam sibi ac subditis, exerceat hos actus. Taliter ergo suā dirigat atq; rectificet intentionem & actionem omnis præfidentis, rector & iudex: alioqui in exercitijs & laboribus sui officij non solum nil gratiæ ac glorię promerbitur, imō etiam damnationem sibi æternam mercabitur: & hoc ex dictis in præcedenti libro euidenter iam patuit. Secidō exigitur, vt iudex seu rector publica autoritate fungatur, iurisdictionemq; habeat super eum, quem iudicat: vt sit legitimus, non vsurpatus legis minister: nec alienā in messem tuam præsumat mittere falcem. Per hoc Pilatus conabatur euadere iudicationem de Christo, ad Herodem mittens eundem, de cuius potestate seu territorio extitit Christus. Vnde primo narratur Machabæorum, quemadmodū Roma ni scripserunt sibi subiectis, vt Iudæos peltiles ad ipsos confugientes transmitterent Simoni principi Iudæorum, quatenus secundum legem Dei sui puniret illos.

Ex charitate præesse quid sit.

Lucas 23.

1. Machabæi 15.

Actus 23.

Tertiō requiritur, vt iudex secundum iuris tenorem, ordinem & processum ferat iudicium: hoc est, secundum allegata & probata, & modum legitimum, seu iuxta consuetudinem rectam & approbatam. Hinc, sicut in actibus legitur, iudex dixit pro Pauli defensione Iudæis: Non est consuetudo Romanis, aliquem damnare hominem, priusquam is qui accusatur, præsentē habeat accusatores, locumq; defendendi se accipiat ad abluenda crimina, quę ei obijciuntur. Hinc idē gloriosus Apostolus Paulus principi Iudæorum, ipsum iniuste percuti præcipiēti, ex inspiratione diuina ac zelo iustitię respondit:

III Quartō requiritur, vt iudex sit constans, ita vt sedens pro tribunali, nō cedat multitu dini malē motæ, nec importuno clamori. **IIII** Propter quod Deus per Moysem iussit: Non sequaris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio acquiesces sententię plurimorum, vt à vero deuias. Contra hoc egit Pilatus, qui Christi innocentiam sciens, euadēdiq; viam habens, cecidit clamoribus Iudæorum. Quo contrā sanctus Iob fastus est: Donec deficiam, non recedā ab innocentia mea. Iustificationē q̄ cepi tenere, non deseram. **V** Quintō exigitur, vt nequaquam acceptor sit personarū, sed causas consideret, non personas: nec vnū palpet, portet, excuset, audiat vō præ alio. Ait quippe Ambrosius: Maximū crimen in præfidentibus est, quod attendūt personas, non causas. Vnde & in Deuteronomio Moyse constitutis à se & sub se præcepit iudicibus: Ita paruū audietis vt magnū, nec accipietis cuiusquam personam. In hoc igitur iudex homo conformet se iudici Deo, de quo princeps testatur Apostolorum: In veritate comperi, quoniā nō est personarum acceptor Deus. Est demū acceptor personarum directē contraria distributiōe iustitię, qua vniciquę tribuitur secundum dignitatem, dispositionem, ac merita sua. Idcirco ex suo genere est mortale peccatum, ralem se voluit Saul rex exhibere, dicendo: Si per Ionatham filium meum factum est malū hoc, absque retractione morietur. **VI** Sextō oportet vt iudex nequaquam sit leuis ad credendum, præsertim accusantibus alios: Imō veritatem inquirat, testes (si videtur) examinet, & omnem suam diligentia faciat ad cognoscēdum quod verū est, prout sanctus Iob, plurimorum iudex ac testis, de seipso fatetur: Causam, in quiens, quam ignorabam, diligentissimē inuestigabam. Maximē quoque obseruandum est hoc in accusatione enormium scelerum, nisi euidētia facti aut publicæ diffamia, accusatoris suppleat locum. Hinc in Genesi iudex altissimus per modū nō credentis, & veritatem per seipsum scrutari volentis, loquitur Abraham de Sodomitis: Clamor Gomorrhæorum venit ad me: Descendam & videbo, an iuxta clamorē, qui venit ad me, faciat, an non. Hęc credēdi facilitas in principibus & iudicibus, cunctisq; præfidentibus est vehementer periculosa, & plurimum etiam innocentum ac pauperum oppressiua, sicut de hoc multa scribit sanctus Bernardus ad Eugenium papam. Quod

& Assuerus rex expertus, ait: Quidam aures principum simplices & ex sua natura alios estimantes, callida fraude decipiūt. Sic iniquus Siba decepit Dauid regem, citō & incautē credentem, accusans bonū illum Miphiboseph. Hinc in Ecclesiastico habetur: Qui credit cito, leuis est corde, & minorabitur. Salomon quoque in Proverbijs: Innocens credit omni verbo: altus considerat gressus suos.

Septimō est necesse, vt iudex tam iustus ac timoratus cōsistat, vt nulla passione, hoc est, nec timore, nec cupiditate, nec amore, nec odio declinet à vero & recto iudicio: Imō potius velit omne perpeti damnū ac mori, quā æquitati & veritati contrariari. Ideo Moyse dixit: Non accipias munera, quæ excæcant etiam prudentes, & subuertunt verba iustorum. Hinc in Ecclesiastico legitur: Xenia & dona excæcant oculos iudicum, & quasi frenum in ore auertunt correctiones eorum. Refert sanctus pater Bernardus libro de consideratione, de quodam legato, qui in suo itinere accepit à quodam equum, quo eguit. Paulo post collator equi pro causa sua accessit legatum tanto fidentius, quanto recentius dederat ei equū. Cui legatus: Nesciebam, inquit, te causam habere. Ecce in stabulo equus tuus, recipe illum. Denique Cambyses rex Persarum vnū ex suis iudicibus fecit viuū excoriari, quoniam quendam ex odio iudex ille damnauerat: cuius etiam iudicis cutem fecit superponi iudicariæ sedi, in qua filius illius excoriati sedit ad iudicandum, vt mortem patris sui rememorando, iniustum vitaret iudicium. Octauō, necesse est, vt in iudicando non sit nimium compassiuus. Nempe per Moysem Dominus ait: Pauperis non miseraberis in iudicio. Verunamen iudices exhibere se debēt pios pauperibus iudicando, quantum valent sine alterius partis præiudicio, & absq; derogatione iustitię. Idcirco in Ecclesiastico scriptū est: In iudicio esto illis quasi pater. Vnde sanctus Iob protēstat: Cū sederē quasi rex, circūstante exercitu, eram tamen mœrentiū consolator. Vehementer ergo damnabiles sunt, qui miserabilibus personis, videlicet orphanis, pupillis, viduis, pauperibus, tristibus & afflictis præbent se duros, aut asperiores q̄ magnis, diuitibus atq; potētibus. Ideo Salomon loquitur: Non facias calumniā pauperi, neq; contemnas egenū in porta, id est, in loco iudicij: quia in portis olim iudices residebant, vt ab omnibus facilius haberētur. Postremō sunt alia quædam, quę ad iudicem spectant, & exiguntur ad hoc, quod dignus sit iudicare: videlicet bonitas vitæ, quia indignus est alios iudicare;

Hesaias 18. 2. Regum 16.

Ecclesiasticus 19.

Proverbia 14.

VII

Exodus 23.

Ecclesiasticus 20.

Bernardus

Supplicium iniqui iudicij

VIII

Exodus 23.

Ecclesiasticus 4.

Iob 29.

Proverbia 22.

dicare, qui in eisdem aut maioribus est peccatis, de quibus iudicat alios: Et rursus, quonia nemo est prudens, nisi virtuosus. Prudentia autem ad iudicem præcipue pertinet, sicut iustitia, vt ostensum est supra. Item, iudicis est non admittere preces in præiudicium alterius partis aut æquitatis.

De pertinentibus specialiter ad Principes. Articulus XVII.

Esaiæ. 32.



CCCE in iustitia regnabit rex, & principes in iudicio præerunt. Princeps quoque ea, quæ digna sunt principis, cogitabit, & ipse super duces stabit. In populo Christiano multiplex ordo est in potestate, iure atque regimine seculari, ciuili, politico. Est quippe potestas suprema in statu & ordine imperiali, præsertim monarchica. Deinde Regalis, Ducatus, Comitatus. Item magnatum, Baronum, militum, militariumque; virorum. His omnibus hoc extat commune, quod quanto altioris sunt potestatis, ac præsidetia latioris, tanto ad ampliore virtutum tenentur perfectionem, quatenus ad suorum executionem officiorum idonei sint & condigni. Cum enim homo se ipsum salubriter regere nequeat sine prudentia ac virtute: quomodo totam communitatem poterit efficaciter gubernare sine gradum prudentia & virtuositate præclara? De his ergo sit hæc regula:

REGVLA I.

Non solum principem in spiritalibus, utpote summum pontificem & vnumquenque episcopum, sed etiam principem in temporalibus atque ciuilibus oportet esse virum heroicum, diuinum, perfectum, si sua officia dignè implebit. Ad superiorem namque in utroque regimine pertinet, omnes sibi subiectos dirigere, virtuosos efficere, à vitijs remouere, charitatiuè ac piè corripere: Non vinci à malo, sed in bono vincere malum. Quod totum implere, magnæ existit prudentiæ & virtuositatis præcipua. Itaque sicut sol cuncta cælestia atque terrestria corpora sui luminis exuberanti claritate perfundit, illustrat ac ornatur: sic princeps splendore suæ prudentiæ, & suarum vigore virtutum vniuersos sibi subiectos debet illuminare ac gubernare, à peccatis retrahere, ad vitam virtuosam, quietam, pacificamque; inducere. Hoc strenuè implere electi reges in veteri testamento Ezechias, Iosias, & alij quidam, qui totius regni sui populum ab idololatria purgauerunt, atque ad debitum veri Dei cultum reduxerunt, prout 4. Regum & 2. Paralip. recitatur. Tales quoque fuerunt fideles illi iudices Israeliticæ plebis,

Rom. 12.

quos Apostolus in epistola ad Hebræos con. Heb. 11. munerat inter sanctos: nec efficit, inquit, me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Samson, Iephthe, Dauid & Samuel, qui per fidem vicerunt regna, &c. qui populum Dei in cultu deitatis cõseruauerunt, prout in libro Iudicum enumeratur. Insuper etiam reges quidam gentiles, tales suo modo fuerunt. Etenim de virtutibus principum Romanorum & aliorum magna & mira leguntur. Vnde & in libro Hester Assuerus rex scripsisse legitur in hunc modum: Rex maximus Artaxerxes subditis suis salutem: Cum pluribus gentibus imperare, & vniuersum orbem meæ ditioni subiugassem, nequaquam volui magnitudine abuti potentia, sed clementia & lenitate gubernare subiectos, vt absque vilo terrore vitam silentio transigentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur.

Hest. 12.

Præterea pro hac causa à subditis esse orandum, docet Apostolus ad Timotheum, dicens: Obsecro primò omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt constituti, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate.

1. Tim. 2

REGVLA II.

Princeps tenetur in fide, spe, & charitate esse ita perfectus, vt tempore opportuno paratus sit ex charitate Dei patris, atque ecclesiæ suæ matris, pro defensione fidei Christianæ iuxta vires & opes suas vsque; ad sanguinem decertare, imò & mortem pati pro fide. Si enim, vt in prima sua scribit canonica sanctus Ioannes, debemus pro fratribus animas ponere, quanto magis pro Christo & fide? Denique; ex iure diuino & humano principes ad hoc precipue obligantur, potissimè imperator, deinde reges, principesque maiores ac ceteri iuxta suæ ordinem potestatis. Tales olim fuerunt Christianissimi imperatores, reges, duces, & comites, Barones ac milites, Theodosius, Carolus Magnus, Palatinique; eius, Otto, Henricus, Godefredus Boloniensis, & alij multi. Heu quales modò sunt principes nostri, qui & contra se inuicè crudeliter debacchantur, suosque adiuuant inimicos ad dilaniandum, conculcandum, & opprimendum propriam matrem sanctam ecclesiam: sicque aduersarios crucis Christi lætificant. Porro de præclarissimis victoriosisque præliis principum præfatorum contra perfidos Saracenos ac ceteros infideles, in speculo historiarum & Chronicis plurima continentur: vbi & inter cætera legitur, quemadmodum Carolo Magno rege orante, sol stetit in cælo immobilis tribus

1. Joan. 3.

tribus horis, quousque; rex ipse peruenit ad Saracenos, à quibus electissimi Palatini sui Rolandus & Oliuerus fuerant interfecti, interfecitque Carolus cunctos perfidos, quos inuenit.

REGVLA III.

Ad principem quædam virtutes morales specialiter spectant. Primò enim valde spectat ad eum iustitia, cum ad hoc constitutus sit rex, sedeatque in throno regali, vt inter subditos suos faciat iustitiam obseruari, & vnicuique quod suum est, reddi, adiudicari, ac fieri. Hinc Salomon loquitur: Rex qui in æquitate iudicat populum suum, thronus eius in æternum fundabitur. Et in libro Sapientia scriptum est: Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Iob quoque: Iustitia, inquit, indutus sum, & vestiui me quasi diademate iudicio. Hinc de Dauid rege asseritur: Faciebatur omni populo suo iudicium & iustitiam. Ad hoc quippe instituta est dominatio secularis, vt communitas pacificam ducat vitam: quod esse non valet, nisi subditi à mutua infestatione compescantur, & vnicuique quod suum est restituatur aut conseruetur, quod totum est opus iustitiæ. Propter quod disse-ruit Esaias: Erit opus iustitiæ pax. Hinc princeps debet in seipso esse tam iustus, vt nullius appetat bona, nulli iniuriatur, & sine personarum acceptatione cunctis iustum exhibeat semper iudicium. Talis fuit Moyses, qui loquebatur ad Dominum: Tu scis quòd nec affellum quidem vnquam ab eis accepi, nec affixerim quenquam eorum.

Prov. 29.

Sap. 1. Iob. 29.

2. Reg. 6.

Esai. 32.

Num. 16.

REGVLA IIII.

Ad prudentiam princeps valde adstrigitur, prout supra est declaratum de iudice. Nam & iudicare etiam de ipsis iudicibus, ad principem pertinet. Imò tanto ci præceteris virtutes magis existit necessariæ, quâto plura habet cõsiderare, expedire & agere. Hinc eo maior prudentia copiosiorque discretio, quæ prudentiæ actus est, spectat ad ipsum: præsertim cum prudentia seu discretio, omnium sit virtutum directrix, auriga & moderatrix. Hinc scriptum est: Diligite lumen sapientiæ omnes qui præstis populis. Multitudo sapientum sanitas est orbis terrarum, & rex sapiens populi stabilitamentum est. Vnde in Ecclesiastico legitur: Principatus sensati stabilis erit. Rursus quoque ait scriptura: Iudex sapiens iudicabit populum suum: rex autem insipiens populum suum perdet. Hinc Salomon placuit Deo in hoc, quòd sapientiam atque prudentiam

Sap. 6.

Ecd. 10.

ibidem.

3. Par. 1.

petijt sibi conferri à Deo. Theodosius quoque de nocte sedit ad lampadem studens, & personaliter oleum sibi infudit. Sic & Iustinus imperator, Carolus Magnus, & alij Christianissimi principes quidam studiosi valde fuerunt: & præcipue Ptolemæus gentilis rex Aegypti, qui omnium gentium libros in sua voluit libraria habere, & plus quàm septuaginta millia in ea habebat voluminum. Væ ergo principibus Christianis, qui studio literarum relicto, pigritiæ & vitis vacant carnis.

Ptolemei regis bibliotheca.

REGVLA V.

Clementia multum ad principem attinet, quemadmodum Salomon ait: Roboratur clementia thronus regis. Vnde Deo sic ordinante, rex apum caret aculeo. Tullius quoque in laudibus Iulij Cæsaris: Nulla, inquit, de virtutibus tuis plurimis, nec gratior, nec admirabilior misericordia est. Cum enim tanta sit humana fragilitas, pronitasque peccandi, oportet rigori iustitiæ miscere clementiam, atque attendere an quis ex ignorantia, vel infirmitate, aut ex proposito peccet. Et iterum an ex seipso, an aliunde in ductus peccauerit. Sic Romani adhuc gentiles, clementia sua ac prudentia magis, quàm viribus orbem sibi subiugauerunt. Vnde cum Iulius imperator post plurima prælia præualuisset, & caput Pompeii à rege potente abscissum sibi que missum vidisset, lacrymas fudit, reminiscens probitatem fortitudinemque Pompeii. Sed & Dauid rex nonne prostrato coram se Semei læsæ maiestatis reo, mox ignouit, prout 2. Regum describitur?

Prov. 20.

Tullius in oratione pro Ligario.

1. Mach. 8.

2. Reg. 19.

REGVLA VI.

Fortitudo, magnanimitas & liberalitas omnino concedentur principibus. Fortitudo quippe est virtus moralis ac cardinalis, passionem timoris refrænans, & inter formidinem atque audaciam medium seruans: & ita ad congregiendum ac præliandum hominem efficit aptum. Cum ergo in rebus bellicis oporteat principem esse virilem, alacrem, exemplarem, spectat ad eum excellentia huius virtutis. Magnanimitas quoque est virtus moralis, per quam homo se habet verè nobiliter, parua & vilia paruipendens, & ea quæ verè magno honore rebus digna, exercens, videlicet opera sublimiter virtuosam, laudabilia ac prædigna: quod totum certum est ad principem præcipue pertinere. Porro liberalitas, prout nunc sumitur, magnificentiã in se claudit;

Fortitudo quæ

Magnanimitas quid sit.

Liberalitas quid.

claudit: & est virtus munifica, per quam quis sua secundum rationem communicat: quod ad principem attinet eminenter, qui liberalitate sua se facit amabilem, cupiditate verò odibilem. Insuper multa confamilia excellenter ac specialiter reges, principes, iudices & vniuersos qui præfunt, concernunt ac ornant, vt mansuetudo, patientia, moderatija alimenter ac venereorum: imò & humilitas, quæ tanto plus necessaria eis est, quâto maiori indigent gratia Dei. Ira autem & impatientia ac voluptas rationem potissimè obtenebrat & abforbent: ideo eis valde vitandæ sunt. Insuper tempus fructuose expendere obligantur, se occupando assidue in ijs, quæ bonum concernunt cõmune. Idcirco in iocis, ludis, risibus, confabulationibus, choreis, venationibus, spectaculis tempus expendere prohibentur: tamen pro recreatione honesta ludis moderatis suo tẽpore possunt vacare. Torneamenta demum & hastiludia in iure prohibentur districte. Veruntamen cùm in rebus bellicis maxima extent pericula, & exercitatio atq; peritia in eisdem maximè profint in bellis, prorsus conueniens est vt princeps & eius ministri in talibus exercitati sint & periti, iuxta modos, quos in libro de re militari scribit Vegetius. Attamen pro hoc non oportet torneamenta sic exercere, sicut iam cõmuniter fiunt, nec illum modum docet Vegetius. Præterea obligatur princeps vniuersis & singulis, præcipuè suis domesticis, consistere exemplaris, delinquentes corripere. Vxorem suam, proles atque familiam à pompis & curiositatibus excessuq; multiplici in vestitu ac ornamentis reprimere, iuramenta quoq; quæ fiunt per membra intestinaq; Christi, penitus prohibere sub penis in iure taxatis: nam & leges ciuiles sub certis penis prohibet ea. Similiter ludi talarij & adulteria sunt ab vrbibus boni regiminis extirpanda. Veruntamen hoc etiam potissimè ad principes pertinet, vt circa suos officiatos sint summè solliciti, inquirendo qualiter in suis se gerat officijs, an iuste & prudenter exerceant ea, & tales sint, ac taliter conuersentur, vt supra articulo præcedenti scriptum est, ad iudices pertinente. Item prouideant, vt officiatos ac iudices moras superfluas & frustratorias vitent dilationes in suis iudicijs, ne causam habentes, protractione sententiæ, expensis, dānis, laboribusq; grauentur: Alioqui iudices tenentur illis ad recompensam. Quod si princeps perceperit aliquos officiatos se iniuste habere, egenos opprimere, iustitiam violare, magnis inuolui criminibus, eos deponat, nisi admoniti se emendent. Nec ad officia pro-

Vegetius.

moueatur, promoueri uè sinat, nisi viros idoneos, iustos, prudentes. Præterea seruens sit circa honorificentiam & augmentum cultus diuini: & quamuis nō habeat auctoritatem & iurisdictionē super spirituales personas & clerum, tamen vt Deo magis sit gratus, & vt bonum Reipub. amplius prosperetur, condecens est, vt princeps omnem ad hoc diligentiam & conatum adhibeat, quod Ecclesiasticæ personæ in territorio suo, videlicet monachi & moniales, religiosiq; alij atque presbyteri, canonici quoque, quantum possibile est reformentur, & ad hoc peragendum dispensationem acquirere. Postremò, quo princeps sublimioris est dignitatis, ac pro pluribus redditurus est rationem, & maiora ac plura desuper beneficia est sortitus, eo plus indiget indefiniter timoratus, custoditus, atque sollicitus esse corā iudice summo, omnia intente, ipsum iudicaturum. Idcirco prudenter ac profundè aduertat, omniq; die sapijs penset illud Sapient. Audite reges & intelligite, discite iudices finium terræ. Præbete aures qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data est vobis potestas à Domino, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes vestras scrutabitur: quoniam cū essetis ministri regni illius, non rectè iudicastis, neque custodistis legem iustitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrendè & citò apparebit vobis, quoniam iudicium durissimū in ijs, qui præfunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur, & fortioribus fortior instat cruciatus. De his & cõsimilibus, quæ ad reges, principes ac iudices pertinent, & istam concernunt materiam, hic superficialiter trãseo: de quibus in opusculis de regimine principū, & de regimine politiq; plenius scripsi: in quibus & diffuse tractatū est, qualiter princeps debeat secum semper habere viros eruditos, iustos, expertos, ac Deum timētes, & eorum vti consilij: itinera quoque totius territorij sui tenere secura: alioqui tenentur spoliatis atque iniuriis passis restitutionem recompenfariq; facere.

De moribus nobilium. Art. XXVIII.

Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ. De diuersis moribus hominū diuersorum in libris politicorum tractat Philosophus. Denique quamuis idem homo sit nobilis, & diues ac potens, alios tamen habet mores, in quantum nobilis: alios, in quantum diues: & alios, in quātum potens.

item

REGVLA II.

Item idem homo alios habet mores in adolescentia, alios in iuuentute, alios in senectate. Sicq; mores in hominibus diuersificatur duppliciter, vt pote ab eate & à fortuna: cuius bona sunt nobilitas generis, opulentia & potentia, non quòd hæc prouidentia non subsint diuinæ, sed quòd substernuntur mutabilitati assidue, instar fortunæ, & ob causam subtiliorem alibi introductam, quæ nequit intelligi, nisi sciatur quid fortuna, quid casus sit. Præterea prædicatori verbi cœlestis expedit scire diuersos diuersorū hominū mores, vt sciat qualiter quoslibet ac diuersos diuersimodè debeat informare, quatenus bonos mores ad quos apti sunt, studeant in se excollere, perficere, stabilire: malos verò mores eradigare conentur. Itaque de moribus nobilium personarum sit hæc regula prima:

REGVLA I.

Nobiles communiter ex ingenta dispositione existunt magnanimes. Vt enim ait Philosophus, nobilitas est virtus generis. Hinc etenim homines nobiles appellatur, quoniã ex honorabili genere prodierūt. Genus quoq; honorabile nūcupatur, quia ex antiquis diebus præfides & insignes sunt exorti ab eo. Porro, ad dignitates atq; officia solent diuites promoueri: idcirco nobilitas dicitur opulentia antiquata. Vnde cõspicimus, quòd dū nobiles personæ incipiūt depauperari, incipiūt & ignobilitari. Veruntamen nobilitas ista, specialiter atq; præcipuè esse videtur ingenta quædã probitas, & magnanimitas cordis. Dispositione etenim corporis dispositio animæ sequi solet. Verūtamē magnanimitas ista ingenta, quæ sit dispositio ad virtutē, & ipsa magnanimitas præclara sit virtus similitudinē tamē habet in actibus suis cū animositate: & nisi nobiles in humilitate se exerceat diligēter, mox ad superbiã multiplicè dilabuntur. Deniq; nisi sint verè sapientes & desuper illustrati, suam carnalē nobilitatem nimis appetant, & ob eam se erigunt ac præferunt illis, qui in charismatibus gratiæ & spiritalibus donis, aut etiã in naturalibus multo digniores sunt ipsis. Imò comparatione sapientiæ ac virtutū, nobilitas carnis modici est momenti. Admonendi ergo sunt nobiles, vt ista penfantes humiliēt semetipsos, & pauperes ac deuotos præferat sibi in cordibus suis, veramq; magnanimitatē ac probitatē iugiter amplectantur, vitiū quoq; sordes & vitā degenerē ac brutalem abhorreāt, atq; in præclaris opibus, sublimiter virtuosos exerceant se strenuè, sicut filia regis sancto fertur dixisse Georgio: O bone iuuenis, vt video, magnanimus es tu & cordis magnifici.

Mores uarij atq; fortuna.

Nobilitas.

Nobiles.

Honestus genus.

Nobiles studeant humili tati.

Sep. 6.

Admonitio.

Matth. 7.

Luc. 21.

Luc. 6.

Gal. 5.

Sobrietas C. Anij imperatoris.

REGVLA III.

Nobiles communiter sunt industrij, dociles & capaces, eò quòd ab infantia diligentius instruuntur, & inter nobiles, expertos & morigeratos cõuersantur. Sicq; uentur & erubescunt se imprudēter habere, & actus suos considerant, ac circumspecti esse affuescunt. Hinc principes vigilantissimè curent, vt proles eorum ab idoneis instruantur magistris, nec ab adulatoribus atque lusoribus seducantur.

REGVLA IIII.

Nobiles communiter sunt affabiles, sociabiles, solliciti. Et hoc sequitur ex predictis, quoniam ab infantia inter curiales nutriuntur & instruuntur, qualiter se debeant alijs applicare, & in medio hominū conuersari, seq; amabiles ac venerabiles alijs exhibere. Attamen immoderatam familiaritatem ad inferiores, quæ parit contemptum, vitare debent. Ex præhabitis innotebit, quòd nobiles

Albertus Magnus.

nobiles communiter sunt audaciores, in armis agiliores. Imò, vt ait Albertus in libro de laudibus beatissimæ virginis, frequenter cõtingit, quòd filius regis aut principis quamuis phlegmaticæ complexionis, sit magis audax & probus, quàm filius rustici, quamuis sanguineus. Veruntamen mores ij quamuis ad virtutes disponant, faciliter tamen & frequenter in vitia magna degenerant, ita quòd nobiles tam seipsos, quàm suos subditos & adiutores, in grandia præcipitant mala, pericula, bella ac damna. Hinc quoque duo ponuntur vituperabiles nobilium mores. Primò, quòd sunt nimis ambitiosi: & quãto plus honorantur, tanto ad maiores anhelant honores, quemadmodum qui ditari & voluptuari incipiunt, ad diuitias atque delicias magis, quàm antè adspirant. Informandi sunt ergo, vt diuini rigorem iudicij aduertentes, suas dignitates atque officia nõ reputent nisi seruitutes ac onera: & quanto ob suam eminentiam amplius honorantur, tanto æternaliter grauiorem sustinebunt confusionem & pœnam, nisi secundum mensuram suæ dignitatis sint iustæ ac virtuosæ conuersationis. Denique reuerã omnes dignitates, prælationes & præsentia populi Christiani, sunt seruitutes ac onera: quia ad commodum & profectum subditorum finaliter ordinantur, & ad multa obligant eos, qui præfunt. Secundo nobiles communiter aspernantur suos progenitores: quia vt tactum est, reputant se illis nobiliores. Sed istud est valde peruersum: quoniam quantumlibet fuerint nobiliores, tamen iure naturali & diuino ac humano tenentur honorare parètes, & ipsis debitam reuerentiã deferre. Postremò cum sint cõmuniter ambitiosi, faciliter irascuntur, indignantur, imò & paruam iniuriã reputant grauẽ, & sæpè pro paruus causis mouent litem & pugnam, sicq; suos subiectos diuersis exponunt periculis. Itaque qui carne sunt nobiles, studeant mente nobiles esse, vitam bestialem, carnalem, Deo rebellem semper vitando, & diuinis obediendo præceptis: quia nil vilius, nihil ignobilius, quàm vitij ac diabolo deservire, nec Deo debitam reuerentiam exhibere. Propter quod ipse primo Regum testatur: Qui cumque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Hinc sicut nobiles volunt sibi à suis subditis reuerẽter seruari, prompteq; obediri: ita & ipsi Deo omnipotenti incomparabiliter honorando, humili mente ac prompto animo obsequantur, & in cunctis obediunt.

Mores duo nobiliti vituperabiles.

I

II

Nobilitas mentis que fit

1. Reg. 2.

De moribus diuitum. Art. XIX.



Diuites est, camelum per foramen acus trãfere, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. Hoc Dominus & saluator de diuitibus, suis diuitijs abutentibus, est locutus: & quoniam diuites suis diuitijs communiter abutuntur, Philosophus dicit, omnes diuitum mores esse vituperabiles præter vnum. Ait nantem.

Math. 19.

Mores diuitum.

Ecc. 10.

Luc. 16.

Pro. 11.

Pro. 14.

Luc. 6.

Luc. 16.

nc-

REGVLA I.

Diuites communiter sunt superbi. Cum enim omnia mensurentur numismate, habendo diuitias reputant se quasi omnia habere. Et quoniam vident se reputari, ambitiosi reddunt appetendo promotiões. Aduertant ergo, quod in ecclesiastico scriptum est: Nihil iniquius, quàm amare pecuniã. Auro nihil est scelestius. Hic enim & animam suam habet venalẽ. Et quod asserit filius Dei: Quia difficile qui pecunias habent, intrabunt in regnum cœlorum. Cur ergo inde te extollis, quod æterna sapientia ita contemnit, & tantorum origo est vitiorum?

REGVLA II.

Diuites solent esse contumeliosi. Cum enim superbi sint, contemptum & iniuriã perpeti nolunt: imò paruam iniuriã æstimant grandem: sicq; verbis & factis inferunt vitionem, nisi forsã timore damni temporalis omitterent. Hinc scriptum est in Proverbijs: Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia. Vbi autem humilitas, ibi & sapientia. Et denuò Salomon fatetur: Inter superbos semper sunt iurgia. Hi ergo sunt instruendi, vt considerando quàm frequenter atque enormiter Deum offenderint, omni se reputent confusione paruipensioneque dignos. Intuendo quoque quæ & quanta pro ipsis pertulerit vnigenitus patris æterni, dicant cius vestigia sequi & in aduersis ac persecutionibus magis, quàm in diuitijs gloriantur.

REGVLA III.

Diuites solent esse intemperantes, molles, lasciuĩ, eò quòd delicatè alantur, & per gulam incurrant luxuriam: imò suæ cupiditatis & elationis demeritis, ad venera dilabuntur. Propter quod ait Dominus: Vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram. Instruendi sunt igitur, quemadmodum omnis Christi fidelis ad vitam pœnitentialem, carnis castigationem, concupiscentiarum refrenationem tenetur: & quòd diues epulo in inferno guttam aquæ frigidæ

nequeat impetrare.

REGVLA IIII.

Diuites communiter sunt præsumptuosi, & de suis se iactant diuitijs, & proni sunt spernere pauperes. Idcirco, vt scriptum est in libro Sapientiæ, in fine dicturi sunt: Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? Hinc Apostolus scripsit ad Timoth. Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo: bene agere, diuites fieri in operibus bonis, facillè tribuere, communicare.

1. Ep. 6.

1. Timo. 6.

REGVLA V.

Diuites communiter arbitrantur se dignos officijs dignitatis: quia, vt dictum est, numismate secundum opinionem vulgi omnia mensurantur. Idcirco habendo diuitias, cunctis terrenis honoribus reputant se condignos: non pensantes, quòd prudentia & virtutes faciant hominem officijs dignum & aptum. Ponit autem Aristoteles vnum duntaxat laudabilem diuitum morem, videlicet quòd bene se videntur in diuinis habere: quòd tamen communiter ex amore procedit priuato & ad se reflexo potius, quàm ex charitate Dei sincera. Credunt enim diuitias sibi ex prouidentia diuina cõcessas, quas & amittere metuunt, si Deum non colant. Porro quòd ex charitate sincera Deum non colant altissimum, sed ob propria commoda, constat ex hoc, quòd peccata non vitant mortalia: ideo per temporalia remunerantur, nec æternam beatitudinem promerentur. Nobiles demum quanquam & ipsi sint diuites, hos diuitum fugiant mores: Imò cum in hac vita prosperari, ditari, exaltari, sit summè periculosum, & reprobis magis, quàm electis conueniat, mirum quòd quis ex sua opulentia & prosperitate terrena extollitur & lætatur, nisi sit penitus excæcatus. Ideo dixit Psal mista: diuitiæ si affluat, nolite cor apponere.

De moribus potentum. Articulus XXX.



Eus potentes non abijcit, cum & ipse sit potens. Per potentes hic designantur, qui in principatu sunt constituti, atque suo dominio multos habent subiectos. Horum potentum mores in tribus præcipuè diuitum mores excedunt, sicut declarant sequentia.

1. 2. 3. 4.

REGVLA I.

Potentes communiter sunt magis studiosi, & meliùs occupati, quàm diuites in officijs non constituti. Potentes etenim ratione præsentia suæ occupantur quotidie circa causas & negotia subditorum, & cir-

ca concernentia vtilitatem communem reipublicæ, & sciunt gesta sua considerari ac diuulgari à multis, atque ex negligentijs suis grauia & intollerabilia mala oriri: ideo verè recundantur ac verètor corpori ac otiositati vacare, practiciq; iniquis intendere: quòd diuites nulla functione publica præditi, nõ ita deuitant, sed loquacitati, ludis, iocis, otiositati frequenter intenti sunt.

REGVLA II.

Potentes magis temperati ac sobrii sunt, quàm diuites nõ officiat. Nam ratione & occasione officiorum suorum, varijs curis, inquisitionibus & expeditionibus iudicialibus occupati, nõ ita inueniunt tempus immorandi conuiuuijs, intemperantijs otiosisque diuersis, què admodum diuites otiosi: imò potentes illi à plurimis expectantur, euocantur, acceduntur, interrogantur ac molestantur, intantum quòd quiclam potètes ac principes, imò & prælati talibus atq; diati, reliquerint seculum, & religiosam assumpserint vitam. Quidam verò tempus suum quotidianum prudentissimè distinxerunt, certis horis vacantes diuino officio, certisque horis determinationi & pertractationi causarum: alijs horis propriarum dispositionibus rerum necessitatibusq; naturæ in refectioe & somno: quemadmodum in speculo historiali fertur de quodam Angliæ rege, qui diem diuisit in tres partes, vacans quotidie octo horis cultui Dei, & octo horis negotijs regni, octoque horis necessitudinibus corporis.

Prudentia quorundam principum in expendendo tempore.

REGVLA III.

Potentes & officiat solent esse minùs contumeliosi & iniuriosi, quàm diuites. Cum enim sui obligatone officij teneantur ceteros ab aliorum læsione compefcere, contumeliosos, contentiosos, iracundos reprimere, ac punire iniuriatores, valde turpe est eis talia perpetrare, verècundanturque inde, vel si impetu passionum vincuntur, & iræ deiciuntur furore, graues & magnas inferunt læsiones, iniurias, damna. Idcirco secundum Philosophum, aut non iniuriantur alijs, aut multum iniuriantur. Diuites verò non ita retrahuntur pudore, sed modo iniuriantur vtroque. Veruntamen quidam sunt potentes ac iudices cupidi, crudeles, tyrannici, de quibus per Esaiam loquitur Dominus: Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitias scripserunt, vt opprimerent in iudicio pauperem, & vim facerent causæ humilium. Vnde rursum per Esaiã talibus loquitur Deus: Cur atteritis populum meum fame, & facies pauperum commolitis? De quibus & in Micha-

Esai. 10.

Esai. 6.

E chæ

chæa legitur: Qui comedunt carnem populi mei, & pellem desuper excoierunt. Et in Amos propheta: Qui conuertistis in amaritudinem iudicium, & fructum iustitiæ in absynthium. De quorū iusta ac intolerabili damnatione per Hieremiam protestatur sermo diuinus: Ecce turbo dominicæ indignationis egredietur, & tempestas erumpens super caput impiorum veniet. Non reuertetur furor Domini, vsque dum faciat. De quibus de nudo per Hieremiam Dominus loquitur: Dabo eos in opprobrium sempiternum, & in ignominiam æternam, quæ nunquam delebitur, & in vexationem & maledictionem, & in stuporem & sibilum. Ecce tale tamq̃ durissimum fiet iudicium eis, qui presunt iniuste. Et quos delectat esse iudices hominum, nõ delectabit paulo post videre iudicem Christum. Imò, vt sanctus ait Gregorius: Vnusquisque præsidens toties ad Apostasæ crimen dilabitur, quoties præesse hominibus cupit, aut delectatur.

De moribus Iuuenum. Artic. XXI.

Titum 2.



Iuvenes exhortare, vt sobrii sint. Profundus & sagax ille indagator ac perscrutator naturæ Aristoteles, sex ponit laudabiles iuuenū mores. Et sumuntur hic iuuenes, prout adolescentes quoque iuuenes nuncupantur: secundum quod in Ecclesiaste habetur: Latere iuuenis in adolescentia tua.

De bonis Iuuenum moribus.

REGVLA I.

Iuvenes solent esse liberales. Nondū enim perpendunt futura, nec inopiā magnā aut diurnam perpessi sunt. Diuitias quoque quas habent, facilliter & sine suo labore, vt pote à suis parentibus, sunt adepti. Hinc largiter eis vtuntur, & interdum prodigaliter eas consumunt: in quibus illud Prouerborum adimpletur: Substantia festinata minuetur: Quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur. Instruendi ergo sunt adolescentes ac iuuenes, ne liberalitatem suam in prodigaliter conuertant, ne immoderatos faciant sumptus, ne luxuriose viuendo suam consumant substantiam, & ne quid suis parentibus subtrahāt, cum Salomon fassus sit: Qui aliquid subtrahit patri suo aut matri, & dicit, hoc non esse peccatum, particeps homicidæ est. Præterea grande est crimen, progenitorum labores, sudores patrimonium ue prauè consumere, præsertim cum & sanctus Ambrosius libro de officijs asserat, Naboth Martyrē esse, quoniā lapidatus est, eò quòd

Prou. 13.

Prou. 29. 1

hæreditatem parentum suorū nolterit vendere regi, nec commutare.

REGVLA II.

Iuvenes bonæ communiter sunt spei, factisq̃ animosi. Pauca quippe experti sunt, & rarè difficultatem, periculū aut repulsam sunt passi. Sanguis quoque feruet in eis & calor cordis: sicq̃ confidunt adipisci cupita, & præualere. In formandi sunt igitur, ne periculis ingerant se incautè, & ne presumptuosi efficiantur: sed ratione se regant & virtute, & aliorum euentibus instruantur. Etenim se lix, quem faciunt aliena pericula cautum. Et Salomon loquitur: Pestilente flagellato, stultus sapientior erit. Et præsertim in bellis necessaria est cautela.

REGVLA III.

Iuvenes solent esse magnanimes atq̃ magnifici, & hoc sequitur ex prædictis. Cum enim sint liberales & bonæ spei, magna agere nituntur, & maiora q̃ alii: quoniam laudis & famæ sunt cupidi. Verum docendi sunt, vt suis limitibus sint contenti, vanitatē abiciant, atque à Deo honorari atq̃ glorificari cupiant ac contentur.

REGVLA IIII.

Iuvenes communiter nõ sunt facilliter suscipiosi, aut moris maligni. Nondum enim aliorum fraudes, proprietates atq̃ nequitas sunt experti: sed quales sunt ipsi, tales esse alios opinantur: nec de alijs iudicāt, nisi secundum ea, quæ in ipsis viderūt. Attamen in hac re debent circumspecti consistere, ne fallantur: sed potius discant & sciant varias hominum esse proprietates.

REGVLA V.

Iuvenes solent esse compassiui: quia, vt tantum est, nõ facilliter malum de proximis suspicantur, ideo æstimant eos innocenter quodammodo pati. Quod item contingere valet ex tenerritudine cordis ipsorum, ac naturæ mollitie.

REGVLA VI.

Iuvenes naturaliter sunt verecūdi. Verecūdia namq̃ quidā, vt ait Aristoteles, est metus de decoris & infamiae. Cumq̃ honoris & laudis sint auidi, metuunt vituperari, & valde verentur confundi: atq̃ per hoc à multis retrahuntur excessibus: estq̃ verecūda passio in eis laudabilis.

Insuper ponit Philosophus sex mores Iuuenum & adolescentum vituperabiles.

De malis Iuuenum moribus.

REGVLA I.

Iuvenes namq̃ cõmuniter passiones suas sequuntur, animositatem cordis & concupis-

centiam carnis. Sunt enim ratione minus vigentes, in experti, & sanguine calidi. Sunt igitur instruendi, vt discant & assuescant se frangere, castitati & probitati operam dare, sua quoque præmeditari nouissima, passionesque Christi, penitantes quod princeps hortatur apostolici chori: Obsecro vos abstinere à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam. Et quod in Ecclesiastico legitur: Fili, post concupiscentias tuas nõ eas, & à voluntate tua auertere. Si presiteris animæ tuæ concupiscentias eius, facient te in gaudium inimicis tuis. Inde nimirum in prouerbis multa sunt scripta. Etenim Prouerborum 7. Salomon ait. Video vecordē iuuenē, & ecce mulier occurrit illi in ornatu meretricio, præparata ad capiendas animas. Statim sequitur eā, quasi bos ductus ad victimā, ignorans quod vincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta secur eius, & nescit quia de periculo suæ animæ agit.

1. Pet. 2.

Eccle. 19.

Prou. 7.

REGVLA II.

Iuvenes solent esse animo inconstantes ac citò vertibiles. Anima quippe corporis sui dispositionem multoties sequitur. In corporibus autem iuuenum est abundantia motuum & humorum, & alteratio frequens ac ingens. Sunt quoque intellectu minus vigorosi, & passionibus agitantur. Ideo in libro Prouerborum dicitur: Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: via aquilæ in cælo, via colubri super terram, via nauis in medio maris, & via viri in adolescentia sua. Sunt igitur exhortandi ad salubrem cordis constantiam, quæ per sapientiam & virtutes acquiritur. Estq̃ inconstantia illa vitium inhonestum ac puerile. Propter quod in Ecclesiastico fertur: Homo sanctus in sapientia manet vt sol, stultus verò vt luna mutatur. Et denuo: Non te ventiles in omnem ventum, esto firmus in via Dei, & in veritate senis tui, & prosequatur te verbum verax.

Prou. 9.

Eccle. 27.

Eccle. 5.

REGVLA III.

Iuvenes facilliter credere solent: quia, vt patuit, nequitas, fraudes, variæque hominum proprietates nondū experti sunt. Quæ admodum etiam in se non sunt maligni, ita nec alios tales existere suspicantur. Talis autem credulitas periculosa est, & in experientia ac imprudentia signum, sicut supra 16. articulo huius secūdi libelli ostensum est. Ideo ait sanctus Ioannes: Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, an ex Deo sint.

1. Ioan. 4.

REGVLA IIII.

Iuvenes solent esse proni ad inferendum aliis contumeliam atque iniuriam, & malè

audaces sunt. Adhuc enim passiones subduntur communiter, & volunt emibentes videri, idque reputant ad suū pertinere præconium, quòd non cedunt, nec deferunt, sed prævalent alijs, & audacter inuadunt. In formandi sunt ergo, quàm vitiosa sint ista, & quàm honestum sit, inter alios pacificè, patienter ac mititer conuersari. Hinc in Ecclesiastico legitur: Non stes cõtra faciem contumeliosi. Cum iracundo non facias rixam. Cum audace non eas in via. Honor est homini, dum separat se à lite, & abstinet à contentione.

Eccle. 8.

REGVLA V.

Iuvenes frequenter solent mentiri, & mendacia sua tueri, imò & pertinaciter asserere. Sunt enim, vt patuit, laudis & excellentiæ cupidi. Ideo volunt videri multa scire, & in mendacio metuunt deprehendi. Sunt ergo docendi, quòd ista non solū Dei sunt grauiter offensua, sed coram hominibus quoque valde inhonestæ & confusibilia, nec valent diu durare, ac inde diffamantur, ita vt vix in ijs, quæ veraciter proferunt, credatur eis.

REGVLA VI.

Iuvenes in affectionibus, verbis atque operibus sunt nimis feruentes, nec modum obseruant, quod ex rationis debilitate, passio- num vehemētia, iuuentutis vigore, sanguinisque feruore procedit.

Idcirco sunt informandi, quòd omne immoderatum est vitiosum, & quòd iuxta Salomonem, qui festinus est pedibus, offendit, quod que omnia decenter ac ordinatè sunt peragēda, sicut docet & dicit discretio. Et hoc probitatis atque prudentiæ extat indicium, Atque vt diuinus Dionysius asserit, optimū hominis est, esse secundum rationem.

Prou. 19.

Dionysius Areopag.

De moribus senum. Artic. XXII.



Orācano capite cõsurge, & honora personam senis. Opposita iuxta se posita, lympidius innotescunt. Mores autē senum ac iuuenum cõtrarij sunt pro maxima parte. Idcirco ex dictis de moribus iuuenum, facilliter elucescunt dicenda de moribus senum, quorum sex vituperabiles mores ponit Philosophus.

Lenit 19.

De vitiosis senum moribus

REGVLA I.

Nam senes solēt esse multum increduli hominū verbis, frequenter em experti sunt fraudes, fallitates, fallacias, versutiasque humanas, & quòd frequenter sit aliter quàm narretur: hinc metuunt falli.

REGVLA II.

E 2

Senes

Senes frequenter sunt suspiciosi, & que vident seu audiunt, solent interpretari in peius. Siquidem diu viuendo alijs nocuerunt, & plura operati sunt mala, hominumq; calliditates cognoscunt. Ideo suspicantur mala de alijs, & fieri sibi verentur, quod alijs se fecisse nouerunt. Verum circa hæc sunt hortandi, vt medium obseruare conentur, & veræ sapientiæ lucem sequantur, & meliora confidant de alijs, attamen sine temeraria assertione. Nam & abundans cautela non nocet.

REGVLA III.

Senes esse pusillanimes ac timidi solent: quia in ipsis deficiunt vires, & naturalis tepuit calor, & cernunt sibi modicum vitæ ac temporis superesse. Sunt ergo monendi, vt confidant in Domino, atque magnanimes sint in eo, & charitatis accendantur ardore, imò & vitæ æternæ confidentia gloriantur, atque ad illam sese præparent tanto feruentius, quanto se vident hinc exituros celerius. Talis vtique fuit venerabilis ille mathathias, qui in extremis suis filios suos hortabatur & animabat tam sapienter, magnanimiter & ardentem, vt primo Machab. describitur.

Mach. 2.

REGVLA IIII.

Senes solent esse illiberales & auari: quia naturaliter iam frigescent, & semper timent deficere ac egere. Quo contra sunt instruendi, vt quo propinquoires sunt fini, eo prouiores sint ad opera pietatis, & rationali ac competenti prouisione contenti.

REGVLA V.

Senes sunt malæ atque difficilis spei, & hoc patet ex dictis: quoniam vires eis deficiunt, formidolosi existunt, magis viuunt memoria præteritorum, quàm spe futurorum. Vnde & quando conteniunt, amplius delectantur recitando præterita, quæ gesserunt, aut gesta cognoscunt, quàm de futuris loquendo.

REGVLA VI.

Senes solent esse inuerecundi: quia ob suas indigentias plus curant de bono vtili, quàm honesto. Verum contra ista sunt admonendi, vt in spe futurorum bonorum celestium gloriantur, & inde libenter loquantur: honestatem quoque virtutum iugiter curent, atq; in ijs exhibeant iunioribus exempla assidua probitatis. A signantur prætere a quatuor mores senum laudabiles.

De laude dignis senum moribus.

REGVLA I.

Senes nanque solent esse compassiui. In seipsis enim experiuntur plures imbecillitates, indigentias & ærumnas, propter quas

sibi cupiunt condoleri: Idcirco & alijs conpati prouisi sunt.

REGVLA II.

Senes communiter habent concupiscentias remissas ac temperatas: quia calor naturæ tepet in eis, atque frigescent, nec sensus vigent in eis, vt 2. Regum dixit Berzellai octogenarius: Nunquid vigent sensus mei ad discernendum?

2. Reg. 19.

REGVLA III.

Senes dubia non multum affirmant, nec pertinaciter asserunt. Nempedi viuendo experti sunt incertitudinem euentuum humanorum, & quàm multa putetur vera & certa, quæ falsa sunt siue ambigua: seque in talibus sæpe esse deceptos reminiscuntur: idcirco adhuc se falli verentur.

REGVLA IIII.

Senes non valde intense agunt, sed moderate. Quemadmodum enim temperatæ sunt concupiscentiæ, ita & actiones, sanguine iam refrigescete in ipsis. At verò qui in statu sunt medio inter iuuentutem & senectutem, qui & communiter iuuenes nuncupantur, prout iuuenes ab adolescentibus distinguuntur, habent de moribus senum ac iuniorum, quicquid in illis laudabile est.

De moribus mulierum. Art. XXIII.

Ellax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Dominum, ipsa laudabitur. Mores mulierum laudabiles hi sunt.

Pro. 31.

De honestis sceminarum moribus.

REGVLA I.

Mulieres ex natura solent communitate esse verecundæ ac timidæ, per quod à multis retrahuntur excessibus. Ex naturali quidem dispositione imperfectiores sunt viris, & honoris ac bonæ famæ sunt cupidæ: idcirco inhonorationem ac diffamationem verentur. Verecundia autem est timor de honestationis. Informadæ sunt ergo, vt Deum salubriter formidare addiscant, & de vitiorum turpitudine ac inhonestate, in præsentia vultus diuini semper verecundentur.

REGVLA II.

Mulieres communiter sunt compassiue, misericordes, atq; ex compassione ad fletum proclues. Habent nanque communiter cor molle ac tenerum: Hinc dura & aspera ferre non valent, & si alios videant talia pati, mox condolent.

REGVLA III.

Mulieres in suis inclinationibus & affectionibus sunt intente ac vehementes,

REGVLA IIII.

Aut te ardentem amat, uel te capitaliter odit.

Eccle. 25.

Eccle. 10. trouerb. 29.

Eccle. 26.

Yob. 3.

res, & quales sunt, tales sunt valde. Quod in bonis quodammodo bonum est: in malis autem malum est nimis. Mulieres quippe in ratione sunt debiles: Idcirco non bene sciunt se refragare nec vincere. Vnde quæ misericordes, sunt valde misericordes: & quæ crudeles sunt, sunt valde crudeles: & quæuis in principio, antequam fuerint notæ, sint aequaliter verecundæ, tamen cum fuerint notæ, atque fiduciam sumpserint, ita se habent & agunt, quod etiam viri taliter se habere ac agere ab horrerent. Ideo in Ecclesiastico scriptum est: Non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris. Omnis plaga, tristitia cordis, & omnis nequitia, nequitia mulieris. Commorari leoni & draconi placebit, quàm habitare cum muliere nequâ. Informadæ sunt ergo puellæ ac mulieres, vt defectum naturæ ac rationis studeant emendare, atque supplere per dona gratiæ, & auxilio diuinæ illuminationis, & per quotidiana incrementa virtutum. Porro vituperabiles mulierum mores sunt isti.

De improbis sceminarum moribus.

REGVLA I.

Mulieres communiter sunt passionum suarum imitatrices: & hoc ex rationis contingit debilitate. Docendæ sunt ergo, vt per virtutes morales appetitum suum sensitiuum subiiciant rationi, & carnem in obsequium spiritus redigere non desistant, nec aliquid appetant, agant aut proferant, nisi secundum rectæ iudicium rationis.

REGVLA II.

Mulieres solent esse verbosæ & garrulæ, quod ex sapientiæ contingit defectu, cum Salomon dicat: Stultus verba multiplicat. Et rursus: Vidisti hominem velocem ad loquendum? stultitia magis speranda est, quàm illius correctio. Hinc in Ecclesiastico scriptum est: Gratia super gratiam, mulier pudorata, sancta & tacita.

REGVLA III.

Mulieres solent esse contentiosæ, quoniam passiones suas facilius reprimeri nequeunt. Cum enim sint cupidæ honoris ac laudis, aspersionem & vituperationem non ferunt tranquillè: imò ex hoc irascuntur & litigant, quemadmodum legitur in Tobia de puella increpata à deuotissima Sara, quæ puella respondit indignans: iam ex te non videamus filium aut filiam super terram interfectrix virorum tuorum. Nunquid interficere me vis, sicut interficisti septem viros?

Mulieres solent esse curiosæ, & circumcultum atq; ornatum suum multum intentæ: quia, vt patuit, auidæ sunt honoris laudisque propriæ, & defectum naturæ conantur per additamenta artis supplere. Sed instruendæ sunt, quàm periculosum sit istud, vt patuit supra de vestientibus & ornantibus se pompose. Estq; contra apostolica documenta, cum beatissimus princeps dicat Apostolorum: Mulierum non sit extrinsecus capillatura, aut circudatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus. Vaso quoque electionis, prima ad Timoth. Volo, inquit, mulieres esse in habitu ornato, id est, decenti, cum verecundia & sobrietate, ornantes se non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa. Studeant ergo Deo in puritate cordis placere, & suis maritis in Deo.

1. Pet. 3.

1. Tim. 2.

REGVLA V.

Mulieres solent esse iniquiæ, mobilis atque instabilis: & hoc ex complexionis mollitie, & rationis defectu progreditur. Nam & phantasiis, & imaginationibus facilius inuoluuntur. Veruntamen ista non sunt vniuersaliter vera: imò scemina quædam sunt valde prudentes, constantes, & suis viris prudentiores, siue ex naturalibus, siue ex gratiæ donis: sicut de Iudith, Abigail, Hester narrat scriptura. Postremò nunc introducta de diuersis diuersorum hominum moribus non sunt ita accipienda, quasi in omnibus, aut necessariò ita sit, sed quod iuxta communem naturæ cursum sic soleat esse. Imò ad hoc niti iugiter vnusquisque debet, vt iuxta diuinæ legis præcepta ac documenta refrænet, reformet & regat seipsum, & contra ea vitia fortius reluctetur, ad quæ prouocem se sentit ex dispositione innata siue contracta, sicut hortatur Apostolus, vbi ait: Reformamini spiritu mentis vestræ.

Eph. 4.

De ijs, que specialiter spectant ad milites.

Articulus XXIII.

Esto vir fortis, & pugnemus pro legibus Dei nostri, & pro populo nostro. Quamuis ad quemlibet spectet ciuem, pro defensione boni communis pugnare, hostibus communitatis, præsertim impugnatoribus fidei Christianæ resistere, Principi quoque loco & tempore opportuno assistere: ratioabiliter tamè instituti sunt quidam, quibus ista ex debito sui officii præcipue specialiterque conueniant: & hi, milites appellatur, qui ad subiecta sunt obligati.

REGVLA I.

AD milites primò ac maximè pertinet, hostilibus & impugnatōribus fidei atq; Ecclesiæ fideliter relucari. Nempè cum omnis gens aduersarijs suæ legis ferrò resistat & igne, quanto magis ad Christianos id pertinet, præsertim ad milites? Denique in omni lege, regno ac gente milites fuisse leguntur. Nec solum de militibus Israeliticæ plebis, potissimè tempore Dauid, sed etiam Romano-rum ac aliorum gentilium magna ac strenua gesta leguntur. De militibus demum populi Christiani, maximè Caroli Magni regis, præclarissima sunt descripta, qui miro fidei ardore contra infideles promptissimè pugnaverunt: imò & inter se piè contendebant, ut vnusquisque eorum permitteretur prior congregi aduersus æmulos fidei, prout de hoc in speculo historiali pulcherrima veraciter describuntur. Cõformiter de inclito illo Iuda Machabeo, & strenuissimis fratribus atque militibus eius in libris Machab. magnifica recitantur, quæ satis sunt nota.

REGVLA II.

AD milites pertinet, pro defensione Reipublice fideliter præliari. Nempè ad principè terræ pertinet toti territorio suo, villis & vrbibus pacem acquirere, conseruare, & aduersantibus paci subditorum suorum efficaciter repugnare: quod totum per milites & eorum auxilios ac emissarios implet.

Rursus, ut docet Philosophus, in vrbibus sunt supremi, mediocres, & infimi: & inter supremos sunt milites Reipub. defensores.

REGVLA III.

AD milites pertinet, principi suo fideliter in omni rationabili causa ac iusta necessitate assistere: ad hoc enim specialiter deputantur. Cuius exemplum est in natura: quoniã regi apud quemlibet apis propinquius quo potest associat se, & cum illo egreditur atq; regreditur. Talis fuit Abisai, qui occidit Philistæum ense nouo accinctum, qui nitebatur Dauid regè occidere, prout fertur 2. Re.

REGVLA IIII.

AD milites spectat, miserabilibus personis, pupillis, viduis, orphanis, aduenis, pauperibus, oppressis, desolatis specialiter subuenire, & instar patris consolationem ac releuam impendere, quantum permittit iustitia. Quamuis enim hæc omnia ad vnumquemque pertineat Christianum, cum sint opera misericordie: specialius tamen ad milites, tanquam ad viros potentes, ad hoc institutos ac magis vacantes, ut cum sancto Iob dicere queant: Oculis sui cæco & pes claudo, atque mœrentium consolator. Talis fuit optimus ille Godefridus de Bologna, qui ante promo-

tionem suam in regem, Hierusalem terræque sanctæ adhuc miles existens, omni personæ miserabili ad se accedenti pijsimè exhibuit opem.

REGVLA V.

AD milites attinet, regulam ipsi à beatissimo Ioanne Baptista positam adimplere. Legitur quippe apud Lucam, quem admodum milites accesserunt ad Ioannem, dicentes: Quid faciemus & nos? Quibus respondit: Neminem concutiatis, neque calumniam alicui faciatis, & contenti estote stipendijs vestris. Neminem, inquit, concutiatis, id est, sub colore & potestate officij vestri nullum iniuste grauatis, legatis, nec opprimatis minus potentes, cum ex officio obligemini alios à tantis crudelitatibus refrænare. Neque calumniam alicui faciatis, id est, nullum trahatis iniuste in causam, nec accusetis mēdose, nec fraudem alicui ingratas ad extorquendum pecuniam. Contenti quoque estote stipendijs vestris, ita ut nec prædas iniustas committere, nec alienam præsumatis inuadere.

REGVLA VI.

Milites ad vitã valde virtuosam & exemplarem tenentur. Eorum namque officium magnæ est excellentiæ, ut patet ex diuinis prædignisq; actibus, ad quos (sicut iactatum est) adstringuntur. Certumque est, quod quanto maior est dignitas atque auctoritas militaris officij, tanto ad eminentiorẽ virtutum excellentiam tenentur. Tales fuerunt Palatini, ac milites Caroli regis, Rolandus, Oliuerus, ac alij: qui fuerunt ita deuoti, quod omni die dominicã cõmunicare solebant, & paulo antè confiteri, sicut in speculo historiali describitur.

REGVLA VII.

AD milites spectat, in rebus bellicis exercitijsq; militaribus esse exercitatos, peritos & promptos, aliosque dirigere in eisdem. Cũ enim in bellis maxima insit pericula, & plus valeat experientia, peritia, industria, prudentia, quam fortitudo, constat quod bellatores, potissimè milites, principemq; militum imò & principem ipsum oportet in talibus valde esse expertum, exercitatum, peritum, sicut de hoc in libro de re militari plenius scribit Vegetius: alioqui perdet ac negliget semetipsum & auxiliarios suos.

REGVLA VIII.

AD milites quædam virtutes specialiter spectant ac eminenter, prout hoc facile est pensare ex actibus iam prædictis, qui ad ipsos ex officio pertinent. Itaque præfulgere debent in fide catholica, in fidelitate quoque erga principem suum, in amore Dei ac boni communis, in charita-

te & misericordia circa miserabiles personas prædictas, in prudentia circa negotia bellica, in fortitudine timorem excludente, atq; audaciam refrænante in arduissimis causis: puta in prælijs, in iustitia & liberalitate, ac vera magnanimitate. Postremò constat ex ijs, quantum sit modo deformatio status ac vitæ militaris, & militum militariumque virorum, in quibus pro præfatis virtutibus, libido, cupiditas, curiositas, pompa, superfluitas & multiplex regnat ambitio, prout de hac materia in tractaculo de vita militum completius scripti, vbi & ex reuelationibus sanctæ Brigidæ recitauimus exemplum notabile de gloriosa remuneratione militis virtuosij, & de terribili cõdemnatione militis vitiosij: quod propter prolixitatem vitædam omitto, quamuis satis aptum hinc locum haberet.

De pertinentibus ad mercatores ceterosq; uenditores & emptores.

Artic. XXXV.

Manij filij hominum, mendaces filij hominum in fateris, ut decipiant ipsi de vanitate in id ipsum. In Psal.

REGVLA I.

Secundum leges humanas licitum est, vendendo atque emendo decipere, dummodo illud non fiat ultra mediam iusti pretij quantitatem: sed secundum legem diuinam non licet hoc. Lex namque humana alium respicit finem, quam lex diuina, ut pote pacificam hominum conuersationem adinuicem: & præstatur plebi communi, cuius maxima pars est plurimum imperfecta, cui omne iniustum prohiberi non valet: imò ad vitandum mala peiora, permittuntur ei quædam mala minora, ut meretricium ac vfura: non quod approbet ea, sed quia non punit, nec prohibet. Porro si ultra medietatem pretij iusti fiat deceptio notabiliter, impeditur hominum cohabitatio pacifica: ideo lex humana ad restitutionem compellit. Lex autem diuina omnem iniustitiam prohibet. Nam & ipse præceptor altissimus potens ac promptus est dare virtutem & opem seu gratiam adimplendi omne, quod iubet: quod facere nequit homo. Hinc si in contractibus non seruetur æqualitas iustitiæ, tenetur in foro conscientie ad restitutionem seu recompensam ei, qui damnum est passus, is qui plus habet, aut minus exposuit, dummodo extet notabile damnum: quod addo, quoniam iustum pretium rerum non est semper certum aut punctualiter determinatum, sed in probabili hominum existimatione consistit, ita quod parvus recessus à medio, non videtur æqualitate auferre iustitiam. Verum in hoc tã emptor, quã v-

ditor suas discutiat intentiones ac cõscientias: REGVLA II.

Fraude uti ad hoc, quod aliquid vendatur plus pretio iusto, illicitum est & iniustum: & facies hoc, ad restitutionem adstringitur. Hoc enim cedit in damnum, & deceptionem proximi, & est contra legem naturalem, quæ prohibet alteri facere, quod quis non vult fieri sibi. Hinc ait & Tullius libro de officiis: Tollendum est à rerum contractibus omne mendacium. Istudq; verum est, loquendo de iusto rei pretio secundum se. Veruntamen si quis multum indigeat re alterius, & damnus alter in currat carendo re sua, potest vendendo res suam plus capere, quam valeat secundum se, non tamen plus quam valet sibi: & ita non nisi damnum suum, quod incurrit vendendo, debet recuperare plus accipiendo. Si autem non incurrit damnum, rem suam vendendo, & emptor multum indiget ea, non debet venditor superuendere eam. Item carius vendere, & vilius emere rem, quam valet, secundum se iniustum illicitumq; consistit: attẽta tamen qualitate loci ac tẽporis, cõsideratis quoque labore & periculo venditoris aut emptoris transferentis venalia de loco ad locum, plus equidem valet res vno loco vnoq; tempore, quam alio loco ac tempore.

REGVLA III.

Venditio fit iniusta propter defectum rei venditæ, præsertim si venditor sciat rei suæ defectum: quem si nescierit, non peccat eam vendendo, tanquam non sit ita defectuosa. At tamen postquam cognouerit, tenetur emptori facere sui damni recompensam: ut si vendatur aurichalcus pro auro, aut animal ægrum pro sano, aut minori mensura utẽdo. Præterea si venditor putet, rem suam viliorẽ esse, quam est, & emptor id sciat, videlicet quantum sit valens, tenetur hoc venditori insinuare: alioqui emendo deciperet venditor, & ei restituere teneretur.

REGVLA IIII.

Venditor tenetur emptori manifestare vitium seu defectum rei suæ venalis: alias namque daret emptori occasionem damni, nihil diminuendo de pretio propter vitium rei: vel occasionem periculi, si propter vitium rei vfus eius sit impeditus, seu vfus rei si vendat domum ad casum dispositam pro domo robusta, aut equum tardum pro celeri. Porro si defectus rei sit manifestus, ut si equus existat monoculus, seu vfus rei quamuis non sit vitiosus venditori, potest tamen alius vitiosus esse, & venditor subtrahit de pretio quantum congruit, tunc non tenetur manifestare defectum rei vendendo: quoniã emptor

propter defectū talem forsā plus quā iustū est de pretio conaretur subtrahere. Ideo venditor iustē potest suā indemnitate consilere, vitium illud silendo. Istud doctores cōmuniter dicunt. Nihilominus consultius salubriusque mihi videtur, etiam in hoc casu vitium huiusmodi pādere: imō necessarium hoc videtur, si emptor ex simplicitate aut inexperientia seu inaduertentia defectum rei non penset, & si venditor hoc ipsum perpendat.

REGVLA V.

Negotiatio, quæ ordinatur ad lucra, iustē vituperatur: quia propinqua est casui, & cupiditati deseruit, nec finem includit honestum. Veruntamen quoniam lucrum in sua ratione nō includit illicitum aliquid, ideo potest ordinari ad finem laudabilem, vt ad suam & aliorum sustentationem, siue ad eleemosynarum largitionem. Hinc negotiatio non est simpliciter vitiosa, imō sic licita esse valet, dummodō moderatum lucrum queratur, nec res carius, quā valet, vendatur, ipsumque lucrum expetatur non tanquā finis, sed vt stipendium laboris & sustentaculum victus.

REGVLA VI.

Negotiatores, nisi sint multū timorati ac iusti in suis negotiationibus, varia & graua incidunt vitia, fraudes, mendacia, calliditates, periuria, intentiones peruersas, conatus damnabiles. Propter quod in Ecclesiastico scriptum est: Negotians difficilē exiit ad peccato. Generaliter quoque vendentes victualia & alia quæq; humano vsui apta, atque artifices, nisi sint Deum timentes ac iusti in suis mercātibus, commutationibus, & artificijs, graues ac multas incidūt culpas, recedēdo à medio pretij iusti: qui in vrbibus suis emunt à pauperioribus pannos, & consimilia, quæ alibi vendere volunt. Emunt, inquam, ea tā viliter sicut possunt, & alibi vendunt tam carē vt queunt. Conformiter, qui in venditione panum, bladorum, carniū, piscium non seruant iustitiæ mediū, & que-

runt decipere proximum. Deniq; in hoc etiā quidam villani & simplices prorsus intumescunt & imperiti in rebus paruis ac vilibus frequenter peccant enormiter, oua, caseum, butyrum, lac, olera, fructus vèdendo sine respectu Dei tam carē vt queunt, & cum admixtione falsitatis & prauæ intentionis: Imō si possent, multo plus conarētur lucrari in talibus taliq; modo, & habent animas suas venales pro modico nummo. Ideo de omnibus ijs & vniuersis p̄habitis p̄dicatores verbi celestis & pastores seu illorum vicarij, populū publicē ac priuatim prudenter, frequenter, ardentem erudiāt, vt vniuersi & singuli discāt Deū toto corde in omnibus & super omnia summē incomparabiliterq; timere, diligere, venerari & querere, & seipsos duntaxat in Deo sinceriter amant. Imō in hoc consistit tota sacræ scripturæ doctrina moralis, vt Deū propter se purē toto corde amemus, & nos ipsos in Deo, ita vt omne quod impedit nos à Deo, à gratia, profectu & salute, penitus fugiamus; & quicquid confert & expedit nobis ad inhærendum Deo, plenariē amplectamur, hoc est, correptionem, correctiones, aspersiones, iniurias, persecutiōes, infirmitates, aduersitates, castigatiōesq; corporis, abnegationem propriæ volūtatis, subiectionem, abiectionem, paupertatē, patientiam, humilitatē, mansuetudinem, sobrietatem, obedientiam, misericordiam, iustitiam, discretionem & charitatem. In ijs sicut in cūctis diuitijs gloriemur, horum opposita detestemur, omnipotentis gloriam & honorē, vniuersorum salutem feruentissimē affectemus, intēdamus & procuremus totis viribus incessanter: ad laudem & gloriam in circumscripibilis & supergloriosissimi creatoris, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

Sacræ scripturæ doctrina moralis in quo cōsistat.

scriptibilis & supergloriosissimi creatoris, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

Libri II. de doctrina & regulis vitæ Christianorum,
FINIS.

D. DIO-

57
D. DIONYSII

CARTHVSIANI DE VITA ET

REGIMINE EPISCOPORVM,

LIBER VNVS.

Prefatio.



ATENDITE vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Hæc sunt verba Pauli Apostoli ad vniuersos episcopos, in quibus saluberrimē ac sapientissimē admonet eos, vt in primis attendant sibi metipsis, hoc est, intenti sint circa proprij cordis custodiam, & circa propriarum animarum salutem, ne incidant in peccatum, ne Deo displiceant, ne perdant seipsos,

& pereant in æternum. Quod si recolant, se peccasse mortaliter, non differant se purgare ac Deo reconciliari per veram contritionem, plenam confessionem & satisfactionem condignam. Ista attentio sui ipsius, primō necessaria est omni pontifici, imō & omni homini Christiano, cum dicat. Saluator: Quid proficit homo si lucrat vniuersum mundum, seipsum autem perdat, & detrimentum sui faciat? Nam & charitas incipit à seipsa, id est, à proprio suo subiecto, & ita deriuatur ad alios. Hinc ingratum est Spiritui sancto, quicquid obtulerimus ei, & quicquid boni egerimus, neglectis & omisis his, ad quæ tenemur: imō si omiserimus vnum quodcumq; eorum, ad quæ obligamur ex præcepto diuino aut ex institutione Ecclesie, siue ex voto vel iuramento. Conuenienter ergo admonuit sanctus Apostolus presules, vt in primis attendant sibi metipsis, ne intantum occupentur circa exteriora, temporalia & terrena, aut circa aliorum negotia, quod obliuiscantur intendere examinationi propriæ conscientie, ac studio puritatis internæ. Et item ne aestiment, se posse omnipotenti placere, occupando se circa regimen subditorum, nisi in primis sint diligentes atque solliciti ad emundandum & custodiendum corda sua ab omni peccato, ad seruiendum quoq; Deo altissimo in sanctitate & iustitia iugiter coram ipso. Sicq; iuxta Apostolica hortamenta consequenter attendant vniuerso gregi eis commisso, ita vt totam plebem ipsis commissam cum omni diligentia regant, pascant ac tueantur, non solum à visibilibus inimicis & exterioribus damnis, sed multo & incomparabiliter plus ab inuisibilibus, atrocissimis & infernalibus hostibus illis, qui non aliud querunt, nisi vt denorent oues Christi, & eas ad damnationem pertrahant sempiternam.

prelati quibus suis vniuersos greges sibi commissos attendere debent.

Luc. 11.

De



Vl clarius innotescat, quam virtuose, sanctè & exemplariter teneatur episcopi cõuersari, parùm ac breuiter tagam, quam magna & admiranda ac supernaturalis tit dignitas & excellentia episcopalis officii. Nempè, vt S. ait Ambrosius, talis ac tanta est dignitas & potestas pontificalis, vt nulla res huius mundi possit ei æquari: & multo minus excedunt aurum & pretiosissimæ gemmæ, ferrum & saxa vilissimæ, quam sacerdotalis pontificalisq; dignitas & potestas dignitatem ac celsitudinem regum & imperatorum. Imò tanta est dignitas sacerdotum, vt S. pater Bernardus testetur: O præclara, ò veneranda sacerdotum potestas, quæ talis ac tanta est, vt nihil in cælo, nihil in terra ei valeat comparari: Quoniam hæc potestas est consecrare, alijsque porrigere corpus & sanguinẽ vnigeniti filij patris æterni. Super hac potestate, super tam insigni priuilegio stupet cælum, terra miratur, contremiscit homo, & reueretur plurimum angelica celsitudo. Si igitur tanta est dignitas sacerdotum, quis eloqui queat, quanta sit pontificũ dignitas, cum pontifex sit spiritualis princeps & pater, magister, iudex & ductor omnium sacerdotum, totiusque cleri suæ diocesis de iure, communi, ita quòd ad eius autoritatem atque officium pertinet, omnes illos purgare, illuminare, perficere, iudicare ac gubernare: quem ad modum ex doctrina diuini Dionysij quinto capite Ecclesiasticæ hierarchiæ ostenditur. Itaque quantum sol est clarior luna, & quantum anima est præstantior corpore, tantum spiritualis & pontificalis potestas omni seculari & regia potestate ac dignitate extat sublimior, sicut & Hugo in libro de Sacramentis edocuit. Hinc vt in gestis Niceni concilij legitur, magnus ille Cõstantinus imperator dixit, episcopos esse deos: quia diuinã excellentiam sortiuntur, & omnipotentis Dei existit vicarij. De hac materia plenius tractatur in decreto, distinctione 97.

*Quam uirtuosa, exemplaris & sancta debeat pontificum esse uita.
Artic. II.*



Mnes sancti patres concorditer protestantur, quòd quanto prælati in altiori officio maioriq; dignitate & latiori iurisdictione

fuerit constitutus, tanto ad ampliorem perfectionem virtutum tenetur: nec aliter poterit debitum sui officij efficaciter adimplere. Hinc quanto episcopi vniuersis subditis suis tam spiritualibus, quam secularibus eminent & præfulgent ecclesiastica potestate, prælativa dignitate generalique iurisdictione, tanto præ omnibus illis obligantur ornari omni virtute, & summè exemplaritatis existere: imò omnium virtutum perfectione & gratia radiare, quatenus de plenitudine suarum virtutum influant & infundat vniuersis sibi commissis, suaq; bonitate & sapientia, perfectione atq; constantia vincant, extinguat & reformet malitiã, insipientiã, imperfectionẽ & instabilitatẽ subditorũ suorum: vniuersi quoq; & singuli ædificentur in ipsis: sicque in omni aduersitate imperturbati corde permaneant. Hinc dicunt doctores, quòd status episcoporum est status perfectionis acquisitæ, ita quòd nullus ad episcopatum est promouendus, neque ad executionem officij episcopalis idoneus, nisi sit in omni sapientia, prudentia & virtute perfectus. Ideo asserit Gratianus: Iuxta gradum sui officij oportet quoniam esse meliorem. Nam reuerã qui ad hoc eliguntur vt præsent cæteris, sicut præordinantur dignitate, ita præeminere debent & sanctitate: alioqui cur cæteris præficiuntur, qui meritis non præfulgent? Hinc & summo pontifici scribit Bernardus: Absque virtutibus tanto est deformior, quanto in dignitate & prælatione sublimior. Erubescibile est, videre hominem in pontificali apice positum, uirtutum splendoribus non indutum. Monstruosa res, autoritas alta, & vita indigna. Etenim quanto prælatio altior est & autoritas maior, tanto ad uirtuosiores & diuiniore perfectioresque actiones ordinantur.

Quòd episcopi in sua conseruatione ad prælatam perfectionem solenni uoto se obligant. Artic. III.



Sanctus Thomas in secunda secundæ, quæstione centesima octogesima secunda, declarat qui esse dicantur in statu perfectionis, inter cætera ait: Status propriè pertinet ad conditionem libertatis vel seruitutis. Porro quantum ad homines, ad hoc quòd aliquis adipiscat statũ libertatis vel seruitutis, primò requirit aliqua obligatio ad seruiedũ, vel

vel absolutio à seruitute: Non enim ex hoc, quòd aliquis seruit alicui, efficitur propriè seruus: quia & liberi multoties seruiunt, cum dicat Apostolus: Per charitatem seruite inuicem. Nec ex hoc, quòd aliquis desinit seruire, efficitur liber, vt patet de seruis fugitiuis: sed ille est propriè seruus, qui obligatur ad seruendum: & ille est liber, qui à seruitute absoluitur. Secundò requiritur, quòd obligatio prædicta fiat cum quadam solennitate, sicut & circa ea, quæ inter homines perpetuam obtinent firmitatem, quadam solennitas adhibetur. Sic itaque in statu perfectionis dicitur propriè aliquis esse, non ex hoc, quòd habet actum dilectionis perfectæ, sed ex hoc, quòd obligat se perpetuè cum aliqua solennitate ad ea quæ sunt perfectionis: horum autem utrunque competit religiosis atque episcopis. Religiosi nanque voto se adstringunt abstinere à secularibus & carnalibus rebus, quatenus Deo liberius vacent, in quo consistit perfectio uitæ præsentis. Similiter episcopi obligant se ad ea, quæ sunt perfectionis, assumendo pastorale officium: ad quod pertinet, vt animam suam ponat pastor pro ouibus suis. Vnde Apostolus ait ad Timotheum episcopum: Confessus es bonam confessionem coram multis testibus, in tua uidelicet ordinatione, vt glossa exponit. Adhibetur etiã quadam solennitas in consecratione episcopi, cum professione prædicta, iuxta illud ad Timotheum: Resuscites gratiam Dei, quæ est in te, per impositionem manuum presbyterij. Quod glossa exponit de gratia episcopali. Vnde & diuinus Dionysius V. Ecclesiasticæ Hierarchiæ cap. ait, quòd episcopus in sua ordinatione habet super caput suum sanctissimam superpositionem eloquiorum, id est Euangelij librum: vt significetur, quòd ipse est integrè participaturus totius hierarchiæ uirtutis perfectionem: & quòd ipse non solum est illuminatus de omnibus quæ pertinent ad sanctas locutiones & actiones, sed quòd etiam hæc alij tradat. Præterea in eadẽ Summa asserit S. Thomas, quòd presbyteri & archidiaconi ex parte curæ quam suscipiunt, nõ ponuntur in statu perfectionis, quia non obligantur vinculo perpetui uoti ad hoc, quòd curam retineant animarum: sed possunt eam deserere, transendo ad religionem, etiam absque licentia episcopi, vt in decreto habetur. Et etiam cum licentia episcopi potest aliquis archidiaconatum aut parochiam dimittere, & simplicem præbendam accipere sine cura. Quod nullo modo liceret, si esset in statu perfectionis,

cum dicat Saluator: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei. Episcopi autem cum sint in statu perfectionis, non nisi auctoritate summi pontificis (ad quem pertinet in votis perpetuis dispensare) possunt episcopalem curam deserere. Hinc archidiaconi & presbyteri se habent ad episcopum, sicut præpositi & balui ad regem. Propter quod 2 r. quæsti. 21. q. 1. c. 2. r. 2. prima habetur: Vniuersis presbyteris atque diaconis attendendum est, vt nihil absque proprii episcopi licentia agant. Ideo sicut in mundanis seu secularibus potestatibus solus rex solennem accipit benedictionem, alij uerò per simplicem commissionem instituantur: ita in Ecclesia episcopalis cura cũ solennitate consecrationis committitur: cura autem archidiaconatus seu plebanatus, cum simplici iniunctione confertur. Præterea de hac materia scribit sanctus doctor diffuse in libro de Perfectione uitæ, inter cætera loquens: Ad perfectionem fraternæ charitatis, episcopi in sua ordinatione se obligant, sicut religiosi in sua professione. Et rursus: ad episcopos (inquit) pertinet ex obligatione uoti, alios ad Deum reducere. His consonant quæ super Ecclesiasticam hierarchiam quinto & sexto capite scribit Albertus. Denique, sicut ostendit Guilielmus Parisiensis, Episcopus est sponsus suæ Ecclesiæ. Idcirco in sua ordinatione promittit suæ Ecclesiæ inuiolatam fidelitatem, per hoc quòd ad eius utilitatem atque profectum totam suam obligat uitam, quem admodum in carnali connubio sponsus promittit fidelitatem propriæ sponsæ. Imò sicut status episcoporum est altior statu religionum, ita episcopi ex sua obligatione magis tenentur implere & exhibere Ecclesijs suis ea, quæ promiserunt, quam religiosi ad impletionem professionis monasticæ. Hinc quoque in Summa Confessorum habetur, & idem asserit Ostiensis: Episcopus non potest aliquid uotum emittere sine licentia Papæ. Quod intelligendum est de uoto, per quod dissoluatur vinculum matrimonij spiritualis, quod est inter ipsum & Ecclesiam suam sponfam: imò nec aliud, per quod graue preiudicium fieret suæ sponsæ. Vnde non potest uotum peregrinationis emittere, per quod oporteret eũ ab Ecclesia sua diu se absentare. Ex quibus omnibus constat, quòd episcopi seipfos totaliter ac sollemnissimè obligant ad præsidendum ac proficiendum suis Ecclesijs. Et dato quòd in sua ordinatione ita non obligassent se formaliter & expresse, nihilo minus coram Deo essent sic obligati.

Ambrosi. De maio. & obed. c. solite

Bernardus. Sacerdotum dignitas quanta.

De maio. & obed. c. solite

25 q. 1. c. nulli

ada. 5.

54. d. c. gene. rel. 54. d. c. q. cum.

1. Pet. 2. 68. d. c. neg. statorum.

1. Tim. 1. 1. Tim. 6.

2. Tim. 1.

29. q. 2. c. 2. huc. i. m. t.

2. h. c. 2. r. 2. 21. q. 1. c. 2. r. 2. 1. c. 2. r. 2.

De transl. episcopi co. gnanio

obligati, cum nemini debeat sua culpa seu alterius negligentia suffragari, nec prava consuetudo sit lex, sed corruptela. Quemadmodum etiam religiosus ultra annum probationis in claustris perseverans, pro professio habetur, quamvis professionem formaliter non emittit, praesertim cum iuxta praehabita, obligatio illa sit de ratione status episcopalis. Hinc iterum asserit S. Thomas in secunda secundae, q. 189. Obligatio voti perpetui praefertur omni alii obligationi. Obligari autem voto perpetuo & solenni ad vacandum diuinis obsequiis, competit proprie episcopis & religiosis: unde episcopi praesulatus non possunt deserere quacunque occasione absque autoritate Romani pontificis, qui solus potest in votis perpetuis dispensare, ut habetur Extra de regularibus & transuentibus ad religionem, ca. licet. Hac Thomas.

ibidem

De regul. & transl. ad religio, ca. licet.

De uirtutibus, ad quas episcopi specialiter obligantur. Artic. III.

Virtutes dicuntur esse ita conexas, ut una sine alia non possit haberi. Idcirco oportet episcopum omni virtute esse ornatum: veruntamen quaedam virtutes sunt, quae specialiter atque praecipue ad praesules pertinent, quas in epistolis ad Timotheum & Titum tangit Apostolus. Nam in prima ad Timotheum dixerunt: Oportet episcopum irreprehensibilem esse, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, non violentum, non percussorem, sed modestum: non litigiosum, non cupidum, suae domui bene praepositum: non neophytum, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat & laqueum diaboli. Porro, ad Titum scribit Apostolus: Oportet episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non superbum, non iracundum, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est, fidelis sermonis, ut potens sit exhortari in doctrina sana: & eos qui contra dicunt, arguere. Denique, sicut in prima parte Decreti per varias distinctiones diffuse ac prolixè probatur ex verbis sanctorum, Hieronymi, Augustini & aliorum, praeterea virtutes non solum ad episcopos, sed ad sacerdotes etiam pertinent, imò pro maiori parte ad vniuersos, qui in sacris sunt ordinibus constituti, vt S. testatur Gregorius. Ad quem libet quoque Christianum

1. Timo. 3.

Titum 1.

61. d. c. ap. l. 1. 62. d. c. episcopi. 64. d. c. peruenit.

pro magna pertinent parte. Quilibet enim Christianus tenetur esse sine crimine, id est, mortali peccato. Sobrius quoque, cum dicat saluator: Videte ne grauentur corda vestra crapula vel ebrietate. Et prudens, sicut rursum Dominus Iesus Christus hortatur ac praecipit: Estote prudentes sicut serpentes. Item pudicus, cum iterum dicat: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo. Ac etiam hospitalis, cum ipse omnium iudex in extremo iudicio reprobis sit dicturus: Hospes fui, & non recepistis me. Item non violentus, non percussor, sed modestus, non litigiosus, non cupidus nec superbus. Sed quantum episcopus tam laicis, quam ecclesiasticis personis suae dioecesis praeminet autoritate ac praesolatione, tantum in cunctis praefatis virtutibus debet omnes illos excedere.

Luc. 21.

Mar. 10.

Matt. 9.

Matt. 23. Titum 1.

Qualiter in praetatis uirtutibus debeant episcopi esse perfecti. Artic. V.

Quoniam episcopi sint successores Apostolorum & sponsi Ecclesiarum, debent esse Apostolicae sanctitatis, & spiritualissimi viri. Et sicut sol cunctis sideribus ac planetis clarior est in seipso, & praeter omnibus illis radios suae lucis vndique spargit, copiose diffundit, ac visibilia cuncta clarificat & venustat: sic oportet pontificem praeter omnibus sibi subiectis in sapientia, omniq; virtute in seipso esse plenissimum, atque ex sua plenitudine subditos illustrare. Debet igitur iuxta doctrinam Apostoli, in primis irreprehensibilis & sine crimine esse: quia ad ipsum potissimum pertinet corripere delinquentes, corrigere reos, & vitia omnium extirpare: Ideo, ne ei quis dicere valeat: Medice, cura te ipsum: debet se irreprehensibilem exhibere. Praeterea, quia secundum sanctorum patrum doctrinam, indignus est alios corripere aut punire, qui in eisdem est vitiosus, in quibus hi, quos corripere habet, aut paribus seu maioribus culpis: idcirco ut episcopus dignus & aptus sit vniuersos corripere delinquentes, debet se exhibere ab omni peccato immunem, ne ei dicatur illud Apostoli: Qui alios doces, te ipsum non doces. Insuper, quod ait Apostolus, episcopum oportere sine crimine esse, quidam sic intellexerunt, quod ad die baptismatis sui vsque ad horam suae ordinationis in praesulem, oportuerit eum sine crimine irreprehensibiliterque vixisse: & sic olim in Ecclesia seruabatur. Ait namque Innocentius Papa: Primò iubetur episcopus sine crimine esse: non quod

De maioribus & obedi. s. l. ca. lita.

1. Thess. Luce 4.

Roman. 2. Titum 1.

Sine crimine esse debet episcopus.

1. Pet. 1.

Esai. 1.

66. d. c. docto rem, & c. facientis culpam

Suscipiens factum ordinem in peccato mortali, mortaliter peccat

quod eo tempore tantum, quo ordinandus est, sit sine omni crimine, & praeteritas maculas noua conuersatione diluerit, sed quod ex eo tempore, quo in Christo renatus est, nulla peccati conscientia mordeatur. Quo enim potest praesens ecclesiae auferre malum de medio eius, qui in simile delictum corruerit? aut quae libertate corripere potest peccantem, cum tacitus ipse sibi respondeat, eadem se commississe, quae corripit? Et istud in Decreto probat Gratianus multis autoritatibus patrum sanctorum. Veruntamen postea fuit rigor hic relaxatus, ita quod nunc sufficere reputatur, ut is qui ordinandus est pontifex, sit sine crimine tunc, quando ad ordinationem est accessurus, & de praeteritis suis culpis poenitentiam condignam peregerit. Alioqui peccaret mortaliter ad ordinationem procedendo: imò quicumque aliquem sacrum ordinem suscipit cum conscientia mortalis peccati, peccat mortaliter, prout doctores super quantum Sententiarum concorditer scribunt. Nam & Thomas ex verbis diuini & magni Dionysii probat & concludit ibidem, quod non solum episcopus, sed etiam sacerdos peccat tamquam blasphemus, & deceptor vocatur, qui ordinem sacerdotalem indignè suscipit sine exequitur. Amplius si (quod ablit) episcopus etiam post suam promotionem ad episcopatum, in aliquam mortalem lapsus est culpam, adhuc conceditur ei poenitentiae locus. Et postquam per veram contritionem & confessionem plenariam deleuerit suam culpam, adhuc censetur idoneus corripere & punire culpabiles. Ex his elucescit, quam grauius peccent praelati, qui cum in magnis & publicis viuunt excessibus aut peccatis, nihilominus subditos castigare & punire praesumunt de eisdem aut minoribus culpis. Et si quaeratur, Quid ergo agere debent tales praelati, nunquid vitia subditorum debent impunita relinquere? Respondeatur, quod emendare se debent protinus & condignè, vel sua officia resignare.

Quam excellenter sobrios & castos oportet esse Episcopos. Articulus VI.

Lim in lege Moysi praeeperat Dominus Aaron pontifici & sacerdotibus eius: Vinum & omne quod inebriare potest, non bibetis: quoniam in tabernaculum testimonij, ne moriemini, ut habeatis scientiam discernendi inter sanctum & prophanum, inter pollutum & mundum, doceatisq; filios Israel omnia legitima mea. Cum ergo sacerdotium ac pontificium euangelicae legis sint quasi incoeparabiliter digniora, spiritualiora & diu-

65. d. c. uinolentum. Leuit. 10. De uita & honest. clerico. c. a. crapu.

niora sacerdotio ac pontificio legis Moisaicae, constat quod sacerdotes & maxime pontifices euangelicae legis debeant ab omni immerantia vini caeterorumque potuum, qui possunt inebriare, ab omni quoque excessu in cibis, summe cauere & penitus abstinere. Praeterea cum superfluitas ciborum ac potuum intellectum obscuraret, & rectum iudicium rationis impediatur, caput cerebrumque perturbet, summe vitanda est praesulium, quem oportet semper esse paratum ad discernendum de singulis occurrentibus causis etiam arduis, atque ad expediendum aliorum negotia, ad extirpandum litigia, ad iudicandum inter bona & mala, inter meliora & peiora, inter vera & falsa: ad excogitandum quoque & considerandum quod expediat bono communi, & qualiter respublica conseruetur in pace. Ad quae omnia peragenda valde necessaria est praesulium limpidus intellectus, ratio clara, & caput quietum ac bene dispositum. Insuper, cum episcopi teneantur esse viri spiritualissimi, heroici & perfecti, vehementissimè debent vitare & aspernari vniuersa carnalia vitia, quae hominem brutis assimilant. Cumque episcopi teneantur esse totius castitatis & puritatis exemplar, omnino vitanda est eis violentia omnisque crapula: quia, ut ait gloriosus Hieronymus, Ventrus ingluuias ad luxuriam prouocat: & venter vino aetiuans, cito despumat in libidinem. Hinc legitur in Decreto: Sacerdotalem sensum, maxime autem pontificis intellectum, oportet esse peruiabilem, subtilem & castum. Denique in conuiujs & potationibus immoderatis compunctio cordis & omnis deuotio dissipatur, animus ad inanem laetitiam relaxatur, lingua ad verba prorumpit illicita, risus & ioci nascuntur, sicque timor Dei recedit ab anima, & homo in diuersa ac magna cadit peccata. Cum ergo episcopos oporteat coram Deo esse indefinenter & maxime custoditos, sollicitos, timoratos, prorsus vitanda est eis immoderata in cibis & potibus. Unde disponere debent, ut ad mensam legatur eis aliquid, quod sanctae deuotione & Dei timore magis accendere potest & conseruare. Nec solum debent seipos in hora refectiois a verbis illicitis aliisque vanitatibus, leuitatibus ac peccatis reprimere, sed & conuiuias suos atque domesticos debent per correptionem paternam & salubrem doctrinam a talibus cohibere, ne sibi & eis eueniat, quod diuiti epuloni legitur in Euangelio contigisse: Nam positus in inferno, & aeternis condemnatus in cendis, testatus & falsus est, se durius cruciari in lingua: quia in conuiuantiis solet regnare loquacitas.

c. a. crapu. de uita & honest. clerico.

Luce. 16.

De prudentia & sapientia ad Episcopos pertinente.

Articulus VII.

Cum iuxta sanctorum patrum doctrinam, regimé animarum sit arduum, & res maximè difficultatis, certum est quòd quanto episcopus plures animas regere habet, tanto maiori eget scientia atque prudentia: imò cum episcopus habeat gubernare homines valde multorum diuersorumque statuum, officiorum ac graduum, vtputà seculares & spirituales, coniugatos, virgines, viduas, sacerdotes, pastores, praelatos, monachos, canonicos, archidiaconos, diaconos, moniales, rectores, baliuos & iudices, nobiles atque ignobiles, politias seu vrbes: patet quòd maxima discretio, præcipua sapientia, imò gratiosissima & copiosissima illuminatio atque directio Spiritus sancti sint necessariae ei, quatenus vniuersis ac singulis valeat prouidere, præsidere ac subuenire per se & cooperatores ac vicarios suos, prout illis necessarium est ad obtinendum veram salutem, & prout capere queunt. Denique in omnibus difficilioribus causis & questionibus ad episcopum habetur recursus. Et, vt sacratissimus Dionysius docet, ad episcopum spectat, totam cõmunitatem sibi commissam purgare, illuminare, perficere, conseruare, iudicare & custodire, animas ab inuisibilibus inimicis protegere: ideo oportet episcopum circumspectissimum ac sapientissimum esse. Rursus, vt super quartum Sententiarum asserit Thomas, ad hoc quòd actus hominis sit virtuosus, requiritur vt adsit directio rationis: ratio autem per scientiam, sapientiam prudentiamque adornatur atque perficitur ad hoc, quòd possit hominè in omni sua cõuersione & actione dirigere. Ideo quanto episcopus habet plura ac difficiliora tam in temporalibus, quam in spiritualibus expedire, ac pluribus magisque differentionibus inter se hominibus prouidere, & reformationem ac salutem directionem impendere: tanto maior prudentia in rebus humanis, copiosior scientia in scripturis, eminentior quoque sapientia in diuinis necessariae ei consistunt, prout istud in prima parte decreti Gratiani diffusè profèquitur, & ex canonibus ac statutis summo pontificum ac generalium conciliorum declarat. Hinc quippe in Toletana synodo legitur: Ignorantia mater cunctorum errorum, sacerdotibus, præsertim episcopis, maximè est vitanda: quoniam docendi officium in Dei populo acceperunt. Sacerdotes namque & præfules sacræ scripturam legere admonè-

Ignorantia quam sit vitanda episcopis.

tur, Paulo Apostolo dicente ad Timotheum episcopum: Attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Sciunt ergo scripturas sacras & canones, prout ad eorum pertinet gradum ac statum, & omne opus eorum in prædicatione & doctrina consistat, & vniuersos adificent ac informent. Hinc quoque Leo, Papa differuit: Si in laicis intollerabilis est ignorantia, quanto magis in his, qui præsumunt, nec excusatione est digna nec venia? Sed his obici potest, quòd ex antiquis diebus fuerunt in Ecclesia aliqui sancti episcopi modicæ literaturæ & simplices viri. Quòd item modernis temporibus multi inueniuntur pontifices parum instructi in scripturis ac iuribus. Quid ergo agendum est eis, aut quid consulendum est talibus? Ad primum istorum est respondendum, quòd sancti episcopi erant valde illuminati à Spiritu sancto & desuper docti, ita quòd habuerunt magnam sapientiam scientiamque infusam, quamuis modicam humano studio acquisitam. In quibus impletum est quod ait sanctus Ioannes Apostolus: Vnctio Dei docet vos de omnibus. Et quod canitur in Psalmo: Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum. De quorum numero fuit sanctus Dauid, qui Deo grata mente fatetur: Incerta & occulta sapientia tuae manifestasti mihi. Et denudò: Quoniam non cognoui literaturam, introibo in potentiam Domini. Ad aliud respondendum, quòd allegatio inconuenientis non probat neque excusat. Episcopi ergo non satis eruditi in scripturis, in iure & in libris sanctorum atque doctorum, primò de insufficientia sua coram Deo humiliter se accusent ac doleant, deinde tam purè ac virtuosè coram diuini vultus præsentia studeant conuersari, vt à Spiritu sancto mercantur illustrari ac edoceri, atque in omnibus gratiosè dirigi ab eodem, penfantes ac facientes quod Iacobus hortatur apostolus: Si quis indiget sapientia, postulet à Deo, & dabitur ei. Vnde & Psalmista hortatur: Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestrae non confundentur. Veruntamen sicut prætractum est, ad impetrandum tam benignam & gratiosam illuminationem & directionem Spiritus sancti, sapientiamque infusam, necesse est, mentem in primis purgari à vitiiis: ac synceriter, iustè ac exemplariter conuersari, quum in libro Sapientia dicatur: In maleuolam animam non introibit sapientia, ne habitabit in corpore subdito peccatis. Tertio, non omittant secum incessanter habere viros eruditos ac timoratos, tam Theologos, quam

1. Timo. 4.

Leo Papæ.

1. Ioan. 2.

Psalm. 50.

Psalm. 50.

Episcopi non satis eruditi quid facere debeant.

1. Iaco. 1.

Psalm. 119.

Sap. 1.

Iuristas: vt sic quasi tot habeant oculos, quot viros sapientes ac prudentes sibi habent adstantes atque cohabitantes. Quorum consilijs atque doctrinis dirigantur in omnibus: nam, vt sanctus ait Chrysostomus, pontificem oportet sapientissimum & perpicacem esse in cunctis, & mille (vt dicitur) oculos ex omni parte habentem, vt non sibi soli, sed & vniuerso populo sibi credito viuat ac videat.

Rom. 14. 2. Cor. 5.

Quam excellenter episcopi teneantur hospitaliter existere, actibusque misericordie tam corporalibus, quam spiritualibus esse intenti. Artic. VIII.

Sicut testatur Ambrosius, summa (id est, plenitudo & perfectio) totius Christianæ religionis, in actibus misericordie & pietatis consistit. Cum ergo in episcopis, tanquam in summis Ecclesiarum praelatis ac sponsis debeat maximè relucere Euangelicæ Christianæque legis perfectio, constat quòd præfules teneantur esse hospitalissimi, & in vniuersis misericordie ac pietatis operibus eminenter perfecti, præsertim cum debeant esse perfecti tam in vita actiua quam contemplatiua. Denique, sicut in Decreto habetur, duodecima, questione secunda, bona Ecclesiastica debent in quatuor partes esse diuisa, sicut hoc infra magis tangetur: quarum vna pars debet pauperibus specialiter erogari, nec in alios vsus conuerti. Rursus, episcopi in sua ordinatione præsertim se obligant ad perfectionem charitatis fraternæ: ad quam maximè pertinet, vt opera misericordie tam corporalia, quam spiritualia, proximis & egenis, potissimè proprijs subditis, liberaliter ac feruiddè impendantur. Et quia episcopi sunt animarum custodes, patres & pastores, ideo spectat ad eos, vt tanto plùs intenti sint spiritualibus actibus misericordie, quanto animæ sunt corporibus nobiliores. Quemadmodum autem corporalia opera misericordie septem sunt, vtputà pacere esurientes, sitientibus potum tribuere, nudos vestire, peregrinos colligere, visitare infirmos, liberare captiuos, præsertim si iniuste sint capti, & mortuos sepelire: sic & spiritualia misericordie opera septem sunt, scilicet ignorantes docere, dubitantibus consiliu dare, tristes cõsolari, peccates corripere atque corrigere, ignoscere offensori, imperfectos & onerosos pie portare, & pro vniuersis etiã inimicis orare. Sit ergo episcopus in affectum pietatis totus conuersus, & visceribus

12. A. c. gloria episcopi.

Matt. 25. opera misericordie corporalia & spiritualia. 7.

1. Thess. 5.

misericiordiæ copiosissimè affluens. Et quod per seipsum non potest exequi & implere, faciat per subditos suos diligenter & condignè impleri. Committat personis fidelibus ac benignis, vt pauperes ac egenos, infirmos ac nudos, præsertim domi manentes confiderent & inquirant, & eisdem necessaria largiantur de his, quæ episcopus larga manu talibus suis elemosynarijs debet conferre ad distribuendum ea egenis. Deputet quoque specialem domum pro receptione & tractatione peregrinorum ac pauperum. Non ergo sic thesaurizet antistes, nec sic magnificè tractet propinquos & nobiles ac diuites ad se venientes, vt pauperum obliuiscatur, aut eis subtrahi sinat, quæ ipsorum indigentijs atque inopijs deputanda sunt & præstanda. Veruntamen circa spiritualia misericordie opera præsul specialissimè, vigilantissimè ac feruentissimè intentus & occupatus sit incessanter: & per seipsum ac suos cooperatores, vicarios & ministros instruat ignorantes, hortetur scientes, illuminet omnes sibi commissos, de his quæ Deus requirit ab ipsis, de necessarijs ad salutem, & de his, quæ ad vniuersumque pertinent vocationem & statum: venientibus quoque ad se pro consilio, non dedignetur salubre dare consiliu, mœstis condoleat, consolationem piam tristibus exhibendo. Culpabiles etiam sine personarum acceptione increpet & castiget: & pronus sit indulgere forefacientibus & iniuriantibus sibi, quantum salua iustitia & absque derimento boni communis congruenter fieri potest. Sic & homines defectuosos ac onerosos paterna portet ac suffert pietate, ac pro toto grege sibi credito die ac nocte feruentissimè deprecetur altissimum, gloriosamque virginem ac totam triumphantem Ecclesiam. Hæc non nisi breuiter tango. Denique, in prædictis misericordie actibus sancti & venerabiles præfules excellenter resplenduerunt. Nam & de sancto Syluestro summo pontifice legitur, quòd omnium orphanorum, viduarum ac pauperum nomina habuit scripta in matricula, eisque necessaria ministrabat. In Legenda quoque sancti Gregorij recitatur, quòd tantæ pietatis ac largitatis in elemosynis fuit, quòd non solum vicinis, sed etiam longè politis monachis necessaria ministravit: & omnium egenorum nomina habuit scripta, & eis liberaliter succurrebat. Monasterium etiam in Hierosolymis instituit, & Dei famulis illic degentibus necessaria præbuit vitæ. Insuper, tri-

1. Iaco. 2.

Pontifices sancti qui misericordes fuerunt in pauperes.

bus millibus Dei ancillis contulit annuatim octoginta libras auri pro quotidianis expensis. Quotidie quoque ad mensam suam peregrinos quoslibet inuitauit atque suscepit: sicque merito suae liberalitatis & misericordiae in egenos, vna dierum ipsummet Dominum Iesum Christum in specie pauperis suscipere meruit, ac suscepit. Alia vice angelum sanctum in forma peregrini habuit comensalem. Sic & de sancto Cassio praesule scribit beatus Gregorius, quod penes cuncta, quae habuit, pauperibus erogauit. Similiter de sancto Ambrosio praesule refert beatus Paulinus antistes, quod tantae extitit largitatis, ut omnia quae habere potuerat, Ecclesijs & pauperibus, nihil sibi retinens, tribuebat. De hac sanctorum pontificum misericordissima liberalitate ac liberalissima misericordia sunt innumera & quasi infinita exempla. Si ergo tam sancti antistites fuerunt ita largissime occupati actibus misericordiae, qui utique actus praecipue valent ad diluenda peccata praeterita, ad impetranda gratiarum charismata, ad consequendum aeternam salutem; quanto magis episcopi temporum horum longe distantes a sancta illorum conuersatione pontificum, debent praefatis misericordiae vacare operibus cum ingenti diligentia, liberalitate ac seruo, ut per haec purgentur a culpis praeteritis, & a futuris praeseruentur peccatis, omnemque gratiam eis necessariam ad condignam suorum officiorum executionem adipiscantur? quia, ut ait saluator, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur. Denique, per praefata misericordiae opera, praesertim per hospitalitatem, electi & sancti viri olim in lege naturae & in lege scripta Deo praecipue placuerunt: ut Abraham, Loth, Tobias & Iob, qui de seipso fateur: Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit. Itaque si quis praesulum recolit, se magna ac varia incidisse facinora, audiatur atque adimpleat consilium Danielis prophetae, qui Nabuchodonosor regi grauisime lapsus, & ob sua scelera acriter puniendus locutus est: Consilium meum o rex, placeat tibi, & peccata tua elemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum: forsitan ignoscet Deus delictis tuis. Hinc enim & filius Dei in Euangelio loquitur: Quod superest, id est, quod superfluit vobis, date elemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis. Hinc quoque Tobias: Ex substantia, inquit, tua fac elemosynam, & noli auertere faciem tuam ab illo paupere: ita enim fiet, ut nec a te auertatur facies Do-

mini. Quomodo poteris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue; si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude: praemium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis: quoniam elemosyna ab omni peccato & a morte liberat: & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo Deo elemosyna omnibus facientibus eam. Postremo, quamuis nullum opus misericordiae sit Deo gratum, & meritorium vitae aeternae, nisi procedat ex charitate: multis tamen existentibus in mortali peccato, frequenter fit occasio obtinendi gratiam conuersionis beatitudinemque aeternam assiduam copiosa ac liberalis exercendi opera misericordiae, quemadmodum patet de sancto Eustachio, cui adhuc idololatrae & venanti Christi apparuit, dicens: Ego sum quem tu ignorans colis: Elemosynae tuae coram me ascenderunt, & ad hoc veni ut te conuertam ad me.

Quam incessanter ac charitatiue debeat praesul spiritualibus misericordiae actibus occupari & insudare.
Artic. I X.



Vum tanta sit dignitas rationalium animarum, quod propter earum salutem vnigenitus Dei patris humanam naturam assumere, ac acerbissimam mortem pati dignatus est: tanta vero sit vilitas corporis, ut Dominus dicat: Caro non prodest quicquam: constat quod spiritualia misericordiae opera incomparabiliter praestantiora ac diuina existant corporalibus misericordiae actibus. Si ergo crudelis ac impius censeretur, qui viatoribus peregrinis rectam viam ignorantibus, aut de ea dubitantibus ac sciscitantibus nollet rectum iter ostendere, sed illos permitteret deuiare, praesertim si ex debito specialis iustitiae teneretur illis bonam ostendere viam: nonne ineffabiliter crudelior iniquiorque esse probatur omnis pastor, praesertim episcopus, si subditos sibi commissos, ignaros aut dubiosos seu vitios excacatos, negligat informare, hortari, & eis salubria dare consilia, cum teneatur ad hoc non solum ex debito charitatis, sed etiam ex obligatione iustitiae ratione pastoralis seu pontificalis officij, propter quod de bonis subditorum emolumenta corporalia multa & magna, copiosaque redditus annuatim consequitur, atque ab omnibus honoratur: quis concipere queat

aut eloqui, quae culpabile ac danabile sit coram altissimo, a subditis stipendia consequi & honores, nec tamen debitum pastoralis seu pontificalis officij subditis ipsis impendere in praeterea spiritualibus actibus misericordiae? Praeterea si crudelissimum reputaret patrifamilias, quae si domesticos suos videret corporaliter vulneratos, leuiter egrotantes, & multis grauissimis vulneribus sauciatos, nec tamen condoleret eis, neque pro posse succurreret: quanto magis omni vera spirituali pietate carere dinoscitur praesul, qui tot homines sibi commisos, imò tot millia subditorum suorum videt impiè conuersari, incontinentes, superbè, auarè, scandaloseque uiuere, alijs quoque diuersis ac grauibus subiaccere peccatis, nec tamen ex corde ipsis compatitur, nec animabus eorum debito modo medetur, praesertim cum vitia & peccata incōparabiliter plus noceant homini, quaequecunq; dāna, aduersitates, infirmitates, corporaliaue aduersa? Desceat ergo antistes eos, qui corruerūt, & oēs animas vitij mortuas, diabolica fraude deceptas, in statu dānationis existentes ex visceribus misericordiae dolorosè deploret, easque per seipsum & suos substitutos curare in defesse conetur, instruendo, admonendo, increpando, castigando, orando, exemplariterque uiuendo: aliās nequaquam debito sui satis facit officij. Haec pietas vera & spiritualis misericordia in sanctis episcopis viguit vehemēter: Sic nanque de beato Ambrosio legitur, quod contentibus graui peccata, tam cordialiter condolebat, quod vberimè fleuit intantū, quod & illos fecitplorare. Sic quoque sanctus Hugo Gratianopolitanus episcopus, super capita consentium copiosas consuevit fundere lachrymas. Conformiter sanctus & innocens atque doctissimus Thomas de Aquino, confessiones audiendo consentibus condoluit lachrymosè. Praeterea in veteri testamento Hieremias, Daniel, & sancti prophetae peccata Israeliticæ plebis amarissimè deplaxerunt. Esdras quoque cum peccata graui filiorum Israel percepisset, scidit vestimenta sua praingenti moerore, seditque lugens usque ad vesperam. Certè si episcopus penset, quanta sit dignitas animae rationalis, quae multipliciter ac grauissimè peccata nocent ei, quae & quanta filius Dei pro salute hominum fecit ac pertulit, quantum ipse teneatur eos, praesertim subditos suos diligere, nequaquam poterit se continere, quin subditorum suorum, imò & omnium hominum vitia assidue desceat: & de culpabilibus malis magis, quam de penalibus malis eorum incompa-

rabiliter affligatur ac doleat: atque ex consequente multo plus studebit subditos suos a peccatis mortalibus & a statu dānationis ad gratiam & virtutes, ad statum salutis reducere, quam a quibuscunque corporalibus damnis aduersitatibusque eruere. Ecce si episcopi terrarum istarum, qui & ducatus & comitatus dignitatibus communiter fulciuntur, id est, duces comitesque existunt, agnouerint, quosdam ex subditis suis ab aliarum regionum seu territoriorum ciuibus & praedonibus captos, spoliatos, incarcerationis, mox intimè compatiuntur, vehemētissimè indignantur, consilium ineunt, & tractatu praehabito, omni modo eis possibili nituntur ad recuperandum abductos & captiuos, & in his laudabiliter, prudenter ac strenuè agere perhibentur. Sed quid quaeso respondenturi sunt coram iudice summo, animarum amatore, creatore ac redemptore, quod pro animabus deceptis & ab infernalibus praedonibus ac pessimis hostibus spiritualiter interfectis, captis & vitiorum compediibus catenatis, eruendis atque saluandis, nec maiorem nec similem, imo penè nullum conatum, consultationem diligentiamue impendant? Certè si equus episcopi caderet aut laederetur, nonne episcopus mox subuenire studeret? Et tamen subditis suis in multa & magna peccata ruentibus, atque manentibus in eisdem, disimulat, tacet, non affligitur, non desert, nec subuenit. Quid talibus praelatis dicturus & facturus est iudex altissimus, qui plus amat sua iumenta, quam animas Christi sanguine liberatas?

Quod episcopum oporteat in omni mansuetudine ac patientia esse perfectum.
Articulus X.



Mnem praelatum necesse est esse tantae virtuositatis, ut subditorum suorum defectuositates & improbitates, ingrattitudines atque insipientias pie & charitatiue valeat tolerare, vincere, reformare, absque perturbatione & laesione animae suae. Cum ergo antistites habeant multos subiectos valde imperfectos, passionatos, ingrattos, improuidos, indigent patientia maxima & mansuetudine prorsus inuicta, ne ex subditorum talium inquietudine, improbitate, insolentia, ad impatientiam, iram, inuidiam, lites aut rixas labantur: & ne, dum alios volunt curare & quietare, perturbent & perdant se-

ipſos. Denique quo epiſcopi pluribus præſunt, eo plura negotia difficilioreſque cauſæ, maiores quoque & plures aduerſitates ſolent ipſis occurrere. Idcirco neceſſariæ eis ſunt conſtantia cordis, tranquillitas mentis, manſuetudo fortiſſima, patientia inconcuſſa, vt omnia talia valeant laudabiliter expedire, prudenter & iuſtè iudicare, ac æquanimiter ſuſtinere, ne ratio per impatientiam, iracundiam aut alias paſſiones obtenebretur, & à vero impediatur iudicio. Hinc iuxta doctrinam Apoſtoli, oportet epiſcopum non eſſe litigioſum, nec percuſſorem, nec iracundum: ſed modeſtum, temperatum, diſcretum ac humilem, vt ſemper ſit peruiſil claruſque mente, & aptus ad iudicandum de ſingulis, atque ad providendum paci in omnibus. Nempe vt Salomon ait: Ira in ſinu ſtulti requieſcit, & qui impatiens eſt, operatur ſtultitiam. Itemque: Ira, inquit, non habet miſericordiam, nec erumpens furor: & imperum concitati ſpiritus ſere quis poterit? Hinc & Paulus Apoſtolus præcepit Timotheo pontifici: Noli verbis contendere: ad nihil enim vtilè eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium. Vt hoc ſcribit Apoſtolus Iacobus: Vbi zelus & contentio, ibi inconſtantia & omne opus prauum. Præterea cum ad præſulem ſpectet, vniuerſos ſibi commiſſos docere, decet cum patientiſſimum eſſe, cum dicat ſcriptura: Doctrina viri per patientiam noſcitur. Quocirca proteſtatur Gregorius: Tanto conuincitur quiſque minus doctus, quanto offenditur minus patiens. Oportet itaque vt prælatus reſiſnet & vincat ſeipſum. Quia vt Salomon dixit: Qui patiens eſt, multa gubernatur prudentia: qui autem impatiens eſt, exaltat ſtultitiam ſuam. Et ruruſ fatetur: Melior eſt patiens viro forti: & qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbiũ. Hinc Seneca loquitur: Multos regere poteſt, qui ſeipſum regit ratione. Qui autem à propriarum paſſionum motibus ſuperatur, indiget regi ab alio: imò qui præeſt, ſi periram aut impatientiam ſuperetur, alios ſcandalizat, & ſubditis ſæpè iniuriatur: quoniam iracundi iuſtum & bonum videtur omne, ad quod ira inſtigat, quum & ipſa ira ſit quædam cordis inſania. Propter quod in libro S. Iob ſcriptum eſt: Virum ſtultum interficit iracundia. Inſuper, quod ait Apoſtolus, epiſcopum non debere percuſſorem exiſtere, doctores de triplici percuſſione exponunt. Primò de corporali percuſſione: quia epiſcopis, ſacerdotibus & clericis non licet

pugnare, quum ſint miniſtri altaris, & ſpecialia ſerui illius, qui ſanguinem ſuum fudit etiam pro inimicis, & in cruce pendens orauit pro crucifixoribus ſuis. Sed arma ipſorum ſunt oratiões & lachrymæ, vt dicit Ambroſius: Non debent epiſcopi ex ira aut impatientia, aut alia praua radice aliquem corporaliter verberare, quamuis poſſint ex charitate & zelo iuſtitie corporalem diſciplinam inſtigere, ſecundum quod loquitur Auguſtinus: Corripiamus verbis, corripiamus & verberibus. Secundò exponitur de ſpirituali percuſſione verborum: quoniam epiſcopus non debet aliquem verbis mordacibus, pungitiuis, duris & iniurioſis alloqui: ſed mitis & affabilis eſſe, cum diſcretione corripere, & ex virtute omnem ſuum ſermonem proferre, ne ad indignationes, rancores, rebelliones aut alia vitia concitet audientes. Quod ſi interdum ſubditorum culpa requirant, vt acriter increpentur, aut dure admonentur, tamen hoc ipſum fieri debet cum modetamine rationis, non ex impetu paſſionis. Nam ira per zelum eſt licita, quæ ira ex recto iudicio rationis ſponte aſſumitur, vt per eam actus virtutis fortius exercatur: ideo ira iſta debet rationi famulari, non dominari. Tertio exponitur de interiori percuſſione conſcientie, quæ percutitur dum ſcandalizatur. Vnde ait Apoſtolus: Peccantes in fratres & percutientes conſcientiam eorum inſirmam, in Chriſtum peccatis. Quum ergo antiſites maximè teneantur ſcandala ſubditorũ. præſertim imperfectorum, vitare, & vniuerſos ædificare: ideo non debent hoc modo quenquam exemplo malo percutere. Diſcat itaque præſul à Chriſto, quoniam mitis eſt & humilis corde: & in patientia ſua poſſideat animam ſuam, viriliter vincens ſeipſum, ac Dominum iugiter orans, vt manſuetudinem inuolabilem, patientiamque inſuperabilem ſibi præſtare dignetur. Hæc namque virtutes præſidentibus ſingulariter neceſſariæ extant. Hinc Moyſes, quem Deus conſtituit legiſlatorem ac principem totius Iſraeliticæ plebis, manſuetus erat ſuper omnes homines, qui morabantur in terra. Dauid quoque rex de ſeipſo loquitur Deo: Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius.

Quod præſul debet eſſe ſingulariter inſuſus.
Artic. XI.

Iuſtitia.

1. Timo. 3.
Titim. 3.

Ecc. 7.
Prou. 14.
Prou. 17.

2. Timo. 2.

Iacob. 3.

Prou. 9.

Prou. 14.

Prou. 16.

Iob. 5.
1. Timo. 3.
percuſſio pro
ximi triplex.

2. Cor. 8.
de homi.
Eſai. 55.
Lucæ. 23.

Auguſtin.

1. Cor. 8.

Matt. 11.
Lucæ. 22.
Pſal. 30.

Exod. 6.
Nume. 12.
Pſal. 131.



IUSTITIA eſt præclariffima virtus, quæ ad iudicem potiſſimè pertinet, cum iudex ſit miniſter iuſtitie: ad quem tanquam ad animam iuſtitiam confugiunt ſubditi, idcirco etiam Ariſtoteles ait, quod iudex debet eſſe tanquam lex viua acanimata iuſtitia, ita vt nuſquam à reſtitutione recedat iuſtitia, ſed omni perſonarum acceptione abiecta, faciãt vnicuique iuſtum iudicium: nec amore, nec odio, nec cupiditate, nec timore, nec adulatione, nec aliquorum ſupplicatione, nec aliqua inordinata affectione recedat à via iuſtitie, à regulis iuris, à proceſſu prudentis iudicij. Quum igitur pontifex ſit iudex populi ſui, debet hoc modo eſſe tenax iuſtitie, & æquitatis amator, vt potiùs velit mori, quàm contra iuſtitiam iudicare aut agere. Debet etiam iura cognoscere & prudenter intelligere ea: cauſas quoque, quas ignorat, diligenter inueſtigare. Inſuper, neminem debet iniuſtè grauare, irrationabiliter conſiſtare, opprimere aut turbare, ſicque in omnibus quaerere non propria commoda aut ſui ipſius honorem, ſed bonum commune & ſubditorum ſalutem. Nam (vt ſanctus ait Ambroſius, iuſtitia eſt, quæ alienum nil vendicat, quæ cuiilibet dat quod ſuum eſt, quæ negligit propriam vtilitatem, vt ſeruet communem profectum. Exigit ergo vera iuſtitia, vt ſicut epiſcopo vult ſibi à ſuis ſubditis obediri, & quæ ei debentur, ab ipſis perſolui: ſic & ipſe ſuperioribus ſuis in cunctis obediat: hoc eſt, primò omnium diuinis præceptis: deinde præceptis Eccleſie, canonibus & decretis, ac prælatis iuriſdictionem ſuper ipſum habentibus: & præſertim adimpleat quæ promiſit omnipotenti in aſſumptione ordinis ſacerdotalis, & maximè in ordinatione ſua in præſulem. Ea quoque quæ ſubditis ſuis tenentur, exhibeat eis: hoc eſt, paſtoralem cuſtodiam, exemplarem conuerſationem, inſtructionem ſalubrem, correptionem paternam, iuſtam correctionem & æquum iudicium: & incomparabiliter magis cupiat, quærat & procuret in primis ſibi ipſi, deinde & ſubditis ſuis ſpiritalia bona, videlicet gratiam & virtutes atque æternam ſalutem, quàm quæcunq; temporalia & terrena. Hæc eſt vera & ſancta cleſtorum epiſcoporum iuſtitia, cui tamen miſericordia debet eſſe admixta: quemadmodum Deus in omni actu ſuæ iuſtitie aliquid miſericordie miſcet. Interdum quippe aſſeritur, quod iuſtitia maximè pertinet ad præſidentes: interdum, quod miſericordia: quandoque, quod prudentia maximè ſpectet ad eos. Nam per veram diſcretionem prudentie, debent iuſtitiam & miſericordiam in ſuis operibus contemperare, quatenus rigorem iuſtitie pietas moderetur, & pietatis dulcorem iuſtitia condat: ſicque per prudentiam ſciat & penſet, quando & cur & circa quos debeat plus de rigore iuſtitie exhibere: nec ab hiſ, qui ſanguinis rei ſunt, pretium pecuniarum ve accipere. Eriterum, quando & cur ac circa quos debeat plus de miſericordia exercere. Incorrigibiles etenim, indurati, rebelles, & qui ex propoſito aut de induſtria exceſſerunt, rigorofiùs ſunt tractandi. Qui verò ex infirmitate, id eſt, vehementia ſubitæ paſſionis, aut ex ignorantia, & de quorum emendatione ſpes bona eſt, miſericorditer ſunt habendi. Aduertat ergo antiſtes quod ait ſaluator: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Et ruruſ: Eadem menſura qua menſi fueritis, remetietur vobis. Et coram Deo ſemper ſit rectus corde, vt nunquam à reſtitutione æquitatis ſelectur, neque ad vitiorum obliquitatem labatur, ſed in amorem iuſtitie totaliter transformetur. Nempe, vt ſanctus fatetur Bernardus, Rectus eſt ille, qui ad terrena & carnalia non curatur, ſed ad celeſtia eleuatur, ad ſpiritualia & diuina totus erigitur, & vnicuique reddit quod ei tenetur: obedientiam reuerentiamque prælato, & maximè Deo: proximis conſilium, quo eorum ignorantia informetur: atque auxilium, quo eorum infirmitas adiuuetur: ſubditis directionem & cuſtodiam inceſſantem, vt caueant vitia: & diſciplinam, vt quæ non cauerunt, nequaquam maneant impunita.

Iacob. 2.
Leuit. 19.
50. d. c. Abſt.

Mat. 20.

Ambroſius.
Iuſtitia qd.

Præceptum
iuris.

18. d. c. 07.

Quam ſeruidi & perfecti debeant eſſe epiſcopi in charitate Dei & proximorum, maximè ſubditorum.
Artic. XII.



SCVT profeſſio religioſorum directè tendit ad hoc, vt religioſi ſeipſos & omnia abnegando ac deſerendo, ad perfectionem diuini amoris pertingant: ſic Epiſcoporum profeſſio ad hoc tendit, vt ex ſeruentiſſimo Dei amore totaliter mancipent & exponant ſe proſectui ac ſaluti ſubditorum ſuorum.

Matt. 5.

Mat. 4.
Pſal. 93.

Bernard.

suorum. Vnde in secunda secundæ, quæstio-
ne 185, asserit Thomas: Perfectio episcopalis
status consistit in hoc, quod episcopus ex di-
uina dilectione se obligat ad hoc, quod salutem
proximorum insinat. Hinc ad præfules per-
tinet, esse perfectum in charitate fraterna, ad
cuius perfectionem tria exiguntur. Primum
est, ut non solum amici, sed etiam inimici
propter Deum synceriter diligantur, in-
quantum sunt ad imaginem & similitudi-
nem superbenedictæ Trinitatis creati, &
sanguine Christi redempti, ac veræ felicita-
tis capaces. Secundum est, ut etiam inimicis
bonæ exhibeantur pro malis, & pro eis ore-
tur, ac pro eorum conuersione & salute fide-
liter laboretur, quemadmodum in Euange-
lio ait saluator: Diligite inimicos vestros, be-
nefacite his, qui oderunt vos, & orate pro
persequentibus & calumniantibus vos. Ter-
tium est, ut homo paratus sit pro proximo-
rum salute vitam suam periculis mortis ex-
ponere, & totam vitam ordinet ad proximo-
rum profectum. Itaque hæc tria perfectè
implere, ad pontifices solenniter pertinet.
Cum enim præsent toti multitudini eis com-
missæ, in qua sunt multi imperfecti, passio-
nati, rebelles, ingrati, peruersi, qui corripi
& corrigi indignantur, nec informationi-
bus saluberrimis acquiescunt, sed reddunt
mala pro bonis: constat quod præful quan-
tumcunque sit iustus, prudens ac diligens, ta-
men frequenter habeat aduersantes, oblo-
quentes & iniuriantes. Quos omnes ni-
hilominus obligatur diligere, & pro eorum
conuersione ac salute efficaciter laborare,
orare, & quicquid suum requirit officium,
adimplere: eos quoque, quos debite castigat
& punit, tenetur ex charitate & zelo iustitiæ
ita tractare: & tantæ perfectionis esse obli-
gatur, ut etiam paratus sit omnia exteriora
bona sua pro subditorum suorum salute ex-
ponere atque deferere, si rationabilis causa re-
quirat hoc. Quum enim propriam vitam
debeat pro fratribus seu proximis ponere,
multo magis exteriorum substantiam. Porro
charitas est virtus Theologica ac infusa,
qua Deum propter propriam suam bonita-
tem, puram & infinitam, deinde etiam pro-
pter beneficia ac promissa ipsius super om-
nia diligimus, & nos ipsos ac proximos in
Deo & propter Deum. Per charitatem nan-
que appetimus, & obtinere conamur nobis
ipsis ac proximis æternam salutem, & qui-
cquid necessarium siue expediens est ad pro-
merendum ac obtinendum eandem, videli-
cet gratiam & virtutes, dona Spiritus sancti

& opera virtuosa, imò etiam bona exteriora
terrena, in quantum necessaria sunt ad sus-
tentionem corporis ac vitæ præsentis, sine
quibus nec vivere, nec Deo in terra seruire
valemus. Præterea ordo charitatis requirit,
ut Deum excelsum & gloriosum præ omni-
bus & super omnia toto corde propter ipsi-
us incircumscribibilem bonitatem primò
principaliterque amemus, & ex charitate fi-
lialiter diligamus ac iugiter veneremur. De-
inde post Deum debet homo amare seip-
sum, & tertio proximos, ac quarto prop-
rium corpus: ita quod obligamur magis dilige-
re proximos, id est, vnumquemque homi-
nem in hoc mundo viuentem, quam corpus
proprium corporalemque vitam. Sit ergo
episcopus charitate Dei æterni & benedicti
totaliter inflamatus, & desiderio salutis sub-
ditorum suorum calidissimè inextinguibili-
terque succensus, & pro illorum reforma-
tione, profectu, salute infatigabiliter labo-
ret. Omnis labor huiusmodi sit ei suauis in
spiritali profectu animarum sibi commissarum,
sit summa gloria tio sua. Deum creatorem
suum, cuius vicarius est in terra, *Leuit. 20.*
viribus veneretur, atque ab omnibus hono-
rari cum omni suo posse procuret, atque ze-
lo diuini honoris ardeat incessanter, ita ut
de nulla re magis doleat aut tristetur, quam
de inhonoratione maiestatis diuinæ. Certè
si episcopus amplius indignatur, irascitur,
contristatur de suis ipsius, aut cognatorum su-
orum iniuria, contemptu aut damno, quam
de omnipotentis offensæ: certum est, quod
se ipsum & suos cognatos magis, quam De-
um amet ac veneretur. Ex his etiam inno-
tescit, quam iniquum & sanctæ charitati con-
trarium esset, propter quæcumque propria
commoda, propter argentum & aurum aut
dona, negligere subditorum salutem, dimit-
tere proximorum reformationem, & vitia re-
linquere impunita. Qui hoc agit aut talis
est, non est verus Christi vicarius, nec Deo si-
delis, sed ab omni vero ac spiritali amore
Dei & proximorum penitus alienus. Ideo
respiscat, & omni carnali abiecto amore,
omni cupiditate exclusa, ad præfatam spiri-
talem dilectionem exurgat, asporet, conetur.
Intueatur atque assidue penset, quemadmo-
dum Deus adorandus, sanctus & immorta-
lis sit infinite cunctis creaturis melior, ama-
bilior, perfectior, pulchrior, desiderabilior
atque suauior: quemadmodum etiam spiri-
talia dona, gratiarum charifimata, virtutes &
opera virtuosa, ac salus æterna, omni scilicet illabe-
atitudo cœlestis, sint verè & incôparabiliter
me.

Perfectio epi-
scopalis sta-
tus qua.

Matt. 5.
Sap. 2
1. Pet. 1.6

Matt. 5.

10. quæst. 1.
c. quæcumq.

7. Rom. 3.

Charitatis
definitio.

Charitatis
ordo.
Dent. 5.

Leuit. 20.

zelus diuini
honoris.

1. Tim. 5.
Coloss. 3.

Auaritia quæ
est sit malo-
rum origo.

Innocentius
Papa.

1. Tim. 6.

meliora ac digniora vniuersis temporalibus
& terrenis. Ideo propter transitoria & car-
nalia ista vilissima nequaquam amittat aut
deferat bona illa diuina, spiritalia & æterna:
sed eorum desiderio & amore summè ac iugi-
ter accédatur, ferueat & excrefcatur, & sensibi-
lia cuncta contemnat.

Quod omnis auaritia sit episcopis maxime
fugienda. Artic. XIII.



T sanctus Augustinus testatur,
venenum charitatis est cupiditas:
minoratio cupiditatis est chari-
tatis augmentum. Omnimoda
autem cupiditatis extirpatio est charitatis
perfectio. Quemadmodum ergo pontifices
tenentur esse in charitate perfecti, ita tenentur
ab omni cupiditate & avaritia esse peni-
tus alieni: imò cum episcopi teneantur esse
spiritalissimi viri, debent esse depurati ab
omni avaritiæ labe, cum avaritia sit vitium
prorsus terrenum. Iam quoque præhabitu-
m est, quod teneantur semper esse parati ad ex-
ponendam ac deferendam omnem terre-
nam substantiam pro suorum subditorum
salute: quod esse non poterit, si ad tempora-
lia bona afficiantur inordinatè. Iterum di-
ctum est, quod episcopi sint vicarij summi
Domini nostri Iesu Christi, successores Apo-
stolorum, & sponsi Ecclesiæ: ideo debent ef-
se Apostolicæ puritatis, & Christi vestigia
perfectè sectari in aspernatione omnium ter-
renorum. Præterea sanctus Apostolus ait,
quod radix omnium vitiorum extet cupi-
ditas, & quod avaritia sit seruitus idolorum:
Præfules igitur, quos oportet ad cunctis vi-
tiji esse immunes & syncerissimos Dei cul-
tores, necesse est, si Deo placebunt, esse ab
auaritia omni liberrimos, præsertim cum a-
uaritia sit peccatum carnale, terrenum, vilis-
simum, mentem deorsum fortissimè deprimens,
atque ab omni spiritali sollicitudine,
scientia ac spiritalis amoris calore infrigi-
dans, à rectitudine iustitiæ retrahens, viscera
misericordiæ claudens, variasque iniqui-
tates, timores, anxietates, tristitias ac cu-
ras superfluas cordi inserens & inducens.
Nempe, ut ait Innocentius Papa, cupiditas sa-
cilegia committit & furta, rapinas exercet
& prædas, bella & homicidia parit, Simo-
niam producit, Simoniacè vendit & emit, ini-
què petit & recipit, iniquè negotiatur & fœ-
neratur, instat dolis & imminet fraudibus,
dissoluit pactum, violat iuramentum, cor-
rumpit testimonium & peruertit iudicium:

Hinc Augustinus: Auarus, inquit, inferno
est similis. Infernus enim quanto scun-
deuorat, nunquam dicit, Sufficit: sic avarus
non satiatur pecunijs. Quæ est ista cupiditas
auaritiæ, cum & bestia habeat modum? Tunc
nanque rapiunt, quando esuriunt, parcuntque
prædæ, cum senserint satietatem. In satiabi-
lis est avaritia, nec Deum timet, nec reuer-
etur hominem: non parit parentibus neque
cognatis, nec fratri obtemperat, nec amico si-
dem conseruat: viduam opprimit, pupillum
inuadit, in seruitutem reuocat liberos, gra-
uat & spoliat innocentes ac simplices. Quæ
est ista avarorum insania? acquirere aurum
& perdere cœlum, amare venenum & ani-
mæ mortem, sicque mercari gehennam? Aua-
rus prælatus plus cupit & quærit argentum
& aurum, quam animarum salutem. Ponti-
fex igitur cupiens Deo complacere, & credi-
tum sibi gregem salubriter gubernare, men-
tem suam ab hoc charitatis veneno, ab hac
omnium vitiorum radice, ad vilissima avari-
tia ista prorsus euacuet & expurget. Post-
modò aduertat ac metuat, quod diuiti avaro
sancti patres Ambrosius atque Basilius di-
cunt: Non minoris est criminis, haberi quod
suum est auferre ac rapere, quam quem pos-
sis & habeas, indigenti negare. Panis fame-
lici est, quem tenes: Tunica nudus est, quam
in conclauis referuas: Discalceatus cal-
ceus est, qui apud te marcescit: Indigentium
est argentum & aurum, quod habes reco-
nditum: Captiuorum redemptio pecunia, quæ
abscondis. Ideo tot hominibus iniuriaris,
quot inde succurrere posses: sciasque te tam
multorum hominum bona inuadere, vsur-
pare & retinere, quam multis possis nec vis
subuenire. Hinc ait scriptura: Avaro nihil est
scelestius, nihil est iniquius, quam amare pe-
cuniam. Auarus enim animam suam habet
venalem. Sed & Dominus ac saluator in euan-
gelo protestatur: Quam difficile qui ha-
bent pecunias, intrabunt in regnum cœlo-
rum. Facilius est camelum transire per fora-
men acus, quam diuitem intrare in regnum
cœlorum. Veruntamen thesaurizatio mode-
rata pro hono communi, non est episcopis
& principibus prohibita, sicut ait Antifiodo-
rensis in Summa sua: Licitum est eis redditus
vnius anni reponere, attamen possent tales
casus occurrere, quod vel plus possent the-
saurizare, vel thesaurizata exponere tene-
rentur. Semper verò implendum est quod
ait propheta: Diuitiæ si affluent, nolite cor-
appondere:

Quam

Augustinus
1. Pet. 3.0.

Ambrosius
Basilius.

Eccl. 10.

1. Marc. 10.
Luc. 18.
Matt. 19.

1. Sal. 6.

Quam timoratum, sollicitum, custoditum, humilem oportet esse antistitem. Artic. XIII.

psal. 61.

Magna est hominis causa cum Deo, quia oportet vnumquemque hominem a iudice summo Deo vero & iusto iudicari, atque ab ipso tandem recipere infernalem ac perpetuam condemnationem, vel beatitudinem aeternalem. Porro tam metuenda & intollerabilis est infernalis illa damnatio, quod quamuis sciremus de toto genere hominum non nisi vnum esse damnandum, attamen merito vniquisque vehementer timeret, & Deo formidolose seruiret, ne forsitan ipse esset ille damnandus: quanto magis cum sciamus tam multos aeternaliter esse damnandos, quod eorum respectu saluandi sunt pauci, debemus iugiter esse timorati, ne pereamus? Ex hac consideratione admonet nos beatus Paulus dicens: Cum metu & tremore & timore vestram salutem operamini. Et Psalmista: Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Et sanctus Iob: Semper, inquit, quasi tumentes super me fluctus timui Deum. Sed cum prelati pro omnibus sibi commissis redituri sint rationem, & iudicandi a Christo ac puniendi pro omnibus, pro quorum saluatione non impleuerunt debitum sui officii, & praesertim pro his, quibus prava prae-buerunt exempla, seu aliquo modo traxerunt ad vitia, constat quod omnem praesulem oportet esse tanto timoratiorem & sollicitiorem, & tanto plus custoditum, diligentem ac operosum, quanto pluribus praestitit hominibus, pro quibus omnibus sibi respondere, iudicari ac premiari incumbit, ita quod quasi solus tot animas habet, quot hominibus praesidet: atque (vt sanctus ait Gregorius) tot mortibus, tot aeternis condemnationibus dignus est, quot animae ex sua negligentia aut in exemplaritate peccant & pereunt. Penset episcopus quod ait saluator: Cui plus datum est, plus requiretur ab eo. Idcirco ex consideratione excellentiae, potentiae & honorificentiae suae nequaquam extollat se inaniter, neque gloriatur, sed formidolosior sollicitiorque reddatur, eo quod auctoritati, eminentiae ac venerationi suae tot & tanta pericula sunt annexa. Nam & sacra Scriptura testante, iudicium durissimum fiet eis, qui praesunt, & quanto praesul nunc amplius ab hominibus honoratur propter auctoritatem & dignitatem desuper ei concessam, tanto plus contemnetur a Deo, horribilisque damna-

4o. dist. ca. si papa.

psal. 2.

psal. 2.

Iob. 31.

1 Petri. 4.

Luce. 12.

Sap. 6.

bitur, si negligens fuerit aut carnalis, nec debitum officij pontificalis impleuerit. Hinc quoque oportet episcopum esse humillimum, considerando quam defectuosus fuerit & sit in executione tam sublimis & onerosi sui officij, atque vt se profundissime humiliando mereatur obtinere a Domino omnem gratiae ac virtutum plenitudinem sibi necessariam, ad sui officij adimplentionem condignam. Deus quippe superbis resistit, humilibus vero dat gratiam. Imò cum timor Dei & humilitas sint fundamenta virtutum, quanto antistes ad eminentiorem virtutum perfectionem adstringitur, tanto plus tenetur esse fundatus ac radicatus in profunda humilitate & stabili Dei timore. Consideret ergo, quod quanto plura ac maiora a Deo sortitus est dona, tanto plus obligetur Deo esse subiectus & gratus in omni humilitate ac filiali timore. Denique timor Dei retrahit hominem a peccato. Ideo quanto maior facultas ac libertas potest esse pontifici ad peccandum ex sua eminentia, propter quam non ita corripitur nec arctatur vt alij, eo plus indiget grandi & assiduo Dei timore, ne incidat in manus omnipotentis. Iuxta praetactam doctrinam, sancti episcopi & prelati indefinenter ac vehementer timorati, solliciti, custoditi, operosi, humilesque fuerunt. Vnde de sancto illo episcopo diuino Dionysio legitur, quod valde formidauit districtum Dei iudicium. Sanctus quoque Hieronymus dixit: Siue comedo, siue bibo, siue aliud quid fecero, semper videtur insonare in auribus meis tuba illa terribilis: Surgite mortui: Venite ad iudicium. Hinc ait sanctus Bernardus: Si stillantem de corpore saluatoris sanguinem collegissem sub cruce, cum quanta diligentia illum custodirem & circumferrem? Et certe iam mihi illi commissi sunt, pro quibus sanguinem ille ipsum fudit. Insuper beatus Papa Gregorius tantae fuit humilitatis, quod dum quidam Abbas se vellet coram ipso prosternere, ipse prius se in terram ante pedes eremita prostravit. Sed & sanctus Hugo Gratianopolitanus antistes tanta fuit humilitate ornatus, quod se frequenter prostravit ante viles personas reconciliari nolentes, deprecans eos vt inuicem reconciliarentur.

1. pet. 5. Iacob. 4.

Eccle. 12.

Heb. 6.

Epistola ad Demophilum, Hieronymus, Matt. 25.

Quam innumerabilia atque enormia vitia incidunt episcopi, negligenter, carnaliter & scandalose uiuentes. Artic. XV.

Hic

Novem sunt peccatorum aliorum modi.



I

II

III

III

Extr. de tormento. c. primo & c. ad audientiam.

IC primò considerandum, quod nouem sunt aliena peccata: hoc est, quod homo nouem modis incidit peccata alterius & communicat eis, ita quod sibi iuste imputantur a Deo. Primus modus est, dum vnus praecipit alteri facere mala aut omittere bona. Consideret igitur praesul proprias iusionem, ne subditis suis iubeat vel mali aliquid perpetrare, vel opera bona omittere: quod si fecerit, vniuersa subditorum suorum peccata, quae ex eius iusione incurrerint, in ipsum redundant. Hinc loquitur Esaias: Vae qui condunt leges iniuas. Cum ergo facilius ac frequenter contingat, eos qui praesunt, quaedam iniusta iubere, nisi sint multum virtuosus & circumspecti, oportet pontificem, imò & omnem principem ac praetatum esse valde oculatum, cautum & timoratum in praecipiendo: alioqui innumerabilibus atque grauissimis inuoluetur peccatis. Hoc maximè verum est de episcopis, qui etiam duces & comites sunt, & quandoque generalia mouent bella, in quibus sunt horribilia peccata: quae omnia redundant in illos, qui huiusmodi bella mouent iniuste. Secundus modus est, dum vnus consulit alteri facere illicita, aut bona negligere. Videat ergo qui praesul, ne vel subditis suis, vel ad ipsum pro consilio accedentibus consulat quae non licent: imò cum quotidie multi ad antistitem suum pro consilio veniant, videat sibi antistes, vt non nisi cum timore Dei & bona deliberatione atque prudentia consulat: & si de dando consilio prima facie paratus non fuerit, conferat cum viris virtuosis verè prudentibus, & iuxta illorum directionem praestet consilium. Tertius modus est, consentire aliorum peccatis: & in hoc praesidentes (praesertim pontifices) indigent circumspectione timorata & cautissima, ne subditorum suorum aut alienorum vanitatibus, torneamentis, choreis, hastiludijs, ludis impudicis & iocis turpibus vilo modo consentiant. Imò cum vitiosum sit vnus peccato consentire, quanto magis vitiosissimum est multorum aut totius communis praebere consensum peccatis? Torneamenta autem & hastiludia sunt ab Ecclesia seriose prohibita intantum, quod qui occideretur in eis, non posset in loco sepeliri sacro. Idcirco est mortale peccatum, non solum talibus interesse, sed etiam consentire: & tanto enormius, quanto plurium torneamentis ac vanitatibus praebetur assensus. Porro qui non solum consentiunt, sed etiam iubent aut consulunt se

ri ea, praesertim si sint spirituales prelati, maxime autem si praesules fuerint, vltra modum peccata grauissimè: & vniuersa peccata quae ibi contingunt, redundant in ipsos. Quartus modus est, adulari peccanti, & approbare peccatum illius, iuxta quod scriptum est: Laudatur peccator in desiderijs animae suae. Nam & hi qui in choreis, torneamentis & consimilibus vanitatibus quasi magistralius habent se, amplius solent laudari. Quintus modus est, hospitari peccantem propter peccatum commissum, siue committendum, siue ad defendendum eundem contra iustitiam. Sextus modus est, aliquid accipere de re malè acquisita, si sciatur aut putetur iniuste adeptam. Septimus est, celare peccatum alterius quando prodendum est. Octauus est, non resistere & obfistare, id est, non impedire alterius culpam pro posse: & quanto quis ex auctoritate sua potestate sibi concessa posset facilius plures a peccatis retrahere, cohibere seu reformare, tanto damnabilis peccat hoc omittendo. Nonus modus est, non manifestare peccatum alterius, dum quis iuridicè exigitur ad testimonium perhibendum. Ex his facile est pensare, quam inestabiliter multa & magna vitia incidant praesules principesque iniqui, qui frequenter iniusta praecipiant, fallaciter consulunt, aliorum peccatis consentiunt, subditorum suorum & proximorum excessus & culpas quotidianas non reprehendunt nec corrigunt, nec eos pro posse compescunt a vitijs, nec reformanda reformare conantur. Perpendat antistes, quot & quanta facinora fiant in claustris atque collegijs, in vrbibus & villis, praesertim in clero & sacerdotibus, quae vitia ipse pro magna parte posset vtique impedire, si debitum sui officij expleret, & in charitate Dei & proximorum tam seruens esset, sicut tenetur. Quod si obijciatur quorundam exemptio, credibile est quod satis facilius impetraret a summo pontifice sublationem exemptionis huiusmodi, si ipse talis ac tantus in omni sua conuersatione existeret, vt suae requirit professio, & status sui vocatio exigit:

III

psal. 9.

V

VI

VII

VIII

IX

De varijs causis & rationibus, quae debent episcopum omnem mouere & inflammare ad debitam & condignam sui officij executionem. Artic. XVI.



Nusquisque fidelis tanto plus obligatur omnipotenti subditi ac deservire, quanto plura ac maiora dona ab ipso suscepit. Intueatur igitur

tur præful, qualis & quanta prælatio ac potestas, quanta temporalium abundantia, quantus honor, quamq; excellentia beneficia ei à Deo concessa sint, & pro his omnibus enitatur & satagat altissimo liberalissimoque datori esse gratus, subiectus, fideliterque ministrans. Attendat præful ac princeps, quantam fidelitatem, obsequiositatem gratitudinemque requirat ipsemet ab his, quibus vel beneficia magna largitur, aut committit officia, seu præstat stipendia. Si alicui viro contulerit arma, equum, castrum & necessaria vitæ, quantum sibi fideliter militet & pro defensione reipublicæ prælietur, quantum viro illi dignabitur, & quomodo comprehensum tractabit, si negligens aut infidelis extiterit sibi, preferatim si cõsentiat hostibus, & sibi ac patriæ suæ intulerit dâna aduersarios adiuvâdo? Quam vehementer ergo & horribiliter Deus iustus & sanctus indignabitur episcopis vicarijs suis, præuè & scandalo se viuentibus, qui tot animas Christi sanguine emptas, malo exemplo & negligentia sua ac alijs modis à Deo creato re, saluatore suo auertunt, occidunt & perditionem animarum adiuvant eos? Hæc itaque est prima causa & ratio, quæ omnem pontificem debet ad virtuosam & exemplarem vitam excitare atque accendere, quia constitutus est tam magnus & sublimis Christi vicarius, & tot dona ac tanta beneficia à Deo accepit, quæ quâto maiora ac plura sunt, tanto plûs obligatur creatori suo munificentiissimo gratus, subiectus, obsequiosus ac fidelis consistere. Secunda causa est, quod tam innumera beneficia peccata, magna & maxima incidit, nisi virtuosè & exemplariter conuerteretur, prout hoc præcedenti articulo est ostensum: imò quasi totius dicecesis suæ scelera redundant in ipsum, si conuersatio eius fuerit euidenter carnalis, intemorata, iniusta: quia tunc omnibus præstat peccandi audaciam, atque, vt asserit sanctus Augustinus: Omnis peccans, præsertim prælatus iniquè agès, tot animas (quâ tum in se est) perimit, à quantis hominibus videtur aut scitur præuè faciens seu impiè viuens. Vnde ait & beatus Gregorius: Tunc culpa vehementer ad imitationem trahitur, dum is, qui peccat, propter gradus sui honorem, & ob suæ præsentia dignitatem ab omnibus honoratur. Et dum pastor per vitiorum abrupta graditur, grex eum per deuia imitatur, sicque pariter in profunda inferorum præcipitantur. Tertia causa est, quia tam metuendissimum ac districctissimum iudiciû imminet præfuli. Hinc cunctis præsidetibus dicitur in libro Sapientiæ: Audite reges &

Psalm. 146.

Quibus rationibus inflammati debet episcopus ad digna officij sui executionem.

Augustin.

Gregorius.

Sap. 6.

præbete aures qui continetis multitudines, quoniam data est vobis potestas à Domino, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes vestras scrutabitur: quoniam cum essetis ministri regni illius, nõ rectè iudicatis, neque custodistis legem iustitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis: horrendè & citò apparebit vobis, quoniam iudiciû durissimû in his, qui præfunt, fiet. Exiguu enim conceditur misericordia, potentes autem poterit tormenta patientur, & fortioribus fortior instat cruciatus. Quarta causa est, quia tam intollerabilis & supergrauissima damnatio debetur & infligitur vitiosis episcopis, qui & pro suorû subditorum excessibus tam grauiter puniuntur: et quanto sunt hic in maiori honore & dignitate, tanto erunt in inferno in maiori cõfusione & calamitate. Quinta causa est incomprehensibilis beatitudo & maxima gloria, quæ virtuosus sunt præparata episcopis, qui non solum pro meritis proprijs coronantur, sed item participes sunt meritorum ac præmiorum omnium, qui per eorum directionem bene vixerunt, & salutem obtulerunt æternam. Sexta causa est, quia in sua ordinatione tam solenniter se astrinxerunt episcopi ad viuendum perfectè, atque ad debitam episcopalis officij impletionem. Septima causa est præcipua illa dilectio, qua præful Deû amare tenetur, & pro cuius honore semper zelari debet, nec etiâ offensam æquanimiter ferre, sed omni modo sibi possibilem pedire, sicut vera & diuina requirit dilectio: quemadmodum etiam præful à suis exigit seruis, vt ipsum honorent, & de sua inhonoratione ac iniuria contristetur. Octaua causa est singularis & feruida charitas illa, qua præful vniuersos & singulos sibi commissos tanquam filios spiritaliter ac syncerè tenetur diligere, pro quorum salute tenetur diligere, pro quorum salute tenetur ad se totum impendere. Nona causa est, quoniam Deus & saluator, cuius vices gerit in terra, tot & tanta pro animarum salute assumpsit, fecit ac passus est. Ideo pretiû sanguinis Christi & mysteria & labores ipsius nequaquã paruipèdere debet. Decima causa est, quia ex virtuosâ & exemplari cõuersatione episcopi sequitur gloriosus & maximus fructus, edificatio, conuersio & saluatio plurimorum, honor Dei præcipuus, & fructificatio mortis & sanguinis Christi. Vndecima causa est, quia ex vitiosa & scandalosa conuersatione pontificis sequitur maxima irreuerentia Dei, scâda lizatio subditorum, perditio sæpè innumera bilium animarum. Itaque tot & tantæ causæ prouocent & accendant omnem antistitem ad

III

V

VI

VII

VIII

IX

X

XI

ad sanctam vitam, ad diligentissimam sui officij executionem, ad indefessum laborè pro dei honore & sua ac subditorû salute. Et certè nimis durus atque insipiens est, quem tot & tantæ causæ non mouent. Denique causæ præactæ mouerunt quosdam episcopos egregiæ indolis, qui quamuis ante suum episcopatum fuerint vagæ vitæ, tamen cum se vidissent ad tam sublimem & periculosum statum promotos, mox totam uitam suam conuerterunt in melius.

Quod omni episcopo ualde salubre ac necessarium sit, seipsum quotidie secretè discutere, recolligere, & omnia, ad quæ tenetur, considerare. Articulus VII.

Experiētia docet ac monstrat, quantum exterior occupatio in rebus terrenis & causis diiudicandis distrahatur mentem & in deuoram efficiat, atque à charitatis feruore in frigidet, intantum, vt nisi homo sic occupatus assuecat quotidie certis horis ad interiora recurrere & secretè deo vacare, conscientiam examine, orationibus feruidis, meditationibus sanctis cõpunctionibusque insistere, fiat omnino quasi in sensibilibus corde, ita quod non aduertit peccata, quæ incidit, & vulnera anime, quibus ægrotat, sed totus ad exteriora effunditur, ac carnalis efficitur: sicque spiritalia exercitia ei conuertuntur in nauseam, delectatq; eum cû hominibus fabulari, tædet verò orare, legere & studere, ac meditari saluberrima. Episcopus ergo quotidie quoties ipsi possibile est, in loco secreto & quieto seipsum colloceat coram deo, ibi seipsum diligentissimè ac acutissimè intueatur, & perpèdat, quàm virtuosus ac feruidus consistere teneatur, atque ad quæ & quâta sit adstrictus ratione pontificatus. Deinde inspiciat qualis sit, & qualiter omne debitum sui officij impleat: & quanto viderit se plûs distare à perfectione virtutum, ad quam obligatur, atque ab executione vniuersorum actuum, ad quos ex suscepto officio est adstrictus, tanto plûs doleat, seque deprecet, & coram deo humiliet ac prosternerat seipsum, feruentissimè petens sibi indulgeri, & gratiã emendationis cõdignè infundi: deinde cõsideret qualiter possit ac debeat se in omnibus emendare, & omnibus Christi sibi commissis, debitum pontificalis regiminis exhibere. Consideret omnem statum subditorum suorû, vtputã canonicorum, monachorum, monialiu, sacerdotum, curatorum & aliorum presbyterorum ac secularium hominum: & præsertim cum omni

diligentia penset, quales sint, & qualiter officia sua exercent hi, qui in certis officijs sunt cõstituti, & vel in iure ciuili, vel in iure spiritali præfunt ac iudicant: & quicquid in omnibus his cognouerit emendandû, reformet. Hæc ergo & consilia in suo secreto quoti die agens, & seipsum ita in sancta deuotione inflammans, ac saluberrimis meditationibus implens, procedat deinceps ad exequendum manifestè in opere, quod cogitauit & decreuit secretè. In quibus omnibus conferre debet cû viris verè sapientibus, iustis & timoratis, de quibus expertus sit, quod nõ propria cõmoda, sed bonum cõmune, dei honorè, animarum salutem syncerè cupiant & exquirât: & iuxta illorum prudentissimam directionem omnia prosequatur.

De grandi ac destenda deformatione ac ruina status antistitem temporis huius. Articulus VIII.

De abusioibus, carnalitatibus varijsq; peccatis grauissimis episcoporum temporis sui multa conscripti electus Dei sanctus pater Bernardus. Porro de corruptiõne, deformatione & ruina multimoda atque extrema pontificatus huius multa scripserunt viri catholici, potissimè reuerendissimus pater & doctor præcipuus D. Petrus de Alliaco Cardinalis, & vir ille zelator iustitiæ, magister Ioannes de Gersona, Cæcellarius Parisiensis, in diuersis tractatibus. Nempe vt certum est, & videmus ad oculum, quanto quis ad maiorè virtutum perfectionem tenetur, tanto ad plura & enormiora peccata collabitur, dum nõ studet nec satagit Deo dignè ambulare, ac conuersari secundum exigentiam suæ vocationis aut professionis. Hinc quosdam religiosos & sacerdotes ac clericos in sacris ordinibus constitutos videmus multo incorrigibiliore & obstinatiores carnalioresq; laicis ac mundanis hominibus. Cuius rei causa est, quia, vt sanctus ait Gregorius, Peccatum Gregorius, quod mox per penitentiam nõ deletur, ponere suo trahit ad aliud. Propter quod secundum doctores, peccata hominum communiter sunt in seipsis peccata, in quantum sunt cõtra præcepta: & etiam sunt pena peccati, quoniam demerito peccati vnius meretur homo à Deo relinqui: & sic iustè relictus à Deo, ruit in aliud vitium, imò asiduè in maiora peccata, nisi de præteritis verè pœniteat. Etenim dum homo peccat mortaliter, statim efficitur membrum ac seruus diaboli, & ita diabolus trahit eum quod

Ephesi. 4.

Gregorius.

vult. Cùm itaque iuxta præhabita, episcopi ex sua vocatione & sui altissimi status dignitate ac professione teneantur esse viri spiritualissimi ac perfecti, spirituali amore igniti, certum omnino est: quod eorum peccata extent grauissima, dum non existit solliciti sanctæ ac spiritualiter conuerfari: cum quæ omittunt & negligunt se spiritualiter exercere in suo secreto quotidie, prout præcedenti articulo tactus est, efficiuntur penitus seculares ac insensibiles corde ad spiritualia & diuina. Et quia non delectantur in Deo & actibus virtuosis, quærunt & diligunt consolationes externas in verbis & factis, in cibis & potibus, in ludis, in choreis vanitatibusque mundanis, in venatibus quoque & in sanjs falsis, intantù vt hastiludia & torneameta ab Ecclesia districtè prohibita intueri, imò & accedere vel etiã introire non erubescant: & ita paulatim labuntur in vitiorum voraginè, in omnem carnalitatè, in omnem luxuriã speciè, in vagam & irrefrenatam libidinem: intantum, vt nec deo consecratis virginibus, nec fœminis maritatis parcant aut deserant. Et heu in his & cum his Ecclesiastica bona cõsumunt. Et quia sola secularia atque carnalia quærunt, spiritualium virorum & doctorum Theologia aut Iurium societatem, collationem & cohabitationè rarè aut nunquam curant neque procurant, sed cum carnalibus & secularibus hominibus, cum vagis iuuenibus adulescentibusque intimatoris & lasciuis tota eorum consolatio, conuersatio & confabulatio est: de spiritali regimine, de animarum conuersione, de lapsorum reformatione vix cogitant: quia nec de propria solliciti sunt salute. Ecce ad quid deuenit status Ecclesiæ, ad quantam miseriam & ruinam, id quæ potissimè propter recessum pontifici à sanctæ charitatis seruore, à sancta ac spiritali conuersatione. O quàm infinita & incomparabiliter dura damnatio his instat, nisi verè pœnitent, & dignè se corrigant.

Contra irrationabilem quorundam pontificum executionem. Articulus XIX.

Insuper ad præacta respondèbunt episcopi, rem hanc impossibilem esse: videlicet episcopum qui tot & tanta habet quotidie in exterioribus agere, & seculares causas ac terrena negotia pertractare, ac paci vrbium prouidere, tam sanctè & spiritaliter viuere, ac omnia reformare, vt dictum est. Ad quod primò respondèdum est: quia, vt ait sanctus Hieronymus, Maledictus est qui asserit, Deum sapiètem ac

psal. 96.

psal. 29. *ost. de tormentis, c. 3. ult.*

2. Reg. 15. 3. Reg. 17. 4. Reg. 18. 4. Reg. 22.

Phil. 4.

Horæ diei vt prudentes distinguenda prelati.

Galat. 5.

bus corporis sui, id est, refectioni & somno. quanto magis præsumebat sic vel adhuc melius facere, nullumque tempus infructuose facere, nec difficilem reputare laborem, quo potest animarum sibi commissarum procurare salutem? Nam sicut in libro Sapientie scriptum est, Bonorum laborum gloriosus est fructus. Quod faceret pro millibus auri vel argenti, non piget pro anima facere rationali, pro dei honore, pro sui ipsius & multorum millium hominum felicitate.

Sep. 1.

Quòd maior ac principalior cura & occupatio præsulis debeat circa spiritalia ac diuina uersari. Articulus XX.



Vamuis quidam episcopi terrarum istarum non solum sint spiritalia & opera virtuosã, quæ videntur nunc eis impossibilia, viderentur & essent eis non solum possibilia, sed & facilia & iucunda: imò si apponerent tantam diligentiam & conatù ad regimen spirituale, ad reformationem cõmunem, ad procurandum animarum salutem, sicut apponunt ad regimen seculare, ad defensionem patriæ, siue ad obtinenda temporalia bona siue dominia, quæ eis debentur, casualiter resisterent inuisibilibus hostibus, qualiter resistunt visibilibus inimicis, experientia demonstraret, quàm possibile eis esset prædicta implere. Amplius, si perpendant, quàm paratus sit omnipotens Deus eos iuuare, & confidant in eo, faciunt quod in ipsis est, inuocando indefinèter ac feruèdè gratiosum auxilium dei, sentiant sibi possibile esse per adiutorium gratiæ dei, quod ex viribus suis non valent: & cum Apostolo dicent: Omnia possum in eo, qui me confortat. Postremò, si horas totius diei prudenter distinguant, & singulis horis deputent singulas actiones occupationesque proprias, quantum hæc poterunt prouidere & ordinare, inuenient sibi horas diei sufficere ad vacandum aliquibus horis Deo & deuotioni & spiritalibus actibus curæ pastoralis circa subiectos: & si forsitan vno die fuerint à talibus actibus aliquoties ex magnitudine occupationum secularium impediti, poterunt alia die recuperare. Vnde legitur de quodam rege Angliæ, quòd horas diei cuiuslibet diuisit in tres partes, hoc est, in tres octo horas: ita quòd octo horas deputauit quotidie spiritalibus actibus cultus diuini, octo etiam horas expediendis negotijs regni, & octo horas necessitati-

bus est melior, quanto etiam libertas à seruitute vitiorum ac vinculis captiuitateque demonum desiderabilior est libertate à seruitute & captiuitate visibilibus hostium, tanto diligentius ac inaccessabilius debet omnis episcopus occupari in regimine spiritali, quàm seculari: & si oppositum fecerit, habet se ordine præpostero ac peruerso, præferens temporalia ac terrena spiritalibus, perpetuis & diuinis, quod totaliter displicet Deo. Hinc in visione quadam cœlesti sanctus Ambrosius apud beatam Brigittam, dixit: Ego sum Ambrosius episcopus, qui tibi appereo, loquens tibi per similitudinè, quoniam cor tuum non potest capere intelligentiam spiritalium sine similitudine aliqua corporali: Vir quidam erat habens uxorem legitimam valde venustam, nobilem ac prudentem, cui tamen ancilla complacuit plùs, quàm vxor. Et ex hoc tria mala contingebant. Primù est, quòd verba & gestus ancillæ magis eù laudificabant quàm vxoris. Secundũ est, quòd ancilla vestiebat pretiosissimis vestimentis, non curans quod vxor sua esset pannosa, ac communi panno vestita. Tertium est, quòd quotidie nouem horas morabatur cum ancilla, & vna tantummodo hora cum coniuge etiam inuitus. Venies autem quidam de propinquis vxoris ad virum illum adulterum, grauiter increpauit eum, dicendo: Ad legitimam tuam uxorem charitatem tuam conuerte, eam amando & vestiendo vt decet, nouemque horis cum ipsa manendo, & sola vna hora cum ancilla: alio qui scias te morte pessima periturum. Per istum adulterum ego Ambrosius episcopus istum intelligo, habentem episcopale officium, sed vitam carnalem & adulterinam. Ipse namque suæ Ecclesiæ spiritali cõpula ita coniunctus est, quòd ipsa sua ecclesia esse deberet sponsa eius charissima, qui tamè charitatè suã ab ipsa retraxit, multo plùs diligens mundum seruirem, quàm sponsam suam diuinam tam præclaram, id est, Ecclesiam. Ideo tria mala facit. Primũ est, quòd de fraudulenta mundi adulatione plùs gratulatur, quàm de morigerata dispositione sanctæ Ecclesiæ. Secundum est, quòd omnem ornatum mundi diligit, de defectu verò ornatus Ecclesiastici, spiritalis vel corporalis, minus aut nihil curat. Tertium est, quòd nouem horas quotidie expendit pro mundo, quærèdo eius diuitias, delicias & honores, & solam vnam horam pro ecclesia dei, quasi inuitè facièdo aliqua bona spiritalia, non tamen ex charitate, sed ex seruilis timore. Timet enim supplicium ignis infernalis, & si posset cum corporis sospitate & rerum mundanarum abundanti-

Similitudo lepidi episcopi mali ad uirum adulterum

dantia æternaliter viuere in hoc mundo, de carentia supernæ beatitudinis non curaret. Propterea tibi certissimè dico & iuro, quòd nisi se citò ad suam Ecclesiam conuerterit, cum ipsa horas nouem ducendo, & vnam cum ancilla, id est, cum mundo, non tamen eum diligendo, sed eius diuitias & honores inuitus habendo secundum decentiam episcopalis officij, & omnia ad dei honorem humiliter ac rationabiliter disponendo, ipse in anima sua percussione tam grauem habebit, sicut ille, qui tam horribiliter percuteretur in vertice, quòd vsque ad plantam pedis toto corpore dissolueretur: imò æternam, amarissimam damnationem recipiet, & propriæ conscientie remorsu æternaliter punietur.

Cui rei comparetur malus episcopus.

Articulus XXXI.

Beatissima virgo Maria in reuelatione dixit ad Brigittam sanctam: Scriptura dicit: Qui diligit animam suam in hoc mundo, perdet eam. sic malus episcopus, qui diligit animam suam iuxta omnem voluptatem suam carnalem, immundam ac fœtidam, spiritualis autem delectatio non est in corde ipsius: ideo bene comparatur flabello pleno vento iuxta consolationem. Nam sicut consumptis carbonibus & ære ignito frigente, adhuc ventus remanet in flabello: sic Episcopus talis quamuis naturæ suæ tribuit omne quod appetit, consumens inutiliter tempus suum: tamen delectatio sensualis remanet in desiderio suo, sicut ventus in flabello. Nam voluntas eius est semper ad cupiditatem, voluptatem & elationem: ex quibus induratus corde, dat aliis exemplum audaciamque peccandi: qui consumpti in vitiis, defluunt & corruunt in infernum. Non ita dispositus fuit ille bonus Ambrosius episcopus: nam eius cor plenum fuit diuina voluntate & charitate, & sobrius fuit in somno & cibo: & exullans voluntatem peccandi, tempus suum consumpsit vtiliter ac honestè. Ipse quippe bene vocari potest flabellum virtutum. Sanauit enim in subditis suis vulnera vitiorum verbis & sermonibus veritatis, in cenditque frigidus charitatis diuina per virtuos exempla: feruidi quoque in voluntate peccandi, refrigerunt ex pura ipsius vita & casta. Porro, malus Episcopus similis est testudini, quæ iacens in innata sua putredine, trahit caput in terram: sic iste iacet & delectatur in abominatione, tra-

hens animam ad terrena, non ad sempiterna. Tria reduco ei ad memoriam. Primum est, qualiter hucusque tenuerit officium sacerdotale. Secundum, quid significet verbum illud Euangelij, Veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Tertium, cur temporalia atque carnalia tantum feruent in corde ipsius, creator verò omnium frigidus & despectus est in animo eius. Ideo nisi citò resipuerit, iuxta magnitudinem suorum excessuum æternaliter grauissimè punietur ac disperibit.

Episcopus nisi institueret debeat totam uitam suam.

Articulus XXXII.

Ad beatam Brigittam dixit dignissima virgo Maria: Si episcopus iste proponit ire per arctam viam salutis, deponat primò grauem pondus deprimens eum: id est, omnem mundi cupiditatem, & exteriora mundi bona habeat solùm ad necessitatem vitæ præsentis, secundum humilem status sui decentiam. Secundò sit præcinctus ad viam: quia tenetur esse præcinctus cingulo iustitiæ & charitatis diuinæ, paratus ire per illam viam, per quam iuit Christus qui dixit: Ego sum pastor bonus, qui pono animam meam pro ouibus meis. Paratus sit loqui veritatem in omnibus, & facere iustitiam in seipso ac subditis. Nec dimittat iustitiam propter minas aut opprobria hominum, nec propter amicitiam falsam aut vanum timorem. Tunc venient iusti ad eum & sequentur doctrinam ipsius & opera. Tertio comedat cum Helia buccellam panis: id est, Deum super omnia diligat, quam buccellam inueniet ad caput suum quoniam ratio sua docebit eum, quòd Deus sit super omnia & præ omnibus diligendus propter creationem & redemptionem, & propter suam bonitatem & patientiam, qua tam diu & piè expectauit ipsius episcopi emendationem. Deinde Episcopus bibat modicum aquæ, id est, amaritudinem passiois Iesu Christi intimè cogitet: atque à prima hora diei regratiatur Deo toto corde, sollicitè recogitans actus suos, & petat gratiosum auxilium Dei ad faciendum voluntatem ipsius in omnibus. Cùm se verò induit, oret hoc modo: Cinis tenetur esse cum cinere, & terra cum terra. Veruntamen quia ex prouidentia Dei Episcopus sum, induo te corpus meum vestibus, quæ ex terra sunt, non propter pulchritudinem neque superbiam, sed propter decentiam, ne nuditas tua appareat. Nec curo vtrum indumentum sit melius aut vilius, sed tantum vt

Matth. 23.

Iohan. 10.

3. Reg. 17.

ad

ad reuerentiam Dei episcopalis habitus agnoscat, & ex habitu discernatur episcopalis autoritas ad informationem correctionemque aliorum. Ideo precor te Deus pijsime, da mihi in animo stabilitatè, ne extollar de exteriori ornatu, sed in animo ad orner omni virtute, vt deceat episcopum coram te. Deinde legat horas suas deuotè atque distinctè. Post celebrationem Missæ exerceat episcopale officium, cauendo sollicitè, ne plus attendat ad corporalia, quam ad spiritualia. Quòd verò accedit ad mensam, dicat: O Domine Iesu Christe, da mihi corpus meum ita reficere, vt non improbè contra animam insolescat ex ciborum & potuum superfluitate, nec in obsequio tuo deficiat ex indisereta parcitate. In mensa autè permittitur episcopo moderata consolatio & colloquio circumspecta, in qua vitetur omnis surrilitas, omnisque vanitas, ne tale verbum proferatur, quo aliquis incitetur ad peccandum, sed omnia sint salubria & honesta. Quemadmodum enim in mensa corporali deficientibus pane & potu, omnia extant insipida: sic in mensa episcopi deficiente bona doctrina & exhortatione, omnia quæ apponuntur, insipida sunt. Ideoque vt euitetur vanitatum occasio, legatur aut recitetur aliquid tale in mensa, quo edificetur presentis. Còpleta refectioe & gratiis dictis, inquirat episcopus de agendis, vel libros legat, ex quibus ad perfectionem virtutù trahatur, & omnes familiares ac domesticos suos alliciat verbis & factis ad timorem Dei, vt sit pater eorum per diuinam autoritatem, & mater per spiritualem educationem. Si verò agnouerit aliquem illorum peccare mortaliter, nec ex sua doctrina respicere à peccatis, remoueat illum à se: quem si retinuerit apud se propter commodum temporale, non erit immunis à peccatis illius. Pergens verò ad lectum suum, examinet diligenter, qualiter diem expenderit, & quomodo atque in quibus rebus deliquerit, & dicat: O Domine Deus, da mihi per gratiam tuam, vt ex somni abundantia in tuo seruitio non tepecam, sed moderare somnum meum, & da mihi fortitudinem, vt diabolus nõ inquietet me, nec abstrahat me à pietate & gratia. Surgens verò à lecto, diluat confessione si quas negligentias caropassa est, ne somnus noctis præteritæ.

Prosecutio informationis istius, & qualiter episcopo necessaria sint patientia atque constantia cordis.

Articulus XXXIII.



Dixit mater Dei sacratissima virgo ad Brigittam sanctam: Dic episcopo, quòd si inceserit per præfatam viam virtutum, oportebit eum sustinere malitiam hominum iniquorum, qui derident opera iusta, & deprauant iustorum vias ac monita, & quicquid pium ac humile est, paruipèdunt. Contra hos induat se episcopus veste patientiæ & constantiæ: quoniam patientia facit grauiam esse suauiam, contumeliasque illatas facit pati gaudenter. Insuper oportebit episcopum bonum spinas (id est, aduersitates & vitiorum impugnationes) tolerare, contra quas habere debet indefinentem memoriam præceptorum consiliorumque Dei, vt quum pupugerit eum spina aduersitatis aut pauperatis, consideret Christi paupertatem & amarissimam passionem. Porro dum pungitur spina iræ suæ inuidiæ, consideret charitatem Dei ad nos, & qualiter iussit vt charitatem seruemus, & inuicem diligamus. Charitas enim vera non querit quæ sua sunt, sed se totam exponit ad Dei honorem & proximorum vtilitatem. Amplius, adhuc admoneo & auiso episcopum de tribus inimicis qui sunt in via. Primus inimicus nititur sibilare in aures episcopi, vt obstruat ipsius auditum: secundus stat ante eum, vt perugat oculos eius: tertius est ante pedes eius, clamans altè & habens laqueum quo illaqueet pedes episcopi, quòd eleuat eos à terra. Primus inimicus sunt hoies illi, qui nituntur episcopum retrahere à via recta, dicentes: Cur tibi assumstantur laborè, & pergis per viam tantam arctam? Diuerte ergo magis in spatiosam & floridam viam, per quam vadunt plures. Quid ad te quomodo viuunt illi & ille? Quid ad te obiurgare & offendere illos, à quibus amari posses & honorari? Quid curge est tibi, quòd viuat, dummodo nõ offendat te & tuos? Si tu ipse bonus es, sufficiat tibi. Quid ad te alios iudicare? Da potius munera & accipe, vt ere amicitia hoim, vt lauderis & bonus voceris in vita tua. Porro, secundus inimicus desiderat excecare episcopum, quemadmodum Philistæi Samsonem. Ille hostis sunt pulchritudo mundi, possessio & opulètia rerum, luxus vestium, varius apparatus ornamentoium, honores hominù & fauores. Dum enim hæc offeruntur oculis, & homini placent, ratio excæcatur, te pescit amor mandatorum Dei, & peccatum licentius perpetratur & modicum reputatur. Propterea cùm episcopus habuerit moderatè necessaria, contentetur. Nam multis iam dulcius est stare ad molam cupiditatis, quam diligere Ecclesiam secundum laudabilem pastoralis curæ dispositionem. Tertius hostis

*Iam. 15.
Cor. 13.*

*Hostis tres,
episcopis insidiantes in uia hac.*

*II
Iudic. 10.*

clamat altè habens laqueum, & dicens episcopo: Cur vadis tam cautè & timoratè accapite inclinato? Cur tantum te humilias, qui à multis debes & posses honorari? Procede ad dignitates maiores: vt maïora acquiras seruitia, & ampliori fruaris quiete. Congrega thesauros, quibus & alios iuues & consolers, & vbiq; sis lætus. Cumq; animus talibus affectionibus & suggestionibus fuerit inclinatus, mox praua delectatione se vertit ad cupiditatem terrenam, qua ita inuoluitur laqueo curæ mundanæ, quòd vix confurgit ad considerationem suæ miseræ, & præmiorum suppliciorumq; æternorum. Nec mirum. Scriptura enim dicit: Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Nunc autem pleriq; desiderant honorem, & refugiant laborem.

Declaratio plenaria, qualiter episcopus exercere debet episcopale officium: & de occurſu Iesu Christi omniumq; sanctorum ad uerum & iustum episcopum.
Art. XXIII.

IQuebatur genitrix Dei in visione ad Brigitam: Ego exponere volo episcopo, quid facere teneatur: Omnis episcopus debet habere infulam in brachijs suis bene custoditam: non vendere eam pro pecunia, nec concedere alijs propter amicitiam, nec per tepiditatem & negligentiam perdere eam. Quid significat infula ista, nisi potestatem & dignitatem episcopalem: videlicet ordinare clerum, conficere christiana, errantes corrigere, excitare negligentes per opera virtuosa? Quòd verò in brachijs debet habere infulam bene custoditã, designat, quòd sedulo debet cogitare qualiter potestatem episcopalem accepit, & qualiter eam tenuerit. Attendat, an episcopatum accepit propter se, an propter Deum & Dei honorem. Nam si propter se accepit episcopatum, peccauit: & inde poeniteat, quia accipere debuit vt esset pauperum pater, mediator, consolatorq; animarum. Nam bona episcopalia, bona sunt animarum: quæ si instructuo se consumuntur, & prodigaliter expenduntur, clamabunt & postulabunt animæ illæ vindictam super iniustum dispensatorem. Denique, fructus episcopalis officij magnus est in cælo & in terra, in qua est vicarius Dei, propter quod quasi Deus honoratur ab omnibus. Sed si vitam verè episcopalem refugerit, duplici confusione est dignus. Quòd autem potestas episcopalis non debet vendi, designat, quòd episcopus nullo modo debet esse Simoniacus, nec exercere officium suum propter

pecuniã hominũ ue fauorè: nec promouere propter hoim preces, quos scit esse male vtatæ. Porro, quòd infula non debet alijs concedi propter amicitiam hominũ, id significat, quòd episcopus non debet peccata negligentium dissimulare, nec illos dimittere impunitos, quos potest & debet corrigere, nec file re peccata amicorum & cognatorũ propter carnalem amicitiam, nec dorſo suo imponere peccata subditorum, quia episcopus speculator est Dei. Quòd verò episcopus non debet perdere infulam per negligentiam aut tepiditatem, significat, quòd non debet alijs committere ad faciendum ea, quæ personaliter tenetur & potest fructuosius facere: nec propter carnalem quietem dimittere alijs, quæ ipse perfectius posset implere: quia officium episcopi non est quietis, sed laboris. Nec episcopus ignorare debet mores & vitæ eorum, quibus committit officia, sed scire atque inquirere qualiter seruant inſtitiam, & an prudenter & non cupidè habeant se in agendis. Insuper, episcopus, qui est vicarius summi pastoris, tenetur habere fasciculum florum sub brachijs suis, quo ille etiam oues vicinæ ac remotæ, currant gaudenter post odorem ipsius. Iste florum fasciculus significat diuinam prædicationem, quam episcopus habere & exercere tenetur. Duo quoque brachia eius, quibus portat fasciculum, sunt duo opera episcopo necessaria, vtputa opera bona in publico, & opera bona in abscondito, quatenus oues vicinæ in episcopatu eius videntes charitatem episcopi in suis operibus, & eam audientes in verbis ipsius, glorificent Deum in suo episcopo. Oues autem remotæ percipientes famam episcopi, desiderent cum sequi. Nam iste est suauissimus fasciculus, non erubescere veritatem & humilitatem Iesu Christi, docere bona & eadem facere, esse humilè in honore, & deuotum in abiectione. Cumq; episcopus impleuerit omnia ista, necesse est vt præsentet & offerat cor suum Deo euacuatum ab omni voluptate immunda & appetitu transitorie laudis. Cumque introducendus est talis episcopus in regnum gloriæ, occurrit ei Christus Deus & homo cum omni sanctorum exercitu. Tunc episcopus talis audit angelos dicentes: O Deus gaudium nostrum & omne bonum, iste episcopus mundus fuit in carne, virilis in operatione: decet ergo nos eum representare tibi: desiderauit nanque societatem nostram quotidie. Ideo imple desiderium eius, & auge ex eius aduentu nostrum gaudium. Tunc dicent & cæteri sancti: O Deus, gaudium nostrum est de te & in te, nec alio indigemus. Attamen gaudium nostrum

a. Timo. 3.

Infula episcopi
paliu mysticè
quid.

Florũ fasciculus
episcopo
sub brachijs
mysticè portandus.

Occurſus
Christi &
sanctorum
ad uerum
episcopum.

nostrum excitatur ex gaudio animæ huius episcopi, quæ dum potuit, desiderauit te. Portauit enim suauissimos flores, salubria documenta, & optima verba in ore, quibus augmentauit numerum nostrum: portauitque exempla bona in opere, quibus refecit vicinos sibi & longè distantes à se. Ideo da ei gaudere nobiscum. Tunc etiam ad eum dicit rex gloriæ: O amice, venisti mihi præsentare cor tuum vacuum à propria voluntate & impuritate peccati. Idcirco te implebo in æternum delectatione & gloria mea. Lætitia mea est tua, & tua lætitia mea est. Hæc omnia ex Reuelationibus sanctæ brigittæ sumpta sunt.

De aliquibus uitijs, quæ episcopis & prælatis ac cæteris præſidentibus solent esse magis familiaria, & de remedijs contra eadem.

Artic. XXV.

Ltitudini prælaturæ solet se admiscere magnitudo superbiæ. Propter quod sanctus Bernardus libro de Consideratione scripsit ex Senio Papæ: Præſis, vt proſis, & ne dominari affectes homo homini, vt non dominetur tui omnis iniustitia. Nam nullum venenum, nullum gladium magis tibi formido, quàm libidinem dominandi. Denique, præſidentibus multi sapientius blandiuntur, & facta ipſorum etiam vituperabilia laudant, quæ corripere debuerunt. Ideo dum à cunctis beatificantur & honorantur, intra se incautè atque inaniter extolluntur. Ideo ait sanctus Gregorius: Vicina potentibus superbia esse solet, & affluentia rerum penè semper sociatur elatio: ita quòd magnum est, dum in corde sublimiũ regnat humilitas morum. Hinc iterum loquitur: Plerumque qui præſunt inordinatum metum à subditis exigunt, & non tantum propter Dominum, sed & pro Domino honorari volunt. Intus enim se tumore cordis extollunt, cunctosque subditos comparatione sui despicunt, nec condescendendo consulunt, sed dominando premunt: quoniam alta cogitatione se intra se erigunt. Hinc in super sequi solet ira immoderatissima, vltio excessiua, impatientia grauis, indignatio pertinax, deinde discordia periculosa inter ipsos & subditos. Contra quæ omnia necessaria sunt prælatis humilitas, magna mansuetudo, inuicta patientia atque prudentia, sicut ostendunt præhabita. Amplius, in principibus & magnis prælatis solet regnare incauta credendi facilitas: ex qua mala plurima oriuntur, videlicet suspiciones peruersæ, innocentum oppressio, & corũ, qui sunt recti

corde, persecutio dura. Quod expertus rex Afluerus, asseruit: Quidam aures principum simplices & ex sua natura alios æstimantes, callida fraude decipiunt. Contra quod oportet eum, qui præest, esse circumſpectum & oculatum ex omni parte, nec omni spiritui faciliter credere, neque ex leui suspitione ad alicuius punitionem procedere. Præterea, in præſidentibus & prælatis solet regnare acceptio personarum, ita quòd personas magis attendunt, quàm causas & merita: quod, teste beato Ambrosio, maximum est peccatum in episcopis atque iudicibus. Contra quod malum oportet eos esse omni iustitia perornatos, & Deum iudicem suum semper habere præ oculis. Postremò, solet in quibusdam principibus ac prælatis esse quadam instabilitas cordis in diligendo, ita quòd nunc ad istum, nunc ad illum nimis immoderatè afficiuntur: ex qua immoderata & incircumspecta affectione cadunt in diuersa peccata, nimis sequendo affectum magis, quàm rationem, sicque indignos promouendo, & eorum consilia periculose sequendo: cetera quod debet in esse cordi superioris vera prudentia & charitas ordinata, vt meliores & sapientiores plus amet, promoueat & sequatur, nec antiquum relinquat amicum verè fidelem, eccl. 9. cui nouus vix similis erit.

Que debeat esse summa sollicitudo, præcipua occupatio, & principalissima actio cuiuslibet præſulis omni die.

Artic. XXVI.

Episcopus comparatur ad totam Ecclesiam sibi commissam tanquam ad vnum exercitum, & tanquam ad vnum ouile ac vnum gregem: Ideo primò & maximè debet cogitare, a se iduè desiderare, intendere, exquirere, totisque viribus procurare commune bonum totius sibi creditæ Ecclesiæ, præsertim in spiritualibus, deinde in temporalibus: nec debet intendere aut quarere sui ipsius honorem aut propria commoda, sed Dominũ Dei sui gloriam & honorem, vt ipse, creator omnipotens & æternus ab omnibus subditis suis debitè honoretur per diuorum & Ecclesiasticorum obseruantiam præceptorum. Primò ergo & maximè optet episcopus, vt vniuersus populus sibi cõmissus neo adhereret, obediat & ministrret, sicut tenetur vnusquisque secundũ suę exigentiã vocationis: & pro hoc apud Dñm iugiter intercedat. Deinde cũ viris iustis, sapientibus & timoratis sapientissimè conferat, cõsulat, perſeruetur, qualiter

Est. 16.

1. Ioan. 4.

Personarum
acceptio.
Iaco. 4.

Instabilitas
cordis.

Bernardus.

Psalm. 139.
Vitia quæ in
prelatis ut
plurimum
insidiantur.

Superbia.
Gregorius.

Ira immoderata.

Credendi
incauta
facilitas.

illud efficacius possit cum adiutorio Dei ad effectum perducere salutem. Ad quod in primis requiritur, ut aliorum rectores, pastores & predicatores, videlicet quatuor ordines mendicantium, virtuosae & exemplariter conuersentur, & sua officia laudabiliter exequantur. Idcirco pro omnium horum reformatione & iusta conuersatione debet presul omnem suam adhibere diligentiam & laborē. Quod ut liberius possit peragere, debet minorā & terrena negotia particularesq; causas non multum arduas committere viris idoneis, prudentibus, timoratis: & non occupare se in rebus paruis ac vilibus, sed in exercitijs sanctis, spiritualibus ac diuinis, quemadmodum ad dignitatis suae excellentiam spectat. Præterea ut episcopus populo suo copiosius possit proficere, studeat se vrbibus suis ac cæteris subditis exhibere amabilem, & pacē cum ipsis habere, nulli iniuriando, ut cum Dauid regē dicere queat: Non proponebam ante oculos meos rem iniustam. Et cum Samuele propheta ac iudice: Neminem calūniatus sum, nullū oppressi, nec munus de manu alicuius accepi. Postremò contra antistites, qui relictis maioribus, circa vilia ac minima quotidie occupantur, loquitur sanctus pater Bernardus: Quid turpius indecentiusq; episcopo, q̄ quotidie incubere suppellectili & substantiæ suæ, scrutari omnia, de singulis sciscitari, suspiciōnisq; morderi & moueri propter singula queque perditā aut neglecta? Ad uerēcūdiām loquor quorundam hominum. Mira res: satis superq; episcopi habent ad manū cui animas credant, & non inueniunt cui facultates suas committant. Optimi, imò pessimi aestimatores rerū, qui magnam de minimis, & paruam aut nullam de maximis curā gerant. Sed ut liquiddatur intelligi, patienter magis ferūt Christi iacturam, quā suam propriam: & minūscurant animarum perditionem, quā facultatum suarum amissionem. Quotidianas expensas quotidiano inuestigant scrutinio: & continua dominici gregis detrimenta & vitia nesciunt aut non curant. De pretio escarum & numero panum quotidiana cum ministris discussio est: rarum admodum de populorū peccatis examē, nisi forsā propter extorquendā pecuniam. Cadit asina, & est qui subleuet eam: perit anima, & nō est qui reputer. Nec mirum: quia nec proprios assiduosque suos defectus & excessus sentiunt & deplorant. Ecce quanta est negligentiam atque carnalium prælatorum excæcatio, perueritas & excessus, qui temporalia & terrena spiritualibus & æternis sic præferunt, & suarum implementationem burfarum diuinæ maiestatis honori

& animarum saluti sic anteponunt: neq; aduertunt, quā districatissimam rationem ab eis exiger Christus pro animabus, quas tam pretiosissimè emit, tamq; liberalissimè liberaliuit, pro quibus in mortem acerbissimam tradidit semetipsum.

Quod episcopus à seipso & à suis domesticis debeat reformationem salubrem incipere.

Artic. XXXVII.

Sicut præhabitu est, Caritas incipit suo subiecto, deinde à sibi vicinioribus & magis propinquis. Oportet ergo, ut presul in primis seipsum irreprensibilem representet, & de hoc satis reor prædictum: deinde à suis domesticis, collateralibus familiaribusque ministris debet reformationem & emendationem strenuè inchoare. Hoc quippe sanctus apostolus euidentissimè docet ac protestatur, dicendo: Si quis domui suæ nescit præesse, quomodo ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Itemque: Si quis suorum, & maximè domesticorum, curam nō habuerit, fidem negauit, & est infideli deterior. Deniq; sicut videmus, omne agens communiter primò ac fortius operatur in propinquiora, quā remotiora: idcirco paternæ correptionis ac correctionis præceptū debet potifex primò ac principaliter implere & exercere in suis domesticis propriisq; ministris & sibi præsentibus: ideo quicquid in illorum verbis, operibus, vestitu, incessu, apparatu, cōuersatione reprehensibile aut culpabile fuerit, id turpius est præsulū, & in caput eius redundat, nisi debitam diligentiam & conatum apponat ad reformandum omnia illa, incorrigibilesq; à sua remoueat domo, & suis priuet officijs, ac iustus pœnis subiiciat. Et si præsul ita non egerit, certū est, quòd in eo non sit aliquis feruor diuini amoris, nec spiritalis dilectio ad sibi commissos, nec uerè zelus iustitiæ, sed carnalis & tepidus est, & dominatur in eo improbus amor sui, non caritas Dei: nec frontem habet cor ripiendi castigandiq;ue alios, cum negligentia & iniustitia sua in proprijs domesticis innotescat. Hinc sanctus Bernardus scripsit summo potificali, quod etiam vnicique pontifici scribi potest & dici: Omne quod perperam agit ut præsentē, id turpius tibi est. Pertinet ad te, ut hi, quos præ oculis habes, ita sint ordinati in vita, & informati in moribus, quatenus totius honestatis ac concordantiæ speculum sint & forma. Non licet tibi, ut vitia domesticorum tuorum vltimus scias. De disciplinatu tu prouides: si insolentior sermo coram te sonuerit, si indecens habitus apparuerit,

Esaie. 58.

1. Timo. 5. 1. Timo. 5.

Reformatiōnem salubrem ac inchoare debet episcopus à seipso & à suis domesticis.

Bernard.

10. q. 1. c. 1. ple. cuit. Archidiaconorū officij qd requiratur.

23. d. c. his igitur. De ill. & hoc. c. c. d. de c. clericis. c. ex literis.

rit, manus tua sit super huiusmodi: vlciscere iniuriā dei. Impunitas a sum parit, ausus excessum. Domum episcopi decet sanctitudo, modestia & honestas, quorum custos est disciplina. In vultu, in habitu, in incessu illorū, qui tecum sunt, nil residere impudicum, nil indecens patiaris. Præterea reformationi illorum oportet primò insistere, qui alijs in exēplum potissimè proponuntur: quoniā ex illorū reformatione maior cōsequitur fructus, quemadmodū etiā ex ipsorum irrefractione plura grauioraq; scandala oriuntur. Sed ut sancti pontifices Augustinus & Ambrosius attestāt: Domus episcopi quasi in specula ponitur, & est magistra publicæ disciplinæ: quicquid in ea agitur, id omnes putant sibi licere. Idcirco necesse est, ut suos domesticos & ministros in primis reformet ac iuste gubernet episcopus, nec comatulos pueros comptosq; adolescentulos habeat secum. Certè inter mitratos non decet discurrere calamistratos.

Qualiter deinde sit procedendum ad reformationem archidiaconorum & cæterorum curam animarum habentium.

Art. XXXVIII.

Archidiaconi sunt quasi oculi præsulum, qui post præsulē magna & præcipua quadam iurisdictione funguntur: quoniam spectat ad eos, ut vnusquisque eorum in omni loco & termino sibi commissio, inquirat atque consideret, qualiter sacerdotes curati & eorum vicarij ac subditi eorundem se habeant: An sacerdotes sint casti, & sacerdotalem vitam ducentes, sobrij, decenter vestiti & exemplares in omnibus: An diuinū officium debitè exequantur, ac populum sapienter informet, publicè prædicando, ac priuatim hortando: An ecclesiastica sacramenta cum debita reuerentia administrent: an vitent tabernas, choreas, venationes, spectacula, inhonestosque ludos & contubernia feminarum, nec aliquam habeant mulierem cohabitatem, nisi secundum canones sacros permissam, puta tã vetulam aut propinquā, ut ex cohabitatione non possit mala oriri suspicio. Deinde examinent libros diuini officij, an sint correcti: quia frèquenter in multis locis sunt incorrecti: de quorum sufficienti & vera correctione prouideant. Insuper inuestigent & sentent, qualiter viuunt parochiani: an suis plebanis sint obedientes, & præceptis Dei & ecclesiæ, & an inuicem pa-

cificè cōuersentur: & quicquid in his cognouerint archidiaconi, sollicitè & sincerè reuelent episcopo. Prouideat ergo episcopus, ut ipsi archidiaconi in primis sint iusti, timorati, sufficienterq; eruditi ad suorum executionem officiorum, nec de aliqua incontinentia notati aut rei: sed exemplares omnino his, quos habent corrigere, & ut tempore opportuno ac præfixo diligentissimè visitent parochias eis commissas, utputā ipsos plebanos seu eorum vicarios iuxta omnia iam præacta: & quos reos inuenerint, iuste sine personarum acceptione secundum iura corripiant & castigent. Plebem quoq; salubriter exhortentur, & omnia deformata reformare cōentur: nec querant commoda sua, nec recipiant munera, quod eis sub pœna excommunicationis prohibetur in iure: nec pro aliqua taxa pecuniæ permittant sacerdotes cum concubinis aut suspectis mulieribus residere aut permanere: sed per subtractionem ecclesiasticorū reddituum, & per priuationem beneficiorum ac officiorum suspensionem puniant incorrectos secundum iuris tenorem. Et summè prouideant præsules, ut visitatio parochiarū non fiat nisi per viros uerè idoneos, Deum timentes, literatos ac iustos, qui non querant burfam suam implere, sed Dei honori ac cōmuni salutī, laicorumq; ædificationi prospiciere: alioqui vnuerfa peccata tã archidiaconorum, quā sacerdotum curatorum ac vicariorum eorum, nec non & parochianorum in episcopum negligentē utiq; redundabūt. Nequaquam ergo permittant istes sacerdotes: cū concubinis aut mulieribus prohibitis habitare: quia hoc enormiter, imò in effabili liter populum scandalizat: & ipsi sacerdotes ita agentes peccant grauisimè: imò in omni actu ordinis sacri peccant mortaliter, dantq; parochianis suis omnimodam occasionem & prorsus effrenatam peccandi audaciam. Ut igitur tot & tanta facinora euitētur, impleat & impleri faciat potifex omnia iam præacta, & præsertim ut sacerdotes mulierculas à domibus suis remoueant, ne cū illis postea confabulari aut præuaricari inueniantur: alioqui, ut tactum est, cuncta peccata & crimina illa redundabunt in præsulē super his negligentem.

De diligentia & conatu pontificum circa reformationem quatuor ordinum. Art. XXXIX.

Quemadmodum potifex summus magis propriè comparatur ad totam vniversalē ecclesiam, quā ad quamcunq; ecclesiā particularem: sic quilibet inferior presul peculiaritè cōparatur

Archidiaconi quales esse debeant.

Iaco. 4.

Extra de Symonia. c. nō satis ca. cū in Eccl. & 1. q. 3. c. saluator. 1. q. 1. ca. nullus episcopus.

Mulierū cohabitatio sit peccata sacerdotibus.

paratur ad totam particularem ecclesiam sibi commissam, quàm ad aliquam eius partem. Et sicut cæteri episcopi vocantur in partem sollicitudinis à summo pontifice, sic sacerdotes curati vocantur in partem sollicitudinis à suo diocesano episcopo: ideo propriè non sunt prælati, sed adiutores & quidam cooperatores episcoporum, vt super quartum Sententiarum sanctus Thomas declarat. Porro, quatuor ordines mendicantium dati sunt in adiutorium curatorum, ita quòd ex speciali priuilegio eis concessio possunt curatos iuua re, publicè prædicando, confessiones audiendo, & quædam similia faciendo. Ideo sicut circa virtuosam & exemplarem conuersationem curatorum tenetur episcopus esse sollicitus, ne per eorum negligentiam scandolofamq; vitam pereant animæ sibi commissæ: sic & circa virtuosam exemplaremq; conuersationem religiosorum quatuor ordinum in diocesi sua manentium debet antistes operosus ac diligens esse, & eos, qui lapsi sunt, pro posse reformare, eoq; magis, quanto religiosi illi pluribus prædicant, & plurium confessiones recipiunt: Nam & quibus talium solet habere terminum satis latum. Nec debet episcopus aliquos tales licentiare ad prædicandum, & ad confessiones audiendas, nisi cognouerit, eos grate, vita atque scientia esse ad tantos actus idoneos. Denique, de iure cõmuni omnes religiosi debent subesse suo diocesano: multi verò ex priuilegio sunt exempti. Verùm vt in decreto habetur, & regula iuris est: Priuilegio concessio priuari meretur qui eo abutitur. Religiosi quoq; qui non sunt de obseruantia regulari, nec personaliter implent quæ prædicant, eo ipso, quo indigni prædicare præsumunt, peccant mortaliter, vt Thomas super quartum, aliiq; doctores concorditer dicunt.

Quàm diligens debeat esse antistes circa constitutos & constituendos in officijs spiritualibus aut secularibus. Artic. XXX.

u. q. r. c. uilf. sim.

Sicut indignum est, in cathedra domini sedere indoctos ad inlruendum alios: ita indignum est, in sede iustitiae sedere iniustos & imprudentes ad iudicandum alios: præsertim quoniam iuxta præhabita verba sanctorum, indigni sunt cæteros iudicare, qui in eis de aut æqualibus aut maioribus vitijs sunt, in quibus & hi, qui iudicandi sunt. Hinc præful & princeps tenetur esse sollicitus ac discretus, vt nec ad spiritualia nec ciuilia officia promoueat nisi idoneos, hoc est, prudentes & bonos: præsertim cum ad iudicandum re-

quiratur prudentia, quæ verè non est nisi in virtuosis. Vitijs namq; hominibus nõ inest vera prudentia, quàmuis possit esse in eis quedam versutia & informis scientia, vt etiam Aristoteles ait. Præterea sicut tenetur tam diligens atq; sollicitus esse circa promouendos ad officia, ita & circa promotos ad ea, inquirendo & considerando, an prudentes & iuste se habeant. Quòd si inuenierit eos in grauibus esse peccatis, & sua officia non implere cõdignè, tenetur eos corripere & ad meliora hortari, eos quoque deponere, qui se non curauerint emendare: alioqui patronus effecti iniquitatis illorum, & alienis cõmunicaret peccatis, non resistendo eis pro virtute. Itaque non permittat, vt officii sui aliquem grauent iniuste. Vnde de multis regibus, episcopis atq; principibus virtuosis ac sapientibus legitur, quòd circa nullorum facta examina erant tam circumspecti ac feruidi, vt circa gesta & iudicia officiorum suorum: à quibus, nisi fuerint Deum timentes & avaritiam odientes, subditi, imò etiam innocentes ac simplices dire multipliciter que grauantur.

Hinc Iethro vir prudens, naturali ratione inductus, dixit ad Moysen: Prouide de omni plebe viros potentes & timentes Deum, & qui oderint avaritiam, & cõstitue eos vt iudicent populum omni tẽpore. Sanctus quoq; Moyses dixit ad filios Israel: Date ex vobis viros sapientes & gnaros, quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris, & ponam eos vobis principes ac iudices. Deinde dixit Moyses ad illos in suis officijs cõstitutos: Audite illos, videlicet vobis commissos, & quod iustum est, iudicate, siue cuius sit ille, siue peregrinus, nulla erit distantia: ita parum audietis vt magnum, nec accipietis cuiusquam personam, quia iudicium Dei est. Hinc etiam Iosaphat rex iustus, præcepit iudicibus suis: Videte quid faciatis, non enim hominum exercetis iudicium, sed Domini: & quocunq; iudicaueritis, in vos redundabit. Sit timor Dei in vobis, & cuncta cum diligentia facite. Nõ enim est apud deum vni iniquitas, nec personarum acceptio, nec acceptio munerum.

Quòd prælati, præsertim episcopi, innumeris atq; magnis vitijs inuoluuntur, qui peccata subditorum suorum nõ satis acriter ac frequenter corripiunt & castigant. Artic. XXXI.

Quertum est, peccata nil aliud esse, quàm vulnera mortemq; animarum. Cum ergo antistes & prælati ad hoc in pontificali ac pastoralis officio sint constituti, vt medici animarum

Exod. 18.

Deut. 1.

Deut. 16.

2. Paral. 19.

1ob. 34.

Actu. 10.

prælati qui sint obligati corripere delinquentes.

exi-

existant, eas à vitijs retrahendo, curando & præseruando: cõstat, quòd maximè ex iniuncto officio obligentur increpare peccantes & eos debite castigare secundum exigentiam suorum excessuum. Et quanto subditorum peccata fuerint grauiora aut frequentiora, tanto districtius ac sapius ipso reprehende re ad disciplinam tenetur. Quod tamen cum pietate & discretione fieri debet ex charitate, non ex immoderata indignatione, ira, impatientia vel rancore, ne, dum præsidens subditum suum curare molitur, seipsum lædat in anima, & mentem subditi magis exasperet & perturbet, quàm sanet. Deniq; vniuersi fideles ad fraternam correptionem tenentur ex debito charitatis: Prælati verò, & maximè præfules vltra hoc obligantur ad huiusmodi correptionem ex debito æquitatis: & nisi præceptum correptionis fraternæ adimpleuerint dignè ac strenuè, nulli peccanti parcendo contra charitatem atque iustitiam, omnia subditorum scelera & peccata, que dissimulant nec corripiunt, redundat indubitanter in ipsos. Hinc Innocentius Papa testatur: Error, cui non resistitur, approbatur: & dum veritas iustitiae non defenatur, opprimitur: peruersos enim nõ increpare, nihil est aliud, quàm eorum peccata fouere: nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinorosi desinit obuiare. Hinc etiã sanctus Pius Papa fatetur: Non prodest episcopo seu prælato, proprio errore aut peccato non polliui, qui consentit peccanti: cõsentit autem, qui per correptionem non occurrit ad extirpanda quæ corripi debent. Ait namque Ioannes Papa: Facientis proculdubio culpam habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare. Probat verò odisse se vitia, qui reprehedit errata. His concordat Leo episcopus, dicens: Inferiorum culpa ad quos magis sunt referenda, quàm ad negligentes delinquentesq; retores, qui multam in alijs nutriunt prauitatem, dum austeriore dissimulant impendere medicinam? Itaque pontifex diuini iudicij rigorem perpendens, & sui periculi immensitatem formidans, non cesset corripere quicquid viderit esse culpabile. Et iuxta doctrinam Apostoli, opportune & importune arguat, exhortetur, roget, cõmminetur, informet peccantes, nunc piè, nunc durè, nunc medio modo, prout vera doctet discretio. Ait quippe Gregorius: Sicut non est cessandum ab oratione, ita nec à correptione. Medicinali enim & discretæ seueritate mali coguntur redire ad bonum. Nam & phrenetici nolunt ligari, & lethargici nolunt excitari: Sed nõ cessat diligens amator ligare phreneticum, & excitare lethargicum. Ambo

ad tempus offenduntur, sed diliguntur: quando diu ægri sunt, indignantur: sanati verò, gratulantur & regratiantur. Hinc Venantio episcopo rursus scribit Gregorius: Dum pastor aut præful delinquentes neglexerit increpare, proculdubio tacendo occidit. Ex quibus omnibus innotescit, quàm verissimè dixerit Augustinus. Si peccantem increpare neglexeris, eo, qui peccauit, peior efficeris. Veritatem quidam sunt, qui de omnipotentis Dei iniurijs & offensis parum aut nihil curant. Propter quod nec peccantes in Deum redarguunt, de proprijs verò iniurijs indignantur & vindicant se: in quibus magis regnat improbus amor sui, quàm charitas Dei & proximi, cùm dicat Chrysostomus: Sicut pium atque laudabile est, propriam iniuriã æquanimitè ferre, sic vituperabile impiumq; est, Dei iniuriam & offensam dissimulare. Hæc perpendat omnis antistes, & publicè negligentes ac reos publicè reprehendat: peccata verò occulta corripiat in secreto. Si cognouerit aliquem grauioribus vitijs irretitum & implicatũ, illum mox seriofius alloquatur, arguat & emendet: què verò agnouerit circa diuinum officium negligentem, aut illud penitus omittentem, in charitatis seruore protinus acerrimè reprehendat, diligentissimè exhortetur & emendare festinet, & maximè si sit eius domesticus aut cognatus: alioqui omnium talium scelera imputarentur episcopo à iudice summo. Nec solum tam strenuè impleat præceptum fraternæ correptionis, sed etiam inferiores prælatos ac cæteros subditos suos ad hoc ipsum agendum inducat.

Quòd Ecclesiastica beneficia non sunt conferenda nisi iuste præditis & literatis. Art. XXXII.

Bona temporalia bona Ecclesijs Dei, claustris atq; collegijs data sunt à personis fidelibus ad competentem ac sobriam sustentationem ministrorum Dei, vt orent fideliter ac instanter pro illis, quorum elemosynis sustentantur. Hinc secundum Gulielmum Parisiensem, Durandum, aliosque doctores, homines mali & vitiosi nihil iuris habent in Ecclesiasticis bonis sibi collatis, sed indigni sunt ea habere, & consumunt ea iniuste: & tanquam rapina & furtum est, quicquid de bonis illis vsurpant, edunt & in suos redigunt vsus. Reditus namque Ecclesiastici dati & deputati sunt ad vsu seruorum & militũ Christi, ad refectio-nem & cõsolationem amicorum filiorumq; Dei, quatenus ab exterioribus sollicitudinibus occupationibusq; mūdanis releuari ac liberari, altissimo creatori vacet ac seruiat mētē stabili

idem.

August.

Chrysost. 2. q. 4. c. 6. gl. 1.

Bona temporalia ecclesijs Dei collata sunt.

stabilis ac deuota, sintq; digni & apti & orare & exaudiri pro his, quorum laboribus ac sudoribus tam sufficienter aluntur, & omnia vitæ necessaria habent. Cum ergo episcopi non sint Domini, sed tantum dispensatores Ecclesiasticorum reddituum, tenentur Ecclesiastica beneficia non nisi dignis conferre, id est, bonis ac deuotis & sufficienter literatis hominibus, qui sint membra & serui ac filij Christi. Nec sine mortali peccato possunt ea largiri vagis & carnalibus & intemoratis hominibus, euidenter malè uiuentibus: cum tales sint serui ac filij & membra diaboli. Hinc episcopi indigent maxima circumspectione in dando beneficia, ita ut sufficienter ac diligenter inuestigent de literatura, vita & moribus eorū, quibus beneficia conferentur: alioquin tamquam insipientes & infideles dispensatores reprobabuntur à Domino. Denique, cum beneficium sit propter officium institutum ac dandū, his solis danda sunt Ecclesiastica beneficia, qui diuinum officium persoluendo possunt eadē promereri: non puerulis adhuc illiteratis, nec legere horas valentibus. Insuper danda sunt ecclesiastica beneficia non ex carnali amore, nec propter munus quodcumque ab obsequio, à manu, à lingua, sed ex charitate, gratis & synceriter propter Deum: alioquin committerentur in tali beneficiorum collatione peccata grauissima. Sed, heu heu, in isto sunt his diebus episcopi & praelati uehementer deficientes, sicut eorum conscientia melius potest ex his intelligere, quam ego possum referre.

Quod Ecclesiastica beneficia et bona sint iuste & æqualiter distribuenda. Art. XXXIII.

Non solum tenetur vitare episcopi & alij beneficiorū collatores, ne ea largiatur indignis, sed etiā, ne dignis dent plus q̄ permittit iustitia. In collationibus etenim beneficiorū obseruandum est medium distributiue iustitiæ, ut unicuique detur secundum dignitatē suam & merita. Ideo prorsus iniustum est, quod Ecclesiastica bona tam inæqualiter diuiduntur ac conferuntur, ita quod vni dantur beneficia duo vel tria aut plura: alij, & forsā magis digno, utputā magis deuoto ac docto vnū aut nullū. Hinc contra pluralitatē beneficiorū magni & sancti doctores, Thomas, Gulielmus Raimūdu, Cantor Parisiensis, Durandus, author Summę virtutū & vitiōrū, multiq; alij feruēter, rationabiliter & acriter cōscripserūt. Ex pluralitate etenim beneficiorū in vno, sequuntur multa magna & horribilia mala: quia ex ea Deus omnipotens priuatur

De prabon. & dign. c. ad hęc. & in cle men. eo. ti. c. si plures.

suo honore & cultu, Ecclesiæ & collegia suis membris atq; suppositis, pauperes eleemosynis, defuncti viuis suffragijs, fundatores quoque suis intentis ac speratis auxilijs spoliantur. Præterea sanctus Bernardus scripsit cuidam illustri canonico vnicū beneficium habenti: Quicquid de beneficio tuo ultra simplicem victum retines & vestitum, tuum non est: furtum, rapina & sacrilegium est. Si hoc ita fuit in illustri canonico vnam tantum præbendam habente, quid dicturi sunt coram iudice adorando, qui ultra vnam præbendam pro simplici victu & vestitu sufficientem, habent adhuc beneficium vnum aut plura? Et qualiter peccat, qui tam inæqualiter, tam imprudenter & iniuste bona Domini sui, id est, patrimonium crucifixi, distribuunt alijs? Denique Ecclesiastici redditus intantum debentur pauperibus, ut sanctus dicat Hieronymus: Clericus, id est, sacerdos aut canonicus aliunde competentiam habens, si quod pauperū est, utputā Ecclesiæ redditus, suscipit & consumit, sacrilegium committit: & per talem abusum æternæ damnationis iudicium sibi manducat & bibit. Sed, pro dolor, iam videmus, quod Petrus Rauennensis testatur: Imperiti & omnino inutiles beneficij insigniorib; atq; maioribus officijs ampliatur, applicatur, diuitiæ accumulatur diuitiibus, & non est qui respiciat nudū & pauperem. Helias vacua vasa impleuit, & deficientibus oleum dedit: nunc quæ plena sunt temporalibus, superimplentur, & vasa vacua contempnuntur: ligna in syluas, & aquæ in maria deportantur: arenæ terræ aqua subtrahitur, & flumina, quæ non indigent, irrigantur. O quam impia & damnanda abusus, pauperibus & deuotīs subtrahere quæ eis debentur, & ea conferre diuitibus & indignis, id est, malæ vitæ hominibus. Ecce cum damnabile sit de proprio patrimonio lasciuē viuere & gulosæ, superflua & curiosa vestimenta habere, seculariter atq; pompaticè conuersari: quanto dānabilius est de patrimonio Christi talia gerere? Hinc Gulielmus Parisiensis sanctorum patrum sequens doctrinam, statuit: Reuerā Ecclesiastica stipendia periculose habentur, & non nisi verè promerentibus ea, debentur. Propter quod viri timorati cū timore & tremore suscipiunt ea, & quod moderatè sustentationi residuum est, largiuntur pauperibus, quorum se parrocinijs iuuant, & proprium suppleunt defectum. Qualiter ergo hi, qui uehementissimè habent timere, se nec vno beneficio esse dignos, ad plura aspirant, nisi quia occulta ac districtissima dei iudicia non verentur? Veruntamen sunt aliqui casus, in quibus

Bernardus.

Beneficia in pluralitas in uno quam si damnabilis.

Hieronymus.

A. Regum.

quibus vnus potest licitè beneficia duo habere. Vnus casus est, dum beneficium vnum non sufficit pro competenti ac simplici victu atque vestitu: secundus casus est, dum vnum beneficium alteri coheret: tertius casus est, dum beneficiatus in causa ecclesiæ destinatur pro communi bono aut occupatur: quartus est, dum propter paucitatem personarum, necesse est vnum beneficium plura habere: quintus casus est, dum cura pastoralis est annexa præbendæ. Extra hos casus pluralitas beneficiorum est reprobata, periculosa & scandalizatiua. Vnde si ad ista respondeant clerici, se oportere honestius viuere vulgo: Responderetur, quod honestius viuere debeant, id est, magis humiliter magisque sobriè, virtuose, exemplariter & perfectè, non autem magis delicate, pompaticè, & sumptuose. Nonne in Carthaginensi synodo fuit statutum, ut etiam episcopi non nisi suppellectilem vilem haberent? Atque in septima synodo iussum est & decretum: Omnis iactantia & corporalis ornatus aliena sint à sacro ordine, id est, illicita his, qui in sacris ordinibus vtilem habent? Episcopos autem & clericos, qui se fulgidis clarisque vestibus ornant, oportet corrigi: quod si in hoc permanserint, epitimio tradantur. Si verò inueniantur qui irrideant eos, qui vilibus & religiosis vestimentis amicti sunt, per epitimium corriganter: priscis enim temporibus omnis sacerdos vir cum mediocri & vili veste cōuersabatur. Omne quippe quod non propter necessitatem suam, sed propter venustatem accipitur, elationis habet calumniam, ut magnus ait Basilius. Sed neq; ex feris texturis vestem quis induat variatam, neque apponat variorum ornamenta colorum in summitate vestimetōrū, sed audiat Christi dicentem: Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.

Quam circumspecti et timorati debeant esse præsules et praelati conferendo beneficia curata seu parochiales ecclesias, et dispensando ut curati ponant in illis vicarios pro se. Art. XXXIII.

Sicut declaratum est supra, Episcopus se habet ad totam suam diocesim, sicut ad vnum ouile: ita quod omnium sibi commissorum ac subditorum est immediatus prælatus & pastor: sacerdotes autem curati vocantur ab eo in partem sollicitudinis, & sunt cooperatores & adiutores ipsius. Cum igitur grauius peccet antistes, secularia & ciuilia officia committendo viris insufficientibus, impruden-

tibus & iniustis: multo & quasi incomparabiliter enormius peccat, constituendo in officio pastoralis prælatis & curato eos, qui ad taliū executionem officiorum non sunt scientia, moribus & virtutibus & ætate idonei: hoc enim agēdo, multas animas, utputā omnes parochianos, exponit æternæ damnationis periculis. Similiter si dispense & permittat, quod insufficientes constituentur & sint capellani vicarijque pastorum: sicque animas Christi sanguine liberatas & sibi commissas partuipendit nec diligenter custodit, sed iniuste deliter perdit. Præterea cum tam vitiosum sit, simplicem præbendam dare indigno: quanto vitiosius est, beneficium curatum insufficienti conferre? Tanto vitiosius hoc periculosius dānabiliusq; consistit, quanto ad parochialem ecclesiam plura supposita pertinent, pluresque animæ ex tali collatione exponuntur periculo. Ideo vniuersa peccata & crimina inde sequentia imputantur à Deo huiusmodi collatori.

Quales debeant esse qui ad archidiaconatū possunt licitè promoueri. Artic. XXXV.

Vemadmodum materialis ecclesia ex lignis lapidibusque constructur, sic spiritalis ecclesia ex personis fidelibus, in qua ecclesia episcopi sunt capita & fundamenta & etiam constructores. Episcopi namque tenentur ecclesias spirituales construere Domino: in quibus ecclesijs post præsules sunt ipsi archidiaconi, præpositi & decani præcipue quædam columnæ: quia virtutum & scientiarum suarum perfectione debent alios supportare & pietate docere, conuertere atque perficere. Quale ergo peccatum est, in ecclesijs Dei pro talibus columnis erigere & locare festucas leuissimas, id est, homines imperitos, iuuenes, inexercitatos, adolescentulos nobiles carne, non sapientia & virtute, qui ad archidiaconatus officij executionem sunt prorsus insufficientes, inepti, infulti? Denique cum iuxta præhabita tam periculosum & impium sit, insufficienti conferre beneficium vnum curatum, nonne inenarrabiliter periculosius dānabiliusque censetur, archidiaconatum committere & conferre indigno, ad tale ac tantū officium prosequendum inepto, cum ad curam vnius archidiaconi tot ac tantæ pertineant parochiales ecclesiæ cum suis pastoribus, capellanis & parochianis? Hinc sanctus Papa Eugenius in Remensi concilio statuit, ut nullus in archidiaconū, decanum aut præpositum promoueatur, qui infra sacros ordines

H est con-

est constitutus, & ne adolescentulis tales cedantur honores ac dignitates, sed his, qui prudentia & vitæ merito clarent. Insuper scribit Sanctus Bernardus: Scholares pueri & im pubes adolescentuli ob sanguinis dignitatem promouentur ad ecclesiasticas dignitates, & de subferula transferuntur ad principandum presbyteris, lætiores interim quod virgas euaserunt, quam quod meruerint precipitatum. Deinde paulatim inolefcentes, dis cunct in breui vendicare altaria, vacuare sub ditorum marsupia. Præterea contra tantam abusione sapientissimè scribit Gulielmus Parisiensis, inter cætera referens, quod dū quidam episcopus vellet nepotulo suo archidia conatum conferre, vir quidam notabilis Ironi cè dixit episcopo: Domine pater, committatis nepotulo vestro arbore illā yestrā piris onustam. Respondit antistes: Absit hoc, quia deoraret omnia pira illa. Ad quod vir ille: Domine, inquit, qua conscientia audetis ne potulo vestro committere tot millia animarum, cui non audetis committere pira tam pauca? Postremò, sicut in Summa virtutum & vitorum asseritur, valde vitanda est puero rum promotio ad Ecclesiasticas dignitates. Primò, propter defectum sapientiæ in eisde, propter quod Sapiens loquitur: Væ tibi terra, cuius rex puer est. Secundò, propter defectū virtutum atq; constantiæ, quæ aliorū rectoribus ac iudicibus valde sunt necessaria. Tertio, quia incertum est, quales processu temporis sient ipsi adolescentes ac iuuenes: imò experientia docet, quod paulatim potius corrumpantur, quam perficiantur. Timeat ergo omnis pōtifex Deum, & nequaquam ex carnali amore, ex cō sanguinitatis affectu, ex aliqua cupiditate conferat in idoneis archidiaconatum, ne & seipsum & animas sub ditorum, ipsos quoque tanto officio indignos, grauissimis æternæ damnationis periculis implicet & exponat.

De quibusdam malis per diligentiam episcoporum merito extirpandis, ex dictis doctorum & orthodoxorum patrum. Art. XXXVI.

Elo domus Dei accensus venerabilis ille Cancellarius Parisiensis Dominus Iohannes de Gerson, in libro suo de reformatione Ecclesiæ, multas tangit abusiones, ad quarum reformationem & eradicationem tenentur pōtifices. Itaque doctor ille inter cætera ait: Dicit non potest, quanta mala faciunt illi scelerati exploratores criminum, quos promotores appellant, qui simplices & a greffes periculos vitam satis innocuam in turgurij

suis agentes & fraudis vrbanae ignaros sepe in ius pro nihilo vocant: causas & crimina se duld contra eos confingunt, eosque vexant, terrent, irritant, & ita eos per talia secum cō ponere & pacisci compellunt. Quod si facere renuerint, crebris & quotidie repetitis citati onibus eos supra modum infestant. Quod si qualibet occupatione præpediti comparere deserint, censura anathematis tanquam rebelles & contumaces feriuntur. Si verò perse uerauerint comparere, audientias eorum apud iudicum tribunalia impediunt, morasque & subterfugia dilationum & interlo cutionum captant, quæ perfacile in foris Ecclesiasticis obtinentur, quatenus simplices il li sic longo tædio fatigati, cogantur redime re pactione pecuniæ futuram vexationem at que impensam: sicque pro leui vel nullo delicto, pro exiguo debito fit in finitarum cum mulus impensarum. Insuper, quàm criminoso sum est, quod plerique sacerdotes curati & alij passim & publicè tenent concubinas pro taxata sūma pecuniæ, seu ex certo & condi cto pretio cum prælatis, & subditorum excelsus & vitia, ac cuncta officia quæ solent præ esse iudicij, publicè vendunt. Item quod nul lus ad clericatum vel sacrum ordinem, seu ad quemcunq; Ecclesiasticum gradum, nisi mercede accedit. Ex eadem radice auaritia oritur illa tam copiosa vilium & indignissimo rum sacerdotum multitudo: vt enim ex collatione sacrorum ordinum maiora lucra acquirant, vniuersos ad se venientes faciliter ad ea, quæ petunt, admittunt: nisi forte aliqui tanta egestate premantur, vt ad dandum nil habeant, nec manus illorum collatione pecuniæ valeant vngere. De transacta autem acce dentium vita, moribus, fama atque scientia, nulla aut modica percontatio est, cū tamē multi illorū vix horas legere sciunt. Itaq; de omnium horū emendatione & reformatioe prouideat præful: nā & hoc cōtra iura esse probat, quod archidiaconi à presbyteris focari stis sumūt pecunias, & illos in suis permittūt sedere sceleribus. Dicitur em̄ in dec. dist. 90. Archidiaconi quamuis ex suo officio vitam Clericorum diligētī examine debent inquirere, & ea quæ nouerint corrigenda, episco po nunciare: censum tamen, (i. pecuniam) ab illis exigere prohibent. Hinc quoq; in gestis Cabylonēsis synodi continetur: In plerisque locis, vt dicitur, archidiaconi super presbyte ros parochianos quādam exercent domina tionem, & censum ab eis exigūt: quod magis ad tyrannidē, q̄ ad reſtitutidinis pertinet formā. Sint ergo contēti regularibus institutis, nihil per cupiditatē vel auaritiā præsumētes.

Præfata

Ex uerbis sanctorum contra carnales & uitiosos prælatos. Artic. XXXVI.

Beatissima virgo Maria in uisione cœlesti ad sanctam Brigittam dixit: Episcopi & prelati, de quibus nunc loquor, meretriciam & impiam ducunt vitam, & insatiabiles sunt ad cupiditatem tanquam porago: bona quoq; Ecclesiæ prodigaliter & carnaliter consumunt ac largiuntur pro voluptate immunda ac pompa, quorum peccata ascendunt in cœlum abominabilia coram Deo, & contra meam orationem, sicut teterrimæ nubes contra splendorem cœli arcum: Sicque prælati ac præfules, qui pariter mecum Deum placare deberent, iram Dei contra se grauisimè excitant, & perditionis occasio alijs fiunt. Tales in Ecclesia dei non deberēt exaltari, sed deprimi. Quicunq; ergo pro reformatione Ecclesiæ uoluerit laborare, seq; ad hoc insufficientē esse cognouerit, ego re gina cœlorū cum choris omnibus angelorū ei in auxilium uolo venire. Insuper, in alia uisione Dominus & saluator ad sanctā Brigittā ait: Mali isti prælati meretricibus cōformantur. Quid enim meretrix agit? Procax est in uerbis, leuis in moribus, instabilis corde, facie pulchra, uelut in ornata, audax & inue recunda, turpibus affectibus plena, gulosā, & uoluptatibus foedis satiari non potest. Tales sunt isti, quorum os nunquā aperitur ad prædicandū. Nam tam carnales, leues, procaces & uitiosi existunt, quod etiā seculares hoies inde uerecundantur, & nec propria nec sub ditorū peccata deplorant: imò in curiositati bus, uanitatibus, superfluitatibus & uolupta tibus suis maledictis exultant. His sermoni bus ueritatis consonat quoque sanctus Bernar d. scribens de pōtifibus & prælatis. Quā multi hodie qui animas regere susceperunt, (quod sine grādi ac miserabili gemitu dicen dum non est) Christi opprobria, sputa, flagella, clauos, lanceam, crucem & mortem in for nam avaritiæ constant, & uertūt in turpem quæstum pretiumq; uniuersitatis: uelut p̄tā san guinem saluatoris, marsupij suis includūt: hoc solo à Iuda traditore differentes, quod ille omne horum emolumentum denariorū numero triginta compensauit: isti uoraciori ingluuie ac maiori cupiditate lucrorum pecunias quærunt & exigunt infinitas, his insa tiabili desiderio inhiant, has amittere timēt, & cū miserint, dolēt: animarum uerò nec ruina curatur, nec salus exquiritur. Nec pie tatem habent maternam, qui cū de patri monio crucifixi fuerint incrassati, impingua

H 2 ti

Bernardus.

puerorū pro motio ad di gnitates cur si uitanda. Eccl. 10.

Bernardus.

De offic. archidiaconi. c. ad hęc.

93. d. c. diacon n.

Deut. 32.

ti & dilatati, non compatiuntur super perditione animarum subditorum suorum. Denique non omnes sunt amici sponsi, videlicet Iesu Christi, quos cernis præesse sponsæ, puta Ecclesiæ. Pauci sunt valde, qui non quæ sua sunt, quarunt: diligunt munera, nec possunt simul diligere Christum, quoniam manus dederunt Mammonæ. Intuere quomodo incedunt nitidi & ornati, circumamicti varietate tanquam sponsa procedens de thalamo suo. Nonne si quempiam talem repente eminens procedentem conspexeris, magis putabis sponsam, quam sponsam custodem? Vnde verò exitimas hanc rerum affluentiam illis exuberare, vestimentis splendorem, mensarum luxuriam, vasorum aureorum & argenteorum congeriem, ornamentorum pretiositatem, nisi de bonis sponsæ, id est, Ecclesiæ? Inde est, quòd illa spiritaliter pauper & inops ac nuda relinquitur, facie miseranda, inculta, hispida & exanguis. Propter hoc: non est tempore isto sponsam ornare, id est, Ecclesiam virtutibus decorare, sed spoliare non est custodire, sed perdere non instruere, sed prostituere: non est pascere gregem Dei, sed mactare & deuorare, dicente de illis Domino: Deuorant plebem meam vt cibum panis. Et rursus: Peccata populi mei comedunt, & ad iniquitatem subleuant animas subditorum. Quem dabis mihi de numero prælatorum, qui non magis inuigilet marfupijs subditorum euacuan dis, quam vitijs extirpandis? Leuiora loquimur, grauioribus eorum sceleribus grauius manet imminetq; iudicium. Vtinam tam vigilantes essent ad curam, quam alacres currunt ad cathedram: vigilarent vtique sollicitè, custodiendo atque pascendo creditam eis Dei sponsam Ecclesiam: vigilarent etiã pro seipsis. Parum est eis, quòd non custodiunt subditos, nisi & perdant eos: profundo quippe negligentia & carnalitate somno demersi, ad nullum diuinæ comminationis expurgiscuntur tonitruum, vt vel proprium expauescant periculum, perimentes simul & pereuntes: quoniam animas subditorum prauis occidunt exemplis, & illorum implicant se peccatis. Hæc Bernardus. Postremò, sancta & innocentissima virgo Catharina de Senis, multa terribiliter scribit de his ex ore omnipotentis, hoc est, de enormibus & infinitis Ecclesiasticorum peccatis: & prælatos ac sacerdotes carnales, lasciuos ac negligentes vocat sapissimè demonia incarnata, eorumq; concubinas vocat diabolas, per quos prælatos & sacerdotes diabolus plures animas decipit atque ad inferos trahit, q̄ per proprios suos satellites demones rætatores: idcirco sunt odibilissimi Deo.

Quam districte consuevit incontinentia sacerdotum & clericorum olim puniri.

Art. XXXVIII.



T luce clariùs innotescat, ad quam miserabilem & descendam deformationem ac ruinam deuenerit modò Ecclesia, in qua sacerdotes & clerici, data parua summa pecuniæ, permittuntur securè ac liberè deferuire libidini, & suis turpissimis concubinis cohabitare: breuiter tangam, quam rigoroſe ac feruèdè conſueuerat olim fornicatio clericorum castigari. Itaque in sancta ſynodo Gangarenſi fuit ſtatutù ac inſum: Presbyter ſi fornicatione fecerit, quanquam ſecundum Canones Apoſtolorum debeat deponi: tamen iuxta auctoritatem beati Sylueſtri Papæ, ſi in vitro nõ permanſerit, ſed ſponte ſurrexerit, decem annis pœniteat in hunc modum: Tribus menſibus à cæteris remotus conſtrahitur, pane & aqua vtatur à veſpera in veſperam: diebus autem Dominicis & præcipuis feſtis modico vino & piſciculis ac leguminibus veſcatur, ſine carne & ſanguine, & ouis & caſeo. Sacco quoque indutus, humo adhæreat die ac nocte, miſericordiam Dei implorans. Finitis tribus menſibus continuis, exeat in publicum tamen nõ procedat, ne grex fidelis in eo ſcandalum patiat. Poſtea aliquatiſper viribus reſumptis annũ cum dimidio expleat in pane & aqua, exceptis diebus Dominicis atq; præcipuis feſtiuitatibus, in quibus vino & carnibus, ſanguine & ouis ac caſeo iuxta canonicã menſuram poterit veſci. Finito autem primo anno cũ dimidio, particeps fiat corporis & ſanguinis Domini, & ad pacem veniat, id eſt, fratribus recõcilietur, ac pſalmos cum eis viterius in choro canat: nec tamẽ ad cornu altaris accedat, ſed iuxta beati Clementis vocem, minora agat officia. Deinde verò vſq; ad expletionem ſeptimi anni, omni tẽpore, exceptis paſchalibus diebus, tres legitimas ferias in vnaquaqua hebdomada in pane & aqua ieiuet. Expleto circulo ſeptimi anni, ſi fratres apud quos pœnituit, eius pœnitentiam condignam laudauerint, epiſcopus in priſtinũ honore iuxta beati Calixti Papæ auctoritatem, illum poterit reuocare. Sanè ſciendum, quia in ſecunda feria vnum pſalterium canendo, aut vnum denarium pauperibus tribuendo, ſi opus eſt, ſe redimere poterit. Finitis ſeptem annis, deinde vſq; ad finẽ decimi anni, ſextã feriam, nulla interueniente redemptione, obſeruet in pane & aqua. Ecce ex his innotet rigor Eccleſiæ circa incontinentes. Ex quibus etiam conſtat, quam vehemẽtiſſimè

ſancti

ſancti patres & ſummi pontifices deteſtati ſunt, & abhorruerunt omnem luxuriæ ſeditatem in miniſtris altaris, & ad quantam iuris relaxationem vel potiùs diſſipationem modò deuenerit ſtatus eccleſiæ. Veruntamen poſtea tempore procedente, quando eccleſia temporalibus bonis prouiſa fuit, præſatus rigor pœnitentiæ incontinentium ſacerdotum fuit relaxatus aliquantum, atque mutatus in ſuſpenſionem à beneficio & officio, in alias quaſdã pœnas, prout in Decreto ac Decreto abſoluitur continetur.

Quòd præcipua cauſa deformationis & ruina totius eccleſiæ, eſt deſectioſitas & ruina prælatorum maiorum. Artic. XXXIX.



Rælati, præſertim pontifices, dicitur cultodes & ductores gregis eis commiſſi. Quid iugiter mirum, ſi oues errent, atq; à lupis infernalibus deuoretur, quando cultodes & ductores earum per vitiorum deuia gradiuntur? Ideo ait Gregorius: Dum paſtor per abrupta ac deuia graditur, grex in præcipitium cadit. Deniq; inferiores libenter ſolent ſe conformare voluntati ſuperiorum ſuorum: ideo dum rectores iniqui ſunt, ſubditi iniquitates eorum ſectantur. Hinc Salomon proteſtatur: Rex impius omnes miniſtros habet impios. Et in Eccleſiaſtico legitur: Secundum iudicium populi, ſic & miniſtri eius: & qualis eſt rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. Hinc etiam loquitur Hieremias Propheta: Quia ſtultè egerunt paſtores, & Dominum non exquiſierunt, ideo omnis grex eorum diſſipatus eſt. Nam & Seneca ait: Nulla res animos ad mala procliuſ magis reducit ad recta, & prouocat ad honeſta, quam præſidentium conuerſatio virtuoſa. Paulatinim enim deſcendit in pectora, & præceptorum vim obtinet frequenter audire, frequenterque adſpici, & occurſus ipſe ſapientium iuuat. Denique prælati, potiſſimè præſules, ſunt & eſſe tenentur curatores & medici animarum: quòd ſi animarum vulneribus mederi omiſerint, quid mirum, ſi anima in vitijs perſeueret ac pereat? Ad epiſcopum autem pertinet totius ſuæ diœceſis generalis ſollicitudo & cura, præcipua procuratio & cuſtoditio boni communis, correptio & correctio archidiaconorum, viſitatio collegiorum, emẽdatio officiarum, & omnes in inferiores prælatos atq; curatos ſuæ diœceſis purgare, illuminare, perficere. Dum ergo anteaſtes ad carnalem & mundanam vitam dilabuntur, nec animarum pericula intuetur, curat ac deſert, nõ eſt qui archidiaconos, decanos, collegia reprimat, corrigat & reformet:

atque deinceps omittitur iuſta & debita viſitatio curatorum cæterorumq; ſacerdotum, & ita vulgus omne in diuerſa & magna peccata dilabitur. Itaque penſent epiſcopi, quòd ſummè neceſſaria ſit eorum conuerſatio virtuoſa & exemplaris ad reformationem totius pebis.

An liceat epiſcopatum appetere.

Articulus XL.



Am conſtat ex prædictis, quanta ſit ceſtitudo & dignitas epiſcopalis officij, & quam grãde lit onus, quam in gens periculum dignitatis atque officij huius, ita quòd nemo, niſi ſit virtuoſus, perfectus & ſanctus, ſatis facere poſſit debito huius officij, & dignè exequi illud.

quo patet, quanta ſit inſipientia & excæcatio hominum, qui ad epiſcopatum adſpirant, & pro illo adipiſcendo laborant aut litigant, aut etiã corporaliter præliantur: qui eo ipſo, quod tales ſunt & talia agunt, oftendunt, ſe epiſcopali dignitate prorsus indignos: imò nec ad archidiaconatũ, nec ad decanatũ, nec ad aliquã Eccleſiaſticam dignitatem, nec ad beneficiũ i curatũ licet alicui ingerere ſemetipſum, cũ i

& Apoſtolus fateatur: Nullus aſſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à deo tãquam Aarõ:

hoc eſt, nemo quantum in ſe eſt, debet ſibi libenter proprio moru aſſumere Eccleſiaſticã dignitatem, cui à ſubditis magnus honor in penditur: ſed is quem Deus elegit, id eſt, qui iſtè eligitur, & abſq; propria practica promouetur, ita quòd ſecundum ordinem iuris nõ valeat recuſare. Verũm homines excecati, in virtutibus nõ exercitati, nec in vera humilitate fundati, neq; diuini iudicij rigorẽ pẽſantes, in epiſcopali officio nõ attendunt niſi ſaſtigiuũ & honorẽ, poteſtatisq; eminentiã, famam, & temporalium aſſluentiam rerum: ad quorũ omnium appetitionem incitantur ex ſuiſſipius carnali & priuato amore. Vnde quantum ſub talium præſidentia deformetur & corruat, ac in ſua deformatione & ruina inueteret, perſeueret, ampliusq; tabeſcat eccleſia, nõ opus eſt ſcribere, cũ in præputo ſit id oculis videre. Veritatem obijciunt qui

dam tales, quòd ait apoſtolus: Qui epiſcopatum deſiderat, opus bonũ deſiderat: cũ tamen ipſi opus epiſcopalis officij non deſiderent, ſed reſutent: nec aduertunt quòd Apoſtolus dixit hoc, quãdo epiſcopi primi trahebantur ad amariffimas pœnas & acerbiſſimas mortes martyrii, ita quòd tunc in epiſcopatu nõ poterat amari niſi opus bonũ. Et quamuis Apoſtolus dixit: Qui epiſcopatum deſiderat, opus bonum deſiderat: non tamen aſſeruit,

H. 3 quòd

Phil. 2.
2/ſal. 4.4.

1/ſal. 10.

Zach. 11.
1/ſal. 15.
Oſec. 4.

Mich. 6.

Epiſcopatum deſiderat: niſi uult iſta quantum

1. Heb. 5.

1. Timo. 5.

quod bene desideret illud, id est, prudenter ac virtuose. Veluti si laicus cupiat celebrare aut confessiones audire, bonum opus desiderat, sed non bene: Ideo cum dixisset apostolus: Qui episcopatum desiderat, opus bonum desiderat: protinus volens ostendere, quid requiratur ad hoc, quod aliquis episcopatu sit dignus, & eum bene possit desiderare, adiecit: Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse, sobrium, iustum, castum, doctorem &c. Ita; aduertendum, quia, vrait sanctus Thomas, in episcopatu tria possunt considerari. Primum est operatio episcopalis, per quam proximorum utilitati intendit episcopus, quod est scientia & doctrina, oratione & exemplo ac bonae famae redolentia pacere subditos. Vnde Saluator dixit ad sanctum Petrum: Paece oves meas. Secundum est altitudo gradus. Tertium est, quod annexum est his, vputa honor & reuerentia ac opulentia rerum. Appetere ergo episcopatum, quantum ad primum horum, videtur presumptuosum atque incautum. Quamuis enim alijs velle prodesse sit laudabile in se, tamē velle prodesse, prout hoc est actus episcopalis officii, presumptuosum censetur: Primum, propter annexam celsitudinem gradus: secundum, quoniam status episcopalis est status perfectionis acquisitus, ad cuius dignam executionem exigitur virtutum perfectio: Incautum autē & presumptuosum apparet, quod aliquis sentiat se in virtutibus perfectum esse, nisi forsitan ex reuelatione diuina hoc sciat. Desiderare verò episcopatum, quantum ad secundum, quod est altitudo ac dignitas gradus, est vitium elationis. Appetere autem episcopatum, quantum ad tertium, scilicet reuerentiam & honorem, est ambitionis: sicut & cupiditatis est, appetere episcopatum propter annexas diuitias. Hinc sancti & sapientissimi viri Gregorius, Ambrosius & alij multo vehementius exhoruerunt pontificale & papale subire officium, & varijs modis illud euadere ac subterfugere quaesierunt. Propter quod ait Chrysostomus: Quis sapiens vult sponte se tanto periculo subdere, vt det rationem pro tota Ecclesia, nisi forte qui non timet iudicium Dei?

An episcopi peccent mortaliter, bona Ecclesiastica quae eorum competenti sustentationi supersunt, non dando pauperibus: et an ad saluum bonorum restitutionem sint obligati.

Articul. XL I.



Commune verbum est, quod bona Ecclesiae & ministrorum ipsius sint bona pauperum & eis debentur, ita quod coram deo raptores sunt

qui talia bona sibi vsurpant, & retinent vltra quam eis necessarium est: similiter qui ea male expendunt. Hinc ad questionem qua queritur, an clerici & praelati, qui bona Ecclesiae consumunt in vsu illicito, Raimundus & alij dicunt: Clerici & praelati, qui consanguineis aut diuitibus, potentibus, histrionibus, meretricibus & confimilibus; personis bona Ecclesiastica tribuunt, raptores sunt: quoniam pauperibus debentur, & eis iniuste subtrahuntur. Ideo tales clerici & praelati tenentur ad restitutionem omnium bonorum illorum, ita vt restituant ea pauperibus, vel in pios vsus Ecclesiae. Et de hac multa in decreto habentur. Est quod dictum est de praelatis, quidam dicunt etiam de episcopis intelligendum. Veruntamen aduertenda sunt quae S. Thomas in secunda secundae de ista describit materia, dicens: Aliter est dicendum de proprijs bonis, quae episcopi possidere possunt, & de Ecclesiasticis bonis. Nam proprijs bonorum verum habet dominium: Idcirco ex ipsa rerum conditione non obligantur vt eas alijs conferant, sed possunt eas sibi tenere, & etiam alijs dare. Possunt tamen in earum vsu & retentione peccare, vel propter inordinatorem affectus, per quem contingit, vt vel plura sibi conferant seu referunt, quam opus est, vel alijs non subueniant, prout requirit debitum charitatis: non tamē tenentur ad restitutionem, quia huiusmodi bona sunt eorum dominio deputata. Sed Ecclesiasticorum bonorum episcopi sunt dispensatores & procuratores. Dicit enim beatus Augustinus: Bona illa nostra non sunt, sed illorum, quorum procuratorem gerimus: non ergo proprietatem illorum nobis vsurpatione danabili vendicemus. Porro ad dispensatorem exigitur bona fides, cum dicat Apostolus: Hinc iam queritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Sunt autē bona Ecclesiastica non solum in vsu pauperum, sed etiam ad cultum diuinum & ad necessitates ministrorum Ecclesiae expedienda. Vnde dicitur 12. q. 2. De redditibus Ecclesiae vel oblatione fidelium sola ex his vna portio episcopo emittatur, duae Ecclesiasticis fabricis & erogationi pauperum ministrantur: vltima clericis pro singulorum meritis diuidatur. Si ergo distincta sunt bona, quae debent in vsu episcopi cedere, ab his, quae sunt pauperibus & ministris & cultui Ecclesiae eroganda, & aliquid sibi retinuerit episcopus de his, quae sunt pauperibus tribuenda, vel in vsu ministrorum seu clericorum, aut in cultum diuinum expendenda: non dubium, quin contra fidelitatem boni dispensatoris agat, & mortaliter peccet, atque ad restitutionem tenetur. De his verò, quae sunt specialiter suis

Augustinus

1. Cor. 4.

vsui deputata, videtur esse eadem ratio, quae est de proprijs bonis, vt scilicet per immoderatum affectum & vsu peccet in eis, si immoderate ea sibi referuet, & alijs non succurrat vt exigit charitas. Si autē Ecclesiastica bona non sunt praefato modo distincta, sic eorum distributio committitur fidelitati episcopi: & si in modico deficiat aut superabundet, potest hoc excusari & fieri sine bonae fidei detrimento, quia non potest homo in talibus punctualiter accipere id quod fieri oportet. Si verò sit multus excessus, non potest latere, sed fidei bonae reputari: ideo non caret mortali peccato. Haec S. Thomas. Praeterea, de iure diuino est, vt bona iniuste acquisita restituantur, nec aliter dimittuntur peccata. Quae autē Simoniacae acquiruntur, iniustissime acquiruntur. Si ergo (quod absit) praefatus aliquis Simoniacae acquisisset, non dubium, quin maxime obligaretur restituere illud, non vtiq; illi à quo illud Simoniacae acquisiuit, quoniam Simoniacae dedit aliqd ab episcopo acquisiuit, quae indignum est illud recipere: imò dignum est, eo quod taliter acquisiuit, priuari: sed pauperibus dandum est, aut in alios pios vsus Ecclesiae conuertendum, prout concorditer scribunt doctores.

Introductio exemplorum, ex quibus patet, quam periculosum sit episcopale officium. Art. XL II.

Exemplum.

Refert S. Hieronymus, in regula sua, quod dum quidam vir iuuenis prudens & virtuosus fuisset electus in praesulem, prima facie distulit electioni consentire, & iuit ad quendam sanctum eremitam paruum suum, petens ab eo consilium de agendis, & an deberet electioni suae prebere consensum. Cui eremita sanctus non verbis, sed factis respondit. Nam tabula quadam magna in altum erecta, praecipit iuueni suo nepoti, vt se super tabulam illam diu reuolueret: quod dum iuuenis vir ille diu fecisset, & quasi corruisset, de tabula descendit, ignorans quid patrus suus facto illo praetenderet. Dixitq; ei eremita: Vade & age quod vis. Quo audito, iuuenis indignatus recessit, & iuit ad alium eremitam, referens ei qualiter patruus suus fecum egisset. Tunc eremita ille exposuit iuueni rationem & significationem facti, quod patruus suus ei iniunxerat: quia per tabulam illam altum erectam significabatur episcopalis dignitas sublimitas: per reuolutionem verò frequentem & periculosam super tabulam illam, multitudo & inquietudo occupationum exteriorum episcopalis officij, ex quibus facilliter cadit episcopus in peccata. Quibus auditis, abiit iuuenis & electioni resignauit. Deinde post breue tempus defunctus est, apparuitq; clara luce & hilari facie patruo suo, dicens: Gratias tibi ago pater, quia salu-

briter mihi consuluisti. Scias, quia si fuisset de numero episcoporum, iam essem & de numero damnatorum. Narrat Casarius, quod in Clara valle fuit quidam monachus valde deuotus & prudens, qui in episcopum electus, sed ipse electioni nullo modo voluit consentire, neque ad exhortationem sui Abbatis, neque ad instantiam praesulis acquiescens. Qui post breue tempus migravit ad Dominum. Paulo post apparuit vni fratrum sibi valde familiari, à quo inter caetera interrogatus est, an inobedientia illa sibi in diuino iudicio nocuerit. Ad quod ille respondit, quod non. addiditq;: Si episcopatum accepissem, essem aeternaliter damnatus. Subiunxit etiam aliud verbum terribile, loquens: Ad hoc deuenit iam status Ecclesiae, vt non sit digna regi, nisi per episcopos reprobos. Verum tamen propter hoc verbum non debent episcopi temporis huius desperare, sed valde timere: quoniam verbum illud non est sic intelligendum, quod vniuersi episcopi temporis huius sint reprobi, sed quod multi. Nullus ergo ad Episcopatum adspiret. Legitur quod in vrbe Turonensi fuit quidam archiepiscopus male vitae, contra quem sanctissimus praesul Martinus indignans, vltionem contra illum expetiit. Cumq; in eadem vrbe vir quidam valde deuotus more solito iuisset ad matutinas maioris Ecclesiae, & tempus matutinarum praeueniens, venisset ad fores Ecclesiae, inuenit eas apertas, viditq; lucem magnam in Ecclesia fuissem, & iudicē Christum sedentē ibi in throno. Et ecce sanctus Martinus aduenit cum multis sanctis Episcopis, & praefatum archiepiscopum suum successorem indignum cepit grauius accusare. Citatus archiepiscopus, adductus mox venit, pontificalibusq; indutus sedit in cathedra, & grauius accusatus nihil potuit respondere. Tunc iudex indignatus, percussit cathedram eius atque euertit: quo facto, disparuit visio. Statim igitur vir ille deuotus venit ad archiepiscopum domum: & excitata familia, fecit videri qualiter esset archiepiscopo: & accedentes ad lectum eius, inuenerunt eum repentē ac miserabiliter mortuum. Timeat ergo episcopi male viuentes, ne sancti pontifices, quibus succedunt, & in quorum cathedris sedent, indignentur aduersus eos, & vindictam expetant contra impietatem, carnalitate negligentiamq; ipsorum.

Recitatur in libro apertum, quod in Teutoniarum partibus fuit quidam episcopus carne illustis, sed vita & moribus vilis, qui primò verecundē & occultē, dein de inuerecundē & apertissimē vacauit luxurijs alijsq; diuersis peccatis: quem Dominus pie ac multipliciter incre-

pauit, sed ille in suis permāsit sceleribus: ideo iuste relictus à domino, cum in quandam vil- lam venisset, de sero eadē nocte ibidem defunctus est subitanea & infelicitissima morte. Cumq; eadē nocte Dominus Conradus Hil- desheimēsis episcopus, uir per omnia virtuo- sus, matutinas legisset, & recedisset ad stude- dum, facturus sermonem in crastinum, repē- te raptus in spiritu, vidit episcopum quendam in fulis insignitum ad tribunal iudicis rapi, & à malignis spiritibus de diuersis vitijs acer- rimè accusari. Tūc iudex sanctis assessoribus suis dixit: Ferte de isto sententiā. Qui statim iudicauerunt eum eterna damnatione condi- gnum. Quo factō, nigerrimi & atrocissimi dæmones omnia episcopalia ornamenta de- traxerunt damnato, & nudum ac ciuilem cum clamore traxerunt in tartarum. Moxq; assessores iudicis surrexerunt ac cecinerunt, dicentes: Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. His visis, præfatus venera- bilis pontifex ad se reuersus, coepit anxie cogitare quisnam esset infelix ille episcopus, de quo viderat ista: & ecce quidam adueniens cum lachrymis, recitauit præfactum vanum & infelicem episcopum de vespere ad proxi- mam villam venisse, & ibi subito expirasse. Quo audito, prius ille antistes Conradus ex compensione amarissimè fleuit. Fuit & alter archiepiscopus in Teutoniarum partibus turpi- ter viuēs, qui infelicitissima morte defunctus est, quem vir quidam sanctissimæ vitæ uidit in spiritu condemnari, & animam eius à cor- pore miro cruciatu extractā, principi demon- iorum in inferno adduci & presentari, quē princeps tenebrarum solenniter salutauit, di- cendo: Bene veneris Dñe archipræsul. & cōse- stum poculū ante se positū obtulit ei, dicens: Bibe ecce de poculo meo, quoniā longo tem- pore fideliter & in fatigabiliter mihi seruiui- sti. quē potū archiepiscopus recusauit accipere, sed à ministris diaboli cōpulsus est eū gu- stare: & statim per os, aures, nares & oculos ar- chiepiscopi sulphurea flamma erupit, & ita æterno incēdio est immerfus. Legitur in Re- uelationibus sanctæ Brigittæ, quōd in qua- dam ciuitate erat episcopus pulcher, diues, & seculari sapiētia prudens, quem multi lauda- bant & honorabant tanquam circūspēctum & virum idoneum: ipse verò de donis Dei & de laudibus suis fuit Deo creatori suo in- gratus, atq; in seipso inaniter gloriabatur, pro laude quoq; & honore hominū accipien- dis multa largiter dedit & vanè consumpsit. Episcopus iste habuit quendam deuotum & virtuosum canonicū, qui ipsum episcopum feruenter admonuit ad dignā sui officij exe-

cutionem: episcopus verò non acquieuit. Qui paulo post expirauit, & diuino tribuna- li est præsentatus, quem dæmones crudeli- ter accusauerunt: iudex etiam examinauit eundem, cur & qualiter episcopatum assump- serat, quomodo animas subditorum edo- cuit, quam gratiarum actionem deo pro suis beneficijs exoluit. Cumq; infelix episcopus respondere non posset, locutus est iudex: Po- natur in capite eius sex pro insula, in mani- bus autem pix pro chirothecis, lutum quo- que in pedibus eius pro sandalijs, & pro ca- mītia & linteo episcopali pannum meretricia lem recipiat, pro honore suscipiat confusio- nē, pro lata familia habeat feruentem demo- num turbam. sicq; episcopus descendit in in- fernū æternaliter condemnatus, à quo iudex auertit oculos misericordie sue, & omnes san- cti cum eo. Ex his & consimilibus exemplis ostenditur, quā periculosum & graue sit e- piscopale officium: quā item damnabile sit, in illo se negligenter habere. Postremò, q̄ damnabilissimum sit, cū religiosis fœminis commiseri, patet specialiter ex terribili illa historia, quæ de Vdone episcopo recitatur.

Quōd episcopi tenentur aliquando celebrare.

Articulus XLIII.



Vamuis episcopi in exterioribus multipliciter occupentur, nequa- quam tamen licet eis à celebratio- ne penitus abstinere: imò nisi ali- quando celebrent Missam, peccant mortali- ter, etiam toties quoties exigente iustitia ac debito ordinis sacerdotalis, meritò celebra- rent: & istud sanctus Thomas super quartū Sententiarū efficaciter probat: Primò, quoniā dominus deus & saluator sacramētum Eucharistię in cœna nouissima instituen- do, sacerdotibus iussit: Hoc facite in meam memoracionem. Secundò, quia qui habet in se ordinem sacrum, tenetur exequi eum & uti eodem, cum sacer ordo sit quædam pote- stas ordinata ad actum. Tertio, quoniā ordo sacerdotalis directè respicit corpus Christi verum, nec respicit corpus Christi mysticū, nisi ex consequenti. ideo quamuis sacerdos nulli homini teneretur ex prelatione seu commissione vel subiectione, tamen tenetur Christo & Deo patri, vt offerat ei sacrificium tam acceptum. Quartò, quoniam teste S. Grego. dū crescunt dona, rationes crescūt donorum. Cum itaque data sacerdoti sit po- testas nobilissima, reus negligentia & ingra- titudinis erit, nisi illa utatur ad honorem deī & suam salutē, atq; ad subuentionē aliorū vi- uorū ac mortuorū, cūm & beatissimus Petrus

Matth. 26.

1. Pet. 4.

1. Corint. 3.

Phil. 2.

Apostolus dicit: Vnusquisq; sicut accepit gra- tiam, in alterutrū illam administrātes. Quin- to, quia beatus Ambrosius loquens ad Deū: Graue est, inquit, quōd ad mēsam tuam mun- do corde & manibus innocentibus nō veni- mus: sed grauius est, si dū peccata metuimus, etiam sacrificium non reddamus. Verūm vt ait Casianus: Multiplex est superbia, & in di- uersis hominibus diuersos habet effectus. Quidam nanq; ex quadam superbia adspirāt ad sacerdotium, atq; ad celebrādum coram frequētia populi. Alij verò ex quadā super- bia refugiant sacerdotium: vel si sacerdotes sunt, tamen celebrare abhorrēt & erubescūt: & isti sunt penitus excecari & carnali pruden- tia obuoluti, nō attēdentes, quōd sacerdoti- lis potestas sit ineffabiliter diuina, superna- turalis atque dignissima, quōd item celebra- re & Deo patri offerre & sacrificare vnigeni- tum dilectissimum filium suum, sit excellen- tissimum ac præclarissimum actus, qui nec an- gelis sanctis cōcessus est. Nullus ergo episco- pus quantumlibet nobilis carne, etiam si sit filius regis, putet se nimis magnum aut illu- stre ad celebrādum, imò potius arbitretur se indignum ad tātum opus, & nihilo minùs omni cum diligentia ac conatu iugiter se dis- ponat ad immolationem sacrificij tāti, quod adorant etiam angeli sancti. Nam sicut in cæ- teris actibus bonis, ita & in isto diuinissimo actu tenetur episcopus se alijs exemplarem præbere, & præsertim in festis præcipuis.

Qualiter præsul per exercitia uirtuosa debeat iugiter ad Deum confugere, ad impetrandum ab eo gratiam reformationis omni populo suo.

Articulus XLIIII.



Hristus in Euangelio suo ait om- nibus cultoribus suis: Sine me ni- hil potestis facere. Nihil enim pos- sumus meritorie cogitare, deside- rare, loqui aut agere sine supernaturali auxi- lio gratiæ Dei, actualiq; motione Spiritus san- cti, cū dicat Apost. Nō sumus sufficiens cogi- tare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed suffi- ciētia nostra ex deo est. Et rursus testat: deus est q̄ operatur in nobis uelle & perficere. Cū ergo homo non valeat seipsum Deo acceptū ac placitum exhibere aut regere absq; auxi- lio gratiæ gratum facientis, ac motione & di- rectione Spiritus sancti mētem misericordi- ter excitantis, multo minùs sine adiutorijs istis potest & alios efficaciter gubernare ac Deo placentes efficere. Ideo quanto episco- pus pluitibus præest hominibus & magis dis- ferenter dispositis, tanto indiget maioribus

& gratiosioribus omnipotentis Dei subsidijs, vnctionibus, directionibus, illuminationi- busq; assiduis. Ideo omni hora sibi possibili debet toto cordis affectu ad viscera mi- sericordiæ benignissimi & superliberalissi- mi Dei confugere, & ipsum Dominū pro om- ni gratia sibi necessaria exorare, & gregē sibi cōmissum suo creatori ac saluatori fiducia- liter commendare cū deuotissimis precibus & benedictionibus lachrymosis. In super, quanto plūs videt reformationem subdito- rum suorum & cōdignam eorum custodiam excedere proprias suas vires, tanto instātius & multipliciūs debet apud fontem pietatis ac gratiæ laborare, vt ipse dignetur manū gra- tiolissimam indefinenter apponere, subdito- rumq; corda compungere, illuminare, con- uertere, & omnia ad salutem necessaria ipsis conferre: pro quibus omnibus impetrandis debet apud altissimum laborare, non solum orando, sed etiam ieiunando, abstinēdo, cor- pus suum flagellis, cilicijs & consimilibus ca- stigando, in compūctionibus & fletibus atq; orationibus pernoctando. Hæc etenim exer- citia ab episcopis & prælatis coram deo exhi- bita pro subditorum conuersione, custodia ac salute, ineffabiliter placent Deo, & magne virtutis sunt coram eo, ad impetrandū subdi- tis gratiam veræ conuersionis. Quemadmo- dum etiam legitur de sancto & feruētissimo ac humillimo hugone, Gratianopolitano episcopo: qui cū factus esset episcopus, inuenit populum suum miro modo de- formatum, rudem & incultum circa Dei obsequium, clerum quoque omnino deordi- natum atq; collapsum, intantum, quōd sacer- dotes publicè in facie Ecclesię duxerunt vxores: qui vidēs se viribus suis nequaquam suf- ficere ad reformandum, gubernandum & cu- stodiendum sibi commissos, præfatis modis confugit ad Deum, die ac nocte inuocans eū prostratus in terram, non parcens sibi in la- boribus, ieiunijs, disciplinis, lachrymis & vi- gilijis: sicq; infra breue tēpus mirabilem fru- ctum fecit in populo, & sacerdotes cū clero cætero magnificè reformauit. Cuius exēplo accendantur pontifices, eiusq; diligentiam ac feruorem sectentur: & ita dominorū vni- uersorum omnipotens gratiosissimè acco- piofissimè eis aderit & adstabit, ad laudem, gloriam & honorem nominis sui, qui est super omnia Deus sublimis & be- nedictus, Amen.

S. hugonis fer- uor & diligen- tia pro refor- matione sub- ditorū suorū.

Libri de vita & regimine præsulum FINIS.

D. DIONYSII

CARTHUSIANI DE VITA ET REGIMINE ARCHIDIACONORVM, LIBER VNVS.

Præfatio.

Sup. 6.



IUDICIUM durissimū in his qui præ sunt, fiet. Quamuis in quolibet Christiano diligens ac profunda diuini iudicij consideratio omnem seculi vanitatem, vniuersam carnis lasciuiam, cunctam insuper mentis ignauiam sufficientissimè queat reprimere, prorsus extinguere, iugiterque contemere: nibilo minùs in præsentibus consideratio hæc id ipsum tanto cõpletius valet & meritò debet peragere, quanto præ cæteris districtius iudicabuntur, atque into-

lerabilius, si carnales aut negligentes extiterint, damnabuntur. Nempe tot mortibus, tot æternis cõdemnationibus digni sunt, quot ex eorum negligentia carnalis, scandaloſa que animæ pereunt. Ideo dixit Chryſostomus: Quis est qui prælationem desiderat, aut curam animarum accipere non veretur, nisi qui non timet iudicium Dei, neque perpendit, quàm horrendum sit incidere in manus Dei viuentis? Propterea quatuor nunc rationes occurrunt, propter quas in præsentibus ac prælatis durissimum Christus iudicium exercebit. Prima est, quia illorum peccata sunt grauiora. Etenim quo grauius sublimior, eo ruina est maior. Hinc Hilarius Papa: Maiori, inquit, reatu delinquit, qui honore fruitur potiori: & grauiora facit vitia peccatorum sublimitas peccantium. Chryſostomus quoque disseruit: Homo Christianus fortiter cadit, aut propter magnitudinem culpæ, aut propter altitudinem dignitatis. Secunda est, quia pro pluribus, vtputa pro vniuersis subditis & commissis daturi sunt rationem, quemadmodum ipsemet iudex in Euangelio protestatur: Cui multum datum est, multum requiratur ab eo: & cui plus commendatum est, plus requiretur ab eo. Tertia est, quoniam pluribus nocuerunt eorum peccata. Siquidem quo amplioris sunt dignitatis, ac pluribus præ sunt, eo ex vita ipsorum iniusta plures scandalizantur: sicque honorificentia Dei plus minoratur, imò & maior omnipotenti contumelia irrogatur, pluresque animæ creatori proprio subtrahuntur. Propterea sancto testante Gregorio, A nullo tantum Christus patitur damnatum, vt ab indignis negligentibusque prælatis. Et denud ait: In imitationem culpa vehementer extenditur, dum peccator ob suæ prælationis eminentiam honoratur. Denique, vt beatus loquitur Augustinus: Qui in conspectu populi impiè agit, potissimè qui in præsentia subditorum aut eis scientibus publicè malè viuunt, quantum in ipso est, tantos spiritaliter perimit, à quantis conspicitur aut carnaliter conuersari cognoscitur. Quarta est, quoniam rigoroſius damnabuntur & acrioribus addicentur supplicijs: quod ex dictis satis reor patere. Idcirco in libro Sapientiæ habetur: Exiguo conceditur

Chrysoſt.

Hebr. 10.
iudicij duris-
sime rationes
quatuor.

25. q. 1. c. mil.
litas. 4. o. di.
c. Homo chri-
stianus.

Luc. 12.

Gregorius.

Augustinus.

Sup. 6.

ceditur misericordia, potentes autè potèter tormenta patientur. Districtio ergo diuini iudicij præsentibus vniuersis iugiter est pensanda, vt nõ duntaxat vanitates elationis, dissolutiones cordis inquinacionesque corporis vitent, verum etiam timorati semper humilesque consistant. Hinc ait Gregorius: Magnopere curandum est, vt qui regendis hominibus præfertur, apud se in secretario mentis in sede præsideat humilitatis. Cumque iudicanti ei à cæteris foris assistitur, incessanter adspiciat, cui iudici ipse tandem de his iudicandus assistet. Penset ergo, quia ad satisfaciendum districto iudici de anima tantum sua vix sufficit: & quot subditis præest, tot quasi animas iudicij tempore solus habet: quæ cogitatio si quotidie mentem excoquat, omnem superbiæ premit tumorem, atque acceptam potestatem reputari onus facit potius quàm honorem. Itaque imaginatio huius iudicij sic quemlibet terreat præsentem, imò vnumquemque fidelem, quomodo terruit sanctum Hieronymum contestantem: Quoties diem illum considero, toto corpore contremisco: siue enim comedo, siue bibo, siue aliud aliquid facio, semper videtur tuba illa terribilis sonare in auribus meis: Surgite mortui, venite ad iudicium. Eodem quippe protestante doctore sanctissimo: Iudicaturus Domino, lugubre mundus immugiet, & tribus ad tribum pectora feriet, potentissimi quondam reges nudo latere palpitantur: adducetur cum suis stultus Plato discipulis tunc Aristotelis argumenta non proderunt, cum venerit ille filius pauperculæ quæstuarie, iudicaturus fines terræ. Denique, in hora iudicij totus mundus stabit in igne conflagrationis, reprobos excurrentis, qui in tantam se tunc altitudinem creditur extensurus, in quantam se aquæ extulerunt diluuij, quæ (vt in Genesi legitur) quindecim cubitis altiores fuerunt montibus excelsis. Quem admodum verò tres pueri in igne camini Chaldaici manserunt illæsi, sic ignis ille conflagrationis corporibus electorum nil inferet pœnæ. Tunc Christus iudex residet in aère, vniuersaque agmina angelicorum spirituum astabunt in forma visibili, siquidem teste Gregorio, visibiliter apparebunt. Quòd si vnius angeli apparitio sensibilis tam intolerabilis est fragilitati humanæ, quàm intolerabilis & horrenda erit tunc reprobis omnium supermundanorum visibilis apparitio animorum, præsertim quum instar Christi valde terribiles apparebunt damnandis? Huius demum veritas dicti constat ex eo, quòd Daniel propheta ait ad angelum sibi visibiliter apparentem: Domine, in visione tua dissolutæ sunt compages meæ, & emarcui: sed & halitus meus intercluditur, & nihil in me remansit virium. Præterea, vt ibidem habetur, sanctus ille propheta præuisionis illius pauore in terram collapsus, facie telluri adherens, loqui non potuit. Si angelica visio in seculo isto sic terret, prosternit ac desiccat etiam iustos, qualiter in extremo iudicio perterrebit iniustos? Iacebit ergo tunc reprobi in terra, quam amauerunt, cum fœdissimis suis corporibus, teterrimis atque grauissimis, quæ turpiora ac horribiliora tunc erunt, quàm dum in sepulchris fuerunt à vermibus semicorroſa. Aderit tunc demonum quoque omnis illa atrocissima desolatorique phalanga visibiliter parens, ac reprobos acerbissimè inenarrabiliter que suo adpectu perterrens atque affliges. Præſens tunc erit omne genus humanum, singulorumque vita singulis innotescet,

iudicij diuini
rigor iugiter
pensandus.

Gregorius.

Hieronymus.

Gen. 7.

Dan. 3.
Math. 13.
& 25.
Luca. 21.

Dan. 10.

notescet, ut iustissimum Dei iudiciū cuncti simul agnoscant. O quid desolationis atque angustiae, quid calamitatis & poenae tunc erit damnandorum infelicissimae turbae. Tunc planē, sicut in Iob scriptum est, angustia vallabit impium, sicut regem qui paratur ad praelium. Cernent equidem uitiosi, in aeterna Acherontis supplicia se protinus ruituros. Mox namque prolata sententia: Ite maledicti in ignem aeternum, aperiens terra os suum, deglutiet eos, corruentq; in lacum operi humo: quoniam iuxta sacratissimi Esaiæ oraculum, congregabuntur congregatione vnius fascis, & claudentur in carcere, haud dubium, quin infernali ac aeternali, in quo cum desperatione mœstissima detinebuntur sine fine torquendi. Postremò, deuoto attestante Anselmo, in illa iudicij hora erunt à dextris peccata nos accusantia, à sinistris innumerabilis demonū turba ad accusandum promptissima, sub-
 tus horrendum chaos inferni, supra aperti scissiq; caeli: in aere indixeratus, foris mundus ardens, intus conscientia vrens. Vbi iustus vix saluabitur, heu peccator infelix sic deprehensus quo abscondetur? Impossibile erit fugere & latere, atque intolerabile apparere. Tunc reuelabunt caeli iniquitatem prauorum, & terra aduersus eos consurget, pugnabitq; pro Deo orbis terrarum contra insensatos, qui creaturis magis quam creatori insipientissimè ac peruersissimè inhaeserunt. Idcirco de furore omnipotentis aeternaliter bibent, de quibus per Ezech. praedixit: Ecce complosi manus meas super malitias vestras, & conflabo & congregabo & succendam vos in igne furoris mei, & conflabimini in medio eius sicut conflatur argentū in medio fornacis. Videntes hæc reprobi, turbabuntur timore horribili, ingemiscetes præ angustia spiritus, & dicentes: Errauimus à via veritatis, & iustitiae lumen non luxit nobis. Itaque huius consideratio iudicij, quod in his, qui praesunt, durissimè fiet, omnem sollicitet praesidentem ad sui executionem officij diligentē, ad conuersationem coram Deo timoratum ac iustam, coramq; hominibus exemplarem. Quod si extremi consideratio iudicij minus terret quasi longius distans, perpendat se protinus cum de corpore isto exierit, distriditissimè iudicandum. Hæc de Archidiaconatus officio paucis scripturus tetigerim, vt illud diligentiùs exerceatur ac iustiùs, praesertim ab his, quorum intuitu & amore hæc conscribuntur.

Tob. 15.

Mat. 25.

Esaie 24.

Anselmus.

1. Pet. 4.

Rom. 7.

Ezech. 22.

Sap. 5.

3q. 6.

De actibus, qui secundum iura ad archidiaconos pertinent.
 Articulus I.



M Archidiaconi in iure periti quod habitualiter sciūt, actu aduertant, cæteri verò quod non sciunt agnoscāt, omnes autem ad quod se nouerint obligatos, adimpleant: in primis ad quæ archidiaconi ex iure teneantur, cōmemorabo. Porrò raimūdis in Sūma sua de archidiaconorū officio, inquit: Idcirco nō prosequor, quoniā circa eorum potestates & officia ferè quot sunt ecclesiae, tot sunt cōsuetudinū varietates. sed nūc ad quæ secundum iura obligentur, De offic. archidiacon. c. 1.

Archidiaconi ad quæ secundum iura obligentur. De offic. archidiacon. c. 1.

diaconus post episcopum sciat, se vicarium eius, puta episcopi, esse in omnibus: & omnem curam in clero, id est clericorum, tam in vrbe positurum, quam eorum, qui per parochias habitare noscūtur, ad se pertinere: siue de eorum conuersatione, hoc est, qualiter conuersentur, siue de honore, an scilicet superioribus suis debitam obedientiam reuerentiamq; impendant, vel iuxta dignitatem sacerdotij sui decenter se habeant, aut à suis subditis debitè honorentur. Veruntamen pro honore, aliqui legunt, onere: vt sit sensus, quodd ad archidiaconū pertinet, perscrutari, an clerici ei subiecti, potissimè sacerdo-

tes

res curati, onus (id est, debitum) sui officij effaciat, exequatur. Sequitur in textu: Et re-
 stauratio ecclesiarum: quia & hoc ad archidiaconi pertinet curam, prouidere vt ecclesiae suae parochiae, dum opus est, instaurantur; siue doctrina ecclesiasticorum, id est, clericorum, qualiter instruant populum de pertinentibus ad salutem, & cæterarum rerum studio, ad quas archidiaconi iurisdictione se extendit, & delinquentiū rationem coram Deo redditurus est, id est, rationem reddere exigitur pro delinquentibus sibi commissis: & pro illorum punietur peccatis, nisi pro ipsorum emendatione fecerit quod in se est, siue quod suū requirit officium: & vt de tertio in tertium annum, si episcopus non potest, parochiam vniuersam circumeat: & cuncta quæ emendatione indigent, ad iudicium (i. iuxta dictamen ac discretionem) sui episcopi corrigat & emendet. Circa hæc loquitur Glossa, quod visitatio ista de triennio in triennium intelligenda est, quando archidiaconus ex mandato sui episcopi visitat vniuersam parochiam siue diocēsim. Nihilominus propriam suam parochiam visitare debet singulis annis, vel pluries, si expedit. Ex hoc quoque quod dicitur hic, Corrigat, Glossa concludit, quod archidiaconus habet coercionem, id est, vim coercionem ac iurisdictionem: quod etiam sanctus Thomas in libro de perfectione vitæ testatur, affirmans quod curam habeat animarum. Sequitur in textu ex concilio Toletano: Officiū archidiaconi est, euangelium, quado voluerit, legere, vel alicui de diaconis præcipere, vt scilicet legat: & quando episcopus Missam canit, ad iusionem illius induant se Leuitæ vestibus sacris: & qualiter cum pontifice ad Missam procedant, ad archidiaconum disponere pertinet. Omne ecclesiasticum officium præuidendo, lectiones & responsoria in matrice ecclesia dare debet & auscultare, intantum, vt nullus euangelium aut epistolam, responsoarium aut quælibet in ecclesia lectionem legat, donec auscultetur ab ipso. Acolytos quoque ordinat, quis eorum candelabra, quis thuribulū deferre, quisve minorum officia aliqua in ecclesia agere debeat. Insuper Gregorius Salomitanus archidiacono scribit: A te distriditè quaeremus, si non ea, quæ vel propriae ecclesiae, vel de diuersis ecclesijs cimelia sunt collecta, sub omni sollicitudine & fide seruētur: & si quod ex eis ex negligentia vel cuiusque fraude deperierit, hoc reatu adstringeris, qui per archidiaconatus ordinem, id est, officij, custodiæ eiusdem ecclesiae arctiùs implicaris. Cimelia, sunt vasæ ecclesiae, quorum cultus

De offic. archidiacon. c. 1.

25. dist. c. 1. Vbi orariū. De offic. archidiacon. c. 1. Officiū.

24. perlectis. 25. dist. c. 1.

De offic. archidiacon. c. 1. Ea quæ.

dia secundum Glossam, ad custodem siue thesaurarium pertinet. sed consuetudo attenditur. Nā vbi thesaurarius non est, ad archidiaconum (vt hic dicitur) spectat. Præterea Alexander tertius Helienenti scribens archidiacono, ait: Quoniā obtentu alicuius (non præscriptæ secundum Hostiensem) consuetudinis non debes contra sanctorum patrum institutiones venire, & quod ad tuū non spectat officij, vindicare: mandamus, vt nemini sine licentia & mandato episcopi, curam præsumas committere animarum. Idem Papa cætuariensi archiepiscopo & cuidam scribens abbati: Mandamus, inquit, quatenus prohibeatis Cistrensi archidiacono, ne ad ecclesias sui archidiaconatus visitadas, nisi semel in anno accedat, nisi fortè talis causa emerferit, propter quam ipsum præfatas ecclesias sepius visitare oporteat. Amplius Innocētius III. scribens cuidam, Consulisti nos, ait, quid ad officium archidiaconi debeat pertinere, & per quæ atq; in quibus per ipsum cura sollicitudinis episcopalis debeat releuari. Et nos, prout possumus, respondemus: Archidiaconus secundum statuta beati Isidori, imperat subdiaconibus & Leuitis: parochiarum sollicitudo & earū ordinatio ad ipsum pertinet, & audire debet iurgia singulorū. Archipresbyteri, qui decani à pluribus appellantur, eius iurisdictioni se nouerint subiacere. Secundum verò Romani ordinis constitutionem, maior post episcopum & ipsius vicarius inuenitur, omnem sollicitudinem & curam tam in clericis, quam in ecclesijs eorum, prout meliùs secundum Deum poterit impendendo, cum super his sit redditurus rationē in distriditū iudicio examinis. Item in epistola beati Clementis Papæ, oculus episcopi archidiaconus appellatur: vt loco episcopi per episcopatum prospiciens, quæ corrigenda viderit, corrigat & emendet: nisi adeò fuerint ardua negotia, quod absq; maioris (i. episcopi sui) præsentia nequeat terminari. Examinatioq; clericorum, si fuerint ad sacros ordines promouendi, spectat ad ipsum: & vt qui beneficijs ecclesiasticis præficiendi fuerint, à suo prius examinen-
 tur archidiacono, & per ipsum postmodum episcopo præsententur. Hæc & alia quædam præallegato Decretaliū loco habentur, quorum intelligentia infra clariùs effulgebit.

cap. Ea quæ de off. archidiacon. in Glossa.

De off. archidiacon. c. 1. fatis. ext. c. mandamus de off. archidiacon.

Ca. ad hæc. tit. quo sup.

C. ad nostræ de of. archidiacon.

De eadem materia ex Decreto.
 Articulus II.



Sanctus Isidorus doctor ac Hispanensis episcopus, distinctio. XXV actus ad archidiaconum pertinentes cōpendiose perstringit, cuius sententia

25. dist. c. 1. ver lectis. & ea. Vbi orariū.

I

sententia

sententia pro magna parte in præcedenti est expressa articulo. Itaque ait: Archidiaconus imperat subdiaconibus & Leuitis, ad quem pertinet mysteria ista: Ordinatio vestiendi altaris à Leuitis, cura incensi & sacrificij, necessaria sollicitudo quis Leuitarum ad populū euangelium legat, quis preces dicat, seu responsoria in dominicis aut solēnitatibus decantet: sollicitudo quoque parochiarum, & ordinatio & iurgia ad eius pertinent curam, pro reparandis dicecesanis basilicis suggerit sacerdoti, id est, episcopo. Ipse inquit, (id est, visitat) parochias cum iussione episcopi, & ornamenta vel res basilicarum vel parochiarum, gesta libertatum ecclesiasticarum episcopo refert: collectam pecuniam de communi (id est, de oblationibus) accipit, & episcopo defert, clericisque distribuit proprias partes. Ab archidiacono nunciatur episcopo excessus diaconorum. Ipse denunciat sacerdoti in sacrorum ieiuniorum dies atque solennitates, & ab ipso publicè in ecclesia prædicantur. Quando archidiaconus absens est, vicem eius diaconus sequens adimplet. Hæc sanctus Isidorus. Præterea in epistola sancti Clementis habetur: Diaconi ecclesiæ sunt tāquam oculi episcopi oberrantes, & cum vercundia vndiquè circumlustrantes actus totius ecclesiæ, & perscrutantes diligentius si quæ viderint viciniam præcipit fieri, & proximū esse peccato, vt referant hæc ad episcopum, vt reuocet talem ne corruat. Negligentiores ipsi diaconi admonent & hortentur his verbis, quæ penè omnia distin. 93. scripta sunt. Ibidem adiungitur: Episcopo suggerere quæ ad cultum ecclesiæ & disciplinam eius pertinent, diaconibus cura sit. Istud de archidiaconis sumitur. Itaque ex præinductis colligitur, quodd archidiaconorum officium est, in regimine dicecesis episcopo præcipue adstare, cooperari, sollicitudinemque in cunctis impendere, ita tamen, vt vnusquisque archidiaconorum circa partem dicecesis sibi specialiter deputatam atque commissam, singularè ac fidelissimam charitatem diligentiamque demonstret semper ac impleat, prouidendo, satagendo, totisque viribus procurando, vt Deo ibidè decèter ac debite seruiatur: quod fit, dum sacerdotes curati & eorum vicarij ac clerici iuxta apostolica documeta atque sanctorum patrum statuta virtuose & exēplari- ter conuersantur, & gregibus sibi commissis pastoralis officij debitum ritè impendant, prout hæc infra distinctius sunt tangenda.

Quam exemplaris ac virtuosa debeat esse conuersatio archidiaconorum.

Articulus III.



EX præinductis ita constat, quæ admodū in ordine ecclesiastico post episcopos archidiaconi mox sequuntur, qui & episcoporum vicarij præcipui perhibent. Sicut itaq; episcopis archidiaconi in ordine ecclesiasticæ hierarchiæ viciniore existunt, ita eisdem in charismatibus gratiarum perfectionibusque virtutum similibus consistere debent, iuxta Philosophicum illud: Quod est alicui propinquius, debet eidem esse similius. Porro episcopo rum est, in omni virtute esse iam consummatum. Quem admodum etenim status religionis est status perfectionis acquirendæ, sic status episcoporum est status perfectionis acquisite, siue per infusionem adeptæ. Vnde sicut religiosorum est, ad perfectionem quotidie tendere: ita episcoporum est, in omni virtute perfectum existerè, vt sint viri profusus heroci ac cœlestes. Nam & in consecratione sua ad vtriusque vitæ exercitia perfectæ solenniter se adstringunt, ac districte obligant. Ideo tam in actibus vitæ contemplatiuæ, quàm in operibus vitæ actiuæ perfecti debent consistere. quæ omnia in Decreto atque in Summis ac scriptis doctorū, potissimè Alexandri de Hales, sancti Thomæ, Alberti Magni, Bonauenturæ ac cæterorum, plenissimè continentur, multipliciterque probantur. Quamuis ergo archidiaconi in perfectionis statu non sint, vt in libro de perfectione vitæ Thomas efficaciter probat: nihilominus quanto præ cæteris ordini episcoporum propinquius annectuntur, tanto eisdem in præactis virtutum excellentissimè acque operibus conformiores esse debere censentur. Insuper, sicut præhabitus est, archidiaconi nedum sacerdotibus curati, sed ipsi demum archipresbyteris præficiuntur, ita quod super illos iurisdictionem sortiti sunt: ergo & in virtutum operibus perfectioneque vitæ debent eisdem proportionabiliter præfulgere, vt tanto sint perfectiores in conuersatione, quanto sublimiores in prælatione ac administratione & iurisdictione: præsertim cum sancti Doctores id vnanimiter protestentur, iuxta mensuram & gradum prælationis & iurisdictionis oportere esse mensuram & gradum virtutum ac perfectionis, vt tanto sit quisque virtuosior in viuendo, quanto sublimior præsidendo. Alioquin ad condignam suorum executionem actuum non erit idoneus. Ideo asserit Gratianus: Reuerà qui ad hoc eliguntur vt præsent cæteris, sicut præordinantur dignitate, sic præminere debent & sanctitate. Alioquin, i. q. i. c. nulli scur cæteris præferuntur, qui meritis non præful-

40. dist. c. Oportet. & c. nos q. præ. i. q. i. c. nulli scur

præfulgent? Symmachus quoque Papa fate- tur: Vilissimus computandus est, nisi præcellat scientia & etate, id est, vitæ morumque probitate, qui potior est honore. Hinc deuotissimus ille Bernardus sancto scribens Pape Eugenio: Absque virtutibus (inquit) tanto es deformior, quanto in dignitate illustrior. Præterea, archidiaconorum præcipuū opus est, sui archidiaconatus visitare curatos & eorū vicarios. Ergo purgare, illuminare & perficere habent illos, imò si culpa requirat, reprehendere, iudicare atq; punire eos tenentur. Grandis itaq; sapientiæ, splendor, discretiōis vigor, iustitiæ rigor, constantiæ tenor, charitatis feruor, exercitatioq; virtutum archidiaconis necessarij agnoscuntur, vt actus ita sublimes ac deiformes peragere queant. ampliùs, iuxta beati Isidori documenta, ad archidiaconū pertinent sollicitudo ac ordinatio parochiarum & iurgia, id est, iurgiorum sedatio: ac, vt asserit Decretalis, clericorum tam in vrbe manentium, quàm in parochijs positōrū, ad illum pertinet cura. Sed hæc idoneè prosequi, & in tot occupationibus, in tot in quietudinibus solitudinibusque constanter persistere, in deuotiōe manere, ab æquitatis tenore nõ cadere, neq; à debita spiritualis cōuersatiōis sinceritate deficere, nõ mediocriter planè est perfectionis, sed arduum profusus, magnum & altum. Ingens igitur charismatū affluentia diuinorū, gratiosa directio Spiritus sancti, vera stabilitas mentis, iugis ac timorata cordis custodia, archidiaconis necessarię sunt. Hinc Chrysostrōmus in quinto sui Dialogi libro ait: Si aliquem mihi talem adducas monachum, qualis (vt secundum exaggerationem loquar) fuit Helias, tamen quandiu solus est, etsi non perturbetur, nec grauitèr peccet, quippe non habens quibus stimuletur atque exasperetur: non tamen illi comparandus est, qui traditus populis & multorū ferre peccata compulsus, immobilis perseuerata fortis. Et rursus ibidè: Si quis (inquit) proponeret mihi optionem, an malle Deo placere in officio sacerdotali scilicet & pastoralis, an in solitudine monachorum, incomparabiliter eligerem id quod prius dixi. Hęc autem allego, non quò velim asserere, archidiaconos presbiterosque curatos in statu esse perfectiori, quàm religiosos, præsertim quā archidiaconatu & cura relicto, religionem licite intrent: sed quòd difficultas sit, in archidiaconatus officio idoneè se habere. Postremò quo pluribus archidiaconi præficiuntur, eo exēplariore esse tenentur: quo itè virtuosiores exemplarioreque consistere adstrunguntur, eo vitiosiores ac damnabiliores ex-

Bernardus de Consolatione.

De off. archidiaconi. ad hæc. & c. v. nstrum.

Chrysostr.

40. dist. c. l. l. d. autem. & c. nulli. i. q. i. c. nulli scur.

istunt, nisi iuxta suæ exigentiam vocationis dignè Deo studeant conuersari, atque officij sui debitum adimplere.

Elucidatio particularior de virtutibus & virtutum perfectionibus, ad quas archidiaconi obligantur. Articulus IIII.



Vibus decorari virtutibus oportet at præfulem, Timotheo ac Tito episcopis scribens docet Apostolus: Oportet (inquit) episcopum irreprehensibilem esse, sobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hospitalem, doctore, non vinolentum, non percussorem, non litigiosum, non cupidum, suæ domui benè præpositum, non superbum, non iracundum, non turpis lucri cupidum, sed benignū, iustum, sanctum, continentem, & rectè tractantem verba veritatis. Porro, vt Augustinus ambrosiusque testantur, omnia hæc ad sacerdotem etiam pertinent, præsertim curatos, atq; de eis secundum intentionem Apostoli intelliguntur. Siquidem descriptio quales debeant esse episcopi, mox de diaconibus subdit Apostolus, quales esse debeant instruens, nullam de presbyteris mentionem faciens specialem. Hinc ille doctissimus Gratianus in Decreto, à distinctiōne vigesima quarta vsque ad primæ causæ exordium præinducta Apostoli verba exponens, sic ea interpretatur, vt non dumtaxat episcopis, sed sacerdotibus quoque ipsa doceat conuenire. Veruntamen excellentiori modo perfectiori que gradu præacta ad episcopos pertinet. Cum itaque iuxta prædicta non solum curatis, sed archipresbyteris quoque præsent archidiaconi, constat quòd virtutes in verbis Apostoli tactæ pertineant ad eosdem, non solum perfectiùs quàm ad plebanos, imò etiā quàm ad archipresbyteros. Oportet ergo archidiaconos post excellentias virtutum istarum ad antistitem pertinentes eminenter ac singulariter esse irreprehensibiles, sobrios, moribus adornatos, prudentes, pudicos, iustos, sanctos, continentes, &c. intantum, vt de plenitudine sua vniuersis suæ iurisdictioni subiectis valeant communicare, influere, elargiri, atque presbyteros à præfatis virtutibus deficientes, ad eas inducere. Ac verò ad quantum virtutum apicem teneantur archidiaconi, ex his quæ in principio tertii Decretalium, titulo de vita & honestate clericorum, scribuntur, faciliter demonstratur. Ibi equidem ab omni libidinis vitio, ab omni auaritiæ nota, ab omni ebrietate & crapula, ab officiis atque commercijs secularibus districte prohibentur, vbi & inter

1. Timo. 3. Tit. 1.

25. dist. c. perlechiis.

93. dist. c. diaconi. c. sacerdots. c. nulla fere per tot.

cætera legitur: Monasteria monialium si quis quã clericus sine manifesta & rationabili causa frequentare præsumperit, per episcopum arceatur: & si non emendauerit, ab officio ecclesiastico reddatur immunis. si quis ex clericis comam relaxauerit, anathema sit. Clerici arma portantes & usurarij excommunicentur. Ad aleas & taxillos non ludant, neque huiusmodi ludis intersint. Alia demum plurima ibi habentur de curiositate, superfluitate, pretiositate, mundanaque vanitate ac pompositate vitandis in vestimentis ac ornamentis, & ne vestibus viridis rubescere coloris vrantur. Cum itaque super eos, quibus hæc præcipiuntur, archidiaconi iurisdictionem prædientiamque sortiti sint, ritè concluditur, quàm eminenter hæc omnia debeant adimplere, seque ad implementationis exemplar ac obedientiæ formam cæteris exhibere, vt ad horum obseruantiam subditum clerum inducere efficaces sint & condigni, ne eis ritè dicatur: Medice, cura te ipsum. & Quia alium doces, te ipsum non doces. Postremò, idem ostenditur ex his, quæ sanctus doctor ac præsul Isidorus de conuersatione ad sacerdotes atque canonicos & clericos pertinente conscribit, & distinctione viciniam tertiam introducuntur hoc modo: *Lege sanctorum patrum continetur, vt sacerdotes & clerici siue canonici à vulgari & seculari vita seclusi sint, seque à voluptatibus mudi abstineant: non spectaculis, non pompis intersint, conuiuia publica fugiant, priuata non tantum pudica, sed etiam sobria colant: vsuris nequaquam incumbant, nec turpiu occupationibus, lucrorumve fraudibus. Amorem pecuniæ quasi materiam cunctorum criminum fugiant, secularia officia atque negotia abnuant, honoris gradum per ambitionem non quærant: pro beneficij medicina Dei, id est, ecclesiasticis beneficij siue suffragij ac sacramentis pecuniæ non sumant. Dolos & coniurationes cauant: odium, emulationem detractionemque fugiant. Non vagis oculis, non lingua effreni, aut petulantia & fluído gestu, aut pomposo vultu incedant: sed pudorem ac verecundiam mētis simplici habitu humilique incessu ostendant. Obicentatem membrotrum & verborum, sicut & operum, penitus execrentur: viduarum & virginum frequentationes fugiant, contubernia sceminarum nullatenus appetant, castimoniam corporis perpetuò seruent: superioribus debitam exhibeant obedientiam, nec villo iactantia studio se extolant. Doctrinis, lectiõibus, psalmis, hymnis & cæticis spiritualibus semper incubant. Tales etenim esse debent, qui diuinis cultibus sese*

mancipare iugiter student, vt dum scientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populo administrent. Hinc demum Innocentius Papa præcepit, vt mimis & ioculatoribus ac histriõibus non intédât, sed in ecclesiasticis officijs ac alijs studijs bonis se exerceant diligenter, quatenus in cõspectu omnipotentis Dei puro corde & casto corpore valeant ministrare. Itaque in omnibus præinductis archidiaconus tantum excedat clerum sibi subiectum, quantum decet magistrum excedere suum discipulum, ac prælatum plebem ei commissam. Ad obseruantiam quoque istorum sub subditum sibi clerum archidiaconus curet. fatagatque inducere.

Obiectio contra præhabita.

Articulus V.

Mirri videtur, quòd archidiaconus super presbyteros, imò & super archipresbyterum iurisdictionem sortitur, cum sacerdotii ordine archidiaconali sit maior ac dignior. Nempe cum tres sint ordines sacri, videlicet sacerdotium, diaconatus & subdiaconatus, sacerdotalis ordo est summus. Quum ergo par in parem potestatem non habeat, multo minus minor in maiorem obtinet potestatem. sicque archidiaconus in sacerdotibus iurisdictionem non exercebit. Præterea, sicut se habet diaconus ad presbyterum, sic archidiaconus ad archipresbyterum: sed absolute loquendo diaconus presbytero extat inferior, vt etiam distinctione nonagesimam tertiam copiose probatur: ergo archidiaconus archipresbytero inferior simpliciter erit. Insuper, quæ à Deo sunt, ordinata sunt: sed inordinatum videtur, inferiori iurisdictionem dare in superiores. Quum ergo diaconus sit sacerdotibus minor, non erit ei in illos iurisdictione committenda. Iterum, ab inferiori ad superiora ordinatè ac pedetentim est procedendum, præsertim quum diuino Dionysio edocente, A distanti in distans non eatur nisi per medium: Non ergo archidiaconus erit presbyteris præficiendus, nisi primò ad sacerdotium sit promotus. Amplius, vt sacratissimus Dionysius libro de Ecclesiastica hierarchia fatetur: Ordo episcoporum est perfectiùs, ordo sacerdotum illuminatiùs, ordo diaconorum purgatiùs. Archidiacono ergo non competit illuminare presbyteros. Adhuc autem, beato Dionysio contestante, quamuis supremum ordinis inferioris magnam cum infimo ordinis superioris conuenientiam habeat, non tamen attingit illud, id est, ei non

coæqua-

coæquatur, multoq; minùs ei præfertur. Hoc etiam Proclus Platonius in Elementatione sua theologica inuuit: Omnium, in quies, diuinorum ornatum summa vltimis superpositorum a similitur, non autem parificantur, vt ipse prosequitur. Summus igitur inter diaconos, vtputa archidiaconus, nec infimo sacerdoti æquatur: nequaquam ergo presbyteris eminet, nec archipresbytero præcipere potest. Deniq; in libro de quatuor coæquauis scribit Albertus, quòd Ecclesiastica hierarchia est quoddam totum potestatiu: in omni autem huiusmodi toto tota perfectio ac potestas inferioris in superiori continetur. Quicquid ergo potestatis & perfectionis diaconus inest, in sacerdotibus excellentiori includitur modo. Postremò, absolute loquendo, maior est potestas cuiuscumque presbyteri, quàm archidiaconi: quum presbyter corpus & sanguinem consecret Saluatoris, atque in dispensatione sacramentorum multa possit, quæ archidiaconus minimè potest. Indecens quoque videtur, vt archidiaconus presbyteros reprehédât & puniat, quò illos potius debeat reuereri, quæ admodum S. Franciscus, qui fuit Diaconus, dixit: Quòd si sibi simul occurrerent sanctus Laurentius, qui archidiaconus fuit, & vnus pauper sacerdos, dimitteret sanctum Laurentium, & iret primò ad osculandum manus pauperis sacerdotis. Rursus, in angelica hierarchia angelo ordinis inferioris non datur autoritas super angelum chori superioris: Ergo nec in Ecclesiastica hierarchia, instar angelicæ hierarchiæ disposita, taliter quod fieri cõgruit, vt scilicet diacono aut in diacono nondum promotò detur in sacerdotis autoritas, iurisdictione siue potestas.

Solutio obiectionum istarum. Art. VI.

Vocabula ista potestas, iurisdictione & ordo, bisarum capi.



Mnium instantiaru istaru solutio consistit in paucis. Est quippe duplex potestas, videlicet ordinis & iurisdictionis. Iurisdictione quoque est duplex, secundum quod duplex est forum. Est enim iurisdictione in foro interiori seu conscientioso: & est iurisdictione in foro exteriori seu contentioso. Deniq; quamuis ordo multipliciter accipitur, tamen vt sufficit iam, dupliciter sumitur: scilicet proprie, pro potestate, qua minister Ecclesiæ ordinatur, ministeriumque sortitur circa corpus Christi verum: & ita sunt tres ordines sacri, & quatuor non sacrifici etiam episcopatus & archidiaconatus non sunt ordines, sed potestates prælatiæ seu iurisdictiones. Secundò accipitur ordo pro potestate respiciente mysticum Christi corpus: & sic episcopatus est ordo. Quam-

uis ergo sacerdos maior ac dignior sit archidiacono ratione ordinis proprie dicti, & ratione iurisdictionis in foro interiori: non tamen ratione ordinis cõmuniter sumpti, nec ratione iurisdictionis in foro exteriori: imò sic archidiaconus tam presbyteris quàm archipresbytero antefertur. Hinc aliqui breuiter dicunt, quòd sacerdos maior est ordine, archidiaconus administratione seu iurisdictione. & sic patet primæ obiectionis solutio. Ad secundam dicendum, quòd similitudo illa seu comparatio non tenet in omnibus, sed quantum ad potestatem ordinis proprie dicti ac iurisdictionis fori interioris, obtinet veritatem. sicque archipresbytero archidiaconus minor censetur. Porro cum dicitur, Diaconus absolute loquendo sacerdos est inferior: respondendum, quòd in quantum Diaconus, inferior est, sed ratione potestatis ac iurisdictionis superadiunctæ potest sacerdos esse superior. Vnde in episcopum electus, nondum consecratus in sacerdotem, sacerdotibus præest tanquam superior. Superioritas namque, secundum doctores, prælationem ac iurisdictionem potissimè respicit. Ad tertiam respondendum, quòd quando in inferiori sunt dona, per quæ ad administrationem prælatam, iurisdictionemque publicam extat idoneus, non est inconueniens, quòd superioribus præficiatur: id est, his, qui eo superiores fuerunt, superior sit, ac per hoc super illos iurisdictionem acquirit, vt si simplex canonicus virtuosus & prudens fiat episcopus, aut simplex monachus fiat abbas. Ad quartam dicendum, quòd non oportet semper per vniversos intermedios gradus transire, vt dum comes aut dux efficitur imperator. Ad quintam dicendum, quòd ordo Diaconorum, in quantum huiusmodi, per appropriationem quandam & comparisonem ad ordines superiores dicitur purgatiùs, nihilo minùs ratione iurisdictionis & prælationis adiunctæ est illuminatiùs. Ad sextam dicendum, quòd autoritas illa beati Dionysij in naturalibus, non in supernaturalibus donis præcipue tenet, cum non solum anima Christi, sed etiam virginis gloriose vniuersis angelorum agminibus sit prælata. Ad septimam respondetur, quòd quicquid potestatis inest Diacono vt Diacono, continetur in sacerdote, ita quòd potest sacerdos quòd potest Diaconus ratione diaconatus seu ordinis proprie dicti, non autem quòd potest ratione iurisdictionis & administrationis. Ad octauam dicendum, quòd sacerdotis maior est potestas circa corpus Christi verum, & circa dispensationem sacramentorum: archidiaconi verò potestas

est maior circa corpus Christi mysticum. Ad id autē, quod obiectioni illi annectitur, respondendum, quod sacerdoti ut huiusmodi, reverentia magna debetur: sed in quantum transgressor, est puniendus ab eo, qui maior est iurisdictione: nec obest si ille non sit sacerdos, quia & multi fuerunt sancti abbates, qui sacerdotes non erant, ut Antonius, Pachomius, Benedictus, Maurus, & alij multi, qui monachis suis quamvis sacerdotibus præfuerunt, & pastorale in illos exercuerunt officium. Ad vltimum respondetur, quod Ecclesiastica hierarchia angelicam imitatur pro viribus, non adæquat.

Consideratio specialis ex diuini Dionysii documentis, ex qua conuincitur, quod ad susceptionem & usum seu executionem archidiaconatus dignitatis requiritur bonitas, imò & sanctitas vitæ.

Artic. VII.

AD omnem prælatum & aliorum spiritalem rectorem, ut diuersis in locis sacer Dionysius docet, pertinet, tanta charismatum affluentia superuenire intus esse repletum, ut de abundantia gratiæ suæ subditis possit influere. Tertio quoque Ecclesiasticæ hierarchiæ capitulo scribit, quod sicut corpora subtiliora ac clariora solaris lucis splendore repleta de lumine suo aliis corporibus influunt atque communicant: ita in omni diuino officio non est audendum alijs fieri ducem, nisi secundum omnem habitum suum (hoc est, virtutem) deiformissimus (id est, simillimus, seu valde similis) extet Deo, videlicet sublimiter virtuosus. Ex hoc super quartum Sententiarum Thomas concludit: Cum homo in quolibet ordine sacro dux alijs constituitur in rebus diuinis, in vnoquoque ordine tanquam præsumptuosus mortaliter peccat, qui cum conscientia peccati mortalis ad illum suscipiendum accedit, & item qui indignè vitur eo, ut is, qui in mortali peccato se esse cognoscit, aut meritò nosceret: Nam conscientiam suam quilibet examinare tenetur. Hinc sanctitas vitæ ad ordinis susceptionem & usum seu executionem requiritur de necessitate præcepti, non de necessitate Sacramenti. Si ergo istud ita se habet in quolibet Christiano quemcumque suscipiat ordinem sacrum, quanto magis in archidiacono, qui ipsorum quoque ordinatorum, videlicet sacerdotum ac clericorum, imò & archipresbyteri constituitur dux, director & custos? Vnde quo altioris est iurisdictionis

ac prædicationis, eo enormius peccat, si archidiaconatus officium indignè (hoc est, in mortali existens peccato) accipiat siue exerceat. Ad cuius probationem etiam aliam sanctus doctor probationem adducit, dicendo: Lex iubet, ut homo iuste quæ iusta sunt, exequatur. Idcirco quicumque quod sibi ex ordine aut officio cõperit, facit indignè, quod iustum est iniuste exequitur, sicque contra legis agit præceptum, atque mortaliter peccat. Archidiaconus ergo & quilibet ordinatus quandoque in aliquo actu ordinis sui siue officij exhibet seministrum Ecclesiæ iniuste siue indignè, utputa in gratia & charitate non existens, peccat mortaliter, & toties quoties sui ordinis aut officij actum exercet: & sic doctores concorditer asserunt, ut Ioannes in Summa confessorum, Durandus in Summa sua, Bartholomæus in Summa Pisana, Albertus & alij super quartum Sententiarum: quo constat, quàm innumerabilia incurrant peccata mortalia archidiaconi ac cæteri ordinati, potissimè sacerdotes, imò & maximè præfules malè viuentes, intimorati & inexplebiliter cõuersantes, virtutibus non studentes, nec sua officia cum debita puritate ac diligentia exequentes, sed carnaliter ac seculariter se habentes. De talibus Osee loquitur Deus: Occurram eis quasi vrsi raptus catulis, dirumpam interiora eorum, & consumam eos ut leo. De quibus in Apocalypsi legitur: Cruciabuntur iniqui igne & sulfure, & fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum. Nempe quàm enormiter peccat huiusmodi, beatissimus Dionysius in epistola ad Demophilum pandit: Talis, inquiens, puta non illuminatus nec virtuosus, præsumptuosus est, sacerdotalibus rebus aut diuinis mysterijs manum apponens, nec erubescit, neque veretur diuina præter dignitatem exequi: & quasi putans Deum ignorare quæ intra se nouit, decipere æstimat Deum, quem false patrem appellat, & audit immundas eius infamias. Ex his doctores concludunt, quod sacerdotes aut ordinatus suum indignè ordinem exequens, & quasi blasphemus & dei deceptor vocatur, qui ita se habet, velut se Deum posse decipere arbitraretur. Postremò, archidiaconus in quantum subditorum est iudex atque corrector, ad veram prudentiam atque iustitiam valde tenetur, nec subditos potest absque graui excessu iudicare siue corrigere, qui in eisdem aut maioribus est peccatis, prout hoc infra, Deo agente, plenius tangam. Innotescit demum ex præinductis, quàm periculosum existat, seipsum ad archidiaconatus susceptionem ingerere.

Deut. i.

Osee. 11.

Apoc. 14.

aut offerre, nisi instinctu Spiritus sancti occulto hoc fiat propter bonum commune. Et si fiat hoc honoris amore aut lucris cupidine, nonne ambitionis ac auaritiæ, imò & sacrilegij plenum est, ineffabiliterque damnabile, ut S. scribit Bernardus?

Expositio brevis uerborum Apostoli, quibus (ut actum est) docet, qualem esse oporteat quemlibet sacerdotem & archidiaconum atque episcopum.

Articulus VIII.

Portet in primis tam ordinatos, quàm ordinandos, irreprehensibiles (id est, sine mortali culpa) existere, secundum Apostolum. Ut enim iam satis innotuit, sacerdotes & archidiaconi atque pontifices, non solum post suas promotiones, verum etiam antequàm ordinentur, & priusquàm accedant, ad vitam sanctitatem tenentur, utputa ad virtutes, de quibus ex verbis Apostoli nunc tangetur, imò olim, secundum rigorem, plus requirebatur. Ait equidem Innocentius Papa III. & habetur distinctione 25. Primum iubetur sine crimine esse episcopus siue sacerdos: non quod eo tempore tantum, quando ordinandus est, sine vilo sit crimine, & præteritas maculas noua cõuersatione diluerit, sed quod ex eo tempore, quo in Christo renatus est, nulla peccati conscientia mordeatur. Quomodo enim potest præses Ecclesiæ auferre malum de medio eius, qui in simile delictum corruerit aut qua libertate corripere potest peccantem, cum tacitus sibi ipse respondeat, eadem se commisisse quæ corripit? Ex hoc Gratianus concludit: Ecce quod ordinandus in episcopum non solum tempore suæ ordinationis, sed etiam omni tempore post suum baptismum ad crimine debet esse immunis. & idem de sacerdotibus est iudicium. Porro archidiaconos, in quantum presbyteris præfunt, oportet ipsis quoque curatis perfectiores esse presbyteris: Ergo de eis magis videtur idem defendendum. Sed quamuis hoc secundum rigorem aliquando seruabatur, nunc tamen non obseruatur, nisi fortassis per crimen intelligatur criminalis diffamia, aut peccatum accusatione ac condemnatione dignissimum, secundum Glossam ad Titum. Alii ergo intelligunt, ut tempore ordinationis sint absque crimine, ita quod de mortalibus culpis (si in aliquas lapsi sint) dignè penitentur antequàm ordinentur, sic ut pro tunc sibi de nullo mortali cõfessij sint peccato: Alii

1. Tim. 3.



I sine crimine esse.

Titum. 1.

peccarent mortaliter accedendo, quemadmodum Thomas in Summa contra gentiles libro quarto, capitulo septuagesimo quarto, subtiliter probat. Insuper archidiaconos, presbyteros atque pontifices sobrios, non vinolentos esse oportet: siquidem eos necesse est esse fortes in vsu rationis ad considerandum concientiam animarum salutem ad discernendum inter mala & bona, inter vera & falsa: ad informandum subiectos, ad vacandum contemplationibus diuinorum, ad intuentium debita propriarum officiorum. Cum ergo ebrietas & vinolentia caput cerebrumque cõturbent, mentè obnubilent, iudiciu rectu impediunt, animositate, temerarium ausum ac alia varia pariant vitia: certu est, quod præfatis personis sint summè vitandæ. Præterea cum Christus præcipiat: Videte ne grauetur corda vestra crapula vel ebrietate aut curis seculi huius, constat, omnem Christi delem ad sobrietatem seruandam, atque ad vinolentiam ebrietatemque vitandam iugiter obligari. Idcirco præfatis Ecclesiasticis viris non sufficit qualitercumque, sed excellenter sobrios, non vinolentos existere: quod etiam secundum Innocentium, ad omnem spectat canonicum: imò ut Augustinus Ambrosiusque testantur, de quolibet ad quemcumque sacrum ordinem promotum aut promouendo est intelligendum. Denique, affirmante Hieronymo, Ventris ingluuius ad luxuriam prouocat, & omnem bonum mentis dissoluit. Venter quoque & verecudiora sibi iniucem sunt vicina, ut ex propinquitate membrorum pensetur confederatio vitioum. Hinc teste eodem sancto Hieronymo: Venter vino æstuans, citò spumat in libidinem. propterea Salomon loquitur: Luxuriosa res est vinum, & tumultuosa ebrietas: quicumque his delatatur, non erit sapiens. In ecclesiastico quoque habetur: Vinum multum potatum, ruinas multas facit. Quàm sufficiens est homini erudito exiguum vinum: & in dormiendo non laborabis ab illo, nec senties dolorem. Sanitas mentis & corporis, est sobrius potus. Vnde Innocentius Papa districtè præcipit: A crapula & ebrietate omnes clerici diligenter abstineant: ideo vinum sibi temperent, nec ad bibendum quilibet in ceteris, cum ebrietas & metis inducat exilium, & libidinis prouocet incentiuum. Vnde illum abusum penitus decreuimus abolendum, quo in quibusdam partibus ad potus æquales suo modo se obligant potatores. Hinc distinctio ne trigesima quinta iubetur: ante omnia a clericis vitetur ebrietas, quoniam omnium vitioum

II

Titul. 1. Sobrietas q̄ sit necessaria ministris Eccl. est.

Luc. 21.

Pro. 20.

Eccl. 31.

ibidem.

ebrietas q̄ sit detestanda clericis.

III

1. Tim. 3. tiorum fomes & nutrix est. Insuper iuxta A-
ornatus spiri- tualis. postolum, præfati Ecclesiastici viri debent
 esse ornati, id est, intus virtutibus decorati,
 & foris morigerati, in vsu sensu custoditi,
 in incessu, vestimentis, verbis, ludis & verbis
Ecc. 9. modesti. Quibus iugiter obseruandum est il-
 lud Ecclesiastici: Nō des mulieri potestatem
 animæ tuæ, & virginem ne conspicias, ne scā
 dalizeris in decore eius. Noli circūspicere in
 vicis ciuitatis. Auerte faciem tuam à muliere
ibidem. compta. Nam propter speciem mulieris mul-
 ti perierunt. Itaque iuxta Augustini doctri-
 nam, etsi visus in aliquam mulierem projici-
 atur, in nulla tamē figuratur. quod vtique tem-
 pore celebrationis ac diuini officij summē
III est obseruandū. Præterea sacerdotes, archidi-
Tit. 1. aconi, cæteri; prælati & clerici nō debēt esse
 percussores, prout distinctione 45. diffuse
 ostenditur. Itaque nullum spiritualiter percu-
 tere debēt verbis mordacibus, pungitiuis,
 prouocatorijs, iniurijs aut scandalosis ope-
1. Cor. 2. ribus. De qua percussione ait Apostolus: Pec-
 cantes in proximum, & percutientes consci-
 entiam eorum infirmam, in Christum pecca-
 tis. Nec etiam corporaliter quenquam cæde-
 re debent ex ira, impatientia, indignatione,
 rancore, aut simili causa peruersa: verū tamen
 ex charitate & zelo iustitiæ disciplinam dare
 est licitum, imò multoties debitū. Amplius,
V. Ecclesiastici viri hi esse non debent litigiosi,
 cūm dicat Apostolus: Noli verbis contende-
 re: ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersio-
 nem audientium. Iacobus quoque Aposto-
 lus ait: Vbi zelus & contentio, ibi inconstan-
 tia & omne opus prauum. Cūm ergo esse liti-
 giosum, sit valde inhonestum, & improbita-
 tis ac impatientiæ atque superbiæ signum,
 imò & insipientiæ opus, à præfatis personis,
 quarum est alios à vitijs refrigare, dissentien-
 tesque concordare, atque in omnibus exem-
 plares consistere, maximē est cauendum. Ait
 enim scriptura: Honor est homini cūm separ-
 rat se à contentioibus. Itemque: Doctrina
 viri per patientiam noscitur. Quocirca fatetur
Prou. 20. Gregorius: Tanto conuincitur vnusquisque
Prou. 19. minus doctus, quanto minus patiens: Neque
 enim potest veraciter docendo bona impen-
 dere, si nesciat æquanimiter aliena mala to-
 lerare. Ideo Salomon loquitur: Qui patiens
 est multa gubernatur prudentia: qui autem
 impatientis, exaltat iustitiam suam. Adhuc autem
VI iuxta Apostolicam regulam, episcopis,
 archidiaconis, sacerdotibusque; præfixam, o-
 portet eos esse hospitales, non cupidos, di-
 cente Hieronymo: Domus clericorum om-
 nibus debet esse communis. Nam, vt sancti
 patres Bernardus ac Prosper testantur, quic-

quid vltra simplicem victum vestitumque; ha-
 bent, hoc eorum non est, sed pauperum: & ni-
 si illud egenis communicent, furtum, rapi-
 nam, sacrilegiumque; committunt. Denique
 lex Christi lex est perfectæ charitatis ac pie-
 tatis: Ideo vniuersi fideles iuxta sui status &
 facultatis mensuram ad opera misericordiæ
 adstringuntur, potissimè Ecclesiastici viri,
 qui de Christi ac pauperum patrimonio viu-
 unt, & vulgo virtuosiores ac misericordio-
 res esse tenentur: operum autem misericor-
 diæ, hospitalium existere, vnum est: peregrin-
 os ergo & pauperes hospitari, bene tractare
 ac repaulari tenentur, tanto vtique abundan-
 tius, quanto in bonis Ecclesiæ magis abun-
 dant. Præterea, quòd ad sacerdotes curatos
 ista pertinent, Raimūds hinc probat: quia
 tenentur suos parochianos ad hospitalita-
 tem ac cætera misericordiæ opera incitare:
 ergo in hoc debent se exemplares præbere.
 Cūm ergo archidiaconorum sit, ipsos quo-
 que curatos ad hæc ipsa pietatis facta hortari
 atque inducere, debent in primis eadem ad-
 implere tanto perfectius, quanto eminentius
 ac latius præsumunt. Non ergo Ecclesiastici viri
 de bonis Ecclesiæ auarè thesaurizent, neque
 de eis charos suos seu propinquos & con-
 sanguineos, ne dicam filios aut filias ditent,
 nec aliàs ea immoderatè consumant, sed sum-
 ma cum diligentia illud beati aduertant Ba-
 silij: Si tibi fateris diuinitus prouenisse tem-
 poralia bona, an iniustus est Deus, inæquali-
 ter vobis illa distribuens? Cur tu abundas, il-
 le verò mendicat, nisi vt tu bonæ dispen-
 sationis merita consequaris, ille autem patien-
 tiæ brauijs decoretur? Famelici panis est, quē
 tu detines: nudi tunica, quam in conclauis
 conseruas: discalceati calceus, qui apud te
 marcescit: indigentis argentum, quod pos-
 sides inhumatum aut clausum. Quocirca tot
 indigentibus iniuriaris, quot dare valebas.
 His prorsus concordat, quod distinctione
 quinquagesima septima ex verbis sancti alle-
 gatur Ambrosij, asserentis: Nunquid iniquus
 est Deus, vt nobis non æqualiter distribuatur
 vitæ subsidia, vt tu quidem esses abundans,
 alij autem egerent? An idcirco magis sic acci-
 dit, quia & tibi voluit Deus benignitatis sue
 experimenta conferre, & alium per virtutem
 patientiæ coronare? Tu ergo susceptis Dei
 muneribus, & in sinum tuum redactis, nihil
 iniquum te agere reputas, si multorum vitæ
 subsidia solus obtineas? Quis tam iniustus,
 tamque auarus, quam qui multorum alimenta
 suum non vsum, sed abundantiam, pompam
 atque delicias facit? Neque enim minoris est
 criminis, habenti tollere, quam cūm dare pos-
 sis

ibidem.

Basilij.

Ambrosij.

sis & abundas, indigentibus denegare. Esu-
 rientium panis est, quem detines: nudorum
 vestimentum, quod recludis: miserorum re-
 demptio, pecunia quam reponis. Tantorum
 ergo te scias inuadere bona, quantis possis
 præstare. Interim contuendum, quòd indu-
 cta hæc verba sanctorum, vniuersis dicta sunt
 Christianis: quanto magis Ecclesiasticis vi-
 ris sunt aduertenda, ne de bonis Ecclesiæ cū
 diuite epulone epulentur quotidie splen-
 didè, ne postea cum eodem crucientur flam-
 ma gehennæ? Nempe arctam salutis viam in-
 cedere, id est, penitentialem vitam ducere,
 omnes obligati sunt Christiani: quanto ma-
 gis Ecclesiastici, dicente Apostolo: Qui autē
 sunt Christi, carnem suam crucifixerūt cum
 vitijs & concupiscentijs? Hospitales ergo cū
 sistant, & Christum in paupere charitatiuē
 suscipiant, cūm dicat Ambrosius: Publica spe-
 cies humanitatis est, vt pauper hospitio non
 indigeat, sed officiose sumatur, pie tractetur,
 ac reuerenter tanquam Christi membrū
 locetur, non in viliori loco aut lectulo.
 Quod quā meritum sit, pandit Chryso-
 stomus: Qualem, inquit, mercedem habet,
 qui propter Deum peregrinatur, talem qui
 suscipit peregrinum: suntque ambo æquales,
 videlicet qui propter Deum laborat, & qui
 propter Deum refrigerat. Hinc de seipso san-
 ctus Iob protelatur: Foris non man sit pe-
 grinus, ostium meum viatori patuit. Aposto-
 lus quoque hortatur: Charitas fraternitatis
 maneat vobiscum, & hospitalitatem nolite
 obliuisci: per hanc enim placuerunt quidam
 angelis hospitio receptis. Quid ad hæc dictu-
 ri sunt sacerdotes & clerici, de Christi patri-
 monio superfluitate ditati, qui rarè aut
 nunquam peregrinum pauperem hospitari
 dignantur, sed cum diuitibus, præsertim
 cognatis & curialibus, Ecclesiastica bona
 sumptuosè ac delitiosè consumere non ve-
 rentur? Quid in die iudicij Christo respon-
 suri sunt obijcanti, Hospes sui, & non colle-
 gistis me?

*Prosecutio expositionis præfatorum uerborum
 Apostoli, qualiter Ecclesiastici viri non debēt
 esse auari, sed suis domibus bene præ-
 posti. Artic. IX.*

VM lex Euangelica sit lex sum-
 mē spiritualis atque perfecta, vni-
 uersos obligat Christianos, vt præ-
 ceteris hominibus terrena, carna-
 lia & caduca despiciant: cœlestia verò, æter-
 na atque diuina exquirant. Hinc auaritia cum
 vitis Christianis est vitanda: & quanto Ecce-
 listici tenentur vulgaribus ac secularibus

Luc. 16. Matt. 7.

Gal. 5.

Ambrosij.

Chryso.

Job. 31.

Heb. 13.

Matt. 25.

spiritualiores existere, tanto præ illis adstri-
 cti sunt auaritiā abhorere. Diuini quippe obse-
 quijs eminenter sunt mancipati: ideo auari-
 tiam, quæ iuxta Apostolum idolorum est ser-
 uitus, summē tenentur abijcere, ne à diuino-
 rum contemplatu atque affectu impediatur,
 ne ex diuitijs ad carnales ruant delicias, ne
 innumerabilia, quæ ex cupiditate & opulen-
 tia oriuntur, incurrant peccata: nempe, vt ve-
 rissimè dixit Valerius: Diues in superfluita-
 tem resoluitur, & iactantia effrenatur, currit
 ad libitū, corrumpit ad illicitum: huntque instru-
 menta pœnarum, quæ oblectamenta fuerunt
 culparum. Hinc ait Gregorius: Omnium au-
 thori bonorum Deo inherere nō possumus,
 nisi cupiditatem, omnium vitiorum radicem
 à nobis radicitiū abscindamus. Quāto enim
 mens amplius occupatur circa terrena, tanto
 plus impeditur à dilectione superna, à con-
 templatione interna, à puritate mentali, à so-
 licitudine spiritali, à suisque custodia, imò
 ab omni profectu in virtute & gratta. Si ergo
 cunctis Christi fidelibus obseruandum est
 quod ait Apostolus, Habetes victum & qui-
 bus tegamur, his contenti sumus; quanto ma-
 gis Ecclesiasticis? cūm verissimè subiungat
 Apostolus: Qui enim volunt diuites fieri,
 incidunt in tentationes & laqueum diaboli,
 & in desideria multa inutilia & nociua, quæ
 mergunt hominem in perditionem. Hinc
 ait Saluator: Quā difficilè qui pecunias ha-
 bent, in regnum Dei introibunt. Itemque,
 Aerumnæ seculi & deceptio diuitiarum, &
 circa reliqua concupiscentiæ introeuntes in
 cor, suffocant verbum Dei, & sine fructu ef-
 ficitur. Diuitiæ nanque iam possessæ, diffi-
 culter spernuntur: & terrena arctius diligen-
 tur adepta, quā constringuntur cupita. Cum
 itaque ecclesiastici viri, potissimè archidiaconi
 ac prælati, teneantur toto corde circa spiritalia
 occupari, pro subditorum salute sollicitari,
 custodiæ gregis commissi vigilanter inten-
 dere, omnesque spiritaliter diligere semper,
 cōstat, quā necessarium eis sit, terrena atque
 carnalia aspernari, solisque necessariis conten-
 tari, vt libera mente spiritalibus vacent, &
 subditorum saluti indefinenter incumbant.
 Insuper, ad archidiaconos & prælatos perti-
 net, de subditorum actibus iudicare, & in præ-
 sidendo ac iudicando nequaquam propria com-
 moda, sed Dei honorem & subditorum salu-
 tē exquirere. Idcirco oportet eos esse con-
 stantes, iustos atque synceros: non cupidos, ne
 intuitu munerum aut emolumentorum amo-
 re carnalium, iudicio ergo obliuiscantur iusto-
 rum. Perpēdant ergo quod ait scriptura: Aua-
 ro nihil est scelestius: nihil est iniquius, quā
 amare

Col. 3.

Valerius.

Gregorius.

1. Tim. 6. Ibidem.

Mer. 10. Mar. 4. Luc. 8.

Deu. 13.

Eccle. 10.

Cooperatores diaboli in animarum peccatione quoniam sunt.

D. DIONYSII CARTHVS. DE VITA

Ut domus sue prelati quis que bene debeat esse prepositus.

amare pecuniam: hic enim animam suam habet venalem. Præterea vnusquisque vir Ecclesiasticus tenetur suæ domui bene esse prepositus, ita vt ad suos domesticos respectum habeat speciale, ipsos ad salutaria dirigendo, bonis moribus informando, à vanitatibus, leuitatibus atq; illicitis verbis cunctisque vitijs pro viribus reprimendo: qui enim in præsentia superioris versantur, negligentiam non admittunt, secundum Bernardum, id est, superiorem suum inexcusabiliter culpabilem damnabilemque constituunt, si circa ipsos negligens fuerit. Nam quicquid præsentem præsentem iniuste peragitur, id est turpius: Virtus quippe & vitium domesticorum ac famulorum, redundant in patrem familiam ac dominum. Denique, ad correptionem fraternam omnes, præsertim Ecclesiastici viri tenentur. Archidiaconus ergo quilibetque paterfamiliam ac prælatus quicquid reprehensibilitatis in suis diocesis inuenit, nouerit siue perceperit, corripere non ommittat & emendare conetur, cum asserat Augustinus: Si corripere neglexeris, eo qui peccauit, peior efficeris. Etenim quanto anima corpore extat nobilior, tanto scrofulosus ac affectuosus mederi oportet animarum vulneribus. Ad hæc igitur incitent quemlibet præfidentem feruor diuini amoris, zelus diuinæ honorationis, desiderium fraternæ salutis, debitum prælationis, iustitiæ quoque affectus. Hinc dixit Apostolus: Si quis suorum, & maxime domesticorum, curam non habet, si dem negauit, & est infideli deterior. Horum duplicem causam Raimundus assignat. Prima est, quoniam frontem non habet reprehendendi alios, quod proprios corrigere negligit. Secundum, quoniam talis euidenter negligens comprobatur, idcirco prælatione censetur indignus. At verò in Summa Cõfessorum asseritur: Si domestici incorrigibiles fuerint, expellendi à domo sunt, si paterfamiliam probabiliter æstimat eos per hoc emendandos: aliam patronus criminis videretur, quemadmodum is, qui adulteram tenet uxorem: si verò probabiliter credit eos per hoc licentibus peccaturos, atque per suam diligentiam conspicit eos à multis malis, quamuis non ab omnibus, retrahi, non oportet quod illos abiciat, nec tamen sibi imputatur culpa illorum, cum & in congregationibus domibusque iustorum iniusti admixti sint. Vnde si præfidentem fecerit quod in se est, excusatur: quemadmodum in epistola ad sanctum Cyprianum beatus scribit Cornelius Papa: Quod ad nos pertinet, conscientiam nostram conuenit, semper operam dare, ne quis ex culpa nostra de Ecclesia pereat: si quis au-

a. Tim. 5.

Cornel. papa.

tem vltro crimine suo perierit, nos in die iudicij futuros credimus inculpato, illosque solos in pœnis mansuros, qui noluerint consilij nostri salubritate fanari. Nec mouere nos debet conuicia perditorum, quod minus à recta via non recedamus, quam Apostolus Galat., instituit, dicens: Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Archidiaconi ergo & prælati, imò & vniuersi Ecclesiastici viri prouideant, vt domestici sui honeste sint vitæ, à carnalibus vitijs abstinentes ac morigerati, nec in vestibus sint secularium curialiumque virorum ministris conformes, sed vt spiritualement condecet statum, mundanam curiositatem ac pompam deuitent. Estque reuera vehementer defendendum, quod istud non seruatur: imò Ecclesiasticorum ministri instar famulorum secularium dominorum incedunt vestiti, & ab Ecclesiasticis, quibus deseruiunt, talia accipiunt vestimenta, quod indecens valde videtur: siquidem iuxta exigentiam status ac vocationis dominorum vestiendi sunt ferui eorum.

De sapientia atq; prudentia ad archidiaconos pertinentibus. Artic. X.



Veniamodum libro de Ecclesiastica hierarchia theologisimus Dionysius docet, summum hierarchiam, id est, quemcumque episcopum oportet in scripturis ac lege esse doctissimum, quippe ad

cuius præfidentiam spectat, vniuersam suam illuminare diocesim, singulos quoque, dum casus occurrit & causa requirit, posse seorum secundum quod egent, instruere, atque in difficultatibus intricatisque dubiis ac perplexis questionibus respondere: ad quem etiam inferiores prælati ei subiecti in maioribus difficultatibus habent recurrere. Cum igitur post episcopos archidiaconi mox sequantur, & presulū præcipue extet vicarii, exigit ordo hierarchicus, vt post episcopos abudationis sint sapientiæ atque prudentiæ. Insuper, sicut præhabitu est, ad archidiaconum pertinet, curam habere totius clerici, vtputa tam sacerdotum & clericorum in vrbe manentium, quæ extra storum, visitare parochias, curatos adspicere qualiter sua exequantur officia. Archipresbytero quoque præcipere, quod de rurali Decano præsertim accipitur: singulorumque iurgia debet audire, atque pro viribus terminare. Sed ad horum ac aliorum, quæ præhabita sunt, ad suum officium pertinentium expeditionem nequaquam extat idoneus, nisi valde peritus sit, & ad difficiles respondere valeat quaestiones, quæ quotidie curatis

tam

Sciatis quanta archidiacono sit necessitas.

De panem dicitur quod panem.

ram in confessione, quam extra confessionem occurrunt. Tantæ ergo scientiæ esse oportet, vt curatos queat instruere, imò & archipresbyterum edocere, hortari, discutere de vniuersis quæ ad eorum spectant officium, qualiter se habere debeant circa Deum, & subditos in conuersando, orando, celebrando, docendo, confessionesque audiendo, penitentias iniungendo, & cætera sacramenta tractando ac exhibendo, atque in corripiendo ac corrigendo. Archidiaconum ergo scire oportet inter virtutes & vitia clarè discernere, inter peccata distinguere, virtutum ac vitiorum differentias, varietates ac gradus cognoscere: similiter sacramentorum habere notitiam, & ad quid te neantur curati: ad qualem & quantum obligentur scientiam, qualiter habere se debent in prædicando, hortando, corripiendo ac corrigendo. Bene itaque necessaria est archidiacono cognitio Canonum, notitia moralium, intelligentia scripturarum: multum quoque perutilis est eorum cognitio, quæ super quarum Sententiarum scribunt doctores, sed & quæ in secunda secunda S. Thomæ, & quæ in Decreto habentur de penitentia & consecratione, imò & in prima parte decreti, ac alijs diuersis locis librorum iuris. Oportet quoque archidiaconum scire, ad quos libros habendos teneantur curati, & de quibus debeant informare subditos, prout infra tangetur. Ex his certissimè innotescit, quod studiosos ac spirituales archidiaconos esse necesse sit, quod item in rebus humanis prudentes ac circumspectos.

Quam timorati ac diligenter debeant archidiaconi sua exercere officia. Artic. XI.

Hier. 48.



VM iuxta in vtero sanctificati oraculum vatis, sit maledictus qui opus Dei efficit negligenter aut fraudulenter, hoc est, qui domino maiestatis immensæ absque debita reuerentia ac fidelitate, sine decente diligentia ac puritate obsequitur in obseruantis præceptorum, directione concernentium propriæ vitæ, propter quod ait Psalmista: Maledictus est coram altissimo, qui per negligentiam, impietatem carnalitatemque suam non iam seipsum duntaxat, sed aliorum quoque animas perdit quam plurimas? At verò si, vt Dionysius falsus est, omnium diuinorum diuinissimum est, Deo cooperari in reductione animarum ad ipsum: nonne omnium diabolicorum diabolissimum est, cooperari diabolo in auersione animarum à proprio creatore, in perditione earum æterna, in continuatione conuer-

Psal. 38.

sationis prauissimæ: certumque est, quod sicut illud faciunt virtuosus ac diligentes prælati, sic istud negligentes prælati ac vitiosi, qui multipliciter hoc ipsum peragere à sanctis patribus asseruntur, videlicet in exemplariter ac scandalose viuendo, aut non debite resistendo, non arguendo, non corrigendo: itemque tacendo, palpando, consentiendo, hortando, fouendo. A talibus præfidentibus Christus, vt sanctus ait Bernardus, grauiorem persecutionem patitur, quam à Iudæis ipsum crucifigentibus est perpassus. Qualiter etenim potest quis vnigenito Dei filio enormiorem contumeliam irrogare, aut sceleratiorem inferre iniuriam, quam animas super benedictæ Trinitatis imagine insignitas, quas ipse sua omnipotente bonitate creauit, pro quarum salutem in carnatus, inter homines conuersatus, atque dirissima morte occisus est, negligendo, scandalizando, ad infernum trahendo? Denique, si vt beatus affirmat Gregorius, sacrificium deo gratissimum, zelus est animarum: nonne ergo sacrificium vel potius sacrilegium diabolo placentissimum, negligentia est earum? rursus, si depositum omni fide seruandum est: si aurum, argentum, gemma & vestis alicui ad custodiam credita & commissa cum omni diligentia conseruantur: quantæ infidelitatis, impietatis, negligentia ac damnabilitatis consistunt, quibus Christus animas suo sanguine liberatas commisit, & nihilo minus eas perire permittunt, de quotidianis earum excessibus non tristant, vitijs læsas spiritualiterque peremptas non desunt, suscitare atque curare non fatigant, non omnibus sibi possibilibus modis reparare & saluare nituntur? Præter hæc crudelissimus ac infidelissimus medicus conseretur, qui egros suæ curæ commissos, eos præsertim, pro quorum medela largum haberet salarium, pro posse corporaliter non sanaret: si item negligentissimus immisericordissimusque pastor iudicaretur, qui oves Domini sui absque resistentia à lupis permetteret deuorari, nec raptas pro posse emerere: nonne incõparabiliter coram iudice summo crudelior, infidelior, negligentior & immisericordior est prælatus, qui animas, quas suscepit regendas, tuendas, curandas, saluandas, pro quo etiam peragendo officio liberaliter sustentatur, copioseque procuratur, à morte peccati, ab interitu sempiterno, ab infernali ore luporum, à perpetuis extremæ dånationis suppliciis super grauiissimis curare, ererere, præseruare non studeat, non totis viribus enitatur, non indefinenter laborant? quale iudicij, quæ tanta dånatio imminet talibus? Insuper, si non solum prælatus, sed quilibet etiam proximus omni iudicio

Baruch. 3.

est

esset fauissimus, qui videret quenquam gradientem per viam apparenter bonam, sed ad mortem corporalem, ad profundissimum lacum, ad latibula latronum ducentem, & tamen taceret, nec periclitantem taliter reuocaret: quomodo non sine mensura monstratur ferocior, qui animas sue custodiam creditas cernit aut noscit quotidie per vitorum abrupta, per latam perditionis viam, per vitam carnalem ad mortem tendere aeternalem, ad lacum no uissimum tartareosq; latrones: & nihilo minus tacet, non reuocat, non informat, non pro viribus cum diligentia tota renititur? Qualis est huiusmodi speculator, qualis custos & rector? Qualiter implet quod per nobilissimum atq; sanctissimum stirpis regie Esaiam iubet omni prelato omnipotens: Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo peccata eorum? Quod item per Apostolum precepit Spiritus sanctus: Predica verbum, in sta opportune, argue, obsecra, increpa in omni patientia. Et denuo: Tu vero vigila, in omnibus labora, ministerium tuum imple. Itaq; cum archidiaconus pluribus preest, ipsiusq; archipresbyteri seu ruralis decani atq; pastorum, ex quorum bono regimine salus dependet multorum millium subditorum, cura ei commissa sit, merito cum ingenti timore, cum diligentia indefessa, cum sollicitudine summa vniuersum suum debet explere officium, ne coram metuendissimo iudice tanto sit maledictior, quanto in prelatione diffusior, & in negligentia latior, ac pluribus nocens: & ne in animarum perditione demonibus cooperari probetur: ne & filij Dei sit atrocissimus persecutor, maiestatisq; summę contumeliosissimus iniuriosissimusq; offensor: ne demum animarum, quę pretiosissimus Dei thesaurus sunt, & nobilissimum charissimumq; depositum, infidelis sit custos, feralissimus medicus, negligentissimus pastor, imò læsor, peremptor ac perditor. Amplius, si vnum quenq; credentium, eò quòd in medio laqueorum versetur, & aeternaliter queat perire, fragilis quoq; existat, oportet iuxta Apostolum, cum metu, timore & tremore suam operari salutem: nonne archidiaconum & vnum quenq; prelatum oportet tanto coram diuini presentia vultus timoratiorem sollicitioremq; esse, & proprium officium formidolosius ac diligentius adimplere, quāto se videt pluribus preesidere, & quāto ex negligentia sua plurium oritur damnatio animarum, maior abundantia vitorum, enormior inhonoratio Dei, exultatio & debacchatio maior diaboli, intolerabilior quoq; damnatio sui: quāto etiam ex suę preesidentię diligentia ope-

Isaia. 58.

1. Timot. 4.

Ibidem.

Phil. 2.

rosa copiosior nascitur fructus, animarum plurium salus, exuberantior veneratio Dei, confusio maior diaboli, ineffabilior quoque felicitas sui: cum prorsus certissimum extet, sic omnium ex suo efficaci regimine benè agentium merita premiaq; reducere in ipsum, quemadmodum vniuersorum ex sua prauitate ac negligentia pereuntium vitia atq; damnatio redundant in eum?

Quam charitativè, custoditè atq; humiliter in omnibus habere se debent archidiaconi & vniuersi prelati.

Articul. XII.



Ommissurus Petro Christus ecclesiam, ter antea interrogavit eundem, non solum an se amaret, sed etiam an plures alios ipsum diligere: ad insinuandum, quòd prelati prę ceteris debent Dei ac proximorum, potissimè subditorum suorum, charitate esse iugiter infamati, quatenus tā diuino, quā fraterno excitentur amore, ad satagendum pro subditorum correctione, profectu, salute: scipue ne deus super omnia incomparabiliter preedilectus, à subditis inhonoratur, offendatur atq; perdat, imò potius cordialiter ab vniuersis ac singulis veneretur ac possideatur. Vnde et ita sit, nec proprie vitæ, neq; laboribus, nec expensis parcere debent, Apostolum imitantes, dicentem: Libentissimè impendam & superimpendam ipse pro animabus vestris. Pręterea, iuxta præhabita, in prelati inter dona gratiæ gratis datæ, præsertim ordinis, iurisdictionis ac prelatu, & dona gratiæ gratum facientis, correspondentiã cõtemperantiãq; esse oportet, vt quo sublimior extat prelatio, eo sit preesidentis maior perfectio, quem admodum ergo episcopum proxime sequuntur archidiaconi, ita post episcopum, quem tanq; virum prorsus heroicū oportet in charitate esse perfectū, debet in charitate potissimè præfulgere atq; feruere, vt modò non aliud quā Dei honorem ac subditorum salutem cogitent, sitiant, intendant & adipisci infatigabiliter fatagant. Omnis ergo carnalitas, omnis immunda & vitiosa affectio, omnis cupiditas longè sit semper ab eis: quādo quidem Augustino testate, charitatis venenum est cupiditas, eiusq; minoratio, charitatis est augmentatio: mera demū cupiditas euulsio, charitatis censetur perfectio. Gregor. quoq; teste cognoscimus, quòd tanto vnusquisque à superno amore distungitur, quāto inferius delectatur. Amplius, prelati inter Deum & subditos medij, tam Dei, quā gregis commissi

Iohann. 13. Charitate quā se ferunt debeant prelati.

2. Cor. 11.

Augustin.

Gregor. 11.

missi debent charitate esse successi, tanq; Dei vicarij subditorumque patres, pastores atq; custodes fidissimij: & quo plura ac digniora desuper sortiti sunt bona, eo gratiores, amosiores ac subiectiones esse debent munificentissimo Deo, & eius pro viribus in cunctis procurare honorem, inflammare amorem, ac cultum augere. Si hoc ad singulos spectat curatos ac preesidentes, quanto magis ad archidiaconos, qui ipsis quoque curatis ac archipresbyteris preesunt? Insuper non solum ad preesidentes, imò ad vniuersos spectat credentes, seipsum quotidie coram iudice omnia intente discutere, propriam conscientiam examinare, quotidiana peccata attendere & desistere: ante ingressum lecti diligenter reuoluere, qualiter diem expenderit, quid mali in eo commiserit, quid boni omiserit, quomodo stet cum Deo: quomodo ea quę Deus ab ipso requirit, obseruet: tuncq; dominum exorare, vt vniuersa illius diei, totius etiam vitę suę sibi dimittat peccata, & de cetero se ab ipsis præseruet, atque emendationem in omnibus conferre dignetur: tunc quoque debet se homo coram Deo fortiter increpare, dijudicare, humiliare ac castigare: & vitę saluberrimum est, ista quotidie frequenter peragere. Archidiaconus igitur quilibetq; prelatus quotidie, saltè semel in die, ad locum se ponat secretum atque quietum, & ibi coram creatore cor suū effundat, onus sui penset officij, & qualiter illud adimpleat, perscrutetur: qualiter sibi commissi se habeant, intueatur: tunc de suis imperfectionibus cordialiter doleat, veniam deprecetur, emendationem proponat & exequatur. Tunc demum pro subditis deuotissimè oret, eosq; que cum precordiali affectu pietati commendat diuinę, atq; deinceps in omnibus custoditè se habeat, iuxta Salomonis doctrinam, omni custodia cor suum custoditè, & coram Domino maiestatis sollicitè ambulās. Adhuc autem, archidiaconus & omnis prelatus potestatem preesidentię suę sapienter consideret, vt onus grauisimum, vt ministerium onerosum, vt periculosissimum prorsus officium, non vt dignitatem & excellentiã quandam dūtaxat, ne instar stultorum in inaniter extollatur aut stolidè gloriatur, vnde sibi copiosa est ratio vehementer timendi, profundè se humiliandi, ad dei auxilium iugiter recurrendi. Nempè cum preesidens proprię conscientię defectuosus sit, agnoscat se ad ipsius regimen sine continuo misericordissimi Dei subsidio gratiose penitus insufficientē, humillimè semper debet perpendere, q̄ si per insufficientem sit, seipsum ac alios sine inde-

Conscientiæ suę examinatio quò cuiq; in prelatu se oportet seruanda sit.

Prou. 4.

Humiliare ut sese prelati debeant coram Deo.

finenti ac singularissimo Christi adiutorio gubernare. Quo ergo quis pluribus preest, tanto abundantiori Dei indiget gratia, exuberantiori; illustratione diuina. Idcirco coram altissimo seipsum profundissimè debet humiliare, atque diuino ex totis præcordijs inniti subsidio: Deus quippe superbis resistit, humilibus verò dat gratiam. Et vt Salomon loquitur: Vbi humilitas, ibi sapientia: humilitas nanque ad omnia Spiritus sancti charismata mentem disponit: quoniam sub Deo deprimat eam, faciens eam Deo directè substratam, suppositam & subiectam. Postremò, si homo quantumlibet preesidens, propriam defectuositatem inspiciat, quā pronus videlicet sit ad omne peccatum, quanta peccata incurrit, quibus & quantis periculis extat expositus, quantum diuina indigeat pietate, quot immunditijs atque fœtoribus in corpore impleatur & anima, quā nihil est à seipso: quòd à seipso non habet, nisi deficere & peccare, execrari, errare, indurari, perire: quòd omnia sua bona, dei sunt dona, de quibus ab ipso est ratio exigenda: quòd nescit diem & horam, q̄ nihil seu modicum sit comparatione perfectionis & sapientię non solum creatoris, sed etiam beatorum in patria, imò & quorundam in via: si, inquam, hæc atque similia quis ritè perpendat, mirum quòd vnquam superbit, præsertim cum Deo ipsa superbia tam odibilis esse noscatur. Absit preterea, vt quis adeò contenebrati sit animi, vt propter carnis nobilitatem aut cetera fortunæ ac corporis bona, quę inter dona Dei à sapientibus esse minima cognoscuntur, pueriliter intumescat. Hinc omnium largitori bonorum tanto vnusquisque humilius, gratius ac formidolosius sit semper subiectus, quanto maiora ac plura ab ipso bona suscepit, atq; districtius iudicandus consistit.

1. Cor. 4. 1. Pet. 5. Prou. 11.

1. Cor. 4. Heb. 12. Matt. 25.

De modo & forma ab archidiacono obseruandis in uisitando. Articulus XIII.



X præinductis ex Decreto ac Decretalibus in secundo tertioq; articulis, constat, opus archidiaconorum præcipuum esse, quolibet anno prouincię seu partem diocesis sibi commissam sollicitè visitare: imò secundum antiquam, hoc ipsum ad episcopos pertinebat, & in aliquibus locis adhuc creditur pertinere. episcopus quippe est immediatus ac principalis omnium suę diocesis Christianorum prelatus, quemadmodum pontifex summus vniuersorum fidelium, secundum Bonauenturam super quartum Sententiarum, & Othien sem altosq; doctores. Et sicut episcopi ceteri

25. d. c. pleb. Extra de off. archidia. per totum. 93. d. c. legimus. 12. d. c. precept. 9. q. 3. c. aliorum.

riq; prelati sunt summi pontificis adiutores, in sollicitudinis partem vocati: sic archidiaconi & curati, ac reliqui in inferioribus rectores sub episcopo existentes, eius sunt adiutores. Itaque in Toletano concilio legitur, quod decima quaestione prima inducitur: Relata est coram sancta synodo querimonia plebium, quod sunt quidam episcopi nolentes ad praedicandum & ad confirmandum ac visitandum suas per annu circuire parochias, qui tamen exigunt, vt mansiones, quibus in professione vti debuerant, alio pretio redimant qui parare debent: que duplex infamia negligentiae & auaritia, sanctae synodo magno fuit horrore: statuit ergo, ne quis vltra illud exerceat cupiditatis ingeniu, & vt sollicitiores sint episcopi de suis gregibus visitandis. Ex Tarraconensi quoq; concilio ibidem habetur: decreuimus, vt antiquae consuetudinis ordo seruetur, & annuis vicibus ab episcopis dioeceses visitentur: & si qua forte basilica fuerit reperta destructa, ordinatori (i. sacerdoti) eius reparare praecipitur: si autem episcopus inualitudine impeditus, dioeceses suas per semetipsum visitare non poterit, visitationis officiu alijs committat. Hinc rursus in concilio legitur Toletano: Episcopum per cunctas dioeceses atq; prouincias suas per singulos annos ire oportet, vt exquirat quomodo vnaqueq; basilica in reparatioe sui indigeat. Quod si ipse aut languore detentus, aut alijs occupatioibus implicatus, adimplere nequiverit, presbyteros aut diaconos mittat, qui & reditus basilicarum & reparationes & ministrantium vitam inquirat. Insuper III. decretalium, titulo de censibus, capitulo, cum venerabilis, scribitur: Quia visitationi annexa est procuratio, & episcopus Fauntinenis ratione spiritalis iurisdictionis quam habet in ecclesia, & cetera, teneatur causa correctio nis visitare Ecclesiam praefata: nec intelligitur nouu imponi, quod ab ipsa fundatione de communi sueratiurc impostu, decreuimus quod idem episcopus cum ad ipsam Ecclesiam causa correctionis accesserit, moderata ab ea procuratione accipiat bis in anno. Praeterea circa hoc verbu, bis in anno, scribit Bernard. Hoc intelligo, si toties opus fuerit: aliis sufficit semel visitare in anno: imò quoties spiritalis atq; sufficiens ratio visitandi exurgit, poterit visitari. Praeterea Innocent. tertius in generali concilio ait: Visitacionis officium exercentes, non querant quae sua sunt, sed q̄ Iesu Christi praedicationi & exhortationi, correctioni & reformationi vacando, vt fructu referant q̄ non perit. At verò formā in visitationibus obseruanda Bonifacius VIII. d. decretalium

pleniùs exprimit: siquidē formā, quā superioribus visitatoribus vt archiepiscopis atque episcopis p̄cepit obseruandā, ab inferioribus quoq; vt archidiaconis, iubet seruari, inter cetera dicens: Visitacionis impensurus officiu, proposito verbo uei, querat de vita & conuersatione ministrantiu in Ecclesijs & locis alijs diuino cultui deputatis, ac ceteris q̄ ad officiu ipsu spectat, absq; coactione & exactione qualibet iuramenti ipsorum ad emendatione, per salubria monita, nunc leuia, nunc aspera, iuxta datā sibi à eo prudentia diligenter intendens. Porro si quos inuenierit infames, si ipse nō est ordinarius, denūciet ordinaro. Notoria autē peccata que inuenierit, corrigat. Insuper in pluribus locis iuris districtē praecipitur, ne visitantes immoderatis grauentur impibus visitatos, nec nimiu exquirat que rant cibaria, & nō nisi vnā procuracione accipiant vna die, etiā si in ea plura visitent loca, quoru quilibet per se exte sufficiens. Quod si episcopus per aliu visitet, visitati tenentur illi visitanti expensas: sed vltra hęc necessitas nec familiares possunt quicquā recipere, hoc est, nec munera, neq; pecuniā: imò si quid tale receperint, aut vilitas procuracione acceperit non visitado, tenetur duplu restituere infra mēsem. Alioqui ipsi superiores sic restituere differentes, interdicti sunt ab ingressu Ecclesiarum inferiores verò, ab officio ac beneficio sunt suspēsi, quousq; satisfaciāt plenē, & nulla hic valet remissio. Extra de censibus: Exigit, li. 6. ne hoc Bonifacius ait VIII. Cauca ne ipse visitas vel quisquā suoru aliquod mun, quod cumq; sit illud, vel qualitercuq; offerat, presumat recipere, vt non quae sua sunt videatur q̄rere, sed quae Christi: q̄ si fuerit contra p̄sumptum, recipiēs maledictionē incurrat, à qua nunq, nisi duplu restituat, liberet: volumus em̄ in his q̄libet fraude penitus euitari. At verò visitans nō solū circa maiorū ac clericorū, sed etis circa populi reformationē intētus sit.

De quibus visitandi sint clerici & parochiani. Artic. XIII.

In decreto, causa decima, quae est. r. concilio Braccarensi secundo habetur: Placuit omnib; episcopis, vt per singulas Ecclesias episcopi & per dioeceses ambulantes, primū discutiant clericos, i. sacerdotes, quō ordinē baptismi teneant & Missarū, & qualiter quecunq; officia in ecclesia peragant: & si rectē, quidē inuenierint, deo gratias: sin autem minimē, docere debet ignaros, & omnibus modis praecipere sicut canones iubēt. Postquam ergo clericos suos discussierint ita, episcopi conuocata plebe

plebe ipsus Ecclesiae, doceant illam, vt adulterium, periurium, falsum testimonium ac reliqua vitia vitent, & que nolunt sibi fieri, non faciant alteri, sicq; de illa Ecclesia proficiatur ad alia. Porro quod de episcopo dictum, nunc de archidiacono pariformiter est tenendum. In generali quoque praetactum est, quod archidiaconus visitando inquirere debet, qualiter sacerdotes viuunt atque officia sua adimpleant: nunc verò particulariùs de hoc tractando, in primis tenentur inquirere, an iuxta Apostolicam regulam irreprehensibiliter conuersentur, hoc est, absq; graui & notabili culpa, an sint sobrijs: quo circa est inquirendum, an sint potatores seu ebriosi, an visitent tabernas, an comestationibus vacent, an bibendo & comedendo sint dissoluti: Insuper, an sint ornati, id est, morigerati & prudentes: quo circa folerter pensandum, an iuxta exigentiam ordinis atque officii sui sint sufficienter literaturae. De hoc infra diffusius est tangendum. Item, an sint pudici in verbis & factis, an certē lasciuui & inhonesti: & vtrū sint hospitaliter acceteris misericordiae actibus dediti: an creditum sibi gregem sufficienter informent de credendis atque agendis publicè ac priuatim, & vnum quemque secundum exigentiam sui status: an aliquem corporaliter aut spiritualiter caedant, laedat, seu inordinate affligant: an sint contentiosi ac cupidian domestici suis efficaciter p̄sint, taliter an etiam sint superbi & iracundi, & non potius humiles, mites, iusti, benigni ac continentē. Insuper inquirendum est, an ea, ad quae ex Decretalibus obligantur, adimpleat, hoc est, an deferant arma, an barbarinos cultellos siue similia, nisi forsā irent per loca latrocinijs sceda, ad incutiendum terrorem latronibus: an commo relaxent, an monasteria monialium absque manifesta ac rationabili causa frequentare praesumant: an bibendum se in contentant officia suae merceriae secularia, potissimē inhonestae, exercent: an mimis, iocularibus, seu histrionibus sint intenti: vtrum ad aleas ludant siue taxillos, seu huifmodi ludis intersint: an vestimentorū & ornamentorum superfluitates, pretiositates, curiositates ac pompas deuitent: an cum mulieribus secundum iura prohibitis, vtpu- tā de quibus vespicio mali esse potest, morentur. Amplius inquirendum, an ea, quae ex Decreto commemorata sunt, ritē obseruent, vnde delicet an à vulgaribus seculariq; vita seclusi sint, atque à vanitatibus ac voluptatibus mundi abstineant, ita vt nec pompis intersint, neq; spectaculis: an publica conuiuia fugiant, & pri-

uata non solum pudica sed etiam sobria colant: an dolos, coniurationes, detractiones, odium, indignationem, turpium lucrorum occupationes dignè deuitent: an pro beneficijs medicinae Dei, id est, sacramentis & spiritalibus beneficijs siue suffragijs pecuniam sumant aut exigant tanquam pretium spiritalium rerum. Porro pecuniam sumere pro illis, tanquam stipendium vitae, licet. atq; an cetera, quarto articulo ex Decreto tacta, adimpleant. Negotiatio quoque ac secularium negotiorum procuratio sacerdotibus & clericis districte prohibentur. Est autē negotiatio, dum aliquid emitur vt carius vendatur. Istud tā à generalibus synodis, quā à pontificibus summis, vniuersis in factis ordinibus constitutis & Ecclesiasticis viris vbertim prohibitum est. In gestis quippe sanctissimi Niceni concilij legitur: Quoniam multi clerici auaritia turpia lucra sectantes, diuinū praecceptum oblitū sunt, statuit hoc sanctum concilium, vt si quis inuentus fuerit post hanc diffinitionem vlturas accipere, aut ex quolibet negotio turpia lucra sectari, vel species frumentorum ad sextuplum dare: omnis qui tale aliquid conatus fuerit ad questū, deiciat à clero, & alienus habeat ab Ecclesiastico gradu. Deniq; Iulius Papa: Quicunq; inquit, tempore mensis aut vindemiae, non necessitate, sed propter cupiditate comparat annonam vel vinū, & seruat quousq; carius vendatur, hoc turpe lucrum vocamus. Ad idem decima quarta, quaestione quarta, illud Tarraconensis concilij allegatur: Canonum statutis firmatum est, vt quicunq; in clero esse voluerit, emendi vilius & vendendi carius studio non vtatur: alioqui cohibeatur à clero. Hinc est illud ex concilio Papae Martini: Si quis oblitus timorē Dei, scenerauerit, vel centesimam exegerit, aut ex quolibet negotio turpe lucrum queferit, aut per diuersas species vini aut frugis vel cuiuslibet rei emēdo vel vendēdo incrementa susceperit, à gradu suo deiectus alienus habeatur à clero. Multa ad idē ex Decreto possent induci, quorum omnium rationē sanctus Thomas compendiosè perstringit, dicendo: Clerici abstinerere debent non solum ab ijs, quae in se mala sunt, sed etiā ab his, quae speciem mali habent, quam & negotiatio habet: Primò, quoniam ad lucrū ordinatur terrenum, cuius clerici debent esse contemptores: secundo, propter peccata, quae negotiatio non solum implicat cor secularibus curis, & ita à diuinis ac spiritalibus impeditur: propter quod dixit Apostolus: Nemo militans Deo, implicat se secularibus negotijs. Praeterea in

Visitandi forma.

1. Pet. 4.

De censibus 6 c. Rom.

De censibus, exigit in 6 Philip. 2.

10. q. 1. c. 14.

Ibidem.

Job. 4. Math. 7.

1. Tim. 5.

1. Tim. 5.

1. Tim. 5.

1. Tim. 5.

1. Tim. 5.

Negotiatio clericis prohibita cur sit.

1. Thess. 5.

2. Tim. 2.

Extra de c. c. uenera.

Phil. 2.

Decreto, causa vigesima prima, quaestione tertia Nicolaus Papa affirmat: Peruenit ad sanctam synodum, quosdam ex clero propter turpe lucrum maiorum possessionum conductiones & seculares causas suscipere: decreuit ergo sancta synodus, nullum deinceps episcopum aut clericum vel monachum conducere possessiones, aut misceri secularibus procurationibus, nisi forte qui legibus ad minorum aetatum tutelas, siue procuraciones orphanorum aut viduarum inexcusabiles attrahantur, aut episcopus ecclesiasticarum rerum gubernacula eis commiserit. In Lateranensi quoque concilio prohibentur in placitis secularibus disputare. Vnde (vt tertio Decretalium legitur) Eugenius Papa Lucensis scribens episcopo: Sacerdotibus, ait, & clericis tuis denuncias publice, neministri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores existant, alioquin indignum est eis ab ecclesia subueniri, per quos constat in ecclesia scandalum generari. In gestis demum Carthaginensis fertur concilij: Nicasius episcopus dixit: Credo placere suggestionem meam sanctitati vestrae, & displicere vobis, vt qui seruiunt Deo & annexi sunt clero, ad actiones vel administrationes aut procuraciones domorum accedant. Gratianus episcopus dixit: Apostolorum statuta sunt: Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus. Proinde aut clerici sint sine actionibus domorum, aut actores sine officio clericorum. Vniuersi dixerunt: Hoc obseruemus. Horum causam sanctus assignat Cyprianus, dicendo: Qui diuino sunt sacerdotio honorati, atque in clericorum ministerio constituti, non nisi altari & sacrificijs deseruire, & precibus ac lectionibus sacris debent vacare. Itaque archidiaconi visitantes debite perscrutentur, an sacerdotes & clerici ista obseruent: transgressoresque horum increpare, instruere, reformare, ac congrue satagant castigare. Postremo, circa visitationem, instructionem & reformationem archipresbyteri seu ruralis decani archidiaconus visitans diligentissimus sit, quatenus quae ad suum spectant officium, idonee exequat, seq; in cunctis verè exhibeat exemplarem: nec emolumenta quaerat pecuniarum, sed remedia animarum, imò primò & maximè Dei gloriam & honorem.

Qualiter uisitandi ac reformandi sint parochiani. Articulus. XV.



Postulatum dogma est, vt vnusquisque iuxta modum & exigentiam suae uocatiois Deo dignè ambulare conetur. Informadi sunt ergo

parochiani ac subditi, vt in primis decè praecipua scire curent, ac adimplere: Praecepta quoque seruent Ecclesiae, ieiunando & festa agendo, atq; se inuicem diligendo, & exemplariter atque pacifice mutuo conuersando, ita vt contra nullum teneat odium: quia qui vnum hominem odit, nec Deum neq; seipsum, nec aliquem verè ac spiritaliter diligit, sed in damnationis est statu, cum odium mortale sit vitium: & iuxta Christi doctrinam, quilibet Christianus tam inimicos, quam amicos teneatur cordialiter spiritaliterq; diligere. Instruendi sunt quoque, vt vniuersa mortalia semper deuotè peccata, & in cibo, potu ac vestimentis temperatè se habeant, quandoquidem protestante S. Hieronymo, Si vir aut mulier vel quicumque se ornauerit, & suo ornatu ad spectum alicuius in se procurauerit, etià si nullum inde sequatur periculum, aeternum tamen patietur supplicium: quoniam quantum in se fuit, propinauit venenum, si fuisset qui biberet. Hinc doctores fatentur esse mortale peccatum, vt vestibus curiose formatis ad libidinem prouocatiuis. Insuper sunt docendi, vt circa suum pastorem ac superiores se habeant reuerenter ac obedienter, oblationes & decimas promptè, deuotè, fideliterque persoluant. Et informandi sunt coniugati, qualiter circa se inuicem habere se debent, debitum coniugale petendo, reddèdo & certis temporibus abstinèdo, atq; se mutuo spiritaliter magis quam carnaliter diligendo, concorditer quoque simul viuèdo. Qualiter etiam parentes habere se debent ad sobolem suam, educando, instruendo, corripiendo & castigando, nuptiisque tradendo, vel ad spiritalia applicando. Rursus, quomodo ad familiam ac operarios se gerere debeant: itemque, qualiter omnia ex charitate ac recta intentione debeant facere. De his omnibus atque similibus ad salutem spectantibus, archidiaconus visitans parochianos sibi subiectos instruere obligatur, cum curam habeat animarum: & curatos debet inuicere, qualiter de praetextis plenè ac publicè congruo tempore, & frequenter gregem sibi creditum in spiritu instruant mansuetudinis ac feruoris. Praeterea archidiaconus inquirere debet, an iuxta iam scripta parochiani se habeant, & prout culpae eorum meretur, eos corripiat & castiget, nullum palpado, nec maioribus potentioribusque contra aequitatem parcendo, praesertim cum, caeteris paribus, eorum sint enormiora peccata, & personarum exceptio in iudicibus ac prelatiis grande est vitium. Postremo, docendi sunt, vt dies festiuos deuotè expendat, crapulam vitent, in verbis modesti sint, cum

Matt. 5. Luc. 6.

Hieronym.

Gala. 6.

Deut. 16. Iaco. 2. Matt. 23.

de

de omni etiam otioso verbo danda sit in die iudicii ratio: & ne propria autoritate se vlciscantur, si forte eis aut propinquis seu charis eorum iniuria irrogatur: sed aut profusus ignoscant, si bono communi id profuit: aut certe secundum ordinem iuris emendationem requirant. Culpam verò oportet semper dimittere: poena verò potest ex charitate ac zelo iustitiae exigi. De omnibus his multisque aliis tanto ardentius atque frequentius informandi sunt parochiani, quato minus literas norunt. Sed & dominus communis & officii ipsius, videlicet Scultetus & Scabinus diligenti simè sunt hortandi, vt in omnibus iuste se habeant, & sine personarum acceptio- ne rectum vnicuique iudicium faciant, expectitius planè quo possunt, sicut & sibi fieri vellent.

Ad qualem ac quantam scientiam teneantur presbyteri curati & eorum vicarij, & ad quos libros habendos sint per archidiaconos ac synodum inducendi. Art. XVI.

Ratio, teste Philosopho, dirigit voluntatem: hinc super quartum Sententiarum, distinctione vicesima quarta asserit Thomas: Ad hoc quod actus hominis sit ordinatus ac virtuosus, requiritur directio rationis. Ad hoc itaque, quod homo suum ordinem debite exequatur, oportet vt habeat sufficientem scientiam ad hoc, quod congruenter dirigatur in actu ordinis sui, tanta quoque scientia requiritur in promouendo ad ordines: nec oportet quod totius scripturae scientiam habeat, sed requiritur scientia maior aut minor, secundum quod ad maiora siue minora, plura aut pauciora officium eius seu ordo extenditur: vt qui alii praeseruntur animarum curam habendo, sciant ea, quae ad fidei ac morum spectant doctrinam: alij verò ea cognoscant, quae ad sui executionem ordinis pertinent. Curatis igitur & eorum vicariis necessaria est scientia legis diuinae, quantum ad ea, quae necessaria sunt salutis communiter, non autem vtiliter omnes difficiles legis diuinae soluerent quaestiones: quia in difficilioribus est ad superiores habendus recursus: sed vt sciant illa, quae grex eis commissus obligatur credere & seruare: & vt sciant inter lepram & non lepram, id est, virtutes vitiaque discernere, mortalia quoque à venialibus sequestrare, ac sacramenta debite dispensare. Hinc de sacerdotibus qui alijs praesunt, scriptum est: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex ore eius requirunt, quia angelus domini ex-

ercituum est. Porro ad superiores, praesertim episcopos, pertinet etiam, ad difficiliore legis diuinae ac scripturarum quaestiones sapienter respondere: ideo quo in gradu altiori sunt constituti, eo excellentioris debent esse scientiae. Examinent igitur & perpendant archidiaconi, an presbyteri eis subiecti sufficientis sint literaturae: alia secundo Albertum, permittendi non essent ministrare, donec satis essent instructi. Veruntamen cum sacerdotibus tardioris ingenij & conuersationis deuotae, diligentiam suam agentibus, videtur specialiter, patienter & pie agendum ac patiendum: quia in pluribus gratiose ac supernaturaliter adiuuantur: cum caeteris, praesertim negligetibus, est rigorosius procedendum. Vnde in vita beatissimi Thomae Cantuariensis narratur, quemadmodum sacerdos quidam ob imperitiam suam à celebratione à sancto Thoma suspensus, paulo post à virgine gloriosa cum signo certissimo ad eundem sanctum est missus, vt prohibitio nem illam mox relaxaret. Praeterea super quartum Sententiarum scribit Albertus Magnus, quod sacerdos curatus siue confessor tenetur scire in generali quae peccata sint mortalia, & quae venialia ex genere: & haec sciens reputatur pro temporis huius necessitate ad audiendum confessiones sufficientis: & haec nesciens peccat mortaliter confessiones audiendo: & eum ad hoc instituens magis mortaliter peccat: similiter qui cum ministrare permittit, si sua interest talem prohibere. Praeterea, si archidiaconus viderit quempiam ex curatis suae iurisdictioni commissis substituisse vicarium insufficientis literaturae aut in idoneae vitae, debet cum omni sibi possibili diligentia obuiare ac providere, vt vel personaliter resideat ipse curatus, aut certe sufficientem ac dignum substituatur. At verò de obligatione sacerdotum ad scientiam, distinctione 36. ad deinceps multa scribuntur, inter quae continetur: Imperitia sacerdotibus semper est fugienda: quia dum per ignorantiam excacati alijs ducatum praebere coeperint, simul in foueam cadunt: ideo ignorantiam maximè debent abijcere. In concilio etiam Toletano habetur: Ignorantia mater cunctorum errorum sacerdotibus maximè est vitanda, qui docendi officium in Dei populo susceperunt. Sacerdotes nanque legere sacram scripturam moneantur, sicut ad Timotheum scribit Apostolus: Attende lectioni, exhortationi, doctrinae. Sciant igitur sacerdotes sacram scripturam ac Canones, quantum ad eorum pertinet statum, ordinem atque officium: & omne eorum

Ignorantia si uicaria sacerdotibus.

Matt. 15.

1. Tim. 4.

1. Tim. 2.

Cyprianus.

Eph. 4.

1. Pet. 1. 1. ad. 17.

Curati sacerdotibus quantum scientia sit necessaria.

Deut. 17.

Malach. 3.

opus in prædicatione & doctrina consistat: cunctos quoque adificent tam fidei scientia quam operum disciplina. Amplius, Leo Papa diffinit: Si in laicis intolerabilis est ignorantia, quanto magis in his qui præfunt, nec excusatione est digna, nec venia. Insuper (sicut distinctione 38. ex verbis beati Augustini asseritur) sacerdotibus ad discendum atque sciendum necessarij sunt libri sacramentorum, Lectionarius, Antiphonarius, Baptisteriũ, Computus, Canones poenitentialis, psalterium, homilia per circulum anni, dominicis diebus & singulis festiuitatibus apta, ex quibus omnibus si vnum defuerit, sacerdotis nomen in eis constare vix poterit. Ideo ad habendos hos libros archidiaconus presbyteros prouincia sua inducat, & item ad habendum Sermones atque Legendas sanctorum, quos emat aut scribant: sitque in illis studium, recreatio & occupatio sacerdotum, non in gyrouagationibus, confabulationibus, comestationibus, potationibus, incontinentijs, venationibus aut consimilibus actibus vanis ac vilibus, & eis tam districtè prohibitis. Postremò, vnusquisque eorum habere debet librum synodaliũ statutorum suarum dicecesis, & quae ibi conscripta sunt, scire: siquidem iuris ignorantia non excusat, cum & Apostolus protestetur: Si quis ignorat, ignorabitur. & per Osee prophetam Dominus cominatur: Quia tu scientiam repulisti, repellam & ego te, ne sacerdotio fungaris mihi. Hinc ait Chrysostomus: Sapientè esse necesse est et perspicacè in omnibus sacerdotem, & mille (vt dicitur) oculos ex omni parte habentem, vt non sibi duntaxat, sed & populo viuat ac videat.

De diligentia in uisitando habenda, & quam uitiosum atque damnable sit subditorum dissimulare peccata. Artic. XVII.



Subditorum salutè, profectũ ac perfectionè ex præsentium idoneo dependere regimine, inferiorũ quoque peccata ac damnationem negligentibus imputari principibus ac praelatis, diuina clarissimè ac vbertim fateatur instruitque scriptura. Hieremias equi protestatur: Quia impiè egerunt pastores, & dominũ nõ exquisierunt, ideo omnis grex eorum dissipatus est. Hinc de manibus præsentium sanguinè pereuntiu se Dominus requiritur per Ezechielem minatur: atque in Numerorum volumine propter subditorũ facinorosi sunt duodecim principes Israel in patibulis suspèdi. Hinc cui libet præfidèti ritè aptatur ac congruè applicatur, quod

ad Eustochiũ sanctus scribit Hieron: Attè de diligenter, quam grauis tibi imponitur sarcina, quæ de subditorum animabus atque corporibus, de verbis ac moribus apud diuinũ obligaris examet. Caue quærso, ne de te vel leuis suspicio mali possit haberi, ne dispergas & perdas, quos saluare & colligere debes. Denique, sanctus Benedictus hortatur: Sciat qui præfuit, culpæ pastoris incumbere, quicquid in ouibus pater familiars minus utilitatis poterit inuenire. Tunc verò præfidentis excusabilis apparebit ac liber, si gregi suo omnis fuerit ab ipso diligentia attributa, & malis eorum actibus vniuersa fuerit cura exhibita, vt dicere valeat Domino cum propheta: Iustitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam & salutare tuum dixi. Iterum præfidentis ait Hieron. Non tibi obsecro blandiaris ex Domini pietate, qui tam diu peccatores sustinet in peccatis: quia etsi diuturna sit expectatio, non minùs formidanda est vltio: quæ tanto durior erit, quãto longius tẽpus expectationis præcessit. Idcirco si aliter quẽ teneris egeris, periculũ expauescas: nec ideo minùs, si statim diuinum non incurris iudiciũ. Christus enim à te vult de singulis etiam occultis exigere rationem: & si quid eum defraudaueris, tradet te diabolis cruciandũ, vt sustineas quicquid doloris & poenæ poterit excogitari. Feliciores ergo & securiores sunt qui subfunt, quẽ præfidentes. Nihilominus superba mens periculorum improuida, semper maiorum appetit dignitatum assensum, & non nisi post factum ex descensu terretur. Sed fortè descensum æstimas rarum: sed firmisimis & non paucis doctus experientijs dico: Rarè per gradus dignitatum ascendet homo, quin grauius cadat. Si hæc archidiaconi ceterique praelati profundè pensauerint, tanto vtiq; sollicitiores diligentioresque erunt, quo pluribus præfunt. Propter eã distinct. no. dicitur: Cũ honoris augmento, cura quoque sollicitudinis debet excrefcere. nempe vt Eugenius Papa diffinit: Inferiorum culpæ, cui magis quẽ negligentibus atque carnalibus sunt imputandæ praelatis? Cũ ergo archidiaconus etiam illis præfuit, qui aliorũ pastores siue rectores sunt, oportet eum in præfidento ac visitando diligentissimum, iustũ ac strenuum esse, vt nihil de debito suo omittat officij. Alioqui subditorum suorum peccata redudabunt in ipsum, potissimè sacerdotũ: imò cũ parochianorũ vitia ex suorum negligentia scandalo factæ vita superiorum potissimè oriantur, dum archidiaconus sacerdotum excessus & culpas negligit secũdum iura debitè castigare, reus efficitur vitiorum parochianorum: ad quod illud

illud poterit philosophicum applicari: quod est causa causæ, est causa causati. Nihilominus cũ & ipsi parochiani archidiacono sint commissi, etiam ob id illorum peccata in eũ redundant, si circa illorum informationem, increpationem ac castigationem extiterit negliges. Insuper, sicut ex eo quòd visitationes sunt remissæ seu negligenter atque iniuste, rigor disciplina, vigor iustitiae, conuersatio bona lamentabiliter ac maximè pereunt: ita ex eo quòd diligenter sunt ac iuste, disciplina, iustitia, conuersatio in subditis virtuosa præcipuè conseruantur ac florent. Hinc quanto ex diligenti visitatione abundantius præmiũ archidiacono imminet, tanto ex visitatione negligenti atque iniusta grauior ei instat damnatio. Cũ ergo tot millibus præfuit, nõnne timoratissimum ac diligentissimum in exercitijs sui officij, præsertim in visitando, eum esse oportet? Alioqui, iuxta prædicta tot mortibus supplicijsque erit dignus æternis, quot ex sua negligentia perierit animæ. Neminè igitur ex sibi commissis palpet, nullius peccata dissimulet, sed vniuersorũ peccata dignè corripiat & castiget. Ait quippe Hormisdas Papa, & habetur distinctioe quinquagesima: Quæ est ista iustitia inimica bonitas, criminosos palpate, & vulnera eorum vsque in diè iudicij incurata relinquere? Verò dico, quoniam illi ipsi, quibus periculosa & falsa misericordia indulgere videmur, cũ ante tribunal Christi pro tantis peccatis dammandi aduenierint, contra nos conquerentur & expetent vltionem. Præter eã, nequaquam arbitretur praelatus sibi sufficere, quòd subditorum peccata displicent sibi, nisi verbis atque operibus iuxta suarum exigentiam præfidentia renitatur. Ait equidem Innocentius Papa distinctioe 89. Error cui non resistitur, approbatur: & veritas cũ non defenditur, opprimitur. Negligere quippe, cũ possis, perturbare peruersos, nihil est aliud, quã fouere: nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori definit obuiare. Non itaque æstimet præfidentis sibi sufficere, si in se & quantum ad se, satis bonæ videatur consistere vitæ, nisi & circa subiectos iustam ac debitam exerceat disciplinã in vera charitate ac discretioe. Ideo Pius Papa fatetur: Non prodest ei proprio vitio aut errore non pollui, qui consentit erranti. Consentit autem, secũdum Gregoriũ, qui ad refecanda vitia nõ occurrit. Hinc Leo episcopus: Negligentes, inquit, rectores magnam sæpè nutriunt pestilentiam, dum auiorem dissimulant impendere medicinam. Medicinali etenim seueritate mali coguntur ad bonum redire. Consonat his illud Ioan-

nis octauij: Facientis proculdubio culpam habet, qui quod potest corrigere, negligit emè dare: probat verò diffuse se vitia, qui condemnat errantes. Hinc ait Gregorius: Cũ praelatus increpare delinquentes neglexerit, eos proculdubio tacèdo occidit. Postremò, teste Chrysostomo, quamuis piũ sit propria iniuriam tolerare, impium tamen est Dei iniuriã dissimulare. Sed heu quidã inueniuntur praelati contrario modo agentes: propria namque iniuriam rigidè vlciscuntur, de Dei verò parum aut nil curant offensa. In talibus dominatur non charitas Dei, sed priuatus ac improbis amor sui: non zelus animarum, sed propriorum potius commodorum: non desiderium diuini honoris, sed propriae reputationis. Ex his itaque innotescit, cum quanta diligentia debeant archidiaconi visitare, neque alicuius eis commissi culpas palpate. Omnia tamen cum discretione sunt peragenda, vt rigori pietas misceatur prudenter, & vitiorum circumstantiæ considerentur, ac iuxta hoc poenæ proportionabiliter infligantur.

Quòd archidiaconi debeant personaliter, nisi impedimento excusentur legitimo, uisitare: alioqui non mittant ad uisitandum nisi idoneos.

Artic. XVIII.

Sancto testante Bernardo: Inacceptũ est Spiritui sancto quicquid ei obtuleris, eo neglecto ad quod teneris. Nempe qui id, ad quod tenetur, omittit, præceptum transgreditur: & scimus quòd præceptorum transgressio mortalis est culpa, cũ sit directè contra iustitiam. Cũ itaque iuxta præhabita, archidiaconi ex debito sui officij suam teneantur visitare parochiam, prout iura & sancti patres id decreuerunt, constat quòd absque mortali peccati periculo omittere hoc non possint, nisi legitime excusentur. Præter eã, præcepti impletio non nisi per dispensationem licentem omittitur. Dispensatio autem sine rationabili fieri causa (id est, vera utilitate aut euidenti necessitate) non debet, secundum doctores concorditer: alioqui iuxta Bernardum, dissipatio, non dispensatio esset. Igitur absque huiusmodi causa, archidiacono in propria visitare persona non licet omittere. At verò iuxta regulam iuris, succedit in onere, quod succedit in honore. Archidiaconi ergo sicut prædecessorũ suorũ fulciantur honore, ita & De reg. in 6. Rationi, onus illorum portare (hoc est, opera exercere, præsertim in visitando & corrigendo ac reformando subiectos) non abnuant: imò cũ visitatio ista sit actus illorum præcipuus,

Libri quinam sacerdotibus sunt necessarij

1. Cor. 14. Osee. 4.

Chrysostom.

Hierem. 10.

Ezech. 3. Nume. 25.

Hieron.

Benedictus.

Psal. 39.

Hieronym.

Rom. 14.

Dist. 83. can. error.

Dist. 100. c. rationis ordo

83. dist. ca. qd enim & c. con ientire.

Dist. 86. c. fa cianu.

circa eum summè esse solliciti obligantur. Denique, stipendia spiritalis militiæ absque eiusdem militiæ exercitijs atque laboribus consumere non licere, docet Apostolus, & iura fatentur. Nam & Ecclesiastici reditus non nisi illis debentur, qui opera virtuosa, propter quæ exercenda ordinati sunt reditus illi, efficiunt, vt Raimundus, Ioannes, Vlrichus in suis asserunt Summis: quod Gulielmus Parisiensis libro de collationibus Ecclesiasticorum beneficiorum districtè affirmat ac multipliciter probat. Hinc Clemens quintus distulserit: Cum sit natura consona, illos non recusare onera, qui rerum commoda complectuntur. Quo circa ait Glossator: Non est ferendum qui lucrum amplectitur, onus autem subire recusat. Quomodo igitur archidiaconis licet ex sui archidiaconatus titulo tot Ecclesiasticos reditus exigere, leuare, consumere, nisi opera sui officij personaliter exequantur, nisi rationabiliter excusentur? Aduertat ergo archidiaconi & vniuersi plati verba sancti Greg. Quid nos, inquit, q̄ sine graui dicitur mœore nō possumus, quem agimus, qui & mercedē cōsequimur, nec tñ operari sumus? ructus quippe sanctę ecclēsię in quotidiano stipendio sumimus, nec tñ pro nobis commissis in prædicatione ac reformatione debite laboramus. Pensate quātā damnationis sit, sine labore percipere mercedem laboris. Illa in nostrum stipendium sumimus, quæ pro redimendis suis peccatis obtulerunt fideles, & tamen contra eadem peccata nec orationis nec prædicationis studio (vt dignum est) insudamus. Vix pro culpa sua aliquem aperta voce reprehendimus: & adhuc, quod est grauius, si persona potens est, eius sapiens peccata laudantur. Præterea, si archidiaconi legitime impediti, personaliter visitare non queant, nequaquam nisi vita atque scientia ad visitandum idoneos mittant: Alioqui vniuersa tam visitantur, quam visitorum peccata redundabunt in ipsos. Porro, quanta scientia atque perfectio ad archidiaconos exigatur, si sua officia efficaciter exequantur, potissimè verò si actum visitationis idoneè adimplebunt, præhabitu est. Grâdis ergo discretionis, magne iustitiæ, eminentis sciētę, charitatis ac virtuositatis præcipuæ oportet existere eos, qui visitare curatos ac parochianos erunt condigni, sed hoc infra clarius referetur. Postremò, 6. Decretaliū Bonifacius loquitur. Presenti decreto statuimus, vt nullus ad regimen parochialis Ecclesiæ assumatur, nisi moribus, scientia & ætate idoneus. Si hoc ita est, simili ratione ad visitandum nullus est assumendus nisi ita sufficiens:

imò per locum à maiori, ad plurium parochialium Ecclesiarum ac sacerdotum visitatorem nullus est assumendus, nisi vita, scientia & ætate idoneus.

Contra periculosam, vitiosam atq; damnabilem consuetudinem visitandi, & pecuniam recipiendi à fornicarijs. Artic. XX.

Magnus ille prælatus Petrus de Aliaco, doctor excellens & Cardinalis, in libro de Reformatione Ecclesiæ: Adhibenda est, inquit, diligentia, vt archidiaconi officia sua exercent, aut penitus extirpentur, sicut de coepiscopis factum est. Hinc constat, quàm diligenter sua debeant officia adimplere, in tendendo iuxta prætacta in reformationi, correctioni reformationiq; subditum: non emolumentis carnalibus, non collectionibus pecuniarum, sed beatitudinibus animarum: non commodis proprijs, sed diuine maiestatis honoribus. Penitet ergo cui vel paululum inest veræ prudentiæ, cuius mentem gratia Dei saltem modicè docet, vt vnctio aliquatiter tangit, quàm indecens & iniusta sit consuetudo, imò potius corruptela temporis huius, qua archidiaconi per seipos aut substitutos à presbyteris concubinarijs seu fornicarijs & parochianis talibus non quarunt nisi pecuniarum penam, qua omni anno tempore certo soluta, deinceps in solita conuersari atque foetere spurcicia permittuntur, in contumeliam omnipotentis, in scandalum maximum proximorum, in damnationem animarum suarum grauissimam. Istud in primis est contra iura. Si quidē in principio tertii Decretaliū scribitur ac iubetur, vt prælati, qui sacerdotes & clericos siue canonicos, præsertim in sacris ordinibus constitutos, incontinentes & lubricos præsumperint in suis iniquitatibus sustinere, maximè obtentu pecuniæ vel alterius commodi temporalis, eidem subiaceant vltioni quæ illis debetur lasciuia: hoc est, vt non solum Ecclesiastici beneficijs spoliarentur, verum etiam pro duplici culpa perpetuò deponantur. Dicitur quoque ibidem: Ne facilitas veniæ in centium tribuat delinquendi, statuius vt qui deprehensi fuerint in continentia vitio laborare, prout magis aut minùs peccauerint, puniantur secundum canonicas sanctiones: hoc est, secundum ordinationes & iussiones, sacris canonibus tam generalium conciliorum, quàm summorum pontificum sanctorumque patrum & etiam prouincialium synodorum expressas, quas efficacius & districtius præcipimus obseruari. Porro hæc

3. Cor. 9.

De censura in Clement. ca. 2.

Gregorius.

2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

1. Ioan. 4.

1. Ioan. 4.

1. Tim. 4.

1. Tim. 4.

1. Pet. 5.

De vi. & 1. uest. cleric. ut clericus.

Canonice actiones que dicantur.

fan-

sanctiones non sunt, vt fornicatores huiusmodi pecuniaria tali pœna plectantur, sed vt ab officio & beneficio suspendantur: & nisi emendent se, perpetuò deponantur. Estque viuaciter aduertendum, quod ista sunt verba Innocentij in generali cōcilio, ita quod tam vniuersali synodo, quàm antistiti summo hæc cōgruè adscribatur. & constat, quod contra tale actantum, contra talium & tatorum dispensare præceptum inferioribus propria auctoritate non licet, potissimè sine rationabili causa, quæ nequaquam in pecuniaria ista punitione locū fortitur: imò ex huiusmodi punitione, quæ tantorū vitiōrū cōparatione est nulla aut minima, oriuntur incommoda maxima, vtputa permanentia in peccatis, multiplicatio lasciuie sine mensura, enormis offensā Dei, mortifera atq; grauissima scandalizatio populi, luxuriantū quoq; sacerdotum ac clericorū dānatio superhorreda. Insuper, contra diuersorum generalium cōciliorum statuta est talis pecuniaria pœna, & potius derisio atq; illuso detestanda. Si quidē distinctio 94. habetur: archidiaconi quamuis ex suo officio clericorū vitam diligētī examine debeant inquirere, censum tamē (id est, pecuniam) ab eis exigere prohibentur. In Cabilonenſi quoq; concilio legitur: Distū est, quod in plerisq; locis archidiaconi super presbyteros parochianos quandam exercent dominationem, & censum ab eis exigat, quod magis ad tyrannidem, quàm ad reſtitutionis pertinet formam. Si enim iuxta Apostoli sententiam, episcopi nō debent dominari in clero, multo minùs hoc debet archidiaconi. Sint ergo contenti regularibus institutis, nihil per cupiditatē aut auaritiā præsumetes. Archidiaconi ergo ita agentes, profus iniusti sunt, & carnalia emolumenta magis q̄ spiritalia animarū incrementa quærentes, nullo diuinitatis amore succensi, nec diuini honoris neq; iustitiæ desiderio inflammati, sed lamentabiliter obtenebrati, non quæ Christi, sed quæ sua sunt cupientes. Et quid mirum, cum & ipsi eisdē aut maioribus vitijs, quàm subditi quos corrigūt, inuoluuntur, suis (heu) libidinibus publicè atq; sacrilegè seruientes, non attendētes nec formidātes sacrum illud dogma catholicum, Indigni sunt alios iudicare, qui in eisdem aut maioribus vitijs fordent. Nempe cum homo post Deū teneatur præcipuè diligere semetipsum, exigit ordo charitatis seriesq; iustitiæ, vt homo (præsertim prælatus) in primis consideret, iudicet, corripiat & castiget seipsum. Nōne omnino indignus est in throno iustitiæ residere, publicus æquitatis minister cōsistere, iuris esse

executor & transgressorum punitor, qui ipse fontem iustitiæ Deum incessanter offendit, iustitiam violat, leges præuaricatur diuinas, naturales atq; humanas? Tales prælati eadem aut maiora agentes peccata, populum enormiter scandalizant, ineffabiliter ledunt, æternaliter perdūt. Idcirco, vt sancti patres testantur, oportet in primis seipsum purgare, sicq; ad aliorū purgationem accedere, & seipsum in omnibus exemplarem præbere, quem admodum sanctus Gregorius ait: Tunc prælatus officium suum bene adimplet, cum ipse se per priuatum amorem non diligit, nec aliquid huius mundi desiderat. Tunc alius verè recteq; præsidemus ac prædicamus, si verba factis ostēdimus, si nos ipsi diuino amore cōpungimur, & vitæ humanæ quotidianas maculas lachrymis quotidianis lauamus. Præterea elucescit, quod archidiaconi prætacta pecuniaria pœna contenti, neq; iuxta exigentiam sui officij morū reformationibus insudantes, rei sunt scelerum vniuersorū subditorū suorū, ex tāta negligētia ac iniustitia sua nascentium. Heu miseros homines, quibus de animarum salute, de Dei honorificentia, nouissima vel potius nulla iam cura est, burſarū suarū repletionē, imò carnis suę delicias, mundi honores, opulentiamq; caducam insensatè quærentibus, quibus iustitiæ lumen non fulget, nec sol intelligētiae splēdet: ideo suā non pensant pericula, nec omnipotentis expauescunt iudicium, propria excæcati malitia, in quibus illud impletum est Salomonis: Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit.

Contra incontinentiam sacerdotum & clericorum, & quod illa sit præcipuè visitanda, ac dignè corrigenda. Artic. XX.

Quamuis vniuersis carere vitijs atque ornari virtutibus, maximè illis, quæ quarto articulo taçta sunt, sacerdotes iubeantur ac clerici: verum tamen lubricum carnis vitare & castitate fulgere, singularissimè, frequentissimè ac districtissimè præcipiuntur, vt nunc ex Decretalibus patuit, & ex Decreto copiosissimè demonstratur. Ad hoc quippe probandum variè introducuntur auctoritates tam ex generalibus synodis, quàm ex summorū pontificū institutis, distinctione vigesima quinta, distinctione quoq; octogesima prima. In gestis namq; quinti cōcilij Tolletani habetur: Quando presbyteri & diaconi per prouincias constituantur, oportet eos professionem facere suo episcopo, vt castè & purè viuant sub Dei timore, vt dum eos talis pro-

Gregorius.

Sap. 5

Prover. 10.

25. distinctio. ca.

Vni. orarū.

et c. primum

Castitatis cu

stodici distri

ctè clericis

præcipiatur.

pro-

118

D. DIONYSII CARTHVS. DE VITA

professio obligat, vitæ sanctæ disciplinam retineant. In secundo quoque Arelatenſi concilio continetur: Placuit, vt deinceps non ordinentur diaconi, niſi qui prius cõuerſionis propoſito profeſſi fuerint caſtita- tem. Rurſus, in ſecundo Toletano concilio fertur: Cauendum eſt clericis, ne quando ſuæ ſponſionis immemores, ad turpitos concubitus vltimò recurrant: quod ſi fecerint, tanquam ſacrilegij rei ab ecclēſia habeantur extranei. In Neocæſarienſi etiam ſynodo legitur: Presbyter ſi fornicatus fuerit, adulteriũ ue commiſerit, extra Ecclēſiam abiici & inter laicos ad pœnitentiã redigi ipſum oportet. In ſexta demum ſynodo ſcribitur: Presbyterum illicita commixtione detetum, ab officio abſtinerè præcipimus. In ſancta autem ſynodo Nicena primo legitur inſtitutum, vt ſacerdotes & in ſacris conſtituti ordinibus caſtè viuant. Præterea ſanctus Gregorius ait: Nullũ facere ſubdiaconum præſumant epiſcopi, niſi qui ſe caſtè victurum promiſerit: quoniam nullus debet ad miniſterium altaris accedere, niſi cuius caſtitaſ ante ſuſceptum miniſterium fuerit approbata. Innocentius quoque ſecundus: Decreui- mus, inq̄, vt hi qui in ordine ſubdiaconatus & ſupra concubinas habuerint, aut incontinentes extiterint, officio atque beneficio Ecclēſiaſtico careant. Cũ enim templum & vaſa Domini atque ſacrum Spiritus ſancti debeant eſſe, indignum eſt, eos cuiſlibet libidini aut immunditiis deſeruire. Sed & Calixtus Papa teſtatur: Presbyteris, diaconibus, ſubdiaconibus concubinas habere penitus interdiximus: & contrarium facientes ad pœnitentiã redigi iuxta ſanctorum canonum diſſinitionem iudicamus. Quamuis autem ſacros ordines ſuſcipientes nũc caſtitaſ explicite nõ promittat: ordini tñ ſacro caſtitaſ votũ cenſetur annexum. In ſuper, cũ ſacerdotium Chriſti ſit incomparabiliter ſpiritualius atq; præſtantius ſacerdotio veteris legis, ſacerdotes Euangelicæ legis incomparabiliter debent ſpiritualiores ac puriores ſacerdotibus antiquæ legis conſiſtere. Idcirco ab inquinamento luxurię debent pleniffimè abſtinere, quoniam quidem ſacerdotibus illis legalibus iuſſum fuit tempore ſuæ adminiſtrationis in templo, à proprijs quoque vxoribus continere: quãto magis ſacerdotibus & in ſacris ordinibus cõſtitutis, qui Deo quotidie miniſtrant in templo, & orationibus ac oblationibus vacare tenentur, à fornicarijs eſt cauendum amplexibus? At verò, quo ſacrificium Euangelicæ legis (quod eſt Chriſtus vnigenitus patris) eſt magis purum, diuinum ac ſanctum, eo con-

tractatores, cõſecratores & oblatores ipſius debent purioris, diuini ac dignioris conuerſationis conſiſtere. Cũ ergo vita luxurioſa ſit maximè immunda, brutalis, fœda & vilis, ſacerdotes Euangelicæ legis tenentur eã ſummè vitare: & niſi hoc fecerint, enormiter (imò & indicibiliter grauiter) peccat, & ſanctum ſanctorum irreuerentiſſimè tractant, quod pollutis manibus, ore obſceno, corde libidinoſo accipiunt. Amplius, ſuper IIII. Sententiarum ſcribunt doctores, quòd ſicut per religionis profeſſionẽ, ita per ſacrorum ordinum ſuſceptionem votum ſolēnizatur, ita quòd non duntaxat impedit matrimonium contrahendum, ſed dirimit quoq; contractum: quia per huiusmodi votũ homo ſeipſum obligat Deo ad bona agenda ac mala vitanda, imò & promiſionem ſuam quodam modo implet ſeipſum à ſecularibus ſequeſtrando, atque diuinis præcipuè mancipando. Vnde per ſacri ordinis (potiffimè ſacerdotij) ſuſceptionem homo ſe offert, donat & exhibet Deo, vt eius obſequio totaliter vacet. Cũ ergo presbyteri & in ſacris ordinibus conſtituti conſecrati ſint Deo ad vacandum ac miniſtrandum ſpiritualibus & diuinis, ſurtum ſacrilegiumq; committunt, dum ſe à Deo auertunt, à ſpiritualibus ac diuinis ſubducunt, carnalibusq; immergunt, fordidus carnalitatũ & fœtore luxurię ſeipſos viliffimè ac vitioliſſimè pollutentes. Denique, talium coitus ſacrilegium appellatur, quemadmodum cum moniali cõcubitus, cũ ſit rei ſacræ abuſus, quo ſacer ordo ſiue religio violatur: ideo eſt peccatum enormiter multipliciterq; mortale, ſecundum doctores. Præterea, quo ſacerdotes ac clerici pluribus præceptis ac cauſis ad caſtitiã obligantur, eo turpiter agendo damnabilius præuaricantur. Tenentur autem ad continentiam ſeu luxurię refrænationem: primò ex Chriſti præcepto, ſicut & quilibet Chriſtianus: ſecundò ex diuerſis præceptis generalium ſynodorũ: tertio ex multis iuſſionibus ſummorum pontificum: quarto, ex inſtitutis prouincialium ordinationum: quinto ex iuramento ſeu voto, ſi in ſacrorum ordinum ſuſceptione iurauerint ſecundum ſacros canones viuere aut caſtitaſ ſeruare. Et quoniam explicite forſitan non vouerunt, non ideo excuſantur: quia ſecundum doctores, continentiã votum intelligitur ordini ſacro annexum. Ecce, quã multipliciter tranſgrediantur, q̄ inobedientes abominabilesq; redduntur ſacerdotes & clerici fornicatẽs. Poſtremò, quo plura à Chriſto beneficia ſortiuntur, atque maioripoteflate, honore & gloria ab ipſo or-

nati ſunt, eo ſceleratiùs agũt laſciuè viuendo. Nõne Chriſtus ſeipſum eis quotidie præſtat? Quo itè lubricè conuerſando populum grauius ſcandalizant, & quo exemplariores ceteris eſſe tenentur, eo tã turpiter ac ſcandaloſe viuendo vitioliſſime redduntur. Quoniam ergo incontinentiã vitium tam ſpecialiſſimè ſacerdotibus ac clericis prohibetur, archidiaconi illud nõ ſolum pleniffimè debent vitare, ſed etiam in clero eis ſubiecto exquisitiſſimè inueſtigare, corripere & punire.

Quam ineffabiliter periculoſa ſit vita ſacerdotum & clericorũ incontinentium. Art. XXI.



Stenſum ſepius eſt, vnumquemq; in ſacris ordinibus conſtitutũ toties peccare mortaliter, quoties aliquem ſui ordinis actũ exercet indignè, hoc eſt, in mortali culpa ſcienter exitens. & dato, quòd ex negligentia ſua nõ aduertat, aut neſciat in mortali ſe eſſe peccato, nihilominus ſic agẽdo mortaliter peccat: quatenus ſuã vitam diſcutere & conſcientiam examinare, nec ex malitia aut negligentia ſua debet fructum referre. Quis ergo excogitet, quoties & q̄ grauiter peccet mortaliter ſacerdotes & clerici incontinentes? Præterea, celebratio eſt actus ſingulariter priuilegiatus, ad quem de neceſſitate præcepti exigitur actualis deuotio, q̄ ſine mentis eleuatione ad Deũ haberi non poteſt. Cũ ergo per vitia carnis ratio maximè abſorbeat, obtenebreretur & deprimatur, deuotio nõ ſummè impediũt, nõ vitq; tantũ dũ ſunt, ſed poſtmodum quoq; quũ hebetudinẽ & depreſſionem relinquũt in anima, imò inſpiciuntatem atq; fatidũ diuinorũ. Enimverò quo per vſum Venereorũ anima plũs afficit circa carnalia, eo ineptior fit ad diuina: & quãto in ſenſibilibus delectatur intentiũs, tanto à ſpiritualiũ gultu ampliũ elongatur: vnde nec ad Deum, nec ad diuina afficitur, ſed ea fatidit. Cũ ergo oporteat ſacerdotẽ, præſertim tẽpore celebrationis, affici circa Deum & ad ſpiritualia eleuari, & circa diuiniſſimum ſacramentum totaliter occupari atq; accendi, ſacraſſima quoq; Canonis verba, imò & reliqua cum ingenti attentione proferre, paſſionẽ quoq; Chriſti ac cetera eius beneficia atq; myſteria grata & affectuoſa mente recolere, conſtat q̄ indecentiſſimum iniuſtiſſimumq; ſit, ſacerdotem Venereis inquinari. In ſuper tactũ eſt, quãto prudentia, circumſpectio, cuſtodia debeant ſacerdotibus ornari. Cũ ergo ex luxuria oriatur vitia hiſ bonis ſummè contraria, vtpu- tã cæcitas mentis, præcipitatio, inconsideratio, inconſtãtia, conſtat quã ſummè ſacerdoti-

Sacerdotium incontinentia q̄ ſi indecens & irrationabilis.

bus ſint cauenda. Amplius, ſacerdotem oportet in verbis eſſe modeſtum, prudentem, honeſtum & fructuoſum: ſed hoc per luxuriã plurimũ impeditur: ſiquidem ex ea naſcitur turpiloquia, ſtultiloquia, ludicra atque ſcurrilia. Aſſerit demum Thomas, ex luxuria gigni amorem ſui & odium Dei. Per experiẽtiam naq; Venereorum, propter delectationem adiunctam potiffimè tendit homo in ſe, & diſplicentiam concipit Dei, in quantum luxuriã vetat ac punit. Cũ ergo ſacerdos debeat ſpecialiter Dei amore ſeruere, atq; in ordinato ſui amore carere, patet quã irritationabiliſſimum ſit, ipſum vitij carnis, in quibus eſt maxima turpitudò, ſcedari. Præterea, ſacerdotes in ſcripturis angeli nuncupantur: angelicæ ergo, non beſtialis conuerſationis debent conſiſtere. Adhuc autẽ, per Moſen Deus teſtatur eſt: Anima polluta, quæ ederit de carnibus hoſtiæ pacificorum, peribit de populis ſuis, hoc eſt, de numero electorum ſequeſtrata, in æternũ damnabitur. Ad Aaron quoq; dixit: homo de ſemine tuo qui habuerit maculã, non offerat panes Deo ſuo. Si itaq; ſacerdotes illi legales irrationabilia, inanimata & typica ſacrificia indignè offerentes ac comedentes tam grauiter exceſſerunt ac perierunt, q̄ ineffabiliter peccant, quãmq; amariffimè damnabuntur, qui verum, diuinum ac ſuperpræſtantiſſimum ſacramentũ, qui vnigenitum Dei, agnum puriſſimũ mundi peccata tollentem, vitioſa ac libidinoſa vitia ſordentes, audent cõtractare, offerre ac ſumere: qui cũ paulo antè gula atq; luxurię fœtoribus inquinacionibusq; repleti ſint, inſipientiſſimè Deo patri ſe præſentare præſumunt, ad offerendum ei vnicum filium ſuum, non attendentes quòd filij Aaron igne cceleſti combuſti ſunt, eò quòd ignem alienum in ſuis poſuerunt thuribulis. Horum prauitatem amentiamq; immenſam glorioſus Hieronymus in extremis agens deplanxit dicendo: Heu domine mi, quid dicam? quoniam hodie ſacerdotes te comedunt in altari vt pecudum carnes, imò deterius: quoniam nocte fruuntur mulierum actũ turpiſſimo, & manẽs comedunt celebrãdo. Vbi ò domine latitas? dormiſſe ne vigilas? Nulla certè in mundo tam crudelis eſt beſtia vt malus ſacerdos. Nam corrigi dedignatur, & veritate audire non patitur: & vt breuiter dicam, omni præeminet prauitate. Hinc rurſus affirmat ſanctus Hieronymus: Acerbiora gehennæ tormenta ſunt, quæ fornicantibus ſacerdotibus clericisque debentur. Quid tibi cum mulieribus ò ſacerdos, qui ad altare Deo famularis ac conſabularis, & in loco ſtas eius?

Luxuria prole.

Mala.

Leuit. 7.

Leuit. 24.

Leuit. 10.

Hieronym.

V.

Gregorius.

Caſtitaſ in ordine ſacro eſſe annexum.

Væ tibi qui eodem ore accipis filium virginis, quo paulo antè osculatus es filiam Veneris. O Iuda, osculo filii hominis tradis? Hinc supra Leuiticum ait Glossa: Cum de vniuersis hominum vitijs gaudeant dæmones, maximè tamen de eorum luxurijs, qui ministri sunt altaris. atque vt asserit Augustinus, Plùs placet Deo vlulatus canum & grunnitus porcorum, quàm cantus luxuriantium clericorum. Nec aliquid tantum nocet Ecclesiæ, quantum carnalis, scandalo sa ac lubrica sacerdotum clericorumque vita. Vnde & sanctus Ambrosius: Ex indisciplinata vita, inquit, & inordinata multitudine sacerdotum, habetur hodie contemptui nostræ fidei venerabile sacramentum. Nam qui esse debuerant vicarij Apostolorum & socij petri, facti sunt socij Iudæ atq; præambuli Antichristi. Postremò, quicquid de bonis ecclesiæ cum turpibus personis consumunt sacerdotes & clerici, sacrilegè damnabiliterque consumunt, & restituere obligantur. Talia namque pauperibus detrahunt, per quod, furtum, rapinam sacrilegiumque committunt, secundum Bernardum.

Quàm districte prohibentur sacerdotes & clerici mulieribus cohabitare.

Artic. XXII.

Ratione, experientia, illuminatione, historia & scriptura sancta eruditi patres sancti ac sapientissimi humanam fragilitatem pèlantes, & quàm raram atque difficile sit vitare peccata eum, qui peccandi occasiones non vitat, scientes: nò tantùm commixiones illicitas, sed periculosas quoque & suspectas colloquutiones & commorationes cum mulieribus, sacerdotibus ac clericis prohibuerunt. Vnde Moguntinense concilium circa hoc plenè cupiens prouidere, præcepit: Nullus sacerdos fœminas, de quibus suspicio esse potest, retineat, nec illas quas canones concedunt, vide licet matrem, amitam & sororem: quoniam instigante diabolo, etiam in illis scelus perpetrati inuenitur, aut etiam in pedissequis earundem. Porro, quo ad personas à canonibus cõcessas, relaxatus est huius rigor decreti. Si quidem Innocentius tertius loquitur: Cum clericis non permittas mulierculas habitare, nisi de illis personis existat, in quibus naturale scædus nil permittat sæui criminis suspicari. Sanctus quoque Gregorius (prout distinctione octogesima prima inducitur) ait: Oportet sacerdotes quibus populus Dei cõmissus est, cum magna constantia vigilare super dominicas oues, ne à dæmonibus lani-

Luc. 22.

August.

Ambrosius.

Si. distim. ca. legitur. & c. Cum omnib. De cohabitata clericorum & mulieru. c. 7.

Si. dist. c. Si q sunt pres.

entur. Neque silere hoc debeo, quod cum magna tristitia dico: Nam sacerdotes cum fœminis habitare conspicio, quod nefarium est dicere vel audire, & contra canonum sanctorum statuta. Vbi enim talis fuerit cohabitatio, non decrunt stimuli hostis antiqui. Ideo sunt monendi, ne antiqui hostis fraude fallantur, quatenus iuxta Apostolum, non vituperetur ministerium nostrum. Cauere enim ab illicitis sacerdotes oportet, vt mundas ad Deum leuare valeant manus. Nam Deus ait: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Si verò quis præsumperit aliter agere, sacerdotij priuerit honore. Iterum ait: Volumus sacerdotibus prohiberi, ne cù mulieribus conuersentur aut demoretur, excepta sorore &c. In gestis demù Niceni cõcilij legitur: Interdixit per omnia sancta synodus, nò episcopo, nò presbytero, nò diacono, nò subdiacono, neque alicui omnino qui in clero est, subintroducãt habere mulierem, id est, habitare cum fœmina, vt distinctione trigesima secunda Gratianus exponit, nisi cum matre aut sorore aut amita, aut personis quæ fugiant suspiciones. Hinc ad hoc Gratianus adducit sancti Hieronymi verbum, dicentis: Hospitium tuum mulierum pedes nunquam aut raro tangant aut terant: quia nec toto nec tuto corde potest habitare cum Deo, qui fœminarum accessibus visitatur. Fœmina conscientiam viri sibi cohabitantis exurit. Denique, quàm cautè & purè cohabitandum sit fœminis secundum canones permisit, Gratianus probat ex verbis Gregorii, recitantis: Presbyter quidam comissam sibi regebat Ecclesiam, cum magno Dei timore, qui ex tempore suscepti ordinis presbyteram suam (id est, viduam seniore) diligens vt sororem, sed cauens vt hostem, ad se propiùs accedere non sinebat: eamq; sibi approximare nulla occasione permittens, ab ea funditus etiam communes familiaritates sibi abscidit. Vnde distinctione 34. præcipitur, vt sacerdotes & clerici con sanguinearum & domesticarum personarum immoderatam familiaritatem deint. Præterea in sexta synodo legitur: In omnibus obseruari conuenit, vt non nisi certo & congruo loco & tempore clericus loqui mulieribus debeat, vt excludatur omnis nefanda suspicio. Certè solum ad solam accedere, nulla ratio religionis permittit. In Carthagenensi quoque concilio fertur: Cum clericis extraneæ fœminæ nequaquã cohabitent. Et ad idem plurimæ possent ex Decreto & Decretalibus autoritates adduci. Qualiter verò liceat clericis fœminas visitare, in sexta synodo Aphricana ita exprimit: Clerici aut

1. Cor. 5.

Leuit. 11.

32. dist. c. 7. ter dicit.

32. dist. c. 11. spiritibus.

32. distim. Presbyter.

34. distim. Querendum.

Fœminarum familiaritas sit p̄cipue deuitandã rici.

con-

continentes, ad viduas aut virgines non accedant, nisi iussu vel permisso episcoporum aut presbyterorum: nec soli hoc faciant, sed vadant cum clericis, vel alijs, quibus Episcopus aut presbyter iusserit. Sed nec ipsi Episcopi aut presbyteri soli habeant accessum: sed aut vbi clerici sunt presentes, aut alij graues Christiani, vt omnis tollatur suspicio. In Carthagenensi concilio iussu est, ne occasione temporalium familiaritatibus clericorum fœminæ aut virgines socientur. Idè dicit Lucius papa: Clericus solus ad fœminæ Tabernaculum non accedat, nec properet sine maioris natu sacerdotis præcepto: nec solus presbyter cum sola fœmina fabulas misceat. Nec Archidiaconus sub prætextu humilitatis aut officij frequenter intret domicilia fœminarum, nec per clericos aut domesticos matronæ aliquid mædet fecerit. Si agnitus fuerit, & ille deponatur, & illa à liminibus Ecclesiæ arceatur. Hæc & multa similia distinctione octogesima prima habètur. Vnde quod sacerdotes cù aliquibus fœminis propiùs ac vetulis habitare sinunt, intelligendum est, dummodò cum illis non habitent aliæ mulieres, quibus sacerdotes & clerici prohibiti sunt commorari. Postremò, quidam vir sapiens ac deuotus, M. Gerhard. Magnus, scribit quòd sacerdos aut clericus habitans cum muliere secundum iura prohibita, quamuis nil mali agat cum ea, peccat mortaliter, quia dat alijs scandali grauis occasionem. Præterea cùm quotidie cù fœmina nò con sanguinea nec vetula, conuersari ac commorari & cõmunicare in aspectu, colloquio ac alijs modis, nec tamen tentari de ea, fragilitatem transcedant humanã, singularisq; gratiæ opus sit: facile est pensare, quàm insipienter ac periculosè faciant sacerdotes & clerici, presbyteri nondum perfecti & exercitati, prohibitas secù fœminas detinentes. nec solum vitanda est fœminarum cohabitatio, sed incauta quoque & morosa in spectio, nimia colloctio, secreta confessio, corrossiones, iudi, familiaritates, ioci, munuscula. In amplexibus autem illarum & osculis mortalis ponitur culpa: & quamuis Sacerdos aut clericus de propria esset securus constantia, de fœminæ tamen periculo debet vereri, nec cum ea morari, ne appetatur ab ea.

si. distim. cap. clericus. & c. fœminas.

34. distim. Querendum.

Fœminarum familiaritas sit p̄cipue deuitandã rici.

Quales pœne ac pœnitentiæ debeantur sacerdotibus ac clericis incontinentibus, secundum iura antiqua.

Artic. XXIII.



Quoniam culpa debetur pœna, & grauiori peccato maior punitio, ita quòd pœna proportio nanda est culpæ, secundum cursum & legem communem, iustitiamque diuinam, & clariùs innotescat, quàm enorme flagitium sit incontinentia sacerdotum & clericorum, quàm item per maximè patres sancti detestati sint eam: breuiter est tangendum, qualis olim pœna pro culpa hac secundum canones consuevit infligi. Itaq; in gangarensi cõcilio legitur, quod etiam distinctione octogesima secunda inducitur: Presbyter si fornicatus fuerit, quanquam secundum Canones Apostolorum debeat deponi, tamen iuxta authoritatem beati Syluestri pape, si in vitio nò permanserit, sed sponte resurgat, decem annis, in hunc modù pœniteat: Tribus mensibus à cæteris remotus con fratribus, pane & aqua à vespera in vesperam vtatur. Diebus autem Dominicis & præcipuis festis, mò dico vino, pisciculis atq; leguminibus vtatur, sine carne & sanguine & ouis ac caseo. Sacco quoque indutus humo adhæreat die ac nocte, iugiter misericordiam Dei implorans. Finitis tribus mensibus continuis, exeat: tamen in publicum non procedat, ne grex fidelis in eo scandalum patiatur. Nec enim debet sacerdos publicè & solenni pœnitentiæ, sicut laicus, subiacere. Postea aliquantisper viribus resumptis, annù & dimidiù in pane expleat & aqua, exceptis Dominicis diebus & præcipuis Festiuitatibus, in quibus vino & carnibus, ouis & caseo iuxta Canonicarum mensuram poterit vti. Finito autem primo anno & dimidio, corporis & sanguinis Domini (ne indure scat) particeps fiat, & ac pacè veniat, id est, fratribus recõcilietur, ac Psalms cum eis in choro vltimus canat: nec tamen ad cornua accedat altaris, sed iuxta beati Clementis vocem, minora gesserit officia. Deinde verò vsq; ad expletionè septimi anni, omni tempore, exceptis Paschalibus diebus, tres legitimas Ferias in vnaqua; hebdomada in pane in aqua ieiunet. Expleto circulo septimi anni, si fratres, apud quos pœnituerit, eius condignam pœnitentiam laudauerint, Episcopus in pristinum honorem iuxta beati Calixti Papæ authoritatem illù poterit reuocare. Sanè sciendù, quia in secunda feria vnum Psalterium canendo, aut vnù denarium pauperibus dando, si opus est, se redimere poterit. Finitis septem annis, dein de vsq; ad finem decimi anni, sextam feriam nulla interueniente redemptione, obseruet in pane & aqua. Eadem quoque pœnitentiã erit sacerdoti pro omnibus criminibus, quæ

incontinentia sacerdotum q̄ sit enorme flagitium.

32. distim. ca. Presbyter.

Pœnitentiã decem annorũ.

con-

cum in depositionem deducunt. In septima quoque synodo aurelianensi habetur. Si quis clericus adulterasse conuictus fuerit vel confessus, depositus ab officio, in monasterium toto vitæ suæ tempore retrudatur. Pelagius etiam Papa ait: Romanus Clericus pro crimine adulterij à clericatus ordine depositus, in monasterio hic in vrbe Romana ad agendam penitentiam ex nostra iussione retrusus est, prout distinctiõ octogesima prima recollitur. Amplius, distinctiõne 83, scribitur: Si quis Episcopus fornicationi presbyterorum vel Diaconorum vel subdiaconorum, vel crimini incestus in sua diocesi prece aut precio interueniente consenserit, vel commissum auctoritate sui officij non impugnaverit, ab officio suspendatur. Consentit autem, qui pro viribus non resistit, præsertim si præsit. At verò sanctus Hieronymus super Malachiam conscripsit: Qui sacerdos est & comedit Pascha Domini, id est, Sacramentum altaris, accingatur balteo calcitatis, vt audiat cum Apostolis: Sint lumbi vestri præcincti. Qui autem peccator est, & quem remordet propria conscientia, concilio accingatur, & plangat propria peccata & populi, cui videlicet ruinæ fuit occasio: dormiatq; in sacco, vt præteritas delicias, quibus Deum offendit ac populum scandalizauit, vitæ austeritate compenset.

De penis nunc infligendis sacerdotibus clericisque incontinentibus. Articulus XXIII.



Vamuis sanctus ille Ecclesiasticus rigor circa punitionem sacerdotum & clericorum incontinentium, aut alijs criminibus subiectorum, magna ex parte laxatus sit, nequaquam tamen in tantum licenter remittitur, sicut nunc habet consuetudo defendenda, immò negligentia atq; corruptio vitiosa. Laxatio quidem iuris per dispensationem fieri habet. Porro, secundum Hostiensem, dispensatio est misericors relaxatio iuris per eum ad quem pertinet, Canonicè facta. Et vt Durandus de sancto Portiano testatur, dispensatio importat motionem obligationis iuris in casu quantum ad aliquem vel aliquos. Certumq; est, quòd hoc fieri nequeat absq; ratione idonea seu rationabili causa, quam doctores duplicem tradunt, vrgentem videlicet necessitatem, & veram ac euidentè utilitatem. Hinc Gulielmus Parisiensis: A multis, inquit, prudētibus dicitur, quòd dispensatio est ius, & nõ minoratio, derogatio aut

laxio eius in aliquo. Causa namque propter quam fit, procul dubio facit vt iustus sit quod indulgetur. Alioquin non dispensatio, sed dissipatio iuris esset. Ex hoc alij afferunt, quòd dispensatio aliud non sit, quàm latentis ac virtualis intentionis ipsius legislatoris expressio, ita, quòd legislator stante huiusmodi casu iudicaret sic esse agendum. Sicq; per dispensationem mutatur materiale, non formale, in lege. Formale quippe, est legislatoris intentio. Ideò Thomas fatetur dispensationem fieri oportere in casu, quo intentio legislatoris locum habet, immò contra illà ageretur, si præceptum seu lex materialiter (hoc est, secundum verborum superficiem) seruaretur. Propterea ait Gelasius Papa: Vbi necessitas non est, inconvertibilia maneant sanctorum patrum decreta. Vnde ad Eugenium scribens Bernardus: Non sum, inquit, tam rudis, vt ignorem vos positos dispensatores, sed in ædificationem, non in destructionem. Vbi vrget necessitas, excusabilis est dispensatio: vbi vtilitas prouocat, laudabilis est. Vtilitas dico cõmunis, nõ propria. Nã vbi nihil horũ est, non planè fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio est. Hæc de dispensatione tetigerim, vt quàm periculosa, vitiosa atq; damnabilis sit tanta temporis huius relaxatio iuris, videlicet decretorum, generalium conciliorum & canonum summorum Pontificum contra incontinentes & criminosos sacerdotes ac clericos editorum, ita quòd ab eis non exigitur nisi pecuniaria pœna modo frequenter prætracto. Huius quippe relaxationis non tantum nulla extat vtilitas, sed inutilitas multa nimis. Ex ea namq; nascuntur peccandi audacia & permanentia in peccato: quia dum dormit debita disciplina, scilicet nequitia, scandalizatio populi, offensio Dei, perditio animarũ: immò per quid ad tantam ruinam peruenit Ecclesia, præsertim in spiritualium statu, sicut per immoderatam, imprudentem, frequentem ac facilem dispensationem, qua tã dispensans quàm dispensationem recipiens, damnationis redduntur obnoxij? Quemadmodum cognato suo Roberto scribit S. Bernardus: Non tibi frustra quos blanditior de dispensatione Apostolica, cuius conscientiam tenet ligatam diuina sententia. Itaque sacerdotes & clerici incontinentes & vitiosi, iuxta sanctorum tenorem canonum sunt visitandi, corripiendi & castigandi. Quocirca pensandum quod asserit Thomas: Quia dũ in ipso præcepto exprimitur legislatoris intentio, non cadit super illud dispensatio stante præcepto cuius ex dictis ratio constat.

Cum

Cum ergo (sicut ex Decreto & decretalibus est ostensum) præfata illa pecuniaria pœna sit tam à generali concilio quàm à Pontifice summo prohibita, prorsus illicita est, eiusq; practicatio est iuris dissipatio. Hinc Petrus de Alliaco libro de Reformatione Ecclesie, locutus est: Adhibenda esset correctio circa mores ecclesiasticorũ, qui iam pro dolor nimis corrupti sunt in gula, luxuria, prodigalitate, pompa, otio, ac alijs vitijs in maximum scandalum laicorum. Potissimè obuidendũ est, scandalosissimè consuetudini Ecclesiasticorum concubinas habentium, contra quos rigor Canonum est seruandus, etiã per depositionem ab officio & beneficio, dum incorrigibiles apparent, dum scilicet post tertiam admonitionem non se prorsus emendant aut reciduant. Tunc namq; intolerabiliter peccant ac scandalizant. Nempe si tam impium atq; damnabile est vnum scandalizare pusillũ, vt dicat Saluator: Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola alearia in collo eius, & demergatur in profundum maris. Itemq; Vã homini illi per quẽ scandalum venit: quoniam inexcogitabiliter & superenormiter vitiosum damnabilissimũque consistit, totam communitatem seu vniuersum creditum sibi gregem, etiam per publica & grauiora vitia, puta per incontinentiã scandalizare, cum beatissimus asserat Augustinus: Qui iniuste coram populo conuersatur, quantum in ipso est, tantos peremit, à quantis conspicitur. Et denuo: Omnis qui malè viuere coram eis, id est, scientibus illis quibus præpositus est, quantum in ipso est, spiritualiter illos occidit. Quod quale sit, pandit Bernardus: Grauiorem, inquit, Christo persecutione insert, qui suggestionem maligna, pernicioso exemplo, scandali occasione ab ipso auertit animas quas redemit, q̃ Iudæus qui sanguinem eius effudit. Archidiaconorũ ergo occurrat memoriã, quod post incontinentiã, crapulã, ebrietatis prohibitionem Innocentius Papa adiecit: Si quis autem super his se culpabilem exhibuerit, nisi à superiori communitate satisfecerit, ab officio & beneficio suspendatur. Et rursus: Si presbyter, diaconus aut subdiaconus de quacunq; scemina crimine fornicationis suspectus, post primam, secundam & tertiam admonitionem inueniatur fabulari aut aliquo modo conuersari cum ea, excommunicatio subdat. Denique in Summa Pisana habetur: Simplex fornicatio in clerico publicè concubinam tenente, depositione inducit. quod dico, si admonitus, se nolit cor-

rigere. Nam talis quidem monitus, à beneficio debet suspendi: & nisi correxerit se, debet ab eo perpetuè remoueri, siue sit in facris, siue non. Quòd si tale crimẽ notorium est, ipso iure suspensus est: si verò sit publicũ ex fama tantum, ita quòd merito talis habetur suspicio, sic quòd scandalum generatur, etiam si non appareat accusator, erit purgatio indicenda: nam qua si deficit, vel se purgare noluerit, canonicè punietur. Hæc eadem in aliorum quoque summis doctorum habentur, atq; ibidem ex iure copiose probantur. Postremò, quàm diligenter & integrè præcepta maiorũ sunt obseruanda, vir ille doctissimus re & nomine Gratianus, per quem Ecclesiam suam gratiosè omnipotens illustrauit, copiosissimè docet. Si quidem vt causa vicesima quinta, quæstione prima allegat, Leo Papa disseruit: Quæ ad perpetuam generaliter ordinata sunt vtilitatem, nulla commutatione varientur: nec ad commodũ trahantur priuatim, quæ ad bonum sunt cõmune præfixa. Damasus quoque Papa: Violatores, inquit, canonum grauius à sanctis patribus iudicantur, & à spiritu Sancto (cuius instinctu editi sunt) damnantur: quoniam spiritũ sanctum blasphemare noscuntur, qui contra eosdem canones non necessitate compulli, sed libenter aut proteruè aliquid agunt. Deniq; Adrianus Papa affirmat: Generali decreto constitutum, vt execrandum & anathema sit, & velut præuaricator fidei Catholicæ semper apud Deum reus existat, qui cumq; Romanorum pontificum decreta in aliquo crediderit vel permiserit violanda. Hinc ait Hilarius Papa: Nulli fas sit sine statuti sui periculo diuinas constitutiones vel Apostolicæ sedis temerare decreta. Hormisdas etiam Papa: Prima, inquit, salus est, rectæ fidei regulam custodire, & à constitutionis patrum nullatenus deuiare. Insuper ait Leo quartus: Ideo permittente Domino pastores hominum sumus effecti, vt quod patres nostri statuerunt, minimè excedamus. Contra eorum quippe saluberrima agimus instituta, si quod ipsi diuino statuerunt consilio, intactum non conseruamus. Eadem quoq; causa, quæstione secunda ait Gregorius: Institutionis nostræ decreta sine vlla cõstitutione refragatione seruari, nec à quocunq; pontificum in toto vel in parte, quacunq; occasione cõuelli decreuimus vel mutari. Nam nimis est asperum, atq; præcipuè bonis sacerdotum moribus inimicum, nisi quenquam quacunq; occasione, quæ bene ordinata sunt rescindere, & exemplo docere alios, Apostolicæ sedis quandoq; posse cõn-

di. dist. ca. Romanus.

83. dist. c. Sigs. Episc.

Itic 12.

Bernardus 2. Cor. 10.

Marc. 8.

Augustinus.

Bernardus.

Dei. & h. n. cler. c. A crapula.

Dispen. sibi immoderata quanta nulli pariat.

25. qu. 1. c. Que ad.

21. q. 1. c. Violatores.

25. q. 1. c. Nulli fas.

25. q. 2. ca. 16. sicutur.

stituta dissolui. Verum hæc oia (vt adijcit Gratianus) sunt intelligenda , nisi occurrat causa rationabilis immutadi seu dispensandi.

Contra promotionem insufficientium ad archidiaconatus officium. Articulus. XXV.



Quantæ discretionis, quantæ perfectionis ac eminentiæ atq; peritiæ spiritualis oporteat esse archidiaconos, præ inducta demonstrant. Quid ergo est, in exercitatis ac pueris atq; totius spiritualis vitæ ignaris, archidiaconatus commendare officium, & eos ordine re magistros qui nondum fuerunt discipuli, hisq; officium grande committere, qui ad illius executionem media nulla habent, velut si quis brachijs destitutum, aut fortitudinè non habentem, constituat militem vrbiumque custodem ac defensorem? Hinc ad Senonensem Episcopum sanctus scribit Bernardus. Scholares pueri & impuberes adolescentuli ob sanguinis dignitatè promouètur ad Ecclesiasticas dignitates, & de sub ferula transferuntur ad principandum presbyteris, lætiores interim quòd virgas euaserunt, quàm quòd obtinuerunt principatum; nec tam illis blanditur adeptum, quàm ademptum magisterium. Processu paulatim infulescentes, in breui discunt vendicare altaria, subditorum euacuare marsupia docete eos ambitione & auaritia. Præterea tertio de cõfederatione refert Bernardus, Eugenium Papam in Remensi instituisse concilio ac iussisse, vt nullus in archidiaconum vel decanum, nisi diaconus & presbyter ordinetur. Archidiaconi uerò, decani & præpositi, qui infra ordines illos sunt, si inobedientes ordinari contempserint, honore priuentur suscepto. Prohibemus autem, ait Eugenius, nè adolescentulis vel infra sacros ordines constitutis, sed qui prudentia & merito vitæ clarescunt, prædicti concedantur honores. Insuper Petrus de Alliaco, libro de Reformatione ecclesiæ: Prouidendum est, inquit, vt in ecclesiasticis beneficiis ac dignitatibus ponantur iuxta eminentias suas personæ meritæ, nec sapientibus & eruditis præficiantur ignari, nec iuuenes senibus, nec pueri nobiles clericis probatis, famosis doctrina & moribus. Amplius, dictu est quòd post episcopos archidiaconi sunt supremi, hoc est, præ cæteris principales columnæ ac bases ecclesiæ, primi pugnatores in acie populi, spirituales magistri ac patres, animarumque iudices, oculi cæcoru, pedes claudoru: quo-

rū est etiã sacerdotes uisitare, purgare, illuminare, perficere, castigare. Quale ergo est, in exercitatis & pueris officiu tantu cõmittere? immo qui facit hoc, pro collinis ac basibus festucas pulueresque constituunt, prout Gulielmus Parisiensis diffusè libro de Collationibus beneficiorum declarat; & recitat idem doctor, quòd quodam episcopo uolente archidiaconatum vni suo conferre nepotulo, alter quidam derisit, atque Episcopo percussit, vt arborem piri quam habebat piri onustam, nepotulo illi committeret. Responditq; præsul: Absit, quoniam vniuersa pira illa voraret. Et alter ille: Domine inquit, quomodo committetis ei tot millia animarum, cui tam pauca committere pira non audetis? Postremò, quàm periculosa & indecens sit puerorum ad ecclesiasticos honores promotio, in Summa virtutum & vitiorum sapienter docetur, multipliciterque probatur: tum propter sapientiæ & experientiæ defectum, tum propter defectum virtutum, tum propter animi inconstantiã, præcipuamq; incertitudinem quales futuri sint, tum quia promotio talis populum scandalizat, ceditque in derogationem honoris Ecclesiæ, quòd illu habet pro sponso, patre & magistro, quem deberet fouere in gremio, & habere pro filio atque discipulo. Ista in summa illa prolixè elucidantur, sed breuitati studens, pertranseo. Siquidem etiam alibi de his plenius scripsi. Verum vt sancti Doctores testantur, vniuersa peccata quæ ex negligentia & insufficientia talium archidiaconorum tam in ipsis quàm in subditis eorum nascitur, in ipsorum promotores reudare censetur. Etenim quantum insufficientium ad prælaturas animarumq; curas promotio oblit Ecclesiæ, cõstat ex eo quòd Innocentius tertius loquitur: Nihil est quòd Ecclesiæ Dei magis officiat, quàm quòd indigni assumuntur prælati ad regimen animarum. Itemq; per id quod Gregorius nouus fatetur. In magistrum assumi nõ debet, qui formam discipuli nõ assumpsit: nec præficiendus est alijs, qui subesse non nouit. Denique Christus non vtique Iohanni consolabrino suo ac iuniori, sed Petro non cognato ac seniori commisit Ecclesiã, formam agendi relinquens prælati. In Ecclesiasticorum nanq; collationibus beneficiorum ac prælationum, nõ carnalis affectio, sed spiritualis mouere debet dilectio zelusq; diuini honoris & amor humanæ salutis.

Ex uerbis Sanctorum de periculositate pluralitatis Beneficiorum. Artic. XXVI.

Ad



Qualem conuersationem qui libet obligetur Christianus, ex doctrina atq; præceptis Euangelicæ legis inclutus doctor ecclesiæ Augustinus libro de Nomine christian o plenissimè docet. Porrò sacerdotis & clericos siue canonicos ad vitam teneri virtuosiores, quàm plebem communè ac seculares, testantur præhabita. Regulariter etiam veru esse probatum est, quòd quato quis altioris est prælationis, tanto maioris debet esse perfectionis. cum itaq; omnis christi fidelis ex debito legis Christi teneatur esse veraciter humilis, timoratus, pius, mitis, patiens, liberalis, obediens, actibus misericordiæ pro virib' deditus, charitatius ad omnes tã inimicos quàm amicos, temporalia & corporalia ad æterna ac spiritalia finaliter ordinans: nec de terrenis & transitorijs rebus plus appetès aut requirens, q̃ ad bona spiritalia atq; cælestia sibi necesse vel vtile est; continens quoq; sobrius, exëplaris & iustus, in tantum diligens Deum, vt malit corporalem perpeti mortem quàm Deum offendere per culpã mortalem, certum est quòd sacerdotes & clerici, præsertim prælati, ad omnia ista præ vulgo sublimius obligentur, vt illud Apostoli: Habentes victum & quibus tegamur, his contenti simus, excellenter adimpleant, & item quod ait Saluator: Cauete ab omni auaritia. Quia vt docet Apostolus: Qui volunt diuites fieri, in cadunt in tẽtationem laqueumq; diaboli. Præterea: si nõ mëtitur apostolus dicens: Qui autẽ sunt Christi, carnẽ suã crucifixerunt cū vitijs & cõcupiscentijs: cõstat vnũ quemq; credituẽ obligari ad carnaliũ desideriorum mortificationem, ad sui corporis castigationem ad vitiorum victoriam, immo ad vitam penitentialem, quemadmodum ipsem Christus in euangelio pandit: Arctã, in quiens, est via & angusta porta quæ ducit ad vitam. Quod rursus euidentius protestatur dicendo: Væ vobis diuitibus qui habetis consolationem vestram. Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis. Væ vobis qui ridetis, quia lugebitis & flebitis. ad omnem igitur pertinet Christianum, vt cõpetentiam habens ad viuendum sobriè & modestè, penitentialiter & deuotè, exemplariter, piè ac iustè, amplius non requirat: ad sacerdotes vero & clericos id spectat sublimius. Amplius verò requirere, prudẽtia carnis est: quæ plane prudentia, teste apostolo, mors est aut mortale peccatũ, secundum doctores. Insuper, lex Euangelica legem naturalem vincit, transcendit ac perficit. Lex autem naturalis id dicitur, vt sicut corpus ad

animam, sic corporalia bona ad bonam animam referantur, quatenus de cibo, potu, vestimentis ac cæteris rebus corporeis non plis sumat aut cupiat homo, quàm expedit sibi ad insistentum operibus rationis, hoc est, ad viuendum sapienter ac virtuosè. Finis siquidem his quæ sunt ad finem, imponit mensuram, influit bonitatem limitesq; præfigit, vt philosophi theologiq; fatentur. Istud ergo Euãgelica lex perfectius dicitur & exigit, vt scilicet homo non solum tam temperatè (vt tactum est) corporalia quærat, & accipiat, immo etiam aliquid sibi de necessarijs subtrahat, corpus castigando, penitentialiter conuersando, sicq; ad Christi imitationem pro eius amore proprium sanguinem quotidie quodamodò effundendo seu minorado. Et hoc sanctus asserit Thomas, ex eodem documento affirmans, quod abstinentia, prout est virtus acquisita seu naturalis, & prout virtus infusa, specificè differunt quoniam ratio medijs in vtraq; diuersa est. Ad abstinentiam quippe acquisitam pertinet, superflua naturæ vitare, ad infusam verò, aliquid de necessarijs naturæ subtrahere. Denique, si Euangelicæ legi tam contrarium est, de proprijs & hæreditarijs bonis carnem delicate nutrire, superfluè adimplere, immoderater que procurare, quàm contrarium est euangelicæ legi hoc de spiritalibus bonis, de patrimonio crucifixi, de elemosynis pauperum perpetrare? Rursus, si bona exteriora, non ecclesiastica immoderanter appetere auaritia est, nõne ecclesiasticos redditus immoderanter appetere, ultra hoc sacrilegium extat? His igitur ritè perspicaciterq; pensatis, facile est videre, quàm verè periculosum atque damnabile sit, vnico beneficio non contentari, dummodo illud simplici victui vestituiq; sufficiat, secundum exigentiam ac decentiam status beneficiati, omni superfluitate, curiositate, pompa & carnalitate exclusis, nisi vnũ beneficium sit alteri condepens, seu præbendæ cura pastoralis annexa sit, aut defectus seu paucitas personarũ compellat vni beneficia plura conferri, vel beneficiatus in causa Ecclesiæ pro bono occupetur, & destinetur communi. Præterea si (vt sanctus affirmat hieronymus) clericus alium de seu de patrimonio competentiam habes, si quod pauperũ est (id est, ecclesiasticos reditus) suscipit & consumit, sacrilegium perfectè cõmittit, & per talem abusum æternæ damnationis sibi iudicium manducat & bibit. Nèpe si eget & accipit, dat magis quam suscipit: si verò non eget, & accipit, rapit indigetq; spoliat. Si, inquam, hoc ita est, quo

Christiane vite regula generalis.

Puerorũ promotio ad ecclesiasticos honores quæ periculosa.

1. Timoth. 6.

Luc. 12. 1. Timoth. 6.

Galat. 5.

Math. 7.

Luc. 6.

De etate & quali. erub. c. c. m. p. l.

1. Joh. 8.

Rom. 6.

Abstinentia duplex.

Beneficioru pluralitas quando sit periculosa & damnabilis.

1. Corint. 13.

modo de vno beneficio competentiam habens, aliud querit aut retinet? Iohanes baptista dixit: Qui habet duas tunicas, id est, vna superflua, det non habenti. Multo plus qui habet duo beneficia, quorum vnum sibi sufficiens est, det alterum non habenti, aut resignet conferenti. Vnde B. Augustinus & sancti communiter astruunt, quod Ecclesiastica bona sunt pauperum, & solis debentur egentibus. Adhuc autem, valde vtiq; pòderandum est, quod vir ille Apostolicæ sancti tatis illuminatissimus scripsit Bernardus cuida canonico: Quicquid de beneficio tuo ultra victum ac vestitum simplicem retines, tuum non est: furtum est, rapina est, sacrilegium est. Quocirca pensandū, quod illustri adolescenti, qui etiā paulo post archiepiscopus factus fuit, id scripsit Bernardus, quod illustres nobilesq; aduertant, nec de carnis nobilitate sibi immo derantiū blandiatur. Si ergo hæc ita se habent, quo pacto, qua ratione competentiam de vno beneficio habens, aliud optat aut tenet? Si Apostolicæ sedis dispensatione allegat, respondet Gulielmus Parisiensis, quod cum ambitione, gula, luxuria, auaritia, superfluitate pontifex summus dispensare non ualet. Dicitūq; est, quod coram Deo nequaquam excuset dispensatio, nisi rationalis subit causa. Et vt in Summa sua declarat Vdalricus, circa ecclesiasticū beneficium aliquid de iure est naturali, & hoc sub dispensationem non cadit. Hinc cōtra pluralitatem beneficiorum viri eleuati ingenij, valde illuminati & deuoti, feruide cōscripserunt, videlicet cantor Parisiensis, vtputa Petrus Comestor in verbo abbreviato, sanctus Thomas, Gulielmus Parisiensis Episcopus, Raimundus, & author Summæ virtutum ac vitiorum. Sed & frater Vdalricus, & author libri apū, alijq; fidei zelatores varia, rationabilissima atque fortissima argumēta introducētes: quorū tamē vis seu finalis conclusio magna ex parte cōsistit in hoc, quod extra casus prætactos pluraliter beneficiati Deum altissimum suo priuante honore, cultu, obsequio, matrem suam ecclesiam mutilant, suis eam priuando suppositis, pauperes spoliant elemosynis debitis, defunctos suis suffragijs, fundatores suis intentis debitis ac speratis subsidijs spiritualibus immo & bonos ac pauperes clericos beneficijs eos decētibus. Porrò si, vt (doctores testantur) Beneficium est propter officium, ita quod non officians, in vno quod habet Beneficio iuris nil habet: ergo pluraliter Beneficiatus, & non nisi in vno officians, quid iuris coram Deo habet in alijs? Hinc contra

maximam illam ecclesiasticorum beneficiorum distributionis inæqualitatem, qua (vt doctores quidam famosi coram domino Apostolico & Cardinalibus sepius imè prædicauerunt) alius quidem esurit, alius verò ebrius est, sancti patres & magni Doctores feruenter scripserūt. Vnus duo, tria vel quatuor aut plura beneficia habet: alius nullū, cum tamen interdū melior, virtuosior, doctiorq; consistat illo qui plura habet. Hinc Petrus Rauennensis locutus est: Helisæus vacua vasa implebat, & indigentibus oleum dedit. Hodie verò contemuntur vasa vacua, & plena superimplētur. Ligna in syluis, & aquæ in maria deferuntur. Arenæ terræ aqua subtrahitur, & flumina quæ non indigent, irrigantur. Isidorus quoq;: Magnum, inquit, scelus est, rem pauperum diuitibus dare. Hoc ipsum & grauiora sanctus Prosper effatur. Quæ omnia in Decreto habentur. Postremò, si respondeatur quod ecclesiasticos oportet præ cæteris honestiū viuere, ideo pluribus indigere: fateor primū, si de vera honestate id profertur. Honestū nāq; & virtuosum coincidunt. Nam honestum, quasi status honoris interpretatur. Honor autē virtuti debetur. Quicquid ergo virtutibus contrariatur, veræ quoq; honestati opponitur. Itaque primū in Christo, deinde in apostolis summa fuit honestas, non in vanitate, superfluitate, curiositate & abundantia eorum quæ corporis sunt, immo in taliū parcitate, in splendore virtutum, in vitæ exemplaritate, in moribus bonis. Vnde in septima synodo est statutum: Omnis iactantia & ornatus corporalis, aliena est à sacro ordine. Eos quidem Episcopos & clericos, qui se fulgidis clarisq; vestibus induūt, oportet corrigi. Quod si in hoc permanerint, id est, multæ seu penæ, epitimio tradantur. Si autē inueniantur qui irrideant eos, qui vilibus ac religiosis vestimentis amicti sunt, per epitimium corrigantur. Priscus enim temporibus omnis saceratus vir cum mediocri & vili veste conuerfabatur. Omne quippe quod non propter necessitatem suam, sed propter venustatem accipitur, elationis habet calumniam, vt magnus ait Basilus: Sanctus demū Bernardus ad beatum Papam Eugenium scribit. Nonne os tuum in Remensi concilio vbi cæca promulgauit capitula? Præcipimus, vt tam Episcopi quàm clerici, neque in superfluitate aut inhonesta varietate colorū, aut scissura vestium, neq; in tonsura intuentium (quorum forma & exemplum esse debent) offendant ad spectum, sed potius ita in suis actibus errata condemnent, & amorem inno-

Luc. 3.

Bernardus.

Dispensatio quando non excuset coram Deo.

1. Cor. 11.

4 Regum 4.

Honestas vera & Christiana in quibus consistit.

21. 4. 4. Omnis iactantia.

Bernardus.

1ob. 31.

psal. 72.

phil. 3. Rom. 16. Gal. 5.

psal. 108.

1. Thess. 4.

1ob. 10.

psal. 55. psalm. 9.

innocentiæ conuersione demonstrent, vt dignitas exigit clericorum. Ministros autē sacerdotum & clericorum, in vita, vestimentis ac moribus, à secularibus decet differre.

De clericis ex dictis sancti Bernardi. Artic. XXVII.

Elator ecclesiæ sanctus pater Bernardus, ecclesiasticorum ruinam, in exemplarem ac lubricam vitam diuersis in locis describit ac deflet. In solentia, in quibus, clericorum vbiq; terrarum turbat ecclesiā & molestat. Si quidem alienis laboribus locupletantur, comedunt fructus terræ absq; pecunia, & prodit quasi ex adipe iniquitas eorum. Mens quippe consueta delicijs, nec disciplinis exulta, multas contrahit sordes, & sine timore Deū offendit. Heu heu, in domo Dei inuenimus idololatrias, qui diligunt munera, quorum Deus venter est, qui suo ventri deseruiunt, in quibus regnat auaritia, quæ idolorū est seruitus. Atque in multis eorum fornicatio inuenitur, qui puritatis authori corde impuro & corpore inquinato seruire præsumunt, non formidantes iudicium Dei. Sic audent circuire altaria & psalmos frequentare, quorum laus execrabilis, & oratio fit in peccatum. Denique, quid sibi vult, quod clerici aliud esse, aliud videri volunt? Nempe habitu milites, quæstu clericos, actu neutrum exhibent. Nam neq; pugnant vt milites, nec euangelizant vt clerici. Cuius ordinis sunt? Cum vtriusq; esse cupiunt, vtrunque deserunt, vtrunque confundunt. Vnus quisq; (ait Apostolus) in suo ordine resurgat. Iste in quo? An qui sine ordine peccauerunt, sine ordine peribunt? Aut si summè sapiens Deus veraciter creditur à summo vique deorsum nihil inordinatum relinquere, vereor non alibi ordinandos, quàm vbi nullus est ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Porro, cum frontolitas & impudentia cor hominis obdurauerint, vt iam non pauca, non horreat, non contremiscat, eam iam desperatio est. Quid enim horum sibi conscius homo malorum, quasi iustitiā fecerit, diuino se sistere vultui non veretur? Tāquam domesticus intrat & exit, magistrum salutat, genua flectit, osculatur ore sacrilego, dolosè agit, sed in conspectu Dei. Odibilis planè Deo frontosa temeritas, & impudentia execranda. Propter quod enim irrita vit impius Deum, non expauescens eū omnia iudicaturum? Hinc Deus non arguit, non flagellat, non vlciscitur modò ad inuentio-

nes eorum, sed postea in æternum. Insuper ait Bernardus: Si ea intentione gradus ecclesiasticos clericus querit, vt sine seculo in sanctimonia cordis & corporis illuminandus accedat ad Dominum, suamque ac proximorum operetur salutem, orationis studio ac verbo Dei intentus, rectè procedit. Natura autem modico est contenta. Sed multi in his non sola necessaria querunt, immo honorati incedere volunt, placere student hominibus, delectari, superbire & huic seculo conformari. De quibus per prophetam conqueritur Dominus: Ipsi regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & non cognoui. Vniuersos quippe in ecclesiasticis ordinibus, honorem, diuitias, voluptatem & quæ sua sunt querentes, non Deus aut charitas, sed omnium malorum radix cupiditas introduxit. Quid istud temeritatis, quid insanie est? Vbi timor Dei, vbi mortis memoria, vbi gehennæ metus atque terribilis iudicij expectatio? Væ tibi ò clerice, mors est in olla, mors in tuis delicijs, quia peccata populi comedis. Sumptus ecclesiasticos gratis habere te reputas, sed meliùs esset fodere aut etiam mendicare. Peccata enim populi comedis, id est, oblata à populo pro expiandis eorum peccatis. Sollicitus ergo esto tanquam rationem pro eis daturus, dignos pro eis gemitus fundere, dignos pœnitentiæ agere fructus. Alioqui noueris tibi illorum imputanda peccata, quæ modò inter delicias comedis, paruipendis, dissimulas, tanquam nihil attinentia tibi. O iudiciorum Dei abyssus multa. O terribilis Deus in consilijs super filios hominum. Frustra incipient miseri dicere Montes, cadite super nos, & colles, cooperite nos. Venient ante tribunal Christi, audietur contra eos populorum grauis querela, quorum vixerunt stipendijs, nec diluerunt peccata. Quid tibi ò insipiens delicia sapiūt, diuitiæ placent, quibus mercaris tam graue iudicium, tam dirè te obligas rationi? Vniuersa enim vsq; ad nouissimū quadrantem exigentur à te. Sed esto. Surgis ad vigilias, vadis ad Missas, horis chorum diurnis ac nocturnis frequentas, sicq; Præbendam Ecclesiæ gratis non accipis. Dignum est enim vt qui altari deseruit, de altari viuatur. Viuat, in quâ, non superbiat, nō luxuriatur, neq; ditetur, nec in vanitate & superfluitate ea consumat, nec varia griseaque pellicea à collo manibusq; pendentia portet. Insuper beatissimo teste Bernardo: A singulis generibus hominum vsurpant clerici quod delectat. Habent enim singula quæque genera

Eph. 6.

1. Cor. 12.

Osee. 8.

Mal. 1.

4. Reg. 4.

Osee. 4.

Mat. 3.

psal. 33.

Roma. 11.

psal. 65.

Apo. 6.

Rom. 14.

Mat. 5.

1. Corin. 9.

L. 4. homi.

hominum aliquid laboris, & aliquid volu-
 pratis. Sed aduertere est prudētiam clerico-
 rum & admirari, quemadmodum nouo in-
 ter hæc officio discernentes, atque ab inui-
 cem ea sequestrantes, totum quod delectat,
 amplectuntur: quod molestum est, fugiunt.
 Cum militibus quippe superbiam fastum, am-
 plam familiam, apparatus equorum & simi-
 lia quæq; frequentant. A mulierculis verò
 ornatos thalamos, balnea, omnemq; mol-
 litiem & gloriam vestium, rubricatasque
 murium pelles, à collo pendentes mutuan-
 tur, cautè omninò lorica pondus atque in-
 somnes in castris noctes, incerta quoque
 præliorum discrimina, muliebrem quoque
 verecundiam & disciplinam, aut si quid se-
 xus ille laboris habere creditur, declinan-
 tes. Sudant agricolæ, putant & fodiunt vini
 tores: & clerici qui inter hæc torpent otio,
 accedente fructuum tempore, innouari sibi
 horrea iubent, & promptuaria eorum plea-
 na sunt. Vtinam non præ illis, vtinam vel
 cum illis delicatiori cibo ac potu vescantur.
 Negotiatores circueunt mare & aridam, pe-
 rituras fibi diuitias congregantes. Dura
 sunt hæc: caueant ea prudentes nostri. Præ-
 terea, diuites capiunt somnos, ne dicam in-
 stratis suis lasciuunt, & nihilominus cun-
 ctis uolunt abundare diuitijs. Quid fabros,
 quid cementarios, aliosq; operarios memo-
 rare necesse est? Victum sibi multo labore
 quarunt, clerici madent delicijs, diuitijs af-
 fluunt otiosi. Cum resurgere cœperint homi-
 nes, vnusquisq; i ordine suo, vbi putas gene-
 ratio ista locabitur? Si ad milites diuenterint
 exustabunt eos, eò quòd minimè secū labo-
 rem & pericula tolerauerint. sic agricolæ, sic
 negotiatores & singuli quisq; ordines à suis
 eos sinib; exturbabunt, vtpotà qui in labore
 hominū non fuerunt. Quid ergo restat, nisi
 vt quos omnis ordo repellit pariter & accu-
 sat, eum fortiantur locum, vbi nullus ordo,
 sed sempiternus horror inhabitat? Insuper
 sanctus ait Bernardus: Curritur passim ad fa-
 cros ordines, & angelicis spiritibus reueren-
 da mysteria apprehendunt homines sine cõ-
 sideratione & reuerentia, etiam hi in quibus
 auaritia regnat, ambitio imperat, dominatur
 superbia, principatur luxuria. Ingrediuntur
 cum his maculis tabernaculum Dei viuētis,
 iudicium grauisimum accepturi. Tales nõ
 placant Deum, sed magis irritat. Heu quis in
 principio nascētis ecclesie credidisset, sta-
 tum clericorum ad tantam deuoluendū rui-
 nã? Ex præinductis sancti Bernardi eloquijs
 constat, quàm periculosum sit Ecclesiastica
 bona indignè aut immoderatè consumere.

Psal. 143.

Amos, 6.

1. Corint. 15.

Psal. 72.

Job. 10.

Propter quod ait Gulielmus Parisiensis: Re-
 uerà Ecclesiastica stipèdia periculosa habentur,
 & non nisi verè promerētibus ea debentur.
 Propter quod viri timorati cum timore
 & tremore ea percipiunt & consumunt, &
 quod residuum eis est à moderata & præcisa
 sustentatione, pauperibus erogāt, quorum
 se patrocinijs iuant & proprium suppleunt
 defectum. Væ autem illi qui econtrariò faci-
 ciunt, qui superflua sua vel idololatriæ per-
 auaritiam, vel luxuriæ & vanitati de pascèda
 ac consumenda exponunt: quos ad pœnitenti-
 am hortàs Berardus: Parcite, inquit, ò fra-
 tres, parcite animabus vestris, parcite sangui-
 ni qui pro vobis effusus est, pœnitentiã agi-
 te, horrendum cauetè periculum, ignem ti-
 metè æternum, fugite de medio Babylonis,
 saluate animas vestras, cõuolate ad vrbes re-
 fugii, id est, ad claustra in quibus saluemini.

Mat. 3.

Heb. 10.
Hier. 51.

Exhortatio ad cõtemptum omnium mundanorum,
 ad desiderium æternorum, ad contemplationem
 diuinorum, ad puram, alacrem, perseverantemq;
 executionem operum virtuosorum. Articulus XXVIII.

Cum Deus sublimis & benedictus
 sit ipsa bonitatis essentia, bonitas
 pura, perfecta & infinita, vniuersis
 ac singulis in finitè melior, in-
 cõparabiliter amabilior, incõprehensibiliter
 desiderabilior, nõne extreme insipientiæ,
 iniustitiæ, peruersitatisq; est, ista carnalia &
 caduca, vana ac transitoria ei præferre, his ma-
 gis quàm illi inherere, istis affici magis quàm
 illo? Nõne obiectū appetitū est bonum, &
 quãto res plūs habet de bonitate, tantundè
 de appetibilitate? Cur ergo tantæ peruersi-
 tatis nos est appetitus, vt amplius mouea-
 tur bonitate creaturæ quàm creatoris, cum
 increatæ bonitatis respectu, nullius profusus
 momenti bonitas sit creata? Cur magis nos
 mouet ad sui amorem tenuissimus riuulus,
 quàm plenitudinis fons immensè? Præterea,
 si iuxta philosophos, electio est, duabus seu
 pluribus propositis alterius præceptio:
 quomodò tantè obtenebrationis & stolidi-
 tatis intellectus est nos, vt propositis sibi
 bono increato & creato, bono incõmutabili
 & caduco, bono summo ac infinito, & bono
 infimo ac finito, bono inmensè & incõpara-
 bilis amabilitatis, bonoq; comparatiuè lo-
 quendo velut nullius amabilitatis, potiùs
 eligat bonum hoc infimum, se ab illo auer-
 tens, atque ad istud conuertens? Nõne
 ineffabiliter stolidius hoc est, quàm si au-
 ro obrizo præferatur densissimum lutum?
 Verif.

Verisimè ergo sancti theologo, vitium pue-
 rilitalis sapientiæ dono cõtrariū, omni pec-
 catori in culpa existenti mortali, inesse. Tan-
 ta ergo puerilitate relicta, atq; tam impia fa-
 titate contempra, cum sapiente vate dica-
 mus: Mihi autem adherere Deo bonum est.
 Et item cum sanctificato in vtero: Pars mea
 Dominus, dixit anima mea: immo cū sapi-
 tia increata: Nullus bonus nisi Deus. Et: Vnū
 est necessarium. Præterea, cum Deus glorio-
 sus & adoradus, quem cælum, terra potusq;
 contremunt, quæ & ipsa numina perhor-
 rescunt, cui cælestes exercitus cum tremore
 assident, ex cuius intuitu maiestatis in pro-
 priam paritatem ac nihilicitatè humilimè
 prorsus resiliunt, præ cuius admiratione glo-
 riæ omninò deficiunt, sit ens absolutè sim-
 pliciterq; perfectum, cui omnis perfectio,
 omnis nobilitas, omnis beatitudo & excel-
 lentia cum incircumscriptibili plenitudine
 competit absq; omni mēsurā & fine, in quo
 est, immo qui est, omnipotēs virtus, in circū
 scripta maiestas, veritas prima, bonitas sum-
 ma, puritas infinita, superliberrima mens,
 beatitudo interminabiliter superexcellens,
 vita fontalis, sapientia æternalis, causalitas
 idealis, ratio omnium exemplaris, illimita-
 bilis pulchritudo, immensa dulcedo, pietas
 plena, iustitia vera, super splendidissimus,
 super simplicissimus & super honorabilissi-
 mus intellectus, cuius opulentia ac munifi-
 centia nullus est finis: Cum itaq; ens tale sit
 Deus omnipotēs & æternus, quid est quòd
 mentem nostram ab ipso auertimus, quòd
 vana ac vilia ei præponimus, quòd immūda
 & turpia præ ipso amplectimur, quòd in car-
 nalibus atq; illicitis potius quàm in ipso de-
 lectamur, afficimur, quietamur? Nõne infi-
 nita est hæc nostra stultitia atq; nequitia? At
 verò nõne ipse fecit nos? nõne ipse est no-
 ster gratiosus creator, incessabilis conserua-
 tor, liberalissimusq; prouisor ac beatificus
 finis nos, sine cuius manutentione nec ad
 monumentum possimus subsistere, à quo
 omne bonum profluxit, à quo quicquid su-
 mus atq; habemus accepimus? Quæ ergò est
 hæc ingratitude, improbitas, impudètia ac
 vitiositas nostra, quòd hunc talem ac tantū
 benefactorem non verè amamus, non vene-
 ramur, non veremur neq; curamus? Quippe
 qui eius præcepta tam irrefrenatè transgre-
 dimur, qui eius vultū omnia vigilantissimè
 intuentem nõ reueremur, ipsoq; prohiben-
 te ac inspiciente, in maximam suæ maiesta-
 tis iniuriam pessima operamur. Denique ad
 supernaturalem beatitudinem, ad sui ipsius
 claræ per speciem iucundissimam visio-

Psal. 72.
Tym. 3.
Mat. 19.
Mar. 10.
Luc. 18.
Luc. 10.

Psal. 99.

nem, beatificam fruitionem, æternalem at-
 que dulcissimam possessionem nos condi-
 dit, supernaturalia dona seu media ad huius
 finis adeptionem necessaria miserificè dif-
 fimè præstitit ac largitur: nostram hypostati-
 ticè naturam assumere, inter homines con-
 uersari, pro omnibus nobis mori dignatus
 est, & nihilominus adhuc in nostra perman-
 nemus duritia: Nec obstante quod toties
 tanquam enormiter peccantibus nobis ipse
 tam vberim indulserit, peperit, vltionemq;
 distulit, tamen adhuc indefinenter peccatis
 peccata adijcimus, non penitentes quòd iam
 innumerabiles deglutiuit infernus, qui
 minus ac rariùs peccauerunt quàm nos.
 Amplius, quis insipientior illo qui cum
 vnum habeat optimum fidelissimumq; ami-
 cum, alium verò prauissimum ac fallacissi-
 mum inimicum, suggestionibus inimici
 consentit, & quicquid illi placet exequitur,
 præceptis, consilijs, suggestionibusq; amici
 relictis? Tales sunt vniuersi huius seculi a-
 matores, omnes superbi, auari ac turpes, &
 quicumque in mortali sunt vitio. Quis nem-
 pe tam verus & summus nos ter amicus extat
 vt Christus, qui ait: Maiorem hac dilectio-
 nem nemo habet, quàm vt animam suam
 ponat quis pro amicis suis? Et quis tam ma-
 ximus, crudelissimus ac fallacissimus nos-
 ter inimicus sicut diabolus, qui aliud nihil
 circa nos cogitat, tentat, molitur, cupitque,
 quàm vt à Deo nos separet, sibi incorporaret,
 in æternam damnationem prosternat?
 Cum igitur Christo sumus rebelles, demoni-
 bus sumus obtemperantes. Deniq; cum
 indubitanter credamus pro vna culpa mor-
 tali æternam pœnam infligi, præsentemque
 vitam & omnem ipsius delectationem re-
 spectu vitæ futuræ ac damnationis perpetuæ
 omninò momentaneam esse: moxque
 post huius incertissimæ atque breuissimæ
 vitæ cursum ad diuinum duci tribunal, mi-
 rum quòd vnquam peccare audemus, quòd
 pro vili ac breui delectatione periculis nos
 tantis exponimus. Iterum, cum ex corpore
 constemus & anima, sitq; corpore isto spur-
 cissimo, fœdo, vilissimo anima nostra incõ-
 parabiliter dignior, cur sola que carnis sunt
 querimus, carnales delicias, temporales diui-
 tias, humanos honores, cõfolationes exter-
 nas in iocis, ludis ac risibus, mollia strata, ci-
 baria delicata, pocula lauta, pretiosas curio-
 sasq; vestes: animã verò virtutibus nudã, vi-
 tijs plenã relinquimus? Et nunc sapietèr pen-
 semus, quãta sit dignitas, quanta nobilitas,
 quãta pulchritudo, opulètia ac libertas inte-
 rior rationalis creaturæ, Deum creatorem
 suum

Iohan. 15.

suum

suum feruidè diligentis, iugiter honoratis, eiusq; aduersarijs viriliter reluctantis, vitijs atque dæmonibus prævalentis, virtutibus, donis, fructibus, beatitudinibus adornate, & in charismatibus spiritus sancti quotidie proficientis: quanta quoq; sit vilitas, ignobilitas, turpitude, paupertas seruitusq; interior hominis, Deum non super omnia diligentis, ei inobedientis, ipsum quotidie inhonorantis, eius aduersarijs consentientis, vitijs, dæmonibusq; subiecti ac seruientis: qui tot mortalibus quotidie vitijs inquinatur, qui omni caduere turpior, omni bruto villor, omni stercore corâ deo consistit feetidior. Ideo indignus est pane quo vescitur, terra quam calcat, aere quem respirat. Nunc igitur mentis oculos ad superiora leuamus, ad creatoris nostri contemplationem nos erigamus. Ordo vniuersi ostendit, quod ipse solus sit verus Deus, ens primum, increatum, incausatum, independens & æternale, perfectum, simplicissimum, in terminabile, il locale, in temporale. Propter quod eius purâ bonitatem, immensam pietatem, charitatem, dulcedinem, liberalitatem synceriter contemplerur, & contemplando validè inflammemur. Sic eius dilectio crescat & inualescat in nobis, vt eius respectu cætera parvipendamus, vniuersaq; ista carnalia & caduca vt stercorea arbitremur, maiestatem omnipotentis miremur, & admirando cordialissimè veneremur, eius subdamur præceptis: coramq; ipso custoditè, purè ac sollicitè ambulemus, misericordiâ eius super omne genus humanâ, & omnia beneficia eius super nos generalia ac specialia, naturalia & supernaturalia lypidissimè perpédamus, intimè regratiemur, & semper gratiores esse conemur. Non diligamus nos ipsos nisi in Deo. Quicquid nobis necessariû siue expediens est ad complacendum altissimo, ad obtinendum salutem, ad trās formationem mentis nostrę in Deum sanctum, summum ac immortalem, optemus, amemus, complectamur, quæramus, seruemus, quicquid verò à Deo nos impedit, elongat, auertit, intimè abhorreamus, vitemus, abijciamus. Itaq; sacras vigilijs, abstinentias, disciplinas, & cæteras corporis castigationes infatigabiliter amplectamur. In aduersis sicut in omnibus diuitijs gloriemur: nulli nisi in Deo & secundum Deum placere optemus. Quâto anima corpore extat præstantior, tanto plûs spiritalia & interna quàm sensibilia exquiram. Prospera mundi suspecta sint nobis, exemplares in omnibus simus, omne tempus fructuosè in Dei præsentia occupemus, quoti-

die recolligamus, examinemus, diiudicemus & puniamus nos ipsos. Deo excelso & sancto propter ipsius puram bonitatè synce- ro & feruido adheremus amore, & propter ipsius maiestatem ac dignitatè summo seruiamus honore, eius metuamus iustitiâ, vereamur iudiciû. Christi passio à nostra nuscquam labatur memoria, quam quotidie semel ad minus animo amoroso, compassione sensibili, gratâq; mente reuoluamus, & quasi in nostra iam fuerent præsentia, speculemur atq; in omni tentatione & tribulatione ne confugiamus ad eam, vt in ea tâquam in fonte vitæ igniti carnis stimuli extinguantur, concupiscentiæ refrænentur. In confidatione totius humilitatis, patientiæ, mansuetudinis, paupertatis, charitatisq; Christi, præsertim quas in sua passione exhibuit & monstrauit, ac imitandas reliquit: vniuersi motus superbiæ, impatientiæ, iræ, avaritiæ, acediæ atque inuidiæ penitus retundantur, vincantur, annihilentur. Opus Dei quotidie diligenter, reuerenter, deuotè soluamus, potissimè horas canonicas & laudes diuinas mente feruida, stabili, saporosa. Postremò talibus exercitijs assueti, purgati, ornatiam sanctuarium Dei intrare, potentias domini introire, incerta & occulta sapientiæ eius, ipso præstante, contemplari erimus apti. Etenim taliter exercitatus ac decoratus, protinûs dono sapientiæ tam copiosissimè perfundetur, diuino amore tam acutissimè succendetur, diuinæ munificentiæ gratijs taliter præuenitur, ambietur, comprehenditur ac penetrabitur, quod tanquam secretaris & amicus omnipotentis ac supersapientissimi Dei, eidem intimè vnietur, atq; dulcissimè contemplari erit idoneus super profundissimum ac superpijsimum consilium infinitæ sapientiæ superbeatissimæ Trinitatis, super redemptione generis humani per vniogeniti filij patris æterni incarnationem ac passionem. Pulcherrimâ quoque & consonantissimam connexionem & ordinem credibilem fidei Christianæ, quæ cum rationibus credendorum & purificatæ contemplabitur intelligentiæ mentis per donum intellectus. Contemplabitur demùm quotidie, valde, frequenter superessentialis, suppgloriosissima & super suauissima Trinitatis, patris æterni, superpulcherrimi filij, amœnissimi paraclæti spiritus sancti felicitatem & gloriam, harum super sanctarum superuenerabilium & super præstantissimarû personarum mutuam intuitionem, super iucundissimam & super clarissimam, plenariè comprehensiuam, mutuam quoq; earû dilectio-

dilectionem superardentissimam & immensam, mutuam complacentiam superdulcissimam, mutuam fruitionem superfelicitissimam, emanationem & communicationem adintèa naturalem & superplenissimâ, consistentiam superbeatissimam & æternam, omnem charitatem, plenitudinem, misericordiam, liberalitatem, & gratiâ eius super vniuersum genus humanum, potissimè super electos. In quorum cõtemplatione amorâ tam iucundè repausabit, cõquiescetq; AMEN.

De vita & regimine Archidiaconorum finis.

D. DIONYSII CARTHUSIANI DE VITA ET REFORMATIONE CANONICORVM EX

SACRIS LITERIS ET DICTIS ORTHODOXORUM PRIMUM SEDULO COLLECTUS
LIBER VNVS.

Præfatio.



Maledictus homo qui facit opus dei negligenter. Deus ma-
iestatis immense, in suo obsequio despicit inuenotum,
euomit tepidum, negligentem & impium detestatur.
Deniq; si principes seculi huius exigunt sibi reueren-
ter ac promptè seruire à suis ministris: quanto magis do-
minus vniuersorum, cuius excellentia est penitus infi-
nita, vult iubet & requirit, vt ei cum præcipua diligen-
tia obsequamur. Ideo monet Apostolus: Seruiamus domino cum metu & reue-
rentia. Et denuò exhortatur: Cum metu, timore & tremore vestram salutem
operamini. Porro metus, timor & tremor diligentiam pariunt, sollicitudinem
spiritualem inducunt, negligentiamq; abhorrent, quatenus, sicut ait scriptura,
sollicitè ambulemus iugiter coram Deo, incessabiliter metuentes, ne omnipotentis
omnia intuentis præsentium in aliquo offendamus. Timor namque sollicitat men-
tem ad cauendum pericula: sicq; timor Dei hominem sollicitum reddit ad vitan-
dum peccata. Idcirco prout in Ecclesiastico dicitur: Qui sine timore est, iustifi-
cari non potest. Et Salomon loquitur: Timor Dei fons vitæ, vt declinet à ruina
mortis. Qui rursus fatetur: Qui timet Deum, nihil negligit. Hæc quippe negli-
gentia detestanda, quæ maledictionem & condemnationem meretur æternam,
salubri sollicitudini ac virtuosæ diligentie existit contraria. Cum ergo timor
Dei diligentiam gignat, constat quod homo timoratus nil negligat. Meruò itaq;
dixit Psalmista: Time Deum, quoniam nihil deest timentibus eum: quod de casto & filiali dei timore est accipiendum. Cum ergo tan-
ta sit

Philip. 2.

Psalm. 101.

1 Petr. 4.9.

Timor domi-
ni sanctus &
fit necessari-
us saluandis.

Hebr. 12.
Philip. 2.

Micht. 6.6.

Eccl. 1.
Ecclesi. 14. 7.

Psalm. 101.

ta sit

ta sit huius diuini timoris salubritas, recte nos docet tota sacra scriptura, ut cuncta quae agimus, cum dei timore agamus, intantum, ut laudatio qua deum laudamus, & gloriatio qua gloriamur in ipso, timori admisceantur, ac sacro metu altissimi condiantur. Propterea ait vir sanctus: Seruite domino in timore, et exultate ei cum tremore. Et certe sic deum laudare, est speciale donum ipsius, iuxta illud Iob: Ab aquilone aurum venit, & a deo formidolosa laudatio. Nempe cum vniuersae iustitiae nostrae, magno testante Esaias, sint quasi pannus menstruatus, & orationibus, psalmodijs ac ceteris actibus nostris bonis multae ac miserae distractiones ac defectuositates sint mixtae: nonne in omnibus timoratos & custoditos nos esse oportet, ne in ipsis quoque nobis actibus nostris dominum offendamus, atque a iusto metuendo iudice reprobemur? Etenim sicut abbas Agathon dixit: Si deus imputauerit nobis distractiones & negligentias, quas orando incurrimus, non poterimus esse salui. Hinc summo conatu negligentiam in omni deitatis obsequio caueamus. Vnde & Thomas in secunda secundae, quaest. 54. affirmat: Negligentia est defectus debite sollicitudinis, & spiritali ac bonae sollicitudini directe opposita: & sicut sollicitudo illa ad prudentiam, sic negligentia ad imprudentiam pertinet. Nam ut ait Isidorus: Negligens dicitur quasi non eligens: ob hoc, sicut electio eorum quae sunt ad finem necessaria aut accommodata, est actus prudentiae: sic talium omisio, est negligentia quae ex inconsideratione procedit: si enim consideret homo auctoritatem & dignitatem dei praecipientis, ac metuendum eius iudicium, premium quoque obedientium ei, inobedientiumque tormenta, mox incipit formidare, negligentiam abhorre, & opus dei cum diligentia adimplere. Veruntamen S. Gregorius 24. Moral. asserit, securitatem esse negligentiae matrem. sed hoc redit in idem: Est namque quaedam securitas bona, ex testimonio conscientiae pure procedens, de qua Proverb. 15. Salomon contestatur: Securitas quasi iugum coniuuium. Alia est securitas periculosa, ex errore aut inconsideratione descendens, qua homo propria non intendit pericula, nec pensat se in medio pergere laqueorum, ac Deum multipliciter seu etiam grauiter offendisse, & nescire an amore sit dignus an odio, an praedestinatus an reprobatus, an saluandus, aeternaliterue damnandus. De qua damnabili ac periculosissima securitate fertur: Sunt impij qui ita securi sunt, ac si opera habeant iustorum: sicque tam securitas ista quam negligentia ex eadem oriuntur radice, nec obest eandem culpam ex diuersis habere originem. Simus itaque vere prudentes, circumspecti, solliciti tanquam animalia vndique oculata, ponamusque corda nostra super itinera nostra, sicut hortatur Aggeus propheta, ut non eamus in viam ruinae, ne paulopost incidamus tormenta gebenae: Ponderemus ac impleamus quod ait scriptura: Beatus homo qui semper est pauidus. & Semper quasi timentes super me fluctus timui deum. Hinc sanctus Iob. Considerans, inquit, deum, timore sollicitor. Itemque: Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti. Sapiens enim in omnibus metuit, ut puta incertus, an actus sui ex charitate procedant ac Deo complacent, & quia horrendum est incidere in manus Dei viuentis, qui terribilis est in consilijs suis super filios hominum. De quo vtiq; ignoramus, quid in secreto sapientiae suae

Psal. 2.

Iob. 37. Esaias. 64.

Negligentia quid sit, unde nascatur, & quam sit detestanda.

Securitas duplex.

Eccles. 9. Eccles. 8.

Apoc. 4. Aggei. 1. Eccle. 32. Proverb. 28. Iob. 31. 23. 9. Eccle. 18. Heb. 10. Psal. 65.

de no-

de nobis decreuerit, & quid finaliter fiet de nobis. Attamen si omni exclusa negligentia, ei cum timore ac reuerentia indefinenter studuerimus deseruire, possumus pie de meliore sperare: si vero opus eius egerimus negligenter, cum illis peribimus de quibus propheta loquitur: Maledicti qui declinant a mandatis tuis. Haec de timore Dei & negligentia euitanda breuiter tetigi, quia in primo opusculo intendo de deuota conuersatione canonicorum specialiter aliqua memorare, quorum prob dolor status ad grandem deuenit ruinam, & ad deformationem penè extremam: quanquam inter eos de gratia Dei sint aliqui boni, quatenus saltem ex Dei timore excitentur ad meliora, inter quos sunt multi mihi charissimi, qui & charitatem suam ad me multoties ostenderunt, quorum amore haec conscribuntur. Hinc de ista materia fundament alius, quod Deo auxiliante poterò, loquar.

De originali institutione & prima inchoatione canonicorum. Articulus I.



Articulo quarto refert B. Lucas Euangelista, quoadmodum in exordio primitiue Ecclesiae missio desuper ipsi sancto, vniuersi fideles in Ierusalem congregati, vixerunt in communi, proprium nil habentes: diuidebaturque linguis sicut indigerunt: quae vita tam diu durauit illis, quam diu beatissimi Apostoli aderant, & ipsos fideles rexerunt: diuuisi vero apostolis, & sacratissimo Iaco minore in Ierusalem primitiue Ecclesiae praesidite, adhuc per tempus aliquod durauit deuotissima ac seruentissima illa vita communis: sed cum coepissent per vniuersam Iudaeam & Galilaeam atque Samariam multiplicari credentes, & millia multa regenerari in Christo, non bene poterat vita illa communitatis ab omnibus obseruari, fertur quoque prima deuotionis paulatim refriguit, & calor sanguinis Christi in corde crediti pro maiori eorum parte tepuit successiuè, ita quod maior pars fidelium, tam ex Iudaismo quam ex Paganismo conuersorum, coepit propria possidere, & obseruarijs preceptorum esse cõtenta. Veruntamen multi prioris deuotiois conuersationisq; memores, desuper illustrari atque successi a spiritu sancto, cum ingenti perfectionis amore ac paupertatis ardore vitam illam communem denuo assumpserunt, & Apostolicam institutionem renouauerunt: quae ut expeditius ac liberius profsequi possent, a ceteris se sequestrauerunt fidelibus, & in suburbanis ac locis secretioribus comorari exorti sunt, viuentes non tantummodo in communi, sed a coniugijs quoque abstinentes, & suos pariter ac propinquos corporaliter relinquentes, sub obedientia sanctae secundum Euangelicam Saluatoris consilia conuersantes, aut solitariè comanentes, ex quibus vita canobialis seu monastica sumpsit ex-

ordium, prout in secundo Collationum volumine Casianus ex verbis Piamonis abbatis refert diffuse. atque, ut idem testatur secundo libro de institutis sanctorum patrum, apud Alexandriae probatissimi quidam monachi erant a sancto Marco Euangelista instituti, qui non solum secundum apostolicam institutionem in communi vixerunt, sed multa sublimiora adiciens, abstinentissimam & rigorosissimam vitam duxerunt, orationi & contemplationi iugiter intententes intantum, quod tam Iudei quam Pagani super hoc mirabantur: Lectioni quoque & operi manuum tam indefinenter die ac nocte fuerunt intenti, quod vix secundo aut tertio die ciborum appetitus aut memoria mentem eorum pulfabat. Denique, his concordat, quod libro de viris illustribus sanctus narrat Hieronymus: Marcus, inquit, Euangelista primus Alexandriae Christum annuntias, instituit Ecclesiam ibi tanta doctrina ac vitae continentia, ut vniuersos Christi sectatores ad exemplum suum impelleret. Et rursus: Philo, inquit, discipulus Iudeorum, idcirco a nobis inter scriptores ecclesiasticos ponitur, quia in libro quem scripsit de prima Marci Euangelistae Ecclesia apud Alexandriae urbem, in laudem nostrorum versatur, Christianos non solum ibi, sed in multis quoque prouincijs eos esse commemorans, & habitacula eorum monasteria nuncupans: ex quo apparet, tale fuisse primum creditum Ecclesiam, quales modo sunt monachi, & quales fuisse primos credentes in Ierusalem sanctus recitat Lucas. Fecit itaque Philo librum de vita contemplatiua, in quo asserit primos illos beati Marci discipulos contemplationi & orationi semper fuisse intentos. Praeterea quae vera sint ista, ex doctrina diuina & magni Dionysii in libro de ecclesiastica Hierarchia, certissimè innotescit: ibi etenim sanctus ille de-

Monasticæ uitae exordium.

M scri-

scribit ritū consecrationis monachorū tempore apostolorū ac primitiue Ecclesie valde deuotū. Amplius, qui modo præfacto se subtraxerūt à curba fidelium propria possidentiu, in duo genera sunt diuisi. Quidā enim, vt dictū est, vitā & professionē assumpserūt monasticā: alij inter homines seculares permāserunt, & deseruierūt Ecclesie sub sancto rū Episcoporū viuētes regimine: sancti nāq; Episcopi qui illis fuerūt temporibus, cōiunxerunt sibi fideles, deuotos, & literatos, qui erant Episcoporū domestici, aut prope domū præsulū commorātes, & inter se vitā cōmunem ac sanctā ducētes, iuxta præinductā Apostolicā institutionem, cū additionibus obseruantijsq; deuotis, quas eis sancti tradiderunt Episcopi, quorū clerici erant, & cum ipsis Episcopis laudibus Dei vacātes, ac media nocte surgētes, aut paulo post ad persoluendū nocturnum ac matutinale officium: veruntamen instar monachorū nō fecerunt vota solennia, omni religioni monasticæ substantialia. Hi itaq; vidētur fuisse inceptores atq; primordia vitæ & vocationis canonicorū, qui cū omnes cū Episcopis sanctis cōmorari non possent, dispositi sunt in locis deuotis, quæ collegia sunt vocata, sub episcoporū regimine, mediante decano: quorū etiam loca, monasteria dicebātur, habebātque refectoriū vnū & dormitoriū idē, diuinis obsequijs diligenter intenti, omnesque incontinentiā summē vitātes. Hinc Clemēs Papa in quarta scribit epistola: Dilectissimis fratribus & condiscipulis Hierosolymitanis, cū charissimo fratre & coepiscopo Iacobo cohabitantibus, Clemēs Episcopus salutem: Cōmunis vita omnibus, vtputā clericis est necessaria, & maximē his qui deo irreprehensibiliter cupiunt militare, & vitam apostolorū corūq; discipulorum volūt sectari: quapropter doctrinis & exēplis Apostolorū obedire præcipimus. Hinc demū Hieronymus ad Nepotianū: Clericus, inquit, talē exhibere se debet, vt & Deus possideat eum, & ipse possideat Deū, cū scriptū sit: Pars mea Dñs: nihil extra Dñm habere potest: quod si quippiā aliud habuerit præter Dñm, pars eius nō erit Dñs, verbi gratia: Si aurū, si argentum, si possessionē aut variā suppellectilē, cum his partibus Dñs eius pars fieri nō dignatur. De hac materia in Decreto causā 12. plenius cōtinetur. Vnde rursus scribit Hieronymus: Duo sunt genera Christianorū: vnum, quod mōcipatū diuino officio & deditū contemplationi & orationi, ab omni strepitu temporalium cessare conuenit, vt sunt clerici & Deo deuoti, qui simplici victu & vestitu cō-

Canonicorū vite inchoatio prima.

Clemēs Papa

Hieronymus

Hier. 3.

Christianorū genera duo.

tenti, nullam inter se proprietatem habentes, debent omnia habere communia.

Confirmatio prædictorum ex verbis sanctorum patrum, & cur clerici sic uocentur, & quare data sunt eis à populo stipendia vite, & an licitē habeant propria. Articulus II.

Sanctus doctor ac præsul Isidorus septimo etymologiarū libro disseruit: Clericū & clericos hinc credimus appellatos, quia Matthias forte electus est, quem primō per apostolos legimus ordinatum, κληρῶν enim Græcè, Latine fors vel hereditas dicitur: Propterea ergo dicti sunt clerici, quia de sorte sunt domini, vel quia Dñm partem habent, & Deus eorum pars est. Generaliter autē clericis nuncupati sunt omnes, qui in Ecclesia Christi deseruierūt, quorum gradus & nomina hæc: Ostiarius, psalmista, lector, exorcista, acolytus, subdiaconus, diaconus, presbyter, episcopus. Amplius, Gratianus testatur, maiorū & minorum sacerdotum discretio in nouo testamēto ab ipso Christo immediate sumpsit exordiū, qui duodecim Apostolos tantquā maiores sacerdotes, & septuaginta duos discipulos tanquam minores instituit facerotes: beatissimum verō Petrum in summū sacerdotem elegit, dum ei claus regni cælorum pro omnibus & præ omnibus tribuit, & à se petra Petri ei se nomen imposuit. Hæc eandem sortem secuti Apostoli, in singulis ciuitatibus Episcopos & presbyteros ordinauerūt. Leuitas autem & diaconos ab Apostolis legimus ordinatos: inferiores verō ordines, vtputā subdiaconos, acolytos, &c. procedente tempore Ecclesia sibi cōstituit. Insuper sicut Raimundus, Iohannes, Vdalricus alijq; testantur, idcirco à laicis & secularibus data sunt temporalia bona Ecclesie, vt quia laicis ipsis non vacat iugiter orationibus atque diuinis obsequijs immorari ac inhærere, ministri Ecclesie clerici suppleāt vices & imperfectum laicorum orando ac ministrando & satisfaciendo pro ipsis, quorum elemosynis stipendijsque fouentur. Postremō, sicut iam patuit, non solum tempore primitiue Ecclesie, sed & postea plurimis annis clerici & canonici propria habere nō potuerūt, immo eodē refectorio ac dormitorio vtebātur, quod postea per dispensationē desuetudine aut alijs modis mutatū est, declināte ad deplorādā ruinā Ecclesia in capitibus suis ac mēbris, q̄ vtinā ad pristinum modū, feruorē ac institutū reducere digne tur omnipotēs. Etenim quæ, quanta & qualia vitia orta sint atque quotidie oriantur

Clerici uocati.

Luc. 6. in Mat. 16.

Mat. 14.

Mat. 6.

Mat. 7.

Mat. 5.

Gal. 5.

Temporalia bona cur Eccl. esse debent.

Iohan. 2.

Iacob. 2.

Mat. 5.

Mat. 5.

cx

ex relaxatione illa vitæ communis dormitorijq; eiusdem, experientia potius docuit & ostendit, quā lingua possit explicare.

Quod canonici obligentur ad uitā ualde uirtuosam & exemplarem, castam & humilem. Artic. III.

Icut euangelica lex ab vnigenito Dei filio tradita, est lex totius charitatis & pietatis, lex vtique totius perfectionis, docēs cūcta carnalia & terrena contēnere, spiritalia, cælestia ac diuina iugiter affectare, summo & inuariabili Deo mēte pura ac feruida incessabiliter adhærere: sic Christiani præ vniuersis nationibus mūdi tenentur esse charitatiui, pijs, spiritalibus, diuini, exēplares, paciētes, humiles, casti sobrij & perfecti: nec aliter digni sunt à Christo Christiani vocari: Nō enim sufficit eis Christū sequi per fidem dumtaxat, sed necessariū est ad salutem & Christianā uocationē, vt per idoneā obseruantia præceptorū, per exercitacionē uirtutū, per vitā Deo placētē, Dominū Deū suū Iesum Christū sectentur, quem admodū ipsēmet Dominus & Saluator fatetur: Quid, inquit, dicitis mihi, Domine Domine, & non facitis quæ dico? Quo constat, q̄ inaniter & indignē nominet eū Dominū, quicunq; transgreditur Dei præceptū. tunc iterū dixit: Non omnis qui dicit mihi, Dñe Dñe, intrabit in regnū cælorum, sed qui facit uolūtātē patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnū cælorum. itemq;: Estote perfecti, sicut & pater uester cælestis perfectus est. Deniq; q̄ spirituales esse teneantur, pandit Apostolus, dicens: Qui autē sunt Christi, hoc est, pertinentes ad Christū tanq̄ uerimi ministri ipsius, carnē suā crucifixerunt cū uitijs & concupiscētijs. Itaq; Christiani tenentur Christiformiter cōuersari, i. Christū in omni charitate, humilitate, paciētia, sobrietate, cōtinentia imitari, alioqui ad maiorem suā damnationē Christiani uocātur. Idcirco Iohānes apostolus ait: Qui se dicit in Christo manere, debet, sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Præterea, q̄ integre & sincere oporteat Dño obedire, lucefcit ex uerbis Apostoli Iacobi protestatis: Quicunq; totā legem impleuerit, offēdat autē in vno, factus est omnium reus. Ecce quā recta est uia salutis, cūm & pro vno uerbo infligatur æterna dānatio, quæ admodū Veritas cōtestatur: Qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis. Similiter qui vel vnū scandalizauerit pusillorū, tormenta recipit in ferorū, eodem domino affirmante: Qui scādalizauerit vnū ex his pusillis qui in me credunt, expedit ei vt suspēdatur mola asinaria in collo eius, &

demergatur in profundo maris. Amplius, vniuersis in se credentibus iussit legifer noster: Diligite inimicos uestros, benefacite Mat. 5. his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus uos. Hæc ergo & multa similia ardua ad quemlibet pertinet Christi fidelem. Porro, quōd aliquis in altiori est gradu aut statu, quōd plura aut maiora sortitus est dona, eō ad uirtuosiorē obligat⁹ est vitā. Etenim cui plus datum est, plus requiratur ab eo. Qui ergo canonicus est, nō solū ad præfacta tenentur euangelicæ legis præcepta, sed item ad ea quæ canonicis specialiter iniunguntur: qui uerō non solum extat canonicus, sed in super in aliquo sacro constitutus est ordine, ultra prædicta obligatur ad ea quæ constitutis in ordine illo præcipiuntur: quōd si prælatus pastoris fuerit, seu curam assumpserit animarū, ad multō maiora ac sublimiora tenentur. Cū itaq; dictū sit, ministros ecclesiatq; canonicos idcirco clericos appellari, quoniā ipsi specialiter sunt fors seu pars siue hereditas Dei, vtputā diuinis obsequijs mancipati ac deputati, patet quōd excellēter sic uiuere obligetur, quōd inuisibiles hostes diuini honoris nil iuris aut dominij in ipsis obtineant, sed omnino cum stabili ac sincera fidelitate ad Deū pertineant. Iterū dictum est, idcirco clericis seu canonicis temporales redditus à laicis assignatos, quatenus nō solum pro sua salute, sed & vice ac loco laicorum omnipotentia ministrent, iustumq; iudicem non sibi dumtaxat, sed eis quoq; quorū uiuunt stipendijs, placare & recōciliare semper cōtetur, eiusq; laudibus, orationibus & ministerijs pro se ac fundatoribus & benefactoribus suis debitē vacent ac immorentur. Vnde elicitur, quā purē ac uirtuosē obligati sunt uiuere, quatenus de plenitudine suæ uirtuositatis, & de suorum abundantia meritorum proximis suis, tam uiuis quā mortuis, sic ualeāt cōmunicare ac subuenire. Ideo horas canonicas & ceteras ad quas tenentur, orationes, laudes & psalmodias tenentur cūm diligentia grandi persoluerē. Haud dubium quin distinctē, sollicitē ac deuotē, seq; ministros Deo dignos ac placitos exhibere, alioqui nil iuris habebunt in bonis ecclesie, in patrimonio crucifixi, in stipendijs militū Dei, prout profundus doctor Gulielmus Parisiensis in plurimis locis testatur, Vdalricus quoque in Summa sua, & consonant Raimundus, Durandus, ac alij.

De his quæ canonicis specialiter iniunguntur. Articulus IIII.

M 2 Quem.



Vemadmodum iuxta sanctum Ili-
dorum, clericus nuncupatur & ἱε-
ρῆς ἄλλοθεν, quod est fors seu pars,
quia specialiter de sorte est Dei,
& Deus est eius hæreditas, sic canonicus ap-
pellatur à κανὼν, quod est regula. Atque ut
asserit Gratianus, regula dicitur eò quod re-
ctè ducit, nec aliquando aliorum trahit: si-
ue ut alij dicunt, quoniam regit, & rectè vi-
uendi dat formam: vel quoniam id quod di-
stortum & prauum est, corrigit. Clerici ergo
vocantur canonici, quoniam regularem &
rectam tenentur ducere vitam, vitiorum obli-
quitates vitando, atque ad veram beatitudinè
per virtutù itinera sinceriter gradiendo, iux-
ta præfixa eis à patribus sanctis statuta.
Quibus autè generalibus cõcilijs, à pòstifici-
bus summis, à doctoribus & prælati exi-
mij, Hieronymo, Augustino, Gregorio, Ili-
doro multa sunt instituta à canonicis obser-
uanda, quæ in Decreto hinc inde tanguntur,
hæc tamen quantum iam sufficit, in princi-
pio 3. Decretalium compendiosè collecta
sunt, quo inter cætera fertur atque præcipi-
tur: Clerici arma portantes & vsurarij excõ-
municentur. Si quis clericorum comam re-
laxauerit, anathema sit. Si quis ex clericis
monasteria monialium sine manifesta & ra-
tionabili causa frequentare præsumperit,
per Episcopum arceatur: & si non destiterit,
ab officio ecclesiastico reddatur immunis.
Insuper, Innocentius III. in concilio gene-
rali ait: Ut clericorum mores & actus in me-
liùs reformentur, continenter & castè vine-
re studeant vniuersi, præsertim in sacris or-
dinibus constituti, ab omni libidinis vitio
præcauentes, ut in conspectu omnipotentis
Dei puro corde & casto corpore valeant mi-
nistrare. Ne verò facilitas veniè incituum
tribuat delinquendi, statuimus ut qui de-
prehensi fuerint incontinentiæ vitio labo-
rare, prout magis vel minùs peccauerint, pu-
niantur secundum canonicas sanctiones, quas
efficacius & districtius præcipimus obserua-
ri, ut quos diuinus timor à malo non reuo-
cat, temporalis saltem pœna coerceat à pec-
cato: hoc est, ut ab officio suspendantur, at-
que ecclesiasticis beneficijs spolientur. Præ-
terea, à crapula & ebrietate omnes clerici di-
ligenter abstineant. Vnde vinum sibi tēpe-
rent, nec ad bibendum quispiam incitetur,
cum ebrietas mentis in ducat exilium, & libi-
dini prouocet incituum. Ideo illum abu-
sum decreuimus penitus abolendū, quò in
quibusdam partibus ad æquales potus suo
modo se obligant potatores. Si quis autè in
his se culpabilè exhibuerit, nisi à superiori

De u. & ho-
nest. clericis.
Clerici.

cõmonit⁹ resipuerit, ab officio & beneficio
suspendatur. clerici officia vel cõmercia secu-
laria nequaquam exerceant, maximè in honesta.
Mimis & ioculatoribus & histrionibus non
intendant. Tabernas prorsus euitet, nisi for-
tè causa necessitatis in itinere cõstituti. Ad
aleas & taxillos nõ ludat, nec huiusmodi lu-
dis intersint, coronam & tonsuram habeat cõpe-
tentè, seq; in officijs Ecclesiasticis & alijs stu-
dijs bonis exerceant diligenter. Clausa dese-
rat desuper vestimèta, nimia breuitate vel lã-
gitudine nõ notanda: pãnis rubeis & viridib⁹,
manicis, forularibus cõstitutijs, frenis aut cel-
lis deauratis, aut aliã superfluitatè ingerenti-
bus, nõ vtantur: fibulas & corrigias argenteo
seu auro ornatas nõ ferant, nec annulos, nisi
quibus cõpetit ex officio dignitas. Præci-
piendū est, vt nullus sacerdos feminas de
quib⁹ suspicio esse potest, teneat. Si presby-
ter, diaconus aut subdiaconus de quacũque
femina crimine fornicatiõis suspectus, post
primam, secundam aut tertiam admonitiõem inue-
niatur fabulari, aut cū ea aliquo modo con-
uersari, excõmunicatiõni subdatur. Cū cleri-
cis nõ permittatur mulierculam habitare, nisi
fortè de illis personis existat, de quibus na-
turale ius nil permittat criminis suspicari.
Clerici ludos & ludibria nõ exerceat in Ec-
clesia. Bona clericorū veneat in cõmuni, in
vna domo vescatur, & sub vno dormiant te-
cto. Ecce ex his innotescit, q̄ regularis, deuo-
ta & exẽplaris olim existerit, & nõc quoque
meritò esset vita canonicorū. Ideo pertime-
scant, nec sibi de irrationabili dispensatio-
ne, quæ dispensatiõ est, neq; de consuetudine
laxa quæ corruptela est, blandiantur, quum
mater & origo veræ & excusantis dispensa-
tionis sit vera necessitas, euidentis utilitas,
vt sancti & summi pontifices Leo atque Ge-
lasius, doctoresque præcipui cõtestantur.
Sed iam consequenter de his in speciali ali-
quid plenius est tangendum.

*Cur clerici seu canonici non debent arma por-
tare, neq; bellare, nec comam laxare,
nec vsurarij esse. Articulus V.*



Instris Ecclesiæ, clericis seu cano-
nicis, sicut iam patuit, cõueniat atque
iniungitur diuino cultui in sudare,
oratiõni, cõtẽplatiõni ac laudibus
Creatoris vacare, & õipotetè, tam sibijpsis q̄
proximis, quorū sustentantur stipendijs, ex-
hibere propitiū & placatū. Cum ergo ab ac-
tibus istis maximè impediatur exercitia belli-
ca, in quibus est inquietudo & sollicitudo
cordis præcipua, hinc bellare interdicitur
eis, sicut & negotiatio: hinc quoque non de-
bet arma portare, ne occasionem aut inci-
tamen-

tamentum habeant preliandi, & ne ostendat
se ad pugnandum paratos, & ne alios scan-
dalizent. Veruntamen, si per loca periculo-
sa agent iter, possent ad incutiendum hos-
tibus terrorem atque ad defendendum se, cū
moderamine inculpatæ cautelæ & tutelæ ar-
ma ad hoc necessaria ferre. Insuper, canoni-
ci cum altaris ministerio deputentur, in quo
Christi passio sub sacramento repræsentatur,
meritò prohibentur sanguinem fundere,
immo admonentur esse parati ad proprij
sanguinis effusionem pro Christo atque iusti-
tia. Hinc obseruandum est eis quod ait Apo-
stolus: Noli verbis cõtendere, ad nihil enim
utile est, nisi ad subuersiõnem audientium.
Itemque: Si quis videtur cõtentiosus esse, nos
talem consuetudinem non habemus, neque
ecclesia Dei. Idèd ait scriptura: non est ho-
mini cum separat se à lite. Porro spiritualibus
armis debent esse muniti ad repugnandum
ac præualendum hostibus suæ salutis: atque
ad talem armaturam suo exemplo laicos de-
bent inducere. De hac re in libro de officijs
& alibi multa scribit sanctus pater Ambro-
sius. In Decreto quoque hinc plurima indu-
cuntur, immo in generali cõcilio fuerat in-
stitutum: Quicumque clericus in bello, aut rixa,
aut ludis gentiliū mortuus fuerit, neq; in
oratione, neq; in communi oratione pro
eo postuletur, sed in manus incidat iudicis,
sepultura tamen non priuetur. In synodo
etiam Toletana est ordinatū: Clerici qui in
quacunq; factiõne sumpserint arma, amisso
ordinis sui gradu, in monasterio pereniter
tradantur. Sic & in gestis Meldensis concilij
legitur: Quicumque ex clero, militaria arma
non sumant, nec armati incedant, sed profes-
sionis suæ vocabulum religiosi moribus &
religioso habitu impleant: quod si contem-
pserint, tantquam sacrorum canonum con-
temptores & ecclesiasticæ authoritatis pro-
phanatores, proprij gradus amissione mul-
ctentur, quia nõ possunt simul Deo & seculo
militare. Insuper, omnè mundanum ornatum &
quicquid prouocatiuum extat libidinis, vani-
tatis; curiositatem, prorsus debent vitare,
cum ipsis præcipue ab Apostolo iniungatur:
Nolite conformari huic seculo, sed renouamini
spiritu mentis nostræ. Hinc comæ laxa-
tionem, capillorum decorem, crinium reflexi-
onem, & potissimè tonsuræ opertionem
debent penitus abhorreere ac fugere, quum
& feminas prohibeatur capillorū ornatu.
Si quidem vt super Iob scribit Albertus, ta-
lia concupiscentiam prouocant. Porro clerici
iubentur esse ornati tam interiori quàm ex-
teriori virtutum ornatu, vt corda eorū deco-

rentur sapientia atque virtutibus: forinsecus
quoque respicèdant moribus, ita, vt modesti
incedant, & in visu omniq; sensu sint custo-
diti. Postremò, vsura non eis duntaxat, sed
vniuersis quoque fidelibus districtissimè pro-
hibetur, cum & teste Philo sopho, vsura sit
maximè contra naturam. Virumque iustum
describens Propheta: Pecuniam, inquit, suam
non dedit ad vsuram. Immo vt Climacus pro-
testatur: Auarus est euangelij subfannator,
quanto magis vsurarius, potissimè clericus,
quem laicis spiritaliorem & virtuosiorè esse
oportet, dicente glorioso Hieronymo: Ve-
hementer destruit ecclesiam, laicos esse cle-
ricis meliores. Vsura verò & Simonia, sunt
auaritiæ duæ species pessimæ. Hinc scribit
Isidorus: Lege sanctorum patrū cõtinetur,
vt sacerdotes & clerici siue canonici, à vulga-
ri & seculari sint vita seclusi, à mundi & car-
nis voluptatibus abstinentes, vsuris nequa-
quam incumbant, turpium lucrorum ac frau-
dium occasione abhorreant, amorè pecu-
niæ tanquam materiam cunctorum crimi-
num fugiant.

*Quod corporis castitati mentisq; puritati canonici
teneantur esse intenti, ideoq; monialium claustris
frequentare non debeant, nec eorum clau-
stram intrare. Articulus VI.*



Stud potissimè, fortissimè, fre-
quentissimè ministris ecclesiæ, ca-
nonicis & cunctis in sacris ordinibus
constitutis, iniungitur & iube-
tur à multis sanctis & summis pontificibus,
à multis sacris cõcilijs, à prouincialibus etiã
synodis, vt ab omni incontinentiã & detesta-
bili fornicatione prorsus abstineant, quia in
vitijs carnis est maxima & manifestissima
turpitudine, bestialitas, inhonestas ac seditas.
Sed & vitia illa in clero, sunt vehementissi-
mè scandalosa in populo: multa quoque &
magna vitia sunt eis annexa, & concomitan-
tia eisdem, & pariunt fastidium diuinorū,
insipiditatem spiritaliū rerū, ac virtuosorū
exercitiorum horrorem, mentem obtene-
brant, & ab omni cõlestium ac diuinorū con-
templatione & amore impediunt atque auer-
tunt. Itaque cum sacrum altaris mysterium sit
maximè purum, & ecclesiastica sacramenta
mundissima ac spiritualissima extent, præ-
sertim eucharistiæ sacramentū, indecentissimè
vitiolissimumq; cõstitit, ministros ec-
clesiæ & altaris subiacere & inquinari spur-
cissimis, fedissimis & immundissimis vitijs
carnis concupiscentijsq; brutalibus, & fontis
puritatis immensæ sordidissimo corde asta-
re, seruire, vni. Hinc à tempore beatissimi

1. Tim. 2.
1. Cor. 14.

1. Tim. 2.
1. Cor. 14.

ROMA. 12.

rum apostolorum vitia ista vilissima fuerunt clericis & ministris ecclesie rigorosissime & sub maximis penis prohibita, quod ut evidentiis innotescat, aliquid inde tangam. Et quavis rigor ille iam pro dolor sit nimium relaxatus, nihilominus ut pateat quam vehementissimè patres sancti, in quibus excellentissimus viguit illuminatio spiritus sancti, zelus iustitiae, amor virtutum abhorruerint ac prohibuerint incontinentiam clericorum, canonicorum & sacerdotum, paulisper tangendum est de statutis atque canonibus eorundem. Secundum canones autem apostolorum, constitutus in ordine sacro, potissimum presbyter, in vitium incontinentiae lapsus, deponatur perpetuè, quod & postea diu fuit seruatum pro adulterij crimine, quo ad poenitentiam non redierit. Vnde in septima Aurelianensi synodo continetur: Si quis clericus adulteratus ab officio, vel confessus, depositus ab officio, in monasterium toto vitæ tempore retrudatur. Sed & Clemens Papa sic statuit de perpetua depositione ac poena presbyteri fornicantis, ut legitur in Decreto. Postmodum verò tempore S. Syluestri Papæ rigor ille fuit aliquantulum mitigatus, quantum ad sacerdotes & clericos, sponte propria ac liberè poenitentes, atque à tanto scelere desistentes. Nempe in Gangarenensi concilio legitur, quod in Decreto distinct. 28. inducitur: Presbyter si fornicationem commiserit, quantum ad canones apostolorum debeat deponi, tamè iuxta auctoritatem B. Syluestri Papæ, si in vitio non permanferit, sed sua sponte adiecit ut resurgat, decem annis in hunc modum poeniteat: Tribus mensibus à ceteris remotus cõfratribus, pane & aqua à vespera ad vesperam vtatur. Diebus autem dominicis & precipuis festis modico vino atque pisciculis legumini busque vtatur, sine carne & sanguine, ovis quoque & caseis, & sacco indutus humo adhæreat, die ac nocte iugiter misericordiam Dei implorans. Finitis tribus mensibus cõtinuis, exeat: tamè in publicum non procedat, ne grex fidelis in eo scandalum patiatur, nec enim debet sacerdos publice & solèni poenitentiae subiacere, ut laicus. Postea viribus aliquantisper resumptis, annu cum dimidio in pane expleat & aqua, dominicis diebus exceptis festiuitatibusque precipuis, in quibus vino & carnibus, sanguine, ovis & caseo iuxta canonicam mensuram poterit vti. Finito autem primo anno & dimidio, corporis & sanguinis Domini particeps fiat, ne indurescat, & ad pacem veniat, id est, fratribus reconcilietur, ac psalmos cum eis in choro vltimus canat, nec tamè ad cornu accedat altaris, sed iuxta beati Clemētis

voce, minora gerat officia. Deinde usque ad expletionem septimi anni omni tempore, exceptis diebus Paschalibus, tres legitimas serias in qualibet hebdomada in pane & aqua ieiunet. Expleto circulo VII. anni, si fratres apud quos poenituerit, poenitentia eius condignè laudauerint, episcopus in pristinum honorem iuxta beati Calixti auctoritatem illum poterit reuocare. Sanè sciendum, quod in II. feria vni canedo psalterium aut vnum pauperibus dando denarium, si opus est, se redimere poterit finitis 7. annis. Deinde usque ad finem decimi anni sextam feriã, nulla interueniente redemptione, obseruet in pane & aqua. Porro tempore procedente, rigor prædictus inuenitur laxatus, & tamè mediocriter obseruatus, sicut ex tertio Decretali innotescit, quo inter cetera Alexander Papa III. recitatur cuidam scripsisse episcopo: Clericos in sacris ordinibus constitutos, qui detinent concubinas, per suspensionem & interdictum sententiã debent arcuati cogere, ut ipsas mulieres à se ita remoueat, quod de ipsis sinistra suspicio non possit haberi: & si ipsorum ad eas redierint, vel alias accipere presumpserint, aliquos ipsorum debet perpetuam sententiã excommunicationis inferre, ut alij eorum exemplo à similibus retrahatur. Idè quoque pontifex summus Cantuariensis archiepiscopo scripsit: Mādamus, ut clericos vestra iurisdictionis qui in subdiaconatu & supra, fornicarias seu fornicarias habuerint, studiose monere curetis, ut illas à se remoueat, eas vltimè minime admittant: si verò acquiescere contempserint, eos ab ecclesiasticis beneficiis usque ad satisfactionem congruam suspensionis aut suspensionis eas presumpserint detinere, ab eisdem beneficiis perpetuo remouere curetis. Rursus in alio loquitur decretali: Quoniam simul voluptatibus & carnalibus desideriis atque diuinis & ecclesiasticis obsequijs clerici vacare non valent, ob immunditiam suam ecclesiasticis beneficiis sunt priuandi. De hoc varie Decretales summorum pontificum, Gregorii, Syricij, Lucij, Innocentij & aliorum in Decretalibus cõtinentur. Vbi & additur: Prælati qui tales clericos in suis iniquitatibus presumpserint sustinere, maxime obtentu pecuniarum vel alterius commodi temporalis, pari subiacent vltimo. Hinc in Decreto distinct. 83. legitur institutum: Si quis Episcopus fornicationi presbyterorum aut diaconorum seu clericorum vel incestus in sua diocesi prece vel pretio interueniente consenserit, vel commissum auctoritate sui officij non impugauerit, ab officio suspendatur. Ex quibus verbis ibidem concluditur: Episcopus qui talium crimina non corrigit, magis dicendus est ca-

his impudicus quam Episcopus. Quid autem sit consentire, Gratianus exponit, subdedit: Qui non resistit vitio & errori, cõsentit. Hinc Innocentius Papa: Error (inquit) cui non resistitur approbatur: & veritas dum non defendatur, opprimitur, nec caret scrupulo conscientiae occultae, qui manifesto facinori desinit obuiare. Quod totum de praelatis, qui ex debito sui officij tenentur resistere, est potissimum capiendum. Quæ cum ita se habeant, quantum desinende sunt feces temporum horum, quantum deplorandus est miserabilissimus ac deformatissimus Ecclesie huius status, in quo aut nulla aut sola pecuniaria infligitur poena presbyteris clericisque lasciuis, & in suis permittitur sedere sceleribus in grauissimum scandalum laicorum, nec vlla sit visitatio canonica clericorum, immo nonnulli exoptos se gloriantur, ut nec à suo decano, neque à præsule suo corrigi possint: quod est tale, velut si monachus eximatur à correctione sui Abbatis siue Prioris. O qualis est talis exemptio, quum & contra exemptionem multo minus irrationabilem & iniustam, sanctus & illuminatissimus pater Bernardus in libro de Consideratione ad Eugenium Papam acerrimè ac sapientissimè scribat, & eam multipliciter reprobet, atque de ea Eugenium ipsum non mediocriter dire redarguat: Vt immundis ac miseris impunè peccantibus, qui malunt districtissimo ac metuè diffisimo Dei iudicio reseruari, ac manus incidere Dei viuèntis, quam in præsenti à suis praelatis debite castigari atque sanctorum patrum subiacere canonibus & decretis. Nonne tales videtur esse de numero reproborum, ab æterna beatitudine alienorum, ac filij infernalium tormentorum, quos dimittit omnipotens secundum desideria cordis eorum, & eunt in aduersionibus suis? Insuper, quia Canonici & oēs in sacris ordinibus constituti, diuino sunt cultui consecrati, eorum fornicatio sacrilega est & sacrilegium appellatur, cum sit violatio ordinis sacri, contra tractatione indigna & scelerata abusus rei Domino consecratae. Hinc specialiter prohibentur claustra monialium frequentare, immo sub excommunicationis poena prohibentur eis est monialium clausuras intrare, ad vitandum omnimodè omnem occasionem sacrilegi ac vitiosissimæ commixtionis cum illis, quæ dupliciter esse sacrilega, & adulterij quoddam inæffabilius proflus enorme cum personis spõso cælesti oblati, professis & consecratis, atque inductio earundem ad violationem & transgressionem voti solennis, quod de castitate seruanda promiserunt altissimo.

De sobrietate Canonicis obseruanda, omniq; crapula ebrietate ipsi uitanda. Artic. VII.



Icut Dominus per Osee prophetam locutus est: Vinum & ebrietas & mulieres (id est, fornicatio) auferunt cor: id est, mentem excant, iudicium obtenebrant rationis. Cumque optimum hominis sit, esse & viuere secundum rationis censuram, constat quod crapula ingerat homini maxima nocumeta. Nam lædit naturam, abbreviat vitam, intellectum obscurat, voluntatem subuertit, varias parit infirmitates, tædium & torporem, & fastidium diuinorum, gignit acediam, ad iniuriam diu alijs facit præcipitem, somnolentiam negligentiamque inducit, ad loquacitates, nugas & falsitates infligat, & omnem cordis custodiam, cõmpunctionem, timorem dissipat prorsus. Idcirco non tantum canonicis & cunctis ceteris spiritalibus personis sed vniuersis quoque fidelibus prohibetur, Christo dicente: Attendite ne grauetur corda vestra crapula vel ebrietate, aut curis sculi huius. Denique, sicut gula mentem cõmaculat, ita & corpus reddit deformè, ac monstris facit cõsumile, naturali decore & conueniente quantitate hominem priuans, vilisque illa ac breuis voluptas gustus, emittit nimium pretiosè. Hinc sanctus air Bernardus: Voluptas gutturis quæ tanti hodie aestimatur, vix duorum obtinet longitudinè digitorum: & huius tam modicæ partis tam exigua delectatio, quanta paratur sollicitudine, quanto sumptu, quam grandi labore, quantam deinde parit molestiam? Hinc mōstrosum dilatantur renes & humeri, hinc tumentes vteri non tam impinguntur quam imprægnantur à ruina: dumque carnis onus ossa non sustinent, morbi varij generantur. Illecebrosa & vilis voluptas quantis laboribus atque dispendijs comparatur. Gula & libido voluptati deseruiunt carnis. Crapula & ebrietas calix est dæmoniorum: quæ cum aut mentem aut ventrem impleuerit, Christus in homine crapuloso non inuenit locum. Quemadmodum ignis & aqua simul esse non valent, sic spirituales & corporales delicie in eodè non se cõpatiuntur. Vbi crapulam rusticitatis inter pocula senserit Christus, vina sua super mel & fauū suauiam mēti propinare nequaquam dignatur: certè vbi curiosa & delicata ciborum potuumque diuersitas pascit ventrem, panis ille cælestis ieiunam & vacuam deseruit mentem. Filij hominum, usque quo graui corde, quoniã pingui corpore scur diligitis vanitatem, & negligitis veritatem: cur voluptatè amatis, & virtutem ac salutem amittitis? immo

Osee. 4.

Crapula quæ torum fit me torum origo.

Luc. 21.

Bernardus.

Eub. 10.

Eub. 10.

Psalm. 14.

pro breui ac fœda delectatione æternam vobis amaritudinem procuratis, ita quod citò cum diuite epulone guttam aquæ pro refrigerio cupietis, nec obtinere poteritis. Nempe in quos ardor tartaræ sitis, infernalisq; famis acerbissima pũctio magis quam in gulosos desœuiant, qui pauperum necessarias sustentationes in suas conuertunt delicias? Planè, vt rursus testatur sanctus Bernardus: Pinguedo carnis, delicia corporis, saturitas ventris aut ante mortem vos deserent, aut vos in morte hæc relinquētis. Hic caro vestra paulo post deputabitur vermibus, illic anima infernalibus tradenda est ignibus, donec rursus infelicitè colligiatæ, sine fine scientur in pœnis, quæ sociatæ fuerunt in vitijs. O delicate, qui delicijs atq; diuitijs circumfusos es, & confusus, confusione expectas & mortem atq; damnationem, aduerte quod ait Apostolus. Non est regnũ Dei esca & potus, non byssus & purpura: quoniam diues omnibus his abundans, descendit in pũcto ad inferos. Quid ad hæc dicitis delicati & lubrici, quorum Deus venter est qui in luxurijs & conuiujs enutritis corda & corpora vestra? Audite quia esca vētri & venter escis, Deus autem & hunc & has destruet. Aduertant teneantq; Canonici, qui ab obseruatijs sacròrum canonũ pene totaliter corruerunt, quod ait infallibilis iudex: Væ vobis qui saturi estis, quia esurietis. Væ vobis diuilibus, qui habetis consolationem vestram. Væ vobis qui ridetis nunc, quia plorabitis & flebitis. Nõne de talibus scripsit Iudas apostolus. Hi sunt in epulis suis maculæ conuiuantes sine timore, semetipfos pascentes, de spumantes suas confusiones, quibus procella tenebrarum seruata est in æternum? Cur sanctus ille Apostolus, Hi, inquit, sunt in epulis suis maculæ, nisi quod epulando incidunt tot & tanta peccata, vt non solum maculati, sed & maculæ appellētur, sicut qui busdam ex gentilitate conuersis scribit apostolus: Fuitis aliquando tenebræ? Epulando quippe non solum excedunt in quantitate & qualitate esarum ac potuũ, sed item in verbis vanis, superfluis, prauis, ne dicam detractorijs, scurrilibus & lasciujs, in iocis, ludis, cachinnis, dissolutionibus, amissioneq; temporis & omissionibus multis. Talibus clamat Iohel propheta: Expergiscimini ebrij & flete, & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine, quia peribit de ore vestro. Insuper, vitiosam matrem (videlicet gulam) vitiosor filia luxuria sequi solet. Nõne vnuerfi fideles ad arctam viam, ad pœnitentialem conuersationem, ad vitam coram altissimo

timoratum tenentur, & quanto canonici in altiori gradu spiritualiorq; statu sunt constituti quàm laici, tanto præ vulgo virtuosiores magisq; sobrij & timorati consistere obligantur: Nemo seducat seipsum. Ab vno quoq; exigit Deus, vt iuxta exigentiam suæ uocationis ambulet dignè. Porro consuetudo praua quod diuturnior, eò incurabilior atq; iniquior. Hinc ab exordio primitiue ecclesiæ sancti & beatissimi patres vitia carnis, gulæ, ebrietatè, lasciuia ministris Ecclesiæ distinctissimè & rigorosissimè ac vbertim prohibuerunt, prout de hoc in decreto multa habentur. In canonicis namque Apostolorum legitur: Episcopus aut presbyter aut Diaconus alæ seu ebrietati deseruiens, aut desinat, aut damnetur, id est, deponatur. Sub diaconus aut, aut lector, aut cator similia faciens, aut desinat, aut cõmunionem priuetur. Hinc rursus distin. 13. inducitur: An omnia à clericis vietur ebrietas, quoniam omnium victorum fomes & nutrix est. In Athenis quoq; concilio: Clericum quem ebrius fuisse constat. 30. dierum spatium à cõmunionem submoueat, aut corporali subdatur supplicio. Deniq; cunctis credentibus scribit & iniungit Apostolus: Nõ in cõmestrationibus & ebrietatibus. Itemque: Curam carnis ne feceritis in desiderijs. Et denuo: Debitor sumus carni, non vt secundum carnem viuamus, si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Hoc est quod Princeps Apostolorum hortatur: Charissimi obsecro vos abstinete à carnalibus desiderijs quæ militant aduersus animam. Quod autem vas ait electionis: Oportet Episcopum sobrium esse, castum non violentum, ad vnquemq; in sacro ordine constitutum pertinet, prout sancti patres Ambrosius & Augustinus fatentur. Præterea, quàm rarum sit atq; difficile, eos qui sobrietati nõ studēt, castimoniam conseruare, ex verbis innotescit Hieronymi protestantis: Ecclesię principes ac ministri qui delicijs affluunt, & inter epulas pudicitiam seruare se credunt, eijcendi sunt iuxta Prophetam de domibus spatiofis & lautis conuiujs in tenebras exteriores. Qui rursus differuit: Ventris ingluuies ad luxuriam prouocat, & opus omne bonum dissoluit, & venter vino astuans, citò desumat in libidinem. Venter equidem & vercundiora sibi inuicem sunt propinqua, vt ex vicinitate membrorum confederationem intelligas victorum. Præterea à sacerdotibus veteris testamenti, quorum sacerdotiũ carnale fuit & typicum, Dominus iussit: vinum & omne quod inebriare potest, non bibetis quando

Quando intrabitis in tabernaculũ testimonij, ne moriamini, vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum & profanũ: quanto magis sacerdotibus & ministris ecclesię, quorũ sacerdotiũ, ordo & status spirituales sunt ac diuini, qui & quotidie templũ Dei ingrediuntur vitanda est omnis carnalitas, vinolentia, ingurgitatio & voluptas? Sobrietatem igitur amplectantur, quæ & mentis ac sensuũ corporis ac membrorum custodia est ac tutela castimonie ac pudoris protectrix, pacis & amicitie cõseruatrix. Ebrietas vero in sacerdote & canonico sacrilegiũ est, in alijs crimine: sobrietas vitam naturæ prolongat, vitæ gratiæ fouet, vitam glorię promeretur, proportionatum & validũ efficit corpus & corpora stat tranquilla, ad profectũ sapientiæ ac virtutum præparat mentē, ad vacandũ diuinis obsequijs, ad gloriandũ in hymnis & psalmis, ad inhærendũ meditationibus sacris reddit idoneum. Canonici ergo qui casto corpore mundoq; corde iubentur omnipotentĩ seruire, & cultui eius assiduè esse intenti, hanc indefinenter ferunt virtutē: & sicut pontifex summus distinctè instituit: vina si fortia sint, temperent sibi, nec vnus aliũ incitet ad potandum, sed & summè ac inuolabiter caueant ad haustus potare æquales, quod prorsus bestiale ac fatuum est, quò id non conueniat complexionis statuiue vnus, quod cõueniat aut minus disconueniat alteri. Postremò q̃ vitiosum & enorme sit, in aliquo prædictorum excedere, patet ex eo quod summus Pontifex præcepit reos in talibus ab officio beneficijsq; suspensit, nisi communiti resipiscant, q̃ si canonicorum prælatum non corripuerit ita agentes, vel si (quod absit) in prætaetis aut aliquo prætaetorum personaliter peccet, quanta dånatio imminet ei? Similiter quoq; canonicis culpabilibus in prædictis, nec tamē in vita hac recipiētibus disciplinã.

Qualiter prohibitum sit clericis & ministris Ecclesiæ negotiationi intendere, seu secularia officia uel commercia exercere. Artic. VII.



Secundum exigentiam finis disponenda sunt media. Finis namque necessitatem imponit his quę ordinantur in ipsum. cum igitur iuxta præhabita, ad hoc institutus, prouisus atque dotatus sit status canonicorum, vt quæta, pura ac libera mente vacent ac seruiant Creatori, & eum meritis suis ac precibus reconcilient, propitijsq; exhibeant tam sibi quàm eis quorum elemosynis atq; stipendijs sustentantur: hinc eis prohibentur occu-

pationes & actus, qui directè ac vehemētè impediunt à prætaeta mentis vacatione quietà, à pura adhæsiōe cum Deo, ab interna libertate circa diuina, qua exoneratur à curis mundanis secularibusq; negotijs. Hæc autē sunt: negotiatio quæ ordinatur ad lucrum terrenum, mundana commercia, secularia quoq; officia, per quæ omnia cor valdè dispertitur ad externa, implicatur terrenis, & à spiritualibus ac diuinis retrahitur, quocirca ait Apostolus: Nemo militans Deo implicat se secularibus negotijs. Vndè in gēstis Cathaginensis fertur concilij: Nicasius Episcopus dixit: Credo suggestione meam sancti tati vestra placere, et displicere vobis, vt qui seruiunt Deo & annexi sunt clero, ad actiones vel administrationes aut procuraciones domorũ accedant. Gratianus Episcopus dixit: Apostolorum statuta sunt: Nemo militans Deo implicat se secularibus negotijs. Proinde clerici sint sine arditionibus domorum, aut actores domorum sine officio clericorum. Præterea, adhæc probanda plurima inducuntur XIII. quæst. 4. vt illud Tartarconensis concilij: Canonum statutis firmatum est, vt quicumq; in clero esse voluerit, emendi vilis & vendendi carius studio nõ vtatur. Alioqui cohibeatur à clero. Hinc sancta synodus Nicæna instituit: Quoniam multi clerici auaritiæ turpia lucra sectantes, diuinũ præceptũ oblitũ sunt, statuit hoc sanctum conciliũ, vt si quis inuentus fuerit post hæc diffinitionem vsuras accipere aut ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari, vel species frumentorum ad septuplum dare, omnibus qui tale aliquid conatus fuerit ad quæstũ deijciatur à clero, & alienus habeatur ab Ecclesiastico gradu. hinc ait Gelasius Papa: Clerici ab indignis quæstibus nouerint abstinendum, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio & cupiditate cessandum. In quocunque verò sint gradu, si cessare noluerint, mox ab Ecclesiasticis beneficijs & officijs cogendi sunt abstinere. In concilio quoque Martini Papæ præcipitur: Si quis oblitus timorem Dei fecerauerit, vel centesimam exegerit, aut ex quolibet negotio turpelucrum quæserit, aut per diuersas species vini aut frugis vel cuiuslibet rei emendo vel vendendo incrementa susceperit, à gradu suo deiectus, alienus habeatur à clero. His cõsonat illud Melchiadis Papæ: Decreuit sancta synodus, nullum deinceps clericum possessiones conducere, aut secularibus se negotijs permiscere, nisi propter curam pupillorũ aut orphanorũ aut viduarũ aut si episcopus ecclesiasticarũ rerum sollicitudinẽ eum habere

1. Cor. 16.

Rom. 14.

1. Cor. 16.

Phil. 3.

Iacob. 5.

1. Cor. 6.

1. Cor. 6.

Eph. 5.

1. Cor. 16.

1. Cor. 16.

Sobrietas
nihil aliud
est.

Rom. 13.

Ibidem.

Rom. 6.

1. Pet. 2.

1. Timoth. 3.

Hieronym.

2. Tim. 2.

14. q. 4. c. 10
nonnulli.

habere præcipiat; quia & alia sunt negotia secularia, & alia ecclesiastica. Præterea, quæ sunt negotia ista clericis interdicta, circa finem tertij Decretalium ex Lateranensi concilio declaratur: Multa sunt (inquit) secularia negotia, ex quibus pauca perstringemus, ad quæ pertinet omnis carnalis concupiscentia, & quicquid plus iusto appetit homo, turpe est lucrum munera iniuste accipere & dare, pro aliquo seculari quæstu pretio aliquo conducere, contentiones, lites vel rixas amare, in placitis secularibus disputare, excepta defensione orphanorum aut viduarum, conductores aut procuratores esse secularium rerum, turpis verbi aut facti esse ioculatorum, aut iocum secularium diligere, aleas amare, ornatum in conueniens suo statui quærere, in delicijs viuere, velle gulam aut ebrietatem, canes vel aues sequi ad venandum, & quibuscumque vanis aut superfluis interesse. Ecce ista hisque similia, ministris Ecclesie & altaris dei & monachis omnino interdicimus. Hinc in apostolorum canonibus continetur: Episcopus aut sacerdos aut diaconus nequaquam secularis curas assumat. Alexander quoque III: Sub interminatione, ait, anathematis prohibemus ne monachi vel clerici causa lucri negotientur. Hieronymus quoque: Negotiatorum, inquit, clericum & ex inope diuitem factum, atque ex ignobili gloriosum quasi quædam pestem fuge. Itaque sacerdotes & clerici prohibentur secularium negotiorum esse procuratores. Hinc in decreto cap. 22. quæst. 3. Nicolaus Papa affirmat: Peruenit ad sanctam synodum, quosdam ex clero, propter turpe lucrum maiorum possessionum conductiones & seculares causas assumere. Decreuit ergo synodus sancta deinceps nullum Episcopum aut clericum vel monachum conducere possessiones aut misceri secularibus procurationibus, nisi forte qui legibus ad minorum ætatum tutelam aut procuraciones orphanorum vel viduarum inexcusabiles attrahantur, aut episcopus ecclesiasticarum rerum gubernacula eis commiserit. Itaque prout frequenter tægitur in decreto, quædam extant negotia cunctis illicita, utputa quæ fieri nequeunt absque culpa, sicut vsura & Simonia. Quædam verò sunt, quæ raro & difficulter queunt fieri sine peccato, ut præacta negotia, à quibus cur abstinendum sit clericis & ministris ecclesie, compendiosè tangit Thomas in Secunda. secundæ quæst. 77. dicens: Clerici abstinere debent non solum ab his, quæ in se mala sunt, sed etiã ab his quæ speciem habent mali, quam habet negotiatio, quoniam ordinatur ad lucrum terrenum,

Ext ne clerici
uel monachi,
ne. c. Sed nec
procu.

cuius clerici debent esse contemptores. Secundò propter frequentiam negotiorum peccata. Tertio, quoniam per negotiatiõem implicatur animus secularibus curis, & retrahitur à diuinis. Hinc S. Martyr & Præsul Cyprianus causam horum assignans fatetur: Qui diuino sunt sacerdotio honorati, atque in clericorum ministerio constituti, nõ nisi altari, & sacrificijs deseruire & precibus & lectionibus sacris debent vacare. Ecce ex his constat, ad quàm virtuosam, quietam, spiritalem & exemplarem vitam teneantur canonici, qui non solum à malis, sed insuper ab omni specie mali & à vitiorum occasione prohibentur; ab omni quoque, sensuali affectione, à delicijs seculi, à pompa & mundano ornatu, immo vanis atque superfluis factis, ludis, iocis interesse simpliciter prohibentur. Hinc eis præcipitur, ne mimis & ioculatoribus aut histrionibus sint intenti, & ne taxillos aut aleas ludant, nec talibus ludis assistant. Sed de hoc sequenti magis tangetur articulo.

Cur clerici, canonici & in sacris ordinibus constituti, debeant mimos & ioculatores ac histriones vitare, ludumque, alearum & taxillorum, atque tabernaculorum. Articulus IX.

Ministros Ecclesie, quos à secularium vita ac moribus differre oportet, necesse est maturitati morum ac probitati vacare, compunctioni atque diuino timori operam dare, sicque in conspectu altissimi orationibus ac psalmodijs atque pijs actibus inhærere, ut pro proprijs ac fundatorum & benefactorum suorum excessibus & peccatis satisfaciunt Deo: idcirco cauere iubentur ea, quæ compunctiõem, maturitatem, deuotionemque dissipant, dissolutionem inducunt, & seculares generant mores, ut sunt familiaritates, exercitia, ludi & iocum mimorum & ioculatorum ac histrionum, visitatio tabernaculorum, commensationes & lauta conuiuia, lusus alearum & taxillorum, quibus multa enormia coniuncta sunt vitia, ut patebit, & ex amore procedunt pecuniæ, auaritiæque; concernunt. Præterea, ut fundamentalibus, eidentibus, ac certis innotescat, qualiter canonicis & ministris Ecclesie interdum liceat ludere, & qui ludi sint eis liciti, aduertendum quod Thomas scribit in Secunda secundæ, Durandus quoque in summa sua, Iohannes in summa confessorum & alij concorditer asserunt, quemadmodum homo indiget corporali resolutione,

collatione, quiete & somno, quia non valet continuè laborare, sic in anima indiget virium recreatione atque solatio, quòd fit per aliqua verba aut opera, in quibus non intenditur neque requiritur nisi delectatio animalis: & hæc verba ac opera vocata sunt ludicra & iocosa. Circa quæ tria sunt obseruanda: primum est, ut delectatio talis non queratur per verba aut facta inhonestæ, turpia aut nocina alicui. II. est, ne grauitas seu deuotio cordis nimis resoluatur per talia. III. est, ut iocus seu ludus exsistat conueniens ex parte personæ & loci ac temporis, alijs quoque virtutum circumstantijs debite decoratur. Virtus autem per quam homo ita decenter se habet in ludis, secundum Philosophum 4. Ethic. eutrapelia vocatur. Porro si ludo admisceantur verba aut facta turpia, lasciuia, nociua, scandalizatiua, mendosa, graue peccatum est, & frequenter mortale: immo affectus ad ludum & iocum, posset esse tam immoderatus, dissolutus & vehemens, quòd esset mortale peccatum veniale. Ex his elicitur, quibus & quando ac qualiter liceat ludere. Illis planè ludere licet modo præfato, qui spiritualibus aut corporalibus exercitijs bonis insistant vsque ad rationabilem fatigationem, nõ his qui loquacitati & otio vacant, qui otia & dissolutiones admittunt quotidie, qui lauta agunt conuiuia, & in eis per verba, cachinnos, dissolutiones, immoderantiasque excedunt. Grauius igitur peccant, & intolerabilia promerentur supplicia ministri Ecclesie, præsertim canonici atque in sacris ordinibus constituti, qui cum quotidie ea quæ Dei sunt, cur foris agant, horas festinanter persoluunt, immo de diuino officio se celeriter nimis expellant, deinde quæ carnis sunt, explicat diligenter, & laute ac morose reficiantur, suasque habeant consolatiões in multis: & tamè quasi assidue seu frequenter refectiõne completa & alijs horis, ludis vacant, iocisque immorantur, aut etiam quod enormius est, ad taxillos aut aleas ludunt: aut qui ludis illis interfunt, communicantes & fauentes ludentibus, seu in lucro & damno ipsorum participant. Certe isti non habent rationabilem causam ludendi, sed potius horis quibus ludunt, debeant sua deplorare peccata, & tempus quod alijs suis vanis recreatiõibus, otiositatibus, fabulationibus, risibus, infructuose, immo & vitiose consumunt, recuperare pro possessore negligentiæ quoque & defectuositates, quas diuinum soluendo officium incidunt & committunt, desistere. Hi insuper nimium immorantur suis ludis & iocis, & deuotionem ma-

Ludere clericis quibus, quando & qualiter licet.

nitatemque cordis, si quam paulo antè habebat, totaliter dissipant & corrumpunt. Heu quæ periculosa est talium vita, quæ perditam atque dānabilem, qui pro eo quod prandio factis & cœna completa, deberent ad cameras suas redire, aut librarías intrare, & sacris lectionibus saluberrimisque considerationibus esse intenti, prout sanctus loquitur Cyprianus, se ad exteriora omninò effundunt, ad carnalia & mundana se solatia intemperate exponunt, ac varijs modis pretiosissimum tempus ipsius indultum, inutilissimè ac lamentabilissimè perdit, suæ vocatiõis statum nõ attendentes, nec conscientias suas coram Deo discutientes: immo ad quæ, quanta & qualia teneantur, vix unquam debite efficaciterque pensantes. De talibus ait electus Dei Bernardus: In solètia clericorum ubique terrarum turbat Ecclesiam & molestat. Alienis nimirum laboribus locuple-^{1043.} tantur, comedunt fructus terræ absque pecunia, & prodit quasi ex adipe iniquitas ipsorum. Mens quippe assucta delicijs, nec exulta disciplinis, multas contrahit sordes. Quatos videmus qui non Christo Domino, sed suo deserviunt ventri: atque in multis eorum fornicatio regnat, qui puritatis auctori impuro corde ac sordido corpore ministrantes, non verentur iuxta se stare angelum Dei, qui fecerit eos medios & disperdat. Præterea, sicut in Summa sua Durandus prosequitur, ludus qui fortunæ innititur, ut est ludus alearum, nõ potest pro pecunia fieri, nisi sex concurrat: Primus est congruitas personæ: clericis nãque in alea ludere non licet. Vnde aleator publicus & vsurarius repelluntur à dignitate obtinenda, nõ obstante consuetudine contraria, extr. de excess. præl. Inter dilectos. In beneficio tamè obtento potest ei Episcopus gratiã facere, si se corrigat, alias de iure debet deponi 14. quæst. 4. Si quis. & c. quomodo. Secundum est congruitas materiæ, quia pro esculento & poculento aliquo modo ludere licet, loquendo de ludo laudabili iuxta phabita, ita quod nõ intenditur nisi rationabile solatiũ, & nõ lucrũ: ideo tertium est finis, ut nõ propter auaritiã, sed recreatione exerceat. Quartum est mensura, quia nõ licet ludere ultra solidum vnum etiã si ludès sit multum dies. 2. c. de religiosis. Quintum est congruitas temporis: ut non tempore ieiunij vel penitentiæ aut coionis fiat. Sextum, congruitas modi, ut fiat sine dolo, nec quæ contra legem faciat ludi, nec aliud prouocet ad ludendum. Aduertat hæc clerici, ad tantã excæcatione, impietate, insaniamque prolapsi, ut nõ obstantibus sacris canonibus & decretis, audeant & præsumant publice taxillare, & desiderio lucri turpissimi ad taxillos & aleas instar

Bernardus.

1043.

Psal. 72.

Rom. 19.

Danie. 13.

Ad lucum quem requiritur.

instar luforum fecularium ludere, cum tamen ad lucratorum reftitutionem feu in pios vſus conuerſionē penitus teneantur, nec aliter poſſunt ſaluari, ſacramentaliter abſolui, tor quoq; tantaq; grauiſſima crimina in huiusmodi ludo conſiſtant, quæ Raimundus, Oſtienſis, Iohannes & alij multi enumerant, & in ſiã forſan tanguntur. Reſpiſcant ergo miſerrimi, & diuini penſent rigorē iudicii, intolerabilia quoq; tormenta inferni, quæ paulo poſt irrecuperabiliter incident, niſi iam non ſolum deſiſtant, ſed & condignos agant pœnitentiæ fructus.

Luc. 7.

Introductio uariarum conſiderationum ſalubrium ex quibus uniuerſi fideles, præſertim miniſtri Ecclēſiæ contemere debent omnem ſuperſtuitatem & uanitatē ludorum, iocorum & delectationum inanium.

Articul. X.

Sicut teſtatur beatiſſimus princeps Apoſtolorum, Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Ideo qui ſe dicit in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. Etenim membra ſuo debent capiti adherere & conformari. Chriſtus autem in ſeculo iſto ſuſpiraffe, ingemuiſſe, ploraffe, in fremuiſſe; ſpiritu legitur, nunquam autem iocaffe, riſiſſe, luſiſſe. eius ergo maturitatem, ſerioſitatem, diligentiam, quantum humana permittit fragilitas, ſequi debemus, quæ admodum ipſe iuſſit: Qui mihi miniſtrat, me ſequatur. Et ruruſus: Qui odit, inquit, animam ſuam in hoc mundo, id eſt, per modū odientis caſtigat, affligit, refrenat, in vitā æternam cuſtodit eam. Hinc in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt: Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluptate tua auertere. Primum igitur ad voluptatum, vanitatum & diſſolutionum aſpernationem inducens, eſt conſideratio conuerſationis Chriſti, qui ſuis dixit diſcipulis: Exemplum dedi vobis, vt quem admodum ego feci, ita & vos faciatis. Hinc ſanctus fatetur Hieronymus: Nō eſt poſſibile iam gaudere cum ſeculo, & poſteā regnare cum Chriſto. Hinc Salomon dixit: Riſum reputaui errorem, & gaudio dixi: Cur fruſtra deciperis? Secundum eſt conſideratio ſtatus vitæ præſentis. Sumus enim in ſeculo iſto tãquam in graui exilio, in valle lachrymarū, in domicilio ærumnarū, in regione vmbre mortis, in regno diſſimilitudinis, in peregrinatione, via & carcere. Idcirco inſaniſſimū

1. Pet. 2.

2. Iohan. 12.

Iohan. 12. Ibidem

Eccleſiaſt. 28. 2.

Iohan. 13.

Eccleſiaſt. 2. 11.

eſt, in hmoi loco delicijs velle affluere, vanitate reſolui, riſu & ioco laxari: immo q in ſeculo iſto expetit diuitijs, delicijs atq; honori bꝰ proſperari, in ipſo factō pandit ſe eſſe nō peregrinum aut exulem, neq; cœleſtis patrię amatorem, ſed ciuem & filium Babylonis, ſeruum iniquitatis, viatorem perditionis. Hinc loquitur Ieremias: Vſque quō delicijs diſſolueris filia vaga? et propheta: reſcruit cō ſolari aſia mea. Itēq; : neu mihi quia incolatꝰ meus prolongatus eſt. Atq; de ſanctis veteris teſtamenti & legis naturæ teſtatur Apoſtoloſ: Conſistentes quia peregrini & ad uenæ ſunt ſuper terram. A præſenti ergō exilio, ſeruidē & frequenter ſuſpiremus ad glorioſam illam patriam beatorū, & gaudia mūdi, tanquam æternę pocula mortis abhorreamus cum Apoſtolo ſanctō dicentes: Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce nomini mei Ieſu Chriſti, per quem mihi mūdus crucifixus eſt, & ego mundo. Tertium eſt conſideratio periculorū, quibus expoſiti ſumus. Verſamur nanq; & ambulamus indefinenter in medio laqueorū, & in campo ſeculi huius innumerabilium, inuiſibilium, atrociffimorum callidiſſimorumq; hoſtium multitudine. vndiq; circumuallato & pleno quorum manus & rabiem euadunt pauciſſimi. Incerti etiam ſumus, an conuerſatio noſtra placeat Deo, an finaliter ſimus damnandi, an peccata noſtra ſint nobis iudulca, & ſci mus quōd diſtrictiſſimum & metuendiſſimum iudicem, à quo iudicabimur citō, grauius multipliciterq; offendimus, quōd itē quotidie ſæpe peccamus, atq; ad vitia ſumus procliuēs: quę omnia ſi dignē perpendimus, non iocari ac ludere, ſed gemere ac lugere placebit, & cum Salomone fatebimur: Melius eſt ire ad domum luctus quam ad domū conuiuij. In illa enim (videlicet in domo luctus) finis cūctorum admonetur hominum & viuens cogitat quid futurum ſit. Quartū eſt conſideratio vniueroſorum malorum tã culpæ quam pœnæ quæ quotidie ſunt in mundo, quōd ſcilicet tam multa & magna ſcinora inceſſabiliter ſūt in ſeculo, quibus creator omnipotēs tã multipliciter atq; enormiter à ſuis creaturis in honoraſ, qꝰ aſſiduē tot animæ æternaliter perunt, quōd tot & tantę tribulationes, grumg, inopie, deſolationes, oppreſſiones, mœrores contingunt inceſſanter, ac in ſunt hominibus & proximis noſtris ac Chriſti membris: quos ſi diligimus tanquam noſ ipſos, debemus vtiq; compati eis, ſicut nobiſmetipſis compati optaremus in caſu conſilij. Certē qui hæc ritē perpendit, cum Ieremia dicere poterit: Quis dabit capiti meo

1. Pet. 2. 11.

1. Pet. 2. 11.

Galat. 6.

1. Pet. 2. 11.

1. Pet. 2. 11.

1. Pet. 2. 11.

1. Pet. 2. 11.

1. Pet. 2. 11.

1. Pet. 2. 11.

1. Pet. 2. 11.

1. Pet. 2. 11.

1. Pet. 2. 11.

1. Pet. 2. 11.

1. Pet. 2. 11.

1. Pet. 2. 11.

1. Pet. 2. 11.

1. Pet. 2. 11.

1. Pet. 2. 11.

1. Pet. 2. 11.

1. Pet. 2. 11.

1. Pet. 2. 11.

1. Pet. 2. 11.

1. Pet. 2. 11.

1. Pet. 2. 11.

1. Pet. 2. 11.

1. Pet. 2. 11.

1. Pet. 2. 11.

1. Pet. 2. 11.

1. Pet. 2. 11.

piti meo aquas, & oculis meis fontē lachrymarū, & plorabo die ac nocte? Si Samuel tã diu ac grauius deplaxit Saulem, & Ieremias deſtructionē Ieruſalē, Paulus quoq; quōſdã Corinthiorū, quãtūm & qualiter deplorãda ſunt oīa mala præſecta? Cōpatiamur igitur proximis noſtris afflictiſ, tētatis, periclitatiſ, oppreſſis & deſolatiſ. Quintum eſt multitudo & magnitudo nocentorū, quæ delectationes inferunt homini. Nã priuant homines omni Charifmate gratiarū, quæ & Salomonē inſatuaerūt & Eum traxerunt ad diuini transgreſſionem præcepti, & me nte vehementer excacat atq; in malis obdurat, immo damnationē merentur æternã. Etem breue quod delectat, æternū quod cruciat. Quis pro voluptatibus noctis vnus vellet tota die ſequente in ardente iacere fornace? Cur ergo audemus peccare mortaliter, cum pro vno peccato mortali pœna infligat æterna incēdij infernalis? Sextū eſt vilitas, fræditas ac brutalitas carnaliū voluptatū, propter quos homo maximē vituperat, Deo & angelis diſſimilis redditur ac beſtiis conformat. Vnde de carnaliſ exponit illud Toelis: Cōputruerūt iumenta in ſtercore ſuo. Et quod ait Pſalmiſta: homo cum in honore eſſet, nō intellexit: cōparatus eſt iumētis inſipientibꝰ. In ſuper voluptatibus carnis & mūdī multæ amaritudines ſunt admixtæ ſumptuoſe quæ ſunt, & ſæpe cū grãdi periculo acquiruntur, laborioſe paratur, easq; cōpœnitudo cōcomitat. Idē Salomon loquitur: Adoleſcentia & voluptas vana ſunt. Itēq; Dixi, vadā & affluam delicijs, & fruam bonis: & vidi quod hoc quoq; eſſet vanitas. Itaq; tēpore iſto nobis ad pœnitendū, nō ad iocandū & ludendū indulto, actibus pœnitentię inſiſtamus, à cordis diſſolutione, vanitate & intimorata relaxatiōne ſemper abſtineamus.

v.

vi.

Iob. 1. Pſal. 48.

Eccle. 12. 2.

De condecenti veſtitu Eccleſiaſticorum, præſertim canonicorum, & de multiplici eorum exceſſu in veſtibus & de cupiditate eis nitanda.

Articulus XI.

Quandō miniſtri eccleſię tenentur præ laicis eſſe virtuoſiores eō debet præ illis eſſe in veſtitu ſimpli ciores, humiliores & exemplario res: implereq; debet quod in eccleſiaſtico legitur: In veſtitu ne gloriaris vnq; immo quicquid intuentiū, præſertim ſarum oculos & corda poteſt ſcandalizare ac libidine mouere, oēm videlicet curioſum ornatum & apparatus pompaticū tenentur omnimodē præcauere ſpecialiter, cum non de eis duntaxat, ſed de omni quoq; credente ſancti patres Hieronimus, Chriſtoſtomuſq; teſtantur: Vir aut mulier ſe ornās, & ſuo ornatu in ſe hominū oculos prouocās, etiãſ nullū malū inde ſequatur, tamē æternū ſupplicii patietur, quia venenū præbuit, ſi fuiſſet qui biberet. Si hoc tam mortale eſt in vulgaribus quãdō iniquū eſt in miniſtris Eccleſiæ, qui præcipuē obligantur ceteras edificare perſonas? Cur ergo incedūt tã cōpti & culti vt ſpōſe, prout ait, S. Bernard. Reſpice eminꝰ qualiter incedūt or nati tanqꝰ ſpōſius procedēs de thalamo ſuo, vt ſi longē videris quæquã, potiūſ putes ſpōſam quam ſponſi paranympſū. Certē ſecundū ſanctorū patrū doctrinã iubentur ſimplici veſtitu, ſicut & ſimplici victu eſſe contenti. Preterea diuinus ait Apoſtoloſ: Nolite cōformari huic ſeculo, ſed renouamini ſpiritus mentis veſtræ. Canonicus igitur & ſacerdos ab omni curioſitate, pompa, ſuperfluitate, vanitate, laſciua veſtium hominū mundanorum debet cauere, prout ſancti doctores ac præſules Baſilius atq; Iſidorus docuerunt. Sed iam ſuper hac re canones & ſtatuta, ex diuina inſpiratione edita perpēdantur. Legitur nanq; in 7. ſynodo, & habetur in decreto 21. quæſt. 4. Omnis iactantia & ornatura alie na eſt ab ordine ſacro, eoſque Epifcopos & clericos, qui ſe claris ac fulgidis veſtibus ornant, emendari oportet: qui ſi in hoc permanserint, epitimio tradantur, ſimiliter eos qui vnguentis vtuntur, in ſuper quoq; deridentes eos qui vilibus & religioſis veſtimentis amicti ſunt, per Epitimiū corrigantur. Priſcis enim tēporibus omnis vir ſacratus (hoc eſt, in ſacris ordinibus cōſtitutus) cum mediocri & vili veſte conuerſabatur. Omne quippe quod non propter neceſſitatem, ſed propter venuſtatē accipitur, elationis habet calumniã, ſicut magnꝰ ait Baſilius. In ſuper Zacharias Papa inſtituit: Epifcopi, preſbyteri, diaconi indumentis ſecularibus nō vtantur, ſed veſtibus ſuo ordini cōgruētibus: neq; dū ambulauerint in ciuitate aut in via aut in plateis, ſine operimēto ambulare præſument, niſi in longo itinere: quia ſicut mulier orans in Eccleſia non velato capite deturpat caput ſuum iuxta Apoſtolum: ita ſacerdotes ſine operimēto euntes deturpant ſacerdotiū ſuū, quōd ſi temerē præſumpſerint cōtra ſtatuta hæc agere cōmunionem priuentur, donec quæ ſtatuta ſunt impleant. His conſonat quod Innocentius Papa I. Præcipimus, inquit, vt tam Epifcopi quam ſacerdotes & clerici in ſtatu mentis & in habitu corporis Deo & hominibus ſtudeat cōplacere: & nec in ſuperfluitate vel ſciſſura aut colore veſtium, nec in tonſura cōſpectū in-

Pſal. 18.

ROM. 12.

N uentiu,

tuētū, quorū forma & exēplū esse debēt, of-
fendāt, sed potius q̄ eorū deceat sanctitatē,
obseruent. Hinc beatus ait Bernardus: Res
pauperū nō pauperibus dare sacrilegij crimē
est. Porro facultates Ecclesiarum, sunt patri-
monia pauperū, & sacrilega crudelitate eis
furrpitur, q̄ quid sibi ministri ecclesie vltra
simplicem victum accipiūt & vestitum. Nec
enim ordinauit Deus his qui Euangelio ser-
uiunt de Euangelio quærere diuitias vel or-
natum, sed viuere ex eodem, vt sint contēti
corporis alimento, nec gulæ iritamenta,
nec incētia quærāt libidinis: & quib⁹ tegan-
tur, non quibus ornētur, accipiant. Sed quo-
modō necessarijs poterit esse cōtēt⁹, qui eo
animo introiuit, vt stipēdia cleri in vsu vo-
lupatis, curiositatis, vanitatis cōgreget, ser-
uet, expēdat? Hinc rursus ait illuminatissim⁹
Bernard. Clamāt nudi, clamāt famelici & cō-
querūtur, dicētes: Nobis fame & frigore mi-
serabiliter laborantibus, quid cōferunt tot
mutatoria vestimentorū, vel extrēsa in perti-
cis, vel plicata in maticis? Inostrū est quod ef-
funditis, nobis crudeliter subtrahitur, quod
inutiliter & iniquē expenditis. Haberis ō cu-
riose quo delectemini, & quo sustētemur nō
inuenimus nos miseri. Deniq; iustus ac sapi-
entissimus Deus cōdidit ista terrena in cō-
munē omniū indigentū usum, quatenus v-
nusquisq; secundum sui status decētiā indē-
vtatur, ita quod tēporalia bona, quantum ad
vsu debent esse cōmunia, quamuis quantum
ad ius seu titulū possidendi aut erogandi ac-
dispensandi, quaedā quibusdā sint propria,
prout in Secunda secūda determinat Tho-
mas. Quod ergo vnus in suū vsu conuer-
tit superflue, seu quod sibi referuat auarē &
itē quod sibi acquirit immoderatē, hoc sub-
trahit alijs, præfertim egenis, & furti seu ra-
pinę incurrit peccatū, immo & grauē crudeli-
tatē, prout Gulielmus Parisiensis & Vdalricus
declarāt. Hinc beatus pater Ambrosius
protestat, quod in decreto habet, dist. 27. ca.
Sicut hi. Nūquid iniquus est Deus, vt nobis
tam inæqualiter distribuatur vitæ subsidia, vt
tu quidē sis affluens & abundās, alij aut egē-
tes? An potius idcirco sic accidit, quia & tibi
voluit Dominus benignitatis suæ experimē-
ta conferre, & aliū per virtutē patientiē coro-
nare? Tu ergo susceptis nei muneribus, & in-
sinū aut vsu tuum redactis, nihil iniquū te
reputas agere, si subsidia vitæ multorū solus
obtineras aut reserues? Quis enim tā iniustus
tam auarus, q̄ qui multorū etiam pauperū
alimētā suū nō tantāmodō vsu, sed & abū-
dantiā ac deliciis facit? Neq; em̄ minoris est
crimini habētī tollere, quā cum dare pos-

sis & abūdas indigentibus denegare. E sur-
entium panis est, quem tu detines, nudorū
vestimentū est, quod recludis, miserorū re-
demptio & absolutio pecunia quam in terra
defodis aut in scrinio claudis. Tantorū ergo
te scias bona inuadere, quātis vales & nō vis
præstare. His per omnia cōsonat, quod ma-
gnus ait Basilus: Si tibi (inquit) fateris diui-
nitatis prouenisse tēporalia bona, an iniustus
est dominus inæqualiter res ipsas nobis di-
stribuens? Cur tu abundas, ille verō mendic-
cat, nisi vt tu bonæ dispensationis merita cō-
sequaris, ille (videlicet pauper) patientiē bra-
uijs decoretur? Famelici panis est quem tu
detines, nudi tunica quam in conclauī con-
feruas, discalceati est calceus qui apud te ma-
re fecit, indigentis argentum quod possides
humatum aut clausum. Idcirco tot indigen-
tibus iniurias, quot dare valebas, nec donas.
Aduertant hæc domini nostri canonici, qui-
bus ne vnum quidem beneficium compe-
tens sufficit; ponderent hæc, qui tot vestes
pretiosas seu pellibus subdus in cameris
habent iacentes, qui aurum & argentum si-
bi thezaurizat, aut libidinose & sumptuose
viuendo cōsumit. Attēdant quomodo Iudi-
ci summo reddere poterūt rationē cuius mē-
bra fame, siti, nuditate & frigore permittunt
affligi, quibus ne hospitiiū prębet aut lectū.
Itaq; sicut in Summa virtutū, & vitiorū indu-
citur, ministri Ecclesie circa vestitū multi-
pliciter grauitēq; offendunt. Primō in nimia
vestitū pretiositate, secūdo in mollitiā, ter-
tiō in curiositate & ornatū vestimentorū,
quartō in multitudine earundē, cum dicat
beatus Iohannes Baptista: Qui habet duas tu-
nicas, id est, vnam nō necessariam, det nō ha-
benti. Vitāda sunt ergō canonicis & mini-
stris Ecclesie circa vestes vestitūq; ornatu,
quæ supra 4. sunt tacta articulo, vt scilicet
ferant vestimenta de super clausa, nō nimis
longa, nec nimium breuia, nec pannis rube-
is viridibus vtantur. Postmodō, legitur in
ter miracula gloriosi Hieronymi, quod qui-
dā presbyter Cardinalis, nomine Andreas,
defunctus, fuerat æternaliter condemnan-
dus, nisi sanctus Hieronymus impetrasset
animæ eius reductionē ad corpus, ad peni-
tendum & satisfaciendum in vita præsentī,
præsertim ob hoc qd in vestitu præfatis mo-
dis excessit: qui tamen Cardinalis alias fuit
vir castus, & multis præditus commendabi-
libilibus punctis.

Ne cum canonicis fœminæ commorentur demptis
propinquis & uctulis. Artic. XII.

Ex.



Xperientia est veritatis magistra.
Idcirco quæ experientia docet,
quid necesse multipliciter com-
probari? Porro quā multa atq;
enormia scelera, quā nocentissima scanda-
la, quā lamentabilis ac defenda deformatio
& ruina nascantur ex cohabitatione mu-
lierum cum sacerdotibus atq; canonicis, ex-
perimentaliter & ad oculum innotescit, itā
vt iam a capite vsq; ad pedes quasi nulla sit
sanitas, sed sicut Oseas propheta prædixit:
Fornicatio & adulterium inundauerunt. Vn-
de certissimē patet quā periculosa, incau-
ta, vitanda sit cohabitatio illa, quāque
consultissimē ac rationabilissimē sancti pa-
tres in synodis multis ac summi Pontifices,
diocesani quoq; Episcopi prohibuerint eā:
quod autem frequentius ac districtius & ab
eminentioribus prælatis prohibita est, eō ini-
quius est maiorisq; cōtempus aut negligē-
tiæ inclusum, eam non euitare. Tangenda
sunt autem & commemoranda hinc aliqua
generalium conciliorum ac summorum de-
creta Pontificum, ad monstrandum quā se-
riossimē sancti & discretissimi patres, præ-
tactam cohabitationem abhorruerunt, pro-
hibuerunt, ac funditus exterminare conati
sunt. Denique contra hoc plenē legitur pro-
uidisse Maguntinensē concilium: Præcipi-
endum est, inquit, vt nullus sacerdos aut
clericus fœminas, de quibus suspicio esse po-
test, retineat: sed nec illas quas canones con-
cedant, videlicet matrem, amitam & sore-
rem: quoniam instigante Diabolo etiam in
ipsis scelus esse perpetratum reperitur, aut
etiam in pedisequis earundem. Verunta-
men rigor decreti istius postmodū est la-
xatus, quantum ad personas multū propin-
quas aut vetulas, super quibus naturale fo-
cus aut ætas non sinunt sinistrum quid su-
spicari. Hinc Innocentius tertius cuidā scri-
bens Episcopo: Cū clericis, inquit, non
permittas mulierculas commorari, nisi
forfan de illis personis existant, in quibus
naturale ius nihil sequi criminis suspicari per-
mittat. Hinc beatissimus Papa Gregorius:
Volumus, ait, sacerdotibus prohiberi ac cle-
ricis, nec cum mulieribus conuersentur aut
demorentur, excepta duntaxat matre, sore-
re &c. In registro quoq; disseruit: Legitur
quod beatus Augustinus nec cum sorore ha-
bitare consenserit, dicens: Quæ cum sorore
mea sunt, sorores meæ non sunt. Docti igitur
viri cautela, magna nobis debet esse in-
struatio. Denuō ait sanctus Gregorius, quod
etiam in Decreto, distinctione octogesima
prima habetur: Oportet sacerdotes quibus

populus Dei commissus est, cum magna con-
stantia vigilare super Dominicas oues, ne à
dæmonijs dilanientur. Neq; flere hoc de-
beo, quod cum ingenti tristitia dico. Nam
sacerdotes cum mulieribus habitare conspi-
cio, quod nefarium est audire aut dicere, &
contra canonum sanctorum statuta. Vbi e-
nim fuerit cohabitatio talis, non deerunt fli-
muli hostis antiqui. Ideo inducendi sunt nē
inuisibilis hostis fraude decipiantur, quate-
nūs iuxta Apostolum, non vituperetur mi-
nisterium nostrum. Cauere enim ab illicitis
nos sacerdotes oportet, vt manus valeamus
mundas ad Deum leuare, qui ait: Sancti esto-
te, quoniam ego sanctus sum. Si verō quis
præsumpsit agere, sacerdotij priuetur ho-
nore. Insuper 32. ex gestis sanctæ synodi
Nicensis inducitur: Interdixit per omnia san-
cta synodus non Episcopo, non presbyte-
ro, non diacono, non subdiacono, neq; al-
licui omnino qui in clero est, licere fœmi-
nam subintroductam habere, id est, non
habitare cū fœmina, quæadmodū in Rubrica
expofuit Gratianus, nisi cum matre vel so-
rore aut amita, aut cū personis quæ fugiant
suspiciones. Hoc ipsum in Carthaginensi
iussum fuit concilio. Hinc ait Syricus Papa:
Fœminas non alias in domibus clericorum
patimur esse, nisi eas tatum quas propter ne-
cessitudinum causas habitare cum eisdem
synodus sancta Nicenā permisit. Præterea
non tantum cohabitationem, sed incautam
quoq; & suspectā visitationē & allocutionē
mulieris sancti patres prorsus prohibuerūt.
Hinc in sexta synodo continet: In oibus cō-
uenit obseruari, vt nō nisi certo & congruo
loco ac tempore clericus mulieri loquatur,
quatenus omnis nefanda suspicio excluda-
tur. Certē solum ad solam accedere, nulla ra-
tio religionis permittat. Hinc demum in
VI. synodo Africana habetur: Clerici seu
continentes ad viduas vel virgines non ac-
cedant, nisi iussu aut permisso Episcoporum
aut presbyterorum: nec soli hoc faciant, sed
vadant cum clericis vel alijs quibus Episco-
p⁹ aut presbyteri iusserit: sed nec ipsi Episco-
pi aut presbyteri soli habeant accessum, vt
omnis tollatur suspicio. Idcirco & Lucius
Papa ait: Clericus solus ad fœminæ taberna-
culum non accedat sine maiorum præcepto,
nec solus presbyter cum sola fœmina fabu-
las misceat, nec archidiaconus sub prætextu
humilitatis aut officij frequenter intret do-
mestica matronis aliquid mandet secretē.
Si agnium fuerit & ille deponatur, & illa à
liminibus Ecclesie arceatur. Itaque quod
N 2 clericis

2. Cor. 6.

Leuit. 17.

Luc. 6.

Dist. 82. c. 6.
Clericus;

clerici permittuntur quibusdam cognatis foeminis cohabitare, intelligendum est, dummodò cum consanguineis mulieribus illis non habitent foeminæ, quibus cohabitare sacerdotes & clerici prohibentur. Ideo presbyteri atque canonici suis matribus aut consanguineis foeminis cohabitantes, provideant ne cum illis commorentur extraneæ, nisi sint vetulæ; alioqui recedant à matribus seu cognatis. Cùm itaque cohabitatio ista tam multipliciter & distinctè extat prohibita, nullus sacerdos aut clericus quamuis castus eam admittat, nec propter temporale emolumentum in ea permaneat: quod & maxime impleat, si aliqui presbyteri aut canonici cohabitent, de quorum habet periculo formidare ac præcauere: & quamuis certus esset, se nunquam posse tentari de foemina sibi cohabitante, tamen metuere debet de periculo foeminæ, ne illa tentetur ex parte ipsius.

Quod castitas corporis & munditia cordis, ualde specialiter decent sacerdotes atque canonicos. Articulus XIII.

CERTUM est, neminem posse Deo placere aut beatitudinem obtinere sine cordis munditia, cùm dicat Saluator: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Vnde & Salomon ait: Qui diligit cordis munditiam, amicum habebit regem. De quo dixit Apostolus: Regi autem seculorum immortalis inuisibili, &c. Vnusquisque quoque fidelium tenetur ad castitatem, vel virginalem, vel conjugalem, vel vidualem, seu eam quæ est abstinentia ab omni illicito concubitu. Porro ministri Ecclesiæ ad castitatem tenentur multiplici ratione. Primò, quia in sua consecratione seu promotione ad ordines sacros se ad continentiam adtrinxerunt voto, saltem implicitè aut æquiualeuter. Quemadmodum enim in Decreto copiosè ostenditur, nõ solum ad sacerdotium promouendi, sed inferiores quoque sacros ordines suscepturi, castimoniam debent uouere: & dato quòd modo non uoueant castitatem explicitè, implicitè tamen eam promittunt, dum uouent se secundum canones sacros uicturos, & obseruatos eosdem. Votum autem maxime obligat, immo magis quàm iuramentum, prout Thomas in Secunda secundæ, Iohannes, Bartholomæus & alij in suis Summis testatur atque Alexander de Hales in Summa sua, Bona uentura super III. Sententiarum concorditer scribunt. Votum per religionis professionem & sacrorum ordinum susceptionem

solemnizatur, hoc est, solenne efficitur, atque ad sui impletionem & spiritalem conuersationem fortissimè ligat, intantùm quòd non solum impedit matrimonium contrahendum, sed & dissoluit contractum: quia in huiusmodi voto solèni homo non solum se obligat ad bona agenda ac vitia fugienda, sed & promissionem suam quodammodò implet, seipsum à secularibus & carnalibus sequestrando, diuinis quoque & spiritualibus se mancipando. Sacerdotes ergo & canonici ac ceteri in sacri ordinis susceptione seipsum offerunt ac dant Deo, ut eius fideliter vacet obsequio, ideo consecrati sunt Creatori, & eius cultibus mancipati. Cõtractatio autem & usurpatio rei alienæ, inuito domino eius, est furtum, si contingat occultè, rapina uero, quando sit palàm: abusus quoque rei sacræ, sacrilegium nuncupatur; similiter furtum & rapina rerum Deo consecratarum, sacrilegia ritè censentur. Sacerdotes ergo & ministri Ecclesiæ fornicantes, sacrilegi fiunt, & furtum committunt sacrilegium, seu sacrilegium & rapinam, subtrahendo seipsum cultui Creatoris, & actibus impuritatis atque spurcissimis vitij, ac rebus carnalibus foedis ac foetidis se tradendo, subdendo & uiliter seruendo. Quòd si furtum & uolatio Calicis enorme est furtum, sacrilegiumque horrendum, quandò magis substractio & pollutio rationalis creaturæ Deo consecratæ, oblatæ ac mancipatæ? Secundò castimonia ad ministros Ecclesiæ spectat potissimè, quoniam ut diuinus Dionysius docet, in sumum ordinis superioris, & supremum ordinis inferioris, conuenientiam habent ad inuicem magnam: infimum autem in ordine totius angelicæ hierarchiæ, est ordo angelorum: supremum uero in ordine Ecclesiasticæ hierarchiæ seu militantis Ecclesiæ, est ordo sacerdotum & clericorum. Hinc sacerdos à Malachia angelus nuncupatur, cùm dicitur: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirent de ore eius, quoniam angelus Domini exercituum est. Sacerdotes ergo & clerici angelicè, castè & purè conuersari tenentur, & contra iustitiam peccant enormiter, vitam carnalem, bestialem ac fordidam exercendo. Tertio, quoniam ipsi sunt loco & vice Dei ac eius vicarij: idcirco Deificè, non turpiter ac brutaliter uiuere sunt adstricti, alioqui contra charitatem Dei peccant grauissimè. Quarto, quia præcipua dignitate & maiori honore à Deo sunt decorati, ideo debent Deo grati consistere, & ei in puritate seruire: alias essent Deo profus ingradi.

ingradi. Quintò, quoniam habent Deum placere, & e alias reconciliare atque immundos mundare, idcirco valde tenentur se Deo placere, castos & mundos exhibere cùm & sanctus dicat Bernardus: Væ filiis malis quoniam nondum reconciliati, alienæ reconciliationis officium, quasi gens quæ iustitiam fecerit, apprehenderunt. Nam & Apostolus protestatur: Qui in carne sunt, id est carnaliter uiuunt Deo placere non possunt. In Ecclesiastico quoque fertur: Ab immundo, quid mundabitur? Et Neemias: Mundati sunt sacerdotes, & mandauerunt populum. Sextò, quia conficiunt, sumunt & tractant sancta, immo Sanctum sanctorum, qui ait: Ego sum panis uiuus qui de cælo descendi. Si ergò in lege Mosàica tam prohibitum fuit immundis carnalia & inanimata sacrificia manducare, offerre ac tangere: quàm maledicti sunt & sceleratissimi coram Deo, qui corpus & sanguinem Saluatoris & uicini filij Dei conficiunt, contrectant, sumunt & porrigunt alij, & tamen in sordibus suis turpiter, scandalosè ac impiè uiuunt? Nonne per Moysen Dominus iussit? Sacerdotes qui accedunt ad Dominum sanctificantur, ne percutiat eos: & item: Homo qui habuerit maculam, non offerat panem Deo? Et rursus: Anima polluta quæ oderit de hostijs pacificorum, peribit de populo suo? Denique primo Regum Pontifex legitur dixisse ad Dauid: Non habeo panes laicos, sed tantum panem sanctum: si mundi sunt pueri, maxime à mulieribus, manducati: immo sacerdotes legis, tempore sui officij à legitimis abstinere iubeantur vxoribus: quanta est ergò facinorositas, impudentia, maledictio sacerdotum & clericorum Euangelicæ legis purissimæ, qui Sacramenta dignissima, in suis turpitudinibus remanentes contrectant? nõne infinita & supergrauissima damnatio imminet eis? Septimò, quoniam ipsi sunt oculi in corpore mystico totius Ecclesiæ: modica autem macula & læsio valde nocua est oculo. Octauò quoniam ipsi sunt speculum, in quod laici dirigunt oculos suos: speculum autem mundum & lucidum esse oportet. Nondò, quia eorum carnalitas magis redundat in omnipotentis iniuriam & contemptum, & etiam quia magis scandalizatiua populis est, & maxime ac inestimabiliter nocet eis ita peccati bus, & excæcat, indurat & damnat eos facitque eos neo altissimo & omnibus sanctis eius, ac cunctis hominibus aspernabiles, abominabiles, odiosos, uilissimos, maledictos. Postremò secundum Gulielmum Parisiensem, aliosque doctores, tales ministri nihil

iuris habent in bonis Ecclesiæ quæ deputata sunt membris atque militibus Christi, & quicquid de patrimonio crucifixi usurpant & consumunt, furtum est & rapina. Potissimè quoque ad restitutionem tenentur uerforum, quæ cum turpibus expendant personis. Ecce qualis est vita, quàm criminossima & periculosissima ministrorum Ecclesiæ lubricorum. Respiciant ergò à Diaboli laqueis, & periculis suorum immensitatem horrescant: alioquin maxime conuenit eis quod ait scriptura: Gens absque consilio est & sine prudentia, vitam sapienter & intelligenter, ac nouissima prouiderent.

*De imprudentia & periculo sacerdotum & canonicorum mulieribus cohabitanti-
um, ex uerbis sanctorum. Articulus XIII.*

PROBATISSIMè Ecce mortaliter, ut asserit Augustinus, qui discrimini se committit. Talis quippe contra veram agit prudentiam, ad quam sicut ad charitatem iustitiamque tenemur. Si quis iret per pontem, in quo uix vnus eua deret lapsum & merisionem, quis non diceret quòd ille stultissimè ageret, & omni caret prudentia, tanto se exponens periculo? Quandò magis reputandus est stultus & imitator sacerdos siue canonicus, mulieri secundum iura prohibitæ cohabitare præsumens, cùm de ceterum sic agentibus uix vnus euadat ruina, & si forsitan quis euadat actum obscenum, nõne paucissimi culpam imaginationis, stimulationis, consensum illiciti, sensualis amoris effugiunt? Etenim cùm mulieri non consanguineæ nec uetulæ cohabitare, eamque, asidue intueri, alloqui, audire, considerare oportunitatem quoque; habere malè agendi cum ea ex parte loci ac temporis, & tamen nullo modo prætracto circa eam excedere, neque carnaliter affici, nec à castitatis proposito impediri sit vitij; supra hominem ac magnæ virtutis, & viri in timore Dei ac in omni virtute bene fundati & exercitati: nõne periculosissimum est homini nondum sic exercitato, nec stabilito in gratia ac virtute cum prohibita muliere morari? Acquiescat ergò sacerdos & clericus vnctio, experto, sapientissimoque; hie ronymo exhortanti. Hospitiolum tuum mulierum pedes raro aut nunquam terant & tangant, quia non potest toto ac tuto corde habitare cum Deo, qui sceminarum accessibus uisitat, scemina conscientiam se-

Denter. 12.

Rom. 6.
Eccl. 34.
Nem. 12.

Iob. 6.

Eccl. 19.

Leuit. 21.

1 Reg. 22.

Malach.

Mat. 5.

1 Pet. 2.2.

1 Timoth. 2.

Ministri ecclesie
uoluntate multi-
pliciter ad casti-
tatem tenentur.

cum habitantis exurit. Nunquam de formis dispartes mulierum: sceminam quam benè conuersantem audis, spiritaliter dilige. hinc distin. 4. sacerdotibus clericisq; præcipitur, vt consanguinearum quoq; sibi cohabitantium familiaritatem deuitent incautà. Rufus, vt ait Hieronymus: Acerbiora gehennæ tormenta sacerdotibus & clericis fornicantibus referuntur. Væ tibi sacerdos, qui eodem ore oscularis filiam Veneris, quo paulò antè sumpstisti filium virginis: ò impie Iuda, osculo filium hominis tradis? Hinc gloriosus Hieronymus positus in extremis, in præsentia dominici corporis locutus est Christo: Væ sumentibus te indignè. Certè ad sui reatum & pœnam te denuò crucifigunt. Heu quid dicam ò Domine, quoniam sacerdotes te hodie comedunt in altari, quæ admodum volucrum & pecudum carnes in mensa, quoniam nocte fruuntur mulierum actu turpissimo, & manè te comedunt celebrado. Vbi ò Domine latitas? dormis ne an vigilas? Est tibi obsequium hoc acceptum? est hæc oblatio quam eligis? Ecce mundus sacerdotibus plenus est, & tamen vix vnus de centum est bonus. Nulla in mundo tam crudelis est bestia, vt malus & lasciuus sacerdos: nam corrigi dedignatur, & veritatem audire non patitur. Hinc in persona Christi loquitur Augustinus: Noli ò sacerdos me ampliùs peccando affligere: plùs me lædit, hoc est, ampliùs displicet mihi vulnus tui peccati, quàm vulnus lateris mei: magis delinquis, qui me in cælis regnantem fornicando offendis, corpusque meum & sanguinem irreuerenter tractas, & plebem meam, pro cuius salute crucifigi dignatus sum, scandalizas, quàm qui me in terris ambulantem crucifixerunt. Audi sacerdos exhortantem te sanctum Bernardum: O sacerdos, os tuum quotidie receptaculum & quasi sepulcrum Christi efficitur: cur vnquam mētitur? cur lubrica loquitur? cur anima tua vitiole afficitur? Cur oculi tui adspiciunt vanitatem, qui quotidie in altari ante se habent Christum altissimam veritatem? Cur manus tuas extendis ad illicita & immunda, quæ tractant præstantissima & illibatissima Sacramenta? Cur te vino aut ebrietate ingurgitas, qui Saluatoris sanguinem potas, & spiritali refectioe plenus consistere debes? Nonne sceleratissimi atq; turpissimum est, manus Deo dedicatas, & sacro Charismate consecratas, mulierum impudicarum corporibus & pudendis ingerere, & eisdem sacrosanctum corpus Domini rancere? O quàm nefarium & temerarium est, pollutis manibus filium virginis matris,

vnigenitum Dei patris tractare, & sordido ore sumere illum, qui omnem trāscendit ac superat intellectum. Quis non erubescat & expauescat, vbi præstantissimum seculi pretium projicitur in sterquilinum? lubricus nanque sacerdos omni luro est turpior, & omni cloaca impurior. Insuper sicut ait Hieronymus, & in Decreto habetur, 33. quæst. 4. Tempore quo vxori debitum redditur, de carnibus agni comedere, id est, communicare non licet: cuius rei causam Thomas & alij super 4. Sententiarum afsignant dicentes, quod quamuis actus ille copule coniugalibus absque culpa fieri queat, tamen ob voluptatem ei annexā deprimit, & à deuotione impedit mentem. Itaque si cōiugatis & se absque peccato cognoscentibus communicare non licet die, qui nocte mox præcedete cognouerūt se inuicem, quàm inquinatissimè agunt sacerdotes, qui de nocte fornicati, celebrare in die præsumunt? Certè nullus intellectus concipere, nulla lingua potest exprimere, quàm enormiter peccent, qui tam turpissimis vitijs inquinati, cælestia atq; purissima Christi mysteria audent conficere, sumere & tractare, ac sacratissima Missæ & Canonis verba pollutissimo ore proferre. De talibus igitur loquitur Christus iudex supremus per Oseam prophetam: Iuxta desiderium meum corripiam eos. Ecce occurrat eis quasi vrsa, & quasi leæna raptis catullis dirumpam interiora eorum, & consumam eos vt lep. Tunc iuxta Psalm. loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos, ponetque eos vt clikanum ignis in tempore vultus sui, in ignem deiciet eos, in miserijs non subsistent. Sed per Ezechielem effatur: Ecce complosi manus meas super malitias vestras. Nūquid sustinebit cor vestrum, aut præualebunt manus vestræ in diebus vindictæ, & conflabo eos, & succendam vos in igne furoris mei, & cōflabimini in medio eius sicut conflatur argentum in medio fornacis & requiescam. De quibus etiā ait per Amos prophetam: Ecce ego strideo super vos, sicut stridet plaustrum onustum feno, & leuabunt vos in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus. Atq; per Malachiam: Et nunc verbum istud ad vos ò sacerdotes, qui pollutis nomen meum. Ecce ego projiciam super vos sterces solennitatum vestrarum, & assumet vos secum, hoc est, fœda & carnalia opera vestra, quæ in festis committitis, improperebris, imputabo vobis, & cum sceleribus vestris in ima Acherontis ruetis, vt supercalidissimo igne illo sulphureo tanto acriùs in æternum vramini, quan-

tò hic intensiore affectu, maioriq; voluptate carnalibus inhæsis: quem admodum in Apocalypsi locutus sum: Quātum glorificauit se & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum.

De eadem materia. Artic. XV.



Egitur in libro de doctrina & reuelationibus sanctæ Catharinæ de Senis, quòd Pater omnipotēs in visione quadam ad eam locutus sit: Anima carnalium & miserabilium sacerdotum tantam vitiorum putredinem à sensualitate eorum accepit: ego vnxi & consecraui eos, vt in sanctitate & iustitia seruiant mihi, & sacramenta mea ministrarent credentibus: & scis charissima filia, quid mihi retribuunt pro beneficijs tantis: ipsi me quotidie persequuntur in tot & tantis sceleribus, vt tua non possit lingua narrare, & si omnia illa audires, deficeres præ mœrore. Aliqua tamen tibi dicam, vt habeas maiorem compassionis & plantæ materiam. Ipsi nanque stare deberent super mensam sanctissimæ Crucis, passidem Christi iugiter meditado, & ibi se nutrire cibo amaram, laborando pro salute earum, & de illarum profectu spiritaliter gaudent. Ipsi verò intrant tabernaculas, & ibi iurant, periurant, fabulantur, gula deseruiunt, potationibus vacant, & quid sit diuinum officium, nesciunt: si illud dicant, cor tamen eorum longè est à me. Pleni sunt miserrimis vitijs tanquam homines penitus excæcati, & stant in verbis ac factis lasciuia, publicè quoq; & sine verecundia peccant: Ipsi em sunt ribaldi atq; lufores & illufores: & postquam perluserunt animam suam, ita quòd pertinent ad corpus Diaboli, perludunt bona Ecclesiæ, & substantiam quam in virtute sanguinis Christi suscipiunt, ita expendunt, quòd pauperes inde non adiuuantur, nec Ecclesia habet necessaria sulcimenta: immo cum ipsi sint templum Diaboli, non curant de templo meo, sed ornamenta quæ facerent in Ecclesia, faciunt in propria domo: immo quòd peius est, sicut sponfus ornat sponfam suam, sic isti demones incarnati, de bonis Ecclesiæ ornant diabolum, id est, amasiam suam. Cumque in felicissimis demones isti, videlicet sacerdotes lasciuji, trāseunt ad altare, non curant quòd eorum diabolus vadit cum filijs suis ad oblationem cum alijs faciendam. O demones, & plus quàm demones, vtinam iniquitates vestræ essent magis absconditæ, quia tunc subditis mindis nocerent: Nunc verò estis eis causa peccandi. Est hæc puritas quam requiro in

sacerdote? Est hæc puritas, quia de mane surgit cum mente inquinata & corpore suo corrupto & fœtido, cum quo iacuit sua diabolus? O tabernaculum dæmonis: vbi est bona vigilia noctis? vbi oratio continua & deuota, in quo noctis spatio dispositi te ad celebrationem? Ex hac carnalitate venit, quòd turpissimi sacerdotes non querunt meum honorem, nec proximorum, immo nec suam salutem, nec sibi commissos corripunt, sed ex proprio & priuato amore quo accensi sunt, querunt toto corde terrenas diuitias & corporis voluptates, quibus non fatiantur: temporales quoq; honores & lauta conuiuia, pretiosa, ornata & superflua vestimenta. De his alia multa similia scripsit ex al locutione diuina hæc sancta & innocens virgo, quæ alibi introduxi. Præterea in libro Reuelationum beatæ Brigittæ viduæ de his multa leguntur, vbi inter cætera Christus in visione ait ad Brigittam: Nonne Dauid dixit, Qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem? sic tibi nunc dico, quòd proditores mei sunt sacerdotes immundi & lubrici, qui panem meum comedunt in altari. Paganos & Iudæos aspicio, & nullum in eis video talibus sacerdotibus deteriorè: ideo zelo iustitiæ eis maledico & dico: Maledictum sit omne quòd de terra ad vilitatem & sustentationem suam suscipiunt, quoniam tam ingrati sunt Deo, Maledictus sit cibus & potus eorum, qui pascit corpus eorum in cibum vermium, & animam ad infernum, id est, animam tenet in corpore ad eius damnationem. Maledictum sit corpus eorum, quòd resurget in inferno sine fine arsurum. Maledicti sint anni eorum, quibus tam vitio se vixerunt. Maledicta sit hora eorum, quæ incipit eis in inferno, & nunquam finietur. Maledicti sint oculi eorum, quibus viderunt lumen cœli. Maledicti sint aures eorum quibus verba mea audierunt nec impleuerunt. Maledictus sit gustus eorum quo gustauerunt dona mea. Maledictus sit tactus eorum, quo tractauerunt me indignè. Maledictus sit odoratus eorum quo odorati sunt delectabilia sibi, & me super omnia delectabilem neglexerunt. In his maledictis sacerdotibus regnant auaritia, accidia, impatientia, carnalis voluptas & diligunt mundum, nec fatiantur terrenis: Prædicant verba mea, & videntur facere bona quædam, sed ad honorem & cōmodum suum non meum. Plura his similia recitat Brigitta sancta, quæ iam tantundem tetigisse sufficiat, quoniam in opusculo de Vita & regimine curatorum, ea diffusius allegaui.

Quam uirtuosi & diuini teneantur esse canonici, & omnes in sacris constituti ordinibus, ex uerbis diuini & magni Dionysij.

Articulus XVI.

Sacratissimus & Theologicissimus Dionysius: In omni (inquit) diuino officio nō est audendum alijs fieri ducem, nisi qui secundū omnem uirtutem Deiformissimus, id est, Deosimilimus seu ualde similis extet, utputatā tam uirtuosus & sapiens, ut de plenitudine sua alijs possit influere purgando seu illuminando eosdem. Vnde sanctus Thomas super quartum Sententiarum distict. 24. concludit, & idem affirmat Albertus: Cū homo in quolibet ordine sacro cōstituatur, dux alijs in rebus diuinis, in quolibet ordine sacro tanquā præsumptuosus, peccat mortaliter ordinem illum accipiēdo indignē, hoc est, existendo in peccato mortali. Similiter qui iam cōstitutus est in aliquo ordine sacro, scilicet sacerdos, diaconus aut subdiaconus, toties peccat mortaliter, quoties aliquem actum ordinis sacri indignē exequitur, utputatā non existens in charitate & gratia. Hoc idem Durandus in Summa sua, Raimundus, Iohannes, Bonauentura & alij concorditer protestantur. Hinc sanctitas uitæ requiritur tam ad susceptionem ordinis sacri, quā ad executionem & administrationem ipsius de necessitate præcepti non de necessitate Sacramenti. His consonat quod in Epistola ad Demophilum feruentissimus & illuminatissimus Dionysius fassus est: Talis, inquiens, hoc est, non illustratus nec uirtuosus, præsumptuosus ostenditur diuina indignē exequens, & quasi putans Deum ignorare quæ ipse nouit, suam uidelicet indignitatem & uitia, & decipere putat Deum, quem mendaciter patrem appellat, & audet immundas ipsius infamias, id est, Deum inhonorare, & coram alijs, quantum in ipso est, inhonorabilem demonstrare non ueretur. Non eum dicam orationes super diuina signa, id est, sacramenta aut sacra Christi formiter enunciare. Ex quibus uerbis præacti Doctores concludūt, quōd talis sacerdos, diaconus aut subdiaconus, est tanquā blasphemus, & Dei deceptor seu traditor nominatur. Cū ergo canonici cōmuniter sint in aliquo ordine sacro, constat quā Deiformes, uirtuosi & illuminati esse tenentur, & sua officia exequi timoratē. Vnde & populo ualde exemplares existere obligantur, & de abundantia suæ uirtuositatis ac gratiæ proximis communicare.

De qualitate canonicorum, ex uerbis sancti Bernardi. Articulus XVII.



Sanctus & præelectus Bernardus fratrum amator, zelator boni communis, propugnator Ecclesiæ, deformationem ac ruinam Ecclesiæ in suis libris frequenter describit ac lamentatur: canonicorum quoque lapsum per maximum specialiter deslet, ac inter cætera protestatur, clericos à singulis generibus hominum id sibi usurpare, quod delectat, id uerò uitare, quod grauat: Habent, inquit, singula quæque genera hominum aliquid laboris & aliquid voluptatis: sed est aduertere prudentiam clericorum & admirari, quem admodum inter hæc nouo artificio discernentes, & ea ab inuicem sequestrantes, totum quod delectat, eligunt & amplectantur: quod autem molestum est, fugiunt & declinant. Cum militibus nanque frequentant superbiam fastū, amplam familiam, nobiles apparatus, equorum phaleras, accipitres, aleas & consimilia. Porro à mulierculis mutantur dependētes à collo rubricatas murium pelles, ornatos thalamos, balnea & omnem mollitiem & gloriam uestitiū, cautē omnino uitantes pondus lorice atque insomnes noctes in castris, incerta quoque discrimina præliorum, uerecundiam etiam ac disciplinam mulierum, & si quid sextus ille habet laboris atque pudoris. Sudant agricolæ, putant & fodiant uinitores, & qui inter hæc otio torpent, clerici accedente fructuum tempore iubent sibi horrea innouari, & promptuaria eorum replentur præ illis. Viuant tritico, bibunt uina, impinguantur & dilatantur adipe frumenti, herbarum uiribus peregrinum mutant uina saporem. Negotiatores circumeunt mare & aridam, in labore corporis & periculo uitæ perituras sibi diuitias congregantes. Dura sunt hæc, caueant ea prudentes nostris dulces interim capiunt somnos, ne dicam in suis lasciuunt stratis. Cæteri demum mechanici multo & magno labore uictum sibi acquirunt: clerici uerò madent delicijs, & copijs affluūt otiosi. Cū resurgere cœperint homines, unusquisque in ordine suo, ubi putat generatio ista locabitur? si ad milites diuerterint, exufflabunt eos, quoniam labores & pericula secum minimè tolerauerunt: sic agricolæ, sic negotiatores & singuli quique hominum ordines à suis eos finibus deturbabunt, utputatā qui in labore hominum non fuerunt. Quid ergo restat, nisi ut quos omnis ordo repellit pariter & accusat, eum fortiantur locum, ubi nullus ordo, sed sempiternus

Vide hæc in piofius in D. Bernardi de uirtute de uerbis Eusebii. l. 1. uerba reliquimus omnia, cuius titulus est de clauatione D. Bernardi &c.

piternus horror inhabitat? Hinc rursus ostendit sanctus Bernardus libro tertio de Consideratione, quod clerici nullius sint ordinis, dicēs: Quid sibi uult, quod clerici aliud esse, & aliud uolunt uideri? Nempè habitu milites, quæstu clericos, actu neutrum exhibent quia nec pugnant ut milites, neque ut clerici cōuersantur & docēt. Cuius ordinis sunt? cum ueriusque esse cupiunt, utrunque deserunt & confundunt. Unusquisque (ait Apostolus) in ordine suo resurget. Isti in quo? An qui sine ordine peccauerit, sine ordine peribit? aut si summè sapiēs Deus ueraciter creditur à summo usque; deorsum nihil inordinatū relinquere, uereor eos non alibi ordinandos, quā ubi nullus est ordo, sed sempiternus inhabitat horror. Non amici profectō sunt sponsi, qui assignata Ecclesiæ cultui, proprio retinere ac applicare quæstui nō uentur: & qui sibi ac alijs tabernacula præparare in cælo debuerant, domum ad domum, agrum agro coniungunt in terra, & contra Christi doctrinam thesaurizant sibi in seculo isto, cum tamen natura modicis sit contenta. Ipsi uerò in bonis Ecclesiæ non solū necessaria querunt, quæ minori possent obtineri periculo: uerum honorati incedere uolunt, placere student hominibus, delectare & superbire, huicque seculo conformari. Vniuersos in Ecclesiasticis reb' atque ordinibus propriū honorem querentes, aut diuitias seu corporis uoluptatē, hoc est, quæ sua sunt, nō quæ Iesu Christi, certissimè introducit non charitas, sed aliena à Deo cupiditas. Quid istud temeritatis est, immo quid in sania, se ita habere? ubi timor Dei? ubi moris memoria? ubi formido gehennæ, & terribilis illa expectatio futuri iudicij? Sponsa clamat ad sponsum cælestium, trahite me post te: Curremus in odorem unguentorum tuorum. Nuncau tem trahit sua quemque; uoluptas, atque odor turpis lucri seclatantes, quæstum æstimat pietatem, quorum damnatio iusta est.

De districto ac metuendissimo Dei iudicio clericis imminente, ex uerbis gloriosissimi Bernardi. Artic. XVII.



Rursus ait felix Bernardus: Væ tibi clericice, mors in olla, mors in cuius delicijs, quia peccata populi comedis, id est, bona Ecclesiæ oblatā à populo pro expiandis eorum peccatis: Ecclesiasticos sumptus gratis habere te reputas, cantando proueniunt tibi, sed conuenientius esset mendicare aut fodere, nisi & iuste in omnibus cōuerferis, & satisfacias

pro benefactorum peccatis ac fundatorum. Idcirco sollicitus esto, tanquam rationē redditurus, dignos pro illis gemitus fundere, dignos agere penitentiam fructus: alio qui tibi noueris imputanda plebis peccata, quæ nūc inter delicias computas & manducas, parumpendis & dissimulas, tanquā nihil attinentia tibi. O iudiciorum Dei abyssus multa, & terribilis Deus in consilijs super filios hominum: frustra incipient miseri dicere montibus. Cadite super nos: & collibus: Aperite contra eos grauis populorum querela, audietur contra eos grauis populorum querela, quæ satisfatio dura, quorum uixerunt stipendijs, nec diluerunt peccata, quibus facti sunt duces cæci, mediator esque fraudulentum. Quid tibi insipiens delicia sapiunt? quid diuites oblectant oculos, quibus mercaris tibi tam graue iudicium, tam intolerabile & æternum supplicium, atque tam diræ te obligas ratio ni? Vniuersa quippe usque ad quadrantem nouissimum exigentur à te. Sed nunc aduertant canonici, quid desuper uentus & doctus à spiritu sancto Bernardus scribit Fulconi illustri canonico Beneficium unum non plura habenti, qui & postea ad Missas, chorum horis nocturnis ac diurnis frequentas: bene facis, sic Præbendam Ecclesiæ gratis non accipis. Dignum est, ut qui altari deseruit, de altari uiuat: uiuat, inquam, de altari, non superbiat, non luxurietur, non ditetur, non in clericatu diues ex paupere fiat, ex ignobili gloriosus: Non sibi de bonis Ecclesiæ ampla palatia, habitacula pretiosa, curiosa depictaque fabricet, nec loculos congreget, nec in uanitate aut superfluitate bona pauperum dissipet aut dispergat. Non extolat de facultatibus Ecclesiæ con sanguine suos aut nepotes, ne filias suas dixerim nuptui tradat. Conceditur tibi, ut si bene deseruis, de altari sustentaris, nō autem ut inde compares tibi aurea frena, sellas depictas, calcaria de argentata, varia griseaque pellicæ collo & manibus ornata purpureo diuersificata. Denique, quicquid præter necessarium uictum simplicemque uestitū de altari seu bonis Ecclesiæ retines, tuum non est, furtum est, rapina est, sacrilegium est. Heu quis in exordio status canonicorum cre didisset, ad tantam eos ruinā posse deuolui? sed cū paulatim deueniret homo ad grauiora, ita quōd impudentia atque frontositas cor eius obdurat, ut non pauet, nō contemiscat ea, iam demum desperatio est in felicis. Impius etenim cū in profundum uenerit uitiorum, contemnit, & diuino se præsentat

1. Corin. 13.

Cantic. 1.
1. Tim. 3. et. 8
Rom. 3.

1. Sal. 79.

Luce. 22.
Rom. 14.

Mat. 3.

1. Corin. 9.

Proverb. 10.

tate

tare vultui non veretur: tanquam domesticum sine timore intrat Ecclesiam, ingreditur chorum, genua flectit, osculatur ore sacrilego, dolose agit, sed in conspectu Dei, ut inueniatur iniquitas eius ad odium: sic post fornicationes ad adulteria & incestus quidam labuntur, & vitam ut non ad ignominiam passiones. Denique, de his multa similia scribit hic sanctus & qualiter infinita sit clericorum ambitio, qui simplici praebanda erubescunt esse contenti, & semper ad altius quid aspirant, donec tandem in profundo mergantur inferni. Nec mirum quod in Ecclesia susceptoq; ordine impiè conuersantur, qui nec bene neque per Christum, sed vel Simoniacè aut peruersa intentione intulerunt, querentes in voluptate & otio, in vanitate & desiderijs proprijs viuere, non in sanctitate & iustitia Deo seruire, aut per arctam viam salutis incedere, ad temporale magis quam ad spirituale respicientes. Postremò, ut zelator Dei felix ac S. fatetur Bernardus: Curritur passim ad ordines sacros, & reuerenda ipsis quoque angelicis spiritibus ministeria, sine consideratione & reuerentia apprehendunt homines, in quibus auaritia regnat, ambitio imperat, dominatur superbia, sedet iniquitas & principatur luxuria: sic aspirant & currunt ad Ecclesiasticas dignitates & curas, tanquam sine curiam viuere debeant, cum ad honores & curas peruenerint, non enim onus curam annexum perpendunt, nec quale eis infet iudicium intuentur, quibus tãd intolerabilior appropinquat damnatio, quãd nunc inuis soliciti sunt, quam Deo tribuant rationem, & quãd in maiori securitate & dissolutione iam viuunt.

Qualiter sit orandum, cantandum & psallendum ac feruendum altissimo.

Articulus XIX.

Quia præcipuum exercitium canonicorum est, aut esset debet, orationibus & laudibus Dei assidue occupari, & horas canonicas decantare: tangendum est breuiter, qualiter exorandus & laudandus sit Deus. Præterea, quàm indefinenter & feruenter Deum inuocare indigeamus, primò patet ex parte loci quem immoramur, habitamus enim in seculo isto nequam, tanquam in graui exilio valleq; lachrymarum, & campo arctissimo, callidissimis atque fortissimis hostibus obfesso ac pleno, in quibus multis ac maximis expositi sumus periculis, nec inuisibiles ini-

mici nostri dormiunt vnquam, sed incessabiliter insidiantur aduersanturque nobis, & expugnare nos moliantur, & secum damnationi æternæ inuoluere. Nos verò fragiles sumus ac debiles ad resistendum. Ideo tam ex parte loci quàm ex parte periculorum & laqueorum, in quorum medio versamur, & quibus exponimur tam ex parte aduersario rum animæ nostræ, indigemus ad Deum orando confugere, & eius auxilium, confortationem, defensionem affectuosissimè implorare: præsertim quoniam & domesticum hostem ubiq; & semper portamus nobiscum, videlicet proprium corpus quod aggrauat animam, deprimit intellectum, ac millia ingerit impedimenta spiritalis profectus. Secundò patet, quàm incessanter & feruidè oportet nos orare ex parte magnitudinis causæ, quàm cum Deo habemus præ manibus. Hæc etenim causa est, Deo debitè deseruire, ac per hoc æternam beatitudinem obtinere: quòd si neglexerimus, damnationem recipere æternam: si ergo pro conseruatione & defensione vitæ corporalis præsentis ac breuis, tam affectuosè, lachrymosè & anxie homines deprecantur, si pro terreno bono tam humiliter & instanter deprecantur, quàm feruentissimè, humilimè ac iugiter oportet nos viscera misericordiæ Dei nostri efflagitare pro euasione damnationis perpetuæ, pro virtute prævalendi tentationibus cunctis, pro adeptione sempiternæ salutis, pro omni dono gratiæ necessariæ ad obtinendam ac promerendam beatitudinem tãtam? Ter tiò patet hoc ex eo, quòd toties & tam graui ter Deum offendimus, atque quotidie in honoramus eundem. Hinc Climacus ait, quod ex consideratione reorum mortis discere possumus, qualiter Deum orare debemus. Nempe fures & homicidæ capti à principe, si aliquam spem euadendi habuerint coram principe, quem offenderunt, se in terram prosternunt, veniam cum omni humilitatis apparatu, ac ingenti affectu precantur, emendationem omnimodam pollicentur, & quòd de cetero velint principi fidelissimè vsque ad mortem seruire, promittere sunt parati: quãd magis nos vitiosi ac miseri, qui innumerabilibus vitijs æternam damnationem meruimus, debemus modo præfacto inuocare altissimum, qui penitentibus spem concessit, veniamque promisit contritis? Præterea, qualiter debemus Deum orare, pensare possumus partim ex parte Dei, partim ex parte nostri. Ex consideratione nanque infinitæ bonitatis & amabilitatis Dei, debemus eum orare cum feruenti & puro amore, ip-

sum

sum super omnia totis præcordijs desiderando. Ex consideratione infinitæ maiestatis, dignitatis, sanctitatis & honorabilitatis Dei gloriosi & benedicti, debemus eum orare cum omni reuerentia & subiectione atq; humilitate: si enim regibus & prælatis seculi huius tam reuerenter, subiectè & humiliter loquuntur & supplicant eorum ministri, quãd magis Regi omnipotenti superdignissimo & immenso, non nisi cum grandi & summa reuerentia, humilitate, subiectione loqui, supplicare & psallere nos oportet. Porro, ex consideratione potentie ac sapientiae, & omnia inuentus Dei ipsam inuocare debemus cum diligenti cordis custodia & attentione peruigili, sensum attendendo verborum, & corde refrenato ab omni distractione inuili. Ex consideratione quoque infinitæ misericordiæ ac munificentiae Dei, orare debemus cum omni fiducia. Ex consideratione demum diuine iustitiæ, orare debemus cum metu, timore & tremore. Insuper, ex consideratione propriarum transgressionum & culparum, orare debemus cum præcordiali contritione & humili propria uilitatis recognitione. Ex consideratione verò propriæ indigentiae, infirmitatis ac pro nitatis nostræ ad omne malum, orare debemus indefinenter & suspiriosè, sicut ait Saluator: Oportet semper orare, & non deficere. Ex consideratione autem propriæ conditionis ac paritatis, orare debemus amorosè cum plena humilitione tanquam creaturæ pusillæ maiestatis incircumscriptæ, quàm filiali fiducia inuocare debemus. Ex eisdem considerationibus pro maxima parte elicitur, qualiter psallere & Deum laudare debemus, ut putat attentè, reuerenter, distinctè, affectuosè, iucundè, immo timoratè & humiliter, purè & custoditè. Hinc S. Bernardus: Moneo vos dilectissimi, purè semper & strenuè laudibus interesse diuinis: strenuè quidem, ut sicut reuerenter, ita & alacriter Domino assilatis, non pigri, non somnolenti, non oscitantes, non parcentes uocibus, non præcidentes uerba dimidia, nõ integra transilientes, nõ fractis & remissis uocibus muliebre quoddam balba de nare sonantes, sed uirili (ut dignum est) sonitu & affectu uoces Sancti spiritus deponentes: pure verò, ut nil aliud dum psallitis, quàm quod psallitis cogitatis. Sed heu heu, in his inueniuntur multi canonici non mediocriter defectuosi: quia & nimis cursoriè psallunt, nec conuenièter pauant in medio, nec disciplinate, reuerenter ac timoratè stant coram Deo, sed potius dissolutè: incustoditi in vi-

su, incomposti in moribus, proni ad leuitates, ad risus, ad fabulationes: qui & facilliter se à diuinis absentant, tardè veniunt, & exeunt ante finem. Et quomodo possunt ad sensum esse intenti, qui tam indistinctè atque celerrimè proferunt uerba sacra? Utinam hi attendant quod dictum est: Male dicus homo qui facit opus Dei negligenter. Et, quod per Isaiam Dominus dixit, & ipsemet Christus in Euangelio allegauit: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Quid responsuri sunt isti Iudici summo, qui ea quæ carnis sunt, tam exquisitè exercent, tamquæ diuturnè talibus immorantur, qui tardè nimis cantat matutinas, easquæ sicut & ceteras horas, uelocissimè soluunt? In suis autem prandijs, cœnis, conuiujs, societatibus, confabulationibus, ludis & iocis, multò diutius sedent, quàm natura requirat, necessitas postuler, ratio dicet. Porro, qui de his quæ Dei sunt & animarum concernunt salutem, citò nimis expediunt se, omninò peruersa est uita ipsorum. Ideo respiciant, nec diuino obsequio & honorificentiae Creatoris subtrahant debitum tempus, sed principaliora principalitè, diligentius, maturius exequantur. Præterea quidam canonici omnino nõ cantant, quamuis in choro stent, sed pueris & cantoribus id committunt. Consuetudo illa uidetur esse corruptela, non lex, nec ex humilitate & deuotione, sed magis ab elatione, abusu & acedia processisse uidetur, cum & olim non solum cathedralium Ecclesiarum canonici, sed & ipsi præfules sancti cù choro psallere soliti fuerint. Attendant hi quod ait Apostolus: Qui non laborat, non manducet. Nõne beneficium ad officium ordinatur, nec Ecclesiastici redditus nisi officiantibus ac laborantibus in diuinis debentur?

An discantur in diuino obsequio sit commendabilis, & de uitandis in cantu.

Articulus XX.

Quemadmodum in Summa virtutum & uictoriæ habetur: circa cantum reprehensibile est querere uocem nimis blandam ad gloriam dum vel oblectandum. Vnde ait Gregorius: Dum blanda uox queritur, recta uia deseritur. Similiter in cantu reprehensibile est nimia exaltatio uocis, & item inundatio eius. Anticipatio quoque & longa in fine protractio, atque omisio pauis in medio, maximè autem, indistincta & nimis uelox prolatio.

prolatio. Præterea quæri potest, an discantur seu fractio vocis laudabiliter admittantur in Deitatis obsequio. Quocirca in præfata notabili scribitur Summa: Reprehensibilis videtur esse in cantu fractio vocis. Vnde in Legēda habetur sancti Sebastiani, Putāsne illum inter Christicolos numerandum, qui tonforem diligit, comam colit, sapores quærit, & vocem frangit? Fractio vocis, signum videtur animi fracti, quemadmodum reprehensibilis crispatio crinium in hominibus, corrugatio vestium in mulieribus, sic & fractio vocis in cantantibus. Et sicut ventus facere solet crispationē in aqua, sic ventus vanitatis hanc crispationem fractionēq; vocis facere solet. Hæc in Summa præfata. Cui attestatur, quod quidam qui ad tempus sic cantare consueverunt, fatentur superbiā & quandam lasciuam animi in huiuscemodi cantu consistere. Postea, si aliquo modo debeat excusari, non videtur excusabilis aut commendabilis esse, nisi pro deuotione excitanda ordinetur ac fiat. Nam quidam ex melodijs ad contemplationem & deuotionem fortiter excitantur. Vnde & organa habet Ecclesia. Si verò fiat ad oblectandū auditum, & præsertim ad complacendum præsentibus etiam mulieribus, non dubiū quin reprehensibile extet, cum & sanctus dixerit Augustinus: Quoties me plus delectat cantus, quam sensus seu id quod cantatur, toties me penaliter peccare fateor, & tunc mallem non audire cantantem. Denique, quāuis discantus prouocet specialiter quosdam ad deuotionem & contemplationem celestium, multum tamē reuocare videtur, ac impedire ab aduertentia sensus etiā propriæ orationis eius qui audit & orat. Hinc sanctus ait Bernardus: Parum prodest voce sola cantare sine cordis attentione: Deus enim cui non absconditur quicquid illicitè perpetratur, nō quærit vocis lenitatem, sed cordis puritatem.

Contra excusationem quorundam, excusantium se ab obseruatione eorum quæ dicta sunt ad canonicos pertinere, quia honestas Ecclesiæ (ut dicunt) aliud iam requirit, quam olim.

Articu. XXXI.

Restè deprecatus est Deum Psalmista, dicendo: Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. Hæc quippe excusatio incorrigibiles efficit multos. Non ergo excuset se quispiā ab obseruantia prædictorum, dicendo: Non possumus modò viuere sicut prædecessores no-

stri olim vixerunt, id est, esse contenti necessario victu, simpliciq; vestitu, & beneficio vno. Sed propter honestatem Ecclesiæ plurimis indigemus, & hospitalitati nos vacare oportet, atq; vestiri, refici, incedere iuxta decentiam nostri status & gradus ac ordinis, ac tenere familiam. Ita que his atq; cōsimilibus excusationibus, cauillationibus, persuasionibus, quibus multi fallunt seipsum, est respondendum, quod utiq; canonici & omnes in sacris ordinibus constituti, viuere debent, vestiri, nutrirī, progredi cum omni & grandi honestate atque decentia vocationis & status sui, sicut requirit gradus & ordo, status ac dignitas eorundem. Sed vnam ritè & verè pendant, quid ad veram pertineat honestatem, ad eorum decentiam & ornatum. Etenim quicquid contrariatur virtuti, contrariatur veræ & appetibili honestati. Bonum nanque honestum secundū philosophos atque theologos appellatur, quod propria bonitate & vi allicit appetitum, tanquā per se appetendum, vt sapientia, scientia & virtutes, quemadmodum in exordio libri de anima tangit Philosophus. Hinc ait Isidorus, quod honestum dicitur quasi status honoris. Honor autem debetur sapientiæ & virtuti, immo & dignitati, quæ sapientia ac virtutibus est ornanda. Ideo quicquid contrariatur sapientiæ ac virtuti, inhonestum est reputandum, nec verè honestum censetur. Hinc honestas ministrorum Ecclesiæ, sita est in vera & sancta humilitate, in forti patientia, in mansuetudine, pietate, obedientia, charitate: in omni castitate, maturitate, sobrietate, exēplaritate: in vera iustitia, misericordia, liberalitate, ceteris que virtutibus, donis & gratijs Spiritus sancti, in terrenorū contemptu, in contemplatione ac desiderio diuinorum: non in superfluitate, curiositate, pretiositate, mollitie, delectatione vestimentorum, ciborum, potuum, domorum: non in grandi familia, abundantia opum, multiplicatione vtensilium. In his quoq; vera consistit decentia & ornatus, de quo ad Timotheum scribit Apostolus, vt mulieres orent in habitu ornato, id est, humili, simplici & deuoto: non curioso, pretioso, pompatico, cum sacratissimus princeps Apostolorū dicat: Non in veste pretiosa aut margaritis. In hoc ergo consistit canonicorum & sacerdotum honestas, vt iuxta Christi & sanctorum patrum præcepta, decreta & canones conuersentur, quantū eis modò possibile est: & sua exēplaritate, maturitate ac spiritualitate edificent plebē, & bonus Christi odor existat, ac Deum glorificent, viuendo & seruendo altissimo

alissimo in omni castitate, sobrietate ac diligenti diuini officij persolutione, in veste humili ac decenti, in charitate, pietate cæterisque præcæcis virtutibus. Sicque principum, Pontifici, magistro, institutori ac legislatori suo Iesu Christo se conforment, subdant, obediunt. In omni etenim genere ac ordine est vnum primum & maximum, quod est inferiorum ac secundorum regula ac mensura, ita quod quantò plus conformantur & appropinquant illi primo, tantò in suo genere ac ordine perfectiora consistunt: quantoque plus à primo illo recedunt, distant, dissimilioræ sunt, tantò imperfectiora redduntur. Cum ergo in omni Ecclesia & toto populo Christiano, Christus sit primum ac maximum, mensura & regula vniuersorum fidelium, tantò fideles sint honestius, decentius atque ornatius conuersantes, quantò plus Christum se & antur, in quo summa fuit honestas & honestissima vita, in præinductis virtutibus sita. Idcirco in hoc vera consistit ministrorum Ecclesiæ & canonicorum honestas, vt Christi humilitatem, charitatem, iustitiam, exemplaritatem, misericordiam, sobrietatem, munditiam, iuxta sanctorum Patrum Canones & decreta sequantur: non vt delicatè quotidie epulentur, sicque ad libidinem excitentur, nec vt cultis vestibus induantur, sed vt præ vulgo tantò sint virtuosiores, humiliores, castiores, magisque sobrij, quantò in altiori sunt statu, gradu ac ordine constituti. Denique experientia docet, quod quidam canonici (quamuis heu pauci) castè & virtuosè conuersantes, multò plus diliguntur, honorantur & reputantur à populo, quàm ceteri. Quantum verò superfluitas, curiositas, pretiositas vestium clericis prohibeantur, patet ex dictis supra vndecimo articulo, quo inter cetera continetur: Omnis iactantia & ornatura, aliena est ab ordine sacramento: eosq; Episcopos & Clericos, qui se claris ac fulgidis vestibus ornant, emédare oportet. Olim enim omnis vir sacratu, id est, in sacro ordine constitutus, cum mediocri & vili veste conuersabatur. Postremò, præfata Christi honestatem sancti Apostoli sunt secuti, deinde sancti Episcopi cum clericis suis, non solum durante persecutione Ecclesiæ, sed & postea diu: immo temporibus sancti Gregorij, & postea tempore S. Bernardi, quando Ecclesia fuit in statu & gloria multò eminentiori quàm modò, sancti Patres iam nominati vehementissimè reprehenderūt clericos & ministros Ecclesiæ, de eorum curiositate, superfluitate, dissolutione, auaritia,

carnalitate, afferentes quod ad simplicem victum ac vestitum, & cæteras obseruantias virtuosas præcæctas obligarentur. Non ergo excusent se, sed quantum eis pro nunc extat possibile, ad vitam & honestatem veram se donent, prout in exordio tertij Decretalium, alijsque sanctorum Patrum ac summorum Pontificum decretis & canonicibus continetur atque iubetur.

De periculositate pluralitatis beneficiorum. Articulus XXII.

Multipliciter iam ostensum est, quàm casti, timorati & sobrij teneantur esse canonici, & omnes in sacris ordinibus constituti: qualiter etiam factum, superfluitatē & pompam mundanam teneantur in vestimentis, vtensilibus, habitaculisque vitare, simplici victu & vestitu contenti. Quod si sic agerēt, non dubium, quin mediocri beneficio cōmuniter essent satis prouisi: sed quia prædicta non seruant, immo instar militarium ac diuitum seculi huius abundare volunt in omnibus, & multa lauta ac pretiosa genera alimenterum, multa mutatoria vestimentorum, supellestilem abundantem, prouisionem quoque contra incerta pericula volūt habere, non mirum quod plura satagunt beneficia procurare. Verum quàm periculosa sit ista pluralitas, veri Catholici & seruētes, profundi & desuper illustrati sanctus Thomas, Gulielmus Parisiensis, author Summæ virtutis & vitiorum, Editor libri aptum, magnus cantor Parisiensis, Raimundus ac alij quidam scripserunt: ex quorum scriptis contra pluralitatem hanc, specialè collegi tractatulum, qui modò à multis habetur. Vis autem & summa sententię istorum doctorum consistit in hoc, quod habentes beneficia plura, demptis casibus infra tangendis, priuant Deum obsequio suo, Ecclesiam sanctam dimembrant ac mutilant, priuando eam suis suppositis, & numerum ministrorum ipsius diminuendo. Pauperes quoque priuant suis elemosynis, defunctos suis suffragijs, fundatores suis intentis, spiritalibusque subsidijs. Et qui contra consilium & doctrinam tot solennium ac sanctorum virorum, tam excellentium Doctorum specialiter illuminatorum, plura beneficia habent aut cupiunt, grandi fe committunt discrimini, quod non caret mortali peccato. Hinc scribit Gulielmus Parisiensis: R euera Ecclesiastica stipendia periculose habentur, & non nisi verè promerentibus ea de-

O ben.

Psalm. 40.

1. Timoth. 3.

ibidem

benitur. Propter quod viri timorati cum timore & tremore percipiunt ea, & quod residuum eis est à moderata & pretiosa sustentatione, pauperibus erogant, quorum se patrocinijs iuuant, & suum suppleunt defectum. Hinc quoque Sanctus pater Bernardus testatur, quod clericus pro sua necessaria sustentatione competentiam habens, & tamen plus appetens, sacrilegus est & enormiter peccat. Insuper, ut allegatum est supra, beatus Bernardus cuidam illustri canonico, benesicium vnum habenti, scripsit: Quicquid de bonis tuæ Præbendæ ultra necessarium victum simplicemque vestitum retinueris tibi, tamen non est, furtum est, rapina est, sacrilegium est. Quid euidentius, quid terribilius dici valet? Nonne obduratus est corde, qui ista Sanctorum verba non ponderat nec veretur? Et si ita est de beneficio vno, quantis furtis, rapinis, sacrilegijs inuoluuntur, qui vno beneficio competenti non contenti, plura habent aut acquirere moluntur? Certè si iuxta præhabita nihil iuris in Ecclesiasticis bonis habent, qui in mortalibus iacent peccatis, hi qui plura beneficia obtinent, nec vno digni videntur: & si dispensationem allegant, certum est quod Dominus Papa cum superbia, ambitione, auaritia, incontinentia dispensare non queat. Nec eius dispensatio in foro conscientiam, aut coram Deo excusat, quando non sit ex rationabili causa, hoc est, ex vera necessitate aut manifesta vtilitate, quæ in concessione & possessione plurium beneficiorum nequaquam excusat, nec locum habet, extra casus confessim tangendos. Præterea de iure diuino non licet de temporalibus bonis plus affectare aut quærere, quam expedit animæ per respectum ad spiritalia bona gratiæ ac salutis: hoc est, ad bene agendum, ad spiritaliter conuersandum, ad beatitudinem obtinendam. Qui ergo vnum habet beneficium competens, quæro, qua ratione, quo fine, qua radice cupit, quærere aut retinet aliud? quia aut ideo, ut in temporalibus plus abundet, quod ipsi constat illicitum esse, cum iam de vno competentiam habeat: vel ut spiritalibus conuersetur, atque in Charismatibus gratiæ ac virtutis amplius crescat: quod dici non valet, quoniam redditus ipsi prouenientes ex pluralitate beneficiorum, ingeunt ei in inquietudinem sollicitudinemque maiorem, & sunt ei occasio sumptuosius carnaliumque viuendi? Amplius, Gulielmus Parisiensis, & author Summæ virtutum ac vitiorum, multipliciter probant, quod pluraliter beneficiatus (extra casus tangendos) ad

tot paria Horarum tenetur, quot beneficia habet, sicque quotidie tot mortalia incurrit peccata, aut quædam tam multipliciter mortalia, quot quotidie horas omittit. Dicunt quoque præfati doctores ac alij multi, quod quicumque est in mortali peccato, toties peccat mortaliter, quoties cupit aut acquirere nititur Ecclesiastica bona, cum sit eis indignus, & illa veris Dei ministris sint deputata. Postremo, casus in quibus licet magis quam vnam habere Ecclesiam seu præbendam, secundum Raimundum, Iohannem, Bartholomæum, sunt istius: Primus est, dum vna pro simplici victu & vestitu personæ non sufficit: Secundus, dum vna depêdet ex alia: Tertius propter raritatem paucitatemque personarum: Quartus, si Ecclesia sit annexa Præbendæ aut dignitati: Quintus, si quis vnam habeat intitutionem, & aliam ex causa iusta commendatam ad tempus, quouisque cesset huiusmodi causa. Potest autem & sextus casus adiungi, ut cum quis clericus deseruit communi bono Ecclesiæ in legatione, quando sic feruit. Præterea, quantum in veritate sufficiat vni canonico pro sua competenti sustentatione ac statu decente, faciliter potest perpendi, si præinducta pensentur: videlicet quod sobriè, castè, humiliter, moderatè & exemplariter viuere obligetur: immo experientia docet, quam modici redditus sufficiant nonnullis canonicis ac sacerdotibus ita viuentibus. Non tamen negandum est, quin sublimiori personæ de piguori sit beneficio prouidendum. Sed pluralitas beneficiorum extra casus præfatos, tanquam periculosissima reprobat, atque ab omnibus uerè iustis ac timoratis, secundum præallegatos doctores, vitatur.

Qualiter sacerdotes & canonici debeant hospitalitatem seruare. Articulus XXXIII.

Rursus pluralitatem beneficiorum suorum excusant sacerdotes & canonici quidam, præsertim prælati, dicentes: Oportet nos hospitalitatem exhibere honestam, immo & pro incertis hospitibus præparatam habere. Ut igitur, qualis sit excusatio & cauillatio ista, pateat, tangendum est, ad qualem hospitalitatem sint obligati: ad eam vti que, quæ est vni de septem operibus misericordiæ, de qua Christus in die iudicij perhibet se dicturum: Hospes fui, & non collegistis me: quod dicit in persona membrorum suorum, videlicet pauperum & indigentium, non in persona diuitum & potentum. Timeant ergo canonici & ministri Ecclesiæ, si non susceperint in suo hospitio, & pie tractauerint ac

Quibus casibus licet pluribus habere præbendam.

110.4.1.40

repauserint pauperes & mendicos. Quid ad hoc respondebunt, qui tales mendicos dedignantur penitus hospitari, eisque satis aut nimium parè siccum panem ac ciborum reliquias largiuntur, diuites verò & magnates, propinquos & officiatos suscipiunt reuerenter, tractant solenniter, pretiosè & laute reficiunt, molliterque repaulant? Audiant hi & formident, atque implere conentur, quod Christus in Euangelio loquitur: Cum facis conuiuium, noli vocare cognatos, diuites & potentes, ne fiat tibi retributio in hac vita: sed voca pauperes & debiles, cæcos & claudos: & beatus eris quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Ecce aperta sententia, saluberrimaque doctrina. Veruntamen non ita intelligenda sunt ista, quin canonici, sacerdotes & religiosi licet possint interdum ex pia & rationabili causa hospitalitatem decentem diuitibus, potentibus, præsentibus & cognatis impendere: quod tamen raro & sine excessu ac pompa agendum est, intentione sincera, ne derogetur pauperibus, & fore fiat iustitiæ. Denique sicut iam dictum est sæpè, Ecclesiastici redditus sunt patrimonium Christi, elemosinæ pauperum, stipendia ministrorum egentium. Idcirco in vsus ipsorum sunt conuertenda pro maxima parte, cum sanctus dicat Hieronymus: Sacriligium est, res pauperum non pauperibus erogare. Qui denuò protestatur: Paria sunt, peccatoribus maximè diuitibus dare, & dæmonibus immolare. His consonat, quod supra ex verbis allegatum est sancti Bernardi, dicentis: Res pauperum non pauperibus dare, sacrilegij crimen esse dinoscitur. Patrimonia etenim pauperum sunt facultates Ecclesiarum: & sacrilega eis crudelitate subripitur, quicquid sibi ministri Ecclesiæ ultra simplicem victum accipiunt & vestitum. Propterea rursus gloriosus Hieronymus cuidam sacerdoti seu clerico scribens: Conuiuia, inquit, detestare & vitare, maximè horum qui honoribus tumet. Turpe est, ante fores sacerdotis pauperis Christi crucifixi, licetores principum & milites excubare. Itemque: Omnes, ait, qui stipendijs templi & his quæ conferuntur ad vsus Ecclesiæ, abutuntur in alijs rebus, quibus suam explent voluptatem, similes sunt Scribis & Phariseis & Sacerdotibus Iudeorum. Enormiter ergo peccant, qui de bonis Ecclesiæ thesaurizant, hæreditaria emunt quæ suis relinquunt cognatis, ne dicam, filijs aut filiabus, ac vana & seculari hospitalitate vtuntur, aut qui quotidie conuiuia ce-

lebrant cum carnalibus suis amicis & socijs atque diuitibus, pro quibus & præparant sumptuosè, & vix sine hospitibus talibus possunt comedere: aut inuitati ab alijs, mox acquiescunt & epulantur cum illis, cum tamen hæc omnia valde sint prohibita clericis, dicente S. Isidoro, quod allegatur etiam in Decreto: Clerici conuiuia publica fugiant: priuata non tantum pudica, sed & sobria colant, immo conuiuatio talis omni Christiano est periculosa, cum deuotionem extinguat, compunctionemque dissipet, immo luxuriam inuitat, verba inania, iocos & risus, dissolutiones plurimas omissionesque operum bonorum stolidas & iniquas, ac vitiosam temporis deductionem habeat sibi annexas, sicque timore Dei expulso, obtenebratus miserimus homo omnino fit immemor suæ salutis. Hinc sanctus Chrysostomus & alij quidam sancti, nunquam acquieuerunt cum inuitantibus manducare, nec conuiuia celebrauerunt. Fuge o Christi sacerdos, o minister Ecclesiæ periculosa, frequentia, lauta conuiuia, & Ecclesiastica bona non nisi iustè, discretè ac pie expendenda. Aduerte ac pensa, quod quidam deuotus & magnus locuplesque prælatus, ex conscientie remorsu, compunctione ac diuina illustratione disseruit: Diues factus sum, ut fierem spiritaliter miser: honores adeptus sum, ut perderem Deum: sequor curias principum, inter sum magnatum consilij, in his patrimonium Christi dilapido. Quid de hospitalitate dicam, quæ meritò hostilitas potius, quam hospitalitas censetur? Christus enim ei causam non præstat, sed gloriæ vanæ obtentus. Diuitibus quidem in hospitio cum honore & reuerentia susceptis, in omni opulentiæ delicijs apponuntur de patrimonio Crucifixi: CHRISTVS autem semel crucifixus in ligno, foris in membris pauperibus crucifigitur seu torquetur in luto, in quibus aut omnino nudus, aut in semicinctus contabescens, aut fame aut siti, & frigore tremens est. De his quæ interioribus dantur canibus, solatium suæ angustie postulat, & non est qui moueatur super contritione ipsius. Ecce hospitalitas hodierna, in qua diuites ad gloriam dæmonum splendide epulantur, & Christus qui charitas est, contemptu, inedia & nuditate afficitur. Ego autem oblitus terribilium iudiciorum Dei & immemor animæ meæ, secundo tanquam Balthasar in medio conuiuarum, vasis Dei abutens, & patrimonio pauperum in contumeliam Christi, Interim excunt de domibus hospitum garfiones onusti

110.4.1.40

1. Pet. 5.

1. Ioh. 4.

Dania. 5.

110.4.1.40

cibus & ebrijs, vt de superfluitate illorum ingerant pauperibus mala doloris atque tormenti. Sub huius falsæ hospitalitatis preteritu Vicecomitibus, Forestarijs, & cæteris Officialibus, aut potius officendi hominibus, tãquam dominis ac magistris omne humanitatis officium exhibere. Opponetur tamen querela de inofficioso, totamq; hospitalitatis gratiam ingratitudo peruertet, nisi architrinclinus vsq; ad nauſeam & vertiginem capitis cum hoſpitibus ſuis bibendi bella continuet. Hęc omnia iudicabit, cuius iudicia ſunt occulta, & ideo magis timenda: ſumptus tam detestabiles & enormes, non de proprio labore aut patrimonio ſunt, ſed de elemoſynis pauperum & fidelium, de oblationibus & decimis, & de tributis egen- tium animarum, de exactionibus & oppreſ- ſionibus pauperum: Qui in ſudore vultus noſtri, pane noſtro veſci debuim, labores miſerorum nobis ad delicias uſurpamus, atque in ebrietate & crapula ſudorem bibimus alienum. Ille qui intuetur abyſſos, & ſedet ſuper Cherubin, iudicabit cauſas pau- perum, quando ſtabunt in magna conſtan- tia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, & eorum ſtipendia conſumpſerunt. Vbi eſt, quæſo, verbum illud Prophætæ: Diſperſit, dedit pauperibus? Porro nos nec diuitibus dare, nec ligna in ſyluam ferre, nec aquas in mare eſſundere oportebat. O quàm benè intellexit Prælatuſ hæc loquẽs, quid ſit hoſpitalitas vera, quæ viri eſt, aut actus virtu- tis & ex charitate ac pietate, non ex vanitate aut carnali affectione eſt exhibenda, & qua- liter bonis Eccleſiaſticis ſit vtendũ. Poſtre- mò, non ſolũ hospitalitatem laudabilem, ſed cætera quoque miſericordię opera, tam ſpiritualia quàm corporalia, pro poſſe ſuo ex- hibeat clericis liberaliter, charitatiuè ac piè, atq; in primis domibus ſuis efficaciter præ- ſint, domeſticos ſuos factis & verbis ædifi- cando, præuaricantes charitatiuè ac ſtrenuè corripiendo, piè & humiliter, diſcretè & iu- ſtè ſe habendo ad omnes.

An canonici & miniſtri Eccleſiæ, qui de ſuo patri- monio poſſunt ſe ſuſtentare, licitè conuertant in uſus ſuos bona Eccleſiæ. Articulus XXIII.



Vemadmodum recitat Auguſti- nus, & Thomas allegat, non ſo- lum Chriſti, ſed & ſanctorum Pa- trum verba & facta ad imitatio- nem & authoritatem trahenda ſunt. Securius quoque ac ſalubrius creditur ac paretur di- ctis Sanctorũ, per quos locutus eſt Spiritus

Dei, quàm ſcholasticorum quorundam, qui ſuo magis quàm expedit, credunt & inni- tuntur ingenio, authoritates Sanctorum ad ſuam retorquentes opinionem. Quamuis ergò de propoſita quæſtione quidam dicat ſcholastici, poſſe id licitè fieri, conſultius tamen credendum & ſtandum eſt verbis Hieronymi & Bernardi, immo & ſummi Pontificis beatiq; Proſperi. Ait enim Da- maſus Papa: Qui bonis parentum ſuſtentari poſſunt, ſi accipiant quod pauperum eſt, ſa- crilegium incurrun. Hieronymus quoq;: Clericus, inquit, qui de bonis ſuis poteſt ſuſtentari, ſi acceperit quod pauperum eſt, ſacrilegium perfectè committit, atque per- talem abuſum iudicium ſibi manducat & bibit. Si eges & accipis, das magis quàm ac- cipis: ſi autem non eges & accipis, rapis. Af- ſerit etiam Proſper: Non eſt meum quocq; quale crimen committant, qui cum de bo- nis ſuis iuuare poſſint Eccleſiam, eam ſua grauant expenſis. Et rurfus notabiliter lo- quitur, ſicut & in Decreto allegatur: Non vt poſſeſſores, ſed vt procuratores, ſancti viri facultates Eccleſiæ poſſidebant: & id- circo ſcientes nihil aliud eſſe res Eccleſiæ, niſi vota fidelium, pretium peccatorum, & patrimonia pauperum, non eas vendicaue- runt in uſus ſuos vt proprias, ſed vt com- mendatas pauperibus diuiſerunt. Hoc eſt poſſidendo contemnere: non ſibi, ſed alijs poſſidere: nec habendi cupiditate Eccleſiæ facultates ambire, ſed eas pieate ſubueni- di ſuſcipere. Quod habet Eccleſia, cum om- nibus nihil habentibus habet comune. Nec aliquid debet eis, qui ſibi de ſuis ſufficiunt erogare, cum nihil aliud ſit habentibus da- re, quàm perdere. Ecce quam rationabiliter ſancti viri iſtud perſuadent ac aſſerunt. San- ctus quoque Bernardus (vt tactum eſt) ſapè aſſeruit, quod res pauperum non pauperi- bus dare, ſacrilegium eſt. Qui autem de pa- trimonio ſuo, ſeu proprijs rebus ſuſtentare ſe valet, pauper non reputatur, nec indigens rebus Eccleſiæ. horum itaq; Patrum ſancto- rum ſententijs ſtatur ſecurius, quàm aliorũ aliter opinantium, aliterq; agentium. Præ- terea, ſi obijciatur prædictis, quòd bona Ec- cleſiæ ſunt miniſtrorũ eius ſtipendia, & faci- ciunt ea ſua, Deo atq; Eccleſiæ ſeruendo, re- ſpondendũ, quòd ſunt ſtipendia miniſtrorũ indigentium eis: ſi aut nõ indigent ipſis, ſa- ciunt ea ſua ſic, vt pauperibus erogent ea, nõ vt in ſuos uſus illa conuertant. Cum enim tẽ- poralia ad ſpiritualia ordinentur, qui tempo- ralibus non indiget, non habet ea conuerta re ad ſuum profectũ in ſpiritualibus donis, ſicut

ſicut qui ſanus eſt, medicina non eget. Nec ſit ei iniuria, ſi temporalia illa non accipit ad comoda ſua, ſed promeretur ſpiritualia ac diuina Charitima, incomparabiliter tem- poralibus digniora. Poſtremò, cõſtat ex in- troductis, quantis ſe exponat periculis, qui eccleſiaſticis beneficijs benè prouiſi, eorum ſe ſuſtentant redditis, ſuumq; patrimo- nium largiunt ſuis propinquis, etiã quam- uis iuxta ſuum ſtatum ſatis habentibus: Nec minus damnabiles ſunt, qui vna cum bonis Eccleſiæ ſuum patrimonium immoderatè carnaliterq; conſumunt. Poſtremò, dictis in iſtis duobus articulis conſonat, quod ve- nerabilis vir magiſter Gerardus Magnus af- firmat: Nulla bona Eccleſiæ ſine mortali pec- cato in comeſationibus diuitum poſſunt cõ- ſumi, quia ſunt deputata pauperibus, & ſunt de patrimonio Crucifixi, & per Chriſti paſ- ſionem nobis acquiſita atque de eius hære- ditate, cum nec de eis dare poſſumus vtiliter amicis, niſi vt indigentibus propter Chriſtum.

Qualis eſſe debeat canonicorum prælatuſ, puta Decanus. Articulus XXV.



Oc vniuerſaliter verum eſt, iuxta diuini Dionyſij documeta, quòd in omni ſtatu, gradu & ordine præſidens debeat eſſe tantæ per- fectionis in ſua vocatione, vt de plenitudi- ne ſpiritualis opulentia ac virtuoſitatis ſuæ ſubditis ſuis poſſit influere, eosq; purgare, illuminare, perficere; ad viuendum condig- nè iuxta exigentiam vocationis & ſtatus ip- ſorum. Idcirco in cunctis virtutibus, exerci- tijs & obſeruantijs virtuoſis, quæ dictum eſt ad canonicos pertinere, omnino exigi- tur Decanum ſpecialiter eſſe completum, quatenus canonicis ſuis & omnibus ſibi cõ- miſiſis ſit exemplaris, & ipſos idoneè exhor- tetur, efficaciter dirigat, publicè & ſeorſum inſormet, delinquentes ſtrenuè ac diſcretè corripiens, & quantum fieri poteſt caſti- gans, diſciplinam quoq; faciat in choro ob- ſeruari, & diſſolutiones ac fabulationes vi- tari, tam ibi quàm in tota Eccleſia, præfer- tim temporibus diuini officij, nec permit- tat quoniam ſubditorum ſuorum, laſciuũ quid ibi proferre, nec verba illicita, omni- que loco & tempore, etiam & in menſa ſe præbeat exemplarem, & ab illicitis, quantum valet, reprimat conueſcentes. Inordinatq; verba abſcindat, adificatoria proponendo: totis quoque viribus ſtudeat & procuret, vt diuinum officium integrè & diſtinctè, de-

notè ac reuerenter abſoluatur, atque in præ- ueniendo & frequentando horas canoni- cas, exemplaris eſſe non negligat. In cunctis pro poſſe exquirat, intendat, procuret, con- ſeruet & augeat commune bonum Eccleſiæ ſuæ, in ſpiritualibus maximè, & pro ſibi com- miſiſis oret indefinenter ac ſeruiddè, quate- nus quod corripiendo & corrigendo obtri- nere atque implere non valet, obtineat vel orando. In veſtitu, in cibis ac potibus ſeruet modeſtiam; Ad celebrandum aſſiduè ac li- benter conetur ſe iugiter præparare: dilige- tiſſimè caueat ne per in continentiam aut diſſamiam, aut alio modo aliquem ſcanda- lizet: nec ſolũ ſit caſtus & ſobrius, ſed & ca- ſtitalis & ſobrietatis exemplar. Et tantò præ cæteris ſit cuſtoditus, timoratus ac humilis, quantum pro pluribus rationem habet redde- re iudiciadorado, & quòd gratia indiget am- pliore, ad quam profunda & ingens neceſſa- ria extat humilitas: quàm inceſſanter ample- ctatur, & coram Deo ac hominibus decen- ter oſtendat in verbis, apparatus, in ceſſu, ve- ſtitu, victu & factis. Solent equidem quæ- dam elatio, ambitio, vana gloria, auaritia præ- ſidentibus inſidiari, miſeri & ſubintrare, niſi ſint in timore Dei & exercitatione in- terna benè fundati ac ſtabiliti. Sicq; pro eo quod eſſent humiliores, frequenter ſunt elatiores: & quidam ex humano timore, fa- uore aut vitio ſa radice, fraternæ ac paternæ correptionis implere præceptum omittunt, ad quod tam ex charitate, quàm ex debito iuſtitia obligantur: & proprium quarunt honorem, commodumq; priuatum magis, quàm honorificentiam Dei & animarum ſa- lutem: ad quem lapſum dum fuerint deuo- luti, nec ſuam nec ſubditorum operantur felicitatem, ſed ambitione & cupiditate cæ- cati, præcipitantur in vitiorum voraginem. Hinc ſanctus Bernardus in libro de Conſi- deratione ſcribit Eugenio Papæ: Non domi- nari affectes homo homini, vt non domine- tur tui omniſi iniuſtitia. Nam nullum vene- nõ, nullũ gladiũ magis tibi formido, quàm dominandi libidinè. Vnde ſanctus ait Gre- gorius: Mens humana plerunq; extollit- tur, etiam dum nulla poteſtate aut prælatio- ne ſulcitur: quantum magis in altum ſe erigit, quum & prælatio ſe ei adiungit? Verũ vnufquiſque præſidens toties ad apoſtaſiæ vitium labitur, quoties præſeſſe hominibus delectatur: & quem nunc delectat præſeſſe, non delectabit iudicem Chriſtum conſpi- cere. Hanc verò in ſenſatam elationem vini- cere poteſt prælatuſ, ſi diuini rigorem iudi- cij (potiſſimè circa prælatos) atque inferna-

lis acerbiterat supplicij, ac propriæ vitæ defectuositates sapienter & frequenter, immo assidue ac profundè intueatur, ponderet & perpendat. Sic enim dignitatem suæ prælationis reputabit grauisimū onus potius, quàm eminentiam & honorem, & erit sollicitus coram Deo, verbum attendens Apostoli: Quia horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Aduertet namq; quàm ineffabiliter sit enorme atque damnabile, ex prælatura consequi commoda & honores, & debita officij non implere, nec dignè gerere Dei vices.

*Contra superbiam ædificiorum.
Articu. XXVI.*

Sicut Vdalricus in sua declarat Summa, dum ea quæ suæ competentia, superflunt, clerici thesaurizant vel in illicitos vsus expendant, sicut qui ditant suos propinquos, aut turpibus dant personis, vel effundunt pecuniam in epulis splendidis, seu gloriam seculi magnificis sibi sumptibus comparant, histrionibus dando, seu amicitiam sibi poterunt ac diuitum comparando, superfluum quoque cateruam familiæ & clientum multiplicando, quos pretiosis vestibus sæpè innouant secum, aut magnas seu curiosas & sumptuosas ædificiorum fabricas erigendo, atque in confimilibus sunt prodigi de patrimonio Crucifixi, non solum peccant hoc vitio prodigalitatē, sicut quilibet qui abutitur sibi concessis ad vsum, sed multum aggraunt suam culpam, quoniam subtrahunt res illas his, quibus debentur, id est, pauperibus. Et hoc peccatum vocat sanctus Hieronymus rapinam excedentem omnem crudelitatem prædonum, & hoc dicit sacrilegium esse. Porro Augustinus vocat hoc homicidium, dicens: Qui rem à Domino pauperibus delegatam, suis vsibus immoderatè reseruat, tantorum homicidiorum est reus, quanti pauperes, in locis vbi habitat, fame obierint. Ili igitur tenentur ad restitutionem omnium talium. Similiter hi qui malè receperunt bona Ecclesiæ, præsertim focariæ & aliæ turpes personæ. Hæc Vdalricus: Cuius verba in tractatulo contra pluralitatem beneficiorum diffusius continentur. Denique contra superbiam ædificiorum in Summa virtutum & vitiorum inducitur: Circa ædificia quinque sunt reprehensibilia: Primum est multitudo domorum, iuxta illud Esaiæ: Væ qui coniungitis domum ad domum. Ita peccantes, non sequuntur Chri-

stum dicentem: Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet. Secundum est magnitudo, tertium sumptuositas, quartum delectabilitas, quintum sollicitudo & dispersio animi. Delectabilitas autem attenditur circa colores & picturas. Hinc apud Ieremiam habetur: Væ qui dicit, ædificabo mihi domum latam & spatiosam, & laquearia facit cedrina, pingitque sinopide. Hinc beatissim^o Paulus primus Eremita, à sacratissimo patre Antonio visitatus, interrogauit, an Christiani adhuc imitentur ritus gentilium in ædificijs sumptuosos: & auditò quod immo, desineat hanc vanitatem, cum Christianorum sit dicere: Non habemus hic locum manentem, sed futurum inquirimus. Quicquid ergo canonici & ministri Ecclesiæ in talibus immoderatè exponunt, crudelissima est rapina & sacrilegium, secundum iam dicta, & ad restitutionem tenentur, quæ est facienda pauperibus. Veruntamen in his multi eorum excedunt nimis enormiter.

*De quibusdam antiquis iuribus de pluralitate beneficiorum vitanda, super qua non cadit dispensatio, quantum ad id quod in eis est de iure naturali.
Articu. XXVII.*

Per laxam & irrationabilem dispensationem, ad magnam Ecclesiæ deuenit ruinam. Certum est quod olim sancti & timorati Pontifices summi nequaquam admiserunt, sed prohibuerunt pluralitatem beneficiorum, quæ nunc passim conceditur vni: immo sepius tali, qui nec conuersatione neque sciētia dignus est, beneficio vno. Itaq; Urbanus Papa instituit: Omnino aliquem in duabus Ecclesijs intitulari non liceat, sed vnusquisque in qua intitulus est, in ea tantum canonicus habeatur. Alia quoque continet Decretalis: Clericus ab instanti tempore in duabus non connumeretur Ecclesijs. Negotiationis enim est hoc, & turpis lucri comodum, & ab Ecclesiæ consuetudine penitus alienum. Vnde & decretum Gregorij Papæ est: Singula Ecclesiastica iuris beneficia, singulis quibusque personis committi iubemus. Hinc ait Bernardus, prout Thomas allegat: Vnus in persona, non vnus, sed plures est in beneficijs, non plures in officijs: erit ergo plures in supplicijs, sicque grauisimè peccat. Hinc venerabilis vir Episcopus suffraganeus, author libri Apum: Volo, inquit, vt quicumque hæc legerit, sciat me anno ab incarnatione Domini illesimo ducentesimo

mo tricesimo octauo fuisse Parisijs: vbi venerabilis Gulielmus Episcopus Parisiensis conuocationem fecit, in fratrum Predicatorum capitulo omnium magistrorum: vbi proposita questione de pluralitate beneficiorum, solerti & longa valde disputatione probatum est, duo beneficia, dummodò vnum valeret quindecim Parisenses libras, cum salute non posse teneri: hoc præfatus Episcopus cum multis doctoribus determinauit. Istud in opusculo contra pluralitatem beneficiorum plenius recitauit. Hinc Gregorius Papa nonus, interrogatus an de plenitudine potestatis posset super pluralitate beneficiorum dispensare, respondit: Non possum nisi tantum super vexatione detinentium dispensare. Nullus ergo de dispensatione se cum facta inaniter gloriatur. Nā dato, quod id, quod est de iure positum in prohibitiōe pluralitatis beneficiorum, dispensationi Apostolicæ sedis subiacet, id tamen quod ibi est de iure naturali ac diuino, non subiacet. Est autē ius naturale & diuinum, tēporalia nō plus appetere, procurare, tenere, quæ expedit ad virtuosè viuendum, seu per respectum ad spiritale bonum ac veram salutem. Hæc omnia quæ hic breuiter tantum tango, in libello contra pluralitatem beneficiorum habentur diffusè. Et certè in causa hac magis credendum est præallegatis sanctis, timoratis & famosis doctoribus, & omnibus verè religiosis, quàm his qui duo aut plura beneficia habent, quantumlibet docti videantur aut boni, quia in causa sua iudicant malè. Si quidem amor & odiū subuertunt iudicium.

Exhortatio ad clericos. Articulus XXVIII.


Anctus & deuotissimus pater Bernardus ait: Timeant clerici, timeant magistri & prælati Ecclesiæ, qui in terris sanctorum (quas possident) tam iniquè gerunt, vt stipendijs, quæ sufficere debeant, non contenti, superflua quibus egeni sustentandi erant, impie atque sacrilegè sibi procurant, retineant, & in vsus suæ carnal-

nalitatis ac vanitatis expendant, duplici iniquitate peccantes: quia & aliena diripiunt, & sacris seu spiritualibus bonis in suis vanitatibus & turpitudinibus abutuntur. Parcite, obsecro, parcite animabus vestris, parcite sanguini qui pro vobis effusus est: horrendum cauetè periculum, ignem, qui paratus est, æternum iam declinate. Fugite de medio Babylonis, id est, de hoc seculo nequæ, & saluate animas vestras. Conuolante ad vrbes refugij, id est, ad claustra verè religiosa, vt possitis de præteritis agere poenitentiam, & in præsentem obtinere gratiam, ac futuram gloriam fiducialiter prætolari. Non vos retardet consciētia peccatorum: quoniam vbi abundauit iniquitas, abudare gratia conseruit. Nec vos poenitentia austeritas terreat, neque enim condignè sunt passionis huius temporis ad præteritam culpam, quæ remittitur, nō ad præsentem gratia consolatione, quæ immittitur, non ad futuram gloriam, quæ nobis promittitur. Hæc Bernardus: Postremò, si canonici & in sacris ordinibus constituti, intrare cœnobija parati non extant, fatagant dignè Deo ambulare, & conuersari secundum suæ exigentiam vocationis, iuxta formam & institutionem eis in I.I. Decretalium promulgatam ac iussam, tamq; expositam. Considerent vitæ potestatis incertitudinem, breuitatem, fallaciam, vitiorum detestabilem sceditatem, diuinæ maiestatis præsentiam, pretiositatem quoq; temporis eis indulti, ne illud in fructuosè expendant, & quàm metuendum eis instet iudicium, quàm acerbissimum infernale supplicium, si (quod ablit) carnalem & negligentem duxerint vitam. Quotidie ergo consciētias suas examinent, & sua memorentur nouissima, atq; per arctam gradientur viam salutis, bonis Ecclesiæ timorata vtant, castè ac sobriè, exemplariter & deuotè iugiter conuersentur, quousque consummato vitæ huius curriculo, ad beatificam æternæ & increatæ puritatis fruitionem feliciter perducantur, ad laudem & gratiam Omnipotentis, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

De vita & reformatione Canonorum finis.

S. D. DIONYSII
CARTHUSIANI CONTRA PLURALITATEM BENEFICIORVM EX DICTIS
AVTHENTICIS SANCTORVM PATRV
LIBER VVVS.

Præfatio.



*A*ta est porta & spatiosa via quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Quàm angusta & arcta via quæ ducit ad uitam, & pauci sunt qui inveniunt eam. Christus Saluator & Iudex noster locutus est uerba præallegata, quæ qui non attendit neque ueretur, nec per gratiam uiuere, nec spiritualem sensum habere uidentur. Quid enim iudicandis hominibus ab eorum metuendissimo ac infallibili indice horribilius poterat

dici, quàm quòd plurimi eorum sint condemnandi, & pauci saluandi? Certè si uerbem aliquam iudex iustus ac præpotens introiret, & protinus ore proprio depermeret, quòd illa ex urbe non nisi pauci manus suas mortisq; essent euasuri sententiam, nonne uniuersi mox uehementissimo concuterentur pauore, præsertim si eos lateret qui deberent euadere? Et utiq; timor ille ex intuitu corporalis ac momentaneæ mortis prodiret. Si quidem omnium terribilium huius mundi terribilissimum est mors, secundum Philosophum. Et ecce Dominator omnipotens, Rex cælorum, Iudex infallibilis uniuersorum, de throno gloriæ in hunc mundum descendit multosq; æternaliter perituros paucos uero saluandos perhibuit: Et tamen multi hæc audientes, scientes, credentes, non perterrentur usque in finem. Sed hæc ipsa eorum uana & insensata securitas, euidentis signum est, quòd de reproborum sint numero, de cathalogo damnandorum. Nempe beatus homo qui semper est pauidus: qui uerò mentis est duræ, incidit in mala, ut Salomon loquitur. His ergo propheticum illud est dicendum: Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra: Qui enim ex Deo est, uerba Dei audit. Idcirco monet Apostolus: Adhortamini uosmetipsos per singulos dies, ut non obduretur quis ex uobis fallacia peccati. Porro non solum formidandum est nobis, eò quod iuxta præinducta Christi eloquia multi sint condemnandi, & pauci saluandi, prout denuo cõtestatur: Multi (inquiens) sunt uocati pauci uerò electi: sed etiam quoniam uia salutis, utputa iter ducens ad uitam gloriæ, arcta est uehementer. Quid namq; est uia ista, nisi conuersatio timorata diligens coram Deo cordis custodia, stricta, rigorosa, penitentialisq; uita, qua caro quotidie castigatur, concupiscentiæ refrenantur, peccata uincuntur? quod totum ad omnem pertinere Christianum, negare nemò potest, qui Apostolo credit dicenti: Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitiis & concupiscentiis. Deniq; omne peccatũ mortale uitare, uirtutes acquirere, & in ipsis iugiter perseverare, uia regia semper incedere, & neq; ad dexteram neq; ad sinistram declinare,

Mat. 7.

Eccl. 29.

Proverb. 29.

Psal. 49.
Ioh. 8.

Eph. 3.

Mat. 20. 22.

Gal. 5.

Conf. 6.

declinare, nonne arctum est atq; difficile, homini fragili ac mortali, cum dicat scriptura: Sensus & cogitatio cordis humani, prouidit in malum ab adolescentia sua? Et tamen istud est iter salutis. Ideo dixit Philosophus, quòd ars & uirtus sunt circa difficilia, quæstionemq; mouit, utrum difficilins sit, fieri bonum medicum, an fieri uirtuosum. Ad hoc namq; quòd homo uirtuosus reddatur, necesse est docilis sit, & pro uirtutibus possidendis stabiliter uiriliterq; laboret. Unde communis Philosophorum fuit sententia, quòd uirtus absq; studio & doctrinâ haberi, aut uix, aut nullatenus queat. Sæctus quoq; Bernardus disseruit: Virtus cum humilitate uult doceri, cum labore queri, cum amore haberi, cum diligentia custodiri: nec aliter doceri, queri, haberi, custodiri potest. Faciliter namq; ad peccata dilabimur, sed non absq; grandimentis diligentia abiicimus uitia, nec sine iugi custodia in uirtutibus stabiliter permanemus, aut dignè proficimus. Ideo lata est uia spatiosaq; porta perditionis. Hæc equidem porta & uia, est uita carnalis, mundana & uitiosa, quam ambulare non extat difficile. Hinc quoq; Seneca dixit: Cito subrepat nequitia, & absq; magistro uicia addiscuntur: uirtus uerò difficulter acquiritur, ducem atq; rectorem desiderat.

Matth. 23.

Bernard.

De causa motiua & materia, & de forma ac modo processus huius opusculi. Articulus I.



*O*rripe amicum tuum, ne forte nõ intellexerit, & dicat, nõ feci iniquè: Si autem fecit, ne addat iterũ facere. Itaq; quoniã quidã mihi charissimi, quorũ totis præcordijs opto salutem, plura aut multa beneficia habent, quorum quodlibet eis sufficere potest ad uiuendum taliter, qualiter secundum Euangelicam Christi legem, itemq; secundum canonicas sanctorum Patrum sanctiones seu ordinationes, immo & iussiones uiuere obligantur, idecirco tabescere me fecit zelus, dũ amantissimos meos cerno relicto salutis arcto itinere, per deuos calles ad mortẽ, mortem autem æternalem ac infernalem, proficisci, vel potius currere. Sed quãdo aut quomodò poterit eis hoc persuaderi? Quis eis queat insolubiliter probare, quòd Beneficiorum ista pluralitas extat illicita mortaliscq; culpa, nisi in casibus infra tangendis? Nempe quidam eorum tanta mentis cæcitate & obduratione sunt obuoluti, ut contra beneficiorum pluralitatẽ, nec legere quicquam uelint, nec audire. Quorum in sania nonne iugilachrymarum fonte deflenda est? præsertim cum tot boni uirtuosiq; homines, in quibus utiq; habitat Spiritus Dei, & qui per dona Spiritus sancti rectè & promptè mouètur ac diriguntur ab illo, ad iudicandum ueraciter de his, quæ animarum concernunt salutem; cum insuper tot solennes illuminatissimi doctores, hanc beneficiorum pluralitatem asserant & conscribant esse periculossissimam atq; damnabilem, uerputa sanctus Thomas, Gulielmus Parisiensis, Raimundus, Valericus, multiq; alij, prout in prosecutione huius patebit libelli. Præterea, illi sic pluraliter beneficiati, ad ea quæ ipsis obijciuntur, multipliciter respondententes, pluralitatem hanc diuersimodè excusare conantur, ut quod summus Pontifex dispensauit, vel quòd quidã doctores asserunt, licitũ esse beneficia tria habere & etiã quidã doctores usq; in præsens plura beneficia habent. Verum quòd istæ atq; consimiles excusationes nullius extent valoris, nisi (ut tactum) in casibus infra tangendis, infra Spiritu ueritatibus superdulcissimo, Paracleto adorando, Spiritus sancto præstante, clarissimè demonstrabo. Est ergò intentio mea, præfatam beneficiorum pluralitatem uitiosam ostendere, & danabilemq; probare. Porro ut processus sit firmior & argumentatio, irrefragabilior, & ne paruitatem meã quis ualeat præsumptionis aut nouitatis arguere, non nisi sanctorum Patrum authenticorum, solenniumq; doctorum autoritates ac rationes, dicta & scripta inducam, de proprio nil interferendo, nisi forte

Eccl. 29.

Psal. 118.

fortè interdum pro declaratione eorū, quæ à præfatis conscripta sunt. Præterea precor legentes, & eos, pro quorum emendatione hæc ex præcipua dilectione collecta sunt, opusculum istud gratanter suscipiant, diligenter perlegat, sanctorumq; documentis & assertionibus acquiescant, nec suo amico charitatisq; eloquio indignetur, pensantes

Prover. 27. quod Salomon loquitur: Melior est manifesta correptio, quam amor absconditus. Rursusq; *ibidem.* Meliora sunt (inquit) diligentis vulnera, quam fraudulenta odientis oscula: Itemque, *Prover. 28.* corripit hominem, gratiam postea inueniet apud illum magis, quam ille qui per blandimenta decipit. Postremò, si obijciatur quod hi, pro quibus hæc scribo, gradu, ætate, scientia me excendant, occurrat quod Salomon ait: Argue sapientem, & diliget te: da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia. Doce iustum, & festinabit accipere. Sed & charitativa correptio secundum beatum Augustinū, cæterosq; doctores, ad omnē pertinet Christianum, quam inferores & subditi superioribus pro loco, causa & tempore debent reuerenter impendere, prout Thomas super quartum Sententiarum, & Bonauentura declarant.

Ad qualem conuersationem quilibet Christianus teneatur. Artic. II.



Vi se dicit in christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. A Christo Christiani nomē sortiti sunt: & eo ipsi qui à Christo Christiani vocantur, Christi conuersationē sequi tenentur, hoc est, Christi charitatem, humilitatem, mansuetudinem, pietatem, patientiam, sobrietatem, iustitiam, puritatem ac deuotionem exequi obligantur. Propter quod Paulus Apostolus nos hortatur: Imitatores Dei estote sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. Denique, sicut à Christo Christiani vocamur, sic Euangelicam Christi legem seruire tenemur, quantum ad obseruantiam præceptorum decalogi, aliorūq; præceptorum à Christo additorum, quæ in decem præceptis virtualiter includuntur atque ad illa reducuntur, & à Christo clariùs exprimuntur. Ideo ait: Si vis ad vitam intrare, serua mandata: Et denuò: Quid vocatis me, Domine Domine, & non facitis quæ dico? Itaq; Christi mandata sunt, ut Deus toto corde super omnia diligatur, colatur & honoretur, ut omnis proximus, ut patet tam inimici, quam amici, propter Deum cordiali-

ter spiritualiterq; amentur: ut malefacientibus, iniuriatibus & odientibus bene agatur, ut pro perfectiōnis exoretur. Insuper, ut avaritia omnis vitetur, continetur sobrietasque viuatur: ne thesaurizemus in terra, & ebrietate, crapula, curisue huius seculi grauetur corda nostra, et quicquid rationabiliter volumus seu velle debemus fieri nobis, alij faciamus. Sicque omnis iniustitia, dolus & fraus, omnis superbia mentis & immunditia seu luxuria carnis, procul abijciantur à Christi fidelibus vniuersis. His itaq; obedire præceptis, ad omnem pertinet Christianum. Propterea asserit Christus: Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum celorum: sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis est. Præterea de hac re pulcherrimè loquitur beatissimus Augustinus libro de nomine Christiano, sic orsus: Christum vñctum interpretari, sapientium nullus ignorat. Et tam magnum fuit in veteri lege ipsius vñctionis mysterium, ut in Iudaico populo non omnes eam, sed satis pauci meruerint accipere, videlicet Sacerdotes, Reges & Prophetæ: & hoc vsq; ad aduentum Christi, in quo omnes credentes vnguntur. Cuius vñctionis exemplo, quales esse debemus amonemur, ut eorum in quibus tanta sancta est vñctio, sit non minus sancta conuersatio. Ex sacramento enim vñctionis istius, & Christi & omnium Christianorum nomē descendit. Quod nomen frustra sortitur, qui christum non imitatur. Quid enim tibi prodest vocari quod non es? sed si Christianum te vocari delectat, ea quæ Christi sunt gere. Foedum namq; & miserum est, te velle vocari, quod non es. Qui Christianus vocatur, Christum se habere profiteretur: & verè habet, si ei in omnibus obsequatur. Si quominus, ille non Christi famulus, sed subsannator est & irrisor, qui eius se seruum dicit, cui seruire dissimulat. Hinc ergo geminum dñationis iudiciū reseruatur, videlicet pro Dei subsannatiōe, quæ sine causa Deū appellat, & pro qualitate sui peccati. Nemo ergo si bi bladiatur, nemo se vana & stulta suspiciōe decipiat. Nemo idcirco securus delinquat, quoniam Deus non statim vlciscitur, ut ex hoc opinetur se impune peccasse, quod non illicò & mox punitur. Altissimus enim est patiens redditor. Vnde de Amorrhæis in Genesi loquitur: Nondum completa sunt peccata Amorrhæorum. Quo exemplo manifestè instrumur, singulos implos secundum peccatorum suorum plenitudinem consummari, & tam diu ut conuertantur, diuinitus sustineri, quam diu cumulum suorum non habuerint

habuerint delictorum. Nemo se, inquam, fallat, malos Deus non amat, peccatores non amat, iniustos non amat, sed bonos, iustos, pios, humiles, innocentes, castos & mites. Non ergo nobis ex hoc, quod Christiani dicimur, blandiamur, sed videamus quàm brutalis atq; insipiens ille est, quàm stultus etiã à gentibus iudicetur, qui sibi nomen vendicat alienum. Quis enim tam vanus & miser est, qui seaduocatum, cum nesciat literas, audeat profiteri? quis tam insanus & excors est, ut profiteatur se militem, qui nesciat arma gestare? Hinc scimus nullũ sine actu nomē, sed omne nomē ex actu sortiri. Tu ergo quomodo Christianus diceris, in quò nullus Christi actus apparet? Christianus em̄ iustitiæ, bonitatis, integritatis, patientiæ, castitatis, prudentiæ, humanitatis, innocentiæ, pietatisque nomen est. Et tu istud nomē quomodo defendis & vendicas tibi, cui de tam multis virtutibus nec vna inhæret? Christianus est, qui sanctus, innocens, incontaminatus est: in cuius pectore malitia locũ non habet, in cuius pectore sola pietas exiit & bonitas, qui neminem nouit ledere aut nocere, sed in omnibus opem ferret: qui exemplo Christi nec inimicos odit, sed aduersantibus benefacit: & qui aliter agit, Christianus se esse mentitur. Porro ille legis consummator & factor est, qui Deum ac proximum diligit, & neq; in Deum, neq; in proximi peccat. Deum autem diligit, qui eius in omnibus mandatis obtemperat, qui cælestia ac diuina cogitat, quærit & amat. Deus namq; non nisi sanctitatis & iustitiæ & pietatis amator est. Hinc ille Deum veraciter diligit, qui non aliud quàm quod Deus amat & approbat, operatur. Vide ergo quàm iusti, quam integri esse debeamus & sancti. Etenim sanctus Deus populũ suum sanctum vult esse, atq; ab omni contagione iniquitatis & iniustitiæ alienum. Tale eum esse vult, tam iustum, tam immaculatum & simplicem, ut in eo nihil inueniant infideles quod repræhendant, sed quod admirentur & dicant: Beata gens cuius est Dominus Deus eius, populus quem elegit in hæreditatem sibi. Tales esse conuenit Deo cultores & seruos, mansuetos, graues, prudentes, pios, irreprehensibiles, immaculatos, ut quisquis eos viderit, stupeat, admiretur & dicat: Verè hi homines Dei sunt. Itã se homo Dei exhibere debet & agere, ut nemo sit, qui eum videre non velit, qui non audeat delectari: nemo eum cum viderit, non Dei filium esse credat, ut Deus in suis glorificetur ministris, Deus enim nihil à nobis magis desiderat & requirit, quàm ut per actus no-

stros nomen suum magnificetur ab omnibus, sicut scriptum est: Sacrificate sacrificiũ laudis. Hoc est enim sacrificium quod Deus super omnes hostias quærit & diligit, ut per iustitiæ nostræ opera nomē suum laudet, & Deus verus esse, suorum operibus comprobetur. Illi ergo Deum diligunt, qui non aliud, quàm vnde nomen eius glorificetur, exercent, nec eum in aliquo per inobedientiam inhonorant. Nam si quis totam legem impleuerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus, ut Iacobus ait Apostolus. Qui cunq; ergo iustitiæ & misericordiæ opera non fecerit, non potest regnare cum Christo. Quisquis non fuerit humanus, pius, hospitalis, benignus & clemens, gehennæ non euadet supplicia. Quisquis malefecerit, inimicus est Dei, qui sine dolo non fuerit, partem non potest habere cum Christo. Quales te esse oporteat, Apostolum audi dicentem: Qui furabatur, iam nõ furetur, magis autem laboret operando manibus suis, quod bonum est, ut habeat vnde tribuat necessitatem patientibus. Omnis sermo malus de ore vestro non procedat, sed qui bonus est ad edificationem, ut det gratiam audienti. Et nolite contristari Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis. Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem sicut & Deus in Christo donauit vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudinem, aut stultitiam, aut seueritatem, quæ ad rem nõ pertinent, sed magis gratiarum actio. Hoc enim facti, quod omnis impudicus, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet partem in regno Dei. Itaque ille se iudicet Christianum, qui hæc præcepta custodit: qui sanctus, humilis, pudicus & iustus est, qui in misericordiæ atque iustitiæ operibus conuersatur. Hæc & multa similia in præallegato libro scribit clarissimè Augustinus: ex quibus certissimè innotescit, qualem esse oporteat quemlibet Christianum, quæ idcirco in isto loco commemoro, ut euidentius elucescat, ad qualem conuersationem sacerdotes atq; canonici, immo & omnes, qui ad spirituales Ecclesiæ statum pertinent, teneantur. Veruntamen de hoc vnum adhuc formabo articulum.

Quam uirtuosa & exemplaris esse deo beatũ uita cuiuslibet Christiani. Articulus III.

Prover. 27.
ibidem.
Prover. 28.
Prover. 29.
2. q. 1. c. si per uauerit.
1. Iohan. 1. Act. 22.
Eph. 5.
Matth. 5.
Matth. 19.
Luc. 6.
Matth. 22.
Matth. 5.

Luc. 6.
Luc. 21.
Matth. 7.
Tob. 4.
Matth. 4.
Leuit. 4.
2. Reg. 1.
1. Reg. 16.
Matth. 5.
Luc. 6.
Matth. 22.
Leuit. 24.
2. Reg. 1.
1. Reg. 16.
Matth. 22.
Leuit. 24.
2. Reg. 1.
1. Reg. 16.
Matth. 22.
Leuit. 24.
2. Reg. 1.
1. Reg. 16.

Psal. 92.
1. Ioh. 2.
Eph. 4.
ibidem.
Sic

Matt. 5.



SIC luceat lux vestra coram hominibus, vt videant bona opera vestra, & glorificent patrem vestrum, qui in caelis est. Locutus est Christus hæc verba, quibus monstratur, omnem Christi fidelem taliter conuersari debere, quod vita sua cedat ad Dei honoré proximorumq; ædificationem, vt manifestè sit iustus, nec aliquem scandalizet. Hinc ad Philipenses scribit Apostolus: Sitis sincere & sine offensione. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Quæcunq; sunt vera, quæcunq; amabilia, quæcunq; iusta, quæcunq; sancta, quæcunq; bonæ famæ, hæc cogitate, & Deus pacis erit vobiscum. Propterea sancti Patres Casianus & Climachus dicunt, tam virtuosam esse debere vitam Christianorum, vt quicunq; etiam infideles eos diligenter attenderit, ipsa veritate & æquitatis euidencia victus, fateri cogatur diuinam ac sanctam esse legem, quæ huiusmodi præcipit vitam. Vnde ad sic conuersandum Petrus apostolus in prima sua canonica, omnes Christianos hortatur, dicendo: Obsecro vos, abstinere vos à carnalibus desiderijs, conuersationem vestram inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detrectant de vobis, tanquam de malefactoribus, ad bonis operibus vestris vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis. Hæc enim est voluntas Dei, vt beneficientes obmutescere faciatis imprudentium ignorantiam. Denique, quales esse debeant vniuersi Christi fideles, ipse sacratissimus Apostolorum princeps, in præfata Epistola compendiosissime docet: Omnes, inquit, estote vna nimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, nõ red dentes malum pro malo, sed econtrariò benedicientes, quia in hoc vocati estis. Estote prudentes, & vigilate in orationibus, antè omnia mutuum charitatem in vobis continuam habentes, & hospitales inuicem sine murmuratione. Hinc asserit Augustinus: ille verè est Christianus, qui omnibus misericordiam facit, qui nulla omninò mouetur iniuria, qui alienum dolorem tanquam proprium sentit, cuius mensam nullus pauper ignorat, qui coram hominibus inglorius haberi non veretur, vt coram Deo & Angelis gloriatur, qui contemnit carnalia & terrena, vt possit adipisci caelestia, qui opprimi pauperem se præsentem non patitur, qui miseris auxiliatur, atq; ad fletum alienis fletibus prouocatur, qui seipsum animosè salubriterq; mortificat, vt secundum Euangelicam legem viuat: sicq; voluntatem suam voluntati di-

Philip. 4.

1. Pet. 5.

1. Pet. 2.

uinæ in cûstis subijcit & cõformat. Hoc est quod asserit Cyprianus: Tota vita Christiani hominis, si secundum euangelium viuat, crux est atq; martyrium. Hinc Gregorius loquitur: O Christiane, delicatus es miles, si putas te posse sine pugna vincere, sine certamine triumphare. Fortiter dimica, acriter contra hostes tuæ salutis, propriam carnem mundum ac dæmones pugna.

De perfectione & excellentia Euangelicæ legis. Artic. IIII.



Ex Domini immaculata conuertens animas. De diuisione legis in legem æternam & diuinam, ac naturalem atq; humanam hic tractare omitto: quia & breuitati nunc studeo, & alibi (præsertim super Lucã & Iob) plura indè scripsi. Quamuis ergo (sicut ibidè ostendi) lex Euangelica non solum omnem legem humanam ac naturalem, sed legem quoque Mosaicam in multis excedat: Primò, quoniam ab ipso Dei vnigenito filio, vero vtique Deo, immediatè data atq; proposita est: Secundò, quoniam supernaturalem felicitatè manifestè promittit, & dona gratiæ quibus ad illam pertingatur confert, eò quod sacramenta gratiæ contentura includat: Tertid, quoniam nullum peccatum admittit, immo omne vitium puniendum testatur. Verumtamen in hoc clarissimè demonstrat perfectionem & eminentiam nouæ seu Euangelicæ legis, quia persanctissimè docet ac iubet interiores animæ vires reformari, earumq; affectiones & actus rectificari, vt scilicet omne bonum creatum, cõmmutabile ac caducum, ad summum & inuariabile bonum finaliter ordinetur: sicq; corporalia ad spiritualia terrena ac temporalia ad æterna atq; caelestia referantur, immo (vt breuiter tangam) omne creatum ad supergloriosissimum Creatoris amorè, gloriã & honorè totaliter ordine tur. Porro finis est mèsura, ratio ac regula eorũ qui ordinantur in ipsum. Idcirco Christiano nõ licet de bonis tẽporalib; corporalib; & terrenis plùs appetere, querere aut amare, adipisci, possidere vel retinere, quam licet aut expedit animæ suæ in ordine ad vltimũ finem, videlicet ad obtinendum felicitatè æternam in patria, ad proficiendum in gratia in hac via. Si ergo ad corporalia & terrena quis tantum afficiatur, aut tanta de eis acquirere molietur, seu tanta de eis in vsum suũ accipiat vel sibi retineat, vt per hoc ad cõplacendum, obsequendum, perficiendumq; Deo inhabilitetur aut impediatur, inordinatè

psal. 118.

1. Timoth. 6.

ephr. 4.

1. Cor. 13. Deut. 10. Matt. 22. Marc. 12.

1. Timoth. 6. De vi. & ho. de clerico.

natè se habet & peccat, nec media debite refert ad finem. Vnde nec de alimentis, neque de vestimentis & cæteris temporalibus rebus, plùs aut aliter quid optandum siue sumendum est, quam necessitas corporis exigat, aut vtilitas mentis permittit. Quòd patet, ad quàm temperatam ac sobriam vitã Christianus quilibet obligatur. Propter quod dixit Apostolus: Habètes victum & quibus regamur, his contenti simus. Et auaritia inordinatus temporalium diuitiarum appetitus esse describitur.

Ad qualem conuersationem teneantur canonici. Articulus V.



Bsecro vos in Domino, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati estis, cū omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare vnitate spiritus in vinculo pacis. Quãuis Christus in Euangelio multa præcepta atq; consilia tradat, vniuersa tamen Euangelicæ legis consilia & præcepta certum est ordinari ad completam obseruationem, seu perfectam adimplerem præcepti dilectionis diuinæ, quo dicitur: Diliges Dominũ Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute. Quãuis enim ad huius præcepti custodiã omnes Christiani teneantur, non tamen equaliter: sed quòd aliqui fuerint in altiori ecclesiæ gradu, statu, ordine seu officio cõstituti, eò præceptum istud plenius adimplere tenentur, obseruando ordinationes, canones seu statuta eis specialiter vltra euangelicam legem condita & præfixa, vt per hoc in Dei amore amplius crescãt. quoniam ergo canonici ad spiritualem Ecclesiæ pertinentiã statum, & diuino obsequio singulariter deputantur, atque in choro quotidie diuino adstant conspectui, Creatorisq; sui laudibus mancipantur, sanctissimi Patres ac summi Pontifices ipsis canonicis quadam specialia præcepta atque statuta ediderunt ac præceperunt, vt vulgo ac laicis & secularibus hominibus virtuosius conuersentur, diuinæq; Maiestatis condigni ministri existant. Hinc ait Bonauentura: Quoniam ordo est signaculum distinctiuum & sequestratiuum à populo, vt quis diuino cultui sit totaliter mancipatus, ideo ordines præcedit distinctio quedam in tonsura atque corona, per quam temporalium & carnalium appetituum refectio designatur, & mentis eleuatio ad æterna, vt totus ostendatur clericus esse ad diuinum ob-

sequium deputatus. Denique in Summa Pisana habetur: Clericus debet deserere rasurã in modum coronæ supra, & tonsuram capillorum ab infra. Cuius rationem asserit Thomas super quartum Sententiarum, quia corona est signũ Regis & perfectionis, cum sit circularis. Illi autem qui ministerijs applicantur diuinis, adipiscuntur regiam dignitatem, & debent esse perfecti. Competitq; eis subtractio capillorum ex parte superiori, ad designandum, quòd mens eorum per temporalium occupationes à contemplatione diuinorum retardari non debet: et ex parte inferiori per tonsuram, ne eorum sensus tẽporalibus inuoluantur. Præterea, sicut in eadem Summa habetur: Clericus siue canonicus duplici ornamento debet esse ornatus, videlicet interiori decore virtutum & exteriori, qui præcipuè consistit in quatuor: Primo, in incessu, vt non currendo, sed moderato & æquali gressu clerici incedant, sicque per hoc maturitatem & equalitatem in iudicèntis. Oculos quoq; & linguam cunctaq; mēbra debent sub freno castitatis & modestiæ cõercere. Secundò, consistit in habitu, vt non deferant uestes incisas & ligulatas, nec varij coloris, nec rubeas, nec virides, nec nimis longas aut breues, nec de serico, sed de lana, & non nimis pretiosas. Tertid, in cibo. Quartò, in potu, vt in vtròq; temperantia obseruetur, quemadmodũ & distinctio- ca. à crapula de vi. & ho. cle. Et 4. d. c. cõiunia. & c. non liceat. ne quadragesima quarta habetur: In conuuiuo canonicorum & sacerdotum sex sunt præcipuè obseruanda, vt scilicet vita abstinentium per detrectationem non mordeatur, vt præsentem non irrideantur, vt vana & secularia non recitentur, vt verba sacræ lectio nis ibi legantur & audiantur, vt cibus ac potus non nisi ad sustentationem sumantur, & vt in principio benedicantur, atque in fine laudes Domino referantur. De his atque similibus multa in Raimundo & in Summa Durandi, Summaque Confessorum leguntur. Postremò, in principio tertij Decretalium, titulo de vita & honestate clericorũ, de hac materia inter cetera fertur: Vt clericorũ (id est, canonicorum) mores & actus in melius reformentur, continenter & castè viuere studeant vniuersi, præsertim in sacris ordinibus cõstituti, ab omni libidinis vitio præcauentes, quatenus in conspectu omnipotentis Dei puro corde & casto corpore valeant ministrare. Ne verò facilitas veniẽ incertium tribuat delinquẽdi, statuius vt qui deprehensi fuerint incontinentiẽ vitio laborare, prout magis aut minus peccauerint, puniantur secundum canonicas sanctio-

ibidem.

ibidem.

ca. à crapula de vi. & ho. cle. Et 4. d. c. cõiunia. & c. non liceat.

De vi. & ho. cle. c. ut cler.

nes, quas efficacius & districtius precipimus obseruari, vt quos diuinus timor à malo nõ reuocat, temporalis saltem pœna coërceat à peccato, videlicet vt ab officio suspendatur, & Ecclesiasticis priuètur beneficijs, bona clericorum veniant in communi & in vna domo veltantur, atq; sub vno tecto dormiant & quiescant. Clerici arma portantes & vsurarij excommunicentur. Si quis ex clericis commam relaxauerit, anathema sit. Monasteria monialium si quis sine manifesta & rationali causa visitare præsumperit, per Episcopum arceatur: & si non desiterit, ab officio Ecclesiastico reddatur immunis. A crapula & ebrietate omnes clerici diligenter ablineant, vnde à vino sibi temperent, nec ad bibendum quispiam incitetur, cum ebrietas & mentis inducat exilium, & libidinis prouocet incentiuum. Vnde illum abusum decreuimus penitus abolendum, quo in quibusdam partibus ad potus æquales suo modo se obligant potatores. Si quis autem super his se culpabilem exhibuerit, nisi à superiori commonitus satisfecerit, ab officio & beneficio suspendatur. Inhibendum est, vt nullus sacerdos sceminas, de quibus suspicio esse potest, retineat. Si presbyter, diaconus aut subdiaconus de quacunque scemina crimine fornicationis suspectus post primam, secundam & tertiam admonitionem inueniatur fabulari, aut aliquo modo conuersari cum ea, excommunicationi subdatur. Cum clericis non permittantur mulierculæ habitare, nisi fortè de illis perfonis existant, in quibus naturale ius nil permittit criminis suspicari. Clerici officia vel mercia secularia non exercent, maximè inhonesta. Mimis, iocularibus & histrionibus non intendant, tabernas prorsus cuitent, nisi fortè causa necessitatis in itinere constituti. Ad aleas & taxillos non ludant, nec huiusmodi ludis intersint. Coronæ & torsuram habeant conuenientem, & se in officijs Ecclesiasticis & alijs bonis studijs exercent diligenter. Fibulas aut corrigias argento seu auro ornatas nõ ferant, nec anulos, nisi quibus competit ex officio dignitatis. Ex his clarissimè innotescit, ad quam virtuosam, castam, sobriam, exemplaremque vitam teneantur canonici atq; presbyteri, & quam sanctè & iustè olim vixerint. Sed nunc scelus eorū, sicut & religiosorum multorum ad deplorandam & maximam miserabilemque deuenit ruinam. Nempe pro eo quod debent præ cæteris Christianis rigorosius, spiritalius, temperantiùs ac timoratiùs conuersari, iam lautius atque carnaliùs,

negligentiùs & sumptuosius viuunt quam vulgus & seculares seu laici. Et hoc vnde, nisi de patrimonio Christi? Sed de hoc infra plenius est dicendum, nunc tantundem tetigisse sufficiat.

Qualis esse debeat conuersatio sacerdotum Evangelicæ legis.

Artic. VI.

Sacerdotes qui accedunt ad Dominum sanctificantur, ne percutiat eos. In prima Epistola ad Timotheum, itemq; in Epistola ad Titum docet beatus Apostolus, quibus virtutibus debeat Episcopi seu in Episcopos consecrandi, esse ornati. Sed quia in primitiua Ecclesia inter sacerdotes & Episcopos non fuit distinctio, saltem quantum ad nomen, vt doctores & expositores concorditer astruunt, idcirco quæ in præfatis Epistolis scribit Apostolus de Episcopis, & ad Pontificium promouendis, etiam de sacerdotibus & ad sacerdotium promouendis sunt intelligenda, quemadmodum sapiens Augustinus & Ambrosius protestantur. Ait ergo diuus Apostolus: Oportet Episcopum (subaudi & sacerdotem) irreprehensibilem esse, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, Doctorem, non percussorem, non litigiosum, non cupidum, suæ domui benè propositum, non neophytum. Quo utiq; testimonio demonstratur, quam exemplaris, perfecta & sancta debeat esse sacerdotum conuersatio quotidiana. Hoc quippe & ipsa sacerdotalia ornamenta, quibus tempore celebrationis induuntur, designant atq; requirunt, sed multò, immo incomparabiliter amplius hoc exigit & requirit venerandissima immensaq; dignitas, excellentia & sanctitas Sacramenti, quod consecrant, tractant, offerunt & manducant. Etenim corpus & sanguinè vnigeniti filij dei conficiunt, Christumq; verum deum Patri æterno immolat, oblatuq; sumunt. Deniq; quò sacerdotium Christi seu Evangelicæ legis præstatius est, eò sacerdotes ipsius ad vitâ spiritualiorem ac perfectiorem tenentur, immo Evangelicæ debent esse munditiæ, nã & in scripturis angeli appellatur, iuxta illud Malachiæ: Labia sacerdotu custodiunt scientiã, & legem requirunt de ore eius, quia angelus non omni exercitiu est. Cùm enim celebratio & comunicatio sint actus valde priuilegiati, non sine actuali deuotione sunt exercendi: immo cum deuotione præcipua reuerentia metis & puritate conscientie fieri debent. Et de tanto benefi-

De coh. cler. & mulie. ca. Inhibendum.

De coh. cler. & mulie. cap. d nobis.

De vita & honestate cler. ca. cleric.

De consuetudinibus & moribus.

Malachi.

De consuetudinibus & moribus.

beneficio debet sacerdos Christo semper gratus existere, seq; quotidie ad plenioram gratitudinem dare, & mentem suam ab omni vitiorum macula seruare immunem. Ex quibus innotescit, q̄ sceleratissima ac damnableissima sint vitia sacerdotu carnaliter & scandalizanter viuèntium, quæ avaritiæ, gulæ aut luxuriæ seruiunt, qui Dominum Maiestatem tam irreuerenter contrectant, tamque indignè suscipiunt Qui (vt ait Ambrosius) maiorem Christo iniuriam faciunt, quam qui eum Crucis patibulo affixerunt: Audiât ergo & cõtemiscant quod ait Apostolus: Qui cunq; manducauerit panem hunc vel biberit Calicè Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Præterea Doctores concorditer asserunt, quod sacerdotes in omni actu ad sacerdotale officium pertinente, quem indignè facit, id est, in mortali peccato scienter existens, peccat mortaliter. Terreat ergo sacerdotem immensa periculi, & sicut tenetur, omni custodia cor suum custodiat, in omni sobrietate & castitate omnipotenti domino obsequatur, quotidie in diuino amore ac sancta deuotione conetur proficere, omnibus se præbeat exemplarè, nec solum mortalia, sed venialia quoq; peccata cum omni diligentia vitare conetur, timoratè ac sollicitè in diuinæ Maiestatis presentia diuiter ambulado: quia nec aliter poterit diu mortalia vitare peccata, nisi & venialia studuerit declinare. Propter quod in Ecclesiastico veraciter scriptum est: Qui spernit modica, paulatim decidit. Et si non in timore Domini tenueris te instantè, citò subuertetur domus tua.

Contra pluralitatem beneficiorum, ex his quæ in libro uniuersalis boni conscripta sunt.

Articulus VII.

Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui. Quidam reuerendus Pater de ordine fratrum Prædicatorum, secundum carnem nobiliter natus, sed secundum spiritum nobiliùs conuersatus, & magnificientia decoratus, qui & Episcopus suffraganeus fuit, & multum expertus, in libro suo qui communiter Liber Apum intitultur, contra pluralitatem beneficiorum, quorum vnum ad victum sufficit, considerabiliter scribit, à cuius scriptis tanquam à facilibus arbitror inchoandum. Itaq; ait: Volo vt quicunq; hæc legerit, sciat me anno ab incarnatione noni millesimo ducentesimo octauo fuisse Parisijs, vbi venerabilis Guliel-

mus Parisiensium Episcopus, qui in Theologia iam rexerat, conuocationem fecit in Fratrum Prædicatorum Capitulo omnium magistrorum, proposita quæstione de pluralitate beneficiorum, solerti & valde longa disputatione probatum est, duo beneficia, dummodò vnum valeret quindecim Parisiensiu libras, cum salute non posse teneri. Hoc determinauit prædictus Episcopus, & frater Hugo ordinis Prædicatorum, postmodum Romanæ curiæ Cardinalis, hoc frater Guericus, frater Iohannes de Rupella fratru ordinis Minorum, & alij quàm plures magistri Theologiæ, determinauerunt etiam hoc in scholis proprijs successiuè. Fuerat autem habita disputatio valde longa, & multò solentior ante annos tres, in qua etiã omnes Magistri Theologiæ exceptis duobus, determinauerunt idè per omnia, quod & supra. Quoru duoru vnus fuit magister Philippus Cancellarius Parisiënsis, & magister Arnoldus Episcopus, postmodum Ambianus. Agonizantem autem Cancellariu in morte, Dominus Gulielmus Parisiensis Episcopus paterna solitudine visitauit, rogans eum, vt singulari opinioni cederet de pluralitate beneficioru, & omnia beneficia sua, excepto vno, in manus Ecclesiæ resignaret. Et hoc conditione mediã, vt si conualesceret, ei supplere vellet de suo proprio, quod dimisit. Renuit ille, experiri se velle dicens, vtrum esset damnable beneficia plura tenere: mortuus est ergo sic. Post paucos autem dies, cum prædictus Parisiensis Episcopus post maturas orare vellet, vidit inter se & lumen, quasi vmbra quandam hominis tetram nimis. Eleuata ergo manu, consignat se, & si ex parte Dei sit, præcipit vt loquatur. Et respondit apparens: Alienus à Deo sum, & tamen mirabilis factura eius. Et præfult: Tu quis es? Et ille: Ego sum, inquit, Cancellarius ille miserrimus. Rursus Episcopus elato altius gemitu: Et quomodo, inquit, tibi est sic dolenti? Malè, ait, immo & pessimè, sicut qui damnatus morte æterna. Et Episcopus: Heu ait, charissime, & quæ causa est tuæ damnationis? Et ille, Tres sunt, inquit, causæ quare morte perpetua sum damnatus: Vna est, quod crescentes fructus annuos contra pauperes tumidè referuauit: secunda, quod contra sententiam plurimorum de pluralitate beneficiorum, quasi licitè tenendorum, sententiam propriam defensauit, & in hoc me periculo mortalis culpæ commisit: tertia est, & illa grauissima omnium, quod abominabili carnis vitio, in scadalù multoru multo tempore laborauit. Et ad

1. Cor. 11.

De consuetudinibus & moribus.

Proverb. 4. & Timoth. 2. Tit. 2. Mich. 6.

Eccle. 10. Eccle. 7.

Proverb. 22.

Episcopum mox subiunxit: Est ne mundus finitus? Et Episcopus: Miror, inquit, te quodam literatissimum virum hoc querere, cum me adhuc viuum cernas, & omnes nos adhuc viuentes mori necesse sit, antequam mundus instante iudicio finiatur. Et ille: Non mireris, inquit, quia nec scientia, nec opes, nec ratio apud inferos venient. Et hæc dicens, umbra ab oculis mirantis euanuit. Ipse autem episcopus (non tamen sub persona quasi ipse hæc vidisset) in prædicatione sua hæc clericis omnibus recitauit. Simili modo, cum quidam clericus maximæ literaturæ, agonizans in morte, pro me mandasset, ut consilium quæreret quasi in proximo moriturus, reduxi ei ad memoriam disputationem illam solennem & determinationem de pluralitate beneficiorum Parisijs, cui ille interfuerat Doctor magnus, consiliumque illi cum magna instantia lachrymarum, vt vnam Præbendam dimitteret, quoniam duas contra animam suam tenuerat, quarum vna ad omnem vitæ copiam omni clerico sufficere posset. Tunc ille facie auersa dissimulans, hoc tantum respondit: Orate Dominum vt inspiret. Nec diu postea cum recessisset, & tenuissimo spiritu vix hærente, hoc idem quod consuluerant ei, quidam consobrinus eius iuuenulus cum maximis lachrymis inclamaret, cum voce non posset manu innuens expirauit. Post cuius obitum, cum quidam ex nostris stupefcens nimium cogitaret, cur tantus homo & tantus clericus, si mortale peccatum esset, plura beneficia retinere, in tali statu mortuus extitisset, mox quasi semiuigilanti defunctus ille apprensus dixit: Hæc sola Præbendarum causa est, pro qua infelix ego æternaliter sum damnatus. Super hac eadem quaestione, cum beatæ memoriæ Iacobus, tunc quidem Aconensis episcopus, postea verò Romanæ Curie Cardinalis, magistrum quendam Theologiæ probatissimum Robertum de Corthon, Romani apicis Cardinalem, morientem interrogaret, respondit: Dico iam mi graturus, quod mortale & damnabile est (dummodo vnum competens sit) plura beneficia retinere. Hoc idem magister Petrus Comestor, sanctæ memoriæ cantor Parisiensis, & dixit & scripsit. Hoc idem magister Ginardus Cameracen. episcopus verbo huiusmodi confirmauit: Nollem, inquit, pro toto auro Arabiæ vna tantum nocte duo beneficia retinere, & certus tamen esse, quod de mane vnum illorum homini idoneo conferretur, & hoc propter incertam vitæ discrimen. Super hoc etiam, narrate fratre Ber-

nardo, quondam penitentiario Domini Patre, & fratre ordinis prædicatorum, cum beatæ memoriæ Papa Gregorius nonus interrogaretur, an posset de plenitudine potestatis cum plurium beneficiorum detentoribus dispensare, respondit: Non possum, nisi tantum super vexatione detinentium dispensare. Quis ergo erit sapiens, qui fallat seipsum, & sibi de dispensatione aliqua blandiatur. Esto quod multi magistri dicant hoc, & multi alij opinentur contrarium. Hoc solum ab Augustino Doctore omnium maximo iudicatur mortale, quod quis incertitudinis periculo aut mortalis peccati discrimini se committit. Noli ergo fieri sub trina inuocatione diuini nominis usurpator, vt sicut sub tribus personis inuocatur & colitur Deus, ita tu clericus aut sacerdos duorum, trium aut quatuor vel plurium beneficiorum possessor existas. Lucifer angelus a simili Deo voluit, & contemptibilius cecidit vniuersis. Quantum ergo numerosior extiteris in Præbendis, tanto te superbius non solum contra Deum, sed etiam supra Deum extollis. Hæc omnia in præallegato scripta sunt libro: que si quis pluraliter beneficiatus legerit, mirum si non contremiscat, seque emendet.

Contra pluralitatem beneficiorum, ex dictis Gulielmi Parisiensis Episcopi.
Articulus VIII.

Iro qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus superuenit interitus. Initium vitæ melioris & interioris curationis est, docilem ac corrigibilem esse. Verba autem exhortationis, correptionis seu instructionis impatienter indignanterque ferre, signum est superbæ, incorrigibilitatis obdurationisque animæ. Idcirco in libris sapientialibus, præsertim in libro Prouerborum, tot bona de corripiente & correptione, totque vituperia de spernentibus corripientem seu correptionem scribuntur. Saluberrimum quippe & inestimabile bonum, ac directioni vitæ humanæ summè necessarium est charitativa & iusta correptio, eiusque pia susceptio. Propter quod Salomon loquitur: Qui odit increpationes, insipiens est. Egestas & ignominia ei, qui deserit disciplinam. Qui aut acquiescit arguenti, glorificabitur. Non amat pestilens eum, qui se corripit: qui verò acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Hæc sapientissimi Salomonis verba commemoro, vt legentè ad piam ac humilè aduertentià horum quæ à præcipuis Doctoribus scripta

scripta sunt, prouocem & inducam. Nunc ergo tangenda sunt verba Gulielmi Parisiensis, Doctoris profundi & vniuersi, quem etiam multi magni Doctores audent sancto Thomæ seu Bonauenturæ in sapientia eminentem parem asserere. Itaque libro de Collatione beneficiorum sic ait: Post hæc aggrediamur disputare, an liceat vni personæ multa beneficia habere, quorum vnum sufficit ad competentem ei sustentationem. In primis ergo, si de hoc videatur alicui dubitandum, quia à multis & magnis quoddammodo temerariū videri possit de hoc aliquid diffinire: ad hoc dicimus, quia si dubium est, verum liceat hoc, an non, ipsa dubietas certitudo est & determinatio, id est, certitudinem facit, quoniam procul dubio non licet alicui committere se discrimini. Discrimini autem se committit, qui præsumit aliquid facere, de quo dubitat an mortale peccatum sit. Cum ergo, vt diximus, dubietas facit discriminum hoc, idcirco vitandum est ex necessitate salutis tanquam illicitum & mortale. Hæc est prima ratio Gulielmi, quæ in verbis beati Augustini fundatur, dicentis: quod mortaliter peccat, qui discrimini se committit. Talis nanque non solum contra veram agit prudentiam, tantis se periculis exponendo incautè, sed & contra charitatem diuinam. In dubijs quoque certior eligenda est via. Secundò sic argumentatur: Nullus dicit quod liceat plura talia beneficia habere, nisi qui plura habet talia beneficia, aut habere intendit. Ergo pro seipso & pro causa propria testimonium dicit. Non est ergo verum siue conueniens eius testimonium, vnde nec ei credendum est. Amplius, iuxta Apostolum: Qui non laborat, non manducet: ergo qui non laborat dupliciter, non manducet dupliciter. Et similiter, qui non laborat tripliciter, sicque deinceps. Amplius, si ratione laboris & operationis debetur ministris Ecclesiæ cibis, sicut ait Veritas. Dignus est operarius cibo suo. Et alibi: Dignus est mercenarius mercede sua: ergo non debetur duplex cibis, nisi ratione duplicis laboris, & ita de alijs. Et huic rationi attestatur modus & forma collationis & inuestitionis beneficiorum. Nam dicitur: conferimus tibi beneficium istud, & inuestimus te de eo ad honorem Dei & seruitium Ecclesiæ istius. Nullo ergo modo licet alicui habere plura beneficia, nisi exoluat quotidie plura huiusmodi seruitia, præsertim quod beneficium sit propter officium. Ergo tria talia seruitia oportebit persolvere habentem tria huiusmodi

beneficia. Alioqui defraudabit mortuos & viuentes vno vel duobus seruitijs, & tanquam fur vel latro percipit vnum vel duorum emolumentorum. Amplius, quis dubitat de fundatoribus Ecclesiarum & Præbendarum, quin sicut certum numerum volunt habere seruitiorum, sic & seruitorum, & ipsa quoque seruitia esse iuxta numerum seruitorum? Quod si dixerit aliquis, quia vna est Ecclesia tota ac vniuersalis: ergo qui seruit in vna, seruit in duabus vel tribus. Sed contra hoc arguitur, quia pari ratione seruire dicitur in omnibus: ergo iniuste agit secum, quod in omnibus Ecclesijs non percipit fructum seu redditum, cum equaliter seruiat in omnibus: causa enim quam ponit seruiendi in omnibus, equalis est in omnibus, videlicet veritas Ecclesiæ vniuersalis. Amplius, si vno seruitio sufficienter satisfacit Deo & de tribus Ecclesijs atque animabus, propter quas fundatæ sunt, sicut eisdem satisficeret tribus seruitijs, ad quid ergo est tanta multitudo & varietas seruitiorum vel etiam seruitorum? Amplius, magis vnita est in se Carnotensis Ecclesia, quam sit Parisiensis Ecclesia, vel quæcunque alia simul cum illa: Si ergo vnitas illa, qua sibi inuicem unitæ sunt prædictæ Ecclesiæ, efficit hoc, vt vnus canonicus vel seruitor sufficiat pro duobus, & vnum seruitium pro duobus seruitijs, ita quod vna persona possit obtinere duas illarum Ecclesiarum Præbendas: multo fortius vnitas ipsius Ecclesiæ Carnotensis sufficienter efficit, vt vna persona obtineat in Ecclesia Carnotensi duas Præbendas aut plures. Hoc autem nullus ausus est dicere, nec aliquis Episcoporum præsumpsit hoc facere. Amplius, facilius, commodius, molliusque per omnem modum potest quis deseruire duabus Præbendis vel pluribus in eadem Ecclesia, quam in diuersis in quibus dispersus est atque diuisus. In vna quoque potest esse assiduus, in diuersis autem non nisi interpolatus. Ergo multò fortius licet cuicumque personæ plures Præbendas obtinere in eadem Ecclesia, quam in diuersis. Sed hoc nullus dicit licere. Ergo multò minus id licere putandum est. Amplius, nemo dubitat quin tres seruitores & tria seruitia æqualia per omnem modum, hoc est, & magnitudine & numero & merito, triplum sint ad vnum seruitorem & ad vnum seruitium. Quare qui Deo & animabus non dat nisi vnum illorum seruitorum vnumque seruitium, triplò minus dat Deo, quam qui tres illorum seruitorum dat ei, tria que seruitia. Similiter & in Ecclesijs &

Eccles. 9.

Exemplum.

Eccles. 14.

Eccles. 10.

Prouerb. 20.

2. Thess. 3.

Matt. 10.

Lucæ. 10.

Ibidem. 13.

Prouerb. 13.

Iste est M. Petrus auctor Scholasticæ historie

animabus plūs dat. Si ergo fuerint duo Prælati taliter facientes, quis audebit dicere, quod æquè benè faciat, qui Deo & Ecclesiæ eius & animabus non dat nisi vnum seruitorem & vnum seruitium, vt ille qui dat tripulum per omnem modum? Quod si dixerit quis, quod melius faciat qui dat tres seruitores atq; seruitia totidem, quàm qui dat vnū duntaxat, vtrunque tamen sufficit: quarimus, cui sufficiat hoc. Animabus enim quæ torquentur in igne Purgatorij, non sufficit hoc: quoniam aliter accelerant liberationes earum tres Missæ, quàm vna earum, & ita de alijs suffragijs. Aliter inaniter multiplicaretur pro eis Ecclesiastica suffragia. Si autem quis dixerit quod Deo sufficiat, hoc manifestè falsum est: quoniam ad maiorem gloriam sunt ei multi præcones laudum ipsius, quàm vnus ipforum. Alioqui ad quid instituta essent tot & tantæ Ecclesiæ collegiatæ, totque chori canentium laudes ipsius? Si autem quis dixerit quod sufficit ipsis Ecclesijs, & hoc quis dubitet esse falsum? Quæ enim Ecclesia est, nisi fortè malignantium quàm Deus odit, quæ non velit habere integritatem totius corporis sui, & vniuersitatē membrorum suorum? quæ, inquam, est quæ parte corporis sui velit esse contenta, nisi quæ est magis synagoga Sathanæ quàm Ecclesiæ? Quod si dixerit, quod sufficit Prælato, vel intelligit sufficere ei ad meritum, & hoc est impossibile manifestè, sed reuerà ei sufficit ad gehennā. Defraudare enim Deū præconijs gloriæ suæ, & Ecclesiam membris suis ac membrorum officijs, animas quoque iam viuorum quàm mortuorum patronis simul & patrocinijs, indigentesque fratres suffragantibus atq; suffragijs, sufficiens meritum & causa est dānationis æternæ. Quod si dixerit quis, quod sufficit habenti vel recipienti vnum seruitium pro multis beneficijs, respondemus quod intolerabilis præsumptio est, eousque existimare & appetiari seruitium proprium, vt vnum eius seruitiū valeat duo vel tria aut quatuor, seu decē vel mille similia seruitia totidem bonorum viuorum. Neminē adhuc vidimus, qui in istū impudentia ac imprudētia ausum prorupit. Amplius, conductus vinarius ad vnam vineam excolendam vel agrum vnū, si quis eum ad aliam vineam eodem tempore excolendam conducere voluerit, repellat eum, & dicet se esse conductum ad aliam excolendam, & suam operam iam locasse: atque durante huiusmodi suæ conductionis seu locationis contractu, non posse simul & alium seruare contractum. Si ergo huiusmodi ope-

rarij in istis minimis tantæ fidei & voluntatis esse volunt, vt ad duas huiusmodi operationes simul agendas se conduci non patiatur: quantò fortius hoc in spiritualibus est seruandum, vt conductus pretio stipendij æterni & etiam temporalis, ad operandum in vna Ecclesia, quæ & vinea & ager & ædificatio spiritualis est, vt ait Apostolus, conductus, inquam, id est, institutus, sustinere non debet ad operandum in Ecclesia alia se conduci, donec sit absolutus à prima conductione. Idem est de aduocatis: Conductus enim aduocatus ad aliquam causam tempore certo agenda, non patitur se conduci ad aliā eodem tempore ventilandā. Quoniam ergo omnis in Ecclesia beneficiatus aut intitulatus, ad agenda causam animarum ad ecclesiam illam pertinentium, specialiter aduocatus constitutus est, atque ad certas allegationes pro eodem proponendas, quas ei mutare nō licet aut subterire: manifestum est, quod nō potest similem suscipere causam eodem tempore expediendam. Allegationes autem, de quibus diximus, sunt psalmi & lectiones, siue collectæ & orationes seu cantationes, quas nec mutare alicui licet contra morem suæ Ecclesiæ, nec subterire. Quamuis enim generaliter seruitores Ecclesiarum, generales aduocati constituti sunt animarum, specialiter tamen & speciales aduocati constituti sunt animarum, quarū beneficijs temporaliter sustentantur, & earum quæ parochianæ sunt Ecclesiarum suarum aut parochianæ eorum. Quoniam ergo vno eodemque tempore diuersis causis & allegationibus satisfacere non potest vnus & idem aduocatus, hinc manifestum est, quod non potest aduocatus esse ad plurius huiusmodi Ecclesiasticarum causarum expeditionem simul vna eademque persona. Hoc autem est, esse canonicum duarum Ecclesiarum, ergo non licet. Ad idem solemus similitudinem inducere de feudis, sicut enim ratione feudij, vniuscuiusque feudi debetur certum seruitium, ita & ratione vniuscuiusque Præbendæ, quare quemadmodum quod feuda vnusquisque tenet, tot debet inde seruitia, sic quot Præbendas vel beneficia vnusquisque detinet, tot debet inde ecclesiastica seruitia, hoc est, tot paria horarū & aliorū huiusmodi. Amplius, Ecclesia Dei nihil habet substantialis quod corpus suum & membra, ex quibus cōpacta est & cōstructa, nihilque habet Deo acceptius, quod sanctitatis gratiam & diuini cultus seruitiū. Hæc autem pluralitas Præbendarum & aliorum beneficiorum ecclesiasticorū, corpus ecclesiæ magna sui parte detruncat & mutilat, dū pro

pro decem seu multis membris non habet nisi vnū, & quādoque pro tribus vel quatuor non habet vnum. Cū enim aliquis obtinet loca decē præbendarū in decē Ecclesijs, decem illæ Ecclesiæ pro decem mēbris nō habent nisi illū, & hoc modo de alijs. Respice igitur Ecclesiā Dei, quantū ad clerū, & vide quot sunt, quibus cōpetit nomē illius Dæmonis, qui in Euangelio ait: Legio mihi nomen est, quia multi sumus. Nā & isti sic multi sunt. Vnusquisque enim illorū vnus est in persona, multi in beneficijs. Respice, inquam, multitudinē huiusmodi hominū, & videbis quanta portione detrūcetur per eos corpus Ecclesiæ, & videbis quod alius detrūcat ecclesiam duobus membris, alius tribus, alius pluribus vsque ad incredibile numerū. Quod vt claris eluceat, ponamus exemplum. Si enim licet vni personæ habere 40. Præbendas, esto quod quadraginta sint ecclesiæ, quarum vnaqueque 40. canonicos habeat, & ponamus quod 40. personas habeat omnes illas Præbendas. Ergo vides manifestè, quod pro quadragies 40. personis, nō habet Deus seu ecclesiæ illę 40. nomē nisi 40. personas: & pro 40. conuentibus non nisi vnū. Similiter & pro mille ducētis, præconia gloriæ suæ & laudes diuinas cantātib; non habet Deus nisi 40. Iam ergo manifestū fecimus quod dixeramus, quia id quod habet ecclesia Dei substantialius, videlicet corpus suū, ita detruncat ista pestis ac mutilat: id quoque quod habet acceptius, scilicet honorificentia cultus diuini, taliter mutilat ac detrūcat, quod patet quā pernitiōsa sit pestis ista ecclesiæ Dei. Ideo exterminanda est totis studiis ac viribus ab eadem, tanquā ignis deuorans ipsum corpus Ecclesiæ ac membra ipsius, atque vt pestis idololatriæ, auaritiæ & damnadę ambitionis, vastans & auferens ex magna parte honorificentia cultus diuini. Amplius, querimus ab huiusmodi auaris, & ambitiosis, vt videretur, an huiusmodi multa beneficia querant ac teneant ex charitate, an ex cupiditate vel ambitione. Si dicant quod ex charitate, non est qui eis credat. Nō enim ex charitate Dei & proximi tanta dāna suffragiorū proueniunt, animabusque auferūtur, nec ex charitate ipsi ecclesiæ (quæ multo plūs diligenda est quàm proximus quiuis) tantā sui inferunt vastationem & mutilationem. Quod si ex cupiditate vel ambitione se sic facere profitentur, ex ore proprio iudicētur. Amplius, ecclesia collegiata vel conuentualis corpus vnum per se. Impossibile autem est, vnū membrum esse duorum corporum naturali-ter, nisi per errorem naturæ monstroscē con-

tingat, quemadmodū accidit in mulieribus quæ ab umbilico suprā duæ erant, ab umbilico autē inferius vna. Cū ergo corpus nature, exemplum sit corporis gratiæ, quod est ecclesia, sicut in multis locis ostēdit Apostolus, non potest esse nisi monstrōsa in corporibus gratiæ huiusmodi membrorum vnitatis, siue coagmentatio vel communicatio. Quamuis autem multitudinis creditiū sit cor vnum & anima vna contra scissuras schismaticum, tamē essentialiter sunt multa membra vniuersalis ecclesiæ & particularis, vt parochiæ siue conuentus. Et quemadmodū diuersitas officiorum requirit in corpore naturali diuersitatem membrorū, ita & in corpore gratiæ diuersitatem exigit membrorū seu personarum: & sicut in corpore naturæ omnia membra non eundem actum habent, nec vnum est plura: ita & in corpore gratiæ esse debet, quod ab omni deformitate monstrōsitatis tantò debet esse remotius, quātò nobilius est, deoque gratius. Hoc autem indubitanter monstrōsitatis est, vt oculus sit manus, aut manus sit oculus. Non potest ergo esse, vt qui est Archidiaconus in vna Ecclesia, sit præpositus in alia, & idem de similibus dignitatibus. Amplius, iste qui obtinet officium vel beneficium in vna ecclesia, est de corpore illius & membrum ipsius. Si ergo vocetur ad ecclesiam aliam, aut remanet in ecclesia priore, aut non remanet: si remanet, ergo non transfertur ad aliā, nec collocatur in edificio illius, seu in corpore ipsius, sicut lapis qui remanet in edificio domus alicuius, non ædificatur nec ponitur in edificio alterius: si verò nō remanet, habemus in tentum. Et considera diligenter similitudines istas, quia sunt valde expresse. ecclesię enim, & domus & ciuitates & edificaciones sunt. Ierusalem enim ædificatur vt ciuitas, teste Psalmista. Et Apostolus ad Corinthios ait: Dei cultura estis, Dei edificatio estis. Amplius, Christus in euangelio ait: Omnis arbor quæ non facit fructum, & c. vbi eusebius in homilia ait: Quædam arbores sumus in agro Domini complantate: Diuersę ergo ecclesię, diuersi sunt agri. Impossibile est autem, eandem arborē in diuersis agris simul esse plantatam. Ersi plātata fuerit in vno, impossibile est vt nisi euulsa ab illo, plantetur in alio. Quoniam ergo canonicorum in ecclesia institutio est spiritualis plātatio arborum in hortis, impossibile est clericū plantatum (hoc est, institutū) in vna ecclesia, nisi inde euulsum, plātari (id est, institui) in alia. Idem posset probari per simile in vineis & vitibus. Amplius, nemo est qui velleo

habere seruum comedent tantum quantum tres vel quatuor, & non operantem nisi quantum vnus, similiter neque equum. Et si quis vellet ei dare talem seruum aut equum, non grater acciperet, immo respueret. Quid ergo sunt habendi clerici, qui decem clericorum comedunt beneficia, & non reddunt nisi singularia seu vnica seruitia, nisi serui vel equi quos diximus? Sed & de dispensatore suo quid faceret quicumque dominus, si vni ex seruis vel equis daret decem Præbendas seu portiones, singulis autem aliorum non nisi singulas? Nonne eum tanquam dissipatorem puniret? Similiter & Rex, si Dux exercitus sui daret vni ex bellatoribus, qui tamen non valerent nisi vnum, decem bellatorum stipendia, nonne fraudem Regi Dux ille faceret, & victoriam aduersam contra Regem proprium procuraret? Vbi enim Rex deberet habere mille bellatores, per hanc viam non haberet nisi centum. Quantum minuat ac debilitet Dei exercitum pestis ista, scilicet pluralitas beneficiorum, & quam graui animaduersione feriendi sunt à Deo huiusmodi proditores, Ducis huius exemplo manifestum est satis. Nullus enim huiusmodi multiplicium ac multiplicatorum hominum audeat dicere, aut etiam cogitare, quod ipse valeat tot bellatores, qui bellatorum nomine digni sint in exercitu Dei, quod stipendia obtinet. Simili modo de aduocatis se habet ac vinitoribus alijsque operarijs. Nullus enim eorum vnquam ausus fuit dicere vel cogitare, quod tantum possit in causa animarum alleganda, quantum decem boni aduocati, vel in vinea domini excolenda, quantum boni decem vinitores, sicque de alijs. Quomodo ergo decem salaria, vel decem mercedes operariorum percipere vel detinere præsumunt, nisi per fraudem & furtum? Porro, quam ridiculosum sit quod quidam dicunt, quod vnus potest habere quotlibet & quantumcumque pingua beneficia, dummodo ea bene expendat, hinc patet. Licet enim medicus salarium in quantumcumque pios usus expendat, quod ab ægro pro eo curando cepit, non propter hoc satis sit ægro, ut minus egrotet, nisi ei à medico succurratur. Idem dicimus de bellatore, quia quantumcumque largæ siue magnificè expendat stipendia, non propter hoc minus vincitur nisi viriliter pugnet, nec Rex minus ex hæredatur, cuius bellum agi debuit. Similiter de vinitore & aduocato eis obijci potest. Non enim solam dispensationem temporalium prouentuum suscipiunt clerici in sua institutione vel euocatione, sed officia ipsa medicandi fauciati,

de quo legitur in Luca, & officium agendi bellum Dei: similiter & officium allegandi causam animarum, & officium operandi in vinea Domini. Quod si dixerit quis, quia in beneficijs Ecclesiasticis inueniuntur quædam quæ sunt dupla vel tripla, vel etiam decupla ad alia: ergo æquè possunt haberi decem parua, ut vnum pingue, quod valeat decem alia. Hic est homo qui loquitur ut cogitat. Loquitur enim, ac si beneficium huiusmodi non habeat nisi temporalitatem. tunc enim procul dubio paruum esset habere vnum tale vel decem talia. Nec cogitat huiusmodi homo onus spirituale vniuersumque sufficientis seu competentis beneficijs, quod pro quantitate virium satis onerat vnam personam. Neque considerat huiusmodi homo, quod beneficium Ecclesiasticum & religionis, religiosum est officium, ligans & arctans personam suam ad hoc, ut alia non usurpet, nec etiam sibi imponi patiatur. Et reuera huiusmodi canonici horreales sunt siue seculares, non affixi Ecclesijs, quemadmodum stellæ suis cælis, sed horreis auaritiæ & solatijs corde incubant, & vinculis auaritiæ illis alligati sunt, vel potius in ipsis affixi. Et sicut monachos quosdam, solemus dicere coquinarios seu refectorios, pro eo quod corde in coquina vel in refectorio solum versantur, sic & istos non veri nominis canonicos, sed horreales (ut dixi) aut cellarios nuncupamus. Et (loquatur apertius) non clerici vel canonici, sed magis equi & asini sunt habendi, ut præ se præsepius ad comedendum corporaliter alligati. Non enim Præbendam clericalem (quæ portio est spiritualium bonorum, videlicet gratiæ & gloriæ) quarunt vel diligunt, sed solas præbendas animarias vel equinas, quæ vtique portiones temporalium sunt bonorum. Equi enim nostri & asini nostri sunt corpora nostra, de quibus in declamatorijs sermonibus & exhortationibus multa iam diximus, de beneficijs autem insufficientibus manifestum est, quod non requirant singula seruitia, & propter hoc alijs adduntur aut vniuntur. Si quis obiecerit nobis de Ecclesijs, in quibus non compellitur fieri residentia, dicimus quod non est libertas ex constitutione & fundatione, sed ex longa consuetudine & usurpata clericorum malitia. Si tamē in aliquibus est, in paucissimis est. Quod si quis obiecerit nobis de dispensationibus Apostolicis, dicimus, quod illi supra nos sunt, & quod iuridicè diligentius consideratæ, iura sunt: & de cõmuni dispensatione ritè facta nec sentimus, nec interpretari præsumimus. Hoc tamē indubitèter sentien-

Luce. 10.

i. Th. 3.

Qui manducant dupliciter in Ecclesijs.

Partes militie Ecclesiasticæ quæ.

Vide ea. Quæ querunt, de clericorum.

Vide ea. De multa. de p. bendis.

sentendū est, quod romanus Pontifex quantumcumque largam dispensationis gratiam videatur facere in beneficijs cum aliquibus personis: tamen nec dispensat nec dispensare potest cum auaritia, cupiditate vel ambitione earum, nec indulget eis indulgentijs suis, ut his vel alijs vitijs indulgeant. Non enim intendit nutrire pestes vitiorum de temporalibus bonis Ecclesiæ, quæ plenè nouit ad sustentationem seruatorum Dei, in eius seruitio sacrificata esse Domino & oblata. Ecce quam profundè, subtiliter, deuotè & euidenter Doctor iste egregius præfatam beneficiorum pluralitatem reprobat & condemnat. et certè, qui tot talibusque rationibus non assentit ac pareat, nimis excæcatus ac induratus videtur. Amplius: Idem doctor in suo sacro cordali, inquit, sunt clerici, sicut in confessione, an de Ecclesiasticis bonis & beneficijs, quæ propter spirituale militiam constituta & data sunt ad vacandum diuinis, Deo militent & animabus: & qualiter militent, vtrum, videlicet secundum quod requirunt stipendia, an labore secundum quod comedunt, cum dicat Apostolus: si quis non vult operari, nec manducet. Ergo qui non vult operari dupliciter vel tripliciter, non manducet dupliciter vel tripliciter. Dupliciter vel tripliciter manducant, qui tres habent Præbendas. Debent ergo operari tripliciter, tria paria horarum dicendo, & omnia bona alia triplicando: hoc est, vigilando tripliciter, ieiunando tripliciter, & ita de alijs. Vt in felicitati temporum horum, in quo ad militiam istam ascripti sunt & ascribuntur, spiritualium rerum profus signari, ac virtutibus vacui. Huius namque militie partes sunt, contra vitia Dæmonesque pugnare, & contra homines malos, ac iram Iudicis summi, contra quam pugnatur oratione, pœnitentiæ afflictione, & malo recessione. Contra Dæmones autem & vitia pugnatur disciplina, deprecatione, elemosynarum largitione, & iniuriarum remissione: Contra homines quoque malos pugnatur patientia, obsecratione, beneficentia, & interdum iustitia. Qui ergo ita non militat, tanquam fur & latro stipendia huius militie percipit: idcirco ad restitutionem tenetur. Qua igitur fronte, qua temeritate Ecclesiastica bona percipere audeat, & consumere illa præsumit? Quam rationem de perceptione stipendorum reddet? Porro si contra Deum militat & contra animam suam ac alios, si Ecclesiasticos redditus in crimina iniquitatis conuertit, ut de bonis Ecclesiæ luxuriam patiat & iniquitatis ministros, sicque peccatis &

vitijs stipendia ista deseruiant, ut nequissimis & iniurissimis proditoribus Dei. Hinc, secundum præfatum Doctorem in libro de collatione beneficiorum, clerici malè viuentes, utpotè Diabolo militantes (quod faciunt omnes qui in mortali peccato sunt) nullum ius habent possidendi & consumendi bona Ecclesiastica, quæ ad sustentationem seruatorum ac militum Dei donata sunt, ut pro alijs orent: hæc autem, serui & membra sunt militumque Diaboli. Rursus in exordio libri præfati, Doctor iste præcipuus, de hac ipsa materia valde terribiliter loquitur, asserens vmbra esse super mentem humanam, à diuina illuminatione impeditam, detentionem & occupationem beneficiorum iniquam: sub qua vmbra quiescit Diabolus, omni que genere refectionis suæ, quæ est mors sed damnatio animarum conficitur. Huius vmbra sunt quatuor partes vel causæ: Prima est auaritia, quæ inter Deum solem iustitiæ, & mentem humanam, ponit terrenam substantiam, ita quod homo illustrari non potest. Secunda est ambitio, seu superbia, quæ mundanæ instabilitatis vanitate seducta, radium veritatis æternæ menti abscondit humanæ. Tertia est consuetudo praua, quæ iam per carnales prælatos inoleuit, nec summæ Veritatis splendorē videre aut ingredi sinit. Quarta est pessima nebula particularium affectionum inordinatarum, quæ cor hominis omnino obnubilant. Quam perniciofa sit pestis ista Ecclesiæ Dei, quanta speciositate membrorum suorum detruncauerit eam, quanta vitiorum spurcitiæ eam fedauerit, quantum decorem virtutum & gratiarum ab ea deleuit, sed & ipsum Creatorē quanta sui cultus & honorificentia parte ab eo tempore defraudauit, & adhuc incessanter defraudat, pia corda non absque vehemēti dolore cogitent, deplangant, ac ingemiscant. Hæc pauca allegata ex multis dicti Doctoris extracta, piè & diligenter recensentur.

Contra pluralitatem beneficiorum, ex dictis sancti Thomæ.

Artic. IX.



AE qui sapientes estis in oculis vestris, & corā vobismetipsis prudentes. Sicut paupertas spiritus siue humilitas, qua quis sibi ipsi vilescit seu paruus videtur, præcipuè mentem disponit ad illuminationem diuinam, in qua veritatem & quicquid ad animæ spectat salutem, limpidissimè cernat: ita superbia, qua quis propria estimatione magnus & præcla-

Esaiæ. 4.

Vmbra super mentem humanam, causat se quatuor.

præclarus & sapiens est, maximè impedit hominem ab illustratione suprema, & mentem eius ita obtenebrat, atque indurat, ut ei, quod verum atque salutare est, nec dici queat, nec efficaciter persuaderi. Nemo ergo pluraliter beneficiarius tam sapiens sit in oculis suis, neque sic animam suam despiciat, palpet aut negligat, ut tam sublimium tamque sanctorum Doctorum, contra pluralitatem beneficiorum scribentium, dicta abijciat, sed diligentissimè ea aduertat. Nunc ergo, quid S. Thomas de hac scribat materia, introducitur. Itaque in Quodlibetis suis more suo pro utraque parte arguens, primò sic arguit: Videtur, quòd habere plures Præbendas sine cura animarum absque dispensatione, sit peccatum mortale, quia est contra decretum Urbani Papæ, quod incipit, Sanctorum canonum, quo dicitur: Omnino aliquem in duabus Ecclesijs intitulari non liceat: sed unusquisque in qua intitulus est, in ea tantum canonicus habeatur. Præterea quædam Decretalis dicit: Clericus ab instanti tempore in duabus non connumeretur Ecclesijs. Negotiationis enim est hoc turpis lucri commodum, & ab Ecclesiæ consuetudine penitus alienum. Præterea S. Bernardus dicit: Unus in persona, non unus sed plures est in beneficijs, non plures est in officijs, ergo plures est in supplicijs, & sic gravissimè peccat. Sed contra est, quòd illud, quod vergit in animarum periculum, non est ab Ecclesia sustinendum, sed Ecclesia sustinet, ut aliqui communiter habeant duas Præbendas. Respondendo ad hanc questionem, & determinando eam secundum ius naturale, sic videtur dicendum, quòd actionum humanarum multiplex est differentia. Quædam enim habent deformitatem in separabiliter annexam, ut fornicatio, adulterium & huiusmodi, quæ nullo modo bene fieri possunt. De numero talium actionum non est habere plures Præbendas. Alias enim in nullo casu dispensationem recipere possent, quòd nullus dicit. Quædam verò sunt actiones de se indifferentes ad bonum & malum, ut leuare festucam, inter quarum numerum quidam computant habere plures Præbendas, sicut habere plura bona. Quòd non videtur verum, sed fictum, cum hoc, quòd est plures Præbendas habere, plures in se inordinationes contineat, utputa quia non est possibile aliquem simul in pluribus Ecclesijs deferuire, in quibus est Præbendarius, cum Præbendæ ad hoc videantur ordinatæ, quia prædicta bona sunt dispensanda ibidem ministrantibus Deo. Sequitur etiam diminutio cultus Dei, dum vnus loco plurium

instituitur. Sequitur etiam in aliquibus defraudatio voluntatum testatoris, qui ad hoc aliqua bona ecclesijs contulerunt, ut certus numerus Deo seruientium ibi esset. Sequitur quoque inæqualitas, nec vnus pluribus beneficijs abundat, alius nec vnus acquirere potest. Et multa alia huiusmodi, quæ defacile patent. Vnde non potest contineri inter actiones indifferentes, & multò minus inter illas quæ sunt de se bonæ, ut dare elemosynam. Sunt verò quædam actiones, quæ absolute consideratæ, deformitatem seu inordinationem quandam important, quæ tamè aliquibus circumstantijs superuenientibus fiunt bonæ, sicut occidere hominem vel percutere in se deformitatem quandam importat: sed si addatur, occidere malefactorè propter iustitiam, vel percutere delinquentem causa disciplinæ, non est peccatum, sed virtuosum. In numero harum actionum videtur esse plures habere Præbendas. Quamuis enim aliquas inordinationes contineat, tamen tales circumstantiæ possunt superuenire ita honestantes actum, quòd prædictæ inordinationes totaliter euacuentur, utputa si sit necessitas vnus personæ in pluribus Ecclesijs, & possit plus seruire Ecclesiæ vel Capitulo absens, quam alius præsens: & si quæ aliæ sunt huiusmodi. Et tunc istis conditionibus superuenientibus cum recta intentione, non erit peccatum, etiam nulla dispensatione interueniente: quia dispensatio ad ius naturale non pertinet, sed tantum ad positium. Si verò aliquis hac intentione plura beneficia habeat, ut sit ditor & laudius uiuat, & ut facilius ad Episcopatum perueniat in aliqua Ecclesia, in qua est Præbendarius, non tollerentur prædictæ deformitates, sed auerentur: quia cum tali intentione & vnus beneficium habere, quòd in se nullam inordinationem importat, esset illicitum. Et sic quidem esset dicendum, quòd secundum ius naturale etiam nullo iure positio superueniente, non esset illicitum simili casu. Nunc autem certum est per aliqua iura hoc esse prohibitum, patet tamen huic prohibitioni consuetudinem esse contrariam, per quam quidam dicunt illa iura esse abrogata, nam per contrariam consuetudinem iura humana abrogantur. Quidam verò dicunt, per hanc consuetudinem antiqua iura non abrogata, quoniam Decretalis quædam dicit: Multa per patientiam tolerantur, quæ si in iudicium fuerint deducta, cogente iustitia cassarentur. Et hæc controuersia, quantum ad hoc, iuristis est relinquenda, quamuis hoc videatur esse probabile, quòd quantum ad hoc, quòd

iura

iura illa antiqua continent ius naturale, abrogari possunt per contrariam consuetudinem utique irrationabilem: quantum verò ad hoc, quòd solum de iure positio continent, possunt esse abrogata, præcipue si dissimulantes hanc consuetudinem, in quorum potestate est ius positium mutare, intendunt per talem dissimulationem antiqua iura mutare in corruptelam. Si ergo antiqua iura quæ habent prohibitionem in suo robore maneat, contraria consuetudine non obstante, certum est non posse aliquem plures Præbendas habere absque dispensatione, etiam simul circumstantijs superuenientibus, quæ secundum considerationem iuris naturalis actum poterit honestare. Si autem antiqua iura sunt per consuetudinem laudabilem abrogata, tunc prædictis circumstantijs superuenientibus, etiam sine dispensatione licitum est plures Præbendas habere, sine quibus circumstantijs licitum non est, quantum cunque dispensatio interueniat, eò quòd dispensatio non aufert ligamen iuris naturalis, sed bene iuris positium, quòd per hominem statuitur, atque per hominem dispensari potest. Hæc Thomas: Loquitur etiam hic Doctor circa finem huius responsionis opinatiuè magis quam assertiuè, quantum ad aliqua. Sed quòd ipse opinando pertransit, Valericus in Summa sua assertiuè determinat, quemadmodum mox patebit. Denique, quamuis Thomas videatur de hac questione mollius loqui, quam Doctores supra allegati, & infra allegandi, tamè si verba eius rite pensentur, rigorosa sunt valde. Clarissimè etenim asserit, quòd hoc quòd est plures Præbendas habere, plures inordinationes continet in se. Igitur bonum est, incertum pro certis relinquere. Item, quòd plures Præbendas habere, secundum se & absolute consideratæ, deformitatem, inordinationemque contineat, nec liceat, nisi sit necessitas in pluribus Ecclesijs vnus personæ obsequij, illaque possit utilior esse Ecclesiæ absens quam alia præsens. Quòd autem in tali casu sit licitum, immo & in quibusdam alijs, ceteri quoque Doctores contra pluralitatem beneficiorum scribentes, concedunt, ut infra dicetur. Veruntamen, sicut item deducam, illi casus paucissimos aut nullos tempore isto excusant. Postremò, quòd Thomas tangit de dispensatione, ipse non satis diffuse ac profundè prosequitur: quia etsi Papa valeat dispensare & iura positia mutare, non tamen secundum conscientiam & coram Deo hoc licite potest absque rationabili causa, quæ debet esse vel vrgens necessitas, vel vera euidensque vi-

litas, ut ipsi quoque beatissimi summi Pontifices Leo & Gelasius protestantur, & sanctus Bernardus affirmat, sicut de hoc forte plenius dicam. Cum igitur Decretalis apertissimè dicat: Nemo ab instanti tempore in duabus connumeretur Ecclesijs. Negotiationis enim hoc est & turpis lucri commodum, & ab Ecclesiæ consuetudine (haud dubium quin laudabili) penitus alienum: quis tantæ erit cæcitatibus atque dementiæ, ut asserat, quemcunque Pontificem posse ius illud absque rationabili causa mutare, cassare seu reuocare? Nempe quòd rationabiliter salubriterque statutum est, non irrationabiliter seu sola voluntate humana est reuocandum.

Contra pluralitatem beneficiorum, ex Summa virtutum et utiliorum. Artic. X.



N timore domini esto tota die, & ^{proverb. 31.} ne innitaris prudentiæ tuæ. Cum in medio laqueorum verserem, præcipue indigemus Dei timore. Timor quippe retrahit hominem à peccatis, facitque eum diligentem atque sollicitum ad cauendum imminencia sibi pericula. Ideo Solomon ait: Beatus homo qui semper est pauidus. Cum itaque tot ac tantorum Doctorum autoritatibus rationibusque monstratum sit, vitiosam esse beneficiorum pluralitatem, quòd semper intelligo nisi in casibus infra ponendis, qui casus cum rarissimi aut planissimi sint, multi Doctores absolute affirmant pluralitatem beneficiorum esse damnabilem, dum vnus sufficit habenti secundum statum suæ personæ: cum, inquam, sit ita, si quis pluraliter beneficiatus his auditis & lectis non veretur, sed irridet aut indignatur, signum est insipientis duritiæ cordis, ac propriæ prudentiæ pertinaciter innitentis. Non enim mentitur scriptura quæ loquitur: Homo sapiens in omnibus metuit. Et denuò: Qui sine timore est, non potest iustificari: immo, teste beato Gregorio, pietas mentis est illic timere culpam, ubi nulla est culpa. Vnde si quis non metuat ibi esse culpam, ubi summi deuotissimi que doctores apertissime dicunt & probant esse culpam mortalem, nonne intemorati & insensati cordis est hoc? Nunc ergo tangendum, quid in præfata Summa de ista scriptura sit questione, scilicet, An liceat vni beneficia plura habere. Circa quòd ibi sic scribitur: Sequitur de signis auaritiæ in Ecclesia Dei, Primū signum est, cum vnus habet multa beneficia Ecclesiastica quorum vnus sufficeret

ei secundum

ei secundum personæ suæ statum, quod quidam de consilio auaritiæ existentes, licitum dicunt, de quorum numero quidam dū diū afferuisset hoc esse mortale peccatum, quando videlicet non nisi vnum beneficiū habuit, dato sibi secūdo beneficio, asseruit qd licitè quis posset beneficia plura habere: & addidit, quòd nullus posset intelligere, nisi qui ea haberet. Cuius talis ratio potest assignari: Impietas namq; est oculus impij, sicq; cupiditas oculus est auari, & ita de cæteris speciebus peccati. Hinc accidit, quòd alicui luxurioso videtur aliqua mulier quam feruidè amat pulchra, cum in veritate sit turpis, & hoc ideo quoniam oculo luxuriæ respicit eam. Alius verò, qui eam tali oculo nō intuetur, non iudicat eam pulchram. Amor etiam nimis impedit rectum iudicium, facitq; rem plus æstimari quàm est. Sic ille in quo est oculus auaritiæ, videt quòd aliquis possit habere plura beneficia Ecclesiastica visione falsa siue phantastica. Qui verò non habent oculum auaritiæ, non vident hoc, sed dicunt esse illicitum, quòd multipliciter probatur: Primò sic: Tria distinguuntur principia operationum nostrarum, videlicet natura, gratia & vitium. Cum ergo quis habet, vel habere vult plura huiusmodi beneficia, vel natura est principium huius operationis, vel gratia, vel vitium. Et videtur quòd non natura, quia natura paucis cōtenta est & exigua optat, vt loquitur Seneca: nec gratia, quoniam gratia paucioribus contenta est, quàm natura, præfertim cum gratia sit in terrenorum extinguat, Augustino dicente: Qui biberit de fluuio Paradisi, cuius gutta vna maior est toto Oceano, restat vt in eo extincta sit sitis mundi. Præterea, Deus consulit summam paupertatem: non ergo est verisimile, quòd gratia eius consulat contrarium, scilicet temporalium multiplicationem, quæ in pluralitate beneficiorum quæri videtur. Insuper, pluraliter beneficiati in fine vitæ suæ non audent retinere multitudinem beneficiorum suorum, non ergo gratia Dei instigauit eos ad illa. Et si gratia amoreq; Dei possederunt ea, desiderare debent vt in tali statu à Domino inueniantur, quatenus dignā ab eo mercedem recipiant: & si vnctio gratiæ tempore sanitatis docuit eos beneficia esse multiplicanda, ipsa in statu infirmitatis, cum maior est atq; deuotior, non permittet eos de hoc dubitare. Amplius Augustinus fatetur: Fidem veraciter non habet, qui in his miserijs diues fieri cupit. Charitas quoque cum sit ignis, non tendit deorsum: & cum super omnia amet Deum, non deside-

rat multitudinem terrenorum, quibus eam amittat, vel ab eius vacatione impediatur. Vnde asserit Augustinus: Otium sanctum quærit charitas veritatis. Et rursus: Videtur mihi animus pluribus actionibus occupatus, Deo euacuari quodammodo. Non est ergo verisimile, quòd charitas quempiam moueat ad plura beneficia appetenda, in quibus tanta inquietudo est, & temporalia commoda requiruntur. Adhuc autem, charitas diligit legem Dei super millia auri & argenti. Non ergo consulit multiplicationem temporalium, quæ requirit multitudinem actionum impediendā à studio sapientiæ, de qua in Ecclesiastico scriptum est: Qui minoratur actu, percipiet eam. Eriturum: Sapientiam scribe in tēpore vacuitatis. Patet ergo quòd principium operatiōis prædictæ sit vitium, quòd q; illicitum sit vnū hominem habere plura beneficia talia, quod satis est euident, si considerentur causæ propter quas aliqui credunt id sibi licere. Alij namq; hoc licitum credunt, quoniam beneficia illa benè expendantur, quia nobiles: alij, quia vicarium ponunt: alij quoniam administrationi temporalium vtiles sunt, vel propter suam sapientiam siue potentiam. Contra primos dicimus, quòd non sufficit medico benè expendere ea quæ sibi dantur ab ægro, & eius curam nullam habere: sic clerico habenti plura beneficia, non sufficit ea benè expendere, nisi faciat officia illis annexa. Contra illos qui dicunt se posse habere plura Ecclesiastica beneficia, quia vicarios ponunt, dicimus quod eadem ratione vnus laicus seu etiam mulier posset habere decem beneficia, quia posset decem vicarios ponere. Præterea, ridiculum esset, matrimonium contrahere spe ponendi vicarium, ita & de susceptione beneficij vt ponatur vicarius. Præterea, quærimus de illo vicario, vtrum pastor sit an mercenarius. Si mercenarius ergò & latro est, cum quærat propria commoda, nō profectum salutemque ouium. Cum ergo quis dicit: Benè possum habere hoc beneficium, quia ponam ibi vicarium, penè idem est ac si dicat: Possum illud benè habere, quia ponam latronem qui furetur & mactet & perdat. Si verò est pastor per adimpletionem pastoralis officij, quæ ratio vt tu habes duas Ecclesias, ipse nullam? Nōne tibi Iohannes (hoc est, gratia Dei, vel in is in quo est gratia Dei) dicit: Non licet tibi habere uxorem fratris tui? Itemq;. Qui habet duas tunicas, det non habenti? Præterea quærimus à tali, an vicarius ille sit minus bonus, vel æquè bonus, vel melior quàm ipse. Si minus

minus bonus, tunc naturalis ratio dicit quòd non est recipiendus neque ponendus pro eo. Operarius enim in vineam alicuius conductus, non potest vicarium minus bonum ponere. Si verò æquè bonus est vel melior, quæ causa est, quòd ille habeat duo beneficia, & ille nullum? Denique, dicit Apostolus: Qui non laborat, non manducet. Quo iure ergo pascitur quis de beneficio, vbi non laborauit? Ordinauit Deus, vt qui seminat spiritualia, metat & carnalia. Qua igitur ratione pauper vicarius spiritualia seminabit, & alius carnalia metet? Cum Dominus dicat: Quos Deus coniunxit, homo non separet, quo iure denarius ille, què subditus offert pauperi vicario sibi spiritualia seminanti, accipietur à patrono forsitan malè viuente? Et si quo ad forum contentiosum ius sibi videatur habere, tamen quòd ad iudicium sacræ scripturæ, raptor est, vsurpans sibi alterum eorum quæ à Deo coniuncta sunt, sine reliquo, id est, mercedem sine labore: immo etiam homicida reputatur, & respectu mercenarij quem defraudat, & respectu pauperum subditorum, quorum sudorem manducat, iuxta illud in Ecclesiastico scriptum: Qui fraudem facit mercenario, & qui effundit sanguinem fratres sunt. Et rursus: Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Vltimò dicimus, quòd illi, qui vicarium ponunt sola cupiditate lucri seruientem, taliter faciunt matri suæ Ecclesiæ, ac si quis matri suæ carnali pedem verum & carneum tolleret, & loco eius pedem ligneum substitueret. Contra illos, qui dicunt se plura beneficia habere, quia sint nobiles, dicimus, quòd si filij Dei sunt atque Ecclesiæ vtiles, excedere mensuram suæ nobilitatis non debent: & forsitan iustum est vt de beneficijs Ecclesiasticis præ cæteris accipiant, si fieri potest absq; iactura animarum, vt scilicet quilibet talis aliquod beneficium pinguius consequatur, quòd se iuxta exigentiam sui status sustentet. Sed si filij Diaboli sunt, qua ratione de bonis Domini præ cæteris accipient? Nunquid debet nobilitas filiorum Diaboli honorari? Similiter, si inutiles sunt Ecclesiæ Dei, aut prauo exemplo nocui, non videtur iustum quòd præ cæteris commodum habeant ab Ecclesia, quia Ecclesia commodum non habet ex eis. Deus quoque in Ecclesia non vult habere, qui multum consistit Ecclesiæ, & nihil proficit. Similiter, si aliquis non est contentus illis, quibus cōtensus esset, si clericus non esset, & cum paterna hæreditate exhæ-

redatus sit, superbior tamen vult esse, quàm frater suus qui hæres est, nō videtur iustum esse, vt Dñs eius superbiam pascat. Contra illos qui credunt se posse multa beneficia habere, quoniam sapientes sunt siue potentes, quo ad seculum, dicimus quòd cupiditas & auaritia docet eos in hac parte. In dolosa namque statera cupiditatis nihil ponderant spiritualia, sed solum temporalia, sicut vt Bernardus dicit de auaris prælatis: Optimi æstimatorum rerum, qui de maximis iniuriam, & de minimis maximam curam gerant. Deinde ostendi potest, non solum quòd malum sit plura beneficia habere, sed etiam, quòd nulli cæco debeat hoc in dubitationem venire. Certum est enim, quòd nullus sit Princeps secularis, in cuius Curia liceat eum qui non habet nisi vnum equum, auenam quærere pro duobus. Non est armiger tam simplex qui dubitet inde. Cur ergo in Curia Dei, id est, in ecclesia, in qua tōt sunt qui de aueua Ecclesiæ non possunt habere ad necessitatem, licitum sit, aliquem qui non habet nisi vnum equum, id est, vnum corpus, auenam habere ad plures equos? Quomodo dubium est inter literatos quòd certum est inter armigeros? Nōne benè per Esaiam dicitur: Quis cæcus, nisi seruus Domini? Et si licitum esset, aliquem habere plura talia beneficia, tamen non expediret. Vnde ait Apostolus: Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Licebat Apostolo sumptus sumere à subditis, sed non expediebat: quia pseudopostoli indè sumpsissent occasionem quærendi atque lucrandi. Sic quantum liceret alicui viro discreto & honesto habere plura talia beneficia, tamen quia amatores temporalium acciperent inde exemplum cupiditatis & auaritiæ, non expedit: sicut comedere idolythyum licet viro discreto, qui illud non comedit in veneratione idoli, tamen coram pusillis, qui inde scandalizarentur, illud nō licet. Hinc ait beatus Bernardus: Spiritualis homo omne suum trina consideratione præuenit: Primò, an liceat, deinde, an deceat, postremò, num expediat. Licitum dicitur aliquid in respectu ad Dei prohibitionem, decens in respectu ad conditionem personæ, expediens verò in respectu ad proximi offensionem. Considerare ergò debet vir sapiens, an illud quod facturus esset, liceat, id est, à Deo non sit prohibitum: deinde, an deceat suam personam, quia aliquid deceat vnum quod non alium: præcipue verò in literatis viris, qui debent spiritaliter esse oculus Ecclesiæ, indecens est terrenitas &

Matth. 11.

1. Iohann. 1.

Psal. 111.

2. Thess. 3.

1. Cor. 9.

Mat. 19.

Mat. 10.

Eccle. 31.

1. Iudic.

Eccl. 34.

Ibidem.

Iohann. 10.

Mat. 16.

Luc. 11.

Esai. 29.

1. Cor. 10.

Quæ macula

macula cupiditatis & avaritiæ. A talibus nãque præcipue sumitur exemplum, & ad eos specialiter pertinet illud Apostoli: Ab omni specie mala abstinete vos. Et iterum: Prouidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Itaque ad istos auaros pluraliter beneficiatos pertinet maledictio illa Dei, quam exprimit Esaias: Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis. Denique, sicut nõ est innocens, sed criminofus qui mutilat matrem suam carnalem, sic nec qui matrem mutilat spiritualem, puta Ecclesiam, faciendo vt habeat vnum membrum minus quàm deberet habere. Quid ergo de illis, qui quatuor aut quinque, aut cerè plura beneficia habent? Si quis dicat, quòd licet Ecclesia non habet omnia membra quantum ab substantiam, tamen habet omnia quo ad officia, vnus enim habet officium plurium. Respondemus, quòd licet in monoculo vnus oculus suppleat officium duorum, non tamen tantum valet habere vnum, vt duos: nec benè seruiet matri suæ carnali, qui procuraret vt loco duorum oculorum, vnum duntaxat haberet. Præterea constat, quòd sepe in istis vnus non implet officium duorum aut plurium, & frequenter nec soluere valet, vt satis probatum est. Amplius, ex ista beneficiorũ pluralitate prouenit monstrifitas atque confusio magna in Dei Ecclesia, vtputa quòd diuersæ Ecclesiæ habent eundẽ oculum, cum tamẽ sit inauditũ, in diuersa corpora idẽ mẽbrũ habere. Item, quòd oculus vnus Ecclesiæ, est os in alia Ecclesia: quia Archidiaconus in vna, est Cantor in alia. Adhuc autem, peccatum seu pluralitas ista introducit quòdammodo in Ecclesia Dei hæresim Sabellij, dicentis eundem esse patrem & filium, contra quem asserit Augustinus, hoc nusquam inueniri, vt eadem persona sit pater & filius respectu eiusdẽ. Sed hoc vult facere impietas ista. Accidit enim vt duo sint decani in duobus Ecclesijs, & vterque sit canonicus in vtraque. Sicque vterque est pater & filius respectu vtriusque. Præterea peccatum hoc agit, vt eadem arbor simul & semel in diuersis hortis plantata sit. Sed non vult Deus arborem aliquam in horto suo esse absque fructu, vnde & de infructuosa ait ficulnea: Succide eam, vt quid etiam terram occupat? Vnde videtur quòd in vtroque horto fructum facere debeat arbor talis, & quòd sic duplex officium dicere debeat, qui duplex beneficium sufficiens habet. Qua enim ratione pro primo beneficio ad vnum officium obligatur, eadem ratione pro secundo ad se-

cundum. Denique, talis multiplicatio beneficiorũ circa eandem personam, frequenter generat in illa persona apostema superbiæ, sicut in corpore humano nimia collectio humorum circa aliquod membrum, solet sibi apostema causare. Superbia autem est similis apostemati illi quod vocatur, Noli tangere, quia superbus sustinere non vult quòd eius vitia arguantur. Isti quoque pluraliter beneficiati, sæpe redduntur ita inflati, quòd de magnitudine huius periculi infiniti, nec admoneri volunt, nec increpari. Sed & insipientissimi agunt, ed quòd supra suam virtutem se onerent ac spondeant ac obligent, præsertim quum ratione vnus cõpetentis beneficij ad tanta ac talia se astringant, vt satis ad agendum videantur habere, cum ad persolutionem eorũ, ad quæ ratione vnus beneficij tenentur, potissimè si curam habeat animarum, vix sufficiant: immo & in quantum vnusquisque simplex canonicus, ad satis multa & ardua obligatur, vt ex præinductis probatur. Itaque isti sic pluraliter beneficiati, multos defraudant: Primò Deum suo honore atque obsequio, secundò Ecclesiam suis membris, tertio pauperes clericos, & forsitan eis virtuofiores qui habere deberent beneficia quæ ipsi superflue habent, quartò vicarium, cum habeat laborẽ, & ipsi mercedem, quinto subditos, à quibus metunt corporalia, cum non seminent eis spiritualia. Hæc & multa alia similia contra pluralitatem beneficiorum, in præallegata Summa terribiliter conscribuntur. Sed breuiati studens alia nunc omitto, præsertim quia volenti acquiescere ista reor sufficere, & ne prolixitas tædium pariat.

De eadem materia ex Summa Vdalrici.

Articulus XI.

Sapientia tua & scientia tua deceperunt te. Quantò quis minus de seipso præsumit, sibi ipsi confidit, proprio ingenio, potestati aut sapientiæ meritisque innititur, tantò plus diuinitus adiuuari, & illuminari aptus est atque meretur. Ideo Salomon dixit: Cum simplicibus est fermocinatio Dei. Aposto-
Esai. 49.
1. Cor. 1.
Rom. 14.

omnia melius arbitrantur, iusto Dei iudicio relinquuntur, & excæcari ac perire iustissimè permittuntur. Tales ergò à sua sapientia scientiaque falluntur, eo sensu quo ait Apostolus: Scientia inflat. Nullus ergo in suo sensu sit pertinax, nemo dicta solennium parvipendat Doctorum. Et nõne vtrique in ista materia de pluralitate beneficiorum potius standum est determinationi religiosorum atque sanctorum Doctorum, qui purissimo veritatis zelo locuti sunt, propria commoda non adspicientes, nec aliquod beneficium habentes aut cupientes, quum tamen etiam ad Episcopatus promoueri potuissent, quàm quorundam pluraliter beneficiatorũ, secularium uè Doctorum? Nunc ergo introducenda sunt dicta Vdalrici, qui & ipse Doctor fuit ordinis prædicatorum, & à Doctoribus valdè laudatur, qui in Summa sua sic ait: Dubitandum non est, quin hæredes CHR ISTI (hoc est, clerici qui possident patrimonium Crucifixi) teneantur soluere res illas residuas quibus debentur, id est, pauperibus, quorum sunt res eadem quæ superflue sunt, secundum illud ius quod Dominus clericis dedit in talibus rebus, cum dicit: Dignus enim est mercenarius seu operarius mercede sua. Hoc autem ius est, vt dicit Augustinus, quod possideant ea quæ eis sufficiunt, id est, quæ pertinent ad utilitatem, non ad superfluitatem. Hæc autem sufficientia est limitanda secundum personæ debilitatem seu indigentiam, & secundum decentiam sui status, ratione scientiæ vel generis siue officij. Quòd autem hæc eis debentur, probat Apostolus ad Corinthios rationibus multis, dicendo: Quis militat suis stipendijs vnquam? Quum ergo ea quæ sibi superflue sunt, clerici thesaurizant vel in illicitos vsus expendunt, sicut qui ditant parentes seu cognatos aut amicos suos, nec sunt contenti eis subuenire in necessitate naturæ ipsorum, & qui in delicijs consumunt, dando meretricibus & effundendo pecuniam in splendidis epulis, suntque de numero Principum, qui mane comedunt ad luxuriam, non ad necessitatem: & qui gloriae seculi magnificis sumptibus sibi parant, dando histrionibus, aut comparando sibi amicitiam diuitum & potentum, superfluumque cateruam familiæ & clientum multiplicando, quos pretiosis vestibus frequenter secum innouant, aut magnas ædificiorum fabricas erigunt, atque in consimilibus alijs sunt prodigi de patrimonio Crucifixi, non solum peccant in hoc vitio prodigali-

tatis, sicut quilibet peccat qui abutitur ad vsum diuinitus sibi concessis, sed multum aggrauant suam culpam, quia subtrahunt res illas quibus debentur, id est, pauperibus. Et hoc peccatum vocat gloriosus Hieronymus rapinam excedentem omnem crudelitatem prædonum: vocat quoque hoc sacrilegium, Augustinus verò homicidium, dicens: Qui rem à Domino pauperibus relegatam, suis vsibus immoderatè reseruat, tantorum homicidiorum est reus, quanti pauperes in locis ubi habitat, fame mortui fuerint. Tenentur igitur isti ad omnium talium restitutionem, quæ facienda est illis, quibus res Ecclesiæ debentur, id est, pauperibus eiusdem loci. Et si habet bona patrimonialia, vel alia aliunde quàm per Ecclesiam acquisita, de ipsis teneantur restitutionem hanc facere. Nec sufficit quòd hanc faciant de fructibus Ecclesiæ, qui vsibus suis superflue, cum etiam absque huiusmodi debito res illæ pauperibus debeantur. Si verò nil habent præter redditus Ecclesiasticos, vtantur eisdem parcius, & de his quæ poterant licite suis vsibus applicare, eleemosynas faciant largiores. Nec solum ipsi qui dant, sed etiam qui malè receperunt res Ecclesiæ, ad restitutionem tenentur, cum asserat Augustinus: Si quæ nobis sufficiunt, possidemus priuatim, non sunt illa nostra, sed pauperum, quorum procuracionem quodammodo gerimus, sed proprietatem nobis vsurpatione damnabili vendicamus. Porro focariæ & aliæ turpes personæ, si de bonis Ecclesiæ ditatæ aut partæ sunt, in prædicto casu tenentur ad restitutionem, nisi causa eleemosynæ fuerit eis datum cum indigerent: non tamen restituent ei qui turpiter dedit, quia puniendus est in eo in quo deliquit. Sed in utilitatem Ecclesiæ conuertetur, vel eius qui turpiter dedit successori ecclesiastico restituetur, vel eiusdem loci pauperibus dandum est, si satis abundet ecclesiæ, quod melius credo, quoniam superneccessariæ res Ecclesiæ debentur pauperibus. Non sanguinei autem res ecclesiæ sibi datas, non propter sustentandam naturam, quod licet, si indigent, sed vt ditentur vltra exigentiam sui status, potentes quoque ac diuites res ecclesiæ sibi collatas propter fauorem pompæque seculi, & non propter aliquam rationem licitam vel honestam, vel quas extorserunt per fraudes aut minas, aut per quamcunque indebitam opportunitatem vel violentiam, tenentur restituere ei qui dedit, si viuunt, vel eius successori, si discesserint. Denique, cum iuxta doctrinam Apostoli, red-

1. Cor. 9.
2. Cor. 11.

ditus ecclesiarum sint stipendia militatum, fructus vinitorum, cibus pastorum, pabulum bouum trituranium: patet quod qui debuit sibi officium non implent, sed in otio & voluptatibus atque lasciuia vitam agunt, nihil iuris habent in rebus Ecclesiarum, sed ipsas percipiendo, Ecclesias spoliant, & tenentur ad restitutionem omnium perceptorum. Quamuis autem iura indixerunt clericis residentiam personalem in beneficijs suis, vt patet extra de clericis non residentibus per totum, tamen in multis casibus permittunt absentiam eorundem perpetuam vel ad tempus, propter rationabiles causas. Præterea verè committunt furtum & rapinam in rebus Ecclesiarum clericis, quando in casu non concessio absque iusta dispensatione, percipiunt fructus plurium beneficiorum. Vnde de Electo Rothomagensi dicitur extra de electione: Cum in concilio sit constitutum, quod quicquid recipiat aliquod beneficium, curam animarum habens annexam, si prius tale beneficium obtinebat, eo sit ipso iure priuatus: & si forte illud retinere contendit, etiam secundo spolietur. Prædictus Electus contra statuta huiusmodi veniens, & retinendo quæ non spectabat ad ipsum, rem per consequens contrectauit alienam, furtum commisit quodammodo & rapinam. Idem etiam est de personatibus non habentibus curam animarum. Persona autem vocantur, præcentoria, decanatus, præpositura, & dignitates his superiores: quia (vt ait Boëtius) persona est suppositum distinctum proprietate pertinente ad dignitatem. Vnde patet, quod tales tenentur ad restitutionem omnium fructuum sic perceptorum, & debent Ecclesiarum restituere cui subtraxerunt. Et quamuis Innocentius hoc statutum in Concilio sanxerit, tamen ante eum fuit à Gregorio institutum, qui dixit: Singula Ecclesiastici iuris beneficia, singulis quibusque personis committi iubemus. Et rationem assignat: Sicut enim varietas membrorum per diuersa officia & robur corporis seruat, & pulchritudinem repræsentat, ita varietas personarum per diuersa officia distributa, & fortitudinem & vniuersitatem sanctæ Ecclesiarum manifestat. Fortitudinem quidem, quia per hoc fit terribilis vt castrorum acies ordinata. Quam fortitudinem exemplis ostendit gloriosus Hieronymus, ad Rusticum dicens: In apibus princeps vnus est, grues vnam sequuntur, Imperator vnus est. Roma condita, duos fratres reges habere non potuit. Singuli sic sint Ecclesiarum Episcopi, singuli

Personatur
est persona
quid.

Conti. 6.

Archiepiscopi, singuli Archidiaconi. Venustas verò consistit in hoc, quod per dispositionem ordinis reducitur ad formam vniuersi, à qua vocatur Ecclesia Catholica seu vniuersalis, in qua forma consistit etiam decor totius mundi. Hæc ergo ratio fundatur super illud Apostoli ad Corinthios: Nam & corpus non est vnum membrum, sed multa. Et ideo non potest statutum hoc mutari ex sola voluntate superioris, vt ea quæ ex sola positione obligant, sed oportet vt sit ratio iusta, in qua non expedit seruari ipsum, cum sit Apostolicum & morale statutum, superius naturale fundatum. Vnde vbi ei ratio legitimæ necessitatis vel patentis utilitatis obuiat, ibi intentio statuentis seruanda est potius quam verba: & ideo ab hoc statuto receditur quandoque de iure communi, quandoque ex necessitate, quandoque ex dispensatione, sicut in sequenti dicitur articulo. Itaque si absque rationabili causa alicui concedantur plura beneficia, non vera dispensatio, sed crudelis dissipatio, secundum Bernardum est. Et ideo valet quidem, quantum ad id quod est de iure positivo, scilicet quod non committit furtum percipiendo fructum beneficiorum illorum, & hoc in foro contentioso: sed quantum ad id quod est de iure diuino ac naturali, nihil valet, nec à damnatione excusat, sed potius dispensans eidem damnationi inuoluitur cum eo cum quo dispensant. Dispensationem autem hanc in personatibus beneficiorumque curatis, Innocentius sedi Apostolicæ referuauit, vt patet extra de Præbendis: ideo inferiores dispensare in his casibus non possunt, licet aliqui contradicant. Postremo, in Ecclesia primitiua omnia fuerunt omnibus communia, quia in omnibus fuit Apostolica perfectio. Ex personis namque illius primitiue Ecclesiarum ex Iudæis collectæ, instituenti erant gentium Doctores, ideo oportuit, illos sine temporalium sollicitudine esse quietos. Vnde ait Melchisedech Papa: Futuram Ecclesiam in gentibus præuidebat Apostoli, ideo prædia Iudæi conuersi non sunt adepti, sed tantum pretia ad fouendos egenos. Postquam autem multitudo gentium subintravit, cum non omnes caperent hoc verbū consilij perfectionis, licuit Christianis habere proprium: sed tamen adhuc permansit perfectio apud illos, qui Apostolicæ dignitatis participes erant, vt sunt Presbyteri, alijque prælati ac clerici siue canonici. Et hæc consuetudo pro iure in posterum est deducta. Vnde dicit Clemens

Papa.

Papa in epistola quarta: Dulcissimis fratribus Hierosolymis cum charissimo fratre nostro Iacobo & Coepiscopo habitantibus, Clemens Episcopus: Cõmunis vita est omnibus necessaria, & maxime his qui vitam Apostolorum discipulorumque eorum imitari voluerint. Hieronymus quoque in epistola de duobus generibus hominum: Duo sunt (inquit) genera Christianorum: Vnum, quod mancipatum est diuino obsequio & contemplationi & orationi, quod ab omni strepitu rerum temporalium conuenit abstineri, vt sunt clerici, qui victu & vestitu contenti, nullam inter se proprietatem habentes, omnia debent habere communia. Aliud verò est genus Christianorum, scilicet laicorum. Laos etenim Græcè, Latine populus dicitur. his licet temperatè aliquid possidere. Postmodum verò cum necessitas status communis ecclesiarum, & multorum lapsus hoc requireret, etiam clericis concessum est habere propria, prædicta in prohibitione reuocata. ex his dictis Vdalricus ostenditur, quàm perniciosissima sit beneficiorum pluralitas, quando & id, quod de vno beneficio superflue expenditur, tam districtè restitui iubetur.

De quinq; casibus, in quibus licet vni habere plura beneficia. Articuli. XII.



ROMA. 15.

Væ à Deo sunt, ordinata sunt. Quum Deus sit supersapientissimus author, omnia ordinatè producit, & quæ secundum voluntatem eius aguntur, rationabiliter sunt. Itaque Raimundus cæteri que Doctores assignant quinque casus, in quibus vna persona potest de iure communi habere duas vel tres vel plures Ecclesias seu Præbendas. Primus est, quando Ecclesiarum sunt in redditibus tam tenues, quod vna non sufficit ad competentem sustentationem personæ, ita quod totidem potest habere, vt sufficiat ei ad victum: Secundus est, quando vna dependet ex altera: Tertius est, propter raritatem paucitatemque clericorum: Quartus est, si Ecclesia sit annexa Præbendæ vel dignitati: Quintus est, si habeat vnam intitulatam, & aliam ex iusta causa commendatam ad tempus, donec cesset talis causa, scilicet donec inueniatur persona idonea, si propter eius defectum fuit ecclesia commendata. Statuit quoque Gregorius decimum in Concilio Lugdunensi, talem commendationem ultra spatium sex mensium non durare. Et idem de Præbendis est dicendum. Circa hoc quæ-

ritur, an extra hos casus liceat vni secudum Deum & conscientiam, beneficia plura habere, quorum quodlibet sufficiat pro competentem sustentatione personæ. Circa quod aliqui dicunt, quod circa sublimes & literatas personas, quæ maioribus sunt beneficijs honorandæ, cum ratio postulerit, per sedem Apostolicam poterit dispensari, vt scilicet iuxta condecenciam sui status possint se gerere, atque præ cæteris inferioribus honestius viuere, & hospitalitatem seruare, ac elemosynas erogare. Sed his obuiare videtur, quod extra hos casus non inuenitur rationabilis causa dispensandi contra Decretales præallegatas, hoc clarissimè prohibentes. Nempe extra hos casus non est vrgens necessitas, vt vnus plura huiusmodi beneficia habeat, nec utilitas est ad hoc inducens extra hos casus: immo multæ inutilitates inde sequuntur superius tactæ: quia dum cum maioribus dispensatur, minores atque pusilli multipliciter scandalizantur exemplo maiorum, ad plura beneficia impetranda seu retinenda se animantes ac defendentes. Ex tali quoque multiplicatione beneficiorum circa eundem, sequitur inconuenientia, superius ex dictis sancti Thomæ & Gulielmi Parisiensis inducta, vtputa inæqualitas distributionis beneficiorum, ita quod aliqui clerici nullum possunt acquirere, alij verò nimis abundant. Item minoratio ministrorum Ecclesiarum seu mutilatio eius, & diminutio Ecclesiasticorum officiorum ac cultus diuini, de fraudatio voluntatum testatorum, qui Ecclesiasticos reddidit contulerunt: sed & animarum sanctorum debitis spoliantur suffragijs, & multa similia inde inconuenientia consequuntur nec inueniuntur extra hos casus causæ honestantes hoc, quod est beneficia plura habere, ita vt præactæ deformitates tollantur ac licitæ fiant: immo & pulchritudo & ordo atque totalitas mystici corporis Ecclesiarum, per hoc partim auferuntur ac impediuntur, prout paulò antè ex verbis Gregorij Papæ probauit Vdalricus, sic quod etiam contra ius naturale peccatur, contra quod nec à summo Pontifice potest dispensari. Præterea, secundum beatum Hieronymum, ad vitandum scandalum pusillorum, vitandum seu omittendum est quicquid salua triplici veritate, vitari omittit potest, videlicet vitæ, doctrinæ, iustitiæ: & qui aliter scandalizant pusillos, subiacet sententiæ Christi qui ait: Væ homini illi per quem scandalum venit. Item quæ: Expediit ei vt suspenderetur a lafinaria in collo eius, & demergatur in

Matt. 18.

Mar. 9.

profundum maris. Immo quod aliquis maioris est literaturæ, altiorisque gradus seu nobilitatis præclarioris, tantò ampliùs exemplaris consistere, pusillorumque scandala vitare tenetur, dum potest salua hac triplici veritate, si ex hoc quòd quis, quantumcunque sit literatus aut nobilis, vnico competentibeneficio contentatur, nulla oritur iactura siue offensio contra hanc triplicem veritatem, aut contra aliquam earum, sed potius in hoc veritates hæ tres seruantur a honorantur, cum sit iustum & dictis Sanctorum consonum, aliorumque ædificatiuum. Insuper, iam ad oculum patet, quanta abusus, iniustitia, peruersitas sit in Ecclesia ex hoc, quòd extra prædictos casus vnus permittitur plura beneficia obtinere ac possidere. Idcirco ad tanti mali eradicationem, excellentiores personæ debent verbo & exemplo præcipuè laborare. At verò hospitalitatem seruare & elemosynas erogare, nõ est sufficiens causa habendi huiusmodi beneficia plura, cum ex hoc aliunde proueniant multa inconuenientia grauiora, sicut ostensum est. Deus quoque non exigit ab aliquo hospitalitatem & elemosynarum largitionem ultra vires ipsius, seu ultra id quòd sibi de vno competentibeneficio superest. Postremò, est aliud atque conuenientior modus prouidendi personis magnis & literatis de beneficijs sufficientibus ad viuendum decenter, quàm vt plura beneficia habeant. Sunt enim multa Ecclesiæ & Præbendæ ac personatus seu dignitates Ecclesiasticæ valde pingues, quarum quælibet vni talium sufficit. Sed in hoc est inexplicabilis error ac cæcitas clericorum multorum, quòd beneficium vnum tantorum reddituum, de quibus etiam quicumque honestus ciuis secularis vel domicellus decenter viuere possit, sibi non sufficere arbitrantur, quasi clerici non essent obligati ad viuendum temperantiùs de patrimonio Crucifixi, quàm homines seculares de hæreditarijs bonis. Sed de hoc infra magis dicendum est.

In quibus consistat honestas ministrorum Ecclesiæ, & quid seu quantum debeat iudicari sufficere clerico pro competentibeneficio sustentatione ipsius. Articulus XIII.

*Thessa. 4.
Et honestum quid sonet.*

Honestè ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis. Honestum quasi status honoris interpretatur. Porro honor debetur virtuti: est enim exhibitio reuerentię in signũ virtutis. Hoc est ergo verè

honestum, quod est verè virtuosum & exemplare, deo que placitum. Hinc honestas ministrorum Ecclesiæ, videlicet sacerdotum & canonicorum, prælatorum ac præsulum, nequaquam consistit in temporalium affluentia, in splendida mensa, in vestibus superfluis, pretiosis & curiosis, in magna & seculari familia, vel apparatu mundano, in processu pomposo: nec per hoc efficiuntur populo exemplares, honorabiles atque amabiles, sed potius scandalizatiui, odibiles ac diffames. In quibus ergo consistit vera clericorum honestas, nisi in vera humilitate, per quam Deo hominibusque placetur? In vera mansuetudine, per quam homo præcipuè à cunctis diligitur: in vera paciẽtia, per quam anima hominis ab ipso salubriter possidetur: in vera castitate, per quam in carne mortali angelicè viuatur: in vera sobrietate, per quam spiritalis profectus in homine inchoatur: in vera iustitia, per quam vniciq; quod suum est redditur: in vera prudentia, per quam media ad finem efficaciter diriguntur: in vera fortitudine, per quam nec mortis pericula contra iustitiam formidantur: in vera sapientia, per quam omnia ordinatè aguntur, & diuina carnalibus præferuntur: in vera deuotione, per quam Deo alacriter deseruitur: in vera dilectione Dei & proximi, per quam omne peccatum consumitur: & vt compendio stringam, in hoc verisimè vera clericorum consistit honestas, vt iuxta regulam vitæ eis à sanctis Patribus institutam, in omnibus viuatur. Ecce, per has virtutes & per huiuscemodi vitam efficiuntur verè honesti, vniuersoque populo venerandi, exemplares atque charissimi: & si ita se haberent, in maiori reuerentia & dilectione haberentur, quàm nunc, sicut etiam ad oculum cernimus, quòd quidam eorum, quamuis, pro dolor, paucissimi, quoniam temperatè continenterque viuunt, & simplicibus ac necessarijs vestibus contentantur, nec temporalibus se inuoluunt, sed diuinis seruentur in suis, ac spiritalibus exercitijs occupantur, nec ultra vnum competentis beneficium volunt, idcirco præ cæteris diliguntur ac honorantur, & CHRISTI, C. 7.

Cum ergo in omni Ecclesia Christus sit caput summum & primum, ipse est mensura & regula ceterorum. In ipso quoque in hoc olim seculo visibiliter conuersante, summa & perfectissima fuit honestas: & tamen in ipso

ipso summa fuit paupertas, intantum, quòd dixit: Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet. Sed & humilimè fuit vestitus. Quantò ergo Christiani quicumque ipsorum perfectius imitantur in præfatis virtutibus, tantò sunt honestiores censendi, & quantò in vestitu, victu, rebus, factis & moribus plùs ab ipso recedunt, tantò inhonestiores aut minùs honesti sunt iudicandi. Certum est autè, quòd propter delicata cibaria, pretiosa & superflua indumenta, & cetera iam præfata, à Christi simplicitate & paupertate, puritate & sobrietate maximè se elongent & distent. Idcirco per talia coram Deo inhonestiores redduntur. Insuper post Christum sancti Apostoli fuerunt primi ac summi prælati Ecclesiæ, sicut Palamita prædixit: Constitutes eos principes super omnem terram. Et beatissimus Petrus à Christo totius fuit pastor Ecclesiæ institutus. Sed nunquid idcirco à Christi paupertate & humilitate se auerterunt? immo vtique honestissimè se in omnibus habuerunt, virtuosissimè conuersando, atque terrena omnia contemnendo. In his ergo virtutum ornatibus consistit honestas Ecclesiæ, iuxta illud in Psalmo: Omnis gloria eius filiæ Regis abintus. Propter quod dixit Apostolus: Nolite conformari huic seculo, sed renouamini spiritu mentis vestræ. Et iterum: In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt. Non dixit: in veste pretiosa aut simili aliqua seculari pompa, quasi talia ad honestatem spectet Ecclesiæ. Ex his facilliter consideratur, quid aut quantum sufficiat clerico ad necessaria vitæ. Nonne secundu naturaalem rationem natura modicis contentatur? Et secundum legem naturalem, de corporalibus bonis non ampliùs optandum est, quàm sufficit homini ad sic viuendum, quòd pro corpore competentiam habeant, & ad vsum rationis studiaque virtutum expeditior extet. Præterea, secundum Euangelicam legem oportet per arctiorem viam incedere, & penitentialem ducere vitam, aliqua etiam de necessarijs subtrahendo naturæ pro corporis castigatione. Vnde supra ex verbis Augustini ostensum est, quid virtutis ad omnem pertinet Christianum. Rursum probatum est, qualiter clerici (hoc est, canonicis atque presbyterijs) secundum quod tales, tenentur virtuosius conuersari, quàm seculares & laici Christiani, id est, magis temperatè ac sobrietè, seu minùs sumptuose & minùs immoderatè in victu & vestimentis, ac cæteris ad corporalem vitam spectantibus, vt semper sint ad diuina apti obsequia. Ex quo elici potest,

quanta summa pecuniæ siue reddituum iudicanda sit vni sufficere ad sustentationem suæ personæ. Sed cum apud diuersos diuersa currat moneta, & tempora non semper sint æquè cara, non video quomodo istud certis verbis exprimi possit, & taxari Insuper quæque omnibus. Sed vnusquisque præinductis pensatis, conscientiam suam examinet, & rectæ rationis sequatur iudicium. Sed & ipsa experientia dubitantem potest instruere, cum videamus ad oculum, quomodo multi presbyteri parum habentes, aut vicarij aliorum seu clerici tenuiter beneficiati, de ipsa sua substantiola & paupertatula sufficientiam habeant. Nonne multà huiusmodi minùs habent, quàm quinquaginta florenos Rhenenses? Quomodo ergo qui de vno beneficio centum florenos huiusmodi habent aut plures, afferunt sibi beneficium tale non esse sufficiens? Quantò quis sapientior & literatior fuerit, tantò exemplariùs & moderantiùs viuatur, & virtuosius in cunctis se habeat, vt teneretur, & sciet sibi pauca sufficere. Omnibus quæ legi, ritè pensatis, apparet quòd canonicorum vita talis aliquando fuit pro magna parte, qualis fuit per tempus, & de gratia Dei adhuc est conuersatio clericorum, qui fratres vocantur in vrbibus multis. Sed status canonicorum prorsus ià lapsus est, ita ut paucissimi eorum aduertant aut scire dignentur, ad qualem vitam obligentur.

An clericus, qui de suo patrimonio seu bonis proprijs potest sustentari, licitè possit bona Ecclesiæ in suos conuertere usus.

Articulus XIII.



Non concupisces re proximi tui. Dicit nonnulli, quòd, licet clericus aliunde habeat vnde viuatur, licitè possit sustentari de redditibus beneficij sui, quoniam bona Ecclesiæ sunt stipendia ministrorum ipsius, & seruando Ecclesiæ merentur ea & faciunt ea sua. Sed huic opinioni multa Sanctorum dicta obuiare videntur. Et primò quod sanctus scribit Hieronymus: Clericus qui de suis bonis sustentari potest, si acceperit quod pauperum est, sacrilegium perfectè committit, atque per abusionem talium, iudicium sibi manducat & bibit. Si egres & accipis, das potius quàm accipis: si autem non egres & accipis, rapis. Hinc ait & Damasus Papa: Qui bonis parentum sustentari possunt,

Exod. 16.

*Deut. 18.
Mart. 10.*

1. Corint. 10.

si accipiunt quod pauperum est, sacrilegium incurunt. Sed ad hæc quidam respondent, intelligenda hæc esse in articulo necessitatis extremæ, quod non reor sufficienter prolatum. Quia ex verbis præallegatis dignè pensatis, constat hoc non esse de intentione Patrum illorum. Et rursus, quia in necessitate extrema omnia extant communia, & tunc non solum Ecclesiastica, sed & hæreditaria bona communicare indigentibus obligati sunt clerici, immo & omnes. Denique, bona ecclesiæ sunt pauperum, & in subuentionem eorum sunt data ac ordinata & eroganda. Si ergo clericus aliunde competentiam habeat, non apparet quòd illa licitè possit consumi, nisi fortè sua propria pauperibus erogaret, aut in alios pios usus expendere. Tunc enim non cederet in pauperum detrimentum, quòd Ecclesiastica bona consumeret: aliàs cedere videretur in eorum detrimentum atque iniuriã, cum & sanctus Bernardus testetur: Res pauperum non pauperibus dare, par sacrilegio crimen esse dinoscitur. Sanè patrimonia pauperum, facultates sunt Ecclesiarum. Et sacrilega pauperibus crudelitate subripitur, quicquid sibi ministri & dispensatores, non utiq; possessores, videlicet clerici, ultra necessarium seu simplicem victum accipiunt & vestitum. Insuper, super illud quod ait Saluator: Dignus est operarius mercede sua, scribit Gregorius, in clericorum ac prædicatorum loquens persona: Operi nostro mercedis due debentur, vna in via, alia in patria: & merces in via, est temporalis stipendij usus, de quo addit, quòd prædicator debet hanc mercedè suscipere, ne per indigentiam cogatur ab opere spiritali cessare. Itaque si prædicator aut clericus Ecclesiasticorum reddituum seu elemosynarum sustentatione non indiget, nõ videtur ea in suum debere usum conuerrere, nec licitè posse, suis retentis, sed potiùs pauperibus dare. Adhuc, Christus antequã dixit: Dignus est mercenarius mercede sua, statim præmisit: Nolite portare sacculum neque peram. Itaque concessit eis tanquam pauperibus nihil terrenum possidentibus, accipere vitæ stipendium ab his, quibus spiritalia impendebant. Sicque videtur, quòd si clerici aliunde competentiam habeant, non licitè possint Ecclesiæ bona in suos expendere usus. Ampliùs, Ecclesiastici redditus seu sustentaculum vitæ, non est principalis merces clericorum, sed sicut valdè minus principalis, ordinanda ad præmium principale, quòd est beatitudo æterna, in quantum necessaria est ad illam. Vnde si a-

liunde quis competentiam habeat, illa ipsi necessaria non videtur. Nec ob hoc clericus gratis aut frustra obsequitur Deo siue Ecclesiæ: immo tanta ipsi diuinitus beneficia sunt impensa, tot bona promissa, quòd si millies plùs seruiret, non tamen Deo digna rependeret. Sed & ea quæ aliunde habet, quibus potest se sustentare, nõnne Dei sunt dona, & de eis Deo regratiari ac obsequi obligatur? Vnde Christus in Euangelio loquitur: Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicitur: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Aristoteles quoque fatetur, quod Dijs & parentibus ac magistris reddi non potest æquiualens. Ex his facilliter solueretur argumentum huius oppositum asserentium, in principio huius articuli tactum. Bona quippe ecclesiæ, sunt stipendia ministrorum eius indigentium huiusmodi bonis. Quòd si eis non egeant, non sunt capaces talium bonorum ad proprium usum, nisi iuxta modum præactum. Veruntamen seruendo ecclesiæ, faciunt huiusmodi bona esse sua, vt ea indigentibus piè dispensent, non vt ea sibi thesaurizent, possideant, & immoderatè seu absque necessitate & indigentia consumant. Hinc Prosper notabiliter ait: Non vt possessores, sed vt procuratores sancti viri facultates ecclesiæ possidebant. Et idcirco scientes nihil aliud esse res ecclesiæ, nisi vota fidelium, pretium peccatorum & patrimonia pauperum, non eas vendicauerunt in usus suos, vt proprias, sed vt commendas pauperibus ditulerunt. Hoc est possidendo contemnere, non sibi, sed alijs possidere, nec habendi cupiditate ecclesiæ facultates ambire, sed eas pietate subueniendi suscipere. Quod habet ecclesia, cum omnibus nihil habentibus habet commune, nec aliquid debet inde eis, qui sibi de suis sufficiunt, erogare, cù nihil aliud sit habetibus dare, quam perdere. et horum sanctorum Patrum sententijs securiùs atque salubriùs statur, quam aliorum quorundam, in quibus illuminatio tanta non fuit. Postremò innotescit ex his, quã vtique periculosè se habeant, qui beneficijs ecclesiasticis satis aut super satis prouisi, patrimonium suum propinquis suis distribuunt, cum tamen illi secundum exigentiam sui status seu personę conditionem habeant satis, & fortè abundant, & ipsi beneficiati de patrimonio pauperum se nutriunt delicatè. Idem quoque iudicium est de his qui cum patrimonio suo bona ecclesię lautè & immoderatè inutiliterq; consumunt.

Qua

Qua intentione sint impetranda seu suscipienda Ecclesiastica beneficia. Artic. XV.



Mat. 6.

Veritate primò regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiungentur vobis. Quemadmodum corpus ordinatur ad animam, sic corporalia ad spiritalia sunt finaliter referenda. Qui ergo Ecclesiastica beneficia optant, querunt, impetrant, suscipiunt non intuitu spiritalium boni, putà diuini officij, vt scilicet competentiam habentes, Deo deuotius quietiusq; ministrent, sed intuitu commodi temporalis boni que corporalis, isti sunt subuersores rectissimi ordinis rerum, atque in temporalibus finem sibi constituunt, idcirco mortaliter peccant, etiam vnicum beneficium competens taliter cupiendo, obtinendo, habendo. Tales sunt omnes qui amore temporalium diuitiarum aut carnalium deliciarum seu transitoriorum bonorū Ecclesiastica beneficia querunt, procurant seu habent. Talibus conuenit, quod ait sanctus Bernardus: Alius vndiq; circuit sedulus explorator, blanditur, obsequitur, simulat & dissimulat, miseraque suffragia mendicare non erubescit, manibus & pedibus repens, si quo modò tandè aliquando sese ingerere queat in patrimoniu Crucifixi, in bona Domini, quæ sola ex omnibus hodie inueniuntur exposita. Porro, qualis debeat esse intentio quærentium & suscipientium beneficia Ecclesiastica, docet beatus Bernardus, dicendo: Si quis ea intentione gradus Ecclesiasticos & ministeria sanctuarij querit, immo queritur, quæri etenim magis, quam querere ipse debuerat, vt absque curis seculi in sanctimonia cordis & corporis, illuminandus accedat ad Dominum, & suam ac proximorum operetur salutem, orationis studio deditus aut verbo prædicationis, bene se habet. Nam si eo querit aut tenet animo, eo que intuitu, vt hinc vitæ habeat necessaria, Euangelizat vt manducet, & peruerso nimis ordine cælestibus, terrena mercatur. Quatò certè digniùs, ampliùsque esset contentaneum rationi, vt pro carnali victu, corporalia potiùs opera atque negotia exerceat, nec fieret subuersor ordinis rerum, nec inhonoraret ministeriū spirituale. Sed modico est natura contenta. Nec multi in his sola necessaria querunt, quæ vtique possent obtineri minori periculo, sed honorati incedere volunt, placere hominibus student, ditari & superbire, huicque seculo conformari. Audi querelas Dei, quid super hac tanta hominum temeritate loquatur: Ipsi, inquit, regnauerunt, & non ex me: principes

Bernardus.

philip. 3.

Dicitur.

Eph. 4.

extiterunt, & non cognoui. Vniuersos siquidem in ordinibus Ecclesiasticis, cæterisque ad Ecclesiam pertinentibus, honorem querentes proprium, aut diuitias seu corporis voluptates, & quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, manifestè & indubitæ non ea que Deus est charitas, sed aliena à Deo, & omniùs radix malorum cupiditas introducit. Quid istud temeritatis, immo quid insanie est? vbi timor Dei? vbi mortis memoria? vbi gehennæ metus, & terribilis illius iudicij expectatio? nuncautem trahit sua quæque voluptas, atque odorem turpis lucri sectantes, quæstum æstimant pietatè. Væ væ, in domo Dei videmus horrenda. Quid nisi idololatras ministrantes? Mentior, si non idolorum seruitus auaritia, si non etiam quibusdam venter suus factus est Deus suus. Quod enim præ cæteris quisque colit, id sibi Deum constituisse probatur. Quantos videmus qui diligunt munera, sequuntur retributionem: quantos qui Domino Iesu Christo non seruiunt, sed proprio ventri: quantos qui honorem & gloriam hominum magis quæ Dei querunt & diligunt. Hæc beatissimi Bernardi verba sunt, beneficiatus beneficiaq; querentibus diligentissimè aduertenda, vt si quis contra documenta hæc agit, peniteat: & qui non egit, præcaueat.

roma. 12.

Osee. 8.

philip. 3.

1. ioh. 4.

1. Tim. 6.

eccles. 7.

1. Tim. 3.

Titum. 10.

Osee. 6.

Colos. 3.

philip. 3.

1. ioh. 2.

roma. 16.

1. ioh. 5.

Qualis debeat esse hospitalitas clericorum.

Articulus XVI.



Um facis conuiuium, noli vocare cognatos, diuites & potentes, ne fiat tibi retributio: sed voca pauperes, debiles, cæcos & claudos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Omnia quæ habemus, de manu Dei accipimus, tam spirituales quæ seculares, & reddituri sumus rationem de eis. Ideo Christo testante: Cui plus datum est, plus requiretur ab eo. Non itaque cuiquam licitum est Christiano, secundum Deum, bona sua exteriora ad libitum suum consumere siue expendere, sed moderatè ac iustè eis vti tenetur, & in rationabiles piòsq; conuerrere usus. Et ista est ratio secundum Hieronymum, cur vix vnus de mille diuitibus atq; potentibus mundi, aptus est regno Dei: quia cum diuites sint, arbitrantur se suas diuitias posse ad placitū suum consumere, delicatè & pretiosè viuendo, sumptuosa conuiuia exercendo: diuites ob humanum fauorem, seculi pompam, carnalem affectum inuitando, pauperibus verò sicut panem & tenues vix famulorum reliquias tribuendo, quod

1. ioh. 14.

2. ioh. 13.

quod est contra arctam salutis viam atq; iustitiam, præsertim cum iuxta Ambrosium, diuites non sint diuitiarum possessores ac Domini, sed dispensatores, & Deo de eis rationem datur. Et si ultra indigentiam & condecantiam sui status eas sibi seruauerint seu auxerint, nec indigentibus communi- cauerint, tanquam alienæ rei usurpatores sunt condemnandi. Idcirco gloriosi Doctores Ecclesiæ, Augustinus atque Basilius con- testantur, non minoris esse criminis haben- ti tollere, quam cum possis & habes, indi- gentibus denegare: Esurientium panis est quem tu detines, nudorum indumentum quod includis, miserorum redemptio pecu- nia quam in terra abscondis. Tantorum te scias bona inuadere, quantis possis præsta- re, & non vis. Si ergo hæc ita se habet, etiam in laicis circa temporalia bona, quanto uti- que plus in clericis circa Ecclesiastica bona, quæ specialiter patrimonia pauperum nuncupantur. Vnde nullatenus licet ea in vana & seculari hospitalitate consumere cum di- uitibus, potentibus, talibus ut propinquis. Non tamen illicitum est talibus interdum seu raro ex pia causa ad honestam amicitiam conuolendam, aut propter aliam rationem decentem, hospitalitatem rationabilem ex- hibere. Hinc ait Isidorus: Clerici conuiuia publica fugiant, priuata non tantum pudica, sed & sobria colant. Hieronymus quoq; sacerdoti seu clerico scribens: Conuiuia, in- quit, tibi sint detestanda, maxime horum qui honoribus tument. Turpe est ante fores sacerdotis Christi pauperis Crucifixi, & qui cibo vesceretur alieno, liatores consulum & milites excubare. Rursusque aserit: Omnes qui stipendijs templi, & his quæ confe- runtur ad vsus Ecclesiæ, abutuntur in alijs rebus, quibus expleant suam voluntatem, similes sunt Scribis, Pharisæis ac Sacerdoti- bus Iudæorum. Itaque clericis secularia & delicata agentibus conuiuia scribit Bernardus: Vē vē tibi clerice, mors est in olla, mors in olla carniū, mors in huiusmodi delicijs est, non solum quoniam secus introitum delectationis mors posita esse cognoscitur, sed ob id maxime, quia populi constat esse peccata quæ comedis. Sumptus & redditus Ecclesiasticos gratis habere te reputas. Can- tando tibi proueniunt, sed melius esset tibi fodere aut etiam mendicare. Peccata enim populi comedis, ac si propria tibi non suf- ficerent. Sollicitus igitur esto tanquam ratio- nem redditurus de istis. Sollicitus esto dig- nos pro eis, qui dederunt, gemitus fundere, dignos agere pœnitentiæ fructus. Alioqui

4. REG. 4.

Osce. 4.

ad damnationem tibi noueris imputanda illorum peccata, quæ nunc inter delicias tuas comedis, parupendens atque dissimulas, tan- quam nihil pertinentia ad te. O iudiciorum Dei abyssus multa, ô terribilis Deus in con- silijs super filios hominum: Frustrâ incipiet miseri dicere montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos. Venient ante tribunal Christi, audietur contra eos populorum gra- uis querela, accu satio dura, quorum vixe- runt stipendijs, nec diluerunt peccata, qui- bus facti sunt duces cæci, fraudulentii me- diatores. Quid tibi dices, ô inspiens, delicia sapi- unt, quibus mercaris & promereris tam gra- ue iudicium, tam duræ te obligas rationi? Vniuersa liquidem à te vsque ad quadran- tem nouissimum exigentur. Deniq; Petrus ulesensis in quadâ epistola cuiusdâ deuotif- simi Abbatis lametatione describens, atq; in eis persona loquens, fatetur: Diues factus sum, vt fierem miser: honores adeptus sum, vt perderē Deū: sequor curias, inter sum ma- gnatum consilij, in his patrimonium Chri- sti dilapido. Quid de hospitalitate dicâ, quæ merito hostilitas potius, quæ hospitalitas cen- setur: Christus enim ei causam non præstat, sed inanis gloriæ obtentus. Diuitibus qui- dem in hospitio cum honore & reuerentia susceptis, in omni opulentiâ delicia appo- nuntur de patrimonio Crucifixi. Christus autem olim crucifixus in ligno semel, foris in pauperibus suis crucifigitur aut torque- tur in luto, in quibus aut omnino nudus, aut in semicinctis contabescens, fame & fri- gore tremens, de his quæ interiori dantur ca- nibus, solatium angustia suæ postulat, & nō est qui moueatur super contritione ipsius. ecce hospitalitas hodierna, in qua diuites ad gloriam Demorum splendide epulatur, & Christus qui charitas est, contempri, inedia & nuditate afficitur. ego autem oblitus terribilium iudiciorum Dei, & immemor animæ meæ, sedeo tanquam Balthasar in medio conuiuiarum, vasis Dei abutens & pa- trimonio pauperum in contumeliam Chri- sti. Interim exeunt de domibus hospitum gartiones onusti cibarijs & ebrij, vt de su- perfluitate illorum pauperibus ingeratur cumulatior materia doloris & tormēti. Sub huius falsæ hospitalitatis prætextu, Vicecomi- tibus, Forestarijs & cæteris Officialibus aut potius officiendis hominibus, tanquam Dominis & magistris omne humanitatis of- ficiū exhibetur. Proponitur tamen quæ- rela de inofficioso, totamque hospitalitatis gratiam in gratitudo peruetet, nisi architri- clinus vsque ad nauseam capitisque vertigi- nem,

Psal. 51.

1. Cor. 7.

Matt. 13.

Matt. 7.

Matt. 23.

Mat. 23.

Luc. 11.

Ioh. 8. 15.

Daniel. 4.

rem, cum hospitijs suis bibendi bella con- tinuet. Hæc omnia iudicabit, cuius iudicia sunt occulta, & ideo magis timēda. Sumptus tam detestabiles & enormes non de labore aut patrimonio sūt, sed de elemosynis pau- perum & fidelium, de oblationibus & deci- mis, & de tributis egentium animarū, de ex- actionibus & oppressionibus pauperū. Qui in sudore vultus nostri pane nostro vesci de- buimus, labores miserorum nobis ad deli- as vsurpamus, atque in crapula & ebrietate sudorem bibimus alienum. Ille qui intuetur abyssos & sedt super Cherubin, iudicabit causam pauperum, quandō stabunt in ma- gna constantia aduersus eos, qui se angustia uerunt. Vbi est, quæso, verbum illud pro- phetæ: Dispersit, dedit pauperibus? Porro, nec nos diuitibus dare, nec nos ligna in syl- uâ ferre, nec aquas in mare effundere oportebat. Verbum Hieronymi est, sacrilegium esse, res pauperum non pauperibus erogare. Et idem: Paria sunt, peccatoribus dare, & immolare Demonijs. Postremò his conso- nat, quod felicitis memoriæ Magister Gerhar- dus Groet ait: Nulla bona Ecclesiæ sine mor- tali peccato in commensationibus diuitium possunt consumi, quia sunt deputata paupe- ribus, & sunt de patrimonio Crucifixi, & per- passionem Christi nobis acquisita, & de eius hæreditate, vt dicitur in Decretis. Cum nec dare possimus vtiliter amicis, nisi tantum in- digentibus seu egenis propter Christū, quā- rō minus inutiliter, immo nociuè & in pecca- tis consumendo, nec aliquibus tribuere de- bemus, nisi pauperibus, quoniam speciali- ter Ecclesiæ bona sunt pauperum. Ex his cla- rissimè constat, qualis esse debeat hospitali- tas clericorū, vt scilicet iuxta verbum Christi in principio huius articuli allegatum, ad mē- sam & refectionem inuitent, ducant, immo & trahāt pauperes & infirmos, cæcos & clau- dos ac peregrinos, & hoc ex vera charitate ac pietate ad gloriam Dei, non ex aliqua vani- tate, propter honorem famamq; mundi: quæ hospitalitas quamuis ad omnem pertineat Christianum secundum vires ipsius, tamen ad clericos permximè.

Gen. 11.

Gen. 3.

Gen. 5.

Gen. 11.

De periculofitate pluralitatis beneficio- rum. Artic. XVII.

Her. 46.

MAledictus qui facit opus dei frau- dulenter. Iam supra ex dictis Gulielmi Parisiensis, atq; ex Sum- ma virtutum & vitiorum dedu- ctum est, quod clericus teneatur ad tot pa- ria horarum, quot beneficia pro vitæ necessa-

rijs sufficientia habet. Quod intelligendum est, nisi in casibus articulo duodecimo me- moratis, in quibus scilicet casibus licet vni- plura beneficia habere. Si ergo sic esse creda- tur, ecce quàm periculosa est beneficiorum præacta pluralitas. Cùm enim beneficiorum teneatur ad horas canonicas, certū est quod si vnam de septem horis omni die scienter omittat, quotidie mortaliter peccet: quod si omni die omnes septem horas omisit, aut septem peccata mortalia, aut certè vni peccatum septemplex mortaliter, quotidie in- cidit. Tales ergo sic pluraliter beneficiati, & non nisi semel quotidie horas canonicas persoluentes, nonne probantur quotidie ex hoc solo, aut septem peccata mortalia, aut vnum septemplex mortaliter incidere? Si autem tria vel plura beneficia habeant, fa- cile est computare quantum augeantur pec- cata. Præterea isti sic pluraliter beneficiati, nec inde se emendantes, in suis incessanter manent peccatis, & communicando seu cele- brando manent in eis. Quod quàm pericu- losissimum damnabilissimumq; consistat, ipsi perpendant. Efficiuntur enim rei corpo- ris & sanguinis Christi. Insuper, aut putant hanc beneficiorum pluralitatem licere, & tunc (sicut ostensum est) discrimini se com- mittunt, & contra præcipuorum sanctorum ac solennissimorum Doctorum, immo qua- si contra omnium veraciter deuotorum & religiosorum sententiam agunt, seq; incauti- sime habent: aut putant eam sibi esse illi- citam, & tunc scienter in tantis peccatis atq; periculis perseuerant, quod profus damna- bile est. Amplius, isti secundum prædicta nil iuris habent ad redditus beneficiorum, quo- rum non exoluunt officia, & sic bona illa si- bi iniuste vsurpāt, sacrilegè tractāt, illicitèq; exponunt siue reponūt. Postremò, isti toto tempore, quo in hac pluralitate beneficiorū manent, priuant indefinenter Deum cultu debito honorificentia suæ, ecclesiam mem- bris suis, viuos atq; defunctos suffragijs de- bitis, vt præinducta demonstrant. Multa si- milia & horrenda possent de huius periculo sitatis immensitate adduci: quæ quia ex supe- rioribus faciliter considerantur, omitto, hinc tantundem tetigisse sufficiat.

Ex scriptis sancti Bernardi ad clericos pertinenti- bus. Articulus XVIII.

Perfectus & absq; macula eris cum dño deo tuo. Cùm deus sublimis & benedictus sit iustus, sanctus atq; purissimus, ministros iustos, sanctos

1. Cor. 10.

Deut. 10.

sanctos ac simplices diligit ac requirit, sicut per Moſen dixit: Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter. Potiſſimè autem in clericis, in ſacerdotibus atq; canonicis iubet & exigit Deus eſſe cor mundum, humile, virtuoſum. Sed iam pro dolor obſcuratum eſt inſipiens cor multorum, & pro humilitate amplectuntur ambitionem, pro mentis munditia vitia carnis, pro animi ſimplicitate diuerſas aſtutias. Et quod S. Bernardus deplaxit in clericis ſui temporis, nunc copioſius eſt deſendū. Ac ergo vir ille ſanctiſſimus: Curritur in clero paſſim ab omni ætate & ordine, à doctis pariter & indoctis ad Eccleſiaſticas curas, tanquàm ſine curis iam quiſq; victurus ſit, cū ad curas peruenerit. Nec mirum de his qui necdum in ſe ipsis pericula ſunt experti. Videntes quippe illos, qui iam proprioſ humeros cupide ſarcinæ ſubmiſerunt, non ſolum non gemere tanquàm ſub onere, & inſuper appetere plus onerari nō deterrentur periculis, quæ cupiditate excæcati nō vidēt, ſed fauoribus atq; honoribus quos alijs inuident, prouocātur. O infinita ſemper ambitio, ò inſatiabilis auaritia, cū primos gradus honorum meruerint in Eccleſia, meruerint autē vel vitæ merito vel pecuniæ, ſiue etiā carnis & ſanguinis (quæ regnū Dei nō poſſidebunt) prerogatiua non ideò corda eorū quieſcunt, duplici ſemper æltuantia deſiderio, vt quò magis ac magis dilatantur ad plura, eò ad celſiora ſublimentur. Verbi gratia, cū quis factus fuerit in quacūque Eccleſia decanus, præpoſitus, archidiaconus, aut aliquid huiuſmodi, nō contentus vno in vna, plures ſibi, immo quotquot valet acquirere honores fatagit. Quibus tamen omnibus, ſi locus euenerit, libenter vnus præferret Epifcopi dignitatē. Sed nunquid ſic ſatiabitur? Factus Epifcopus, Archiepiſcopus eſſe optabit: quo forſan adepto, rursus neſcio quid altiùs ſomnians, laborioſis itineribus & ſumptuoſis familiaritatibus Romanum ſtatuit frequentare Palatium, quæſtuoſas ſibi quaſdam exindē comparans amicitias. Denique, multi non tanta fiducia & alacritate currerēt ad honores, ſi eſſe penſarent & onera. Grauari profectò metuerent, nec tanto labore, atq; periculo quarumlibet affectarent inſulas dignitatum. Nunc verò, quoniam ſola attenditur gloria, & non pœna purum eſſe clericum erubeſcit in Eccleſia, ſeq; viles æltimant atque inglorioſ, qui quocūq; loco emunctiori non fuerint ſublimate. Præterea, omni canonico eſt penſandū quod Fulconi canonico ſcribit Bernardus: Memēto ſili quia

recepſi bona in vita tua: Recepiſti, dixit, non Rapuiſti: ne etiam de hoc tibi fruſtrā blandiaris, quòd tuis contentus, aliena non rapis. Veruntamen quæ ſunt illa bona Beneficia Eccleſiæ? Recte, quoniam ſurgis ad vigiliis, vadis ad Miſſas, horis chorum nocturnis diurniſq; frequētās, ſic Eccleſiæ Prebendam non gratis accipis. Dignum eſt enim, vt qui altario deſeruit, de altario viuatur, inquam, de altari, non ſuperbiat, non luxurietur, non ditetur, non in clericatu diues ex paupere fiat, aut ex ignobili glorioſus: non ſibi de bonis Eccleſiæ ampla palatia fabricet, nec loculos indē congreget, nec in vanitate aut in ſuperfluitate diſpergat: non extollat de facultatibus Eccleſiæ conſanguineos ſuos, aut nepes (ne filias dixerim) nuptui tradat. Conceditur ergò tibi, vt ſi bene deſeruis, de altari viuas, non vt de altari luxurieris, non vt indē tibi compares frena uera, ſellas deſpectas, calcaria deargētata, varia grifeaq; pellica, à collo & manibus ornatu purpureo diuerſificata. Denique, quicquid præter neceſſarium victū & ſimplicem veſtiture de altari retines, tuum non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt. Nō enim ordinauit Deus his qui Euangelio ſeruunt, de Euangelio quærere diuitias vel ornatum, ſed viuere ex eo, vt videlicet ſint contenti alimenta coporis, nō gulæ iritamenta aut incitamenta libidinis, & quibus tegantur, non quibus ornentur accipere. Sanè qui non fideliter introiuit & per Chriſtum, quid ni fideliter agat & contra Chriſtum? Aut quando neceſſarijs poterit eſſe contentus, qui eo animo introiuit, vt ſtipendia cleri in vſu voluptatis, curioſitatis & vanitatis congreget, ſeruet & expēdat? Sed quid ſibi vult q̄ clerici aliud eſſe, aliud videri volunt? Nempe habitu milites queſtu clericos, actu neutrum exhibent. Nam neq; pugnant vt milites, neq; vt clerici Euangelizant. Cuius ordinis ſunt? cū vtriuſq; eſſe cupiunt, vtrunq; deſerunt, vtrunque confundunt. Vnuſquiſq; (inquit) in ſuo ordine reſurget. Iſti in quo? An quia ſine ordine peccauerunt, ſine ordine peribunt? Aut ſi ſummè ſapiens Deus creditur à ſummo vſq; deoſum nihil inordinatū relinquere, vereor nō alibi ordinādos, quàm vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Alienis nanq; laboribus locupletantur, comedunt fructus terræ abſq; pecunia, & prodit quaſi ex adipe iniquitas eorū. Mens quippe aſſueta delicijs, nec exculcata diſciplinæ ſarculo, multas contrahit ſordes. Hæc & multa ſimilia, immo & grauiora contra ſacerdotes atq; canonicos ſcribit ſanctiſſimus pater Bernardus,

uardus, eoſdem exhortans, vt ſe in omnibus corrigant, & Domino maiſtatis cum debita reuerentia obſequantur in omni caſtitate & æquitate.

Diſputatio contra pluralitatem beneficiorum ex diſtis ſanctorum Patrum.

Articulus XIX.

Empus eſt vt incipiat iudicium à domo Dei. Et ſi iuſtus vix ſalua-bitur, impius & peccator vbi apparebunt? Sanctus Bernardus libro de Conſideratione, de hoc multipliciter reprehendit Eugenium Papam, quòd de eius licentia Abbates ſubtrahebantur ab obedientia Epifcoporum, Epifcopi quoq; ab obedientia Archiepiſcoporū, & Archiepiſcopi ab obedientia Patriarcharum. Itaq; inter cætera aſſatur Eugenium Papam, dicens: Tūnelicitum tibi cenſes ſuis Eccleſias mutilare membris, confundere ordinem, perturbare terminos quos poſuerunt Patres tui? Si iuſtitia eſt vnicuique ſeruare ius ſuum, auferre alicui ſua, iuſto quomodo poterit conuenire? Cū ergò iuxta omnia præallegatorum verba Doctōrum, eundem habere plures Præbendas, vel beneficia plura, quorum vnum pro ſuſtentatione ſufficiat, ſit mutilare Eccleſiam ſuis membris, & Deo debitum auferre honorem, ſeu minorare cultum & laudes ipſius, itemq; viuos ac mortuos debitis ſpoliare ſuffragijs, patet hoc eſſe prorsus damnabile, nec Papam hoc poſſe licitè concedere. Præterea ſicut iam claruit, hoc omnium ſanctorum Patrum Catholicorumq; ſententia eſt Doctōrum, bona Eccleſiæ non aliud eſſe quàm vota fidelium, pretia pecca-

torum ac patrimonia pauperum. Dum itaq; quis vnum competens beneficium habet, & nihilominus adhuc pro alio inſtat aut retinet illud, quæro, qua intentione ſi inſtat aut retinet: quia aut principaliter propter bonum ſpiritale, vt ſcilicet Deo deuotiùs, quietiùs atque perfectiùs ſeruiat: aut principaliter propter bonum temporale, videlicet, vt ditior fiat, lautius viuatur, honorabilior reputetur. Primum horum dici non poteſt. Cū enim de primo beneficio competentiam habeat ad viuendum ſobriè ac modeſtè, quò alia plura beneficia habuerit, eò maior ipſi adeſt occaſio intemperatè viuendi & ſuperflue conſumendi Eccleſiaſtica bona, amplioremque indē inquietudinem ſollicitudinemque fortitur, & plurima deuotionis incurrit obſtacula ac ſalutis pericula, prout probant præhabita. Secundum verò iſtorum manifeſtè illicitum eſt atque mortale. Si itaque paruitati meæ aliquis conſulendi locus eſt apud excellentiam amantiſſimorum meorum, pro quibus hæc ſcripſi, totis precor, hortor conſuloque præcordijs, vt præinductis diligenter penſatis, viam elegant certiorē, nec diſcriminari ſe committant, ſed tantorum acquieſcant diſtis Doctōrum, tamque ſanctorum ſententijs Patrum, & vnico competenti beneficio ſint contenti, per viam tutam ac arduam iugiter incedentes, quouſque ſuper glorioſiſſimo vniuerſorum ſini beatificè vniantur, qui eſt ſuper omnia Deus ſublimes & benedictus in ſecula.

Amen.

Libri contra pluralitatem beneficiorum finis.

R. D. DIO.

Leuit. 11.

Roma. 1.

2. Corint. 13.

1. Pet. 4.

1. Corint. 10.

1. Pet. 4.



1. Timoth. 6.

1. Timoth. 6.

1. Timoth. 6.

1. Thimo. 6.

Roma. 2.

1. Iob. 10.

1. Sal. 27.

DIONYSII

CARTHUSIANI DE PLVRIVM BENEFICIORVM VSVRPATIONE DIALOGVS, BRE-

NEFICIORVM VSVRPATIONE DIALOGVS, BRE-
VIS QVIDEM, SED BREVIATEM VTI-
litate compensans.

INTERLOQVVTORES, CANONICVS, PATRONVS.

CANO.



Voniam me peccatorem grauem intueor, quid mirum si per meipsum Deum iudicem iustum accedere vereor, ne forte, quemadmodum fluit cera à facie ignis, sic peream ego peccator à facie Dei? Ad quem ergo fiducialiter tutiusq; con fugiam, nisi ad te o beate huius collegij venerandi Patrone sancte N? PAT. Quiniam es tu? CAN. Cur dominus meus sic loquitur seruo suo, quasi huius suæ Ecclesiæ canonicus non agnoscat, & quasi solo sit nomine, non re ipsa patronus noster? PAT. Nescis supernæ gloriæ ciues Domino Deo suo tam omniquaq; conformatos, vt quos ipse ignorat, ignorent & ipsi: quos scit ipse, ipsi quoq; scire credatur? Porro impios & iniustos, carnales & negligentes idcirco nescire asseritur Deus, quia eorū damnabile non approbat vitā, quibus & in die iudicij dicit: Nescio vos: discedite à me operarij iniquitatis. Iustus verò cognoscit, quorum vitā approbare cense tur. Quid ergo miraris, si me te ignorare profitear, cuius mihi cōuersatio displicet vehementer? Atqui sicut tu nomine, non vita, canonicus es: sic ego nomine, non re, tuus dici possum patronus. In super, qua frōte me tuū appellas patronum, qui alterius quoq; collegij, aut certè plurium, te esse canonicum gloriaris? Nunquid plurium capitū, diuersorūq; prelatorum non subordinatorū, variorum itidem corpōrum mysticorum poteris esse membrum, aut subditus? CA. Væ misero mihi, & heu miserum me: quia quem patronū & excusatorem inuenire sperabam, nō nisi accusatorem & repræhensorem reperio. Et ecce solo nomine me esse canonicum contestaris, quum pondus feram diei & estus, quod tidie visitans chorum, orans, cantans ac celebrans. Præterea, cur super pluralitate beneficiorum me increpas, quū iam viri doctissimi in omni ferè facultate promoti pluribus sint beneficij dotati? Quod si vituperabile esset atq; damnabile, ab eis (ni fallor) euitaretur. Et nōne expedit plures habere patronos apud Altissimum, & per consequens in pluribus esse prebendam collegijs? PA. Nōne in prolocutionis huius exordio te

Mal. 69.

1. Cor. 5.
Matth. 7.

Matth. 20.

grauem esse peccatorem clamasti? Cur ergo super re ista causaris, quoniam nomine, non re, te canonicum esse redargui? An de illorū es catalogo, qui seipsos quidem accusant, quum verò accusantur & corripuntur ab alijs, indignantur & excusare se moliantur, quum tamen in scriptura veritatis expressum sit: Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris: & qui abijcit disciplinam, infelix est? Præterea non aduertis quid canonicum nomine designetur? Nōne canon regula interpretatur? Vnde canonicus quasi regularis nuncupatur. Propter quod is tantum ritè ac verè re ipsa appellatur canonicus, cuius vita iuxta sanctorum Patrū canones iuriscq; regulas dirigitur, rectificatur adducitur. An adeo excæcatus es mente, vt exteriorem ingressum ad chorum, vocalemq; cantum, orationem & celebrationem putes cuiquam sufficere ad salutem? Nōne ingratum esse Spiritui sancto quicquid ei offeritur, neglecto eo ad quod offerens obligatur? nōne legisti Bernardum hæc dicentē, quā extremæ sit impudentiæ carnales & vitiosos canonicos seu clericos audere ingredi Sancta sanctorum, summiq; Regis se presentare conspectui, & pollutis labijs fontem puritatis supermundissimum laudare Deum? Nunquid speciosa est laus in ore peccatoris? Nōne peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Nōne qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius execrabilis erit? An non audisti Augustinum loquentem, Quia plūs placet Deo latus canum, grunntus porcorum, quā cantus luxuriantium clericorum? Nōne de talibus per beatissimum Esaiam locutus est Dominus: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me, idcirco in vanum me colunt? Denique, quid diuinus docuerit Dionysius, non aduertis? Nōne in pluribus scripsit locis, quōd indignis ministris nec fas est sacra contingere symbola, vasa ac sacerdotalia ornamenta? Multò minùs profectò est eis licitum cōsecrare, tãgere, sumere aut alijs dispensare corpus & sanguinè Saluatoris, quoniam deiformes atq; mundissimos

Eccle. 10.
21.

1. diff. Ca.

1. diff. Ca.
10.

Bernardus

Eccle. 10.
Psal. 49.

Prover. 21.

1. diff. Ca.

ditissimos esse oportet in sacris ordinibus constitutos, sacri altaris ministros. Hinc Catholici concorditer dicunt Doctores, vnumquemq; in sacris constitutum ordinibus, in omni actu cuiuscunq; ordinis sacri peccare mortaliter, si indignè (hoc est, in mortali existens peccato) exerceat aliquem actum ordinis sacri: immo & Calicem, & sacras vestes tãgendo, mortaliter peccat. Postremò, plures habere apud Deum patronos vtique expedit, sed non eo modo vt tangis: vni potius qui plura habet beneficia, quorū quū simpliciter ac vestitui sufficit, nullū apud Deū habet patronū in veritate, nisi pœniteat, quum in statu damnationis esse probetur. Dū item multorum capitum non subordinatorum, vult esse membrum ac subditus, nullius eorum verum esse membrum ac verus subditus demonstratur. Quod autem de Doctorebus plura beneficia habentibus opponis, nil valet, quia excæcat eos eorum malitia, eorū cupiditas, ambitio, negligentia, carnalitas, aut huiuscemodi aliud vitium. Et vide quā stolidè arguas. Nōne magis credendum est sanctissimis Patribus, excellentissimiq; doctoribus dum in Christo defunctis, quorum doctrinam & vitam approbavit Altissimus, & nunc vniuersalis tenet approbatq; Ecclesia, qui scripserunt, asseruerunt, & docuerunt oppositum? Nōne electus Dei Bernardus cuiusdam illustri scripsit canonico: Quicquid de vnicō tuo beneficio vltra simpliciter victum & vestitum tibi reseruas, tuum non est, furtum est, rapina est, sacrilegium est? Nōne secundū doctrinam Thomæ de Aquino, Gulielmi Parisiensis, Raimundi, Iohannis, Valtrici & aliorum complurū, qui plura beneficia habent, quorum vnum ad simplicem victum vestitumq; sufficit, neum suę priuatur honorificentia cultu, matrem suam Ecclesiam suis mutilant membris, ac detruunt suppositos pauperes elemosynis eis debitis, viuos ac mortuos suos suffragijs, fundatores suis intentis? Ecce quā horribilia sunt ista. Cū enim beneficium ordinetur ad officium, nempe ad persoluendum horas canonicas, ad orandum pro fundatoribus & vniuersis ijs annexis, ad obsequiū altissimo, ad tribuendum quod superest indigentibus, dum vnus plura beneficia habet, nec tamen nisi vnum officium soluit, priuatur Deus residuis officijs, quæ suæ maiestati exhiberentur ab his, qui de alijs (canonicis seu clericis pluribus beneficiati) possent beneficij sustentari. Similiter defuncti illorū priuantur suffragijs, & egeni elemosynis suis. CAN. Vadiq; conuictum me cerno, con-

clusum me video, obrutum fateor: idcirco consilium auxiliūq; imploro, efflagito & suspiro. Veruntamen de hoc informari depresso, quid iudicari debeat simplici vestituiq; sufficere: siquidem ad honestam statum nostri multa pertinere ac exigi dicimus & docemus. PAT. Quōd te superatum fateris atq; remedium quæris, commendo, consilium & auxiliū impartiri paratus. Porro ad quæsitum respondeo, quōd vestra assertio & doctrina multipliciter periculosa & erronea inuenitur. hoc igitur tibi respondeo, quōd quantò canonici plebi vulgari vocatione, gradu aut ordine sacro sunt altiores, tantò pariter & virtutibus spectatioribus esse & honestiores in vita tenentur. Honestas verò Ecclesiæ nequaquam in curiosis, delictiosis, pretiosis, superfluis vestibus, equitaturis, epulis, ornamentis, familia exteriori seculariq; apparatu, sed in decore consistit virtutū. Et nimirū honor debet virtuti, vtputa exhibitio reuerentiæ in signum virtutis. Id autem demum verè honestum est, quod virtuosum Deoq; placitum comprobatur. Porro quod carnalem prudentiam redolet, quod seculo huic conforme est, quod carnè oblectat, abominabile est apud iudicem summū: si tamen Christo creditur, qui in Euangelio protestatur: Quod altum est hominibus, abominabile est apud Deum. Qui iterum loquitur: Væ vobis diuitibus qui habetis consolationem vestram. Væ vobis qui ridetis nunc, quia plorabitis & flebitis. Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis. CAN. Et quis poterit saluus fieri, præsertim ex numero nostrorū? quia quod tidie delicatè vsq; ad abundantiam conuiuamur, vino implemur, & inter epulas confabulamur, ridemus & ludimus: diu quoque sedemus ad mensam, & vix ieiunium obseruamus Ecclesiæ? PAT. Si non credis Gregorio asserenti, quia quod fouet carnem necat spiritum, saltem Paulo crede Apostolo, qui affirmat: Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Item, Neque auari, neque cupidi, neque fornicatores, neque elati regnum Dei possidebunt. Crede & incommutabili veritati quæ ait: Quā angusta est porta & arcta via, quæ ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam. Quā spatiosa porta & lata via, quæ ducit ad perditionem, & multi incedunt per eam. CANON. Si hæc ita se habent, paucissimos nostrum credo saluandos. Si quidem in vniuersis quæ carnis sunt, volumus abundare, delicias, diuitias, honoresque quærimus, diuinum officium agitante tranfigimus, & ita cursoriè legimus, oramus &

Rom. 8.

1. Cor. 10.

Luc. 6.

ibidem.

Gregorius.

Gal. 3.

1. Corin. 5.

Matth. 7.

passim, vt verba vix distincta proferamus. PATR. Status vester vniuersus miserabiliter est valde (heu miserum) corruptis, atque ad maximum lapsum vos deiecit. CANO. Hoc mihi precor planius pleniusque exponas. PATRON. Diligenter aduerte ad quæ oblikeris. Etenim in quantum es homo Christianus, teneris ad Euangelica præcepta, ad communia quoque præcepta Ecclesiæ, vt discas à Salvatore quia mitis est & humilis corde, corpusque tuum in animæ redigias seruitutem abstinentendo à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam, amicos, inimicosque diligas: pro persequentibus te exores, odientibus te & mala facientibus tibi beneficias: omnem deinceps superbiam, iram, inuidiam, gulam, incontinentiam, auaritiam, accidiam, & cætera vniuersa peccata mortalia vitæ: cum metu & reuerentia seruias Deo, cum timore & tremore tuam opereris salutem: nec solum præfata fugias vitia, sed etiam oppositis eis virtutibus decoreris, vt verè sis humilis, mansuetus, sobrius, castus, liberalis & alacer ad diuina: atque (quod omnibus eminet) toto corde, tota anima, tota mente, totisque viribus diligas Deum, & proximum omnem sicut teipsum: neminem scandalizes, omnes, quantum in te est, ædifices: in patientia tua possideas animam tuam. Delinquentem charitatiuè corripias, opera misericordiæ, tam corporalia quam spiritalia, pro posse exerceas: habens vitæ & quibus regaris, his contentus sis. Et in his perseueres vsque in finem. Ecce, ad ista obligaris, in quantum Christianus: quia qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare, cum & ipse iubeat & hortetur: Qui mihi ministrat, me sequatur. CANON. Ego his ritè pensatis, nondum veraciter Christianum esse me fateor & cognosco. Nihilominus vt cordialius me humiliem & deplangam, ea quoque paucis mihi pandere digneris precor, ad quæ prout canonicus obligor. PATRON. De hoc in Decretalibus satis doceris: tamen vt memoriæ fortiùs imprimantur, compendiosè tangentur. Sic etenim in principio III. Decretalium continetur: Vt clericorum mores & actus in melius reformentur, continenter & castè viuere studeant vniuersi, præsertim in sacris ordinibus constituti, ab omni libidinis vitio præcauent, maximè illo, propter quod venit ira in filios diffidentie: quatenus in conspectu omnipotentis Dei puro corde ac mundo corpore valeant ministrare. Ne verò fa-

cilitas veniæ incentiuum tribuat delinquenti, statuimus vt qui depræhensi fuerint incontinentiæ vitio laborare, prout magis aut minus peccauerint, puniantur secundum canonicas sanctiones, quas efficacius & districtius præcipimus obseruari, vt quos diuinus timor à malo non reuocat, temporalis saltem pœna coërceat à peccato. Si quis ergo hac de causa supensus, præsumperit celebrare diuina, non solum Ecclesiasticis beneficijs spoliatur, verumetiam pro duplici culpa perpetuò deponatur. Prælati verò qui tales præsumperint in suis iniquitatibus sustinere, maximè obtentu pecuniæ vel alterius commodi temporalis, pari subiacent vltioni. A crapulâ & ebrietate omnes clerici abstineant diligenter. Vnde vinum sibi temperent, & se vino, nec ad bibendum quispiam incitetur, cum ebrietas & mentis inducat exilium, & libidinis prouocet incentiuum. Vnde illum abusum penitus decernimus obolendum, quo in quibusdam partibus ad potus æquales suo modo se obligant potatores, & ille iudicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices sæcundiores exhaurit. Si quis autem super his se culpabilem exhibuerit, nisi à superiore commonitus satis fecerit, ab officio vel beneficio suspèdatur. Clerici officia vel commercia secularia non exerceant, maximè inhonestia. Mimis, ioculatoribus & histri onibus non intendant, & tabernas prorsus euitent, nisi fortè causa necessitatis in itinere constituti. Ad aleas & taxillos non ludant, ne huiusmodi ludis intersint. Coronam & tonsuram habeant congruentem, & se in officijs Ecclesiasticis & alijs bonis studijs exerceant diligenter. Clausa deferant de super indumenta, nimia brucitate vel longitudine non notanda. Pannis rubeis aut viridibus, nec non manicis aut sotularibus confutijs, frenis, sellis, peccoralibus, calcaribus deauratis, aut aliâ superfluitate gerentibus, non vtatur. Fibulas omninò nõ ferant, neque corrigias argenti vel auri ornatum habentes: sed nec anulos gestent, nisi quibus cõpetat ex officio dignitatis. Pontifices aut in publico & in Ecclesijs superindumētis lineis omnes vtatur, nisi monachi fuerint, quos oportet habitum ferre monachalem. Clerici arma portantes & vsurarij communicentur. Si quis ex clericis comam relaxauerit, anathema sit. Monasteria sanctimonialium si quisquam clericus sine manifesta & rationabili causa frequentare præsumperit, per Episcopum arceatur, & si nõ deserit, ab officio Ecclesiastico reddatur immanis. Si laici excom-

De nit. & h. clericorum, a crapula.

De nit. & h. clericorum, a crapula.

De nit. & h. clericorum, a crapula.

De nit. & h. clericorum, a crapula.

De nit. & h. clericorum, a crapula.

municationi subdantur, & à cœtu fidelium fiant penitus alieni. Si quisquam sacerdotum (id est, Presbyter, Diaconus, Subdiaconus) de quacunque fœmina habeatur crimine fornicationis suspectus, si post primam, secundam & tertiam admonitionem inueniatur fabulari, & aliquo modo cõuersari cum ea, excommunicationi subdatur, fœmina verò canonicè iudicetur. CANO. Intellectis his quæ commemorare dignatus es, in summo me esse constitutum periculo luce clariùs depræhendo. Nec enim viget inter nos disciplina, nec regularis obseruantia vlla. Nunc ergo quod mihi impendis consilium? PAT. Quod aliud, nisi vt pluralitati beneficiorum renuntians, vno competenti sis posthac contentus: & ea quæ tetigisti, ad quæ (siue vt Christianus, siue in quantum canonicus) obligaris, obserues? CAN. Non video qualiter ea in collegio isto & inter canonicas perseuerans, valeam adimplere, quum scriptum sit. Cum peruerso peruerteris, & Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & Qui communicauerit superbo, induet superbiam. & Qui se iungit fornicarijs, erit nequam. Denique, ego ipse adhuc imperfectus & fragilis, im-

mo passionibus & vitijs plenus, quomodo inter carnales & prauè viuentes conuertibilis ero, & Deo inuolabiter adhærebo, & nõ potius mox vndique flectar, deijciar, & peribor? Immo nisi concanonicis meis me cõformem, ab omnibus irridebor. PAT. Verè sapientiæ radius fulget iam tibi, & Spiritus sanctus (qui vbi vult, spirat) ad salubrem cõsiderationem te erigit. Idcirco finaliter consulo tibi, vt pericula fugiens, ciuitatem refugij petas, ad tutissimum monasterij portum festines, sacram intres religionem, in qua tot habeas adiutores, quot fratres & socios religionis. Hoc quoque agnoscas, quia portabilius est à prauis hominibus derideri, quàm ab altissimo Iudice reprobari, & in æternum confundi. CAN. Tibi ó sancte patrone gratias ago immensas, & deuotissimè atque humilimè precor, quatenus gratiam & virtutem adimplendi saluberrimum tuum consilium mihi à Domino impetrare digneris. PAT. Ego non ero immemor tui. Tu quoque quod in te est, facere non omittas, & mecum pariter ora tuum ac omnium Saluatorem, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

Eccl. 19.

Iohan. 3.

D. DIONYSII
CARTHVSIANI DE SIMONIA.
 EX SACRIS LITERIS ET EX DICTIS

SANCTORVM PATRVM.
LIBER PRIMVS.

Præfatio.



CRATIS accepistis, gratis date. Filius Dei, Dominus & Saluator, cuius tanta est charitas, tantaq; liberalitas, quod seipsum contulit nobis, ita quod ipse est dator & donum, immo & semetipsum pro nobis donauit, factus Saluator ac hostia salutaris, voluit ac præcepit credentes in se sibi assimilari ac sua sectari vestigia, quatenus sicut ipse beneficia sua & dona gratiæ suæ gratis (hoc est, purè propter seipsum ex sua bonitate & charitate) præstitit nobis, ita & nos ea communicemus ac largiamur proximis nostris gratis: quod etiam ideo iussit, quoniam ipse tanquam sapientissimus, immo & sapientia Dei patris, optimè nouit quàm incomparabiliter spiritalia dona excedant, in dignitate corporalia bona: Ideo noluit spiritalia sub pretio corporalium poni, exigente hoc ipsum diuina iustitia. Hinc Simonia Christi fidelibus vniuersis

Mat. 10.

Mat. 11. 1. Cor. 19. 2. per. 2. Math. 5.

Coloss. 3. philip. 2.

1. Tim. 6.

Math. 22.

Marc. 12.

1. Iohan. 2.

Iohan. 2.

De vitâ & h. rest. c. l. c. Vt clericorum 229.

maximè probibetur. Denique quantum religiosi prae ceteris debent virtuosiores exemplarioresque esse, tanto diligentius atque totalius debent ab omni prorsus impietate Simoniacae abstinere, omnem quoque tanti facinorosi abhorre ac vitare infamiam, ut sint bonus odor Christi in omni loco, nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium ipsorum, scientes et formidantes, quod ait Index ac Dominus noster: *Vae homini illi per quem scandalum venit. Et rursus: Quicumque scandalizauerit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, et demergatur in profundum maris. Quod si ita damnabile ac iniquum consistit, unum scandalizare pusillum: quam damnabile et enorme putandum est, plurimos et communitatem scandalizare, ad verba detractionum et temeraria iudicia prouocare, ad peccandi audaciam, auaritia excusationem, sanctae religionis aspernationem, auersiones aliasque diuersas vitiositates inducere? Veruntamen quia nonnulli religiosi in hac re se incaute habere videntur, immo et excedere perhibentur, intendo, agente et auxiliante Spiritu sancto, in praesenti tractatulo iuxta sanctorum Patrum et catholicorum Doctorum documenta declarare ac scribere, qualiter sapienter ac timorate habere se debent, omnem Simoniacae prauitatis culpam ac notam omnino et pure vitando, praesertim in exigendo ac recipiendo aliquid a personis, ad religionem recipi postulantibus aut susceptis. Porro, religiosi sunt duplices: Quidam euidenter male viuentes, utputa qui nec substantialia omni religioni, videlicet tria vota, quae tam solenniter Altissimo promiserunt, obseruant: qui potius irreligiosi quam religiosi appellari merentur, et periuvis deteriores censentur, cum votum solenne fortius obliget, quam iuramentum. Isti Simoniam aperte multipliciterque committunt, et quidam eorum faciunt hoc scienter, nec curant nec volunt aduertere, sicut et cetera, ad quae tenentur, transgrediuntur quotidie impudenter, scienter et intimorate, quoniam euerterunt sensum suum, ut non adspiciant in caelum, nec recordentur diuini iudicij distinctionem, sed obscuratum et induratum est insipiens cor eorum. Alij autem sunt religiosi Deum timentes, et substantialia obseruantes, ac regulariter conuersantes: qui nec sponte neque scienter pro ulla re mundi committerent Simoniam, aut aliquam culpam, praesertim mortalem. Nihilominus quidam istorum de vitio isto longe ac late grauiter distamantur, quibus condolendum est satis: Ipsi quoque non mediocriter habent metuere ac vereri propter praedicta, diffususque tangenda: item (ut dicitur) fama quam communis homo famat, non omnino deperditur. Itaque propter istos ista potissimum conscribuntur, sicut et quidam ipsorum peccati sunt. Postremo, quoniam pro simplicibus ista scribuntur, plane atque simpliciter procedent, et breuitati studebo, ea dumtaxat commemorans, quae praedicta poterunt intentioni sufficere, cum de Simonia in diuersis locis plurima sufficientissimè et scholasticè atque subtiliter sint conscripta.*

Quid

Quid sit Simonia. Articulus I.



Simonia.

Heologi ac Iuristae concorditer dicunt, quod Simonia diffinitiuè ac proprie sit, studiosa voluntas emendi vel vendendi aliquid spirituale aut spirituali annexum. In qua diffinitio-

ne voluntas accipitur pro actu seu pro habitu prauae voluntatis, hoc est, pro cupiditate voluntatis, ita quod studiosa voluntas vocatur electio, propositum, deliberatio, seu cupidio voluntaria emendi siue vendendi spiritualia aut eis annexa. Tamen, ut ait Raimundus, sufficit dicere, quod Simonia sit studiosa voluntas emendi siue vendendi aliquid spirituale: quia quod spirituali annexum est, etiam spirituale vocatur. Nihilominus Doctores communiter addunt: Vel spirituali annexum, vel propter euidenciam amplioem et declarationem maiorem, vel quia spirituali annexum, non est proprie spirituale, ut id quod per se et directe spirituale appellatur, vel ad insinuandum gradum atque distinctionem spiritualium rerum. Vnde cum Raimundus affirmat sufficere ut dicatur, quod Simonia est studiosa voluntas emendi siue vendendi aliquid spirituale, accipit spirituale satis extense: qui verò addunt: Vel spirituali annexum, accipiunt spirituale magis strictè ac proprie. Dicitur enim aliquid spirituale dupliciter: Primò essentialiter, ut supernaturalia dona: Secundò casualiter, quemadmodum sacramenta Euaangelicae legis, quae efficiunt quod designant, propter quod gratiam causare dicuntur. Et omnia ista proprie spiritualia nuncupantur.

Spirituale ali-
quid dici du-
pliciter.

Spirituale tri-
pliciter dici.

Communiter autem seu extense dicitur aliquid spirituale tripliciter: Primò participatiuè, sicque materiales Ecclesiae & coemeteria, sacra etiam vasa, ut calices, & sacerdotalia ornamenta seu vestimenta, spiritualia appellantur, quia consecrationem participant quando benedicuntur. Secundò ordinatiuè, quia ad spirituale aliquid ordinantur, & spiritualiter deputantur, sicque decimae atque primitiae, omnia quoque Ecclesiastica beneficia dicuntur spiritualia, quia ad sustentationem ministrorum Ecclesiae specialiter deputantur. Tertio dispositiuè, sicut ius patronatus, quod est preuium spirituale, secundum quod ius patronatus est quaedam potestas praesentandi clericum ad ecclesiasticum beneficium consequendum. Haec autem distinctio procedit secundum doctrinam Alberti Magni & Valerici eius discipuli: & om-

nia ista dicuntur spiritualibus annexa, & in eis committitur Simonia, siue emanant siue vendantur, quantum ad id quod de spiritualitate in eis est.

De alia descriptione Simoniae, et de duplici Simonia. Articulus II.



Stien sis Simoniam diffiniens, ait: Simonia est spiritualium vel annexorum spiritualibus receptio vel donatio, praecedente pacto conditionis, promissionis, modi, seruitij, precij, aut cuiuscumque temporalitatis. Et datur descriptio ista de Simonia, secundum exterius forum iudiciumque Ecclesiae. Nam sola voluntate & absque pacto committitur Simonia, secundum interius Dei iudicium & conscientiam forum, quae vocatur Simonia mentalis, intentionalis, ratione prauae & infectae intentionis interioris, quam reprobatur Deus. Alia verò vocatur Simonia exterior, seu realis & effectualis. De hac sic ait Valerius in Summa sua, sexto libro, capit. de Simonia: Simonia, in quantum est crimen, committitur sola voluntate sine opere exteriori: quia & primus author criminis huius, videlicet Simo magus, non produxit desiderium suum ad actum, sed sola voluntate peccauit: quemadmodum con-

cupiscens mulierem, moechatus est eam: & qui odit fratrem suum, est homicida. Simonia verò, in quantum est crimen Ecclesiasticum, prout eius cognitio, punitio siue damnatio ad Ecclesiasticum spectat iudicium, iuxta quod ei coniuncta sunt infamia, irregularitas, suspensio, & huiusmodi poenae, sic non committitur absque actu exteriori: quoniam homo videt quae patet, Deus autem intuetur cor. Veruntamen intelligendum est istud de his, quae secundum se Simoniacae sunt, & iure prohibentur diuino, quae a Iuristis vocantur prohibita, quia Simoniacae sunt. Alia autem sunt Simoniacae quia prohibita, ut vendere castellanatum seu aduocatiam, & beneficium renuntiare ea conditione aut pacto, ut illi aliquid detur. In his enim sola voluntate non peccatur, nec etiam voluntate procedente ad actum simpliciter: sed si voluntas procedat ad actum eo modo quo extat prohibitum, videlicet sub conditione seu pacto. Si enim absque hoc renuntiet aliquis suae Praebendae ea intentione, ut is qui dignus est, eam accipiat, non peccat. Hinc etiam ait sanctus Thomas super quartum Sententiarum quaestione 23. Homines iudicant ea quae foris patet, sed Deus cor intuetur, ut primo Regum 16. habetur:

parent
1. Regum. 16.

R 4 Idcir-

Idcirco in Simonia cæterisque peccatis ex sola voluntate efficitur homo peccator, & reus pœnæ ad Dei iudicium pertinentis, nõ autem quantum ad reatum pœnæ ad iudicium pertinentis Ecclesiæ. Homicida nanque voluntate incurrit reatum pœnæ æternæ, non autem irregularitatem, vel excommunicationem, aut aliquid tale: & ita de Simoniaco est dicendum. Ex hoc elicitur & probatur, quòd si religiosi recipiant aliquè vel aliquid principaliter intuitu & affectu com modi temporalis, coram Deo sunt Simoniaci, & peccant mortaliter, quamvis nihil exigant, neque de dando mentio fiat. Similiter dicendum est, si annuier sarium aut tricenarium tali modo concedant aut celebrent, seu alium quemcunque spiritualem efficiant actum, ex sacro officio eis cõueniètem. Præterea agnoscendum, quòd dum Simonia dicitur studiosa voluntas emendi vel vendedi aliquid spirituale, per emptionem & venditionem intelligitur omnis contractus non gratuitus, præter contractum permutationis, secundum Raimundum. Et idè ait Iohannes in Summa Confessorum, Durandus quoque in Summa sua. Veruntamen Thomas in secunda secundæ, quæstione decima asserit, quòd absolute loquendo, per emptionem & venditionem intelligendus sit omnis contractus non gratuitus: quia (vt ait) nec permutatio Præbendarum seu Ecclesiasticorum beneficiorum, fieri potest auctoritate partium absq; periculo Simoniæ, quemadmodum neque transactio, vt iura determinant. Potest tamen prælatus superior permutationes huiusmodi facere pro necessaria vel vtili causa. Sed ex Sûma Vdalrici patet horum concordia.

Quàm detestabile & enorme sit vitium Simoniæ. Articulus III.

VT Simonia formidolosius diligentiùsq; vitetur, aliquid de eius enormitate ac dånabilitate tangendum est. Itaq; quàm abominabile ac fugiendum sit vitium istud, primò constat ex eo, quòd sancti Patres & summi Pontifices, generalia quoq; Concilia, ipsam sæpissimè vocant hæreticam prauitatem ac hæresim, sicut hoc ex Decreto & Decretalibus copiosissimè posset probari. Secundò, quia non solum nominant ipsam hæreticam prauitatem, sed etiam primam ac pefsissimam hæresim, grauissimumq; peccatum. Ait enim Damasus Papa: Omnia crimina per comparationem ad Simoniacam hæresim,

quasi pro nihilo reputantur. Et item Paschalis Papa testatur: Simoniaci tanquam primi atque præcipui hæretici, ab vniuersis sunt fidelibus respuendi. Denique, Tharadius Constantinopolitanus Patriarcha, in epistola ad Adrianum Papam sic loquitur: Tolerabilius est Macedonij impia hæresis, quàm Simoniacorum: Macedonius enim dixit, Spiritum sanctum esse puram creaturam, & Patris ac Filij seruum. Simoniaci verò, etsi non verbis, tamen factis affirmant Spiritum sanctum esse suum ministrum, dum spiritualia dona ipsius sub pretio ponunt. Insuper, sanctus Doctor Hieronymus super Mathæum disseruit: Latro est, & templum Dei in speluncam vertit latronum, quicumque de religione lucra sectatur. Vnde & super illud Iohannis secundo, ac Mathæi vicesimo primo, vbi describitur CHRISTVS eiecisse de templo vendentes & ementes in eo, dicunt expositores: Maximè ex hoc opere Saluatoris ostenditur enormitas Simoniacæ prauitatis. Nusquam enim alibi legitur Christus corporaliter restitisse, & alios impulsisse flagelloq; eiecisse, nisi in facto hoc. Audiat hæc Simoniaci, audite negotiatores nefandi. Aut à Simonia vestra cessate, aut de templo exite. Vos numularij estis, vos columbas & gratiam Spiritus sancti venditis. Præterea Simonia est spiritualis Sodomia. Nam sicut vitia Sodomitica directè contrariantur naturæ, & quantum in ipsis est, corrumpunt genus humanum, sic vitia Simoniæ directè contrariantur gratiæ, & eam corrumpunt. Rursus, enormitas Simoniæ patet ex hoc, quòd Sancti tam veteris quàm noui testamenti leguntur tam rigorosum ac feruidum habuisse zelum contra hoc vitium. Nam sanctissimus ille Heliq; propheta, proprio ac familiari suo discipulo Giezi, cum incurrisset hoc crimen, nequam pepercit, sed perpetua lepræ plaga percussit eundem: Lepra (inquiens) naaman adhærebit tibi & femini tuo in sempiternum. Christus autem Sanctus Sanctorum, in primo suo aduentu contra nullum scelus tantum commotus legitur, sicut contra hoc facinus, quia vendentes & ementes bis eiecit de templo: & quamvis in primo suo aduentu venerat iudicari, nõ iudicare, hominumq; peccata per mansuetudinem tolerare: tamen contra hoc vitium, in signum detestationis ipsius, noluit mititatem ostendere, sed tanquam iratus, flagello defuniculis facto, expulit cupidos illos, & mensas numulariorum, cathedras quoque vendentium columbas euertit, pecuniamq; effudit. Et licet

licet primus Christi aduentus esset misericordis, iustitia tamè de hoc peccato se intromisit. Hinc sanctus Bernardus scribit Eugenio Papæ de vitio Simoniæ: Intuere Christum iudicem tuum: nõ parat aures vt audiat, sed flagellum quod feriat: verba nõ facit nec recipit, nec em sedet iudicans, sed insequitur puniens: causam tamen non tacet, quòd scilicet domum orationis, domum negotiationis fecissent. Ergo & tu fac similiter. Erubescant vultum tuum istiusmodi negotiatores, timeant numularij, non confidant in nummis suis.

tur: quia euidentius & enormius fuit vitium Simonis magi, quam Giezi. Primò, quoniam id quod emere voluit, spirituali fuit quàm quod Giezi vendidit, vtputa virtus faciendi miracula, & dandi Spiritum sanctum in signo visibili. Secundò, quoniam Simon non solum intendebat spirituale bonum hoc emere, sed etiam vendere ipsum, & per ipsum lucrari pecunias, faciendò miracula propter eas, vt ait Papa Urbanus.

Qualiter Simonia diuersimodè committatur. Articulus V.

Secundum quod asserit Augustinus, ab hoc nomine pecus pecunia nomen suum accepit, quoniam pecora erant diuitiæ antiquorum, & eis utebantur in suis contrahibus loco pecuniæ. Hinc per pecuniam datur in telligi cuiuscunq; valor seu pretiũ, quod potest numismate mensurari. Cum ergo obsequiũ hominis ordinetur ad aliquã vtilitatẽ eius cui impenditur, quæ potest æstimari ac mensurari pecunia, quæ & ministris conductitiis pro mercede seruitutis eorũ impenditur: certum est, quòd si quis det alicui rem spiritualem pro suo obsequio, ita Simoniam committit, ac si eam pro pecunia daret. Conformiter, quòd aliquis acquiescat alterius precibus ad obtinendam gratiam temporalem aut consequendum humanum fauorem, ordinatur ad vtilitatẽ aliquã temporalem, quæ potest pecuniæ prætio æstimari. Idèd sicut incurrit quis Simoniam, dando seu accipiendo pecuniã pro spirituali, ita & porrigèdo seu accipiendo preces pro spirituali. Hinc communiter dicitur, quòd triplex est munus, videlicet munus à manu, quod est pecunia, seu quicquid ad exteriores diuitias pertinet: & munus à lingua, quod est laus seu adulatio ad humanum spectans fauorem, qui cadit sub pretio, vel preces ex quibus fauor humanus acquiritur: & munus ab obsequio, quod est seruitus ipsa seu actio quauis corporaliter exercitata, non honesta, aut ad carnale commodũ ordinata. Et per quodlibet munerum horum contrahitur Simonia. Ait nanque Urbanus Papa: Quisquis res Ecclesiasticas non ad quod institutæ sunt, sed ad propria lucrare munere linguæ vel indebitũ obsequiũ aut pecuniã, largitur seu adipiscitur, Simoniacus est. Veruntamen si clericus alicui prælatio honestum impendit obsequium atq; ad spiritualia ordinatũ, ex sui deuotione obsequiũ

De origine Simoniæ & nominis ratione. Articulus IIII.

Egitor in Actibus, quemadmodũ Simon magus à Philippo diacono baptizatus, cum vidisset quod per impositionem manuum beati Petrus Spiritus sanctus in signo visibili, obtulit eis pecuniam, dicens: Date & mihi hæc potestatem, vt cuiuscunq; imposero manus, accipiat Spiritũ sanctum. Cui sanctissimus Petrus respondit: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Non est tibi pars neque fors in sermone isto, cor enim tuum non est rectum coram Deo. Penitentiam itaq; age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis video te esse. Ex qua responsione luce clariùs innotescit, quàm ineffabile, graue atq; damnabile sit vitium Simoniæ, & item quàm vehementissimè princeps Apostolorũ & primus Pastor ac summus prælatus totius Ecclesiæ sanctissimus Petrus illud abhorruit. Itaq; à Simone mago Simonia in Euangelica lege exordiu sumpsit, & nomen suum sortita est. In veteri autem lege in Giezi discipulo Heliq; Prophætæ legitur præcessisse. Nam ille à Naaman Syro pro gratia sanitate per Heliq; miraculosè illi concessã, sumpsit vestes atq; pecunias, vt in libris Regum legitur. Vnde spiritualia ementes siue vendentes, non solum Simoniaci, sed & Gieziæ possunt vocari: immo secundum Thomam, ap propriatè loquendo, qui spiritualia vendunt, rectè vocarentur Gieziæ, quoniam Giezi spirituale quid vendidit: Qui verò spiritualia emunt, ritè Simoniaci nominarentur. Communiter tamen omnes hi Simoniaci appellatur, ita quòd vitium istud magis à Simone, quàm à Giezi nomen forti-

pecunia quid est unde.

Triplex munus.

10han.

10han.

4. REG.

Gieziæ.

Simoniaci.

10han.

Mat. 21.

10han.

quij efficitur ecclesiastico beneficio dignus. Vnde beatus Gregorius loquitur in Registro: Ecclesiasticis vtilitatibus deseruiens, dignum est Ecclesiastica remuneratioe gaudere. Similiter, si preces porrigantur pro digno, non est Simoniacum, dummodo attendatur ad dignitatem personæ: ad quam si non attenderetur, sed ad humanum fauorem, Simoniaci esset. Cauet ergo religiosi, ne aliquo horum modorum Simoniæ crimen incurrant, in recipiendo quamcunque personam ad ordinem. Nam & si quis diu seruiuit in claustris, non propter ipsam seruitutem secundum se sumptam est recipiendus: sed si aliunde idoneus est, propter sui obsequij deuotionem & suæ personæ idoneitatem suscipi potest. Similiter, si rogetur pro aliquo, non est recipiendus propter preces siue precantes, nec propter eorum fauorem, sed ob suam idoneitatem, si dignus est. Deuotio tamen, virtus & probitas seu merita deprecantium, possunt religiosos inclinare ad recipiendum eum, pro quo rogatur, si dignus est.

An liceat religiosis exigere aliquid à personis religionis ingressum petentibus, & de rationibus quòd non.
Articulus VI.

Ropter determinandam & declarandam huius quæstionis difficultatem, potissimè compilatur iste tractatus. Denique, vt veritas huius rei clariùs pateat ac certius innotescat, procedat scholasticè, aliqua pro vtraque parte introducendo motiua. Itaque primò videtur, quòd istud nequaquam sit licitum, etiam ratione penuriæ seu paupertatis prætextu: Primò, quoniam status religionis est bonum spirituale, ergo gratis omnino communicandus est postulanti, non sub aliqua conditione seu pacto: Nil igitur exigi potest à petentibus ad ordinem recipi, sed simpliciter & absque conuentione sunt recipiendi aut refutandi: alioquin non est ibi contractus purè gratuitus, nec datio penitus liberalis, neque impletur quod filius Dei præcepit: Gratis (inquiens) accepistis, gratis date. Secundo, quia si aliquid ab illis exigatur, Simonia committi videtur: quoniam iuxta præhabita secundo articulo, Simonia (vt asserit Dominus Ostiensis) est spirituum vel annexorum spiritualibus receptio vel donatio, præcedente pacto conditionis, promissionis, modi, seruitij, præmij aut cuiuscunque temporalitatis. Si autem à postu-

lante ingressu religionis, exigitur aliquid antequam recipiatur, certum est quòd ipsam receptionem, pactum conditionis seu promissionis & modi ac temporalitatis præcedit, quod Simoniacum esse conuincitur per locum à diffinitione ad diffinitum. Tertio, quia (vt ait sanctus Thomas super quartum, & idem habetur in Summis Doctorum) pro anniuersario celebrando, nullo modo licet pacisci seu facere pactum de aliquo dando: ergo nec pro aliquo ad religionem suscipiendo, cum vtrouique sit eadem ratio, vtputa spiritualitas ipsa. Quarto, quia Apostolus Paulus vniuersis scribit Christianis fidelibus: Ab omni specie mala abstinete vos. Istud ergo potissimè obseruandum est religiosi, qui ad perfectionem tendere obligantur: sed exigere aliquid temporale à petentibus recipi ad vitam claustralem, habet speciem malam, quia aut existentiam, aut grandem apparentiam habet Simoniacæ prauitatis: ergo omnino cauendum est. Quinto, quia (vt ait sanctissimus Doctor Hieronymus) quicquid vitari potest salua triplici veritate (videlicet veritate de oratione, vitæ, iustitiæ) est vitandum, ne scandalizent pusilli seu imperfecti. Cum ergo iam experientia longè lateque doceat, immo & euidentissimè manifestet, quòd exactio ista non solum mediocriter, sed etiam enormiter scandalizet pusillos & quasi innumerabiles seculares, qui ista occasione religionem sanctam contemnunt, religiosi quæ detrahunt, & cupiditates aliasque culpas suas mortales excusant, aut paruipendunt, atque in varia inconuenientia dilabuntur: hinc sequitur, quòd exactio ista omnifariè sit vitanda, etiam quamuis possit modo aliquo excusari, & in se licita perhiberi. Nempe si claustrales seu religiosi verè sunt pauperes, & indispofiti ad recipiendum plures personas, possunt absque læsione triplicis veritatis prædictæ, personas recipi postulantes refutare, & omne pactum de dando aliquid prorsus cauere: immo valdè exemplariter, meritorie ac honestissimè possunt hoc facere: neque per hoc præcluditur alijs via salutis, sed potius prouidetur, ne ipsi periculoſè recipiantur. Insuper possent ad idem probandum alia plures rationes adduci, quarum aliqua intra introducentur.

Confirmatio rationum istarum ex dictis summorum Pontificum.

Articulus VII.

Quinti



Vinti Decretaliu capitulo quinto, Innocentius Papa in generali Concilio præfidens, ipso approbante Concilio, ait: Quoniam Simoniaca labes adeo plerisque Moniales infecit, vt vix aliquis sine pretio recipiant in sorores, paupertatis prætextu volentes hoc vitium palliare, ne id decætero fiat, penitus prohibemus, statuentes, vt quæcunque decætero talem commiserint prauitatem, tã recipiens quàm recepta, siue sit subdita, siue prælata sine spe restitutionis de suo monasterio expellantur, in locum arctioris regulæ ad agendam penitentiam perpetuam retrudendæ. Hoc etiam circa monachos vel alios regulares decernimus obseruandum. Insuper, sexto Decretalium Bonifacius Papa disseruit: Districte inhihemus, ne in monasteriis ordinum non mendicantium aliqua recipiantur decætero in sorores, nisi quot potuerint de monasterij bonis absque penuria sustentari. Et si istud in ordinibus non mendicantium est seruandum, magis in alijs videtur obseruandum ordinibus, ne scilicet paupertatis occasione incurrant periculum, aliquid exigendo à recipiendis aut receptis aut alijs modis. Præterea de hac re Urbanus Papa ait in Bulla, cuius titulus est. Absque omni pacto personæ recipiantur ad ordinem: Urbanus Episcopus, seruus seruorum Dei: Ne in vinea Domini nascentes vepres & spinæ conualescant, diligentia nostræ incumbit officio, vt illas extirpare radicitus solerti studio procuremus. Sanè multorum fide dignorum relatione didicimus, quòd in nonnullis Ecclesijs, monasterijs, prioratibus & alijs locis religiosi tam virorum quàm mulierum, illa detestabilis & à canonibus reprobata seruetur abusus, quòd cum personæ aliqua recipiuntur in eis ad obseruantiam regularem, personæ ipsæ certa sumptuosa, pastus seu prandia capitulis & conuentibus facere, ac pecunias vel localia seu res alias ipsis Ecclesijs seu monasterijs ex statuto vel consuetudine, quæ corruptela dicenda est potius, tribuere compelluntur. Ex quibus decori Ecclesiæ & immaculatæ religionis detrahitur, & quàm plures tam execratione huius criminis, quàm expensarum onere à sanctæ religionis proposito retrahuntur, & in multorum metibus fidelium scandalum generatur. Nos igitur huic morbo pestifero cupientes congruam adhibere medelam, alijs penitis, in alia præsumentes inflictis, in suo robore duraturis, penam adijcimus grauiorem, vniuersis & singulis religiosi Ecclesiasticisque personis atque conuentibus, tenore præsentiu

authoritate Apostolica districtius inhihemus, ne à personis eorum religiones, Ecclesias vel monasteria ingredi volentes, in eorundem personarum receptione, vel ante vel post illam, quæcunque pastus, prandia, cænas, pecunias, localia aut res alias decætero directè vel indirectè petere vel exigere quoquo modo præsumant: sed eas potius cum omnimoda puritate recipiant, ac in victu & vestitu, sicut alias suæ congregationis personas, sincera charitate pertractent, illa duntaxat cum gratiarum actione licite recepturi, quæ personæ ingredientis purè & spontè & plena libertate, omni pacto cessante, dare voluerint. Nos enim eos qui seculis egerint, si singulares personæ sint, tam dantes quàm recipientes huiusmodi, excommunicationis: si vero capitula seu conuentus fuerint, suspensionis sententijs eo ipso decernimus subiaccere, à quibus præterquam in mortis articulo, absolui nequeant absque sedis Apostolicæ licentia speciali. Cæterum personis vtriusque sexus, quæ iam labe huiusmodi sunt scedatæ, de benignitatis gratia exuberanti concedimus, quòd per suorum locorum diocesanos hac vice duntaxat, à crimine huiusmodi & nota diffamati de contracta, autoritate Apostolica absoluantur. Insuper, erga personas quæ in præmissis peccauerunt, volentes nos reddere gratiosos, omnia recepta huiusmodi, si ad communem vsum monasteriorum sint applicata, ea ad dictum vsum concedimus licite retineri: si verò ad specialem vsum Abbatibus aut Abbatissæ, Prioris aut Priorissæ, aut alicuius singularis personæ tenentur, illa venire præcipimus in communi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, constitutionis, concessionis & præcepti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Denique, ad idem demonstrandum possem nunc plura ex sacrorum Conciliorum Decretis, ac summorum Pontificum canonibus allegare, prout in Decreto & Decretalibus continentur, quorum aliqua inferius forsitam tanguntur: sed ista pro nunc reor sufficere.

Argumentatio ad partem oppositam.

Articulus VIII.



Orro, quòd aliquid exigi possit à petentibus religionis ingressum, videtur multipliciter posse probari: Primò, quia status religionis non

non est spiritualior, quam celebratio Missæ aut Sacramentum Eucharistie: sed licet cantare Missam pro aliquo pretio, cum dicat Apostolus: *Quis militat suis stipendijs vnquam? ergo & aliquid exigi potest à postulante ad ordinem suscipi.* Secundò, quia totum Ecclesiasticum officium est quoddam bonum spirituale: sed pro annuuario aliquid cuius celebrando quidam accipiunt redditus certos, ergo pro aliquo ad religionem suscipiendo, temporalia exigi possunt. Tertiò, quia Apostolus ait: *Si nos vobis spiritualia feminamus, magnum est si carnalia vestra metamus? quasi dicat, non est magnum nec multum reputandum: ergo nec magnū est, si religiosi exigant aut suscipiant temporalia & terrena ab his, quibus communicat spiritualia sunt.* Quartò, quoniam ad Romanos loquitur Paulus: *Nunc proficiscar Ierusalem ministrare sanctis.* Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Ierusalē. Placuit enim eis, & debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare eis. Ergo à simili, dum seculares personæ per receptionem ad religionem sunt participes spiritualium ipsorum religiosorum, à quibus recipiuntur, debent eis temporalia ministrare, & ea exigi possunt (vt apparet) ab ipsis: immo sanctus Apostolus prædicauit pro collectis seu temporalibus rebus in eleemosynam dandis ipsis fidelibus pauperibus, qui in Hierosolymis morabantur. Quintò, quoniam Prosper ait in libro de Vita contemplatiua: *Non est meum dicere quale peccatum sit, vt cibos pauperum præsumendo suscipiant, qui Ecclesiam, quam de proprijs adiuuare facultatibus debuerunt, suis expensis insuper grauant.* Iterum ait libro prædicto: *Pastor Ecclesiæ his quibus sua sufficiunt, non debet aliquid erogare, cum aliud nihil sit habentibus dare, quam perdere.* Ergo monasteria, præsertim egena, non debent suscipere seculares, potissimè opulentos, aliquid uel habentes, nisi sua deferant secum. Sextò, quoniam sanctus Papa Gregorius ordinauit de clericis, qui propter suos excessus ad agenda penitentiam in pauperibus monasterijs retruduntur, quod res eorum eos sequatur. Septimò, & magis ad propositum, quia Vdalricus scribit in Summa sua: *Si monasterium tanta paupertate depressum est, quod redditus eius aut vix, aut non sufficiunt personis præsentibus, non solum possunt habere intentionem accipiendi temporalia à re-*

cipiendo, sed ipsis spiritualibus gratis exhibitis, etiam requirere temporalia, quæ sufficienter sustentationi recipiendi, & possunt exprimerè determinatam quantitatem, & pacifici de hoc quod illa summa detur, dummodo recipiendus habeat, vnde valeat sustentari, quoniam in Actibus habetur: *Quotquot erant possessores agrorum aut domorum, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum.* Atque vt paulò post narratur, beatus Petrus morte puniuit eos, qui partem pretij debiti subtraxerunt. Denique, in Summa Confessorum & in Summa Pisana hæc eadem asseruntur. Ex quibus omnibus ac alijs argumentis tandem concludit Vdalricus: *Multi volentes euadere Scyllam, inciderunt Charybdim: quia dum volunt Simoniam vitare, & sustentationem ingredientium monasteria, dicunt arbitrio secularium hominum esse committendam, defraudant monasteria rebus sibi debitis, & secularibus hominibus dant opportunitatem spoliandi.* Octauò, quoniam S. Thomas testatur super quartum Sententiarum: *quando possessiones alicuius loci religiosi non sufficiunt ad sustentandum plures, tunc exigi aliquid potest ab eo qui deseruire vult Deo in loco illo, non quasi pretium religionis, sed vt habeat monasterium vnde ei valeat providere: ideo non committitur Simonia. Si autem absque grauiamine Ecclesiæ recipi potest, Simoniacum est exigere aliquid. Postremò, oratio est bonum præcipue spirituale, sed licitum est dare viris deuotis pecuniam vt orent pro eo qui dat: ergo & pro receptione ad religionem est licitum aliquid dare atque exigere.*

De triplici responsione ad questionem hanc ipsam. Articulus IX.

Sicut iam tactum est, Vdalricus & alij quidam simpliciter dicunt, quod quando claustrum præ paupertate non sufficit plures nutrire personas, quam eas quas habet, licitè potest quærere & exigere aliquid à recipiendo aut recepto, & determinatam summam exprimerè, ac super hoc facere pactum siue conuentionem, sic tamen, vt spiritualia gratis exhibeantur. Et dicunt tunc ibi non exigi nec recipi temporale pro spirituali, quasi pretium eius, sed tanquam sustentaculum siue stipendium vitæ. Alij dicunt, quod nec prætextu paupertatis liceat aliquid exigere à recipiendo quouis modo: quia paupertas non potest talem

exa-

exactionem tam euidenter in iure prohibitam efficere licitè, nec sub paupertatis prætextu debet quis perpetrare prohibita. Vnde Iohannes de Imola asserit, quod indistinctè talis receptio siue exactio non valet. Porro Bernardus super Decretalem Innocentij præductam, affirmat quod licet aliquo modo dici possit (vt dictum est) secundum primam opinionem, tutius tamen est, vt nulla persona ita recipiatur. Idem refert Durandus in Summa sua, Ostiensis quoque sic sentit. Præterea nunc diligentius recitandum & aduertendum est, quid circa hæc sanctus Thomas in diuersis scripserit locis, atque finaliter sentiat. Itaque super quartum Sententiarum scribit, quod præcedenti articulo in octauo tactum est argumentum. Porro, in Secunda secundæ quæstione decimona testatur: *Pro ingressu monasterij non licet aliquid exigere vel accipere quasi pretium, licet tamen si monasterium sit tenue, quod non sufficit ad tot personas nutriendas, gratis quidem ingressum monasterij exhibere, sed accipere aliquid pro victu personæ, quæ in monasterio fuerit recipienda. In Quodlibeticis verò suis sic loquitur: Cum in dispensatione Sacramentorum seu aliorum spiritualium aliqua recipiuntur, vt Simonia vitetur, tria sunt necessaria: Primum, vt fiat ex concessione iuris diuini siue humani, aut saltem piæ consuetudinis. Secundum est, vt sit intentio pia, & non corrupta. Tertium, vt seruetur & sit forma honesta, vt non requiratur aliquid ante pij officij seu beneficij exhibitionem, ne pactum interuenire videatur: sed expleto officio poterit exigi. Ostiensis quoque in Summa sua fatetur hoc tertium esse omninò seruandum.*

Quæ harum responsionum sit uerior atque securior magis quæ uideatur seruanda. Articulus X.

Nter præfatas tres responsiones illa videtur esse securior, quæ dicitur in indistinctè, quod nec sub prætextu seu colore paupertatis liceat aliquid à recipiendo exigere, & hoc propter motiua in VI. ac septimo articulis introducta, atque inferius introducenda, præsertim quoniam illa responsio magis recedit ab omni specie mala, & longior est ab omni Simoniacæ labe, nota ac culpa: magis quoque concordat Decretalibus & bullis seu constitutionibus summorum Pontificum & generalium Conciliorum præallegatis: & pauciora ac minora mala, immo plura & maiora bona sequuntur ex ea: quia dum seculares conspiciunt religiosos ab omni Simonia & au-

ritia tam purissimè esse immunes, maximè ædificantur in eis, & cordialius afficiuntur ad ipsos, sicque vehementius inclinatur benefacere eis, & religionem intrare, seu suos ad religionis ingressum accendere, & laudant atque glorificant Deum in famulis famulabundis suis religiosi. Et ita per hunc modum cœnobita tam in spiritualibus quam in temporalibus magis proficiunt, quod experientia in multis religionibus sapissimè docuit, & adhuc de gratia Dei in ordine Carthusiensis quotidie docet. Porro, responsio illa quæ dicit, quod quamuis sub prætextu paupertatis aliquid à recipiendo exigi possit, spiritualibus tamen ei primò gratis exhibitis, in seipsa quidem satis probabilis esse videtur, & securior est quam prima: sed in hoc quod ait, tutius esse vt nulla persona ita recipiatur, est utique vera & certa, quemadmodum responsio præmemorata iam approbat. Responsio autem in exordio præcedenti articuli posita, nequaquam stare posse videtur, nisi intelligatur secundum moderationem, quam in Quodlibeticis suis Thomas inducit, obseruatis videlicet tribus illis, quæ ibidem affirmat Thomas esse omninariè obseruanda, vt Simonia vitetur, prout præcedenti dicebatur articulo, cui in hoc Dominus Ostiensis & Gulielmus concordant. Et hoc ex rationibus VI. septimoque articulis supra inductis, satis probatum censetur, & nihilominus modò diffusius ostendetur.

Quod ille modus exigendi aliquid temporale à persona recipienda, quam quidam religiosi utriusque sexus nunc habent, periculosus sit atque illicitus. Articulus XI.

Quemadmodum Innocentius ait in Glossa super capitulum, Tuanos, nō licet aliquam personam ad religionem suscipere sub hac forma: *Recipimus te in fratrem aut sororem, si detuleris tecum vnde viuas: quia bona Ecclesiæ seu congregationis nostræ non sufficiunt nisi nobis.* Et huic assertioni consonant verba Ostiensis & Gulielmi atque Bernardi & S. Thomæ, immo & omnia hucusque catholicè introducta, & potissimè verba Vrbani Pape, quæ ad aliud sensum nullatenus poterunt retorqueri, vt septimo patet articulo. Cū ergo nōnulli religiosi sub præfata forma modo quædam personas recipiunt, siquidē publicè dicunt eis, pauperes sumus nec dispositi sumus recipere te, nisi tantum aut tantum apportes, seu des, siue promittas, constat

quod periculose & illicitè agant, præsertim quia & cautionem volunt habere, & nisi solvatur quod exactum est, volunt receptum licentiarum. Et quædam religionis persone exigunt statim sibi dari certam summam pecuniæ, & postmodum alia plura, & ita recipiunt præcedente pacto, conditione, promissione, conventione & modo: quod quam periculosum illicitumque consistat, ex præhabitis elucescit. Estque probatum, à Simoniaci prauitate non posse id veraciter excusari. Præterea, si dicunt se facere talem exactiōem & pactiōem, considerando rem temporalem non ut pretium rei spiritualis, sed ut est stipendium aut sustentaculum vitæ, iam patuit istud non sufficere nec valere. Nam & simili palliatione possent penè omnis Simoniaci prauitas excusari. Simili quoque modo possent de Missa celebranda & anniversario concedendo fieri pactio, cuius contrarium dicunt Doctores concorditer. Insuper, exactiōnis pactiōis; huius forma est in se inhonestas ac scandalosa, repugnans decori Ecclesiæ, & derogans sinceritati religionis monasticæ, propter quod Urbanus Papa eam totaliter ac apertissimè reprobatur. Nec etiam possunt religiosi conscientia bona sic dicere recipiendo: Damus tibi gratis quod habemus, videlicet locum & societatem, seu communionem ordinis nostri: sed oportet ut tibi de necessarijs vitæ provideas, seu hoc aut illud apportes seu præstes, quia in his verbis est pactio modi & vera temporalitatis exactio, nec verba ista, quantum ad sensum, differunt à verborum forma prædicta, quam Innocentius & Urbanus dicunt esse illicitam. Oportet namque ut receptio ipsa ad religionem sit gratuita, liberalis & simplex seu absoluta, non conditionata, contractata & obligatoria ad aliquid temporale, sicut ostensum est. Præterea, qui dicunt pauperes religiosos aliquid posse exigere à recipiendo, & determinatam summam exprimere, & super ea soluenda pacisci spiritualibus gratis exhibitis, requirèdi sunt isti qualiter istud intelligant: hoc est, qualiter spiritualia debeant gratis exhiberi recipiendo. Aut enim exhibentur ei simpliciter & absolute, liberaliter aut pure: aut conditionaliter & sub pacto ac obligatione ad temporale. Si primo modo, ergo eo ipso quo religiosi ita recipiunt aliquem, obligant se ad providendum ei de necessarijs corpori, sicut sibi metipsis, quando cum eis est, nec possunt eum bona conscientia refutare, quamuis nihil det eis, quia iam absolute eum ad suam religionem receperunt, dummodo aliunde aptus sit ordini. Nempe recipiendo eum ad ordinem seu

vitam monasticam, recipiunt eum ad vitam communem, & eorum quæ habent, faciunt eum participem secundum institutionem & intentionem sanctorum Patrum, qui ordines fundauerunt. Rursus, recipiendo eum ad suam societatem & fraternitatem, incorporat eum sibi, nec possunt eum ab unitate mystici corporis sui sine rationabili causa abscindere, tenenturque ei de necessarijs providere, quibus ex officio hoc incumbit. Si verò spiritualia exhibentur ei conditionaliter, & sub pacto seu obligatione ad temporale, iam satis ostensum est, id prorsus illicitum esse, nec Simoniaci labe carere. Si ergo positio illa quorundam saluabitur, oportet ut intelligatur quod exactio, pactio & determinatio de temporalibus dandis, fiat solum post absolutam receptionem persone ad ordinem, ut sanctus Thomas, Osthensis & alij contestantur, ne pactio interuenire videatur, Simoniaci; vitium committatur. Quod si prædicti suam responsionem ita intelligunt, poterit forsitan stare, non aliter. Veruntamen in cautum videtur ita recipere in casu præhabito, dum scilicet claustrum tanta deprimitur paupertate, quod non sufficit plures quam eos quos habet, nutrire: quia siue persona recepta det aliquid, siue non, tenetur eam tenere ut dictum est, si aliunde sit apta. Ideo iuxta Bernardum ac alios plures, tutius est non recipere. Ideo & Bonifacius statuit, ne Moniales de certis ordinibus plures recipiant, quæ bene possunt nutrire. Istud tamen intelligendum videtur, nisi forsitan religionis persone propriis sustententur laboribus, aut tantæ perfectiōis existant, quod ex inspiratione diuina & confidentia paternæ providentiæ Dei recipiant plures, quam ex suis queant possessionibus sustentari. Tales namque non subessent legi communi: quia ubi spiritus Domini, ibi libertas.

Demonstratio plenior, quod non liceat religiosis exigere aliquid temporale à personis religionis ingressum petentibus, nisi forsitan certo aliquo casu. Articulus XII.

Sicut in Ecclesiastico legitur, Vnicuique mandauit Deus de proximo suo, ut scilicet diligat eum sicut seipsum, & etiam faciat ei loco & tempore opportuno, quod vera requirit dilectio, & prout rationabiliter vult subici fieri ab illo. Et præsertim mandauit Deus unicuique de proximo suo, ut eum ædificet, ne scandalizet. Deo quippe debemus bonam conscientiam, proximo bonam famam, propter quod sanctus asserit Augustinus: Qui

2. Cor. 13

Ecd. 19

negli-

1. Cor. 14.

Ecd. 7.

1. Cor. 14. Ecd. 13.

1. Cor. 14.

negligit famam suam, id est, qui bonam famam habere non curat, nec satagit, crudelis est: quoniam proximos suos permittit seu facit male sentire de se, & ita (quantum in se est) ipsos scandalizat & spiritualiter necat, & animat ad peccandum. Hinc ait scriptura: Curam habe de bono nomine, hoc enim plus proderit tibi quam mille thesauri. Et iterum Salomon protestatur: Melius est nomen bonum quam vnguenta pretiosa. Ex quibus etiam comprobatur, quod bona fama sit terrenæ substantiæ præponenda, præeligenda, præmandanda ac præexquirenda, inquam bona fama est ad Dei honorem & proximorum edificationem. Propter quod qui negligit famam, non solum crudelis extat in proximis, sed iniuriosus quoque consistit in Deum, ad cuius inhonorationem & offensionem inducit (quatum in se est) proximos suos. Vnde per Ezechielem conqueritur Deus de impijs Israelitis: Commaculastis, inquit, nomen meum sanctum in gentibus. Et rursus: Sanctificabo, inquit, nomen meum magnum, quod pollutum est, quod polluitis inter gentes. Denique, quamuis omnia ista ad vniuersos pertineant Christiani fideles, specialiter tamen ad religiosos, qui quanto minus proficiunt alijs predicando, tanto plus proficere debent virtuosè & exemplariter conuersando: & quanto tenentur præ vulgo perfectius viuere, tanto plus obligantur vulgi ac secularium & maxime pusillorum scandala deuitare: non solum vitando, quæ in se culpabilia sunt, immo & ea quæ speciem habent mali, quæ ex charitate proximi sunt vitanda, ne quis pusillorum scandalizet. Porro pusilli vocantur, qui nondum perfecti sunt, & ex infirmitate aut ignorantia, non ex certa malitia peccant. Religiosi itaque, qui ex præfato modo exigendi aliquod temporale à recipiendis, atque ex modo suo recipiendi personam non nullas, sciunt sibi in populo malum ac detestabile nomen generari, & plurimos scandalizati, & ex consequenti Deum grauiter inhonorari, ac diuersa oriri peccata superius tacta, valde habent timere ac poenitere, ac inde cessare: immo & grauiter peccare probantur, seque protinus emendare tenentur, & à præfata exactiōe in se illicita abstinere, etiam dato quod non esset in seipsa illicita, propter hoc quod speciem habet mali, & tantorum occasio est malorum, tantorumque radix ac incitatio scandalorum, immo talium atque tantarum Dei altissimi iniuriarum fomentum. Præterea, cum religiosi teneantur spirituali profectui incessanter studere, & in charitate sancta

proficere, oportet eos Apostolica documenta de scandalis euitandis & exemplaribus obseruandis, sinceritateque charitatis, cum ingenti atque præcipua diligentia adimplere. Nunc igitur Apostolica documenta super his aduertantur. Certè ad romanus Paulus loquitur: Si propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulat. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Noli propter escam destruere opus Dei. Loquitur autem ibi ad litteram sanctus apostolus de cibis secundum legem prohibitis, qui vsque ad Christi passio nem erant Iudæis vitandi: sed post Christi ascensionem Euangelio diuulgato, non poterant sine peccato vitari ratione legalis prohibitionis, quia extunc obseruatio cæremonialium legis fuit mortifera. Tempore autem intermedio, scilicet inter Christi passionem & Euangelij diuulgationem, poterat tales cibi sine peccato manducari atque vitari. Itaque præallegatorum sensus verborum est: Si propter cibum frater tuus contristatur, id est, si proximus tuus ad inordinatum mororem mouetur & scandalizatur, eod quod cibum manduces quem sine culpa potes non manducare, iam non secundum charitatem ambulat, id est, contra charitatem agis & peccas. Nam charitas exigit, ut pro scâdalo proximi tui (præsertim pusilli) vitado, vites quicquid sine peccato vitare vales. Noli cibo tuo, id est, esu cibi tui, illum perdere, id est, ad mortale culpam inducere, pro quo Christus mortuus est. Vnde & Christi amore hoc debes vitare, nec salutem parui pendere proximi tui, quæ intantum appetiatus est filius Dei, qui seipsum dedit in mortem pro ea. Denique, hæc ad propositum applicando, cum præfata exactio prædicta; pactio, & forma recipiendi prædicta, possunt sine peccato vitari, & aliorum etiam pusillorum ac plurimorum sint scandalizatiua, vitandæ sunt: immo et si in se licitæ essent, adhuc essent ad tempus vitandæ, quousque per rationabilem informationem seu alio modo cessaret scandalum pusillorum, secundum doctrinam sanctorum, siquidem opera bona, ad quæ quis non tenetur, ad tempus sunt omittenda pro scandalo pusillorum sedando: quantum magis opera indifferentia, & præsertim opera indifferentia, & præsertim opera in se illicita, seu speciem mali habentia? Amplius, Corinthiis ait vas electionis: Quidam cum scientia vsque, nunc idoli, quasi idolothytum manducant: & conscientia ipsorum, cum sit infirma, polluitur. Esca autem nos non commendat Deo. Neque enim si non manducaue-

1. Cor. 14.

2. Cor. 6.

rimus deficiemus, neq; si mādūcauerimus, abundabimus. Videte autem ne fortè hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis viderit eum qui habet scientiã, in idolio recumbentē, nōne conscientia eius cūm sit infirma, ædificabit ad manducandū idolothyra, & peribit infirmus in tua scientia frater, propter quē christus mortuus est? Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum, in Christum peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum, ne fratrem meum scandalizem. Ex quibus utique Apostolicis verbis ostenditur, quā dā nabile & enorme sit, scādalarē pusillos, faciēdo vel mala vel speciem mali habentia: & qualiter spiritualium sit virorum, etiam licita quædā vitare, & magna potiùs pati mala pœnalia, quā scandalizare pusillos. Insuper (prout Thomas in Secunda secūdæ, quæstione quadragesima secunda declarat) Ecclesiæ Christi in quibusdam locis non recipiunt decimas, quoniam sine scādalo id exigere nequeunt, cūm tamē decimas ab Ecclesiā exigī, sit iuris diuini: quāto magis vitanda sunt memorata illarum exactionis, pactionis & receptionis negotia, in seipsis tam suspecta & indecora? Hinc monet Apostolus: Itaq; quæ pacis sunt sectemur, & quæ ædificationis sunt in inuicem custodiamus. Item que, Hoc iudicate potius, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum.

Rom. 14.

Videm.

Prosecutio disputationis istius ex alijs varijs considerationibus. Artic. XIII.

Doctor ille profundus, seruens & vnctus, dominus Gulielmus Parisiensis, in tractatu suo de Collatione beneficiorum effatur: Aggrediamur disputare, an liceat vni personæ multa habere beneficia, quorū vnū sufficit ad cōpetentē sibi sustentationē: In primis ergo, si de hoc videat alicui dubitandum, quia à multis & magnis viris sentit quodd immo, atq; à multis & magnis quodd non, vnde temerarium videri potest de hoc aliquid diffinire, ad quod dicimus, quia si dubium est, an liceat hoc, an non, ipsa dubietas certitudo est & determinatio, id est, certitudinē facit, quoniam procul dubio nō licet alicui committere se discrimini. Discrimini autē se committit, qui præsumit aliquid facere, de quo dubitat, an sit mortale peccatum. Cūm ergo (vt diximus) dubietas faciat hoc discriminum, idcirco vitandū est de necessitate salutis, tanquā illicitum & mortale: quoniam (Augustino testante) mortaliter peccat qui

discrimini se committit. Sic in proposito at quo. Cūm enim iuxta præhabita de isto sint opiniones diuersæ, an liceat religiosis aliqd à recipiendo exigere, ipsa dubietas seu opinioinum varietas, facit istud ad minus discriminosum: Idcirco necessario est vitandū, & discrimini se committit, qui à recipiendo aliquid exigere temporale præsumit. Præterea, iuxta Gulielmū Antisiodorensē, religiosi non solum tenentur ad viam meliorem, sed etiam ad securiorem. Cū ergo apertissimè sit probatū, nullusq; rationis cōpos ambigere queat, quin securius sit à recipiendo nihil exigere, præsertim ante suam absolutam, certā ac simplicem receptionē, consequitur qd religiosi ad hoc tenentur, maximè cum si ad hoc sint plures fortioresq; rationes & auctoritate euidentiores. Insuper (secundū hieronymū) cum hereticis nec in nominibus cōuenire debemus, ergo nec cū Simoniacis in factis. Cū ergo Simoniaci religiosi aliqd exigat à recipiendis anteq̄ recipiant, tenentur boni & timorati religiosi hoc profus vitare, nec quouis colore hoc ipsum committere. Adhuc autē ecclesia, quæ à principio celebravit in fermentato, cūm orta fuisset iudaizantium hæresis, asserens legalia cum Euangelio obseruanda. Vnde ecclesia, ne videretur aliquo modo illis hæreticis esse concordās, dimisit ad tempus, quod bonum ac licitum fuit, scilicet celebrare in azymo: ergo & boni religiosi, ne Simoniacis videatur in aliquo concordare, præteritā exactionē, pactionem, receptionis famam deberent vitare, quamuis in seipsis non essent illicitæ. Amplius, aliqua prohibentur, quoniam vitiosa & mala sunt, sicut furari: aliquā verò, quæ ruinæ propinqua, sicq; Christus iurare prohibuit. Ego (inquit) dico vobis non iurare omnino. Et iacobus: Ante omnia, ait, nolite iurare. Non quia iurare semper sit vitiosum, sed quia periculosum casuiq; vicinū. Propter quod asserit aug. qui prohibuit te iurare, super ripā te noluit ambulare, ne pes tuus in angusto positis, cadat. Ideo in ecclesiast. fatetur: Iurationi nō assuefecit os tuum, multi enim casus in ea. Conformiter quis præmemorata exactio, pactio, recipiendiq; forma, nō essent in seipsis culpabiles, nihilominus ab homine timorato essent vitandæ propter propinquitatē earū ad culpam. Nā & experientia docet, quanta ex eis oriuntur peccata: & quādo monasterium aliquod primò sub paupertatis colore ad eas cōsuetudinēq; earum deuenerit, vix vnq; quantumcunq; dicitur, consuetudinē illam relinquit. Vnde & Hugo

Matth. 23. iacob. 5.

eccl. 11.

Hugo de sancto Victore fatetur: Qui occasiones vitiōrum non fugit, vitia ipsa nō diū effugiet. Præterea, Tharasius Patriarcha in Epistola ad Romanum Pontificem asserit, quodd pro Sacramentorum dispensatione seu spiritualium receptione, nec antè nec post licet aliquid temporale exigere siue recipere: quia siue antè, siue post exigatur seu recipiatur, tamen exigitur seu recipitur. Et per hoc roboratur illorum positio, qui (vt dictū est) scribunt quodd tutius est, vt nec post receptionem aliquid exigatur. Insuper, beatissimus princeps Apostolici agminis, in sua prima iubet canonica: Conuersionem vestram inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum. Hæc est enim voluntas Dei, vt benè facientes, obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Quod utique ad vniuersos pertinet Christi fideles: quāto magis religiosis incumbit atque necesse est, ne in exemplariter, incautè aut reprehensibiliter se habendo, aperiant ora hominum ad obloquentium, & corda secularium moueant ad temerè iudicandum, ac plurimos scandalizent: immo tam circum spectè, virtuosè & irreprehensibiliter se habeant, vt bonitatis suæ euidentiā, obloquentes conuincant, & ad amicitiam commendationemq; sui ac glorificationem Dei conuertant. Postremò, ad Titum fatetur Apostolus: Verbum sanum, irreprehensibile, vt qui ex aduerso est, vereatur, nihil mali habēs loqui de nobis. Parisfiter dicit potest opus sanū, irreprehensibile, vt qui ex aduerso est, vereatur, nihil mali habēs loqui de nobis. Vnde patet, ad religiosos id pertinere, vt verbo & opere fatigan irreprehensibiles esse, ne mundanis hominibus afferant occasionem atque materiam malè loquendi de se, præsertim cūm & de viduis scribat ad Timotheum apostolus: Et hoc præcipe, vt irreprehensibiles sint.

1. Tim. 2.

Titum. 2.

1. Tim. 5.

Solutio obiectionum ad partem contrariam induciarum. Articulus XIII.



Did quod in exordio octauæ articuli primò obijcitur de Missa cantanda pro pretio, Thomas super quartum respondet: Facere pactionem de Missa celebranda, est Simoniacum semper: si tamen sacerdos non habet alios sumptus, & non tenetur ex officio Missam cantare, potest accipere denarios, sicut conductitij faciunt sacerdotes, non quasi

pretium Missæ, sed quasi sustentaculum vitæ. Ad secundum respōdet: Anniversariū celebrare, est spiritualis actus proprius: idēō nullo modo licet pacisci pro eo celebrādo. Si tamen cum deuotione aliquid detur Ecclesiæ, tenetur Ecclesia celebrare pro eis, pro quibus rogatur. Ad tertium respondetur, quodd spiritualia seminantibus, administrantibus ac prædicantibus, danda sunt temporalia tanquam stipendia vitæ, non quasi spiritualium pretia. Ad quartum dicendum, quodd gentiles ad fidem conuersi, tenebantur saltem debito concedentia necessaria vitæ ministrare ac mittere pauperibus Christianis ex Iudaismo conuersis, à quibus spiritualia dona participauerunt, non quodd temporalia illa beneficia seu elemosynæ corporales dabantur quasi spiritualium beneficiorum, nec taliter exigebantur ab eis, sed tanquā sustentaculum vitæ: & nec exigebantur à conuersis gentilibus ante eorum conuersionem ad fidem, vel eo pacto, vt non admitterentur ad fidem, nisi talia darent. Sic etiam dico, quodd si aliqua diues persona à pauperibus religiosis recipiatur ad ordinē, potest forsitan aliquid exigat ea post receptionem tanquā necessarium vitæ, non pro spirituali receptione, & ipsa non potest sine peccato dimittere, quin subueniat claustris, etiam si nihil requiratur ab ea. Vnde & periculosè se habent, qui patrimonia sua dant suis propinquis, & de bonis Ecclesiæ, quæ bona sunt pauperum, se sustentant, præsertim quando Ecclesia indiget. Et iuxta hunc modum prædicauit Apostolus, vt gentiles conuersi, aliqua colligerent in elemosynas pauperibus Christianis in Ierusalem destinandas: sicque prædicauit pro illis collectis, non quodd illa collecta, fuerit principalis finis aut pretiū prædicationis, sed ad id quod prædandum pauperibus admonuit ex gentilitate cōuersos. Ad quintum patet ex dictis solutio, quoniam grauius peccat, qui propria bona distribuit alijs, vel in ordinatè expendunt, & bona consumunt Ecclesiæ, eamque grauant sumptibus suis, nec viuunt ex opibus proprijs. Pastor quoque Ecclesiæ ea quæ spontè dat, potiùs dare debet indigentibus, quā satis habentibus. Ex hoc tamen non sequitur, quodd pauperibus religiosis licet facere pactum cum diuitibus recipi cupientibus: sed possunt eos licitè refutare, nisi ex proprio motu de necessarijs sibi prouideant, & paupertati claustris succurrant, sed de hoc cum ipsis pacisci non debent. Ad sextum dicendum, quodd obiectio illa non est ad propositum, quod obiectio illa non est ad propositum,

Rom. 15.
1. Cor. 16.
2. Cor. 9.
Gal. 2.

sitū, quoniam clerici, de quibus illud ordinavit sanctus Gregorius, non erant conuentuales monasteriorū, in quibus retrudebatur: vel si sibi recipiebantur ad ordinem, non recipiebantur cum pacto aliquid dandi, sed ex Apostolica ordinatione recipiebantur cū rebus suis: & ea quæ apportabant, dabant in releuamen inopiæ claustrī pro sustentaculo vitæ suæ, non in pretium rei spiritualis. Ad septimum respondendum, quod omnia illa quæ in Sumis suis scribunt Durandus, Vdalricus, Iohānes & alij, oportet intelligere sicque accipere, vt fiant spiritualibus gratis exhibitis, & postquam spiritualia sunt gratis & libere & absolutè exhibita seu collata, ceu ex verbis sancti Thomæ & Domini Ostiensis, Bernardi, Gulielmi & aliorum ostensum est, & præsertim ex dictis Urbani Papæ, cuius verba adeo clara & plena sunt, quod nullam recipiunt euasione aut palliationē. Quod autem ex Actibus allegatur Apostolorum, tantum conuincit, quod recipi cupientes, debeant vtique monasterio providere, si habeant vnde, & claustrum sit indigens: nõ autem, quod religiosi pauperes aliquid possint ab illis ante receptionem exigere, aut cum eis de dando pacisci. Porro quod principes Apostolorum reprobaui Ananiam & Sapphiram, qui partem pretij vediti subtraxerunt occultè, non fuit ob hoc, quod sub pacto aut conditione dandi totum pretium in vsum communem, fuerint ad societatem Ecclesiæ primitiua in communi viuētis recepti, sed quia contra ordinationem sanctorum fecerunt Apostolorum, & in super suam iniquitatem & fraudem excusauerunt mendaciter. Nec illi fideles sub Apostolis vitam communem ducentes, erant sicut religiosi, quod tria vota omni religioni substantialia emiserunt: immo coniugati inter eos suis licitè miscebantur vxoribus. Ex præinductis autem non sequitur in Charybdim ruina seu defraudatio monasteriorum, sed priuatio à scandalis multis atque à Simonia: & vt ea, quæ à secularibus exigenda sunt, exigatur sub forma honesta, receptione ad religionē iam facta, & spiritualium exhibitione gratis peracta. Ad octauum dicendum, quod sanctus Thomas scribit super quartū Sententiarum, quod aliquid exigere potest ab eo qui Deo vult deferuire in loco religioso, dum locus est indigens tanquam sustentaculum vitæ: sed quando & qualiter fieri debeat illa exactio, scribit in Quodlibet. o, vt patuit, vt purà de receptione iā facta, nullo pacto interueniente, vt Simonia vitetur & forma honesta seruetur. Ad nonum dicendum, quod

oratio est maximè spiritualis, idcirco nequam debet sub pretio poni: & illi qui donant pecuniam vt oretur pro eis, orationem non emunt, sed beneficijs & elemosynis suis inclinant corda deuotorum ac pauperum ad deuotionem & amicitiam circa se, vt ex deuotione & charitate orent pro eis, & per beneficia illa eos sibi faciunt debitores, iuxta quem modum etiam licitum est diuitibus religionem ingredi peroptantibus, aliqua spontè monasterijs dare, non vt pro illis quasi pro pretio recipiantur, sed vt per talem collationem ostendat suam deuotionem ad religionem, & ipsos prouocent religiosos ad charitatem & beneuolentiam circa se, quatenus ex charitate & beneuolentia accipiant eos. Vnde & propter talia facilius recipi possunt, inquantum per ea demonstrant suam piam affectionem ad ordinem. Postremò, ad Decretalem Innocentij septimo articulo allegatam, Raimundus & Vdalricus & alij quidam dicunt, quod intelligenda sit, quando paupertas allegatur in fraudem. Et verum reor, quod verbum illud, Sub paupertatis prætextu, dupliciter possit intelligi: primò, quod paupertatem allegant, cum ita non sit: secundò, quod nec ratione paupertatis aliquid exigere possint, quod ira potius secundum intentionem Innocentij Papæ intelligendum videtur: primò, quia & illa fuit intentio Papæ Urbani, & etiam Bonifacij, sicut probatum est: secundò, quoniam Innocentius capitulo immediatè præcedente præcipit in causa consimili, vt pro spiritualibus conferendis siue collatis, nullus aliquid, quocunque prætextu exigere aut extorquere præsumat. Si ergo nullo prætextu, ergo nec paupertatis prætextu, Denique, intentio dantium aliqua monasterijs, debet recta consistere & omni Simoniaca labe carere, vt scilicet principaliter conferant synceriter propter Deum, ad laudem & gloriam eius, atque ne grauent cœnobium, & pro cœmuni vsu ipsius. Ostiensis autem asserit præfatam Decretalem esse intelligendam, quando non cautè proceditur, vt scilicet primò gratis spiritualia conferantur, & postea recepto dicatur, vt secum ferat necessaria vitæ, si habet & potest, & monasteriū verè indiget,

Qualiter religiosi consulte & cautè ac pure habere se debent circa personas recipi cupientes.

Articulus XV.

Quem



Vemadmodū supra in exordio prædicti videbatur articuli, & Innocentius protestatur, nõ licet religiosi, quamuis pauperibus, aliquam suscipere personam sub hac forma ad ordinem: Recipimus te in fratrem aut sororem, si detuleris tecum vnde viuas, &c. Quod autem acturi sunt religiosi, qui loca habent vacantia, indigentque personis, sed necessaria vitæ non habent pro illis, præsertim si ad eos veniant personæ recipi cupientes, & de necessarijs sibi providere velle se asserentes? Iam constat quod respondere non poterunt. Si ita feceritis, recipiemus vos: quia tunc inirent pactum, & esset conditionata receptio. Nec possunt cautionem aut certificationem requirere propter rationem eandem, neque seorsum pacisci, neque intentionem habere principaliter ad aliquod temporale: quia si sic, esset Simonia intentionalis, & tamen nisi aliquo fecerint horum modorum, videntur grande incurere damnum, & diuinum minuere cultum, petentibusque præcludere viam salutis. Adhæc aliqui responderunt, & videtur esse de mente antiqui Decretalium Glossatoris, quod in tali casu possunt recipere sub hac forma: Non habemus quod tibi demus pro victu, nisi portes tecum vnde viuas. Veruntamen per hæc non videtur formaliter fieri personæ receptio, quamuis fiat inuoluntaria aliqua de recipiendo. Saluo igitur meliori iudicio, mihi videtur quod personis recipi cupientibus prima facie dicere debent: Non sumus dispositi ad recipiendum vos. Et si causam inquirant, possunt respondere: Quoniam pauperes sumus, nec necessaria vitæ habemus pro vobis, quod etiam dicere possunt non interrogati de causa. Et si illi tunc dicant: Prouidebimus & satis deferemus nobiscum, vel si alij dicant hoc ex parte ipsorum, tunc religiosi (vt tactum est) respondere non possunt: Si ita egeritis, vel postquam ita feceritis, recipiemus vos, vel erimus bene concordēs: sed poterunt dicere. Sublato obstaculo vestre receptionis, vtinam si ita feceritis, faciemus quod inspirauerit Dominus. Vel sic: Faciemus tunc quod secundum Deum & conscientiam & sancti ordinis nostri tenorem videmus esse agendum. Si autem adhuc aliquid certius audire quæsierint, respondeat: Non possumus bona conscientia amplius dicere, nec aliquo modo pacisci. Insuper instruere debent illos, immo & piè increpare ac dicere: Vultis nos ipsos vobiscum damnationi inuoluere, faciendo pactum de receptione, quod Simoniacum est, & vobis illicitum est, sicut & nobis? Et tunc seculares illi debent merito edificari in huiusmodi verbis religiosorum istorum. Porro, si religiosi velint credere verbis simplicibus cupientium recipi, & asserentium velle se providere & satis allaturos, eod quod fide consistant, tunc possunt eos absolutè recipere, omni pacto cessante: sic tamen, vt intentionem habeant non corruptam, principaliter non intuendo ad temporale emolumentum seu donum, sed secundario & minùs principaliter solum, prout infra dicitur diffusius, qualiter in talibus sit regulanda ac testificanda intentio, vt omnia Simonia vitetur.

De cautela ordinis Carthusiensis in vitando omnem Simoniacam prauitatem. Articulus XVI.

Egitur in statutis ordinis Carthusiensis: A nouitijs nec vestis, nec aliud exigatur. Si Prior exegerit, sit extra sedem quadraginta diebus, & totidem faciat abstinentias sine misericordia infra sex menses. Si Procurator vel alius exegerit, sit per quadraginta dies nouitius, & totidem in capitulo recipiat disciplinas. Prioratum quoque Prior, & Procuratiōnem Procurator amittat, si eis sciētibus exactio iam venerit ad effectum. Nullus etiam nostrum de rebus nouitij aliquid postulet, nec ad procuratiōnem aliquam faciendam nouitius instruat ab aliquo nostrum. Insuper, prohibemus vicarijs & Prioribus atque conuentibus Monialium, decætero ne recipiant in sorores, nisi quot de bonis monasterij poterunt sine penuria sustentari, nec aliquam sub cuiuscunq; cōmodi velamine recipiāt, donec locus vacauerit: nec propter munera vel etiam promissa aliquam præsumant personam recipere, ne vitium cōmittant Simoniæ. Ecce quomodo ordo Carthusiensis non solum à personis recipiendis, sed à personis receptis, purà nouitijs, prohibet aliquid exigi: nec solum exactiōnem ad effectum perductam, sed item præsumptam, inchoatam seu attentatam punit districtè, in quo alijs religiosi salutare præbetur exemplum. Et confirmatio omnium prædictorum patet ex verbis sancti Hieronymi sic dicentis in regula sua: Detestabilem hæresim Simoniæ, quam communi prauitate Diaboli Moniales assuetæ cōmittunt, etiā in auditu horreat vestra societas. Giezzi in auditu horreat vestra prauitas. Vox Petri vicarij Christi nunquam exeat de auribus vestris: Pecunia tua tecum sit in perditionem, existimas enim donum Dei haberi pecunia. Communis mercatorum vsus

habet, vt venditio cōmutetur in melius. Ac ferit nanque Simoniacus, pecuniam esse præstantiorem dono Dei, cum illud commutat in ipsam. Ad vos venientes sorores, ad Christi suscipite nuptias gratis. Præponatur sanctitas pecuniæ, exquiratur bonitas vitæ, non generositas carnis, non utilitas mundi. Nulla omnino pãctio, nulla opinio, æstimatio seu intentio de pecunia danda præueniat & receptionem præcedat, quæ pãctio siue opinio puritatem mentis perturbat. Beatum sapientia clamat, qui excutit manum suam ab omni munere, & post aurum nõ abijt, nec sperauit in thezauris pecuniæ, quæ subuertit iudicium. Porro soror quæ aliquid attulit, nõ inde extollatur, nec more fœmineo erecta ceruice improperet alijs, quæ ex paupertate venerunt: nec murmuret, si non ministratur maiori sumptu, quàm his quæ secum nil arulerunt. Plus enim attulit soror pauperula, si ingrediens affectum habendi dimisit, quàm quæ multum afferens, domo superbiam intulit. Hæc Hieronymus.

De his quæ consideranda sunt religiosis, qui sub paupertatis prætextu dicunt se aliqua petere siue exigere à recipiendis siue recipiis. Artic. XVII.

Nordinata affectio motusq; passionum, præsertim cupiditas, corrumpunt recte rationis iudicium, & faciunt iudicari peruersè. Idcirco auarus non impletur pecunia, & multa putamus nobis necessaria esse, quæ necessaria nobis non sunt. Religiosi ergo, si sub paupertatis colore aliquid volunt à recipiendis aut receptis personis exigere, imprimis considerent, quia (vt ait Dominus Antiochodensis in summa sua) parcitas seu tenuitas victus atque vestitus, voto paupertatis indispensabiliter est annexa, immo & secundum Philosophos, natura paucis minimisq; contenta est. Et sicut ad abstinentiam, prout est virtus naturalis & acquisita, pertinet non plus de cibo ac potu accipere, quàm expedit homini ad vsum rationis expeditum & conuenientem naturæ sustentationem: ita ad abstinentiam (vt est virtus infusa) spectat etiam aliquid necessariorū naturæ subtrahere, vt pro peccatis aliqua recompensatio fiat, & passioni Christi conformet se Christianus per quotidianam quandam sanguinis sui minorationem, ac suisq; salubrem mortificationem. Hinc iuxta Apostolum: Qui sunt Christi carnem suam crucifi-

xerunt cum vitjs & concupiscentijs, certusq; est, istud ad religiosos potissimè pertinere. Antequàm ergo sub paupertatis prætextu aliquid exigere audeant, diligenter se ipsos examinent, ante omnia præacta iam ritè obseruent, ne superfluitatem iudicent necessitatem, & ne sufficientiam iudicent indigentiam, ne delicatioribus, abundantioribus, præciosioribus cibis ac potibus, vestimentis ac cæteris vtensilibus atq; ad corpus pertinentibus vtantur, quàm regula instruit, præcipit seu permittit, & ne dispensatione vtantur nimium laxa. Præterea videant ne cupiditate fallantur, præsertim quia (vt sanctus asserit Augustinus) frequenter in ecclesiasticis contingit personis, vt quò plus abstinent ab incontinentiæ vitio, eò magis laborent & inficiantur cupiditatis peccato: quæ admodum vno sensu orbati, vigilantiores acutioreq; sunt in vsu alterius sensus: sicut sturdi, acutiùs vident, & cæci acutiùs audiunt: quia vnus sensus defectu, per alterius diligentiam recuperare nituntur. Insuper aduertant, quantum Christus omni Christiano dissuadeat, vituperet, prohibeat immoderatam temporalium sollicitudinè rerū: Nolite, inquit, solliciti esse in crastinum, multa; alia. Vult namq; Saluator, vt filialem habeamus confidentiam in Patre cœlesti, eiusq;que paternaliter, qui etiam irrationalia pascit, inanimata disponit, vestit ac ornat. Propter quod immoderata sollicitudo huiusmodi ponitur diffidentia filia, atq; ad carnalem spectat prudentiam, de qua loquitur Paulus Apostolus: Prudentia carnis mors est. Intendant ergo & credant Christo dicenti: Querite primùm regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Et sciant quòd fidelis, sapiens, pius & omnipotès Deus, qui à nobis pauperulis Pater appellari dignatur, famulos & famulas suas sibi verè, religiosè ac fideliter ministrantes, confidentes & se commendantes nequaquam relinquit, immo fideliter ac paternè prouidet eis, & tantò abundantius, quò amplius hoc merentur.

Qualiter religiosi regulare ac rectificare debeant suam intentionem, querendo & recipiendo aliquid temporale pro spirituali à persona recepta aut alijs. Art. XVIII.

Dominus ac Saluator suis in Epistola Luc. 10. gelio prædicatoribus ait: In eadem domo manete edentes & bibentes quæ apud illos sunt. Dig-

gnus enim est operarius mercede sua. Quò circa beatus scripsit Gregorius, quòd vni operi spiritali, videlicet prædicationi, duplex debet merces: prima est corporalis refectio, quæ est merces min⁹ principalis & secularia, quantum ad dignitatem, quamuis sit prima tempore ac ordine generationis. Secunda merces est æterna remuneratio seu beatitudo cœlestis, quæ est merces principalis vltimatusq; finis, & etiam merces prima secundum ordinem dignitatis. Dum itaque religiosi pro spiritali beneficio aliquid temporale querunt siue accipiunt, aut quippiam exigunt à persona recepta, aliquid temporale emolumentum aut donum intendunt pro actu aut beneficio spiritali, debet eorum intuitus aut intentio ferri ac dirigi ad temporale donum ac commodum, tanq; ad motiuum minus principale, & tanquam ad secundarium præmiũ, & sicut ad finem subordinatum, non velut ad principale motiuum & vltimum finem finaleque præmiũ, nec tanquam ad pretium rei spiritalis. Hinc scribit Cancellarius Parisiensis: Potest intentio siue intuitus ferri ad cōmodum temporale quatuor modis: Primo, tanquam ad præmiũ rei spiritalis, secundo, tanq; ad principale motiuum dandi aut exercendi spiritalia quasi ad vltimum finem. Et hi duo modi sunt verè Simoniaci: & si quis putet pertinaciter talia licite posse fieri, hereticus est cœsus. Tertio, potest fieri intentio ad commodum temporale, tanquam ad motiuum minus principale: Quarto, sicut ad esse necessaria victui eius cuius spiritalia subministrat & exhibet. Et hi duo modi sunt liciti, hoc attentò ab omni specie mali, quòd obseruetur illud Apostoli: Ab omni specie mala abstinete vos:

hoc est, vt administratio spiritaliũ aliquo horum duorum modorum facta, non videatur ex sua manerie fieri primo aut secundo modo. Hoc enim apparet, quando non exercentur nec exhibentur spiritalia, nisi dētur aut promittātur temporalia, & quòd turpiter exigūtur, in quibus casibus possūt haberi de Simoniaci prauitate suspecti, ita agētes præsumptioe iuris & facti, & possūt tāquā Simoniaci iudicialiter euocari. Deniq; ex his Cancellarij verbis cōfirmātur vt omnia superiùs introducta de Simonia vitada, omniq; specie mala cauenda, & ne ante receptionem ad ordinē à recipiendò temporale aliquid exigatur. Abstineant ergo religiosi ab omni discrimine, & viam eligant tutiorem, & cautè ac timoratè simpliciterq; procedant. Sapiēs namq; in omnibus metuit. Et Beatus homo qui semper est pauidus. Etenim timor dñi fons vitæ, vt declinet homo à ruina mortis. Atq; vt Salomō protestat: Sapientia protegit gradiētes simpliciter. & Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Cum simplicibus quoque sermocinatio Dei. Postremò, est via quæ videtur homini bona, & tamē nouissima eius ducāt ad mortem, & mortem vitæ sempiternam, quæ est mors secūda, mors infernalis miseria: à qua præseruet nos vni genitus Dei, nō omnis noster Iesus Christus, institutor & auctor sanctæ omnis religionis, condemnator omnis Simoniacæ prauitatis, scādalosq; actionis, atque præceptor charitatiæ & gratitatiæ donationis, qui cum Patre æterno & Spiritu sancto vnus est Deus ac Dominus, vnus creator omnipotens, iustus iudex, & super omnia Deus sublimis & benedictus; Amen.

LIBRI I. DE SIMONIA FINIS.

DECRETVM FACULTATIS THEOLOGICAE CELESTERRIMAE VNIVERSITATIS STVDII PARISIENSIS.

Via nuper mota est controuersa inter aliquos doctores super decisione huius questionis, Vtrum in aliquo monasterio fœminarum liceat recipere aliquam fœminam ultra numerum personarum, quæ de bonis monasterij commodè sine penuria possunt sustentari, & de persona recipienda oblati gratis spiritalibus exigere temporalia, instansq; à nobis magistris in facultate Theologiae Parisijs cōgregatis, quæsitum est, ut in eadem re consilium dare & super eiusdem questionis determinatione quid sentimus, dicere uellemus. Nos autem ad pacem conscientiarum & edificationem animarum pro uiribus laborare cupientes, ea quæ nobis super his uidentur, in modum sequentem exponere duximus. In primis dicimus, quòd attentò tenore constitutionis Apostolicæ felicis recollectionis Papæ Bonifacij octauæ, incipiētis, Periculo, se statim regularitatis

Epist. 23.

Eccl. 5.

Galat. 5.

Prover. 18. 16; 2. 10. 5. Eccl. 18.

Prover. 1. 8.

tractatu de dilectioe cor. 11.

Rom. 8. Math. 6.

1. Thim. 5.

regularium, libro VI. non licet recipere aliquam foeminam in aliquo monasterio non mendicantium, ultra numerum personarum, quae de bonis monasterij sine penuria sustentari possunt. Nec in hoc oportet apponere illum terminum, Commodè, cum in textu ipsius constitutionis non ponatur. Et illud dicimus non licere, ubi non habetur de hoc consuetudo communis & diuturna, quam Papa scire & tolerare uerisimiliter creditur, & per quam posset praefata constitutioni esse derogatum. Idem dicimus, quod à foemina recipienda in monasterio, oblati gratis spiritualibus, non licet exigere temporalia pro ipsis spiritualibus, tanquam pretium spiritualium uel annexorum spiritualibus, faciendo commutationem unius pro altero. Dicimus ulterius, quod ubi monasterium est ita tenue, quod foemina, quae recipi petit, non posset de bonis ipsius monasterij sustentari sine penuria, oblati gratis spiritualibus, & receptione persone liberè facta ad spiritualia, si persona illa sic recepta habeat bona temporalia, de quibus iuxta consuetudinem regionis potest disponere & ea monasterio conferre, tunc potest ab ea aliquid peti solum pro necessitate sui uictus, sine fraude, ut habeat monasterium unde sibi prouideri possit. Et hoc non intelligendo de exactione coactoria, ita quod eiiciatur si non dederit: sed quod in omnibus seruetur debitus modus & recta intentio, & quod hoc habeat locum ubi est consuetudo communis & diuturna, sicut supra tactum est, per quam & antedictae constitutioni Bonifacij, & alteri constitutioni Urbani quinti, incipienti. Ne in uinea Domini, prohibenti huiusmodi temporalia ab ingredientibus monasteria quouis modo peti uel exigi, derogatum existit. Tutius tamen est, quod nihil petatur uel exigatur, nec in huiusmodi monasterijs ultra numerum earum, quae sine penuria sustentari possunt, aliqua foemina recipiatur: & si aliqua petit recipi, dicatur ei, quod monasterium non potest eam recipere, quia non habet unde ipsam ualeat sustentare.

D. DIONYSII CARTHUSIANI DE SIMONIA LIBER SECVNDVS.

Praefatio.



PECUNIA tua tecum sit in perditionem. Existi-
masti enim donum Dei pecunia possideri. Ista sunt
uerba sacratissimi principis Apostolorum, qui quā-
tūm in seipso saluberrimam cōsecrauerit paupertatem,
in uictu atq; uestitu, in omnium quoq; terrenarum
carentia diuitiarum, in omni demum contem-
ptu pecuniarum, sanctus & dilectissimus eius disci-
pulus ac successor, re & nomine Clemens, in suo liti-
nerario protestatur, immo ipsemet gloriosissimè Pe-
trus hoc pandit: *Argentum, inquit, & aurum nō
est mihi. Denique, quid hoc mirum de Petro, cum Dominus & Saluator plus
aliquid fassus sit de seipso, dicendo: Filius hominis non habet ubi caput reclinet?
Qui rursus exclamat: Quam difficile, qui pecunias habent, intrabunt in regnū
Dei. Et quamuis unigenitus Dei per omnem Euangelij textum uniuersorum
auaritiam uehementer reprobet & condemnet, illam tamen Ecclesiasticorum
cupiditatem teterrimam, quo spiritualia pro temporalibus exhibentur, aut tē-
poralia pro spiritualibus offeruntur seu exponuntur, uehementissimè increpa-
uit atq; exhorruit. non uerbis duntaxat, sed item flagellis. Siquidem in praedica-
tionis suae exordio, & circa suam eiusdem ementes & uendentes eiecit de tem-
plo in quo & nummulariorum effudit pecunias, uendentiumq; columbas euertit*
& desti-

Act. 9.

Act. 3.
Luc. 9. & 18.Math. 21.
Marc. 11.

& destituit cathedras. Hoc recolens plenus, summus & generalis eius vicarius,
impijssimo Simoni mago, omnium talium mercatorum principi maledicto, locu-
tus est terribiliter uerba pro themate uicè assumpta, cum potestatem dandi Spi-
ritum sanctum uoluisset obtinere pecunia: *Pecunia, inquit, tua tecum sit in
perditionem. Existimasti enim donum Dei pecunia possideri. Quae utiq; uerba
unicuiq; spiritualia pro temporalibus exhibenti, postulanti aut comparanti pote-
runt dici. Talis nempe Simoniacus est, & pessima auaritia specie inquinatus,
quae in religiosis tanto detestabilior intolerabiliorq; consistit, quanto praeter ceteris
ad sectandum Christi spontaneam paupertatem se voto solenni fortius & in-
dispensabilibus adstrinxerunt. Veruntamen quia in hac re quaedam religiosae per-
sonae notam incurrunt diffamiae, immo (si tamen eis persuaderi posset) periculo-
sè se gerunt, & quaedam quidem apertè ac impudenter, quaedam uerò sub quadā
coloratione & quasi prudenter, hinc nuper collegi tractatulum de Simonia uis-
tanda in personarum receptione ad religionem: sed quoniam quidam adhuc aliter
sentiant, scribunt & praedicant, quam in opusculo illo ex dictis sanctorum Pa-
trum, generalium Conciliorum, summorum Pontificum, authenticorum quoque
& scholasticorum Doctorum, immo (quod maximum est) ex scriptura canonica
comprobauit & scripsi sentiendum agendumq; esse, hinc praetacti scriptis libelli
haec addere cogor, ad hoc ipsum impellente me charitate, qua & pro omnipotentis
Dei honore zelari, & pro animarum salute affici teneor. Nec quisquam ita
caecatus sit mente, ut non potius quid dicatur, quam quis dicat, perpendat. Ne-
mo tam induratus sit corde, ut corripientem dura ceruice contemnat, ut patet
facienti ei sua pericula indignetur, ut ceteris suis culpis crimen quoque detractio-
nis adiciat. Qui enim abiicit disciplinam, despicit animam suam: qui autem ac-
quiescit increpationibus, possessor est cordis. Postremo, ad ista adijcienda specia-
liter sum inductus, quoniam quidam venerabilis Doctor quoddam breue edidit
scriptum, quod salua tanti reuerentia uiri, uidetur nonnullis occasionem pre-
stare erroris & incorrigibilitatis. Propter quod circa scriptum illud per modū
scholasticae inquisitionis sine incauta assertionem intendo ex dictis sanctorū catho-
licorumq; Patrum conscribere aliqua, ex quibus ueritas elucescat. Neq; praetacti
Doctoris auctoritati atq; honori in aliquo derogare intendo, siquidem Doctor
ille mihi specialiter est amandus & honorandus, quem sancta uita & aetas red-
dit famosum, non ergo praesumptioni ascribatur, quod ex charitate ueritatisq;
zelo peragitur. Vulgare & omnibus notum est illud Philosophi: Duobus exi-
stentibus amicis, sanctum est ueritatem praehonorare, contra quam nec amico,
nec patri, neq; magistro licet deferre. Praeterea sancti uiri ueritatis manifesta-
tionem magis, quam proprium querunt honorem. Hinc praestantissimus Apосто-
licus chori uertex aegrè non sumpsit, quod Paulus eo inferior, ei in faciem restitit:
immo ne hoc quidem impatienter suscepit, quod Paulus resistētiam illam eiusq;
institam causam, omni seculo patefecit. In faciem, inquit, restitit ei, quia repre-
hensibilis erat. Hinc spero quod Doctor praetactus tantae sit probitatis, quod nō
solum non aegrè, immo & gratanter accipiet, si quis ei uerè sufficienter ostende-
rit, quod in aliquo à meritis deflexerit calle, praesertim in materia tam necessa-
ria ad salutem.*

Recitatio

Recitatio scripti Doctoris præfati. Articulus I.



Quet Doctor ille hanc questionem: Vtrum in aliquo monasterio feminarum liceat recipere aliquam feminam nouitiam ultra numerum personarum, quæ de bonis monasterij commodè sine penuria possunt sustentari, & à persona recipienda, oblati gratis spiritualibus, exigere temporalia. Et arguitur, quod non liceat ultra præfatum numerum aliquam recipere per constitutionem, Periculoso, Bonifacij octauij, in qua hoc prohibetur, videlicet ultra numerum talem recipere aliquam. Quod autem non liceat exigere temporalia, arguitur per constitutionem, Ne in vinea Domini, Urbani V. inhihentis duo præmissa sub magnis & formidabilibus pœnis. In oppositum & affirmationem arguitur sic. Nam secundum Philosophum in Etheticis *ἐπιείκεια* necessaria est in legibus humanis, in quibus magis attendendum est ad causam quæ mouet legislatorem, quàm ad verba legis. Vnde Hilarius III. de Trinitate ait: Nō sermoni res, sed rei debet sermo esse subiectus. Intentio autem prædictarum constitutionum, primè videlicet, videtur esse, ne grauentur monasteria per nimiam & immoderatam personarum receptionem, & tandem deficientibus temporalibus, deficient spiritualia, quæ sine eis subsistere nequeunt: & ita si aliqua habens & comportans sufficientiam temporalem pro victu, vestitu, alijsque vitæ necessarijs recipiatur, non læditur intentio legislatoris, sed cum ea ampliatur salus animarum. Secundæ autem constitutionis intentio esse videtur, ne exigatur aliquod temporale à persona recipienda tanquam pretium religionis, quod esset manifestè Simoniacum: secus autem est, si exigatur aliquid temporale ex alijs causis & intentione, scilicet pro necessaria sustentatione personæ recipiendæ, cui monasterium de suis bonis non sufficit providere. Pro responsione ad præmissam questionem sunt ea, quæ infra scribuntur. Nam secundum Thomam in scripto super II II. Sententiarum distinctione XXV. questione II. articulo II. in responsione ad VII. argumentum sic dicitur: Quando possessiones alicuius religiosi loci non sufficiunt ad sustentandum plures, tunc potest exigere aliquid ab eo qui in loco illo Deo vult seruire, non quasi pretium religionis, sed vt habeat monasterium vnde ei valeat providere, ideo non committitur Simonia. Si au-

De statu. regul. in G. ca. Periculoso. §. Sane. Extra de Simon. e. Sane ne in vinea domini.

Hilarius.

tem sine grauamine Ecclesie recipi potest, Simonia est aliquod pro receptione exigere. Idem quoque Thomas in Secunda secundæ questione C. de Simonia, articulo III. in responsione ad II I. argumentum sic dicit: Pro ingressu monasterij non licet aliquid exigere vel recipere quasi pretium: licet tamen, si monasterium sit admodum tenue, quod non sufficiat ad tot personas nutriendas, gratis quidem ingressum monasterij exhibere, sed accipere aliquid pro victu personæ, quæ in monasterio fuerit recipienda, si ad hoc monasterij non sufficiunt opes. Et addit Doctor sanctus vbi supra: Similiter licitum est, si propter deuotionem quam aliquis ad monasterium ostendit, largas elemosynas faciendò, facilius in monasterio recipiatur, sicut etiam econtrariò licet aliquem prouocare ad deuotionem & monasterij ingressum, licet non sit licitum ex pacto aliquid dare vel recipere pro ingressu monasterij. Hęc ille in forma. Item de eodem sic dicitur in Summa confessorum libro primo, titulo primo, questione XLIX. Quid de his qui in monasterio recipiuntur intentione temporalis utilitatis? Responso secundum Vdalricum paragrapho de monasterijs: si monasterium est tanta paupertate depressum, quod redditus eius vix aut non sufficiunt presentibus, non solum potest habere intentionem accipiendi temporalia à persona recipienda, sed etiam gratis exhibitis spiritualibus, requirere temporalia, quæ sufficiant illius sustentationi, & possunt determinatam exprimere quantitatem, & pacisci de hoc quod illa summa detur, si habeat vnde valeat sustentari. Et Raimundus paragrapho 21. Pone quod aliquis, cum Glossa sua, quæ dicit: Credo quod licet exprimere nomina & quantitatem oblatorum, & Glossæ addit: Credo etiam similiter, quod si huiusmodi recipiendus dicat, vel aliquis pro eo: Dabo singulis annis pro expensis meis centum solidos vel sex libras denariorum quandiu vixero, non est illicitum, quando non sufficit monasterium. Hęc ibi. Ad vitandum igitur periculū inobedientiæ, propter præmissam constitutionem Apostolicam, & etiam propter labè Simoniacæ prauitatis, tutum & cautum videtur quod bona temporalia & redditus monasterij debitè & discretè estimentur ad certum numerum personarum, quæ ex eis commodè & sine penuria possunt sustentari in victu, vestitu & alijs vitæ necessarijs, ultra quem numerum non recipiatur aliqua persona

sona de bonis monasterij sustentanda. Si vero augeantur vel minuuntur bona monasterij, etiam proportionabiliter augeatur vel minuatur numerus personarum recipiendarum. Et in tali monasterio vacante Præbenda, vel loco sufficienter dotato pro sustentatione vnus personæ, licet possit recipi ad talem Præbendam vel locum vacantem persona in temporalibus diues, apta religioni, cui diuitiæ obesse non debent, dummodò hoc fiat syncerè, videlicet intuitu Dei & idoneitatis personæ, & non ex pacto vel intentione de temporalibus bonis apportandis accipiendis, in quo committeretur Simonia tacita vel expressa, tamen tutius magisque pius & exemplare esset, recipere personam pauperem aquè vel magis idoneam religioni, sustentandam de bonis ex pietate oblati, & dimittere personam diuitem, quæ si biijpsi de proprijs bonis salubrius provideat, de necessaria sustentatione, quàm caperet de elemosyna crucifixi, iuxta illud Prospero in libro de Vita contemplatiua: Non est meum dicere, quale peccatum cibos pauperum præsumendo committant, qui Ecclesiam, quam iuuare de proprijs facultatibus debuerunt, suis expensis in super grauant. In super, quia cessante causa, cessat effectus, si sola causa exigendi aliquid temporale in receptione personarum ad monasteria, est necessaria sustentatio personæ recipiendæ, ad quam non sufficiunt monasterij opes: videtur quod assignata, data & certificata vna quota temporalium bonorum necessaria & sufficiente pro huiusmodi sustentatione de bonis personæ recipiendæ, non licet ab ea aliquid ultra exigere, quia hoc vitique fieret ex alia causa, vtputa tanquam pretium ordinis aut ingressionis religionis, in quo Simonia committeretur. Dispositio ergo aliorum bonorum temporalium, quæ persona recipienda forsitan habet, ultra prædictam competentem sustentationem, relinquenda est arbitrio suæ liberæ voluntatis, ita quod nequaquam exigantur, nec persona recipienda propter illa recipiatur aut dimittatur quouis modo. Alioqui iuxta tenorem constitutionis dictæ Urbani V. committeretur peccatum Simoniacæ, & incurreretur sententia excommunicationis vel suspensionis, si in receptione ad Præbendam non vacantem, &c. à quibus quis extra articulum mortis absoluti non potest, nisi à summo Pontifice. Nec mirum, quoniam inter Ecclesiastica crimina Simoniacæ heresis obtinet primū locum, vt patet in Decreto, quia etiam in primo suo auctore Simone mago ex mala ra-

dice infidelitatis pullulauit, quam hæresim ei Petrus improperauit, dicens: quoniam datum Dei existimasti pecunia possideri. Deum in eadem Summa Confessorum, libro primo, titulo primo, quæst. L. habetur: Quid de his qui locant filias suas in monasterijs, & parū vel nihil dant de bonis suis? Responso, secundum Vdalricum, paragrapho, Cum ergo: Licet credam per contrariam consuetudinem iuri derogatum, ita quod parentes filijs vel filiabus suis locandis in monasterijs, non teneantur ex integro dare partem suam hereditariam, tamen tenentur monasterio dare tantum, quod non oneretur ex presentia illarum personarum, & aliter non credo eos esse in statu salutis. Hoc ibi: Pro quorum maiori declaratione aduertendum, quod lex naturalis mutari non potest humana auctoritate. Vnde dicitur in Decreto distinctione V. Naturale ius ab exordio rationalis creaturæ non variatur tempore, sed immutabile permanet. Lex verò humana & positua hominis auctoritate lata, potest mutari, dispensari aut penitus tolli, per expressam reuocationem aut tacitā dissimulationem, quādō scilicet passim agitur contra legem, & legislator, nō reclamando, nec retinendo permittit fieri, tunc lex ipso facto præsumitur tacite reuocata siue abolita, nec amplius ligat. Est autem de iure naturali, quod parentes provideant suis prolibus de vitæ necessarijs, cū generaliter omnia animalia etiā sæuā & venenosa, naturali instinctu hoc faciunt suis foetibus, quibus non deficiunt, quandiu foetus indigent. Est autem de iure positiuo & humano, parentibus succedere proles in tota hereditate, vel parte eius dimidia, tertia vel quarta: cui iuri videtur derogatum per contrariam consuetudinem, quod ad proles professas in aliqua approbata religione. His fundamentis videtur inniti dicta Vdalrici, ex quibus satis colligi potest responso ad questionem præmissam, & solutio argumentorum hinc inde. Ecce istud est scriptum præfati Doctoris.

Quod intentio duarum constitutionum Apostolicarum in præinducto scripto allegatarum, non est illa, quam auctor scripti illius assignat. Articulus II.



Egula est apud Theologos & Iurisperitos, quod eiusdem sit legè interpretari, cuius & condere, & rursum quod Inferioris nō est in lege Superioris epiceizare aut displicare, nisi inquantū sibi à Superiore euidenter committitur, aut tacitè permittitur. Hinc ad inferior

v. ult. p. 101.

res Prælatos & Doctores scholasticos non pertinet generalium Conciliorum ac summorum Pontificum canones, decreta & leges passim interpretari & dispensare in illis, quâvis possint per modum simplicis declarationis seu magistralis instructionis circa talia loqui & scribere, quorum scripta intantum sortiuntur auctoritatem, in quantum consonant formali intentioni veroque sensui Decretorum, legum aut canonum vniuersalium synodorum Pontificumque summorum: quorum formalis intentio atque intelligentia vera, quantum fieri potest, ex ipsis eorum verbis, sententijs & doctrinis hinc inde est colligenda, contra quorum auctoritatem & determinationem nullus Doctorum, quantumlibet sanctus & eruditus, suam præsumit defendere sententiam, ut dicitur in Decreto. Et Thomas in Secunda secundæ quæst. vnde decimo docet, Gulielmus quoque Parisiensis in suo ait Sacramentali: Quæ sit intentio Ecclesiæ in opere authorizationis & statutis, à Romana Ecclesiâ, id est, summo Pontifice, cuius etiam auctoritate statuta sunt edita, oportet addiscere, cum eius sit legem interpretari, qui cõdidit. Hoc idem Bonaventura super quartum Sententiarum in pluribus locis testatur, & de isto infra plenius tangam. Porro, ad cognoscendum quæ sit præactorum constitutionum apostolicarum intentio, nõ oportet nos laborare, cum ex ipsorum summorum Pontificum verbis præcedentibus & consequentibus id patet euidenter. Siquidem Bonifacius Papa in Constitutione præallegata instituit & præcepit, vt vniuersæ & singulæ Moniales, cuiuscumque sint ordinis, sub perpetua in suis monasterijs clausura permanerent: quod cum iussisset, adiecit: Sanè vt hoc salutare statutum commodius valeat obseruari, districtius inhibemus, ne in monasterijs ordinum nõ mendicantium aliqua recipiantur decæterò in forores, nisi quot poterunt de ipsorum monasteriorum bonis siue prouentibus absque penuria sustentari: si secus actum fuerit, irritum decernentes. Ex quibus verbis patet probatur, summum Pontificem ideo præcepisse, ne moniales vltra numerum præactum personarum recipiant, ne ob temporaliu indigentiam cogantur suam exire clausuram, occasione uero habeant euagandi & quæstionandi per modum. Nec in tota constitutione illa Papali sit mentio, quòd iusserit hoc ea intentione, quæ in præinducto tangitur scripto, quamuis & illa possit assignari pro aliquali causa institutionis illius, immo & hæc potius videtur fuisse intentio constitutionis illius, ne occasione receptionis vltra numerum prætaxatum, Mo-

24. q. 116.
guetius.

niales habeant causam seu incitamentum exigendi aliquid à persona recipi postulante, aut faciendi pactum cum ea, de dando aliquod temporale aut absolutum receptionem ipsius ad ordinem. credendum est nanque, mentem summorum Pontificum in hac re fuisse vnam. Idcirco cum alij summi Pontifices, vt Innocentius & Urbanus, & alijque synodi generalis, prohibere intenderunt formaliterque prohibuerunt huiusmodi exactiõnem & pactum probabile satis est, quòd Bonifacius Papa in constitutione præhabita sit eadem motus intentione. Hoc quoque quod in scripto illo adiungitur. Si persona aliqua habens & componans sufficientiam temporalem pro victu, vestitu & alijs vitæ necessarijs recipiatur, nõ legitur intentio legislatoris: istud, inquam, non videtur ad propositum esse. Nec casus iste est contra materiale aut formale constitutionis præfatæ, quia dum aliqua persona secum comparat, & ante receptionem liberè offert & exhibet sufficientiam temporalem pro se, tunc monasterio est sufficiens ad sustentationem ipsius, nec locum habet ibi constitutio ista. Itaque constat, constitutionem hæc loqui de personis non comportantibus secum, nec spontè offerentibus sufficientiam illam, & intendit vt tales non recipiantur in casu præhabito propter causas prædictas. Præterea, quòd intentio constitutionis secundæ, putà Urbani Papæ, sit, non solum prohibere aliquod temporale exigi à persona recipienda tanquam pretium religionis, sed etiam ex alijs causa & intentione, videlicet pro necessaria sustentatione personarum recipiendæ, potest ex tenore, contextu & progressu ipsius constitutionis copiose & euidentissimè demonstrari. In ea quippe sic dicitur. Multorum fide dignorum relatione didicimus, quòd in nonnullis Ecclesijs, monasterijs & locis religiosis tam virorum quam mulierum, illa detestabilis & à canonibus reprobata seruatur abusus, quòd cum personarum aliquarum recipiuntur in eis ad obseruantiam regulare, personarum ipsarum certa sumptuosa, pastus seu prædia capitulis & conuentibus facere, aut pecunias vel iocalia siue res alias ipsis Ecclesijs seu monasterijs ex statuto vel cõsuetudine, quæ corruptela potius est dicenda, tribuere cõpelluntur: ex quibus decori sanctæ Ecclesiæ & immaculatæ religionis detrahitur, & quæplures tã execratione huius criminis, quæ expensarum onere à sanctæ religionis proposito retrahuntur, & in multorum mentibus fidelium scandalum generatur. His verbis Dominus Apostolicus addit: Nos igitur huic morbo pestifero cupientes congruam adhibere

adhuc medelam, &c. Ecce ex his apertissime elucefcit, quòd ipse Pontifex summus ad huius cõstitutionis editionem inductus sit ex hoc, quoniam ex præmorata temporaliu illorum exactiõne decori (id est, sanctitati & puritati) Ecclesiæ atque immaculatæ religiõis detrahitur. Ecce vna causa. Et quamplures tam execratione huius criminis, quam expensarum onere à sanctæ religionis proposito retrahuntur. Ecce causa secunda. Et in multorum mentibus fidelium scandalum generatur. Ecce tertia causa. Ex his, inquam, tribus causis, motus est ad institutionem huius præcepti. Ideo eius fuit intentio, extirpare tria mala præacta, ex abusu atque sacrilega illa exactiõne & pactiõne sequentia, vtputa detractionem, qua Ecclesiastico statui & religionis decori detrahitur: Retractionem, quam multi à religionis proposito retrahuntur: & scandalum, quod in multorum cordibus generatur. Ceterumque est, tria hæc mala sequi ex præfata exactiõne, non solum dum temporale exigitur, vt pretium religionis bonitæ spiritualis, sed item quando exigitur vt sustentaculum vitæ, præsertim quòd hoc sit ante absolutam atque gratuitam susceptionem ad religionem ingressum. Quod totum nunc experientia inexcusabiliter, immo & palpabiliter docet & pandit. Nec dubium quin exactio, pactio seu temporalium exhibitio, ita grauat & à religione impedit pauperes, dum fit pro sustentaculo vitæ ipsorum, sicut si fiat pro spiritualium exhibitione. Et pro dolor, quam multæ bonæ pauperulæ quotidie clamant, conueruntur & dicunt se esse paratas ad religionis & vitæ reclusæ ingressum, sed non posse acquirere locum, eò quòd iam vndique temporalia exigantur. Similiter quædam puellæ & femina diuites, Deum timentes religionemque ingredi cupientes, paratæ quoque ad comportandum pro se sufficientiam temporalem, ex consideratione vitatæ exactiõnis & pactiõnis religiosarum quarundam, retrahuntur ab ingressu ad eas. Institer, in præallegata constitutione loquitur Papa: Nos igitur huic pestifero morbo cupientes congruam adhibere medelam, alijs penitis, in talia præsumentes inflictis, in suo robore duraturis penam adiungimus grauiorem, vniuersis & singulis religiosis, Ecclesiasticisque personis atque conuentibus, ex tenore præsentium auctoritate Apostolica districtius inhibentes, ne à personis earum religiones, Ecclesias vel monasteria ingredi volentibus, in earundem personarum receptione, aut ante, vel post illam quæcunque pastus prandia, cenæ, pecunias, ioc-

De simonia
c. sine ne in
vniuersis in ex-
tra.

calia aut res alias decæterò directè vel indirectè petere seu exigere quoquo modo præsumant, sed eas potius cum omnimoda puritate recipiant, ac in victu & vestitu, sicut alias sue cõgregatiõis personas, in sincera charitate pertractant: Illa duntaxat cum gratiarum actione licitè recepturi, quæ personarum ingredientiões purè & spontè & plena liberalitate, omni pactiõne cessante, dare voluerint. Ecce ex verbis his rursus luce clariùs innotescit, quòd Pontifex summus institutione ista prohibere intenderit pactiõnem & exactiõnem præfatam, non solum, in quantum temporale exigitur, vt pretium religionis aut boni spiritualis, sed item ne exigatur alijs intentione & causa, vt dictum est. Nam iubet vt personis quæ recipiuntur in victu & vestitu sincera charitate prouideatur, sicut personis professis, abque omni petitione & exactiõne ac pactiõne facta directè aut indirectè, seu vilo modo, atque vt conueniales illa duntaxat licitè à personis suscipiendis aut susceptis recipiant, quæ ipsarum personarum dare voluerint spontè, purè ac liberaliter, omni pactiõne cessante. Porro, quòd nihil liceat exigere aut recipi vt pretium religionis, per se constat, nec propter hoc prohibendum, oportuit Papam tot & tanta verba inducere, nec aliquis sani iudicij, si ritè ista perpendat, potest ambigere, quin Dominus Papa intendebat in omni hac constitutione, plùs prohibere, quam aliquid temporale per modum pretij rei spiritualis exigere. Nam & hoc potuisset vno verbo exprimere ac verare. Cum ergo tam absolutè & omnifariè prohiberit exactiõnem & pactiõnem præfatam, patet propositum. Interea aduertendum, quòd exactiõnem huiusmodi Pontifex summus vocat detestabilem abusiõnem, dicitque eam à sacris canonibus reprobata, asserit quoque, quæ sit pestifer morbus & crimen, atque quòd statutum seu consuetudo, ex qua seruatur aut fit, corruptela sit iudicanda. Ex quibus omnibus etiam lucidè reprobatur responsio scripti præhabiti, & quòd practica eius sit directè contraria intentioni Apostolici huius statuti ac rigorosi præcepti. Postremò, si pauperes personarum religiõis dicant se constitutionem hæc Apostolicam non posse implere, vt scilicet venientes & recipi cupientes, tam gratis & sine omni exactiõne ac pactiõne suscipiant, eisque vt sibipsis nil exigendo prouideant, iã ex introductis in isto articulo habent cõsiliu & responsu quid agere debeant, scilicet vt non recipiant vltra numerum quem præualent sustentare, nec desiderio plures suscip-

fuscipiēdi, exactiōes, & pactiōes nefarias, scādalosās, iniquas cōmittant. Nec in huiusmodi augmentatione personarum sui conuentus, putent salutem cōsistere animarum aut incrementum honorificentiae cultus diuini, sed potius perditionem animarum propriarum, & item personarum, quas ita recipiunt, grauissimamq; deitatis offensam & scādalizationem plurimorum in lege.

Qualiter et p̄tendā in legibus humanis sit necessaria. Articulus III.



Vid sit epijkia, & cur ac qualiter in legibus a cōtibuscq; humanis sit necessaria, quinto Ethicorū doctet Philoſophus. De qua re sanctus Thomas in secunda secundae quaestione 120. tractat: Albertus quoq; in diuersis tractatibus, ceterique Doctores in Summis suis satis concorditer scribunt. Est aut epijkia virtus moralis parsq; iustitiae, per quam homo in obseruantijs legis positivae humanae, & praecceptorum ipsius moderanter se habet, magis respiciendo ad legislatoris intentionem, quam ad tenore perfectiōemq; verborum. Itaq; epijkia in legibus positivis humanis proprie locum habet, non autem in lege proprie naturali, aut in lege quae diuina proprie appellatur. Quocirca pensandum, quod ius & lex frequenter pro eodem sumuntur, & pariformiter diuiduntur. Quem admodum enim ius diuiditur in ius aeternū & increatum, in ius diuinum, quod in nouo ac veri traditur testamento, in ius naturale ac ius posituum, ita & lex in legem aeternā, diuinam, naturalem ac posituum partitur.

Epijkia quid

Iuris diuisio

Legis partitio.

Secundū membra diuisionis istius diuiduntur vterius, sicut de his pulchrè scribit Durandus in Summa sua in exordio libri secundi, & Thomas in prima secundae quae. 91. Alexander quoq; de Hales, Bonauentura, & alij super tertium Sententiarum. Praeterea dupliciter dicitur lex humana. Primò, quia humana auctoritate & excogitatione instituta, quae proprie dicitur lex humana ac positua: quae si Principis secularis auctoritate instituitur, lex siue ius civile vocatur: si autem auctoritate atq; prudentia Principis spiritualis, videlicet Papae, ius canonicum appellatur. Secundò dicitur lex humana, quia per hominē data, quamuis à Deo sit reuelata ac instituta: & ita lex veteris testamēti, frequenter lex Moisi, lexq; Moisaica nominat, sicq; lex diuina & humana identificatur realiter, quamuis distinguantur formaliter: sicq; loquendo de lege humana, epijkia regulari-

ter locum non habet in lege humana. Insuper secundum Doctores concorditer lex vocatur humana & positua, aut etiam naturalis siue diuina, dupliciter: Primò purè, utputa quia totaliter talis est. Secundò permixtim seu quantum ad aliquid, ut dum in eadem lege aliquid continetur, quod proprie spectat ad legem posituum humanam, & aliquid quod ad legem diuinam naturalem pertinet, ut si ponatur lex totalis.

Quoties filius parenti occurrerit, discooperiat caput aut genu curuet. In hac lege est aliquid de naturali lege, & item diuina, puta quod filius reuerentiam parenti exhibeat, & aliquid de lege positua humana, videlicet ut hoc fiat caput nudando aut genu curuando, quod nec in nouo neq; in veteri exprimitur testamento. Hæc ad propositum applicando dico, quod in huiusmodi legibus humanis ac positivis epijkia ac dispensatio habent locum, quantum ad id, quod in eis est de iure posituum humano, non autem quantum ad id, quod consistit in eis de iure proprie naturali aut immediatè diuino. Tale est ius illud, quod vnus non habeat plura beneficia, quorum vnum ei secundum suum sufficit statum. Tale quoque est statutum Urbani Papae praallegatum, secundū se totum acceptum. Nempè quod in eo iubetur, ut à petentibus religionis ingressum, temporale nil exigatur, proprie spectat ad ius diuinum, nec epijkia dispensationis subiacet, cum immediatè fundetur in iure & lege Christi, praecipientis: Gratis accepistis, gratis date. Tale est & illud sancti Leonis Papae: Spiritualia gratis donentur, & item gratia nõ vendatur. Porro, quantum ad id, quod in bulla Urbani praehabita cōtinetur, ut nec post receptionem ad ordinem monasticum absolutam aliquid exigatur, constitutio illa ad ius posituum humanum pertinere censetur, & interpretatione epijkiae admittit in casu, quo institutio illius nõ cassatur, videlicet quando exactio illa absq; scandalo & diffamatione sacrae religionis fieri valet. Hinc (ni fallor) argumentatio illa vigorem non obtinet: Epijkia in legibus humanis necessaria est, ergo non obstante forma verborum constitutionis Urbani inducitur, licet à persona recipienda aliquid temporale exigere. Postremò constitutio illa Bonifacij Papae de Monialium reclusionem, & ne vltra numerum, qui de bonis monasterij sustentari potest, aliqua recipiatur, ad ius posituum potius pertinet, quam praefatum Urbani Decretum. Ideo dispensationem magis admittit.

Quod

Quod religioſe personae eo ipſo, quo alicui personae recipi cupienti ſpiritualia primò gratis exhibent, obligant ſe ad ſuſtentandum eandem personam, quandiu cum ipſis eſt. Articulus IIII.



Crutadum est primò, quid sit, prius exhibere spiritualia gratis, & qualiter intelligendum sit, quod quidam Doctores satis authentici dicunt, aliquid temporale exigi posse à recipienda persona quando claustrum tam indigens est, dummodo spiritualia prius gratis exhibeantur. Itaque spiritualia gratis exhibere personae recipiendae, est ei ea offerre & propter Deum liberaliter communicare seu dare, quae ipsa persona recipienda ad religionem, postulat sibi propter Deum purè liberaliterque conferri. Hæc autem sunt receptio eius ad vitam spiritalem monasticam, participatio societatis religiosae, communicio Charismatum claustrum, incorporatioque conuentus: & quamuis in his sunt nomina multa, res tamen aut simpliciter aut pro magna parte est vna. Dū ergo conuētus, id est, Superior, cum residuo monasticæ seu religiosae communis, gratis hæc exhibet personae recipi postulanti, eo ipso, quo ei gratis ista communicat & impendit, obligat se ad procurandum seu corporaliter educandum personam eandem, quamdiu apud se retinet eam. De ratione quippe conuersationis religiosae monasticæ, est vita communis & sancta paupertas, ne in conuersatione huiusmodi quis habeat proprium quicquam. Ad hoc autem vterius sequitur, ut superior congregationis talis gerat communem omnium curam, & communitati provideat in necessarijs vitae, & ita sit omnium vna mensa, quemadmodum sanctus pater Hieronymus in sua regula aperitissimè scribit, & infra tangetur. Praeterea, persona ad ordinem suscipi petens, intendit & querit seipsam relinquere, propriam voluntatem abnegare, sui ipsius curam & sollicitudinem, quantum ad necessitudines corporales, exuere, perfectiōisq; ingredi viam, & iuxta Euangelicorum Christi consiliorum tenorem & intentionem, se totam Superioris curae & gubernationi cōmittere, ita ut libera mente à terrena sollicitudine, à prouisione quoque propria exonerata, seruiat Deo, sicque sub obedientia salutari militare Omnipotenti, ita ut suum velle & nolle in manu pendeat Praesidentis: & quamuis ad ista voto solenni non obliget se, nisi in professione, nihilominus iuxta praestata ista agredi cupit, attendere & exercere intendit,

& ea sibi gratis propter Deum comunicari efflagitat, quando ad religionem suscipi deprecatur. Dum ergo Superior cum conuentu communicat ei ista gratis & absolute sinceriter propter Deum, accipiunt eam ad suam curam & prouisionem, tanquam sui mystici corporis membrum: atque hoc ipso quo faciunt hoc, adstringunt se ad prouidendum ei de necessarijs vitae corporeae, quamdiu cum ipsis consistit. Itaque spiritualibus istis gratis primò exhibitis, non possunt ab ea aliquid temporale exigere per modum debiti persoluendum aut exhibendum; nec tanquam pretium religionis; nec tanquam sustentaculum vitae, ad quod ei exhibendum iam seipsos obligauerunt: idcirco salua conscientia, non possunt eam deceterò refutare, neque ab annua probatione, neque à professione, siue aliquid temporale adducat & conferat, siue non, nisi aliunde rationabilem ad hoc habeant causam. Insuper ingressus religionis, est mors civilis. Idcirco enim ad religionem quis intrat, ut deceterò, quo ad ea quae mundi sunt, & corporalis prouisionis ac propriae voluntatis, libijpsi sit mortuus, seu mori quotidie discat & assuescat. Qui igitur quempiam suscipit ad religionem, tanquam Superior seu conuentus, incorporat eum sibi, seque adstringit ad gubernationem & prouisionem ipsius. Ex quibus, quantum capere queo, sequuntur duo. Primum est, quod hi qui dicunt se primum gratis spiritualia exhibere personae recipiendae, & tamen vel ante ipsius receptionem, vel in ea, aut post eam exigunt aliquid temporale, aut (quod peius & inexcusabilius, immo & execrabilius extat) faciunt pactum & conditionem seu conditionem de huiusmodi dando, seu etiam adijciendo iniquitatem iniquitati, querunt super hoc certificationem aut testes vel fidei iussores, siue (ut verbis vtar beatissimi Ieremiae) stipulationes & rata & signa forinsecus, ita ut nisi temporalia illa soluantur, nolint personam cui spiritualia gratis exhibuerunt, ut dicunt, ad habitum religionis nouitiatum, ac probationem annualem suscipere, vel susceptam, ad professionem (quamuis aliunde sit apta) admittere: sequitur, inquam, expraeductis, quae istae personae religiosae, si tamè verè religiosae, ignoret quid sit spiritualia prius & gratis exhibere, nec propriam vocem intelligant: aut si habitualiter sciūt hoc, tamen non aduertunt, aut actualiter perpendere renunt, negliguntq; hoc ipsum, nec sciunt aut non pensant, quid sit conuersatio monastica & communis: Secundò sequitur ex praedictis,

T 3 quod

quod intentio authenticorum Doctorum dicentium post gratuitam & prequam spiritualium exhibitionem, temporale quid exigi posse a persona recipienda, si claustrum sit egens, ista existat, quod exactio illa solummodo fiat post puram & absolutam personae receptionem ad religionem, ita quod repellenda non erit, quamuis nil tale adduxerit. Nec aliter verba illorum queunt saluari, quod in priori de ista materia tractatulo, ex Decretis & canonibus generalium Conciliorum & summorum Pontificum scholasticorumque Doctorum, immo & ex scriptura canonica euidenter multipliciterque probauit.

Confirmatio predictorum ex doctrinis sanctorum Patrum. Articulus V.

Sexto septimoque Ecclesiasticę hierarchię capitulis, sacratissimus & theologice Dionsysius ritum monasticę institutionis & consecrationis, iuxta morem primitiuę Ecclesię describens, testatur: Summus inter eos qui perficiuntur, nec perficiunt, est ordo manochorum, generali virtute atque perfecta conuersationis castimonia emundatus. Propter quod quidam Apostolorum monachos appellauerunt famulos, eo quod purum & assiduum Deo exhibebant famulatum. Alij eos esse monachos nominandos sanxerunt a monade, id est, unitate, ob singularem eorum vitam, qua per simplicem diuinorum contemplationem & contrectationem, diuinę simplicirati & perfectioni Deo amabili conformantur: quorum est omnibus secularibus conuersationibus & sollicitudinibus renuntiare, qui cruciformiter consignantur, id est, crucis signaculo benedicuntur, ad innuendum, quod a cunctis carnalibus appetitibus debeant abstinere & propriam crucem ferre. In quibus & capillorum detonsio designat nudam ac mundam, non fictam conuersationem, ad Dei conformitatem synceriter sursum actam, ut Deo sint pure vniti, atque ab omni extrinseca circumuolutione & cura abstracti, libere vacent Deo. Circa que Albertus declarat, quemadmodum monachorum sit, a vita mundana & temporalium sollicitudine consistere alienos, qui ob hoc vitam assumunt monasticam, quatenus exonerati a multis, vni quod solum necessarium est, tantum intuentius synceriusque intendunt, quantum minus circa corporalia indigent occupari. Porro, quę de monachis hic dicuntur, clarę est de Monialibus proportionabiliter esse intelligenda. Insuper, in regula sua describit gloriosus

Dionsysius.

Monachus a monade.

Capillorum tonsio quid in religiosis signet.

Albertus.

Eccl. 10.

Hieronymus: Attende diligenter quę pręces, quę grauis sarcina tuis humeris imponatur, quę de subditarum animabus atque corporibus, de verbis & moribus obligaris apud diuinum examen. Diligenter attende, quid tibi ab institutione regiminis iniungatur. Sollicitudo enim omnium rerum monasterij ac fororum in administratione & prouidentia tibi committitur, ut iam ceteris fororibus dormientibus, te deceat crebro dormientes ducere noctes pro utilitatibus & necessarijs prouidendis. Idcirco tibi non tantus honor, quantum onus imponitur. Ecce ex his innotescit, quod eo ipso, quo alicui personę spiritualia, puta communio, societas, incorporatio domus & ordinis gratis pręstantur, ipsa persona religiosa quę pręfideat, personam illam ad suam curam, prouisionem & gubernationem in spiritualibus corporalibusque assumit, atque eidem in illis prouidere tenetur, quandiu detinet eam, nec per modum pacti seu conditionis aut debiti aliquid ab ea potest exigere, ita quod possit eam reijcere, si temporale, quod exigitur, non adducat. Denique, in libro de Institutionis sanctorum Patrum recitat Cassianus, qualiter Abbas Pinus instruxerit fratrem, quem ad habitum & nouitium religionis assumpsit: Abrenuntiatio (inquiens) nihil est aliud, quęm crucis ac mortificationis indicium: ideo noueris hodierno die te huic mundo & actibus ac desiderijs eius esse defunctum, teque secundum Apostolum esse mundo crucifixum, & tibi mundum. Considera igitur crucis conditiones, sub cuius Sacramento te deinceps in hac luce conuersari oportet, quoniam iam tu non uiuis, sed uiuisti in te is, qui pro te est crucifixus. Eo ergo habitu & figura, qua pro nobis in patibulo ille fuit suspensus, nos quoque in hac vita necesse est degere. Quemadmodum itaque crucifixus non ad libitum suum sua potest membra mouere, sic tu decetero non agas, nec mouearis secundum propriam uoluntatem, sed in Superioris tui arbitrio atque regimine tutus consistas, cuius te curę ac fidei commissisti. Insuper, uir illuminatissimus Climachus ait: Seipsum ueraciter abnegas, nō ultra amabit aut curabit pecunias, nec de possessionibus erit sollicitus: sed omnem suam habitudinem & affectionem omnem ad aliquid, abijciat, semper in celum adspiciat, ac suo Superiori erit in cunctis promp̄te obediens. Obedientia autem est proprię animę consummata abnegatio, per corpus manifeste quid monstrata. Et rursus: Obedientia est proprię abnegatio corporis, per animam ex uolun-

Hieronymus

Cassianus

Gala. 4.

Gala. 2.

10. climachus

Obedientia

Eccl. 10.

tate feruenter ostensa. Ecce qualiter iuxta concordem sanctorum & religiosorum Patrum doctrinam, receptio alicuius ad religionem, est spiritualis & saluberrima mortificatio eius, morsque ciuilibis & abnegatio sui ipsius, quantum ad corpus & animam, atque insertio in corpus fraternitatis. Ad quę omnia directę in separabiliterque consequitur, quod conuentus recipiens personam ad hanc suorum spiritualium communionem, & incorporationem ac mysticam unitatem seu vitam monasticam, se adstringit ad corporalem huiusmodi personę prouisionem ac sustentationem iuxta formam pręhabitam.

Roboratio predictorum, quod scilicet ab ingressu- ris aut ingressis religionem, temporale nil exigendum sit. Articulus VI.

Veritas huius materię, quę animarum concernit salutem, plenissimę innotescat, latius de ea aliquid arbitror conscribendum. Itaque circa primam causam Decreti, Gratianus septem quęstiones in ducit, quarum secunda est ista: An pro ingressu monasterij pecunia sit exhibenda, exigenda, uel exacta persoluenda. Ad cuius quęstionis partem affirmatiuam sic arguit: Legitur primo Regum, quod Anna filium suum Samuelem tulit ad domum Dei in Silo, & obtulit Heli Pontifici cum certis muneribus, scilicet tribus vitulis, & modijs tribus farinae, ac amphora uini. Insuper, quia in Actibus fertur Apostolorum, quod singuli creditum uendebant prędia sua, eorumque pretia ante Apostolorum pedes ponebant, cumque Ananias partem sibi reseruasset de pretio, maledictione accipit a S. Petro, moxque cecidit mortuus coram eo: hinc apparet, quod ingressuri monasterium, sua debent rectoribus eius offerre, nec aliter recipi. Ad ista Gratianus responderet: Aliud est sua sponte offerre, aliud exacta persoluere. Mater autem Samuelis non exacta neque petita obtulit muneribus sacerdoti, credentes quoque sua sponte obtulerunt Apostolis, ut indigentium necessitatibus deseruirent, que instante infidelium persecutione, eis non licebant, id est, reseruare non poterant. Ananias demum non idcirco damnatus est, quia sua nollet offerre, sed quia Spiritui sancto mentitus, pretia eorum quę iam ante Apostolis obtulit, partim fraudauit. Ex his Gratianus concludit: Non ergo his auctoritatibus permittitur rectoribus, ab ingressuris monasterium aliquid exigere, sed sponte oblata suscipere: quia illud damnabile est, istud licet. Consequenter probat hoc

1. 4. sequitur primo. 4. gra.

1. Reg. 1.

Act. 4.

1. Reg. 1.

1. 4. 2. sequitur.

authoritate synodi generalis, qua dicitur: Quotiescunque ad consecranda ecclesiam episcopi inuitantur ab aliquo, non quasi ex debito munus quodcumque requirant, sed si fundator aliquid eis ex voto obtulerit, non respuant. uide, idē probat auctoritate Bonifacij Papę, qui scripsit quibusdam optatibus quedam Abbatē habere episcopum, atque querentibus, an pro obtinendo hoc ipso possent pecuniā exhibere his, quorum Abbatē sibi pro Presule tantum necessarium reputabat. Illis, in quibus, Papa respondit: Id licitum esse, dummodum ab hoc opere omnis deesset pactio omnisque conuentio. Pręterea uir ille doctissimus, re & nomine Gratianus, inquit & ait: Adhuc obijciat, quod ingressuri monasterij, si pecuniā tribuunt, non propositum religionis, sed participationem stipendiōrum emunt, temporalia ergo, non spiritualia ementes, nequaquam Simoniaci sunt habedi. Hoc Gratianus soluens, subiugit. His itaque respondetur: Non solum qui spiritualia, sed etiam qui temporalia eis annexa pretio accipiunt, Simoniaci iudicantur. Vnde Malachias Propheta loquens ex persona Dñi, ait: Quis est in uobis qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito? Non est mihi uoluntas in uobis, dicit Dominus: & munus non suscipiam de manu uestra. Porro ostia claudere, non est muneris sacri officium, sed tantum sibi adiunctum. Ad hoc allegat quodam Hispanię Præsules scribit Gregorius: Audiui-mus (inquiens) dilectissimam, quod sacrorum ordinum professores, sub muneris datione & acceptione ecclesias ac beneficia earum usurpant, quod scelus uos non dudum acriter correxisse uehementer miramur. Et rursus idē Gregorius scribit Archiepiscopo Rothomagensi: Si quis muneris dator aut acceptor, ecclesias aut ecclesiastica dando emerit, siue accipiendo uel dederit, a Simonis datione nequaquam excluditur. Iterum idem ait Gregorius Papa. Quicquid in sacris ordinibus aut ecclesiasticis rebus, uel data uel promissa pecunia acquisitum est, nos irritum esse & nullas inquam vires obtinere cęsemus. Insuper, ad horum confortationem in ducit, quod scribit Papa Paschalis: Si quis obiecerit non consecrationes emi, sed res, que ex consecratione proueniunt, is penitus decipere se probatur. Nam cum corporalis ecclesia aut Prælatus sine corporalibus rebus in nullo proficiat, sicut nec anima sine corpore corporaliter uiuit, quisquis alterum horum uendit, sine quo alterum non prouenit, neutrum inuenitū derelinquit. Hanc ultimam auctoritatem allegat Papa Urbanus, dicens: Beatus prędecessor noster Paschalis, affirmat quod quisquis eorum alterum uendiderit, sine quo alterum

1. 4. 2. c. quam pio.

Eodem.

Malach. 2.

Gregorius 1.

1. 4. 2. c. Malach.

non prouenit, neutrum inuentum derelinquit, ac per hoc eum qui rem Ecclesiæ emit vel vendit, Simoniacum esse intelligitur. Sed & Gregorius dicit: Ea quæ pacto ne consecrata fuerint, potius execrata quam consecrata dici debent. Si ergo tam execrabile est, inanimata pacto ne consecrari, quanto magis execrabile est, rationale creaturam pacto ne religionem intrare? Hæc pauca ex multis, præallegato loco Decreti contentis sunt sumpta.

*Prædictorum affirmatio ex dictis
præcipuorum Doctorum.
Articulus VII.*

Durandus, cuius Summa inter Doctorum summam videtur non mediocriter præfulgere, tractatu de Simonia, ex Decreto alijsq; Doctoribus compendiosè collegit, quorundam committit Simoniam, & inter cætera ait: Simoniam committit, qui offert bona Ecclesiæ tali conditione vel pacto, vt ea retineat pro Præbenda, & in canonicum admittatur: sed si aliquis purè offert, rogans postea simpliciter, vt in canonicum recipiatur, & bona sua sibi liceat retinere pro Præbenda, & canonici purè consentiant, tunc non est Simonia. Atamen si ille qui talia dat, vult pro temporalibus adipisci spiritualia, & canonici eum aliter non suscipiant, vtrique Simoniaci sunt apud Deum, eo. ti. Tua nos. Talis tamen non tenetur renuntiare, quia Simonia solum mentalis, per poenitentiam expiatur. Ex his sic argui potest, siue à simili, siue per locum à maiori: Suscipi ad monasticum ordinem, non est minus spirituale, quam sumi ad canonicatum, immo spiritualius esse conuincitur: si ergo in præfatu casu Simonia committitur, non minus, sed potius plùs committitur Simonia, si aliqua persona tali conditione vel pacto offert temporalia sua claustro, vt sustentetur ex eis, & ad religionem seu societatem conuentus admittatur, atque ex his quæ contulit claustro, sustentetur, & religiosæ personæ ei in hoc consentiant, est Simonia. Insuper ait Durandus: Simoniam committit, qui prandium exigit à canonico de nouo recepto, non obstante contraria consuetudine, eo. ti. Iacobus: quanto magis Simoniam committit, qui à persona ad religionem suscipienda aut recepta, exigit non prandium tantum aut vestes, sed grandem summam pecuniæ, aut sufficientiam temporalem pro sustentatione totius vitæ ipsius. Amplius

De Simo. ca.
Tua nos.

De Simo. ca.
Iacobus.

ait. Simoniam committit, qui res Ecclesiasticas emit, seu sub pacto & interuentu pecuniæ obtinet. Talis namque Ecclesiæ seu spiritualia emere comprobatur. Nam si quis aliquid horum emerit vel viderit, sine quo alterum non prouenit, neutrum inuentum derelinquit. 1. quæst. 3. Saluator. Vnde secundum Osiensem: Si quis emit beneficij fructus ad tempus vitæ suæ à prælato, qui habet ius instituendi aut conferendi, Simoniacum est. Ex hoc itaque arguitur: Exhibitio spiritualium loci religioni, & corporalis sustentatio personæ religiosæ, tam in separabiliter sunt connexæ, quòd vnus eorum non prouenit sine altero: qui ergo aliquid dat aut requirit pro vno eorum per modum pretij aut cum pacto, comparat ambo, & nullum eorum exhibet gratis. Huius rei confirmatio est, quod in eadem subiungitur Summa: Simoniam committit, qui beneficium confert cum pacto, & item qui emit Præbendam. Præbenda autem quandoque vocatur ius spirituale percipiendi Præbendam, id est, Ecclesiasticos redditus, quod emere, Simoniacum est: quandoque vocatur fructus Præbendæ, hoc emere non est Simoniacum, nisi forte quis emat fructus ab initio suæ ordinationis vel constitutionis in ipsa Ecclesia, vt habeat dum vixerit, articulo 1. q. 3. Si quis obiecerit, vbi dicitur: Si quis horum alterum vendit, sine quo alterum non prouenit, neutrum inuentum derelinquit. Vnde qui tunc emit res corporales, intelligitur emere spiritualia: quia tunc sunt ista annexa, vt qui priuatur officio, priuatur & illis. 1. q. 3. in Summa. Ecce manifesta tenti probatio. Præterea ait in Summa sua Durandus: Simoniam committit, qui eligit aliquid in canonicum sub conditione, vt doceat pueros, quia in talibus conditio omnis debet cessare, sed si Præbenda vacante, canonici statuunt, quod tali Præbendæ sit honus annexum, tunc non est Simonia. Hoc idem dicit Bernardus ext. de magistris. Quia nonnullis. Ex hoc itaque arguitur: Si in præfatu casu est Simonia, multò plùs dum à persona religionis ingressum petente, pecunia aut quid tale exigitur, aut de dando inuitur pactum siue conditio, cum dare pecuniam multò plus sit temporale, quam pueros informare. Consequenter adiungit: Simoniam committit, qui ab intrantibus religionem aliquid exigit ex pacto: tamen si monasterium est tenue, quòd non potest sufficere, tunc potest necessitatem suam hoc modo exponere: Scias quòd non possumus tibi prouidere, paupertatem nostrâ tibi gratis offeri-

1. q. 3. c. salu-
tor.

Osiens.

1. q. 3. c. salu-
tor, et c. si
quis obiecit
vit.

1. q. 3. in sum-
ma.

Ext. de magi-
stris c. quia
nonnullis.

offerim. Cautè tamè facis si tibi prouideas, & tecum portes vnde viuas. Sed si monasterium facit pactum, videlicet quòd aliter nõ recipiat illum, nisi aliquid apportet, Simoniacum est 1. q. 2. si quis. Illud autem temporale quod gratis offertur, sine taxatione recipi potest, eo ritu dilectus 2. & non cum taxatione: quia taxatio, quædam venditio est, si de iure do. pleriq; paragrapho, si autè. Hoc Bernardus & Ioha. 1. q. 2. & Osiensis eodem. Ecce ex isto specialiter probatum intentum, vtputa qd nõ liceat à petente religionis ingressum aliquid exigere temporale, nec ante eius receptionem, nec in ea, neque post eam, cum tali conditione vel pacto, quòd aliàs non suscipietur, aut suscepta ad profefsionem non admittetur. Adhuc in eadem dicitur Summa, quòd si exiguntur ea quæ consueuerunt dari in collationibus quorundam spiritualium, vt in receptionibus ad religionem vel in canonicum, in consecrationibus Episcoporum, benedictionibus Abbatum, ordinationibus clericorum & cõsimilibus, responsio huius: In omnibus his, si vel per exactorem iudicij, vel extorsionem violentiæ, vel per pactum antè vel post, aliquid obtinetur, Simonia est, nulla consuetudine contraria obstat. ext. eo. c. 10. c. sicut pro certo. Si verò spõrè aliquid offeratur, nõ est Simonia. Dicit quoq; Gulielmus, quòd si aliquis timens non recipi, dicat conuentui aut Præfidenti: Ego darem vobis terram meam, si velletis me recipere, & postea recipiatur, ita quòd aliàs non fuisset receptus, Simoniacum est. Postremò in Summa hac quærit: Quid de monasterijs, in quibus nulli pactum interponit ingredientibus, tamè est taxatù quid puella ingrediens dare debet? Responsio secundum Osiensem. Talis taxatio reprobat, ext. eo. c. sicut pro certo, & ca. In tantum. In fine, & idem est, ac si pactum interponat de tali consuetudine seruanda, quia Simoniacum est, ext. eo. c. veniens. Si autem absq; omni conditione & compulsionè datur gratis quòd consuetum est, non committitur Simonia.

Solutio rationum, quæ in scripto præfato inducuntur ad cõprobandum, quòd à persona petente religionis ingressum possit temporale quid exigi, & super hoc pactio fieri, & certa exprimi summa. Artic. VIII.



Icut in primo recitauimus opusculo, articulo nono, triplex extat responsio Doctorum in ista materia: Quoniam aliqui dicunt simpliciter aliquid posse exigi à recipienda aut recepta persona nondum professa, dum monasterium præ-

paupertate non sufficit personam illâ nutriti re. Et dicunt super hoc posse fieri pactum & conuentionem, & prætaxari quatum data sit, sic tamen, vt spiritualia gratis imprimis exhibeatur, nec temporale exigatur vt pretij rei spiritualis, sed vt necessariũ quid ad sustentationem personæ. Huius quoq; opinionis est author scripti præhabiti. Alij verò respondent, quòd nec paupertatis prætextu liceat exigere temporale à persona recipienda quouis modo, videlicet nec ante eius receptionem, nec in ea, neq; post eam, per modum debiti aut cum pacto: immo absolutè affirmant nil exigi posse, secundum quòd tenor constitutionis Urbani Papæ pertendit. Tertij mediam tenent viam, dicentes quòd postquam persona est absolutè recepta ad religionem, possit aliquid exigi, dum monasterium indiget, sic tamen, vt siue aliquid detur, à persona illa, siue non, nihilominus teneatur, nec repellatur ideo, quòd temporalia non apportat. Atamen addunt isti doctores, tutius esse, vt nulla persona ita recipiatur, eo quòd exactio habeat speciem mali, & frequenter pariat scandalum, & propter alias causas alibi taxatas. Et huius responsionis fautores sunt Bernardus, Osiensis, Durandus, & alij plures. Porro, quòd prima illa opinio atque responsio stare non valeat, in primo tractatulo multipliciter est probatum. In isto quoq; opusculo hucusq; copiosè & euidenter, quantum capere queo, ostensum. Nunc ergo soluenda sunt præfati scripti motiua, quæ tamè in alio solui libello. Itaq; quòd author scripti illius allegat ex sancto Thoma super quartum, & in Scûda secundum q. 100. solui ex verbis eiusdem sancti Doctoris, qui in quodlibetis suis sententialiter ait, quòd talis exactio fieri debet forma honestatis seruata, ita vt nihil exigat ante pij officij seu spiritualis doni aut beneficij gratuitæ exhibitione, seu purâ & absolutâ donatione, ne pactum interuenire videat. In his verbis Thomas in sinuat, qualiter præallegata eius verba sint intelligenda, & prohibet ea aliter intelligi, vtputa taliter, qualiter in allegatione scripti illius allegatur. Nempe dicit aliquis Doctor authenticus de eadè materia in diuersis locis cõscribit, p̄sandum est, quid doctor ille vltimate absoluteq; senserit. Cũq; verba ipsius in vno loco inducta poterit sic & sic exponi, trahi, intelligi, vidèdũ est, ad quæ intellectũ, ipsemet doctor huiusmodi verba sua alibi redigat & coarctet: sicq; in proposito circa verba sancti Thom. agèdũ est. His autè q̄ Thomas in suis asserit Quodlibetis, quæ in alio articulo introduxi, nono capit. per oia cõsonant verba

De simon. c.
sanè ne in uis-
nea. inextrin-
uag.

verba Ostiensis, Gulielmi, Godefridi, & ite Durandi. Preterea ad ea quae ex Vdalrico & Summa Confessorum allegantur, est vna responsio, vtputa quod illa responsio quam assignant, stare non valet, nisi iuxta moderamen, quo referatur ad tempus sequens ipsam personam absolutam atq; gratuitam receptionem, immo & tunc stare vix potest propter Apostolica statuta praallegata. Infrà tamen tangetur diffusius, qualiter tunc aliquo modo possit saluari.

Declaratio quod istae solutiones sint de mente sancti Thomae, ex verbis eiusdem ac aliorum Doctorum. Artic. IX.



Sper quartum distinctione 25, loquitur Thomas: Facere pactum de Missa celebranda, est Simonia semper. Et rursus: Nullo (inquit) modo licet paciscipio annuarius celebrando: ergo à simili, nullo modo licitum est facere pactum de aliquo temporali dando cum persona religionis ingressum petente, ad hoc quod recipiatur, cum vtroque sit eadem ratio. Insuper in Quodlibetis ait: Cum in dispensatione Sacramentorum aut aliorum spiritualium aliqua recipiuntur, vt Simonia vitetur, necessè est vt receptio illa fiat ex cõfessione iuris diuini aut humani aut piarum cõfuetudinis. Cum ergo praallegata sint tot & tanta diuina & humana generalium synodorum, summorum Pontificum, sanctorumque Patrum decreta, quibus prohibetur exactio temporalium à postulantibus religionis introitum, patet id esse illicitum. Amplius, Thomas allegat Augustinum dicentem: Non solum scriptura canonica, sed & Sanctorum gesta nobis in exemplum proponuntur. Cum ergo nullus sanctorum Patrum, qui religiones instituerunt, praefatam exactiõnem exercuisse, approbasse aut admisisse legatur, immo cum multi eorum reprobauerint, & prohibuerint eam, quemadmodum in primo opusculo de sanctis Patribus authoribus statutorum ordinibus Carthusienlis specialiter est ostensum, & infrà ex verbis gloriosi deducetur hieronimi, constat exactiõnem illam esse illicitam. Insuper in secunda secundae quaest. 100. Thomas testatur: Vendere & emere in spiritualibus actibus quod spirituale est, Simoniacum est: sed suscipere aut dare aliquid pro sustentatione ministrantium spiritualia, secundum ordinationem Ecclesiae & consuetudinem approbatam, licitum est, ita tamen quod desirptionis & venditionis intentio, & quod ab

pacitionem facere pro missis celebrandis, ordinibus conferendis, funeribus sepeliendis, Simoniacum esse.

Ab iniuria nisi pro spiritualibus exigenda.

iniuria nil exigatur per spiritualium subtractionem, quae gratis sunt exhibenda. Hoc enim quandam venditionis speciem haberet. Vitiosa est ergo exactio, quae à recipientibus seu receptis ad ordinem, sic temporalia exiguntur, quod nisi exhibuerint ea, ad habitum seu professionem religionis non admittentur: Rursus scribit eodem loco: Illicita esset ordinatio, si in aliqua statueretur Ecclesia, quod non fieret processio in funere alicuius, nisi solueret certam pecuniam summam, quia per hoc precluderetur via impediendi gratis officium pietatis aliquibus. Quomodo ergo licitum est statutum quorundam, quo statuerit nullam recipere personam ad suam religionem, nisi apporauerit quandam aut praetaxatam temporalium quantitatem, per quod multi impediuntur à religionis ingressu? Amplius dominus Antiochodorensis ait in parte tertia Summae suae: Nõ est licitum dare temporalia pro Missis tricenarijs. Vnde prohibet in synodo, ne presbyteri aliquid exigant, & hoc propter speciem mali, & propter scandalum evitandum, ne scilicet videantur spiritualia vendere. Iterum ait: Non debent sacerdotes aliquid petere ante sepulturam, vel quia Simonia esset vel species mali, sed posunt post sepulturam. Hæc & consimilia scribit super quartum Sententiarum dist. 25. dominus Bonauentura, ex quibus euidenter monstratur, quam impium sit alicui personae cum cõditione, obligatione & pacto ingressum religionis praebere, & non synceriter, purè & gratis ac absolute seu simpliciter propter Deum.

Adhuc confirmatio praedictorum ex verbis Sanctorum, & qualiter possunt temporalia exigere post gratuitam susceptionem personae. Artic. X.



Loriusus pater Hieronymus in regula sua quinto capite ait, scribens Eustochio Abbatissa filia-busq; eius. Detestabilem heresim Simonie, quam communi prauitate Diaboli committunt Moniales, etiam in auditu horreat sancta societas vestra. Giezi pater, & Simonis vos terreat prauitas. Vox Petri vicarij Christi ad Simonem nunquam exeat de auribus vestris: Pecunia tua sit tecum in perditionem: Existimasti enim donum Dei haberi pecunia. Donum Dei est sanctus Spiritus. Communis mercatorum vsus habet, vt venditio commutetur in melius. Aserit quippe Simoniacus pecuniam esse praestantiorẽ dono Dei, cum idem in ipsam

De Simonia, non facta, cum in ecclesia.

1453.

1454.

1455.

1456.

1457.

1458.

1459.

1460.

ipsam commutet. Ad vos venientes sorores, ad Christi suscipite nuptias gratis: praeponeatur sanctitas pecuniae, exquiratur bonitas vitae, non generositas carnis, nõ utilitas mundi. Nulla omnino pactio praueciat, nulla opinio, nulla cõditio, quae mentis puritate perturbet. beatus sapientia clamat, qui excutit manus suas ab omni munere, qui post aurum non abiit. Ecce quam euidenter & rigoro se vir iste sanctissimus, religionis specialis discretissimus institutor, prohibet Simoniacã impietatem in susceptione fororũ, iubet vt earum receptionem nulla preueniat pactio, nulla cõditio: & ipsa quae veniunt, gratis & absolute suscipiantur. Denique, in regula sancti Patris nostri Basilii queritur: Si oportet eum, qui seruis Dei vult sociari, relinquere indifferenter proximis suis portionẽ facultatum suarum, dicente Dño: Vende omnia bona tua, & da pauperibus. Ad hoc respondet magnus Basilius: Arbitror quod is, qui accedit ad Dei seruitium, scilicet religionẽ, non debeat cõtemnere, & vt libet relinquere ea, quae competunt sibi, sed temperet omnia (si fieri potest) cum summa diligentia, tantum quae iam Dño consecrata sunt, quantum possibile est rationabiliter dispensare, sciens quod non sit absq; periculo in opere dei agere negligẽter. Si verò propinqui eius vel parentes contra fidẽ veniant, debet ministrare Christi, dicẽtis: Quia omnis qui reliquerit patrem aut matrem aut domũ, &c. centuplum accipiet, &c. Veruntamen oportet eum protestari & denũtiare his, qui sibi denegant ea quae sua sunt & resistunt, quia sacrilegij crimen incurrunr, secũdum mandatum Christi, dicẽtis: Si peccat frater tuus, vade & argue eũ. Iudicio verò expedire apud iudices seculi, abnuat religionis autoritas per id, quod dixit Apostolus: Aude aliquis vestrum, negotium habens aduersus alium, iudicari apud iniustos, & non apud sanctos? Et rursus: Iam quidẽ delictũ omnino est in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Ecce in verbis his sanctus Basilius nihil tangit de hoc, vt à petẽte ingressum religionis aliquid exigatur, vel antea vel postea. Innuit tamen, quod temporalia eius Domino consecrentur, & ad diuinum cultũ sint applicanda, atq; ad Dei honorem transferenda, per hoc quod persona, ad quam pertinent, religionem ingreditur: & quod ipsa persona nõ debeat ea ad libitum suum dispensare, aut dare siue relinquere, sed rãtionabiliter & discretè: immo insinuare videtur, quod de iure ad monasterium spectent, aut salte in pios vsus sint conuertenda. Euidenterq; dicit, quod ipsa per-

sona debet protestari his, qui sibi negant suam hæreditariam portionem, quod sacrilegij crimen incurrunr, abutendo videlicet temporalibus bonis illis, quae modo praefato consecrata sunt Deo. Addit tamen, quod coram iudicibus seculi non sit litigandum pro illis, quod quamuis pro tunc ita obseruabatur, Doctores tamẽ interim docuerunt, quod quando claustrum est indigens, Praeuidens ex parte conuentus possit per viam iuris exigere ea, quae spectant de iure ad personam susceptam, non quod debeat illa exigere ratione susceptionis ipsius personae ad religionem, quae susceptio cum sit bonũ spirituale, non est pro ea exigendum aliquid temporale: Sed exactio illa fieri potest, in quantum persona ad religionem accepta, est proles legitima, quae ob ingressum in claustrum, non est hæreditaria sua portione priuanda: quippe quae religionem intrando non efficitur deterioris conditionis, idcirco nec exheredanda. Hinc secundũ Raimundũ, qui ponit filias suas in claustris, & parum aut nihil daret eis de bonis suis, grauiter peccant, & tenentur (si habet) monasterio rationabiliter prouidere, ne ex filiabus suis grauentur. Quod potissimũ verũ reor, dum monasteriũ indiget, nec pro certo numero satis prouisum est ei, neque mendicat. Quocirca Ostiensis, Durandus & alij dicunt, ob hoc non esse paciscendũ de dando aliquid temporale, cum persona recipienda aut alijs, ante gratuitam eius & absolutam receptionem: esse tantũ remediũ circa hoc, si parentes dare noluerint. Dicunt itaq; isti Doctores: Quando monasteriũ est tenue, tunc conuenticales accipiant puellã gratis ad spiritualia, & argant contra patrem ad alimenta: quod si pater mortuus est, agant ad partẽ hæreditatis puellã. Porro, religiosarum personarum, quae opus manuale & lucrosũ exercent, videntur se laboribus manuum suarum in toto aut pro magna parte nutrire. Ideo ad recipiendum tales, constituere summam tantam, ex qua possent sustentari, quãuis nil lucrarentur, immo tantũ exigere, quod possint perpetuè Prebendę seu loca fundari & competenter dotari, videtur prorsus metas excedere equitatis, & pauperioribus personis omnino precludere accessum religionis. Heu heu, quantum detestanda cupiditas occupantis paulatim obtenebrat, cor iudurat, & rectum subuertit iudicium. O quantum dolendum est, quã vehementer descendũ, quod religiosarum personarum, quae iam semel amore Sponsi celestis omnia contempserunt terrena, quae si in domibus mansissent parentum, potuissent diuitijs abundare, iam post

monasticam professionem, post paupertatis spontaneæ votum, rursus inuoluunt se avaritiæ, quæ omnium radix est vitiorum & laqueus: immo quod sanguineis guttis est deplorandū, vitiosissima avaritiæ speciei, prorsus sacrilega, id est, Simoniaca prauitate se inquinant propter rem vilem, terrenam, propter pecuniam aliquantam, propter superpellectilem modicam. Hæc impietas ex immoderata sollicitudine pro temporalibus & corpori necessarijs rebus frequenter procedit, quæ sollicitudo diffidentij filia perhibetur. Interdum quoque ex vitio gula & carnalitate, qua lautiora atque superflua requiruntur. Hæc omnia Christus summè prohibuit, præsertim religiosi, quas vult filialem in Deo habere fiduciam. Denique, sicut sancti Patres testantur, Abbas Daniel, Calsianus, Eusebius, Emisenus & alij, nisi ex religiosarum cordibus personarum, cupiditas fuerit funditus extirpata, radicibusque euulsa, periculosus, immo & incurabilius sævit & dominatur in eis, etiam sæpe in paruis ac vilibus reb*. Postremò, sanctus pater Benedictus in sua statuit regula, vt recepti ad ordinem suum, res suas pauperibus erogent, aut si voluerint, monasterio tribuant: non autem quod aliquid exigatur ab eis, immo hoc magis prohibuit. Sic igitur religiosæ personæ regia iugiter via incendunt, & (sicut tenentur) non solum meliorem, sed & tutiorem eligent callem, vitantes discrimina: quibus si se committunt, peccant mortaliter.

Ad questionem, qua queritur, quæ sit pena religiosorum Simoniacè receptorum, Raimundus respondet circa hoc, aliter esse loquendum de ita receptis ante editionem Decretalis, per Innocentium Papam factè in generali Concilio de illis, aliterq; de ita receptis post Decretalem eandem, videlicet quoniam summus Pontifex ille aliquid noui de illis instituit, per quod iura positua priora illos concernentia immutauit, & fecit cessare. Sic in proposito dico, quod ex quo Bonifacius Papa octauus, & item Urbanus quintus, diu fuerunt post tempora S. Thomæ, Vdalrici, Raimundi & Iohannis, qui Summam composuit Confessorum, atque Doctorum eis contemporaneorum (nam Thomas fuit tempore Urbani quarti, similiter alij iam præfati, tunc vel paulò ante aut parū post extiterunt) idcirco ad istam questionem, An liceat aliquid temporale exigere à persona religionis ingressum aut professionem petente, aliter nunc respondere oportet, post compilationem præallegatæ constitutionis Urbani Papæ, quàm ante eam ab a-

Aduertendum quo tempore & ordine Decretales scriptæ sunt, legesque & Decretales condite sint.

liquis respondebatur, vtputà quia Urbanus quintus, qui fuit in breui, nam ei successit Gregorius XI. tam euidenter, immo clarissimè, omnifariè & rigorosè prohibuit omnem huiusmodi exactiorem, directè indirectè factam, siue sub ratione pretij, siue sub colore indigentia & sustentaculi vitæ, vt constitutio illa nullam prorsus recipiat inflexionem, retorquentiam, epikizationem seu interpretationem ad oppositum, quemadmodum ià luce clarius ex verbis ipsius est demonstratum: quam etiam Urbani constitutionem confirmavit successor eius Gregorius absque exceptione & interpretatione. Ideo dato, quod Thomas, Vdalricus, Raimundus, Iohannes, & qui ante Urbanum quintum fuerunt, intenderint dicere, quod aliquid per modum sustentaculi vitæ exigi possit à persona recipienda seu recepta, & quod hoc non sit Simoniacum ex sua natura, attamen omnia illorum scripta & dicta cessant, atque solvuntur per hoc, quod Dominus Apostolicus post eos determinauit & iussit oppositum, per cuius diffinitionem & prohibitionem omnis talis exactio, quæ per verba Doctorum iam predictorum à quibusdam licita probatur ac reputatur, absolutè prohibetur, immo & Simoniaca esse censetur, ita quod Simoniaca est ad minus de iure positua, vtputà quia prohibita. Quoniam verò quædam sunt Simoniaca, quia prohibita, & illa ex sua natura non sunt Simoniaca: quædam verò sunt prohibita, quia sunt Simoniaca, quæ scilicet ex sua natura sunt talia, vt in primo plenius scripti libello. Denique, quia Bonifacius VIII. absolutè prohibuit in claustris Monialium plures recipi, quàm de redditibus monasterij possunt congruè sustentari: ideo dum ad Moniales pauperes veniunt quæcunque personæ pro receptione ad religionem, debent eis simpliciter respondere. Non sumus dispositæ, nec habemus locum vacantem, prout sum ad suscipiendum vos. Nec vllam possunt facere mentionem de aliquo apportando. Nec dicere possunt: Libenter, si prouideritis vobis de necessarijs vitæ, volumus vos recipere. Qualiter autem dicere possint ac debeant absque conscientia læsione, in primo plenius scripti opusculo, cui aptè istum adiungi & allegari tractatulum posse iudico, quoniam condeperent, & iniucem se declarant ac fulciunt. Verùm de ista materia multò vtique diffusius scribere possem, sed hæc pauca hac vice reor sufficere. Postremò quia, vt ait Albertus (si benè recorder) super Iob: duo sunt actus sapientis, vnus videlicet verita-

Albertus.

Tim. 1.

1. Tim. 3.

veritatem rationabiliter comprobare, alter falsitatem efficaciter reprobare, & probat hoc ex verbis Apostoli ad Titum de Episcopo differenti, vt potens sit exhortari in doctrina sana, ecce primum: & eos qui contradicunt arguere, ecce secundum: idcirco quibus opusculis meis consentire noluerit, aut contradicere voluerit, soluat ea quæ ad probationem propositi introduxi. Nec quisquàm in ista materia loquatur ex impetu passiois, nec aliud querat, nisi manifestatione ac ob-

seruantiam veritatis, ne per Simoniacâ impietatem Deus altissimus grauissimè offendatur, & ne animæ tot hominū, & præsertim religiosarum personarū, in alijs regulariter conuersantium, lam ètabiliter periclitentur. Nec etiam tot homines seculares scèdalizentur, religiosisque obloquantur, sed omnia mala ista vitentur, bona quoque eis opposita procurentur. Ad laudem & gloriam Omnipotentis, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

De Simonia Libri II. finis.

D. DIONYSII CARTHUSIANI CONTRA AMBITIONEM, EX SACRIS LITERIS ET DICTIS SANCTORVM PATRVM

LIBER VNVS.

Præfatio.



*R*eges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut ministrator. Hæc est doctrina Sapientia increata, quæ ex ore Altissimi prodijt: hoc verbum documentum est Omnipotentis sermonis, qui à regalibus sedibus venit. Ista planè saluberrima atque cælestis est instructio, quæ vnigenitus Filius in sinu Patris æterni inuariabiliter conuiescens, proprio ore deprompsit. Ipse quippe est Dominus noster, legifer noster, Iudex & Rex noster, qui à summo cælo ex corde Patris in vterum mundissimæ virginis descendere, & deinde per incarnationis mysterium in terris apparere, cum hominibus conuersari dignatus est, vt omnibus nobis rerū viâ salutis, compendiosissimum iter redeundi ad patriam, securissimumque antidotum recuperandi amissam beatitudinem demonstraret: demonstraret, inquam, demonstratione prorsus efficacissima, hoc est, per uerba & opera, inno magis per opera & per uerba. Cæpit etenim facere & docere. Itaque, quoniam Lucifer ille, qui manè oriebatur, per ambitionem è cælo corruerat, protoplastus quoque homo quadam elatione Paradisum amiserat, venit ad nos vnigenitus Patris propter nos veraciter homo factus, & factis & documentis copiosissimè nobis ostendit, non aliud esse iter redeundi ad Paradisum, recuperandi salutem, pertingendi ad Deum, nisi per meram humilitatem, per totius ambitionis eradicationem, per vniuersæ elationis euulsionem. Hinc equidem ipse Dominus & Saluator ab incarnationis exordio, usque ad spiritus sui traditionem in crucis patibus-

Luc. 22.

Sapient. 18.

Esaiæ. 33.

Baruch. 3.

Actu. 10.

Esaiæ. 14.

Gene. 3.

Iohan. 1.

V patibus-

patibulo, sanctam humilitatem pro inexpugnabili scuto elegit, assumpsit, edocuit, quatenus omnem elationem, omnem ambitionem & vanitatem penitus reprobaret, in eternum damnaret, ac suis discipulis vehementissimè detestandam doceret. Quapropter, quod magnus sanctusque Papa Leo disseruit: Tota victoria Saluatoris, qua & Diabolum vicit, & mundum redemit, humilitate concepta est & effecta. Hinc insuper in cœna nouissima, quam desiderio desiderauit cum suis habere discipulis, antequam pateretur, cum facta esset inter illos adhuc carnales & imperfectos contentio, quis eorum consisteret maior, ipse benignissimus Dominus Iesus Christus mox reprehendit atque edocuit eos: Reges, inquit, gentium dominantur eorum. Vos autem non sic. Gentiles namq nonnulli fidem catholicam non habentes, qui ruinam angelorum in cœlo, primorum quoque parentum in Paradiso ignorabant, dominandi libidinem non arbitrabantur esse peccatum, nec ambitionem reputabant culpabilem, immo pro obtinendo primatu acriter decertabant. Nam & Romani qui inter gentiles videbantur virtuosiores, pro monarchia non sine prægrandi suo dispendio insatigabiliter confisgebant. Non enim sciebant, ad quam beatitudinem creatum & institutum esset genus humanum, & qualiter ea esset priuatum, & quomodo ad eandem reuerti oporteat. Ideo Christus suos iussit discipulos ab illorum secerni consortio, vanitate ac pernicioso errore, quatenus sicut ipse, quum esset altissimus omnium, præbuit semetipsum humilimum, sic sui quantum maiores extiterint, tanto humiliores consistant, neque ad præsidendam aliquam, ambitionis vanitate seducti, adsperant. Vnde & in alio loco à suis interrogatus discipulis. Quis putas maior est in regno cœlorum, respondit: Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. In cœna quoque hoc ipsum opere docens, linteo se præcinxit ipse vniuersitatis Creator, Rex angelorum, genibus flexis, pedes lauit Apostolorum, dixitq: Exemplum dedi vobis, &c. Præterea, quoniam inter laqueos, quibus Aduersarius humane salutis capit insipientes, & fallit incautos, atque inanes prosternit, insensata ambitio inuenitur præcipua, intentio huius operis est, contra execrandum vitium disputare, & ipsum è cordibus ista legentium ac audientium omnifariè (si, quod absit, in eis latuerit) propulsare inductus ad hoc assiduis diuturnisque precibus cuiusdam venerabilis Senioris.

Ambi

Ambitio quid sit. Articulus I.



MBITIO (secundum Doctores) est inordinatus appetitus honoris aut dignitatis propter honorem. Honor autem est exhibitio reuerentiæ in signum virtutis, testimonium excellentiæ alicuius. Et quoniam dignitati seu prælacioni debetur atque impenditur honor, ideo appetitus inordinatus prælacionis seu dignitatis propter honorem sibi annexum, vocatur ambitio. Vnde secundo Machabæorum libro asseritur, quod Iason ambiebat summum Sacerdotium. Et rursus, quod Alchimus satis agebat pro principatu sacerdotij sui. Insuper, in quantum exterior actus sine ornatus ad honorem ordinatur humanum, ambitio circa ipsum talem actum & apparatus seu cultum versatur. Idcirco in Actis legitur, quod Agrippa & Berenice cum multa ambitione introierunt prætorium. Secundo quoque Paralipomenon fertur, quod Asa Regem defunctum super lectulum suum posuerunt, & combusserunt super eum aromata & vnguenta ambitione nimia. Præterea, quum non solum sint coram Deo ambitiosi, qui honores & dignitates inordinate cupiunt adipisci, sed hi, qui quoque in honore adepto & dignitate obtenta inaniter delectantur, atque immoderatè amant eisdem, eisque priuari peruersè verentur: propterea quando ambitio dicitur inordinatus appetitus honoris seu dignitatis, sumitur appetitus extense, videlicet non solum pro desiderio boni futuri seu acquirendi, sed item pro affectione boni præsentis siue acquisiti. Itaque, sicut in inferioribus simplicibusq; cauendum est, ne ad honores, dignitates, officia vanè aspirant: alioqui ambitiosi redduntur, & ambitione sordescunt: sic præsentibus & honoratis personis omnino vitandum est, ne ad honores sibi exhibitos, prælaciones siue officia eis commissa inordinate afficiantur: immo quantum in ipsis est, parati sint eis carere, paratius subesse ac obedire, quam præesse & præsidere: alioqui & ipsi ambitionis labe scedantur, atq; diuersa illabuntur pericula & peccata, vt infra pandetur.

2. Mach. 4.
1. Mach. 7.

Act. 15.

2. Par. 16.



Voniâ Deus omnipotens ad sui ipsius beatificam visionem, in qua summus honor atque incomparabilis dignitas omnium intellectualium consistit creaturarum, nos condidit, ideo naturale est homini honorem appetere. Naturaliter quoque impressit Creator sublimis rationali creaturæ honoris affectionem, quatenus ea ordinatè appeteret, quæ verò spiritali, recto, perpetuoq; honore condigna sunt, vtputa adoptiuum Dei filium esse, Deo placere, vniri & eo æternaliter frui, vitij dominari, Dæmonibus præualere, vniuersa carnalia atq; caduca transcendere, spiritalibus ac diuinis, cœlestibus & æternis iugiter inhærerere, sicq; se totum in omni vita sua ad Creatoris adorandi honorem gloriamq; referre, proximos quoque ad hæc omnia peragenda pro posse ordinatè & charitatiuè prodesse & auxiliari. Verum naturalis iste appetitus honoris, partim per originalis peccati contractionem, partim per propria & actualia peccata seu vsum prauum infectus est & subuersus, ita vt præfatis bonis verè honorabilibus derelictis, cupiat miser homo temporales, humanos, vanos, seductoriosq; honores, & propter hos obtinendos aut conseruandos varijs se exponat periculis, diuersis laboribus, anxijis curis, immo multis & magnis peccatis, sicq; vilissimè se addicit seruituti, quæ planè est seruitus vitiorum ac Dæmonum, vero ac iusto honori summè contraria. Hinc ergo ambitio est peccatum, quia per eam homo tendit atq; afficitur ad sui ipsius honorem, promotionem, famam aut dignitatem, ordine recto postposito, immo processu obliquo. Nempe quum iuxta prædicta honor homini debeat ratione virtutis, sapientiæ aut excellentiæ alicuius, quicquid verò virtutis & sapientiæ aut excellentiæ in homine fuerit, à Deo collatū est ei, vt per ea Creatori de seruiat, & ipsemet consequatur salutem, proximis quoque pro viribus profit. Vnicuique namque mandauit Deus de proximo suo, vt ei exemplaris consistat, & gratiam sibi concessam eidem communicet, consilium & auxilium fratribus suis loco & tēpore opportuno impendens, prout sibi fieri cupit ab illis. Sic enim hortatur Apostolorum princeps: Vnusquisq; sicut accepit gratiam, in aliterum illam administrans. Hinc rectus exigit ordo, & vera requirit iustitia, vt de omni bono, quod habuerit aut egerit homo, primò ac principaliter querat, intendat, affectet Creatoris sui honorem: honorem

Gen. 12.
Ad quid homini datus è Deo sit honoris appetitus.

Eccle. 17.

Matt. 7.
Luc. 6.

1. Pet. 4.

Cur ambitio sit peccatum, & qualiter homo
vrijs modis in hoc vitium incidat.

Articulus II.

quoque sibi exhibitu, ad Deu & eius honorificentia finaliter referat, ad proximoru etia edificacionem ordinet eu. Hinc innotescit, quod suu honorem nec debet nec licite potest quis in hac vita appetere siue exigere, nisi in quantum honor suus refertur ac cedit ad diuinam maiestatis venerationem, siue ad edificacionem & vtilitatem proximoru suoru. Nec de sua inhonoracione debet dolere, nisi in quantum inhonoratio sua cedit ad inhonoracionem offensamque Dei, aut scandalu proximi, siue in nocumentum aut laesionem in honorantis. Denique, ex his constat, quod ambitionis peccatum potest homo incidere tribus modis: Primo, du appetit honorari, laudari, famari de virtute aut excellentia, quam non habet, quod est prorsus vanum ac fatuum, iniustum atque hypocritis proprium. Secundo, dum suis honorum non refert ad Deum, sed in ipso vult honorari, quod est peruersitatis & ingratitude magnae. Ideo ab Apostolo increpatur, & dicitur ei: Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Tertio, dum honorem suum ad proximorum non refert edificacionem. Quum enim hominis honoratio sit quaedam testificatio ac manifestatio suae excellentiae aut virtutis, aliunde sibi impesa, in quantum potest sibi placeat honoratio sua, in quantum per eam alius innotescit virtus seu eminentia sua ad profectum ipsum & Dei honorem: propter quae etiam causam debet opera bona, ad quae tenetur, publice agere, Christo dicente: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est. Hinc ite tenemur curam habere de bono nomine, atque laudabilem famam amare, ut simus bonus odor Christi ubique. Si quidem proximis salubre tenemur exemplum, ne scandalizetur in nobis. Unde qui negligit famam, perhibetur crudelis, quoniam alios per suam scandalizando diffamiam, eos quantum in se est, laedit aut perimit. Requirit ergo humilitas, ut quantum in nobis est, potius optemus in honorari, diffamari, suppeditari, contemni & irrideri, quam honorari ac reputari. Nihilominus exigit charitas, ut propter Dei honorem & proximorum edificacionem, curemus nomen habere honestum, exemplaremque vitam, & verè honorabiles esse & apparere: immo & dum id requirit iustitia, honorari: quod utique ad Superiores & Praesidentes potissimè pertinere cognoscitur.

In ambitionis peccatum tribus inciditur modis.

1. Cor. 4.

Math. 5.

Eccl. 41.

1. Cor. 2.

Math. 5.

Rom. 14.

1. Cor. 8.

De uarijs causis, propter quas omnis Christianus, si praesertim religiosus, omnè ambitionem penitus abhorreere debet ac fugere.

Articulus III.



Vemadmodum ad ambitionem odibilem multa inclinant ac trahunt incauti, sic ab eadem multa ac plurima retrahunt & auertunt peritum. Itaque: causarum ad ambitionis fugam ac detestationem mouentium ac inducentium, quaedam sumuntur ex parte ipsius ambitionis, quaedam ex parte hominis, quaedam ex parte Dei, aliqua verò ex parte loci huius exilij, nonnullae autem ex parte temporis vitae praesentis. Denique, causas istae omnem respiciunt Christianum. Sunt demum & aliae causae speciales ad ambitionis abominacionem impellentes, ad religiosos duntaxat spectantes, quae ex parte religiosorum accipiuntur, vtpote ex consideratione proprietatum ipsorum. Idcirco de omnibus his sigillatim, decentique ordine, quantum humilitatis amator, ambitionis quoque reprobator Spiritus sanctus praestiterit, nunc prosequi conabor.

Quod ambitio ualde odienda sit ac repellenda omni Christiano, potissimè autem religioso, propter ipsam eius enormitatem, foeditatem uilitatemque, in seipso.

Articulus IIII.



Vemadmodum virtus tantò desiderabilior, amabiliorque consistit, quantò sublimior fuerit atque perfectior, sic vitia tantò odibilia ac fugibilia, quantò in seipsis enormiora & nequiora esse noscuntur. Hinc una generalis quoque ratio vitandi ac abhorrendi omnè peccatum, est ipsa peccati foeditas, prauitas siue enormitas in seipso. Idcirco ad uerè veraciter virtuosum certum est pertinere nolle peccare, quamuis non esset prouidentia aut iudicium Dei, aut aliqua ultio culpae. Denique sancto Gregorio teste, quamuis in carnalibus sit euidentior turpitudò, spiritualia tamè peccata carnalibus peccatis sunt enormiora, maiora seu grauiora, loquendo in genere, sicut superbia, inuidia & aecidia grauiora censentur gula, luxuria, ira, & hoc caeteris paribus. Hinc ambitio propter propriam suam in seipso prauitatem ac grauitatem, potius odienda & abijcienda est unicuique Christiano, praesertim religioso, quam ob suam foeditatem turpitudinemque luxuria. Propterea ait scriptura: Odibilis coram Deo & hominibus est superbia, itaque: Superbia nunquò in tuo sensu aut in verbo tuo dominari

Eccl. 10.

Tobia 4.

1. Cor. 2.

1. Cor. 5.

Math. 23.

Math. 6.

1. Cor. 5.

1. Cor. 4.

1. Cor. 14.

minari permittas. Praeterea, quamuis inter superbiam & ambitionem propriè loquendo differentia assignetur (Superbia nanque ambitione communior est, & mater atque origo ipsius) frequenter tamen vnum pro alio sumitur. Unde Iohannes ait in I. sua canonica: Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitae. Augustinus hac utitur litera: Quicquid est in mundo, desiderium carnis est, & desiderium oculorum, & ambitio seculi. Atque ibidem per ambitionem seculi, superbiam accipit. Hinc pro maxima parte eaque sacra scriptura sanctique Patres & Doctores de superbia dicunt, de ambitione intelligi queunt. Veruntamen, sicut praetertitum est, propriè loquendo, duo haec inter se distinguuntur, ut ambitio videatur esse quasi species quaedam superbiae. Superbia quippe proprijsimè, ut apparet, est extollentia seu magnificatio sui ipsius in se, ex qua magnificacione mox oritur appetitus propriae laudis, humani honoris, gloriae vanae, dignitatis seu praesidentiae. Porro, quam frequenter, quamque vehementer scriptura diuina vituperet, prohibeat, reprobat & condemnat superbiam & ambitionem, satis est euidentis, nec opus est illud nunc comprobare. Id tamen vigilantissimè pensandum est, quod Christus vbique in Euangelio ambitionem, hypocritism & gloriam vanam, tanquam prauissima germina maledictionis quoque; semina, sibi inuicem coherencia & connexa, specialissimè prosequitur, reprobat & confutat, eis quoque plenos fuisse Scribas & Phariseos ac Sacerdotes testatur: quare & dixit eis de: Quomodo potestis vos credere, qui gloriam ab inuicem accipitis? Et rursus: Vae vobis hypocritae, qui similes estis sepulchris dealbatis, qui amatis primas cathedras in synagogis &c. Istud igitur omnem Christi fidelem potest ac merito debet mouere & incitare ad detestationem praecordiale incesstantemque fugam, & implacabile odium totius ambitionis & hypocritism, & gloriae quoque humanis, immo & totius elationis ac vanitatis. Infectio nanque his vitij multoties protestata est Christus: Receptus mercedem suam. De quibus canit & Psalmographus: Quoniam Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. Et iterum: Filij hominum vsque quò graui corde? ut quò diligitis vanitatem & queritis mendacium? Item & Iob: Congregatio hypocritarum sterilis. Postremò, ambitiosi, hypocritae, auidi quoque; humanae laudis, sunt falsi prophetae, de quibus in Euangelio Dominus admonet: Attendite vobis à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Certè, ut ait Ambrosius, tantò detestabilior est ambitio, quantò secretior: & rursus, quantò secretior, tantò incurabilior. Vulnera nanque latentia difficiliora consistat curari. Hinc publicani & peccatores aperti, fures, raptores ac meretrices, non tantum displicuerunt Christo, ut Scribae & Pharisei ac Sacerdotes, propter eorum ambitionem, hypocritism, gloriamque; inanem. Nunc quoque plus displicet Creatori, & abominabiliores sunt Saluatori, sicuti, versuti, palliatique; Christiani, ambitione hypocritism, vana gloria deprauati, quantumlibet foris deuoti, morigerati, religiosi appareant, quam homines manifestè defectuosi, rotundi, carnales: sed & multò inconuertibiliores, infanabiliores sunt illi, quam isti. Idcirco de illis ait scriptura: Simulatores & callidi prouocant iram Dei. Item, Nunquid Deus exaudit vocem hypocritae, quum venerit super eum angustia, aut in omnipotente poterit delectari? Et, Vae duplici corde. Quum ergo sit tanta vitiorum istorum (praesertim ambitionis) enormitas, foeditas atque nequitia, detestemur omnifariè ea detestatione immensa, siuiamque; ea incessabili fuga, quia cor ineffabiliter deturpant, mentem euertunt, naturam Deo dissimilem, vilem, ignobilem, odibilem & obliquam constituunt: quod ut clarius agnoscat, adhuc diffusius aliquid de ambitionis enormitate & vtilitate describam.

Math. 23.

1. Cor. 10. & 17.

Eccl. 2.

De grauitate & vilitate ambitionis, ex uerbis Sanctorum. Articulus V.



Vum omnium vitiorum regina, origo & mater, Superbia dicatur & sit, tantò iniquior & vilior extat ambitio, quantò Superbiae propinquior cognatioque consistit. Est nanque quaedam Superbia Superbiae, proles, germen ac species summè vitanda, ad quam genus humanum ex originali corruptione atque ingenua infectione potissimè est procliuè & maximè inclinat. Propter quod tantò infatigabilius ac indiligentius abominandum est & praecauendum homini, quantò ad eam inuenitur procliuior. Hinc primo de Ciuitate Dei loquitur Augustinus: Dominandi libido in ter alia vitia generis humani molestior erat. Ambrosius quoque; super Lucam: Tria, inquit, docemur esse praecipua tela Diaboli, quibus ad vulnerandum mentem hominis consuevit armari: Gulae vnum, iactantiae aliud,

Augustinus.

Ambrosius.

ambitionis tertium. Disce ergo ambitionē proferre ac necare, quoniam telum Diaboli est. Atque hoc ipso perniciosior demonstratur ambitio, quo blanda quaedam est cōciliatricula dignitatum. Et sēpē quos vitia alia nō delectāt, quos nulla potest mouere luxuria, auaritia nulla subuere, facit ambitio criminosa. Præterea, secundum Augustini doctrinam super secundam sancti Iohannis canonicam: Infelix, vilis & fallax ista ambitio, est vnum de tribus generalissimis periculosissimisq; iaculis, tentamenti ac laqueis inimici, quib; innumerabiles fallit, capit ac perimit homines: quæ tria sunt, elatio siue ambitio, cupido & luxus: quod & Saluator in Evangelica pandit Parabola, in qua inuitatos ad nuptias excussisse se asserit, vno eorum dicente: Villam emi, qui ambitiosiorum tenet figuram. Insuper sicut Climachus attestante superbia, ita ambitio est Dei negatio, Dæmonumq; inuentio, despectio hominū, condemnationis & iudicij temerarij mater, in fructificationis argumentum, effugatio adiutorij Dei, amētia estalique seu alienationis præcursor, lapsuū & rimarum conciliator, defectiōis occasio, fons furoris, hypocrisis porta, Dæmonum firmiterum, vitiorum custodia, inuiserositatis adductio, compansionis ignorantia, exactor crudelis, luctator neo contrarius, blasphemie radix. His Climachi verbis per omnia consonat, quod diuus ait Bernardus super Psalmum, Qui habitat in adiuto. Ambitio (inquit) subtile malum est, secerum virus, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, liuoris parens, vitiorum origo, criminum fomes, virtutum ærugo, tinca sanctitatis, excæcatio cordium, ex remedijs creans morbos, ex medicina gignēs languorē. Quātos hæc pestis nequiter supplantatos turpiter deiecit? vt ceteri quoque, quos latuit occultus iste effosor subitā expauescerent ruinam. Amplius, edocente Gregorio sancto: Ambitio est apostasia quædam, quum in Ecclesiastico scriptum sit: Initium peccati hominis, apostatare à Deo. Vnde & Regi superbo omnique prælati & præsideti ambitioso dicit Deus, apostata. Atque vt scribit Gregorius, vnusquisq; pastor toties in apostasiæ culpam dilabatur, quoties præesse hominibus delectat. Qui rursus fatetur: Quoties hominibus præesse desidero, toties Dei meum præire affecto. Ecce quanta est huius nequissimi ac venenatissimi vitij prauitas, vilitas & grauedo, contra quod beatissimi Patres tam acriter sunt loquuti, tam feriosissimè conscripserunt, tam exquisitè & se-

riatim disputauerunt. O quanta est eius stoliditas, quā densa excæcatio, quā vilissimus animus, qui tam pestiferum crimen, tā infectiuum piculium, tam periculosissimū semen suo cordi inserit, menti fug imponit, intra se retinet, in præcordiorum suorum amplexatur arcanis. Quum ergo ambitiosus primatum super confratres suos & proximios appetendo, non Christi, sed Luciferi imitetur vestigia, immo & Antichristo assimilatur, qui super vniuersitatis Dominū extollitur, rectè deuotus Doctor Bonauentura effatur: O Superbe, d'ambitio se, d' Lucifere imitator, mihi responde: Nunquid cogitas te dominum esse? An omnia esse à Deo ignoras? Quum ergo de alienis bonis stultū sit gloriari, extolli & velle laudari ac honorari, reprimatur tua insania, & de vanitate propria erubescere. Cumq; propter seipsam vniuersa operatus sit Dominus, eiq; omnis honor debeat & gloria, nōne rapina est, furtum ac sacrilegium, honorem & gloriam soli Altissimo finaliter & principaliter exhibenda, impiè vsurpare, præsumtuosè inuadere, & sibi in se complacere, in seipso velle laudari, honorari ac gloriari? Præterea sicut in institutis Patrum disseruit Casianus: Nullum est aliud vitium, quod ita omnes virtutes exhauriat, vniuersaq; sanctitate atq; iustitia hominem spoliet ac denudet, quemadmodum istud elationis ambitionisq; malum, quod tanquam generalis quidam atq; pestifer morbus, non vnam dū taxat virtutem auferre contentum est, sed totam virtutum ac meritorum congeriem letali corrumpit exitio, immo & in virtutū fastigio collocatos, grauisimarū impulsu tentationum trucidare conatur. Vnumquodq; etenim cæterorum vitiorū vnā principaliter ac specialiter impugnat virtutē, vt gula sobrietatem, incontinentia castitatem. Hæc autem elatio cum infelicem possederit mentem, tanquam sœuissimum quidam tyrānus, sublimissima capita virtutum arce, totā virtutum ac meritorum machinam penitus diruit atq; subuertit. Itaque istis omnibus ritè pensatis, ambitionē totis abominemur præcordijs: & quantum distat ortus ab occidente, tam longè eam pellamus à nostra mente, neq; infernali isto absinthio reficiamus aut inebriemus animas nostras, nec vitio tam enormi, vili ac fordido inquinemus aut perimamus interiorem hominem nostrum, nec Deo reddamus contrarij, cui quantum quis placet per humilitatē, tantum displicet ei per ambitionem.

Quia

Quam detestabilis atque vitabilis sit ambitio, propter diuersa mala eam concomitantia & eidem annexa, ex uerbis sancti Gregorij. Articulus VI.



Mni Christifideli conādum est, quantum status suus permittit aut exigit, ad pacem internā, ad mentis quietem, ad libertatem ac cordis stabilitatem in Deo, ad puram, amorem ad Creatorem. Idcirco quod aliquid intēsius ab his bonis adipiscendis, conseruandis ac perficiendis impedit hominem, tantò est vehementius abhorrendum atque reijciendum. Inter omnia demum vitia, videtur ambitio istud præcipuè facere, atque tam maxime suo subiecto nocere. Varias nanque & graues in quietudines & anxias curas, suspiciones, fictiones, duplicitates, reflexiones, acediam, adulationem, immo & Simoniacam prauitatem parit in corde ambitio. De hoc in moral. super Iob copiose ac sapienter sanctus scribit Papa Gregorius. Siquidem quarta Moralium: Omnes, inquit, qui in hoc mundo videri aliquid volunt, densis cogitationum tumultibus in corde premuntur: dumque desideriorum turbas intra se excitant, prostratam mentem pede frequentationis miserè calcant. Qui enim se tyrannidi superbie subijcit, dum miserum cor suum contra homines erigit, vitio illud subternit, honorum sublimium infulas appetit, exaltari successibus prosperis quærit, totumque quod esse desiderat, sibi apud semetipsum in cogitationibus depingit. Iam quasi in tribunalis præsidet, & quasi cæteris eminens, parere sibi subiectorum cuneos videt. Qui igitur tot phantasmata cordi imprimit, quid aliud quam somniū vigilans videt? Talis nimirū sēpē consentit illicitis, & mala que propter semetipsum non appetit, propter alia quæ exoptat, frequenter committit. Nam sēpē dum honorem suum in hoc mundo minui trepidat, ea multoties approbat, que conscientie suæ iudicio condemnat. Cumque sollicitè cogitat quid patronis debeat, quid subiectis, quid sibi acquirat, quid affectibus profit, quasi tanta turbarum frequentia premitur, quanta curam importunitate laceratur. At contra sancti viri, quia huius mundi nil appetunt, nullis procul dubio in corde tumultibus comprimuntur. Omnes quippe inordinatos desideriorum motus à cubili cordis manu sanctæ desiderationis eijciunt, &

quia transitoria cuncta despiciunt, ex his nascentes cogitationum in solentias non patiuntur. Solam nanque æternam patriam appetunt: & quia nulla huius mundi diligunt, magna mentis tranquillitate fruuntur. Rursus sexto Moralium loquitur: Carnalis quisque seu ambitiosus, cum transitoria appetit, desideriorum suorum pondere se affligit. Grauis equidem labor est, hanc ipsam presentis vite gloriam querere, que sitam tandem acquirere, & acquisitam cum circumspectione custodire. Alibi quoque: In amaritudine (ait) sunt corda prauorum: quoniam ipsis suis desiderijs affliguntur, & tamen quod spontaneè tolerant, propria excæcati ambitione pensare non norunt. Nam & ipsa ambitio mentem dilaniat. Ex ambitione quippe inuidia solet oriri. Difficile nanque est vt vnus alteri non inuideat, quod ipse adipisci desiderat: quoniam quicquid temporale percipitur, tantò minus fit singulis, quantum diuiditur in multis. Idcirco desiderantis mentem liuor excruciat, quia quod appetit alter, accipiens aut funditus adimit, aut à quantitate restringit. Porro, cum deuidum cor putredo liuoris corruerit, ipsa quoque exteriora demonstrant, quā grauitè animum vesania sui rancoris instigat. Color enim pallore afficitur, oculi deprimentur, mens malo accenditur, membra frigescent, fit in cogitatione rabies, in dentibus stridor. Cumque interius crescens absconditur odium, dolore cæco obtenebrat conscientiam vulnus inflatum. Nil lætum de proprijs libet: quoniam tabescentem mentem propria pena replet, quam aliena felicitas torquet. Et quod alius altius crescit, eò inuidus profundius ruit, & quicquid boni peregit, amittit. Ideo Salomon ait: Putredo ossium inuidia. Qui ergo liuoris peste plenè carere desiderat, illam hæreditatem omni ambitione reiecta desideret, quam hæredum multitudo non minuit, quæ & omnibus vna est, & singulis tota. Præterea, quia ambitiosi bonis ac iustis se melioribus inuident, ideo eos vicissim persequuntur, & obloquendo diffamant. Propter quod tertio Moralium dicit Gregorius: Sunt nonnulli, qui dum sibi in Ecclesia vident esse quod ambiunt, hostes bonorum fiunt: nec solum prauæ actioni se inserunt, sed etiam iustorum rectitudinem ad peruersa inflectere moliantur. Aeterna quippe intueri negligunt, & appetitui temporalium mentis pusillanimitate succumbunt.

His iustorum simplicitas displicet, orta occasione

casione ipsos perturbant, atque ad suam eos trahere duplicitatem nituntur. In ambitiosis nanque regnat duplicitas. De quibus I. Moralium scribit Gregorius: Nonnulli in bonis quæ faciunt, simplices non sunt, dum in his, non solum retributionem interiùs, sed & fauorem quærunt exterius. Propter quod scriptum est: Væ peccatori terrâ duabus vijs ingrediēti. Duabus etenim vijs terram ingreditur peccator, quando & Dei est, quod opere exhibet, & mundi, quod per cogitationem quærūt. Insuper, in ambitiosis regnat hypocrisis. Et sicut (teste Gregorio octauo Moralium) hypocrita, ita & ambitio sus speciem habet viriditatis, sed fructum non habet vtilitatis, sterilitateque operis aridus permanens, solo sanctitatis colore virefcit. Cumque attigerit culmen honoris, & honorari viderit se à cunctis, protinus corde efficitur dissolutus, & citò perit spes eius. Denique, prout duodecimo Moralium docet Gregorius, impletur in ambitiosis atque hypocrisis, quod in Job legitur: Sonitus terris semper in auribus impij, & cum pax sit, ille insidias suspicatur. Quocirca docet sanctus præfatus: Nil simplici corde felicius, quia quo innocentiam circa alios exhibet, nihil est quod ab alijs pati formidet: nec pati suspectus est, quod se fecisse non meminit. Vnde & Salomon protestatur: Securus quasi iuge conuiuium. Nam quasi continuatio refectiois est ipsa tranquillitas securitatis. At contra, praua & ambitiosa mens semper in laboribus est: quia aut conatur alijs mala inferre, aut suspicatur ac metuit ab alijs ea sibi inferri. Et quicquid contra proximos excogitat, hoc contra se à proximis excogitari formidat. Nam qui dolose contra alios agit, erga se simpliciter agi non credit. Hinc tribulatio terret eum, & vallat eum angustia sicut Regē qui preparatur ad prælium. Ex quibus omnibus innotescit, quam verè Moralium 24. dicat Gregorius: Numerari culpæ nequeunt, quæ habendæ potestatis amore perpetrantur. Ambitiosus nanque, etiam in bonis quæ operatur, quasi semper ad seipsum inordinatè reflectitur, quia ad suos honores seu comoda intentione peruersè dirigitur: & opera eius quæ exterius bona videntur, tãtò sunt coram Deo impiora, quantò plus ad seipsum reflexa. Nempe actus virtutum tantò sincerius virtuosius censentur, quantò purius propter Deum aguntur, & quò magis directè ad ipsius honorem ac gloriam referuntur, absque omni proprij commodi aut honoris seu mercedis intuitu & amore.

De vitijs multis & magnis ex ambitione manantibus, & de incorrigibilitate ambitiosorum. Articulus VII.



Venamodum ex desiderio impetrandæ prælationis, ita ex affectu inordinato permanendi in ea iam acquisita, enormia & prorsus innumerabilia nascuntur peccata. Quemadmodum enim honorem & prælationem siue officium cupiens adipisci, hincinde blanditur & attrahit, munuscula confert, partialitatem inducit, fraternam correptionem impedire negligit, immo vicissim mala commendat alterius, humanam timet offensam, carnali & humano timore afficitur, veram & synceram nequaquam apprehendit iustitiam, aduersantibus & non fauentibus suæ promotioni clam indignatur, interdum obloquitur, aliquando inuidet, Simoniacam prauitatem varijs modis incurrit, & alia crimina incidit multa; atque hæc omnia desiderio præfationis obtinendæ incidit & committit. Sic in præfatione constitutus, & eam amittere trepidans, hæc & consimilia irruit mala ex timore perendi eandem, seu desiderio permanendi in ea. Insuper, ambitiosus sæpe profequitur ac denigrare & diffamare non veretur eum, quem videt aut audit ad obtinendum prælationem suam, quam ipse habet aut cupit, idoneum: immo quidam miserimi ambitionis caligine ita cæcantur, ut personam ad officia seu prælationem bene dispositam, vix ad congregationem suam velint recipere, seu eius receptionem posse impediant, ne per illum suo priuētur honore, sicque animarum impediendo salutem, atrocissimam ac sceleratissimam spiritualis homicidæ sunt coram Deo, & fructum passionis ac sanguinis Christi impediētes, Saluatori ingratisimam sunt, iniuriosi ac prorsus odibiles. Denique, isti sunt similes & fortè peiores ambitiosissimis nequissimisque; illis Romanis, de quibus in historijs fertur, qui in vrbe videntes quandam prudentem ac integram virum, secretò occiderunt eundem ex timore & suspitione promotionis ipsius ad officia, in quibus ipsi tunc fuerant constituti. O vtinam ambitiosi perpendere, quã faciliter quis incurrat vitium Simoniæ per munus à lingua, per munus à manu, per munus ab obsequio. Quicquid nanque quis alteri dicat, donet siue exhibeat ea intentione, ut per illud promoueat ab illo ad prælationem, Simoniacum iudicatur. Vnde de quodam Abbate Cisterciensis ordinis legitur, quòd diuinitus fuit cuida deuotæ personæ

sonæ reuelatum de illo, quòd Simoniacè esset Abbatiam adeptus: quoniam electione instante, fratribus ipsum consulentibus, an vellent in domo eligere, cõsuluit ut vnum ex conuentu domus suæ eligerent: quoniam probabiliter æstimauit, quòd si vnum ex sua eligerent domo, non eligerent nisi ipsum, qui conuentualis fuit eorum. Quo cognito, Abbas ille resignauit officium. Quid ergo de his, qui per verba, per dona siue obsequia, aut per intermedias personas, aut alio quouis prohibito modo suã procurant & practicant promotionem? Insuper, sicut ex præallegatis sancti Bernardi verbis ostenditur, ambitio est artifex doli, quoniam ambitiosus est fraudulentus, immo artificiosè siue subtiliter excogitat vias dolosas, quibus adipiscatur intentum, aliumque impediat, deprimat, aut de sua statione extrudat. Est item ambitio mater hypocrisis, quia ambitiosus ut cupitum queat fortiri honorem, fingit se honorem ipsum respicere: nequiter quoque humiliat se, ut exaltetur: seruit ut dominetur: virtuosum se simulat, ut dignus prælatione putetur. Scit enim se optata promotione frustrari, si deprehensa & cognita fuerit sua ambitio, & item quòd honor sequitur fugientem. Hinc super Lucam sanctus ait Ambrosius: Gratiam habet forensis domesticum periculum, putat ambitio: & ut dominetur alijs, prius seruit: curuatur obsequio, ut honore donetur: & dum vult esse sublimior, fit remissior. Hinc quoque in Epistola ad Episcopos Aquitanie scribit electus dei Bernardus: Ambitio mater hypocrisis, latebras amat ac tenebras, & lucis impatiens est. Nam cum prorumpit in impudētiam, efficaciam perdit. Cum improbus se pandit affectus, perit effectus. Ambitio spurcum est vitium, atque in imo lateat: videt tamen omne sublime, sed videri refugit ipsa. Nec mirum: Optato nanque necesse est careat, nisi caueat arbitros. Quo enim gloria plus affectatur, eò minus apprehenditur, vbi deprehenditur affectari. Quid enim tam inglorium, quam gloriæ cupidum deprehendi? Inclytus erit ambitiosus, quam diu in nocte versabitur, & donec turpis lucri negotium perambulat in tenebris, poterit hypocrita iustus sanctusque videri. Hinc etiam Seneca protestatur: Sunt plures, qui honores & dignitates verbis contemnant: sed quæ verbis despiciunt, clam furantur. Præterea, omnia ista breuiter tangit scriptura, dicendo: Est qui nequit se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Præterea autè de simulatione & occultatione am-

bitionis, præcipuè vera sunt apud eos, inter quos aliqua vigeat religio & obseruantia regularis, probitas vitæ ac virtutum honestas. Cæterum quidam ita corrupti sunt mente, ita vanitate & ambitione infecti ac vitati, ut de ipsa ambitione non erubescant, quoniã omnes ea cõmuniter sordent, propter quod eius factior non sentitur nec fugitur. Idèò libro de Consideratione dicit Bernardus: Plena est ambitionis Ecclesia. Non est, quod iam horreat in studijs & molitionibus suis, non plus quàm spelunca latronum in spolijs viatorum. Tanta est impudentia nonnullorum, ut cum non manifestæ ambitionis prurigne scateat tota facies, causæ eorum non erubescant audientiam flagitari, publicantes semetipsos ad multorum conscientias, in quo vel suæ solius satis poterat cõfundi iudicio. Hinc nunc pro Episcopis, Archidiaconatibus, Præposituris & alijs Ecclesiasticis dignitatibus impudenter ac publicè litigatur, laboratur, insistitur. Præterea, de vitiosis ambitionis effectibus rursum II. de Consideratione illuminatissimus scribit Bernardus: Dum quæque quæ nostra sunt quærimus, proprios honores ambimus, fit ut inuicem inuidentes, inuicem prouocantes, exerceamur ad odia, animemur ad iniurias, armemur ad lites, cauilemur ad dolos, feramur ad detractiones, prorumpamus ad maledicta, opprimamur à fortioribus, opprimamus infirmiores. Cumque hæc vitia & germina ista detestanda ambitionis sint in seipsis amarissimam, mentem dilanantia, instarque vermis indefinenter corrodentia atque torquentia, rectè iterum ait gloriosus Bernardus: O ambitio ambientium crux, quomodo omnes torquens, omnibus places? Nil acerbius cruciat, nil molestius inquietat, nil tamen apud miseros mortales celebrius negotijs eius. Insuper, qualiter parens seu mater inuidiæ extat ambitio, quomodo item fit vitiorum origo, cum torpescima mala orientur ex ea, & criminum formes, virtutum ærugo, sanctitatisque tineæ, fatis reor ex præinductis patere. Quemadmodum enim tam multa & enormia ex ipsa causantur peccata, sic ipsa interiùs fouet, seruat, vigere, feruere & crescere facit ea, virtutes quoque exterminat, & sicut tineæ vestimento, sic ipsa nociua est sanctitati: immo quātumcunq; quis in sanctitate excreuerit, si huic pestifero vitio ac pestilentissimo morbo in se cõperit dare locum, paulatim vt tineæ sanctitatis eius consumet, atque ab omni virtutis arce deponet. Postremò, ambitio dicitur ex remedijs parere morbos, & ex medicina

Bernardus.

Galat. 6.

Bernardus.

tunc.

vult. 199.

generare languorem: quoniam correptionem charitativam & correctionem iustam, quibus cetera curantur peccata, abhorret, immo ex eis ambrosius deterior redditur, magis exasperatur, insolentius aduersatur: grauius indignatur, obdurescit, furit ac detrahit. Hinc VIII. Moralium beatus ait Gregorius: Sicut carectum acutis surgens angulis, manu non carpitur, ita exspiratis per arrogantiam sensibus, hypocrita seu ambrosius corripitur dedignatur: immo si quis eum corripere audeat, asperitate sua protinus corripientis vitam dilacerat. Et quoniam dum corripitur, quasi in ipso omnis gloria detrunctatur, deprehensum se in prauitate irascitur, & loqui sibi redarguentem prohibet, quoniam velut in occulto vulnere tactus dolet. Qualis imperitis in notuit, talis vult ab omnibus reputari, & paratior est mori quam corripiri. Redargutione deterior redditur: quasi diræ percussiois iaculum, æstimat veritatis synceritatisque verbum. Vnde exspiratus, protinus in contumelias surgit, quæ mala exaggeret contra vitam correptoris inquiri, demonstrare incomparabiliter magis reum desiderat, vt innocentem se non suis actibus, sed alienis criminibus probet, ita vt sæpe vir bonus aliquid responsionis dixisse se doleat. Vnde recte per Salomonem monetur: Noli arguere derisorem, ne oderit te. Neque enim iusto timendum est, ne derisor, cum corripitur, sibi contumelias inferat, sed ne tractus ad odium, peior fiat. Talis demum (sicut XI. Moralium docet Gregorius) omne quod rectum dicitur, dedecus suæ irrisiois suspicatur: quia cum vera vox auribus prauorum se admouet, memoriam eorum culpa mordet, & per hoc, quod generaliter contra peruersos dicitur, se impet specialiter arbitratur, & quod egisse intus se meminit, hoc foras audire erubescit. Vnde mox ad defensionem sui se præparat, vt reatus sui verecundiam per verba prauæ refutationis tegat. Quemadmodum enim iusti correptionem suæ culpæ, charitatis ministerium iudicant, sic peruersi hoc contumeliæ irrisiois existimant. Illi se protinus ad obedientiam sternunt, isti ad suæ defensionis insaniam eriguntur. Illi correptionis beneficium, vitæ suæ patrociniū deputant, per quod dum præsens culpa corripitur, venturi iræ iudicis temperatur: isti cum se impet redargutione conspiciunt, percussiois gladium credunt, quia dum per correptionis vocem eius culpa detegitur, præsentis vitæ gloria perditur. Et sic plerumque, vt dum superbus correpta in se mala defendere nequit, ex ve-

Gregorius.

Proverb. 9.

recundia peior fiat, & corripientem falsè accuset. Ecce ex introductis elucescit infinita fugibilitas, odibilitas, enormitas, temeritas ambitionis: ideo omnis fidelis, omnis veraciter sapiens, omnisque timoratus eam in infinitum abhorreat, incesabiliter vitet, iugiter aspernetur, implacabiliter persequatur.

De rationibus ex parte hominum sumptis, propter quas summè vitanda & odienda est omnis ambitio. Articulus VIII.



Vicunque seipsum sapienter atque profundè considerat, omnè mox ambitionem abhorret, honorari veretur, præsidere formidat, humiliari conatur. Primò itaque prælationem & dignitatem debet homo refugere & horrere ex consideratione propriæ defectuositatis, fragilitatis & insufficiencie suæ, quæ talis ac tanta est, quod non solum insufficiens impotensque est gubernare, custodire & saluare seipsum, sed nec aliquid boni cogitare aut agere valet ex se, immo in cunctis indiget incessanter ope & gratia actualique motione Spiritus sancti. Qui ergo seipsum non valet dirigere & curare, custodire & gubernare, confortare & ad profectum virtutum perducere, qua fronte & presumptione, qua temeritate & ambitione ad aliorum adspirat ducatum, ad regimen animarum, ad dirigendum, curandum, custodiendum, roborandum, conseruandumque; alios? Secundo, ad idem mouere & excitare quemlibet debet consideratio incertitudinis proprii status: quia dum peregrinamur in seculo isto, ignoramus, an digni simus amore an odio: hoc est, an simus in charitate & gratia, sine quibus nullus ad prælationem est dignus & efficax. Idcirco non solum ambitiosum, sed etiam præsumptuosum censetur ad præsentiam adspirare, ad aliorum gubernationem seipsum ingerere, ad animarum se curam præcipitare. Tertio valet ad hoc consideratio propriæ imperfectionis. Nam dato, quod aliquis probabiliter aut certitudinaliter sciat se esse in charitate & gratia, non tamen continuo reputare potest aut debet, ad aliorum præsentiam se esse idoneum & condignum, quoniam ad prælationem non solum exigitur quicunque gradus charitatis & gratiæ, sapientiæ & iustitiæ, fortitudinis, mansuetudinis, humilitatis, pietatis ac continentie, aliarum quoque virtutum, sed & magna prorsus perfectio in omnibus istis, exercitatio grandis, experientia longa, humilitas solidata, charitas feruens, discretio ingens,

ingens, iustitia stabilis, tanta demum plenitudo gratiæ ac virtutum, tanta superna illuminationis exuberantia, tanta reformatio passionum, vt is qui præest, sine personarum acceptione regat, corripiat, corrigatque subiectos, & absque suisque læsione ac perturbatione ipsorum mederi queat vulneribus, passionibus eorum curare, tentationibus ipsorum consulere, suæque bonitate, sapientia, humilitate, mansuetudine, constantia, perfectione illorum prauitatem, insipientiam, elationem, iram, instabilitatem, imperfectionem, infirmitatem valeat tolerare, reformare ac vincere, & quicquid sibi inferatur ab eis, ab ipsorum charitate ac cura nullatenus refrigescat, atque de plenitudine supernorum Charismatum sibi desuper distributa, subditis possit influere, comunicare, conferre purgando, illuminando, perficiendo eosdem. Cum ergo hæc omnia multa; alia ad idoneam pastoralis officii executionem sint requisita, quis seipsum ritè consideras, & imperfectum suum inspiciens, poterit ad præsentiam adspirare, & non potius in infinitum se humiliabit, renitetur, abhorrebit dicetque: Non sum medicus & non est in domo mea panis. Nolite me constituitur Principem populi? Et cum Salomone fatebitur: Stultissimus sum virorum? Quarto valet ad idem consideratio difficultatis bene regendi ac præsentendi: quia vt ait Gregorius, ars artium est regimen animarum. Oportet etenim scire prælatum, qualiter vnique subditorum secundum exigentiam passionum & vulnerum, tentationum & dispositionum animæ suæ provideat, auxilietur ac medeat: qualiter instruat, corripiat, corrigat, pietatem & equitatem cum discretione exerceat, & impendat, ad quod magna prorsus discretio atque peritia exiguntur. Quinto valet ad hoc, considerare quanta sint in præsentendo pericula, & quàm multi in prælatione penitus defecerunt, qui ante satis boni fuerunt. Sexto valet ad idem, considerare quàm vehemèter valet ad idem, considerare quàm multum Sanctorum, cum essent omni sapientia atque virtute ornati ac solidati, prælatione abhorruerunt ac diffugerunt. Quid ergo nos pusillos, qui proprijs & quotidianis adhuc passionibus vitijsque sordemus, oportet peragere, quorum in hoc consistit profectus, vt quotidie humiliores efficiamur, & alios nobis meliores ac magis illuminatos synceriter fateamur, non vt eis nos in donis gratiæ præferamus. Septimo valet ad idem consideratio propriæ conditionis seu proprii meriti atque demeriti, vtputa quod eo ipso, quo quis ad prælationem adspirat, seipsumque

ingerit, prorsus indignus omni diuina directione ac ope Spiritus sancti efficitur. Quod item tam prauum principium, exitum sortietur peiore: quod etiam per hoc ipsum proximis quibus præfici cupit, grandi exponit peccandi ac pei eundi periculo. Octauo valet ad hoc, considerare quanta cõsecuta sint & indefinenter sequantur mala ex ambitionis prælatione, ex quorum infelicissima damnabilissimaque præsentia tot millia perierunt ac pereunt, & tota Ecclesia ad tantam deuenit ruinam.

Confirmatio prædictorum ex verbis sanctorum Patrum. Articulus IX.



Lorius Doctor Hieronymus ait in Regula sua: Felices & magis securi sunt, qui subsunt illis qui præsunt, & quibus ministratur, quàm qui ministrant: & tamen superba mens hominum, periculis improuida, semper maiorum dignitatum cupit ascensum, & non nisi post factum terretur ex descensu, qui tanto est durior, quantò ascensus est altior. Sed fortè descensum rarum existimatis. Sed firmisimè experientijs doctus non paucis dico, quod raro per gradus dignitatum ascendit homo, quin multò grauius descendat. Denique, ad hoc probandum refert sanctus Hieronymus quoddam exemplum de iuvene quodam sancto, ad Episcopatum electo, qui accersito patris suo viro sancto, prophetico spiritu pleno ac Eremita, petijt ab eodem consilium. Cui ille non verbis, sed facto respondit, iubens nepoti, vt super discum quadratum altè erectum, seipsum reuolueret. Itaque iuuenis iste electioni renunciauit, & paulò post feliciter mortuus, hilaris & iucundus suo apparuit patri: Gratias, inquit, tibi refero Pater ex dissuasione Episcopatus. Nam scito quod nunc essem de numero damnatorum, si fuisset de numero Episcoporum. Insuper, sanctus Gregorius Nazianzenus disseruit: Reuerà mihi videtur esse ars artium & disciplina disciplinarum regere homines, qui inter omnia animantia sunt maxime moribus varij, & voluntate diuersi, quibus consonat, quod beatus Papa Gregorius in Pastoralis conscribit: Nulla ars doceri præsumatur, nisi prius intenta meditatione discatur. Ab imperitis ergo pastoralis officium qua temeritate suscipitur, quando ars est artium regimen animarum? Quis enim cordium vulnera occultiora esse nesciat vulneribus corporum? Et tamen sæpè indigni

Iste.

Proverb. 10.

Eccles. 9.

indigni & imperiti, animarum se medicos profiteri non metuit, qui dum per speciem regiminis gloriam affectant honoris, & ceteros transgredere concupiscunt, pastoralis officii debitum exercere tanto plus nequeunt, quanto ad hoc ipsum humilitatis magisterium ex elatione peruenerunt. De quibus loquitur Dominus: Ipsi regnauerunt, & non ex me. Ex se nanque, & non ex Deo regnant, qui diuinitus non vocati, sed cupidine sua accensi, culmen honoris vsurpant magis, quam assequuntur. Præterea super Epistolam ad Hebræos sanctus ait Chrysostomus: O quantum periculum, quod instat infelicibus illis & miseris, qui semetipsos ad alios regendos præcipitant, & se in tantorum suppliciorum iactant abyssum? Onerosam nanque pro omnibus tibi subiectis redditurus es rationem, & tanto igni ruum subijcis caput? Mirum si aliquis Regum potest saluari. Post tantam nanque comminationem, quam negligentiam videmus esse illatam, video aliquos etiam concurrere & præcipitare semetipsos tantæ molis, tantæ difficultatis regiminis. Si enim, qui necessitate compelluntur præesse, nullum poterunt habere refugium, neque vllam excusationem reperient, quando res malè tractauerint, & quando administrationem suam gesserint negligenter, nam & Aaron necessitate tractus est, & tamen in periculum venit. Et Moses pericula sæpe sustinuit, qui regimen illud sæpe recusauerat. Et Saul postquam recusauit, pericula incidit: quoniam malè sui regiminis administrauit officium. Quotid ergo amplius, qui cum studio & ambitione petunt principatus & seipsos præcipitant, seuerius punietur? Huiusmodi enim homo multo amplius sibi veniæ locum claudit. Oportet ergo timere & tremere propter conscientiam & propter molem & magnitudinem curæ: & neque dum ad principatum trahitur, immoderantiùs recusare: neque dum non trahitur quisquam, semetipsum præcipitare. Sed considerantes tantæ dignitatis amplitudinem, oportet effugere: comprehensos autem, obsequium & reuerentiam oportet ostendere. Insuper, sanctus ait Bernardus: Nemo hunc sibi sumat honorem, sed qui vocatus fuerit à Deo tanquam Aaron. Per eum nempe si quis introierit, saluabitur: sin autem ascenderit aliunde, fur planè est & latro. Et rursus: Considero (inquit) gradum, & vereor casum: considero fastidium dignitatis, in tuncorque abyssum deortum iacentis. Attendo celsitudinem honoris, & è vicino reformido periculum. Itè:

Væ, inquit, vobis, qui clauem tollitis, non scientiæ solùm, sed etiã authoritatis. Nec ipsi introitis, & multipliciter impeditis, quos introducere debuistis. Tollitis enim, non accipitis clauem, de quibus Dominus conqueritur per Osæ prophetam: Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui eos. Vnde tantus ardor prælationis? Vnde tanta vesania præsumptionis? Audènt aliquis vestrum terreni cuiuslibet Reguli, eo non præcipiente aut etiam inhiibente, occupare ministeria? præcipere beneficia, negotia dispensare? Nec tu putes Deum approbare, quæ à vasis iræ, aptis in interitum, sustinet. Vtinam tamen tam fideliter ministrarent, quam fideliter se ingesserunt. Sed impossibile est, vt ex amara radice ambitionis, fructus prodeat charitatis. Væ ministris infidelibus, qui nondum Deo reconciliati, reconciliationis alienæ negotia, quasi homines qui iustitiam fecerint, apprehendunt. Væ filiis iræ, qui se ministros gratiæ profitentur. Væ filiis iræ, qui pacificorum gradus ac nomina sibi vsurpare non verentur. Væ filiis iræ, qui fideles se mediatores pacis, vt peccata populi comedant, mentiuntur. Væ his, qui ambulantes in carne, Deo placere non possunt, & tamen eum placere velle præsumunt: pecuniam, non iustitiam concupiscunt, insatiabiliter esuriunt dignitates, humanam sitiunt gloriam. Postremò, ex prauitate, carnalitate & negligentia ambitioforû Prælatorum, omnia oriuntur mala Ecclesie, dicente Sancto Bernardo: Inde est quod illa, videlicet Christi Sponsa Ecclesia, pauper & inops ac nuda relinquitur, facie miseranda, inculta, hispida & exâguis. Propterea nõ est hoc tempore ornare sponfam, sed spolia re: non custodire, sed perdere: non instruere, sed prostituere: non pascere, sed macerare & deuorare, dicente de illis Domino: Qui deuorant plebem meam vt cibum panis.

De rationibus detestandi ac repellendi omnem ambitionis insaniam, sumptis ex parte Dei. Articulus X.



Vum ad omnipotentiam ac sapientiam Creatoris pertineat, regere quod creauit, & ei specialis sit cura ac prouidentia hominû, derogat authoritati ac sapientiæ Dei, qui non vocatus ab ipso, audet se intrinittere de regimine creaturarum suarum, præsertim rationalium. Ad ipsum nanque spectat disponere, qui quibus debeant præsidere: sicut

De causis fugiendi ambitionem, ex parte loci quo degimus. Articulus XI.



Ocus huius nostri incolatus, cæceratque exilium appellatur, terra peregrinationis, vallisque lachrymarum, campus certaminis & laboris, locus tentationis incessabilisque militiæ contra hostes nostræ salutis, locus laqueis ac periculis ita repletus, vt plurimi pereant, pauci euadant. In quem vtiq; locum, propter originale peccatum, proiectum & detrusum est genus humanum. Hic igitur locus exigit, nos humiliationi & compunctioni, non exaltationi & vanitati studeret contritioni, non ambitioni, operam dare: lachrymis & pœnitentiæ actibus, non dissolutioni, temporali honori aut laudi humanæ, totis esse præcordijs intentos, vt cû Prophe-ta dicamus ex animo: Renuit consolari anima mea, & Fuerunt mihi lachrymæ meæ pannes die ac nocte, &, Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est. Item q; Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei, & Diem hominis non concupiui, neq; cum his, qui ambulat in vanitate, me participem præbui. Non transmigremus iu montem pestiferum, procellosum & caliginosum, montè ambitionis, in quo cõsistit animæ mors, mentis in quietudo, exæcatio cordis, à quo in profunda corruiat Acherontis: quoniã qui se exaltat, humiliabitur. Hinc nãq; in Euãgelio Dñs protestatur: Væ vobis qui ridetis nunc, quia plorabitis & flebitis, & Væ vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram, & denuò. Beati (inquit) qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Idcirco in libro de cõpunctione sic sanctus ait Chrysostomus: Lugendû est, & verè lugendû præsentis vitæ tempus, in quo tantam malorû labem, tanta videmus quotidie flagitia cumulari: quæ si velis considerare per singula, nunquã poteris à lachrymis tẽperare. Basilii quoque in Regula sua: Nõ est (inquit) in hoc loco ridendum, in quo tam grauiter ac multipliciter Deus indefinenter offenditur, atq; tot millia animarû, pro quarû salutis fusus est sanguis christi, quotidie pereunt. Præterea, si quis in aliena prouincia quærit primatû ac præidentia throni, ostendit se nõ esse viatorem ac peregrinum, sed ciuem & incolam velle ibidem cõsistere: Sic planè qui in seculo isto & terra hac appetit principatum, & quærit præesse, pandit se non vraciter peregrinum ac viatorem in ea, & per consequens, nec ad cœlestè tendere patriã, X sed

ficut ad regem terrenum pertinet ordinare potestatis suæ vicarios & inferiores in suo regno Rectores, faceretq; iniuriã Regi, qui ab alio, quàm ab ipso, aut sine eis cõsensu & dispositione in suo Regno niteretur præesse. Sic & Deo facit iniuriã, qui ab alio, quàm ab ipso, aut contra dispositionem ipsius, præfidentiam quærit. Vnde & scriptum est: Noli quærere ab homine Ducatum, neq; à Rege cathedram honoris. Præterea, quoniam Deus tantum dilexit genus humanum, quod pro eius salute dedit ac misit vnigenitum filium suum, & ipse vnicus Dei filius tantum nostræ estimauit, quod pro nostra salute incarnari atque in mundo hoc inter homines conuersari ac mori dignatus est, grandè in se fert contumeliam Patri ac Filio, qui proximorû salutem sic paruipendit, & sanguine Christi redemptos tantis exponit periculis, vt ad illorum prælationem ac regimen se ipsum insufficientem & indignum, vtputà ambitionis, præsumptuosum ac vanû, ingerere audeat. Insuper, quom diuina iustitia à prælati ratione pro subditis exigit, & quicquid minus debito in subiectis inuenierit, præfidentibus, nisi quod in ipsis est fecerint, imputet, atque durissimum se esse facturum in prælati iudicium comminetur: nõne infinite extat vesaniæ, postposito & abiecto Dei timore, oblioto iudicii diuini rigore, abiecta consideratione æterni supplicij, ad præfidentiam adspirare? ad prælationem se spontè offerre, ne dicam præcipitare atque ingerere, siue in ea vano affectu velle persistere? Idcirco de ambitioforû vanitate & cæcitate sanctus admirans Bernardus, exclamat: Quæ est ista temeritas? quæ horum in sania? vbi timor Dei? vbi memoria futuri iudicij? vbi metus gehennæ? O iudiciorum Dei abyssus multa. O terribilis Deus in consilijs super filios hominum. Præterea, quoniam Deus in scripturis tam copiose omnem nobis ambitionem dissuasit, irreuerentiam facimus ei, quod non obstantibus illis contrarium agimus. Postremò, quoniam Dominus & Saluator, Deus & Iudex noster, vnigenitus Patris in omni conuersatione sua in seculo isto exemplis & verbis edocuit & præcepit, vt in vera humilitate, contempta omni elatione, ei deseruiamus: & ipse in vita hac in summa humilitate & paupertate ac obedientia vixit, debemus eum in hoc iugiter imitari, non insolescere & ambire, non extolli aut superbire: quoniam non est seruus maior Domino suo, qui quum quæreretur à populo, vt fieret Rex, fugit in montem.

of. a. 4.

chrysostomus

s. Reg. 11.

Heb. 5.

Iohan. 10.

nicol. 7.

Iohan. 3.

Bernardus.

psal. 35. 65.

psal. 33.

Iohan. 1.

Matt. 11.

Zach. 9.

Iohan. 13. 6.

psal. 76. 49. 119. 37.

Hier. 17. Tob. 3.

Luc. 8. Ibidem.

Matt. 5.

Chrysostomus.

Basilid.

sed amatorem ac filium esse seculi huius. Nec veretur neque perpendit quod sanctus ait Iacobus Apostolus: Quicumque voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituetur, nec implet quod hortatur discipulus quem diligebat Iesus: Nolite (inquiens) diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt. Talis namque appetit sciri, vult videri atque in seculo aliquid apparere: immo & ceteris praeminere, non attendens peccata sua innumera. Praeterea, cum locus iste quo degimus, sit locus a seculi afflictionis contra inuisibiles hostes, contra vitia & seculi vanitates, qui ambitioni dat locum, fatetur se victum, & qui cupit praesse, grauioribus se exponit periculis, & atrocioribus multiplicioribusque impugnationibus ac tentationibus praebet seipsum debilem & incertum, aut non satis armatum, hoc est, virtutibus non sufficienter munitum: immo fundamento virtutum, puta humilitate, non satis firmatum. Propterea in prelatione, si eam fortiat, grauisime vulneratur, facillime superatur, atque durissime condemnatur. Quemadmodum equidem in exteriori & corporali conflictu aduersarij in regem seu principem maxime irruunt, & eius deiectionem praecipue moluntur & optant: ita in spiritali congressu inuisibiles hostes super eos, qui in potestate sunt constituti, crudelius ruunt, eorumque interitum subtilius machinantur: quia ex eorum ruina maiora se gaudent consequi spolia, deiectionem videlicet subditorum: quoniam dum Rector per abrupta progreditur, grex in praecipitium sequens illum dilabitur. Hinc in Ecclesiastico dicitur: Noli querere fieri Iudex, nisi virtute valeas irrumpere iniquitates. Sanctus quoque fatetur Gregorius: Omnis qui alijs praesidet, iaculis inimici latius patet. Qui igitur de ambitione tentatur, contra propriam vanitatem, temeritatem atque elationem primitus praecipit. Audiat quoque Hieronymum consulentem: Caue honores, quos sine culpa tenere non potes. Aduertat quoque quod in Pastoralis ait Gregorius: Virtutibus pollens, inuitus & coactus ad regimen animarum accedat. Si itaque, talis accedere debet inuitus & coactus, quid de illo, qui adhuc vitij ac passionibus fordet, & ipsam ambitionis stultitiam non profrauit? Certè nequaquam debet accedere: quod si accesserit, non medio-criter sibi ac populo erit damnosum: quia ut Salomon loquitur. Regnantibus impijs, ruine populi.

Iaco. 4.

Iohan. 19.
1. Iohann. 2.

Eccles. 7.

Prover. 28.

De rationibus asserendi ambitionem, sumptis ex parte temporis vitae praesentis. Artic. XII.



Vum tanta res sit nostrae salutis negotium, ut sapientissimus Paulus hortetur: Cum metu, timore & tremore vestram salutem operamini: constat, quod quantum pluribus praestitum est, tantum in omni vita sua oportet eum esse magis sollicitum, custoditum, timoratum ac tremebundum. Qui igitur cupit aut tenet, seu amat praelationem, ut amplius honoretur, liberius viuat, iucundior & irrefrenatior habeat vitam, profusus in sanis, & omni sapientia est priuatus. Insuper, insipientiae eius non est finis, eo quod propter tam breuissimam ac certissimam durationem suae praesidentiae usum, immo abusum, honores, complacentias, libertates, tam rigoroso Dei iudicio se exponat, tam intolerabilia sibi thezaurizat supplicia, atque seipsum ac alios tanta perditioni immergat. Ipse etenim tot mortibus, tot in infernalibus sit dignus tormentis, quantis inefficaciter praesidet, quantis obicem ponit salutis, quantos secum perditioni inuoluit. Quid tibi de excaecate & miser dulcescent honores, complacent libertates, delectant primatus tam incerti & breues, quibus tam aeternalem, tam intolerabilem, tanquam multiplicem tibi promereris, accumulatas, ac cito recipies maledictionem, condemnationem ac poenam? Quid tibi mox proderit elatio & honorificentia tua? & potestatis iactantia quid conferet tibi? Nonne potentes potenter tormenta patientur, & fortioribus fortior imminet cruciatus? Exiguo namque conceditur misericordia. Ambitiosus verò, quantum plus suam sequuti sunt voluptatem, vanitatem & libertatem seu propriam voluntatem, quantum magis impunè nunc peccant atque humana euadunt iudicia, eò plus paulò post aeternaliter ardebuntur, deprimuntur, recludentur, tantoque grauius puniuntur, non tantum pro suis, sed pro subditorum quoque, peccatis. Denique, si inanis & stultus est quicumque viator in seculo isto, qui propter huius tam breuis interregij vitae delicias, diuitias & honores, aeterna se priuati felicitate, atque poenis addicit perpetuis, quam ineffabiliter insipientior comprobatur ambitiosus, qui propter breuissimi principatus oblectamentum, famam, honorem, aut quodcumque emolumentum tam multiplicatis & importabilissimis se ingerit aëriis, incendijs & tormentis carceris infernalis. Heu quam dire ac miserabiliter obtenebrat mentem ambitio, ut nec

Philip.

744. 5.

744. 5.

Sapient. 6.
Ibidem.

sua nec aliorum aduertat pericula. Nonne veraciter ait Scriptura: Omnis potentatus breuis vita? Sic & Rex hodie est, & cras morietur. O quam inestimabiliter Iudex caelestis Christus Dominus irascitur ambitiosus Praelatis, per quorum vanitatem & impietatem amisit tot animas à se tam pretiose redemptas. Postremò, cum tempus praesentis vitae sit poenitentiae tempus, in quo oportet carnem cum concupiscentijs suis crucifigere, arctam viam incedere, mala praeterita, quotidiana quoque vitia deplorare, & seipsum in omnibus coram Altissimo exinanire, vilipendere & domare, sicque poenitentiae actibus immorari, tempore suo in superbia infelix abutitur, qui ambitioni in se locum largitur, qui honorari conatur, qui ad sua afficitur commoda, & sibi tam grauius auget demerita. Quam in vanum accepit hic animam suam, nec ad caelestem proficiscitur patriam, immo ad infernalem accelerat foueam. Ideo in horum actu exercitio expendamus indefinenter tempus hoc nostrum, propter quos concessum est nobis: & quoniam ignoramus diem & horam, sic quemlibet expendamus diem, quasi sit vltimus dies noster, nec vllamquam vanitatem in nobis locum praestent: quia ut rectè fatetur sanctus Bernardus, In ambitione est consolatium frivola, graue iudicium, vsus breuis, finis ignotus: propter quod secundum eundem, ambitionis vermem fouet in animo peccatoris, alienatio mentis atque obliuio veritatis, quae cum irradiauerit & splenderit cordi, intelligit & perpendit, quam fallax, vilis, vitiosa & condemnanda sit ipsa ambitio.

De varijs rationibus, propter quas ambitio specialissimè ac vehementissimè religioso omni abhorrenda, ex Doctrina S. Dionysij. Artic. XIII.



Magis clariùs innotescat, quam summè & praecordialissimè oportet ad omnem religiosum profusus odisse, horrere, abijcere vniuersam ambitionis & vanae gloriae atque hypocritis vanitatem, fatuitatem ac labem, necesse est doctrina diuini ac magni Dionysij libro de Hierarchia Ecclesiastica elucescat. Non est officium Monachi, aliorum curam, praelationem, seu animarum habere gubernationem, sed suuipius sollicitum & vni videlicet Deo & sibi soli esse intentum, Deum purè colendo, atque seipsum iugiter in cordis puritate seruando. Rursus, oportet monachum à carnalibus desiderijs penitus ab-

stinere, & suam post Christum crucem portare, corpus proprium castigando, voluntatesque proprias mortificando. Insuper, conuersatio monachi debet esse munda, nuda, non ficta, ut vera simplicitas sit in corde, nec exteriori compositione simulat se habere quod sibi non inest, sed syncrèter ac directè tendat ac erigatur ad Deum. Debet quoque solis necessarijs esse contentus, & omnia curiosa, superflua ac secularia ressecare. Hinc quippe in claustro quasi in sepulchro absconditur, ut penitus sit seculo mortuus, vniuersasque inquietudines ac tumultus exteriorum rerum, immo & interiorum passionum ac motuum à sui cordis cubiculo merè excludat, quatenus soli Altissimo pura, affectuosa ac stabilimè intentus sit. Ecce ex his beatissimi Dionysij documentis potest diuersae considerationes formari, ad declarandum, quam vile & monstruosum, quam pestiferum & iniustum, quam damnabile & peruersum, quam stolidum & iniquum sit in religioso, honorem proprium affectare, ad praesidentiam aspirare, vanam gloriae cōsentire, hypocriti describere, humanis laudibus delectari, sub monastico habitu cor deferre mundanum. Primò, quia ad monachum spectat sibi soli ac Deo vacare, & esse vnus, hoc est, sui ipsius custodem. Ideo contra proprietatem & descriptionem eius consistit, ut ad aliorum praesidentiam, curam & ducatum se ingerat, etiam si perfectus existat. Porro si nodum perfectus praesumat hoc ipsum, non dubium, quin aediam morbo vanitatisque spiritu, praesumptionis vitio seducatur, cum negligat miser seipsum, & id quod Deus ab ipso requirit, non fatagat adimplere, videlicet semetipsum plenarie reformare: sic namque sub specie boni introeunt mala. Enitatur igitur religiosus omni die dignè proficere ut tenetur, & tunc exteriorum gubernationem ac dispensationem quotidie magis ac magis ve-rebitur. Secundò idem ostenditur, quoniam ad religiosum spectat propria voluntatem mortificare, abnegare, relinquare, atque ad praesidentis imperium agi, duci, moueri ac regulari, & obedire magis quam agere, ducere aut seipsum mouere, aut regulare, aut alijs imperare. Est itaque proprietati ac rationi suae cōtrarium, ut ab inferioritatis ac subiectionis suae statu se conetur excutere, & super alios se velit constitui, atque ad statum illud aspirare, in quo sibi conueniat, voluntatem suam praesolito recuperare, resumere, exercere, in tantum ut alijs quoque praecipiat, illorumque voluntates habeat sibi subiectas & agat, modo ucat ac regulet eas. Si verò ad praelationem

designantur: immo sub veste claustrali gerit cor seculari, & nec piscis est neq; caro. Itaq; non ad nostros afficiamur honores, non periculosas promotiones, sed subnationes quas aquam bibamus, in aduersis & irrisionibus quasi in omnibus diuitijs gloriemur, exerceri, corripi & corrigi gratulemur, quia in hoc vocati sumus.

De peruerfitate & temeritate religioforum ambitioforum, ex dictis sancti Bernardi. Articulus. XVI.



It sanctus Bernardus video, quod magis dolendum est, nonnullos post spretam seculi pompam, in schola humilitatis superbia magis addiscere, atque sub alis mitis humilisque magistri grauius insolescere, & impatientes magis fieri in claustris, quam fuissent in seculo. Quodque magis peruersum est, plerique in domo Dei non patiuntur haberi contemptui, qui in sua non nisi contemptibiles esse potuerunt, ut videlicet, quia ubi honores à pluribus appetuntur, ibi locum habere & honores consequi non valebant, saltem ibi honorabiles videantur, ubi honores ab omnibus contemuntur. Video etiam quosdam, quod sine magno dolore videri non debet, post ingressam Christi militiam rursus secularibus implicari negotijs, rursus cupiditatibus terrenis immergi. Nec aliunde hæc omnia mala contingunt, nisi quod illam, qua seculum deseruimus, humilitatem deserentes, dum denuo sectamur inepta studia ac desideria secularium, canes effimur reuertentes ad vomitum. Sed o filij hominum, vique quo graui corde? ut quid diligentis vanitatem, & queritis mendacium? Quid vobis conari, ubi tanta difficultas est & tam graue periculum? Potestatis ambitio angelum priuauit felicitate æterna. Conetur quis in montem ascendere potestatis? quantos putas contradictores habebit? quantos inueniet repulsores, obstacula quanta, quam difficilem viam? Et tamen quam pauci euadunt, quibus non dominetur dominandi libido? Quenam miseris libido tam dira? Sic ædificauit Babel, sic concupiscunt quod non expedit, immo quod summè nocet, quod expedit & debitum est, omittentes. O peruerfitas filiorum Adam, cum ascendere tam difficile sit, & descendere tam facile, ipsi tamen eligunt potius laboriosum damnabilemque ascensum, quam facilem ac salubre descensum. Denique, quid ex hac perniciofa ambitione in detestabili religioso sequa-

tur, pandit beatissimus pater Bernardus, dicendo: Grauis labor superbia, hæc est quæ non recipit disciplinam, curari renuit, nec suscipit medicinam, hinc pennis medellam non sustinens, quod nec summis digitis se patitur attraheri. Verum quantum humilitas magis amplectenda ac necessaria est religioso, tanto integrè ei vitanda est omnis ambitio.

Quam graui crimina oriuntur frequenter etiam inter religiosos ex ambitionis stultitia. Articulus XVII.



Vemadmodum libro tertio de Ciuitate Dei sapientissimus asserit Augustinus: Libido dominandi magnis malis agit & contrit genus humanum: immo testante sancto Bernardo, ipsa quoque pauperes, qui seipfos & omnia sua reliquerunt, interdum impugnat: atque ut dicitur in Horologio æternæ sapientiæ, religiosi nonnulli per fas ac nefas, secretè ac publicè per seipfos ac alios ad primatum, ad magistratū, ad officia quæque se ingerunt. In multis verò religionibus est tanta ruina, tam nulla obseruantia, ut ibidem hæc publicè fiant, nec reputetur iniquum. Apud quosdam verò est obseruantia regularis & Dei timor, & tamen inter eos inuenitur & Sathan, de hac vanitate tentans quosdam illorum. Præterea, sicut in veteri testamento in legisperitis & Pharisæis ac Sacerdotibus magis vigeat elatio, ita & nunc quidam religiosi præ cæteris eruditi atque famosi, qui alijs humiliores & exemplariores esse tenentur, sunt magis ambitiosi: hi sunt quos inflat scientia, in quibus non est sapientia salutaris, nec formata, sed nuda ac informis scientia, qui cõfratres suos grauius scandalizat, per quos grauius perit religio, quia quæ sua sunt, querunt, & singularitate à communitate se diuidunt. Præterea non hos duntaxat zabulus tentat, sed eos quoque, qui inter regulariter conuersantes, alacriores, feruentiores, modestiores & irprehensibiliores esse conspiciuntur, qui vitio isto frequenter occultè, periculose acriterque pulsantur. Quod si quis ei in se locum præbuerit, incidet multa mala enormia frequenter præacta. Similiter quidam pro quorundam promotione periculosissimè, incautissimè damnabiliterque laborant. Eis quoque quibus promotione non fauent, inordinatissimè ac vitiosissimè sæpe resistunt. Hinc inter religiosos nonnullos vicissim, præsertim electione instante, sunt practica detestanda, adulationes, attractiones, subor-

na-

nationes, detractiões, partialitates, aut etiã quodammodo promissiones, aut propiorum commodorum siue honorum respectus, omni periculo ineffabiliter plenæ atque æternæ damnatione condignæ. Non oportet me ista diffusius prosequi, sed intelligentibus satis tactum opinor, ut tam pestifera mala vitentur, & Deus in omnibus habeatur præ oculis.

Contra eos, qui cito post suam conuersionem aut religionem ingressi sunt, optant præesse, & quod in officijs non sunt ponendi, nisi in uirtutibus consolidati. Artic. XVIIII.



Gregorius.

T octauo Moralium sanctus ait Gregorius: Sæpè nonnulli aperte prauitatis vias deserunt, sanctitatiq; habitum sumunt, moxque, ut prima limina bene viuendi attigerunt, obliui quid fuerint, laudari de inchoata iustitia appetunt, præesse cæteris etiam melioribus concupiscunt, quos plerumque dum iuxta votum præsens prosperitas sequitur, multo peiores, quam antea erant, fiunt. Nam rebus multis occupati, & sua occupatione confusi, non solum præterita vitia non deplorant, sed adhuc quæ deplorentur, exaggerant. Qui enim mundum deserunt, ad exteriora officia promoueri non debent, nisi per humilitatem in mundi contemptu diutius solidentur. Citius namque bona deperunt, quæ ante tempus hominibus innotescunt, quoniam & arbuta plantata, priusquam fixa radice coalescant, si contuantur, arefunt. Hinc rursus 12. Moralium scribit Gregorius: Si florentem vineam immoderatum frigus attigerit, protinus ab omni humore viriditatis hanc arefacit. Et sunt nonnulli, qui post peruersa itinera vias sanctas sectari appetunt, sed priusquam in eis bona desideria roborent, quædam eis prosperitas accidit, quæ eos rebus exterioribus implicat, & eorum mentem, dum à calore diuini amoris retrahit, quasi ex frigore quodam extinguit, & quicquid in eis de virtutum flore apparere videbatur, interficit. In terrenis quippe actibus valde frigidescit animus, si necdum fuerit per dona intima solidatus. Vnde necesse est ut loca maiora vel exteriora opera, quæ humanis sunt necessitatibus profutura, illi exercenda suscipiant, qui ea diiudicare & sub se premere ex interiore virtute nouerunt. Nam cum infirmus quisque, ad locum regimini, vel ad exteriora agenda retrahitur, quo quasi extra se ducitur, eradicatur, atque ab internis exercitijs euacuatur. Nam quosdam videmus terrena, quæ possederant, reliquisse,

& nil iam transitorium querere: sed cum quidam ex talibus rursus ceperint mundi gloriam querere, rebusque transitorijs, quas spreuerant, inhære, penitus inanescent. Sed ut docet Gregorius: Tales vanitatem gloriæ temporalis, fallaciam humani honoris, periculositatem laudis humanæ non pensant. Caduca namque, incerta, transitoria, deceptoris sunt omnia ista, immo animarum venena sunt cordiumque caligines. Et si quis eis prauè cõsentiat, ad perpetuam trahunt damnationem. Non ergo ad aliquid horum insipienter afficiamur, sed diuini attendentes rigorem iudicij & æternitatem sequentem, in omni humilitate, obedientia & seruire procurrere studeamus, totum hoc tempus nostrum præsentis vitæ. In his quoque virtutibus, & in præcordiali mundi contemptu quotidie perfici entamur, ut tantò humiliores, feruentiores, ac magis mortui nobis ipsi ac mundo inueniamur, quantum diutius in religione versamur, nec villo colore admittatur ambitio, cum sanctus dicat Iohannes Chrysostomus: Primum secularè appetere cõsentio non est, vel causa est. Principatum autem Ecclesiæ concupiscere, neque ratio, neque causa est, quia nec iustum, nec utile est. Quis enim sapiens sustinet se tãtæ subijci seruituti, nisi forte qui non credit Dei iudicium, nec metuit Deum impios puniendum: Quicquid ergo desiderat primatum cælestem, sequatur humilitatem terrestrem: Quicquid autem desiderauerit primatum in terra, inueniet confusionem coram diuina iustitia. Nam & primatus se fugientem desiderat, desideratam se horret. Hinc laus & honor mundanus, vmbra a se simulantur. Nam vmbra insequentem se fugit, & sequitur fugientem. Vnde & V. de Ciuitate Dei Augustinus allegat Sallustium de Catone dicentem, quod quod minus petebat honorè, eò plus honor ipsum sequebatur, quod & quotidie in aliquibus cernitur adimpleri.

De cauta ac uigilantissima ciuitatione totius ambitionis, statim ab exordio conuersationis, & de quotidiana atque sollicita examinatione propriæ conuersationis. Articulus XVIIII.



Stensum est, quemadmodum religiosi præcipua ac profunda humilitas deceat, quod itè ad quotidianum atque assiduam teneantur profectum. Idcirco mox à conuersionis susprimordijs prorsus abhorre, ac maximè fugere debent ambitionis venenum. Rursus præactum est, quam difficulter

X 4 & rarq.

& rarè ambitiosi curentur, quot etiam vitia ex ambitione nascantur. Idcirco principio vitij tam enormis oportet resistere, nec vltum ei præbere locum. Mirabiliter nanque, immo & miserabiliter ac lamentabiliter, sed & damnabiliter vitium istud ab omni profectu mentem impedit spirituali, atque diuersis eam inficit obliquitatibus & peccatis frequenter prænominatis, intantum quod ipsa vix aduertit. Ideo ab exordio, vel si hoc factum non est, saltem deinceps cum omni diligentia & cautela repugnandum est sceleris tanto. Nam debet se homo omni die discutere solerter, & actionum suarum radicem perpendere, an scilicet aliquid agat sinistra intentione, vano respectu laudis humanæ aut proprij commodi, seu honoris ambitu, & si quid in se deprehenderit tale, illud ex intimo sui cordis sinu omnino eradicare. In vera quoque & syncerissima humilitate totum fundare quod agit aut patitur, nec in humilitatis profectu exercitijsque monasticis vnquam tædio affici aut lassari. Hinc primo Moralium testatur Gregorius: Omne quod agitur, distincta discussione oportet mundare, ne bona æstimentur, quæ mala sunt, & ne, quæ bona sunt, æstimentur meliora quàm sunt. Frequenter etenim mens, aut mali qualitate, aut boni quantitate decipitur. Pro gratia quoque & illuminatione efficaciter exercendi hanc ipsam discussionem, Deum assidue ac deuotissimè exorare debemus. Denique, quæ in nobis ipsi perscrutari profundius nitimur, sæpè veriùs orando, quàm inuestigando penetramus. Cui enim mens per quandam compunctionis machinam ad alta sustollitur, omne quod ei de se ipsa sub se ipsa est, dijudicando certius contemplatur. Itaque ante terribilis Iudicis incomprehensibile subtilissimumque examen, non solum mala, quæ commisimus, sed ipsa etiam, si qua in nobis sunt benè gesta, timeamus: quoniam sæpè in Dei iudicio reprehenditur esse culpa, quod ante iudiciū esse putatur actio virtuosa, & vnde expectatur merces glorificationis, inde infligitur pœna damnationis. Discamus ergo in omni quod agimus, purè & irreflexe ad Deum cor nostrum dirigere, conscientiam ritè discutere, soli Deo & alijs non nisi in eo velle & querere complacere. Nemo quoque incautè inficiat alium, persuadendo, adulando aut insinuando ei de futura sua promotione. Nec quisquam ex talibus inaniter intumescat, aut si se viderit honorari, superbiat: sed inde se magis humiliet, & Dei expauescat iudicium, ne fortè coram eo talis nõ

inueniatur, qualis ab hominibus reputatur. Postremò, quidam ex ingenua dispositione magis ad honorem & laudem, quàm ad voluptatem afficiuntur, quibus ab ambitionis cupidine singulariter est cauendum, cui etiam iniquitati tantò instantius indigent reluctari, quantò intensius ad illud se fenferint inclinari siue tentari. Nam & vbertim qui meliores sunt in dolis, & modestiores in moribus, ac complacentiores hominibus, ambitione periculosius impugnantur, eaq; grauius supplantantur. Vnde & quinto de Ciuitate Dei asserit Augustinus: Iuliani apostatae egregiam in dolem, amore dominantis decepit curiositas detestanda atque sacrilega. Tales ergo sint specialiter custoditi semper & timorati ac humiles.

De signis Ambitionis. Articulus XX.



Commune est vitiosis, vt dici nõlint quod esse volūt, quod tamè ambitiosis specialiter competit. Indignatur & erubescit infelix ambitione infectus, ab hominibus ambitio sus vocari, & non verecundatur coram Deo & angelis sanctis ambitiosus consistere ac monstrari. Tales sunt omnes, qui humanum ad spectum magis, quàm Dei præsentiam atque intuitum reuerentur, metuunt & attendunt. Idcirco sunt maledicti, opusque Dei faciunt negligenter, & creaturam præferunt Creatori. Vtergo ambitiosus agnoscat seipsum, ab alijs quoque quantum expedit, agnoscat, aliquos ambitionis effectus, & quædam ipsius signa breuiter tangam. Primum itaque signum ipsius est, eorum qui in officijs aut prælationibus sunt constituti, depositionem appetere, & pro ea improbè laborare, aut eam importunè seu fraudulenter aut detestabiliter praticare aut procurare. Secundum signum est, seipsum electione instante aut propinquante, præ solito firmiter applicare, affabilem exhibere, humilitatem ostendere, liberalem præbere, aut modis similibus cum Absolone adulari, contrectare, amplecti. Tertium signum est, alterius promotioni inhonestè resistere, & de ea turbulentiam tristitiamq; immoderatam habere, præsertim dum apparentia seu æstimatio fuit de promotione taliter resistentis. Et dum is cuius resistit, fuit ei heri & nudius tertius amabilis satis. Nempè si talis resistens verè humilis esset, ambitionisq; expertus, non dubium, quin de sua supportatione & euasione gratularetur, nec alij inuideret. Et si aliqua probitas esset in eo, aut

1. 46.

Ambitionis signa.

2. 13.

vlla

vlla ornaretur prudentia, in tali casu cohiberet seipsum, neque tam euidenter faceret se notari. Quartum signum est, temerariè iudicare eos ac perfequi, eisq; obloqui, à quibus quis à promotione noscit se impediri. Etenim si verè ex corde præsentiam abhorreret, talibus regratiaretur. Quintum signum est, inordinatè atque superfluè se occupare cum exterioribus, & his quæ officiatos concernunt, & experientiam propriam iactare, seu quouis modo monstrare ante promotionem. Sextum signum est, superioribus se immoderatè applicare, & velle nimis placere, ac plurima in secreto denuntiare, atque præcipuam amicitiam ad ipsos importunè ostendere. Quod totū faciunt quidam, vt per talia aliquid promotionis à suis Superioribus sortiatur. Septimum signum est, Præsidenti in facie arridere, amicitiamq; monstrare, & ei occultè insidari atque detrahere. Octauum signum est, intimoratè resistere receptioni aut professioni personarum ad officia benè dispositarū, quod plerunque nefariè accidit ex timore & suspitione damnabili promotionis illorum, & impeditiois propriæ promotionis. Sūt deum & alia huiusmodi signa, quod latet in corde ambitiosi prudentia. Hinc Innocentius: Vis (inquit) ambitiosum cognoscere? Ambitiosus semper est pauidus & attentus, ne quid, quod hominibus displiceat, dicat, humilitatem simulat, honestatem mētatur, affabilitatem & benignitatem omnibus exhibet, obsequiosus est, cūctos honorat, vniuersis inclinatur, amplexatur, blāditur, applaudit. Cū verò ad honorem & prælationem promotus est, statim extollitur, iactantia effrenatur, omnibus sapientiorum ac meliorè se reputat, quibus superiorem se conspiciat, inferioresq; despiciat, atq; erecta pergit ceruice. Nullus igitur palper, nemo seducat seipsum, sed interiora sua quisq; rimetur, discutiat & expurget. Veruntamen ex his nullus apprehendat audaciam temerè iudicandi de alio, quoniam aliqua iam præacta, laudabiliter fieri queunt, nec signa inducta certitudinem faciunt absolutā. Ideo iudicia simpliciter assertiua, de re absolutè non certa, periculosa sunt valdè, stolidia & vitanda.

De remedijs ambitionis. Articulus XXI.



Venam contra ambitionem aptissima extant remedia, ex præhabitis constat, eorum videlicet considerationes, ex quibus iam demonstratum est, quàm odicienda, spernenda ac euitanda sit ipsa am-

bitio. Primum quippe ambitionis remedium est, subtiliter considerare quàm enorme, vile, peruersum, stolidum ac diabolicum vitium sit ambitio in seipsa, per quam efficitur homo seruus, membrum ac filius primi illius impijssimi apostatae, de celo pro sua ambitione proiecti, qui est Rex super omnes filios ambitionis. Secundum remedium est, efficaciter considerare, quàm multa ac magna mala, tam pœnalia quàm culpabilia ex ambitione nascantur, quanta mentis inquietudo, suspicio, anxietas, hypocri-sis, inuidia, adulatio, afflictio & cætera, de quibus vbertim prædictum est, quibus ne quis inquitur ac torquetur, tam vipeream matrem ac maledictam radicem meritò debet cum infinita abominatione projicere. Tertium est intueri sapissimè propria vitia, propter quæ non solum indignus est omni honore, immo & omni inhonoratione, confusione, abiectioe extat condignus, idque promeruit, vt omnis in ipsum creatura insurgat, creatoris sui in ipso offensam iniuriamque vlciscens, quemadmodum scriptum est: Pugnabit pro Deo orbis terrarum contra infensatos. Quartum est, considerare quanta virtutū perfectio, quanta discretio, quanta Charismatum vñctio supernorum ad idoneam exigantur prælationem. Et item quàm lōgè sint iste à se, qui nec sui ipsius gubernationem sufficientem se reperit, immo nec scit, an vel in finimū charitatis attingit gradum. Quintum est, ritè perpendere omnem sui ipsius defectuositatem, fragilitatem & vilitatem in anima & corpore, in naturalibus atq; gratuitis, propter quas cæteris viliozem arbitrari se debet. Sextum est, consideratio rigoris diuini iudicij in ambitiosos, in idoneosque prælatos, & summa illa ipsorum æterna damnatio. Septimum est, adspicere quanta sint in prælatione pericula, & quàm innumerabiles perierunt, pereuntque omni die in ea: quàm multi quoque & incomputabiles ex ambitioforum ac negligentium prælatorum negligentijs perierunt pereantq; quotidie. Ideo dicit vir ille doctissimus Nicolaus de Gorra: Multi in alto prælationis deijciunt, qui in valle religionis & subiectionis erant securi. Sanctus quoque Hieronymus in regula: O felix & abundans gratia in obedientia, summa virtutum causa: Nā simplici gressu hominem ducit ad christum: Et mens non solum excusatur à reddēda ratione pro subditis, sed nec etiam obligatur reddere de seipsa, si videlicet perfectè obediens fuerit. O summa libertas, qua obtenta, vix posse

E. 1. 1. 1. 1.

Sapient. 3.

posset homo peccare. Octauum est, considere quod hic in loco peregrinationis atque exilij, in valle lachrymarum & carcere quodam sumus. Nonum, quod tam incertum & breue est tempus vite presentis, & quod ipsum sit tempus exercendi poenitentiam, non optandi presentiam. Decimum, quod tantum aestimatio est homo coram Deo, qui pro humana salute tot & tanta egit, fecit & per tulit. Idcirco ad hominum gubernationem nullus audeat seipsum ingerere, ne ex sua insufficientia eos contingat perire, pro quibus Filius Dei tanta assumpsit & peressus est. Undecimum est, pensare quod ipsemet Christus in vita hac tam pauperem, humilem & subiectam, immo & obedientissimam vitam elegit, praedicationemque fugit. Duodecimum est, recordari quod viri perfecti & sancti praedicationem intantum fugerunt, ut iam extreme atque immensa probetur esse demerita, quod pusilli, passionati ambitiosique homines ad aliorum regimen precipitare se audeant. Insuper sunt alia contra ambitionem, sicut & contra alia tentamenta ac vitia generalia quaedam remedia, utputa Dei adiutorium cum omni humilitate, fiducia ac seruire incessabiliter inuocare, in dominicae passionis memoria se iugiter exercere, gloriosae virginis & Sanctorum exorare subuentionem, Angelos quoque sanctos animarum nostrarum cultores fideliter deprecari. Hinc S. scribit Gregorius: Quia plerumque per potestatem regiminis ad culpam prorumpitur elationis, magnopere curandum est, ut qui regendis hominibus praefertur, apud se in secretario mentis, in cathedra praesideat humilitatis. Cumque iudicanti ei a ceteris foris assistitur, vigilantiam animo incessanter aspiciat, cui iudici ipse de his iudicandis tandem assistet, ut quantum nunc eum quem non videt, sollicitudine metuit, tantum eum postmodum securior cernat. Penitet ergo, quia si ad satisfaciendum districto iudici pro sua tantummodo anima vix sufficit, quot subditis praestet, pro tot rationem reddere compellatur: quae nimirum cogitatio, si quotidie mentem excoquit, omnem superbiam premit tumorem, & potestatem acceptam onus facit existimari potius, quam honorem. Cui autem nunc iudicem esse libet, ei postmodum videre iudicem non libebit. Porro tunc solum potestas bene geritur, cum non amando, sed timendo tenetur, quae ut recte valeat, ministrari oportet, ut eum non cupiditas, nec necessitas imponant habenti.

Contra ambitionem, ex uerbis sancti Cyrilli
Episcopi. Artic. XXII.



Lorius ac sapiens vir S. Cyrillus antistes, in suis ait Prouerbis: Cae ne appetendo dominationem, in superbiam corruas feruitutem, & ne cum te alijs praefers, tuipse tam grande tuipsum dominium perdas. Sed dic mihi quae so, an ne iustum putas desiderare, quod optas? Nam si iustum non est, hoc ipsum appetere, est iniustum. Velle enim quod iniustum est, iniquum esse agnoscitur. Ipsa quoque iniustitia, miseria est: ergo ex hoc appetitu es miser. Verum omnis miser, suae calamitatis est seruus: sed si quod iniustum de fideras, obtineres, plus miser existeres: quoniam vnusquisque, tantum inferior esse conuincitur, quantum eius voluntas in malo celerius adimpletur. Si verum quod cupis, asseris esse iustum, necesse est, ut ex aliqua supereminetia tui. Ostendit ergo quo dono aut specie ita excellis. Nimirum si sapientia alios cupis transcendere, & si eius praedicatione leuaris, haec dominatio vera est. Sed haec nequam sursum te projicit, sed humilitatis sinu salubri te deorsum recondit. Nam ubi vera sapientia, ibi humilitas. Si autem potentia niteris transcendere alios, & si eius praedicatione leuaris cum Nemroth impijssimo, & Alexandro nequissimo, praedo eris: potentia namque per se non excellentiam, sed violentiam parit. Quamobrem apud te mane, atque in communi naturalis societatis lege subsiste, quoniam si iniuste te leuas, mox vere firmitatis amissa iustitia, seruus similitudinis iustitiae eris. Verum in aequitatis politia praesse, subesse est, & qui arrogancia dominatur, iustitiam spernit, & vitij subest. Idcirco deponere fastum, tolle nomina dignitatum, & quid est omnis homo nisi homo? Vna igitur tantum aequitas est hominem possidendi, voluntas diligendi. Insuper, contra inordinatum libertatis affectum, subiectionisque fugam, sic scribit: Libertas dulcis est, incomparabilisque thesaurus, sed non competit aequaliter vnueris. Plura enim sunt, quibus pax, vita, securitasque salutis tantum ex debita subiectione contingit, propter quod non aliud est eis vera libertas, quam propriae libertatis salutaris perditio. Populus quippe quem rector non coeret, libertate perit, sic & corpus animae subiectum atque coniunctum uiuit, & mox cum ab ea liberatur, extinguitur. Nauis subiecta nautis, seruatur a fluctibus, a quibus si relinquatur, mox naufraga dissoluetur. His ergo libertas certa est perditionis captiuitas, sic & subdito a suo Praesidente auerso. Sed ex quo naturaliter te delectat libertas, dic quae so, an ad bene vel male agendum?

Cyrill.

Gen. 11.

da? Quippe si intendis bene facere, hoc tantum est, quod exigit pastor tuus: ut quid refugis eum? Si autem sine ratione agere cupis, ipsa tibi erit libertas exitialis seruitutis captiuitas. Nam mala voluntati libertas, causa peccandi est, qua quidem eius consummatur iniquitas, & mox captiuitas sequetur. Sic mala voluntas quantum liberior, tantum seruilior: quantum potentior, tantum infirmior: quantum sublimior, tantum minor. Audi ergo consilium meum, & pastori tuo te libenter subijce, ne liberè pereas, & ne instar ouis te infernalibus lupis deuorandum exponas. Noli appetere cornua, quia qui appetit ea, est fatuus. Perdit namque caput discretionis & aures quietae virtutis. Ecce superbi, dum eleuantur in altitudine flatu, ruunt inferius, atque

ad ima inferi diuinae iustitiae profundatur. Quamobrem fuge fallax huius seculi sursum, & ad verum tendere per humilitatem deorsum. Agnosce celsitudinem deceptiuam a sapientibus fugiendam, quiete priuam, securitatisque nesciam, in numeris hinc inde vallatam angustij. O quam felix est subiectio humilis, iugiter stabilis, vndique tuta. Hoc nos docuit Christus: Discite, inquit, Math. 23. a me, quia mitis sum & humilis corde. Qui cum patre & Spiritu sancto vnus est creator & gubernator omnipotens, omnium superiorum ac sublimium colla propria virtute conculcans, humilitatis amator, ambitionis damnator, qui est super omnia neus sublimis & benedictus, Amen.

Math. 23.

Eccle. 24.

S. D. DIONYSII S.

CARTHUSIANI DE VITA ET REGIMINE PASTORVM SEV CVRAM ANIMARVM HABENTIVM LIBER VNVS, EX LITERIS SACRIS & orthodoxorum patrum dictis concinnatus.

Præfatio.



Acerdotes sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius. Incensum enim Domini & panes Dei sui offerunt, ideo sancti erunt. Cum similitudo sit causa amoris ac vnionis, iuxta illud Ecclesiast. 13. Omne animal diligit sibi simile, & omnis homo simili sibi sociabitur, hinc mirum non est, quod Deus essentialiter sanctus, cuius pura essentia est, sanctitas infinita, qui vnuerse sanctitatis atque munditiae fons, amator atque dator est, sacerdotes velit habere sanctos, qui nomen eius non polluant, id est, diuinam Maiestatem non inhonorent, precepta ipsius transgrediendo, quoniam Deo quotidie habet offerre, illibata sacrificia offerendo. Ideo sancti erunt, id est, sancti esse tenentur, saltem mortalibus carendo peccatis: Sanctum namque (ut beatus Dionysius docet) quasi sine terra & macula interpretatur, hoc est, sine affectibus carnalibus ac terrenis. Ideo sacerdotes caelestibus ac diuinis debet esse repleti, ut Deo cum sincera conscientia se presentent, in sanctitate & iustitia ei deseruiant, Sacramenta reuerenter pertractet, omniumque Sacramentorum ac sacrificiorum dignissimum digne consecrent, offerant & tractent, sumant & dispensent. Denique, inhonestas, prauitas & immunditia ministrorum redundant in dedecus domini. Idcirco frequenter per Ezechielem Dominus loquitur vitiosus

Leuit. 21.

Dionysius.

vitiōsis Iudeis: Polluistis, contaminastis, inhonorastis nomen sanctum meum in gentibus. Disciplinata autem uirtuosaq̄ uita seruorum, honor est Domini. Cum igitur sacerdotes sint specialissimi ac summi ministri Dei altissimi, ad ipsum propinquius accedentes, meritō iubet & exigit Deus, ut sacerdotes sint sancti, uirtuosi & exemplares, ut sua conuersatione Deum in omnibus uenerentur, alijs uenerandum uerbis & factis testentur. Ideō in Exodo scriptum est: Sacerdotes qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne percutiat eos. Præterea in Daniele habetur, quē admodum Nabuchodonosor Rex Babylonis præcepit Eunucho, ut introduceret de filijs Israhel pueros regie stirpis, forma egregios, in quibus nulla esset macula, eruditos, qui digni essent assistere corā Rege, & ad mensam eius seruire. Si ergo Rex ille terrenus, homo peccator, tales uoluit habere ministros, quantō magis Rex celestis, Deus sanctitatis immēsa, requirit ministros ac sacerdotes uirtuosos, qui in eius mensa (uidelicet in altari) deseruiant? Deus quippe odit peccata, ut in libro Sapientiæ legitur: Odio sunt Deo peccator & impietas eius. Propterea dicit Psalmista: Odisti omnes, qui operantur iniquitatem. Proh dolor, hoc sacerdotes quā plures huius temporis non attendunt, nec metuendissimum Dei iudicium expauescunt, nec populum Dei, gregemq̄ sibi commissum scādalizare uerētur, immo spiritalibus atq; carnalibus uitis enormiter inquinari ac foetere non uerecūdatur: quibus (ut Hieremias fatetur) Erōs mulieris meretricis facta est, quoniā erubescere & respiscere nō festinant. Quibus præ cunctis peccatoribus grauissimum & uerē horrendissimum immnet ac propinquat iudicium, quamuis obtenebrata & excæcata mens illorum, id ipsum non penset nec contremiscat, quoniā excæcauit eos malitia sua. Veruntamen quidam sunt zelum Dei habentes, fraterno amore succensi, & illis tam miseris condolentes: quorum quā plures me frequenter ac diu precati sunt, ut de uita & debito sacerdotum, præcipuē curatorum, potissimē quoq; de incontinentia sacerdotum & clericorum aliquid scribam: quorum pijsimæ petitioni, inuocato Dei auxilio, in quo solummodo tota spes mea est, quantum desuper conceditur, satisfacere nunc conabor, planissimē simpliciterq; procedens, præsertim cum pro simplicibus non maioribus hæc scribuntur.

Exod. 9.
Dan. 1.

Sap. 14.
Psal. 5.

Jerem. 2.

Sap. 11.

De

De ineffabili dignitate ordinis sacerdotalis seu sacerdotii Euangelicæ legis, ex dictis S. Bernardi. Articulus I.



Bernardus

Psal. 115.

Genes. 4. 22.
14.

1. Corin. 10.
Leuit. 12.
Iohan. 1.

Mat. 27.

Dom. 7.

Psal. 138.

T clarius innotescat, quā uirtuosam & exemplarem uitam, quā castam & sobriam oporteat esse conuersationem sacerdotum, primō monstrandum est, quanta sit dignitas sacerdotij nouæ legis, quanta potestas & excellentia eius. De hoc beatissimus Pater noster Bernardus in libello ad quemdam sacerdotem sic scribit: Gloriarē in Domino o sacerdos altissimi, intue re eminentiam tuam, prerogatiuam tuā attende, & uide fortem tuam. Certē funes ceciderunt tibi in præclaris, si hæreditatē tuā præclaram non negligis. Perpēde quantum Deus tuus præ omnibus creaturis te sublimauit. Oratio tua sit munda, quoniā datur locus uoci tuæ in celo, quū ritē assistis altaribus sacris, dum sacratissimū ministerium cælestis sacrificij celebrare intendis, ad uocem tuā prolatā, ad uerbum tuū uiuificū, ad postulationem tuam salutarem Deus altissimus & immensus dilectissimus filiū suum manibus tuis imponit. Multū fuit Deo acceptum munus Abel, sacrificiū Abrahæ, oblatio Melchisedec, sed minū isto. Omnia in figura continebant illis antiquis tibi figura, hic ueritas: tibi uimbra, hic lux: tibi nubes, hic claritas: tibi agnus legalis, hic agnus innocēs, qui tollit peccata mundi. Verus em̄ est Dei filiū, quem tu sacerdos immolas, quem tractas & accipis: sed non sine Patre & Spiritu sancto uenit ad te filiū Dei. Adest nihilominus supernorū exercitus ciuiū. Multa etem̄ millia ministrāt ei, & decies millies centena millia assistunt ei. Quanta luce credis te circumfundi, o sancte sacerdos, in tantē præsentia maiestatis, in tam solenni aduentu & cōuentu adorandæ trinitatis atq; militiæ celestis? Iugiter ergo recole & perpende gratiā tibi à Deo collatam, quam nec angelis præstitit, nec cæteris concessit hominibus. Panis in manibus tuis, in corpus unigeniti filij dei transsubstantiatur: uinū in sacratissimū sanguinem domini nostri Iesu christi tua benedictione cōuertitur. Seraphin omnino amorem præ cæteris ardent, & summæ trinitati magis coniuncti sunt: nō tamen hoc priuilegio eminent, ut corpus & sanguinē Kedēptoris nostri consecrent. Cherubin, id est, plenitudo scientiæ, de diuinis mysterijs familiaris cognoscunt, & tamen mirantur quōd mirabilis facta est scientia & potentia sacerdotalis ex eis, nec possunt ad eam. Vnusquisq;

ordo eius rei cēsetur nomine, quā copiosius accipit in munere: & uisuerū beatorū spiritū ordines: tāto honore præfulgēt, tāta beatitudine perfruunt, ut nihil gloriæ eis desit: gloriam tamen sacerdotū reuerentur, dignitatē mirantur, priuilegio cedunt, potestatem honorant. O sacerdotes, uos estis genus electum, regale sacerdotiū, gens sancta, populus acquisitiōis, ut uirtutes annūtiatis eius, qui uos uocauit de tenebris in admirabile ministeriū suū. Vos estis lux mundi; & uos estis sal terræ. Leuitis dicitur: Mundamini qui fertis uasa Domini. Vobis dicēdum est: mūdaminī qui estis uasa Dñi, gloriificate uēū in cordibus uestris. Vos elegit Deus in hereditatem sibi. In uobis sepelietur corpus gloriosum & glorificatū, quod olim sepultū est exanime & defunctum. Certē sanctus Ioseph noluit illud sepelire nisi in sepulchro nouo, & inuoluit in sindone mūda. Væ tibi, si non posueris illud in sepulchro nouo, uel saltē innouato, id est, corpore penitētis mūdo, uel (si peccasti) per penitentiā & fatisfactionē mūdato. Væ tibi, si non inuolueris illud in sindone mūda. i. cōscientia pura. Non ergo regnet peccatū aut immūditatiæ foetor in corpore tuo, sicq; dedicabis sepulchrum uenerabile Iesu Christo, ac templū Spiritui sancto. Cōsidera, o deuote sacerdos, quanta diligentia, quāta uigilantia sancti angeli custodierūt locū sepulchri, corpore dominico iā sublato, rediuiuo & glorificato, in quāta claritate & quāta uultus & uestiuū uenustate apparuerunt sanctis mulieribus, sepulchrum uisitantibus & corpus Christi quærentibus. Proculdubio scire debes, quōd sicut idē dominicum corpus iam supra modum glorificatū dignē tractaueris, mundum & nouum sepulchrum tuū corporis ei paraueris, non deerit tibi angelorū frequens custodia, corpus & animā tuā in omnibus gubernabunt. Vide ergo ne tangas illud sanctissimū Christi corpus, nisi innocens manibus & mūdo corde. Meditare dilecte sacerdos, quōd Iohannes Baptista sanctificatus in utero, quo inter natos mulierum non surrexit maior, nō audebat tangere sanctum Christi uerticem, sed dicebat: Ego à te debeo baptizari. Petrus quoq; princeps Apostolorū Christo propinquante pertimuit, & se ab eo elongare præ formidine uoluit, dicens: Exi à me, quia homo peccator sum nomine. Si ergo isti sanctissimi tantū uenerabatur extrinsecū taētū dominici corporis, nondūm ad caelos trans-

1. Pet. 2.

Mat. 2.
Marc. 9.

1. Cor. 6.

1. Cor. 6.

Psal. 46.
Mat. 27.

Mar. 15.

Rom. 6.

Mat. 28.
Marc. 16.

Luc. 24.
Iohan. 20.

Psal. 22.

Luc. 1.
Matth. 17.

Iohan. 10.
Mat. 26.

Marc. 11.
Luc. 3.

Iohan. 21.
Luc. 5.

lati, quanta reuerentia, quanto timore & tremore, quanta corporis castitate & animæ puritate oportet sacerdotem corpus Christi iâ glorificatum conficere, tangere atq; fuscipere? Aequaliter etenim splendet in altari, vt in sublimitate cœli: nec minùs radiat in manibus sacerdotis, quàm in sinu Dei Patris. Nempe qui primò datus est nobis in redemptionis pretium, nò cessat se nobis dare quotidie in viaticum. In sermone de Sacramento ait Bernardus: Os vestrù patet ad nos, do mini ac reuerèdi sacerdotes, semel verbum caro factum est in vtero virginis, & vos secundariò de die in diem nobis ministratis excollatæ officio potestatis. O præclara & veneranda potestas vestra. Certè non est potestas post Deum, sicut potestas vestra. Forsan scire vultis compertius, quænam sit tanta potestas, cui nihil in cœlo, nihil in terra potest comparari. Ad quod ego: Cõsecrare videlicet corpus & sanguinẽ Domini. Super hac potestate vestra, super tam insigni privilegio omninò stupet cœlũ, & terra miratur, contremiscit homo, reueretur plurimũ angelica celsitudo. Sed vnde hoc nobis ò Iesu pijsime, vt nos vermiculi reptantes super terram, qui pulvis sumus & cinis, te præsentẽ habere mereamur præ manibus, præ oculis, qui totus & integer sedes ad dexterã Patris? Certè non ex debito, certè non ex merito nostro, sed ex volũtario dulcedinis tuæ beneplacito. Parasti enim in dulcedine tua pauperi meus. Pauper quidẽ fuit, sed est nũc prædiuus genus humanum, cui bonũ istud cœlitũ est indultum. Hæc est verè cumulatã gratia, hæc est verè superexcellens gloria, sacerdotem Deum suum tenere, alijsq; porrigere. O noua, & nou nisi diuina potestas. Sacramētum istud per excellentiam dicitur eucharistia, id est, bona gratia, in quo nò solum quælibet gratia, sed & ille, à quo omnis gratia sumitur. Benignissime Iesu, nobile valdè sponsæ tuæ dotalitiũ indulsisti, vt vel sic teneret columba (id est, Ecclesia) tua dulcissimum memoriale dilecti sui. Audite modò & obstupefcite, nulli angelorum, nulli supernorum spirituum, sed solis hominibus, nec tamen omnibus, sed tantum ordini vestro mandata esse tanti celebrationem Sacramēti, vt consecratus in sacerdotẽ, prorsus idem ipsum faciat in altari, quod Christus fecit in manibus suis venerabilibus in cœna Paschali. In celebratione tanti Sacramenti, fidelis sacerdos inuenit se in medio Patris & Filij & Spiritus sancti, assistentibus ex omni latere supernis angelorum agminibus. Ibi deuotus animus boni sacerdotis,

Bernardus, de hum.

Genes. 18.

Heb. 10. Psal. 79.

Mat. 26. Psal. 50.

Psal. 50.

seipso etiam altior effectus, ascendit & crescit, omnemq; terrenæ concupiscentiæ nebulam euaporans, totus spiritalis effectus, hominem in homine exiit, & in abscondito faciei Domini gloriatur. Sed quid facis ò sacerdos indigne & homo ingrater, qui turpiter viuus, & imparatus accedere audes?

De potestate & excellentia potestatis ordinis sacerdotalis. ex dictis sanctorum Patrum & Catholicorum doctorum. Artic. II.



Vemadmodum in Decreto, parte prima, di. 96. legitur, sanctus Gregorius Metensi Episcopo scribit: Quis dubitet sacerdotes Christi, regum ac principum omniumq; fidelium patres ac magistros censeri & esse? Nõne miserabilis in sanie esse cognoscit, si filius patrem, si discipulus magistrum sibi subiugare conetur, à quo credit non solum in terra, sed etiam in cælis se posse ligari ac solui? Deniq; Gelasius Papa Anastasio imperatori scribit: Duo sunt, quibus mundus hic regitur, Sacerdotalis seu Pontificalis auctoritas, & Regalis potestas: in quibus tantò grauius pondus sacerdotum, quanto etiam grauiorem præ regibus in diuino examine reddituri sunt rationem. Nofce te ex sacerdotũ pendere iudicio, nò illos ad tuã redigi voluntatẽ. Et hinc teste beato Ambrosio, Nõ tam pretiosus est aurum plumbo, quàm regia dignitate sublimior est ordo sacerdotalis. Vnde circa principũ sui Pastoralis affirmat: Honor & sublimitas sacerdotalis ac pontificalis, nullis poterit cõparationibus adæquari. Si regnum fulgori ac principũ diademati cõpares, longè inferior erit Regũ principumque sublimitas, quàm plumbi metallum ad auri fulgorẽ. Quippe cum videas regum ac principũ colla genib; submitti sacerdotũ: & osculata eorũ dextera, se credũt eorum orationib; cõseruari. Hæc omnia & plura similia, vtputã verba summorũ Pontificũ, Iohannis, Gelasij ac Marcelli, idem testantia, in Decreto, loco prædicto habentur. Idcirco secundũ Augustinũ, Sacerdotis ac præsulis officio nil dignius, nil gratius est hominib;: & si res dignè agat, nil extat salubrius: sicut nec dannabilis aut periculosus aliquid est, si neglexerit agatur. Propterca Hugo de S. Victore, libro de Sacramētis disseruit: Quantò vitæ spiritalis est dignior quàm terrena, & anima quàm corpus, tantũ spiritualis ac sacerdotalis potestas secularẽ dignitatẽ ac honorem præcedit. De hoc quoq; supra tertium Sententiarũ doctor irrefragabilis, scilicet Alexander

96. dist. ca. quis dicitur.

96. dist. ca. Duo sunt.

De minor. et obed. ca. 10. ca.

96. dist. ca. Duo sunt. et.

ca. 40. dist. ca. de omnia fil.

ca. 9.

ander de Hales plenius describit. Denique Thomas libro de regimine Regum pulchrè declarat, quomodo non solum apud gentiles, sed etiam apud Iudæos, sacerdotes regibus inferiores fuerunt, quoniam sacerdotia illorum fuerunt carnalia, & circa hostias versabantur carnales. Nec in lege Mosis fuit expressa spiritaliũ celestiumque bonorum, sed temporalium magis promissio. In euangelica verò lege sacerdotes cunctis regibus atque principibus sunt maiores, quoniam sacerdotium Christi, quo decorantur, est maximè spirituale, & circa dignissimam hostiam (videlicet Christi corpus sanguinemque) versatur, atque ad bona cœlestia ac æterna ordinatur, tendit & ducit. Hinc gloriosus & sanctus Martinus ab Imperatore inuitatus, cum scyphum de manu Imperatoris sumpsisset, qui de manu Martini illum resumere ac potare optauit, Martinus potu accepto, scyphum protinùs non Imperatori sed suo Capellano porrexit, Capellanum suum, quamuis pauperem sacerdotem, Imperatore iudicans digniorem. Quod etiam factum Imperatori cæterisque commensalibus mirabiliter placuit, eo quod tantam in sancto illo vidissent iusticiam. Sed & significat ille sanctus Franciscus, dicere consuevit, quod si beatus Laurentius & alius presbyter sibi occurrerent, vellet vt S. Laurentius expectaret, donec sacratas manus presbyteri honorasset.

Can. 11. regi. hinc princip. us signi. ca. sunt euan. gelice legi. iudicet.

Qualiter sacerdotes tempore sacerdotij sui representant Christum, & configurantur eidem. Articulus III.

Christus sacerdos & rex est: ideo sacerdotium Christi, regale sacerdotium appellatur. Denique, officium sacerdotis exercuit Christus in cœna, panem & vinum conuertendo in corpus & sanguinem suum, atque discipulis porrigens ea. Itemque in ara crucis semetipsum obtulit Deo Patri pro totius mundi salute, quemadmodum ait Apostolus: Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Et iterum: Christus, eo quod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium: vnde saluare potest in perpetuum, accedens per seipsum ad Deum. Hinc de Christo in Psalmo prædictum est: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinẽ Melchisedec. In Zacharia quoque scriptum est: Ipse erit sacerdos super solio suo. Porro secundũ doctores super quartũ Sententiarũ, videlicet Thomã, Petrũ de

1. Pet. 2.

Mat. 26. Marc. 14.

Gal. 3.

Ephe. 5.

Hebr. 7.

Psal. 110. Zach. 6.

Tharatafia, & Richardũ de Media villa, sacerdotiũ nouæ legis realiter est ipse character indelebilis, qui in ordine sacro imprimitur qui character vocatur signaculũ, quo ordinatus in sacerdotem, à non ordinatis distinguitur: & supernaturalis potestas, per quam dicitur sacerdos posse consecrare corpus & sanguinẽ Saluatoris. Sicque per characterẽ sacerdotale sacerdos Christo supernaturaliter cõfiguratur, & deiformẽ quandã potestatem sortitur super verũ corpus Christi & sanguinẽ, ad cõsecrandũ, sumendũ, distribuendũq; ea. Itaq; in præinductis cõformatur sacerdos Christo, & representat eundẽ. Nã sicut christus in cœna corpus & sanguinẽ suũ cõsecrauit, discipulisq; donauit, ac demũ in cruce se obtulit Patri, ita sacerdos in Missa corpus Christi & sanguinẽ cõsecrat, Patriq; offert, & alijs porrigit vel porrigere potest. Ex his verò elicitur, quod ineffabilis sit dignitas sacerdotalis. Quãta eminẽtia & potestas, quẽ in tã præstãtissimos potest effectus, per quã hoies angelis quodãmodo præferunt, Christiformes redduntur, atq; in cõsecratione corporis & sanguinis Christi, omnipotenti Deo modo quodã cooperari creditur. Hinc in libro, qui dicitur cœna crucifixi, deuotissimus ait Bernardus: O quale in sacramento cõiuiũ, ò admirabiles nobilesq; cõiuiũ, in quo archageli angeliq; ministrat, homines comedunt, in quo ministratorij sunt spiritus immortales, vbi quasi Dñi sunt homines passibiles & mortales. O cõiuiũ, viatorũ remediũ, vbi Throni cœlestes sedilia præparant, Seraphin pannũ superponunt, vbi Cherubin verò Propitiatorũ facies inscãtũ, vbi Principatus & Potestates sic seruiunt, vt principes tenebrarũ remoueant. Deniq; quid potentius & honorificentius, quàm transsubstantiare creaturã, & cõsecrare Creatoris corpus & sanguinẽ, quàm Creatorem manibus carnalibus intellectualibusq; tractare, quã eundẽ alijs propinare, quã ipsum in corpus propriũ animãq; intro ducere? Quid mirabilius, q̃ ex potestate super corpus Christi verũ, habere etiã potestatem supra corpũ Christi mysticũ, q̃ soluere in terris & cœlũ aperire, q̃ ligare in terris & cœlũ claudere? Postremò, de dignitate atq; officio sacerdotis multa in libro de Officijs S. Ambrosius, diuinusq; & magnus Dionysius I. de Ecclesiastica hierarchia capitulo tractant: sed breuitati studentis, difficultatemque vitans, pertransleo.

Mat. 26

Luc. 22.

Gal. 3.

Bernardus

Hebr. 8.

De quibusdam alijs, clarissimisq; proprietatibus atque nominibus, quæ sacerdotibus conueniunt. Articulus IIII.



Vxta documenta Alexandri de
nales in Summa sua, Alberti, rho-
mae, Bonauerturæ ac aliorū super
III. Sententiarū. Potestas sacer-
dotalis (videlicet potestas consecrandi cor-
pus & sanguinem Christi) & potestas absol-
uendi atq; ligandi, in foro interiori seu con-
scientioso, realiter idem sunt. Nec dicuntur
duæ potestates, nisi propter diuersitatē esse
ctuum: sicut dicuntur etiam duæ clauēs pro-
pter diuersitatem effectus, cum essentialiter
vna sit clauis secundum probabiliorē opinio-
nem quam sequitur Thomas. Non tamen
sequitur, quod quicumq; sacerdos possit sol-
uere & ligare, sicut potest consecrare. Nā si-
cut consecrare non potest, nisi conuenientē
habeat materiam, scilicet panem, triticum &
vinum, ita soluere non potest siue ligare, ni-
si conuenientē habeat materiam subditam,
in quam agat, videlicet homines sibi aliquo
modo subiectos, super quos habeat iurisdic-
tionem. Hinc secundum Raimundum in
Summa sua, aliosq; cōcorditer, ad soluendū
& ligandū in foro conscientie, requiritur
duplex potestas, scilicet ordinis & iurisdic-
tionis. Itaq; cum per eandem habeant po-
testatem sacerdotes efficaciam super corpus
Christi verum, quod sumpsit de virgine, &
super corpus eius mysticum, quod est Eccle-
sia seu quæcūq; congregatio Christiana, quæ
spiritu Christi, id est, spiritu sancto spirita-
liter viuificatur, actualiter regitur & moue-
tur, hinc sacerdotibus præstantissimæ pro-
prietates ac deuotiones conueniunt. Sunt nā
que vicarij christi & representantes ipsius,
cælestis atq; angelici cibi ac pot' præparato-
res, cōuiuæ, exhibitores, custodes animarū,
nutritores & medici, illuminatores & magi-
stri. Idcirco dicuntur sal terræ, lux mūdi: ipsi
in persona Ecclesie cōsecrant, offerunt, orāt:
propterea organū, vox & ministri Ecclesie
nuncupantur. Ipsorū est animas per sacramē-
tum baptismi ac pœnitentiæ purgare, recon-
ciliare, cælesti quoq; sponso vnire: hinc ani-
marū paranymphj feruntur. Deniq; ipsi sunt
cælestes clauigeri, & linguæ eorū factæ sunt
clauēs cæli. Ipsi sunt pincernæ pretiosissimi
poculi, vtputā sanguinis christi: Sunt quoq;
thesaurus dei atq; Ecclesie, quoniā ecclesia
sticorum Sacramentorū, in quibus cōtinen-
tur spirituales diuitiæ, & per quæ virtus ac
meritum passionis Christi applicatur & cō-
municat hominib; sunt repositores, custo-
des ac dispensatores: ipsi sunt mediatores in-
ter Deū & homines, oratiōes, vota & hostias
populi Deo immolantes, gratiamq; & miseri-
cordiam Dei hominibus impetrantes. Ipsorū

est verbo, exemplo, operationibus, sacra-
mentis populum informare, paciscere, robo-
rare, Dei præcepta, documenta, consilia ho-
minibus nuntiare. Hinc dicuntur sacerdo-
tes, quasi sacra dantes, sacra docentes, sacri
duces, sacris dotati, quia per sacros ordi-
nes diuini caracteribus insigniti. Dicun-
tur item presbyteri, quasi iter salutis alijs
præbentes, & ante populum in via virtu-
tum euntes: dicuntur & angeli, quia Dei
sunt nuntij, in Christi cathedra residentes,
& Regis æterni præcones, iuxta illud Ma-
lachie: Labia sacerdotis custodiunt scienti-
am, & legem Dei requirunt ex ore eius,
quia angelus Domini exercituum est. Ipsi
insuper sunt secretarij, camerarij, cubicu-
larij Christi, principes munimenta que po-
puli, primogeniti Israēl, primitiæ Domini,
ornamentum Ecclesie, quorum sacra ves-
stes consuta, signacula, ordines, ministeria
diuinis mysterijs plena sunt, signantque om-
nia, vt inessent signata. Quis igitur sacerdo-
tes taliter institutos, consecratos & sub-
limatos, non dignificet & honoret? Idem
magnus ille imperator Constantinus, sacer-
dotes etiam malos in tanta habuit venera-
tione, quod dixit: Si viderem sacerdotem cū
fœmina turpiter agentem, pallio meo eum
cooperirem, ne ab hominibus videretur. In
Nicoeno quoq; concilio dominos ipsos voca-
uit, quæ omnia in Decreto diffusius recitan-
tur. Hinc etiam viri sanctissimi ex profun-
dissima humilitate ad sacerdotium accede-
re non audebant. Vnde beatus Marcus Euā-
gelista pollicem sibi legitur amputasse, ne
ordinaretur sacerdos. Petrus autem Apo-
stolus nihilominus sua autoritate ordina-
uit eum sacerdotem ac præfulem. Similiter
Abbas quidam aurem sibi abscidit, ne fi-
ret sacerdos aut Episcopus. Sic & Abbates
sanctissimi Antonius, Pachomius, Benedic-
tus & Maurus, sacerdotes non extiterunt,
nec sanctus Franciscus. Postremū, super il-
lud Petri, Vos autem genus electum, regale
sacerdotium &c. scribit Albertus: Status sa-
cerdotum redditur sublimis: primū ex diu-
na electione, quod non parentum aut ami-
corum potestate aut nobilitate, nec Simo-
niaca prauitate, sed diuina vocatione & in-
spiratione eligi & promoueri debent sacer-
dotes, vt nullus sibi assumat honorem, sed
qui vocatur a Deo tanquam Aaron. Secūdo
status sacerdotum sublimis est ex spiritali
cōsecratione. Sunt enim per Dei ministros
cōsecrati, & ipsi cōsecrant corpus Christi, at
que in sua cōsecratione susceperunt Spiritū
sanctū. Tertiū, à debita cōuersatione, quo-

Matth. 5.
Marc. 9.
Luc. 14.
1. Cor. 12.

Sacerdotij
unde dicitur

Matth. 23.

1. Pet. 2.

1. Cor. 12.

1. Pet. 2.

1. Cor. 12.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

niam vita Sacerdotū debet esse sancta & im-
maculata, eo quod non sit sub modio posi-
ta, sed super candelabrum, vt luceat omnib;
qui in domo Dei sunt, id est, Ecclesia. Sed
de hoc clarius loqui oportet.

Quam virtuosa, spiritalis atq; diuina debet esse cō-
uersatio sacerdotum, præcipue cura-
torum. Artic. V.



Vcūq; de dignitate & eminentia
sacerdotij, sacerdotumq; excel-
lentij dictum est, quatenus sacer-
dotes propriam dignitatem, gra-
dum & gloriam agnoscentes, Deo grati esse
conentur, & viliter se habere atq; brutaliter
viuere erubescant, ne eis conueniat illud
Psalmistæ: Homo cum in honore esset, non
intellexit comparatus est iumentis inspie-
ribus, & similis factus est illis. Denique, hoc
omnium sanctorum Patrum concors do-
ctrina est, quod quanto quis altioris est præ-
lationis aut gradus vel ordinis, tantū ad am-
pliores virtutum perfectionem tenetur.
Itaq; quōd sacerdotes in sublimiori sunt sta-
tu, dignitate ac ordine, quā vulgares & sim-
plices Christi fideles, tantū præ illis tenentur
magis virtuosj & exemplares, magis diuini
ac spirituales, magis puri, modesti ac timorati
in omnibus, ne illud Esaie ipsi conueniat:
Erit sicut populus sic sacerdos, quia dissim-
ilium & omninō contrariorū non est con-
ueniens vnio. Cū ergo Christus, quem sa-
cerdotes quotidie tractant, offerunt, sumunt, sit
sanctus sanctorū, omni perfectione purita-
teq; plenus, qui secundum suā dignitatē in-
finita est puritatis, oportet sacerdotes esse
synceros & expurgatos, per voluntatis con-
formitatem Christo assimilatos. In decen-
tissimum nanq; peruersissimumq; cōstitit,
sanctissimum, purissimum, humilimumq;
Dei filium, à superbo, vitioso, lasciuo sacer-
dote tractari ac sumi. Nam vt ait Apostolus:
Quæ societas lucis ad tenebras? aut quæ cō-
uentio Christi ad Belial? Etenim qui in mor-
tali est vicio, membrum extat diaboli. Quo-
modō ergo filium Dei audeat tractare ac su-
mere? At verū illud Apostoli Petri: Vos au-
tem genus electū, regale sacerdotiū: quam-
uis quidam Doctores de sacerdotibus solū
exponāt, alij tamē de vniuersis fidelibus il-
lud exponere malunt, sicut etiam Thomas
libro de Regimine Regum. Omnes Chris-
tiani, in quantum membra sunt Christi, &
participationem habent cum Christo, tan-
quam cum capite, gratiarum charismata sus-
cipientes ab eo, iuxta illud Iohānis: De ple-
nitudine eius nos omnes accepimus: omnes

(inquam) Christiani, qui veraciter re & hō-
mine Christiani sunt, Reges & sacerdotes
existūt: Reges, quoniā iuxta Evangelicā le-
gis doctrinam & iussa, seipsos viriliter re-
gunt, corpus suū animæ subijciendo, sen-
sualitatem rationi, rationemq; Deo: pro-
pter quod ait Apostolus: Qui autem Chris-
sti sunt, carnem suam crucifixerunt cum vi-
tijs & concupiscentijs. Item, Nihil damna-
tionis est his, qui sunt in Christo, qui non se-
cundum carnem ambulant. Qui enim in car-
ne sunt, id est, desiderium carnis sequuntur,
Deo placere non possunt. Omnesq; veraci-
ter Christiani, sunt sacerdotes, quoniā benē
viuendo seipsos Deo, quicquid sunt, habēt
& agunt, ad Dei honorem ac gloriam refe-
rendo ac ordinando, sicut hortatur Apo-
stolus: Obsecro vos fratres, vt exhibeatis cor-
pora vestra hostiā viuētē, sanctā, Deo placē-
tem, rationabile obsequium vestrū. De hac
re conuenientissimē loquitur doctissimus
ille Pōtifex summus Innocētius III. In qua-
dam decretali hoc modo: In veteri testamē-
to non vngbantur, nisi Reges, Sacerdotes
& Prophetæ. Quia verū Christus fecit nos
in sanguine suo Deo nostro regnum & sa-
cerdotes, vt ait Iohānes Apostolus in Apo-
calypsi, propter quod ait Petrus Apostolus,
Vos estis gentis electum, regale sacerdoti-
um: idcirco in nouo Testamēto non solū
Reges & sacerdotes, sed & omnes Christia-
ni vnguntur bis ante baptismum, scilicet
oleo benedictō, primum in pectore, dein-
de in scapulis: & bis post baptismū, scilicet
chrismate sacro, primū in vertice, deinde in
in fronte. In pectore nanq; baptizandus in-
ungitur, vt per Spiritus sancti donū abijciat
ignoratiā & errorē, & suscipiat fidē rectā,
quoniā iustus ex fide viuūt: Inter scapulas,
vt per Spiritus sancti gratiam excutiat negli-
gentiā & torporē, ac bonam exerceat opera-
tionē, quia fides sine operibus mortua est:
et per Dei Sacramētū sit munditia cogita-
tionum in pectore, per operum exercitium
sit fortitudo laborum in scapulis, quia fides
per dilectionem operatur, secundū Apo-
stolum. In vertice etiam baptizatus inungitur,
vt sit paratus in omni poscētī de fide redde-
re rationē: quia per caput intelligitur mens,
& per verticem capitis superior pars ratio-
nis. In fronte baptizatus vngitur, vt liberē
consciteatur quod credit, sicut ait Saluator:
Qui me cōfessus fuerit corā hominibus, cō-
fitebor & ego eū corā patre meo. Ante ba-
ptismū ergo vngit oleo benedictō, & post
baptismū chrismate sacro, quoniam Chris-
ma solū conuenit Christiano, non secundū

Gal. 3.

1. Cor. 12.

Rom. 12.

Apostolus 12.

1. Pet. 2.

Rom. 12.

1. Cor. 12.

Gal. 5.

1. Pet. 3.

Math. 10.

Marc. 6.

Luc. 12.

nominis formam, sed secundū nominis rationem. Si itaq; omnia ista ad quēlibet pertinent Christianū, quantū magis ad quemlibet sacerdotē? Hinc libro de nomine Christiano beatissimus loquitur Augu. Christū vnctū interpretari, sapientium nullus ignorat: & tā magnū fuit in veteri lege vnctionis mysteriū, vt in Iudaico populo non omnes, sed satis pauci eā mererent percipere, videlicet sacerdotes, reges & Prophetę: & hoc vsq; ad Christi aduentū, in quo omnes credētes vnguntur. Cuius vnctionis exēplo quales esse debemus monemur, vt scilicet in quib; tam sancta est vnctio, sit non minus sancta cōuersatio. Ex sacro nanq; vnctionis istius & Christi, omniū Christianorū nomē descēdit. Quod nomen frustra sortitur, qui Christum nō imitat. Quid tibi prodest vocari quod non es? sed si Christianū te vocari delectat, quę Christi sunt gere. Qui Christianus vocatur, Christum se habere dominum faterur: & verē habet, si ei in omnibus obsequatur: si omnem superbiam, inuidiam, auaritiā atq; luxuriam detestetur: si Deum super omnia toto diligat corde, & omnemq; proximū, tam amicum quā inimicū, sicut seipsum, semper sollicit, ne in aliquo sit mortali peccato: si præceptis Ecclesię & Superiorū suorū tanquam Deo constanter obediat: si verē vincat seipsum, propriā animositatem, iracundię impetum, concupiscentiā vitio sam abijciendo: quoniam regnū cęlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, si futura, spiritalia, æterna bona ampliū, quā præsentia carnalia & terrena amet, quærat, aspiciat: si circūspectus & anxius sit, ne quodcūq; transgrediatur præceptum, cum Iacobus Apostolus dicat: Si quis totā legē impleuerit, offendat autem in vno, factus est omniū reus. Salomon quoq; testatur: Qui in vno peccauerit, multa bona perdit. Vnde cū odiū sit mortale peccatum, qui vnū hominem, quantū cunq; aduersarium odit, nec neū nec aliquē verē ac specialiter diligit, sed in mēbris diaboli est. Qui enim transgreditur præceptū Dei, siue Ecclesię aut prelati, peccat mortaliter. Quolibet autem mortali amittitur charitas & vniuersę virtutes, quantum ad esse meritorium. Deniq; in dubijs, quando vide licet dubitatur, an aliquid sit veniale vel mortale, tenetur quilibet Christianus illud vitare, ac si esset mortale: aliter committeret se discrimini, mortaliterq; peccaret, vt Aug. & vt omnes Doctores affirmant. Ex quibus patefcit, quōd verē arcta est via salutis. Præterea Christus in Euangelio protestatur: Ni si abundauerit iustitia vestra plus quā Scri

Deut. 6.

Matth. 5.

Matth. 11.

Iacob. 2.

Eccle. 9.

Matth. 5.

barum & Phariseorum, non intrabitis in regnum cęlorum. Quocirca differuit August. Iustitia Phariseorum est, vt nō occidant iustitia eorum quę intrant sunt in regnū cęlorum est, non irasci, non reddere malū pro malo, cūm dicat Saluator: Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: quod intelligendum est de ira per vitium, quo quis immoderanter mouetur, atq; iniuriam suā aut alterius ex priuato seu carnali amore, nō secundum ordinem iuris, cupit vlcisci: nō de ira per zelum, qua quis ex affectu iustitię contra peccata mouetur, & ea in hac vita punire ex charitate desiderat. Qui autē dixerit fratri suo racha, id est, vocē indignationis aut vituperationis emisit, reus erit concilio. Qui autem dixerit, Fatue, reus erit gehennę ignis & damnationis æternę. Iterum ait Saluator: Ego dico vobis non iurare omnino. Et rursus: De omni verbo otioso, quod loquuti fuerint homines, reddēt de eo rationē in die iudicij. Ex quib; omibus innotescit, qđ difficile sit saluari, & qđ timorātū & custoditū oporteat esse hominē, Deo placere volentē. Nec sufficit peccata vitare, sed quę admodū quilibet Christianus tenetur cūcta mortalia vitare peccata, sic obligat vniuersas habere virtutes illis cōtrarias, vtputā charitatē, humilitatē, patientiā, mansuetudinē, temperatiā, castitatē, liberalitatē, misericordiam, pietatē &c. præsertim cūm virtutes cōcatenatę atq; cōnexę esse dicantur. Præterea loquitur Augu. Tu quomodo Christianus vocaris, in quo virtutes & opera Christi nō inueniuntur? Christianus nanq; est nomē charitatis, bonitatis, iustitię, integritatis, patientię, castitatis, prudētię, innocentię, pietatis. Et tu quomodo nomē hoc vēdicās tibi, cui de tam multis virtutibus nec vna inhæret? Hic S. Leo Papa effatur: Qui experiri vult an in ipso habitet Christus, & an verē sit Christianus, diligētē consideret, qua beneuolentia relictetur inuidię, qua humilitate resistat superbię, qua castitate & sobrietate renatur gulę atq; luxurię: an adulantium linguas nō capiat, an illatas iniurias obliuiscatur, an omnibus faciat vt sibi fieri rationabiliter optat. Ecce hæc omnia ad vniuersos pertinent christifideles, ad sacerdotes verō excellenter & specialiter, vt in omnibus his se alijs præbeant iugiter exemplares. Ideo ait Iohannes Apostolus: Qui se dicit in christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Paulus quoq; hortatur: Imitatores Dei estote sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. Sed & princeps Apostolorū: Omnes, inquit,

Leuit. 14.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Tob. 4.

1. Ioh. 1.

Phil. 3.

1. Pet. 1.

quit, estote vnanimis, cōpatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, non reddentes malū pro malo, sed econtrario benedicētes: ante omnia mutuum in vobis charitatem continuam habentes, & hospitalis inuicem sine murmuratione. Hinc asserit Augustinus: Quicumque iustitię & misericordię opera non fecerit, partem non potest habere cum Christo. Quisquis non fuerit humanus, pius, hospitalis, benignus & clemens, non euadet gehennę supplicia. Qui sine dolo non fuerit, non potest regnare cum Christo. Qui malē & carnaliter viuit, inimicus est Dei. Et quoniam Deus, quos amat, arguit & castigat, in omni aduersitate, tribulatione & infirmitate patientiam habere oportet, quoniam Paulus fatetur: Omnes qui volunt iuste & piē viuere in Christo Iesu, persecutionem patiētur. Iacobus quoque in exordio suę canonicę: Omne (ait) gaudium existimate fratres, cūm in diuersas tentationes incideritis. Multę etenim tribulationes iustorum. Talem esse oportere quemlibet Christianum, sacerdos curati frequentibus atque feruentibus prædicationibus doceant sibi commissos: sic tamen, vt operibus demonstrēt, primoq; faciant, quod alios docent, iuxta quod Lucas ait: Cœpit Iesus facere & docere.

Apost. 1.

1. Tim. 3.

Iacob. 1.

1. Ioh. 1.

Matth. 5.

Qualis debeat esse conuersatio sacerdotum, ex Decretalibus. Articulus VI.



Titulus exordij terrij Decretalium est, de vita & honestate clericorum. Quamuis autem, quę ibi dicuntur, specialiter ad canonicos pertinent & scribantur, vt ex textus probatur tenore, nihilominus omnia ibi descripta, per paucos exceptis, ad quoscuque pertinent sacerdotes, eo videlicet dempto, quōd scribitur illis: Bona clericorum veniant in commune. In vna domo vescantur, atque sub vno tecto dormiant & quiescant: quod etiam modō, quantum ad canonicos, non seruat, sed per dispensationem laxatur. Præterea, licet quę ibi scribuntur, in alijs iam dudum opusculis allegauerim, tamen ea repetere non pigebit, quia misericordia id requirit. Itaque tam ex generalium conciliorum Decretis, quā ex summorum Pontificum canonibus dicitur ibi: Clerici arma portantes & vsurarij excommunicentur. Hoc, sicut & sub sequentia, de sacerdotibus dictum est: Si quis ex clericis comam relaxauerit, anathema sit. Si quis ex clericis monasteria monialium sine manifesta & rationabili causā frequentare præsumperit,

de vit. & ho. cl. c. quoniam

de vit. & ho. cl. c. clericis

per Episcopum arceatur, & si non destiterit, ab officio Ecclesiastico reddatur immunis. Deinde Innocentius III. in generali concilio ait: Vt clericorum mores & actus in melius refoventur, continenter & castē viuere studeant vniuersi, præsertim in sacris ordinibus constituti, ab omni libidinis vitio præcauentes, quatenus in conspectu omnipotentis Dei puro corde & casto corpore valeant ministrare. Ne verō facilitas veniē, incentiuum tribuat delinquendi, statuimus, vt qui deprehensi fuerint incontinentiã vitio laborare, prout saguis vel minus peccauerint, puniantur secundum canonicas sanctiones, quas efficacius & distinctius præcipimus obseruari, vt quos diuini timor à malis non reuocat, temporalis saltem pœna coërceat ad peccato, videlicet vt ab officio suspendantur, atque Ecclesiasticis beneficijs spoliēntur. A crapula & ebrietate omnes clerici diligenter abstineant, vnde vinum sibi temperent, nec ad bibendum quispian incitetur, cūm ebrietas & mentis inducat exitium, & libidinis prouocet incentiuum. Ideo illum abutium decreuimus penitus abolendum, quo in quibusdam partibus ad potus æquales suo modo se obligant potatores. Si quis autem super his se culpabilem exhibuerit, nisi à Superiori commonitus satisfecerit, ab officio & beneficio suspendatur. Clerici officia vel commercia secularia non exercent, maximè in honesta. Mimis & ioculatoribus & histrionibus non intendant. Tabernis prorsus euitent, nisi fortē causa necessitatis in itinere constituti. Ad aleas & taxillos non ludant, nec huiusmodi ludis intersint. Coronam & tonsuram habeant competentem, & se in officijs Ecclesiasticis & alijs studijs bonis exercent diligenter. Clausa deferant desuper vestimenta, nimia breuitate vel longitudine non notanda. Pannis rubeis aut viridibus, & manicis secularibus confutitijs, frenis, sellis deauratis, aut aliam superfluitatem gerentibus, non vtantur. Fibulas aut corrigias auro aut argento ornatas non ferant: nec annulos, nisi quibus cōpetit ex officio dignitatis. Præcipiendum est, vt nullus sacerdos fecundas, de quibus suspicio esse potest, retineat. Si presbyter, diaconus, subdiaconus de quacunque femina crimine fornicationis suspectus, post primam, secundam aut tertiam admonitionem inueniatur fabulari, aut aliquo modo cōuersari cū ea, ex cōmunicationi subdatur. Cum clericis non permittantur muliercule habitare, nisi fortē de illis personis extent,

in quibus naturale ius nil permittit criminis suspicari. Clerici ludos & ludibria non exercent in Ecclesia. Ex his elucescit, ad quam virtuosam, castam, exemplarem ac sobriam vitam teneantur sacerdotes & clerici siue canonici.

De præceptis & documentis Apostolicis ad sacerdotes pertinentibus. Articulus VII.

1. Timo. 3. Tit. 1.

Lepistola ad Timotheum atque ad Titum docet Apostolus Paulus, quales debeant esse Episcopi, dicens: Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, sobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hospitem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, non litigiosum, non cupidum, suæ domui bene præpositum, &c. Porro, in Epistola ad Titum aliqua addit Apostolus, scilicet quod oportet Episcopum esse non superbum, non iracundum, non turpis lucri cupidum, sed benignum, iustum, sanctum, continentem &c. Alia multa in epistolis istis scribit Apostolus ad Episcopos pertinentia. Sed vt Augustinus Ambrosiusque testantur, hæc omnia secundum intentionem Apostoli etiam ad sacerdotes pertinent, & de eis intelligenda sunt. Hoc quoque omnes Doctores scholastici, Alexander de Hales, Thomas, Valericus, Iohannes in Summa Confessorum, Bartholomæus in Summa Pisana, Durandus in sua, & Gratianus in Decreto testantur, atque ex modo procedendi Apostoli facillimè demonstratur. Cum enim scripsisset Apostolus, quales debeant esse Episcopi, statim scribit, quales debeant esse diaconi. Nec facit specialem de sacerdotibus mentionem: quod utique ideo contingit, quia sub nomine Episcopi sacerdotem etiam intellexit: & quod dixit de vno, intelligi volebat de alio. Vnde communiter dicitur, quod in primitiua Ecclesia non fuit inter Episcopos & sacerdotes distinctio. Siquidem in principio Epistolæ ad Philippen: scribit Apostolus: Ecclesiæ Dei, quæ est Philippis cum Episcopis & Diaconibus. Quo in loco post Episcopos expressisset sacerdotes potius, quam diaconos, si inter Episcopos & sacerdotes distinctionem fecisset. Sed obijci potest (vt Thomas ac Raimundus cum alijs dicunt) quod in primitiua Ecclesia & tempore Apostolorum fuit inter Episcopos distinctio secundum rem, non secundum nomen. Et respondendum, quod quantum ad aliqua, realiter conueniebant, & quantum ad ali-

Tit. 1.

1. d. c. clerico

Phillip. 1.

qua, distinguebantur. Conueniebant quidem, quia Episcopus non includit ordinem ultra sacerdotium, propriè loquendo de ordine. Septem nanque sunt ordines, & sacerdotium est ordo supremus. Vnde Episcopus supra sacerdotium non addit, nisi dignitatem quandam seu prelationem ob sedandas contentiones. Et in Ecclesiastico habetur: Non litiges cum homine potente. Veruntamen sacerdos, qui præest, erroribus & peccatis subditorum suorum zelo veritatis & intuitu Dei resistere & contradicere debet, etiam seriose ac feruiddè, si opus fuerit, cum discretione tamen atque modestia.

Ecclesi. 8.

De prudentia & scientia ad sacerdotes & clericos ordinandos pertinente, & qui libri ad curatos specialiter spectent, & qualis & quantum scientia requiratur ad sacerdotes, curatos, ac eorum vicarios.

Articulus VIII.

Vper quartum Sententiarum distinct. 24. ait Thomas: In quolibet actu hominis, si debet esse virtuosus & ordinatus, oportet quod ad sit directio rationis. Idcirco ad hoc, quod homo officium ordinis sui debet exequatur, oportet quod habeat tantam scientiam, quæ sufficiat ad hoc, quod dirigatur in actu illius ordinis: & tanta etiam scientia requiritur in eo, qui ad ordines promoueri debet. Nec oportet quod vniuersaliter in tota scriptura sit instructus, vel totius scripturæ scientiam habeat: sed requiritur scientia maioris vel minoris, secundum quod ad plura vel ad pauciora eius officium se extendit, vt scilicet illi, qui alijs preponuntur, curam animarum suscipientes, scient ea, quæ ad doctrinam fidei morumque pertinent, & alij sciât ea, quæ ad executionem ordinis sui spectât. Denique, sacerdos duos actus habet: vnum principalem supra corpus Christi verum, vtputa consecrare corpus & sanguinem Saluatoris: Alium habet actum secundarium super corpus Christi mysticum, vel super plebem sibi commissam. Et iste actus secundus dependet à primo, & non e conuerso. Vnde aliqui promouentur ad sacerdotium, quibus tantum committitur primus actus, vt religiosi, quibus non committitur cura animarum. Idcirco ab illorum ore non requiritur lex à plebe, sed solum quod Sacramenta conficiant. Ideo sufficit eis, si tantum de scientia habent, quod ea, quæ ad Sacramentum perficiendum pertinent, ritè implere & obseruare possint. Alij autem promouentur ad actum secundarium, qui est super

Exzech. 34.

super corpus mysticum, & à talibus populus legem Dei requirit. Propterea necessaria est eis legis scientia, non sic, vt sciât omnes difficiles questiones legis, quia in illis difficultatibus debet ad superiores haberi recursus: sed vt sciât ea, quæ populus eis commissus tenetur credere & seruare. Ad superiores verò sacerdotes (puta Episcopos) pertinet, vt etiam ea, quæ difficultatem in lege facere possunt, sciât: & tanto plùs, quanto in gradu altiori locantur, quemadmodum libro de Ecclesiastica Hierarchia sanctus Dionysius docet. His verbis Thomas, Iohannes in Summa Confessorum, Durandus, alijsque concordant. Addit quoque super quartum Sententiarum Albertus, quod in perplexis seu intricatis seu difficilibus atque dubijs materijs, tenetur sacerdos parochialis esse ita discretus, quod sciat talia esse difficilia, nec procedendum esse in illis absque Superiorum consilio, & canonum autoritate. Insuper dicit Albertus, quod sacerdos non tenetur scire, nisi in communi quæ peccata sint mortalia, & quæ venialia ex genere. Et hæc sciens, reputatur pro tæporis huius necessitate ad confessiones audiendas sufficiens. Et hæc nesciens, peccat mortaliter confessiones audiendo, & eum ad hoc instituens, peccat magis mortaliter. Similiter permittens talè ministrare, peccat mortaliter, si sua interest tale prohibere. Iterum dicit Albertus, quod tria sunt quasi de esse cõfessoris, sine quibus non potest quis sine peccato esse confessor: Primum est scientia discernendi inter peccata: secundum est cauta inquisitio de peccatis: tertium est discreta penitentię seu satisfactio nis iniunctio. De hac materia, scilicet quæ, qualis & quanta prudentia ad sacerdotes pertineat, in decreto dist. 36. & deinceps copiosissimè scribitur, atque inter cætera legitur: Imperitia sacerdotibus semper est fugienda, quia cum per ignorantiam excecari, aliquibus ducatum præbere cõperint, simul in foueã cadunt. Ideo ignorantiam maxime debent abijcere. Hinc in cõcilio Toletano habetur: Ignorantia mater cunctorum errorum, sacerdotibus maximè est fugienda seu vitanda, qui docendi officium in populo susceperunt. Sacerdotes enim legere sacram scripturam monentur, Paulo apostolo dicente ad Timotheum: Attende lectio, exhortationi, doctrinæ. Sciât ergo sacerdotes sacras scripturas & canones, vt quântum ad eorum pertinet statum, omne opus eorum in prædicatione atque doctrina consistat, atque ædificent cunctos, tam fidei scientia, quam operum disciplina. Idcirco & Leo Papa testatur: Si in laicis intolerabilis est igno-

Mar. 17.

1. d. c. ignorantia.

1. Timo. 4.

1. d. c. si in laico.

rantia, quantum magis in his, qui præ sunt, nec excusatione est digna nec venia? Præterea, secundum beatum Augustinum, vt dist. 38. habetur: Sacerdotibus ad discendum atque sciendum necessaria, necessarij sunt liber Sacramentorum, Lectionarius, Antiphonarius, Baptisterium, Computus, Canones penitenciales, Psalterium, Homiliæ per circulum anni dominicis diebus & singulis festiuitatibus aptæ. Ex quibus omnibus si vnum defuerit, sacerdotis nomen vix in eo consistere poterit. Hos autem libros vnusquisque sacerdos curatus habere tenetur, emendo, scribendo, vel alio modo: & in eis sit studium, occupatio, recreatio eius, vt tæpus fructuosè deducat. Nec in potationibus, venationibus & similibus vanis & vilibus, & sibi valdè prohibitis actibus occupetur. Sermones quoque & historias seu Legendas sanctorum habeat, diligenterque legat. Porro, de scientia Canonum videtur simplicibus curatis sufficere, vt sciânt ea, quæ in libro provincialium statutorum suæ diocesis continentur, & si quæ talia sunt, quæ eos scire oporteat. Ideo vnusquisque curatus librum synodaliũ statutorum suæ diocesis siue Ecclesiæ debet habere. Ignorantia enim iuris non excusat. Et Apostolus loquitur: Qui ignorat, ignorabitur. Per Oseam quoque Prophetam Dominus cõminatur. Quia tu scientiam repulisti, repellam & ego te, ne sacerdotio fungaris. Vnde Chrysostomus: Sapientissimum esse oportet & perspicacem in omnibus sacerdotem, & mille (vt dicitur) oculos ex omni parte habentem, vt non solum sibi, sed populo viuat.

1. d. c. quæ ipsi.

1. Cor. 14.

Chrysostomus.

Quod sacerdotes & clerici, & præsertim curati, debent hospitalitati & cæteris actibus misericordiæ insudare, auaritiã quoque prorsus vitare. Articulus XXI.



Uamuis vniuersi Christi fideles secundum exigentiam suæ facultatis & proprii status, ad opera misericordiæ teneantur, quæ septem sunt, quorum hospitalitas vnum est, specialiter tamen sacerdotes & clerici: Primum, quia vt ait Hieronymus: Domus clericorum omnibus debet esse communis. Nempe vt sanctus Bernardus & alij sancti testantur: Quicquid clerici de bonis Ecclesiæ habent ultra simplicem victum & vestitum, hoc pauperum est: & si talia sibi retineant, nec egenis communicent, furtum, rapinam, sacrilegiumque committunt. Ergo & domum & lectum peregrinis & pauperibus communicare tenentur, susci-

susci.

suscipiendo illos hospitio loco & tempore oportuno . Secundò ad sacerdotes curatos pertinet, subditos suos ad hospitalitatem & alia misericordiæ opera exhortari, quod bona fronte facere nequeunt, nisi personaliter hospitales & misericordes existant. Hæc rationem Raimundus assignat. Insuper, opera misericordiæ in præsentî & futuro remunerantur à Deo, dicente Apostolo: Exerce te ipsum ad pietatem. Nâ pietas ad omnia utilis est, promissioné vitæ habens quæ nûc est & in futuro. Iterum, cum Sacramentum altaris sit Sacramentum pietatis & communionis, iustissimum est, vt sacerdotes tanti Sacramenti cõsecratores, sint operibus charitatis, pietatis & liberalitatis abundanter intenti: & sicut ipsi sunt quasi hospitium Sacramenti quod sumunt, sic domus eorum sint peregrinorum pauperumque hospitium. Non ergo sacerdotes & clerici sibi superfluè thesaurizent, neque de bonis Ecclesiæ propinquos & consanguineos (ne dicam filios & filias) ditent, nec cum illis neq; cum alijs in ordinatè & delicatè Ecclesiastica bona consumant, nec de castino immoderanter extent solliciti, quasi de Deo & prouidentia pietateque eius diffident: sed de his quæ sibi superfluunt, indigentibus pro posse succurrant, præcipuè spiritualibus filijs suis, videlicet subditis suis domesticisque egenis, ne ad vsuram confugere compellantur. Et circa præcipua festa aliquid lautioris cibi ac potus prouideant atque communicent illis, siue ad acquirendum dando pecuniam, siue cibos & pocula ministrando ac tribuendo. Itaque quamuis omnibus Christianis, præsertim tamen sacerdotibus & clericis, est diligentissimè aduertendum, ac iugiter recolèdum, quod sanctus ait Basiliius: Si tibi fateris diuinitus prouenisse temporalia bona, an iniustus est Deus, inæqualiter nobis omnibus distribuens? Cur tu abundas, ille verò mendicat, nisi vt tu bonæ dispensationis merita consequaris, ille autem patientiæ brauijs decoretur? Felici panis est quem tu detines, nudi tunica, quam tu in conclau conseruas, discalceati calceus, qui apud te marcescit, indigentis argentû, quod possides in humatum aut clau sum. Quocirca tot indigentibus iniuriaris, quot dare valeras. His per omnia consonat, quod beatus Ambrosius ait, & habetur in Decreto dist. 17. c. Sicut hi: vbi inter cætera loquitur: Nunquid iniquus est Deus, vt nobis non equaliter distribuat vitæ subsidia, vt tu quidem esses affluens & abundans, alij egerent? An idcirco magis sic accidit, quia & tibi voluit

1. Tim. 6.

Mat. 6.

Ibidem.

Deus benignitatis suæ experimenta conferre, & alium per virtutem patientiæ coronare? Tu ergo susceptis muneribus & in finitum redactis, nihil reputas agere iniquû, si tu multorum in te subsidia solus obtineas? Quis enim tam iniustus, tam avarus, quàm qui multorum alimenta, suum non vsurum, sed abundantiam & delicias facit. Neque enim minoris est criminis habenti tollerere, quàm cum dare possis & abundes, indigentibus denegare. Esurientium panis est quem tu detines, nidorum vestimentum est, quod recludis, miserorum redemptio & absolutio est pecunia, quam in terram defodis, aut in scrinio claudis. Tantorum ergo te scias bona inuadere, quantis vales præstare, & non præstas. Denique Augustinus esatur: Tanta est apud Deum hospitalitatis virtus & gratia, vt nec potus frigidæ aquæ careat præmij remuneratione. Vides quod Abraham & Loth angelos receperunt hospitio, dum hospites quæsierunt & homines recipere putauerunt. Et tu ergo suscipis Christum, dum suscipis hospitem, quia in hospite Christus est, quoniam Christus in paupere est, quem admodum ait: Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Et iterum: Hospes fui, & non suscepistis me. Hinc ait Chrysolomus: Qualem mercedem habet, qui propter Deum peregrinatur, talem habet, qui suscipit peregrinum: & sicut ambò equales, videlicet qui propter Deum refrigerat, vel qui propter Deum laborat. Ambrosius quoque: Publica (inquit) est species humanitatis, vt peregrinus hospitio indigeat, suscipiatur officiosè, piè tractetur, reuerenter, tanquam Christi membrum, loquatur, non in viliori loco aut lectulo. Item sacra scriptura ad hospitalitatem vbertim inuitat. Si quidem Petrus Apostolus in prima sua scribit Epistola: Hospitales inuicem estote sine murmuracione. Et Paulus: Charitas fraternitatis maneat vobiscum, & hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio receptis. Præterea ex præinductis ostenditur, quantum sacerdotibus & clericis, præsertim curatis, auaritia fit vitanda, detestanda, calcanda, cum ipsi præ cæteris debeant in Deo confidere, spiritualibus inhærere, diuino amore flagrare, libera mente Ecclesiasticis rebus vacare, alios ad contemptum terrenorum inducere, & quæ superfluis, indigentibus erogare, vt impleant illud Apostoli. nabentes victum & quibus tegamur, his quidem contenti sumus. Qui enim volunt diuites fieri, incidunt in tentationes & laqueum

Marc. 9.

Heb. 11.

Mat. 11.

Eodem.

1. Pet. 4.

Heb. 11.

Deut. 16.

1. Tim. 6.

laquei Diaboli. Ideo dicit Gregorius: Deo omnium bonorum auctori inhærere non valeamus, nisi cupiditatem à nobis, quæ omnium viciorû radix est, abscindamus. Quantum etenim mès amplius occupatur circa terrena, tantò plus impeditur à dilectione superna, à puritate interna, à sollicitudine spirituali, à consideratione atque custodia sui ipsius, ac aliorum salubri. Hinc ait Ambrosius super Lucam, & habetur in Decreto distinct. 47. Sicut hi, qui per insaniam mente translati sunt, non iam res ipsas, sed passionis suæ phantasia attendunt, ita mens auari cupiditatis vinculis constructa, semper aurum, semper argentum attendit & cogitat, semper redditus computat, aurum gratius quàm solem intuetur. Ipsa eius ad Deum oratio aurum quærit: Interdum etiam arte vsuræ nequissima ex auro aurum nascitur: sed nec fatietas vnquam, nec finis erit cupiditati. Sed ait avarus: Quid iniustum est, si cum aliena non inuado, propria diligentius seruo? O impudens, quid dicis? quid propria dicis? quid ex diuitijs tuis in mundum hunc detulisti? quibus stipatus facultatibus hanc ingressus es lucem? Ex his constat, quàm verè in ecclesiaste scriptum est: Avaro nihil est scelestius: nil iniquius, quàm amare pecuniam. Avarus enim animam venalem habet. Hinc quoq; Apostolus omnium malorum radicem dixit esse cupiditatem, & auaritiam idolorum asseruit seruitutè. Nam sicut idolatra creaturam præfert creatori, quantum ad cultum: ita avarus ista terrena præfert Deo, quantum ad inhæSIONem, quia ad ea afficitur potius, quàm ad Deum. Ideo nanque ait Saluator: Nolite thesaurizare in terra, sed in cælo: Vbi enim thesaurus tuus, ibi & cor tuum. Et Augustinus prohibuit: Vbi amor, ibi oculus: & verius est anima vbi amat, quàm vbi animat. Insuper, sacerdotè qui alijs præest, oportet esse iustum, constantem, syncerum, vt nec amore, nec odio, nec damni timore, nec lucri cupidine ab æquitate in iudicando recedat. Hoc autem avaris non competit, quoniam timore offensa ac damni, atque amore fauoris ac lucri peruertunt iudicium: Mose enim testante, Munera excecant oculos sapientum, & subuertunt verba iustorum. Idcirco in libro Iob scribitur: Multitudo donorum non inclinet te. Postremò in presidentibus summè necessarium est, & summè ab eis exigitur, vt in suis operibus nequaquam quærant propria commoda, sed Dei gloriam & honorem, & subditorum salutem ac bonum. Aliter essent tyranni, non

Rectores, sed subuersores, vt etiam Aristoteles scribit in Politicis, & Thomas in libro de regimine Regum, atque Aegidius in libro de regimine Principum probant. Avarus autem propria iugiter commoda cogitat, aut intendit, aut quærit. Ab omni ergo auaritia oportet sacerdotem curatum, & omnem præfidentem ac iudicem esse immunitem. Possent demùm hoc loco contra auaritiam, & de ipsius vilitate & detestabilitate multa induci, sed de his & de misericordiæ operibus, tam corporalibus quàm spiritualibus, infra (vt recor) mentio erit.

Quòd sacerdotes & clerici, maxime autem curati, debent suis domibus bene esse præpositi.

Articulus XII.



Haritas debet esse ordinata, vt homo primò & super omnia spiritaliter diligat Deum, deinde seipsum in Deo. Propter quod loquitur in Evangelio: Quid proficit homo, si lucretur vniuersum mundum, seipsum autem perdat? Deinde parentes, deinde vxorè & filios ac filias, deinde propinquos, deinceps familiam: deinde qui alijs præest, eos quos quotidie magis habet præsentès, putà domesticos, prius ac diligentius debet diligere, instruere, corrigere, castigare, vt domestici eius alijs in exemplum ponantur. Et hoc est domui suæ bene esse præpositum, domesticos suos verbo & exemplo à vitijs ad virtutes prouehere, vt quod ab alijs exigit, primò à domesticis suis reputat. Quicquid enim prauitatis fit præsentè prælato, hoc ei est turpius, sicut ad eugenium Papam describit Bernardus: Virtus nanque & vitium domesticorum redundant in patrem: familias ac familiæ Dominum. Ideo asserit Augustinus: Domus & conuersatio Episcopi quasi in speculo posita est: quicquid ibi fit, id sibi omnes arbitrantur licere. Et hoc de domo & vita cuiuslibet potest dici prælati. Denique, sicut in Summa Confessorum habetur, Si domestici (scilicet filij aut filij siue familia) incorrigibiles essent, expellendi à domo sunt, si pater familias probabiliter estimat eos per hoc emendandos: alius patronus criminis videretur, quem admodum is qui vxorem teneret adulteram: Si verò probabiliter credit eos per hoc licentius peccare, & per suam diligentiam videt eos à multis malis, quamuis nõ ab omnibus retrahi, non oportet quod abiciat illos, nec tamen ipsi imputatur culpa illorum. Nam & in congregacionibus domibusque iustorum inueniuntur iniusti.

47. q. c. quæ
sumlibet.

Genes. 22.

Malach. 1.

Eccles. 9.
Eccles. 7.
Esaie. 14

Gene. 3.

Matt. 26.
Iohann. 19.

Eccles. 18
Iob. 31.

Roma. 12

Ezech. 3.

Vnde in Epistola Vincetij Donatistiani Augustinus fatetur, quod etiam in Decreto dicitur in c. 47. allegatur: **Quantumlibet vigilet disciplina domus mee, homo sum, & inter homines viuo. Nec mihi arrogare audeo, quod domus mea melior sit arca Noë, ubi inter octo homines vnus peruersus inuentus est: aut melior sit quam domus Abrahæ: cui dictum est: Ejice ancillam & filium eius. aut melior sit quam domus Isaac, cui de duobus geminis dictum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Similiter autem factor charitati vestrae coram Deo Domino nostro, qui testis est super animam meam, quia ex quo Deo seruire cœpi, sicut expertus sum difficulter posse inueniri meliores his, qui in monasterijs profecerunt, ita non sum peiores expertus, quam qui in monasterijs defecerunt. Denique, ista est virtuosus & sapientibus viris ingens atq; continua causa timendi, quia vbique est casus, vbique periculum. Nullibi que in hoc seculo securitas, vbi nescit homo an amore dignus sit an odio, & inter optimos pessimi sunt admixti. Verissimè equidem Salomon ait: Nemo potest corrigere, quem Deus despexerit. Hinc dicit Bernardus: Si casus non defuit in regno maiestatis, quo summus angelorum cecidit cum suis: neque in paradiso voluptatis, quo homo corruit protoplastus: nec in collegio vnitatis, vnde proditor Iudas est lapsus, quis in isto exilio erit securus? Ideo ait scriptura: Sapiens in omnibus metuit. & Beatus homo qui semper est pauidus. Sanctus quoque Iob profitetur: Semper quasi tumentes super me fluctus timui Deum. Postremò, secundum Raimundum, duplex est causa, cur prælatus debet esse suæ domui benè præpositus. Prima, quia non habet frontem reprehendendi alios, qui suos corrigere negligit. Secundò, quia talis videtur negligens, euidenter ideo prælatione indignus est: quia secundum Apostolum: **Qui præest, in solitudine debet præesse.** Si verò fecerit quod in se est, apud Deum est excusatus, prout ad Ezechielem Dominus ait: Si annuntiaueris impio vt conuertatur, & ille conuersus non fuerit, in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberaisti. Hinc sanctus Cornelius Papa in epistola ad beatum Cyprianum disseruit: **Quod ad nos attinet, non scientiæ nostræ conuenit semper operam dare, ne quis ex culpa nostra de Ecclesia pereat. Si quis autem vltro crimine suo perierit, nos in die iudicij futuros credimus inculpato, illos que solos in pœnis mansuros, qui noluerunt con-****

filij nostri salubritate sanari. Nec mouerè nos debent conuitia perditorum, quo minus via recta recedamus, quam Apostolus instituit, dicens: **Si hominibus placerem, Christi seruus non essem.**

De moderato ac decenti uestitu sacerdotum ac clericorum. Articulus XIII.



Apostolus ait: Nolite conformari huic seculo, sed renouamini spiritu mentis vestre. Itaque iuxta sanctorum Patrum Basilij atque Ildori documenta, sicut sacerdos siue canonicus gradu & ordine, ita in vita, temperantia, incessu ac vestibus à secularibus debet differre. Omnis igitur vanitas, pompa, superfluitas, pretiositas nimia à vestimentis sacerdotum ac clericorum est excludenda, vt nec numero, nec pretio, nec curiositate excedant. Vnde in septima synodo legitur, & habetur in Decreto ca. 21. q. 4. Omnis iactantia & ornatura aliena est ab ordine sacro: eosque Episcopos & clericos, qui se claris & fulgidis vestibus ornant, emèdari oportet: quia si in hoc permanferint, epitimio tradantur. Similiter eos qui vnguentis vnguntur: impij quoque deridentes eos, qui vilibus & religiosis vestimentis amicti sunt, per epitimium corrigantur. Priscus enim temporibus omnis sacratu vir, scilicet in sacris ordinibus constitutus, cù mediocri ac vili veste cõuerfabatur. Omne quippe quod non propter necessitatem, sed propter venustatem accipitur, elationis habet calumniam, quemadmodum magnus ait Basilius. Sed neque ex sericis texturis vestem variatam quis induat, neque apponat variorum colorum ornamenta in summitate vestimentorum, sed audiat Christum dicentem: **Qui mollibus induuntur, in domibus regum sunt.** Denique in sexta synodo scribitur: Nullus eorum qui annumerantur in clero, vestimentum indecens habeat siue in ciuitate degens, siue in itinere ambulans. Si quis verò tale quid fecerit, per vnam hebdomadam suspendatur, sed stolis vtatur, quæ concessæ sunt talibus. Hinc Zacharias Papa instituit: Episcopi, presbyteri, diaconi indumentis secularibus non vtantur, sed vestibus suo ordini congruentibus. Neque dum ambulauerint in via aut in plateis, sine operimento ambulare præsumant, nisi in itinere longo. Quia mulier in Ecclesia orans non velato capite, deturpat caput suum. Quod si temerè præsumperint contra statuta agere, siue

Eph. 4.

21. q. 4. omni.

Matt. 11

21. q. 4. c.

1. Cor. 11.

21. q. 4. c.

sine

ta sunt

1. præcipimus
21. q. 4.

1. q. 4.

Inlexorio
sunt vestiti
sacerdotum.

ta sunt impleant. Insuper Leo Papa testatur: Sine ornatu sacerdotali extra domos apparere nullatenus conuenit, ne aliquas secularium iniurias patiantur. Qui contra fecerit, aut desinat, aut canonicæ subiacet disciplinae. At verò Innocentius Papa secundus: Præcipimus enim, inquit, vt tam Episcopi quam sacerdotes & clerici, in statu metis, in habitu corporis Deo & hominibus placere studeant, & nec in superfluitate aut icissura vel colore vestium, nec in tonsura ad spectum intuentium, quorum forma & exemplum esse debent, offendant: sed potius quod eorum deceat sanctitatem, obseruent. Quòd si moniti emendare noluerint, Ecclesiasticis careant beneficijs. Denique de hac re in d. 11. multa habentur, videlicet: Episcopus humilem supellestem, in esam ac victum pauperè habeat, & dignitatis suæ auctoritatè fide viteq; meritjs quærat. Clericus professionem suam habitu & incessu probet. Ideo nec vestimentis nec calceamentis quærat decorem. In incessu debet sacerdos esse maturus, vt grauitate itineris grauitatem mentis ostendat. Incompositio enim corporis, inæqualitatem indicat mentis, vt loquitur Augustinus. Ex his demonstratur, quàm grauitè peccent sacerdotes & clerici siue canonici, vestibus curiosi, pretiosi, superflui, seculares, pomposi, suis vanitatibus muliercularum fragiles animas prouocantes, quod secundum Doctores mortali culpa non caret. Deinde Iohannes Baptista ait: Qui habet duas tunicas, det vnã non habenti, id est, qui vnã superflua habet, cõmunicet indigenti. Quomodo igitur peccant clerici, tot paria vestimentorum habentes diuersorum colorum, vestimenta iuxta proprietatem temporum hyemis tenentes? Nunquid tanta superfluitas & pompa ad simplicem peccant vestitum? Nunquid tales quod necessitati vtilitatiq; superest, pauperibus largiuntur? Quomodo ergo salui erunt, nisi emendent, mundana despiciant, humilitate ceterasq; apprehendant virtutes? Hinc S. ait Bernardus: Dignũ est vt qui altari deseruit atq; Ecclesiæ, & de bonis Ecclesiæ viuat: viuat, inquam, non superbiat, non luxurietur, neque ditetur, nec in vanitate ac superfluitate dispergat. Nec varia griseaq; pellicea à collo & manibus diuersificata, aut rubricatas murium pelles detoret. Sed excusant se excæcati, & dicunt: Propter honorem status nostri & honestatem Ecclesiæ, oportet nos hæc facere, sic vestire, sic ire. Nec penitent in quo verè consistat honor cleri & honestas Ecclesiæ. Cùm enim, teste Ildoro, ho-

nestum dicatur quasi status honoris, honor autem secundum Philosophum debeat virtuti, id est, verè honestum, quod est virtuosum. Et Tullius asserit, & Thomas in secunda secundæ. Honestas in verã consistit humilitate, in vera mansuetudine, patientiâ, charitate, omni que mundalium vanitatum & superfluitatum contemptu, in decore interio, non in apparatu exteriori: in temperantia ac persimonia victus, non in superfluitate vestitus: in corporis castigatione, in sanctorum Patrum imitatione, in edificatione proximorum, in deuota, reuerentiali ac debita persolutione diuinorum officiorum, in obseruationibus præceptorum Dei & cõciliorum ac summorum Pontificum. Postremo, ipsemet Christus totius honestatis fuit exemplar, author & doctor, deinde sancti Apostoli. Nunquid isti in exteriori gloria vestimentorum, superfluitatum, & non potius in præinductis virtutibus honestatem posuerunt Ecclesiæ? Illos ergo imitari oportet, & non eos qui suas vanitates & vitia sub specie honestatum & virtutum excusant.

An sacerdos seu alius ordinatus, in mortali peccato existens, peccat mortaliter in omni actu ordinis sui. Articulus XIII.



Anc quæstionè sanctus Thomas super quartum Sententiarũ dist. 24. soluit hoc modo: Lex præcipit, vt homo iuste ea que iusta sunt, exequatur. Idcirco quicumque, id quod sibi competit ex ordine, facit indignè, ille quod iustum est iniuste exequitur, & contra diuine legis agit præcepta, ideo peccat mortaliter. Quicumque autem cùm mortali peccato aliquod diuinum pertrahat officium, seu alicuius ordinis actũ exequitur, non est dubium quin indignè hoc faciat, vnde mortaliter peccat. Huic dicto omnium Doctorũ concordat scientia, scilicet Alexandri de Hales, Alberti, Raimundi & aliorum. Ita sacerdos in mortali peccato scienter existens, in omni actu ordinis sui peccat mortaliter, vtputa non solum quotiescunq; celebrat, sed etiam quotiescunq; confessiones audit & absoluit, quotiescunq; populis prædicat, quoties aquam benedicit aut adspersit, quotiescunq; baptizat, nisi in necessitate extrema articulo: quotiescunq; publicè corrigat delinquentes, qui in minoribus sunt peccatis quã ipse: quotiescunq; inungit, & similibus sui ordinis atq; officij actibus vacat. Quo patet, quàm periculosissimus sit status sacerdotum, potissimè curatorum negligentũ atq;

Z. carna-

carum. Præcipue autem talis sacerdos mortaliter peccat in celebrando, deinde Sacramenta alijs ministrando. Nam in omnibus his temerariè, præsumptuosè, irreuerenter & ingratiè se habet. Celebrare tamen est actus valde priuilegiatus, & ad ipsum præsertim a qualis deuotio secundum Doctores exigitur. Dicit in super Thomas super quartum Sententiarum, quod prædicat verbum Dei, & non viuens secundum illud, mortaliter peccat, quoniam quantum in ipso est, intentionem sacræ scripturæ euacuat. Intètio namq; scripturæ est, homines à vitijs ad virtutes transferre. Sed maius est aliquid dicere factò, quam verbo solo. Dú aliquis bona prædicat, & tamen oppositum agit, factò demonstrat non esse agendum vt prædicat: sicq; quantum in ipso est, intentionem euacuat sacræ scripturæ. Iterum scribit Thomas, quod ex officio corripuens alium publicè, peccat mortaliter, si in mortali peccato scienter existens hoc agat, quia officium suum exercet indignè, & contra ordinem charitatis, quæ incipit à seipso. Hæc omnia in Summis doctorum, videlicet Durandi, Iohannis & aliorum copiosè habentur, quamuis Thomã, quia famosus & sanctus Doctor est, magis allego: immo beatus Ambrosius & antiqui Doctores sancti manifestè hæc scribunt. Itaq; constat, in quàm innumerabilia atque enormia labantur peccata sacerdotes, maxime curati & eorum vicarij, qui viuunt indignè, qui non debita cum diligentia discutunt atque custodiunt conscientias suas, qui non curant sollicitè iuxta sublimitatē ac exigentiam ordinis & officij sui seruire Omnipotentis: quorum (vt sic loquar) iniquitates & scelera super arenam maris multiplicari videntur. Veruntamen præin ductis quis potest obijcere? Nemo perplexus esse potest, id est, nullus ita est, vt peccatum mortale vitare non queat. Sed sæpè contingit, vt sacerdos in mortali existens peccato, ex debito sui officij teneatur ad celebrandum: ergo siue celebret, siue non celebret, peccat mortaliter, & sic videtur perplexus. Præterea, quicumque communicat alicui in peccato mortali, peccat mortaliter. Si ergo sacerdos iniquè in vsu ordinis sui peccat mortaliter, etiam qui ab eo exigit aliquid diuinorum, vt qui ad celebrandum aut similem actum Sacramentalem induceret, peccat mortaliter. Ad hæc Thomas respondet, quod quãdium minister Ecclesiæ, qui est in mortali, ab Ecclesia sustinetur, ab eo recipere potest quis Sacramenta, vt est subditus eius qui ab eo Sacramenta recipere debet, quia ad hoc

obligatur: sed tamen præter necessitatis articulum non esset tutum, quod eum induceret ad aliquid sui ordinis exequendum, durante conscientia, qua iudicat illum esse in peccato mortali, quam tamè disponere posset, quoniam in instanti homo per diuinam gratiam emendatur. His adijcit Thomas: Quandoquocunq; ordinatus (præsertim sacerdos) in mortali existens, exhibet se in aliquo actu vt ministrum Ecclesiæ, peccat mortaliter, & toties quoties talem facit actum, quia in primo ca. Ecclesiasticæ hierarchiæ docet Dionysius: Immundum nec symbola (id est, Sacramentalia signa) tangere fas est. Vnde quando tangit res sacras, vt calicem vel con similia, quasi officio vtēs, peccat mortaliter. Secus esset, si in casu necessitatis aliquod sacramentum exequeretur siue contingeret, in illo videlicet casu, in quo etiam laicis quibusdam liceret, vt si baptizaret in necessitate articulo, vel si corpus Christi in terram proiectum colligeret, potissimè dum alius melior non adesset sacerdos.

De preparatione ad celebrationem. Articulus X V.



Vm itaque tam periculosissimè damnabilissimèq; consistat, non sacerdotaliter viuere, & ordinis sui actus atq; officij sui opera exequi indignè, vtputa non existendo in statu salutis, id est, in charitate & gratia, merito debet vnusquisq; sacerdos antequam ad celebrandum accedat, conscientiam suã diligentissimè examinare, vitam & mores suos discutere, quid boni omiserit, quid mali commiserit, qualiter tempus suũ expenderit, viuaciter considerare. Pset ergo sacerdos an diuina præcepta obseruet, Ecclesiæ statuta impleat, an alijs exemplaris existat, an homines vnuerfos, tam inimicos q̃ amicos syncerè diligit, an circa omnes charitate & dilectione afficiatur, an iuxta debitum sacerdotalis ordinis virtuosè & irreprehensibiliter cõuersetur, an sibi commissos debite regat, in struat, moneat, corripiat atq; ædificet: Si mète, ore & opere ab inuisibilibus hostibus animas eorum munire ac custodire non cesset, si bona Ecclesiæ debito modo expendat, si in cibo, potu, somno veltibusq; moderanter se habeat, si in his atq; similibus inuenit coram Deo laudabiliter se habere, gratias agat humilimas ex totis præcordijs Deo altissimo, cuius dona sunt omnia nostra bona, & cuius munerata sunt merita nostra. Ideo sibi ipsi nihil ascribat, nisi oẽm fragilitatē, defectuositatē, ad oĩa vitia pronitatē: sicq; seipsum cū sollicitu-

solicitudine grandi custodiat, sicut ait Apostolus: Qui stat, videat ne cadat. Et Salomõ: Omni, inquit, custodia custodi cor tuum. Studeatq; quotidie in bonis proficere, in humilitate, mansuetudine, patientia, deuotione, charitate crescere ac firmari, & Dei auxilium pro hoc iugiter fideliterque imploret. Porro si in prædictis aut in aliquo prædictorum inuenerit se culpabilem, iuxta grauitatem peccati cordialiter doleat, emendationem proponat, cõsitateur, satisfaciatur, emendet, sicque in Deo confidens, cum debita humilitate, deuotione & charitate ad celebrandum procedat, illud Apostoli Pauli profundè pendens. Quicumque manducauerit panem hunc vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Itemque: Probet se ipsum homo (id est, se diligenter examinet) & sic de pane illo edat & de calice bibat. Qui enim manducat indignè, iudiciũ sibi manducat, non dijudicans corpus Domini. Insuper omnis sacerdos causas institutionis Sacramenti altaris, videlicet cur Christus in cœna nouissima hoc superuenerandissimum instituerit Sacramentum, sapienter atq; multoties contempletur. Cuius vtiq; institutionis prima causa est, recordatio totius ardentissimæ ac plenissimæ dilectionis Christi ad nos. De qua dilectione ipsemet dixit: Maiorem hæc charitatē nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Hoc quippe est summa dilectio, dum quis non sua dona duxat, sed seipsum quocunq; donat dilecto. Rursum, cum amoris proprietates sit, amantem vnire amato, per hoc quod Christus in Sacramento seipsum nobis substantialiter vnit, patet ipsius ad nos mutua dilectio ac summa. Toties ergo flammascit spiritus noster ad Deum, totiesq; inflamatur ac penetratur, quoties celebramus, quoties Sacramentum hoc consecramus ac sumimus, quoties charitatem Christi ad nos recordamur, quoties tantæ dilectionis pignus præ oculis habemus, manibus cõtractamus, ore suscipimus. Ideo nanque Saluator instituto hoc Sacramento, dixit ac iussit sanctis Apostolis, & in eorum persona sacerdotibus vnuerfis. Hoc quotiescunq; feceritis, in mei memoriam facietis. Que vtiq; verba sunt mirabiliter affectuosa ac dulcia, pièq; mentis inflammatia. Secunda causa institutionis huius pretiosissimi Sacramenti, est recordatio dominicæ passionis, immo omnium quæ filius Dei pro salute nostra assumpsit, fecit ac pertulit, vtputa nostræ incarnationis, ac in seculo isto sanctissimæ conuersationis, vltimæ cõ-

nationis, acerbissimæ passionis, gloriosæ resurrectionis & ascensionis, sicut Psal. prædixit. Memoriam fecit mirabilem suorum misericors & miserator Dñs, escam dedit timentibus se. Attēdamus ergo quotidie recollecta ac diligentissima mente, quanta pro salute nostra Vnigenitus Patris æterni assumpsit, egit & passus est: quomodo ipse Rex gloriæ, Dñs virtutũ, Deo Patri equalis, verusq; deus, nostram naturã assumere & sibi immediatè hypostatica vnio copulare dignatus est, in quo manifestatur immensa bonitas ac dignatio eius: quanta etiam pro nobis fecit in mundo hoc, in quanta paupertate, humilitate ac patientia vixit: quomodo hic discurrendo, prædicando, & alijs modis laborauit pro nobis: quanta demum pro nobis perpeffus est, quot derisiones, contumelias, detractiones, blasphemias, dicentibus de ipso obduratis impijssimisq; Iudæis: Insanit, Demonium habet: Homo vorax, potator vini. In Principe demoniorũ eijcit demonia. Hic blasphemauit: Seducit populũ, atq; similia. Deinceps quàm crudelissimè eum interfecerunt, cogitemus attentius: qualis fuit ille timor Christi, què spontè ac dispensatiè assumpsit, quando factus in agonia, prolixè orauit, & factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terrã. Psetem quàm ferociter Iudæi & cohors ac tribunus Christi cœperunt, ligauerunt, traxerunt, totaq; nocte illa afflixerunt, faciem eius gratiosam velando, conspuèdo, cedèdo. Qualiter propter nos alba veste atq; purpureo indumento derisus est, quàm poenalisimè flagellatus, & vsq; ad costas verberibus laceratus: quomodo spinis coronatus, arundine cæsus, & ibi tunc rursus consputus, alapis cæsus, derisus ac blasphematus: quomodo ignominiosissimè morti est adiudicatus, inter latrones eductus, & confusibilis illis, quia proprijs humeris crucem sibi baiulans est egressus. Qualiter fatigatus & cruci affixus, inter sceleratos suspensus, aceto & felle potatus, & ibi denudè blasphematus, derisus, & summè ineffabiliterq; despectus. Quantũ etiã, quàm intimè in omnibus his suæ dulcissimæ Genitrici cõpassus, cuius angustias & dolores ipse solus clarissimè nouerat. Intueamur cum quanto tormẽto in cruce rã diũ pepedit, ita distētus, quod ossa poterat numerari, quod venæ & nerui disrumpebantur. Quantã sustinuit poenã, dum nobilissima anima eius à suo sacratissimo atq; tenerissimo corpore separabatur. Horum memoria cor sacerdotũ iugiter depungatur, decoretur, & arctetur. Nec nobis sufficiat nuda memoria, sed cum

phibitio.

Psal. 119.

Psal. 28.

1. Corin. 10.

1. Corin. 10.

1. Corin. 10.

1. Corin. 10.

1. Corin. 10.

Luc. 7.

Matt. 11.

Luc. 11.

Marc. 22.

Luc. 22.

Luc. 22.

1. Corin. 10.

1. Corin. 10.

Matt. 27.

Luc. 22.

Marc. 15.

1. Corin. 10.

Psal. 119.

Matt. 27.

Marc. 15.

Luc. 22.

1. Corin. 10.

feruenti amore, cum interna compassione, cum fideli ac debita imitatione hęc cogitemus. Discamus Christi exemplo adueritates, derisiones, oblocutiones, iniurias libenter & æquanimitè sustinere. Nō vindicemus nosmetipsos, nec malum pro malo, sed pro malo bonū, pro odio dilectionē reddamus. Non enim est seruus maior Domino suo. Et ut Petrus Apostolus testatur: Christus passus est pro nobis, relinquens nobis exemplū, ut sequamur vestigia eius. Paulus quoque fatetur: Si compatimur, & conregnabimus. Quando cunq; sentimus nos aliqua elatione, impatientia, crudelitate, concupiscentia aut simili vitio tentari, moueri, grauari, statim passionem Christi eiusque humilitatē, patientiam, pietatem, & ceteras eius virtutes ad memoriam reuocemus, atque ipsius exemplo humiles, patientes & mundi esse discamus. Causa tertia institutionis Sacramenti istius, est declaratio liberalitatis christi ad nos, & roboratio spei nostrę ad ipsum. Ex hoc enim quod Christus in Sacramento ita seipsum tribuit nobis in cibum & potū animę salutarem, clarissimè patet illius ad nos liberalitatis summa, atque ex eo roboratur ac inflammatur spes nostra, quod scilicet libentissimè tribuit nobis dona gratiæ suę, qui seipsum sic nobis communicat, dummodo ex parte nostri defectus non fuerit, & si cum decenā & debita instantia indefinenter ac fiducialiter inuiscauerimus eū, sicut in Euangelio ait Saluator: Oportet semper orare, & non deficere. Et ut in Deuteronomio Moses loquitur: Cum quęsieris Dominum Deum tuum, inuenies eum, si tū toto corde quęsieris eum, & tota tribulatio ne animę tuę. Ideo iuxta Apostolum: Cum fiducia accedamus ad thronum gratiæ eius, & cum omni humilitate seruore atque constantia exoremus, &c. Quarta causa institutionis præfatę, est copiosa & multiplex & misericordissima subuentio indigentię nostrę. Huius quippe dignissimi celebratio ac sumptio Sacramenti, est nobis quotidianum contra quotidiana nostra peccata remedium, infirmitatis ac fragilitatis nostrę præsidium ac munimen, paupertatis nostrę ditatio, passionum deiectione, expugnatio vitiorum, confirmatio & auctio gratiarum: immo ineffabiles utilitates ex hoc Sacramēto nostris proueniunt animabus. Ideo ait Bernardus: Si quis minū solito sentit superbiam, impatientię, concupiscentię, aliorumque vitiorum ac passionum aculeos, impulsiones & motus, huius Sacramenti fructum & operationem in se cognoscat, & gra-

tias agat. chrysostranus quoque fatetur: Sicut leones ignem spirantes, horribiles sunt iumentis, ita ab huius Sacramenti mensa uenientes, terribiles sunt Dæmonibus. Quinta institutionis huius Sacramēti causa, est quotidiana & iugis honoratio & glorificatio Dei Patris: immo totius superbeatissimę Trinitatis: quia in huius Sacramenti celebratione ac sumptione magnalia & beneficia Dei recoluntur, gratiarum actio Deo offertur, bonitas & maiestas Omnipotentis laudatur, & multiplex honor altissimo quotidie exhibetur: immo pro huius Sacramenti celebratione ac sumptionem, cultus Christianę religionis præcipuè conferuntur, fideles ad Ecclesię conueniunt, cōsistentur, coadunantur. Estque Sacramētū hoc, incomparabile & pretiosissimum Ecclesię militiæ clenodiū. Maximam demū reuerentiā summę impendimus ueritati, propter eam credendo ea quę in Sacramento creduntur, & prorsus incomprehensibilia extant. Nec Seraphin & Cherubin ea cōprehēdere queūt, ut Aegidius de Roma locus est. Denique, hæc quinta causā institutionis huius, est principalis & summa aliarumque finis. Christus namque ut homo, seipsum & omnia sua ad Dei Patris ac totius supergloriosissimę Trinitatis honorem & gloriam ordinauit, quem admodum apud Iohannem testatur: Ego nō quero gloriam meam, sed eius qui me misit. Ita & facere nos oportet, dicente Apostolo: Omne quod facitis in uerbo aut opere, omnia ad Dei gloriam facite. Præterea, secundum quod Augustinus testatur, in omni sacrificio quatuor sunt pēsanda, uidelicet quę, quid, cui, & quare. Cū ergo Sacramētum istud sit sacrificium summum, sacerdos ante celebrationem hæc quatuor debet perpendere, uidelicet quis sit ipse, qui tantum Sacramētum consecrat, tractat, offert & sumit. Itaque propriam imperfectionem insufficientiamque consideret, peccata sua & pronitatem ad mala attendat, desinat & emendet. Deinde perpendat quid offert, uidelicet corpus & sanguinē Saluatoris, immo ipsummet Christum, unigenitum uidelicet Dei, qui secundum naturam suam diuinam est dignitatis & excellentię penitus infinitę: secundum naturam uerò suam humanam, ut uerbo æterno unitam, est toto dignior uniuerso. Sacramētum ergo tam sanctum, cum summa reuerentia est tractandum. Insuper penset cui offert, uidelicet Deo Patri, cuius perfectionis, maiestatis & glorię nullus est finis. Cum quanta igitur humilitate, timore, reuerentia & cha-

ritate

ritate atque munditia illi ad stare, offerre ac sumere oportet? Postremò in teatur, quare seu propter quid offert, uidelicet primò & generaliter pro communi bono totius Ecclesię, pro Papa & principe: denique pro specialibus causis siue personis, prout deuotio suggerit, & pro illis feruidè oret ac celebret.

De eadem materia, ex dictis sancti Bernardi.
Articulus XV I.

Matt. 5.



N Epistola ad quendam sacerdotem ait Bernardus: Si offers munus tuum ad altare quicunq; sacerdos, aut si disponis illud uenerabile & ineffabile mysterium celebrare, & recordat' fueris, quod frater tuus haberet aliquid aduersum te, ille uidelicet magnus frater, qui est Filius Dei per naturam, & nobis potestatem dedit Filios Dei fieri & fratres suos per gratiam, si ille frater habet aliquid aduersum te, si eum offendisti cogitatu aut opere seu omissione, si candorem innocentię tuę aliqua macula obfuscasti, si conscientiam habes ægram, aut non benè fanatam, relinque ibi munus tuum, differ celebrationem, & prius satage reconciliari fratri tuo per deuotam cordis contritionē, per puram oris confessionem, per duram cordis pœnitentiam & attritionem, per cōdignam satisfactionem. Laua per singulas noctes lachrymis tuis lectum tuum, per singula peccata munda conscientiam tuam. Ascende tribunal mentis tuę, sede ut Iudex, teipsum condemna. Accedat memoria accusatrix peccati. Actio sit testis consensus uitij, delectatio præhabita grauet reatum, omnia accusent, nihil te excuset. Veniat timor Dei, ut carnifex puniat, bene sanguinem cordis (scilicet lachrymas) fundat, sicque per proprium iudicium euades diuini iudicij supplicium, iuxta illud Apostoli: Si nos ipsos iudicauerimus, non utique à Domino iudicauerimur. Et tunc ueniens offers munus tuum, sacrificium laudis, Eucharistię Sacramētum, & placebit Deo super vitulum nouellum cornu producentem & uingulas. Adspice exemplum Sanctorum & testimonia scripturarum, & in his uelut in speculo teipsum considera, & quicquid culpę in te comprehendis, castiga, diuinarum scripturarum sacris meditationibus iugiter uaca, diuina præcepta infatigabiliter lege, inexplebiliter dilige, efficaciter imple. Denique, frater Vbertinus quarto libro de Vita Saluatoris, de hac ipsa materia loquitur factis deuotè, his uerbis: Fuit autem Christus

non solum sacerdos & hostia, sed sacrificiū quoque. Quia ut ait Augustinus 4. de Trinitate: Omne enim sacrificium uisibile, est inuisibilis sacrificij Sacramētum, id est, sacrum signum. Ideo expositio, qua Christus tam infallibiliter se exposuit extremis in hostiā & sacrificium, tam in isto Sacramento quàm in crucis patibulo, signum est illius ineffabilis expositionis sacrificatiōis, qua spiritum suum iugiter immolauit Deo Patri pro nobis, in templo latissimo cordis sui, in quo seipsum obtulit, à conceptionis suę instāti, usque ad horam mortis uniuersa quę dixit, fecit ac pertulit, pro nostra agendo ac patiendo salute ad gloriam Patris. Omnia namque quę Christus fecit ac passus est, meritoria nobis fuerunt. Ideo tota uita Christi in seculo, quasi una sollemnissima Missa fuit, in qua ipse fuit altare & templum, & sacerdos & hostia. Deus acceptans sacrificium ipse est secundum diuinam naturam, idem offerens seipsum secundum naturam assumptam. Et quoniam ipse Iesus Christus est totus sanctus & sanctitas, idcirco sacrificij huius minister, qui tenet vicem Christi, debet esse totus sanctificatus. Unde & nullus potest sacrificij huius esse minister, nisi per Episcopum, tanquam per Christi vicarium, sit consecratus in sacerdotem. Omnia quoque quę circa Sacramētum hoc sunt, debent esse sacra atque sacrata, ut Ecclesia, calix, altare, corporale & ornamenta, ut omnia mirabiliter conueniant sacerdoti, ut sanctus sit, & sanctitatem ingerant ei: propter quod & ipse sacerdos conficiens, in persona Christi loquitur, cuius charitatis debet per omnia esse coniunctus, ut hoc intendat in generali dum celebrat, quod Christus se offerendo intendebat, & quàm Christus offerens, fuit per charitatem coniunctus omnibus, qui hoc Sacramētum unquam conficient aut sument, immo cūctis fidelibus suis: idcirco tam in consecratione quàm in sumptione debet sacerdos se charitati Christi unire, ut sic charitatem suam dilatet, ad offerendum sacrificium istud pro omnibus, pro quibus Christus seipsum intendebat offerre. Moueatur ergo sacerdos charitate, pietate & cōpassiua memoria mortis Christi, ad celebrandum & conficiendum memoriale hoc dilectionis passionisque Christi. Moueatur pietate & misericordia ad salutem populi procurandam, offerendo Patri dilectissimum Filium suum, oblationem & hostiam ac sacrificium reconciliationis omnium peccatorum. Superferatur per gratiæ donum super distractiones omnium rerum.

1. Thess. 5.
Psal. 108.

Iohan. 13.

1. Pet. 2.

Rom. 8.

Luc. 16.
Deut. 4.

Heb. 4.

Iohan. 1.

1. Corin. 13.

Ysa. 6.

1. Cor. 11.

Matt. 5.
Psal. 68.

Proverb. 21.

mundanarum, & soli Deo adhæreat, apud quæ debet esse pro populo mediator. Quod vt facere possit, semper in mente habeat documentum Salomonis: Dum sederis ad mensam potentis, diligenter attende quæ apponuntur tibi, sciens quoniam oportet te talia præparare. Mensa potentis, est Sacramentum altaris, quod est mensa Christi omnipotentis, Sacramentum hoc mirabiliter efficientis. Diligenter ergo attende, non solum quæ tibi apponuntur, videlicet corpus & sanguinem Saluatoris, immo ipsum et quo charitatis ardore, quo passionis dolore, quæ tua necessitate & utilitate, quæ Dei acceptatione, vt compatiaris & commoriaris cum Christo. Attende quæ impissimum sacrilegium sit, circa celebrationem Sacramenti istius attendere questum pecuniæ, vel quodcumque commodum temporale, quia sacerdos coniungi debet charitati gratuite Christi, qui intendebat electorum salutem. Væ impijs sacerdotibus, qui à charitate disuncti, & cupiditati sacrilegæ Iudæ proditoris coniuncti, de Sacramento Domini corporis, proditore illo tantò scelestius negotiantur, tantò sæpè pro minori pretio (putà pro tribus denarijs) vendunt ipsum iam regnantem in cœlis, quem proditor vendidit pro triginta denarijs peregrinantem in terris. Hæc Vbertinus. Postremò sanctus Ambrosius ait: Quanta cordis contritione & lachrymarum fonte, quanta reuerentia & tremore, quanta corporis castitate & animæ puritate illud diuinum & cœleste sacrificium est venerandum & celebrandum ò Domine, vbi caro tua in veritate sumitur, vbi sanguis tuus in veritate bibitur, vbi immissis iunguntur, vbi adest sanctorum angelorum præsentia, vbi tu es sacerdos & sacrificium? Quis hoc diuinum mysterium dignè poterit celebrare, nisi tu Deus omnipotens offerentem feceris dignum? Hinc etiam per orationes frequentes ac feruidas præparare se debet sacerdos, atque in toto Missæ officio recollectus esse in Deo, & ad sensum illorum verborum intentus. Et si aliquam senserit in mente distractionem, mox ad recordationem Dominicæ passionis & aliorum, quæ tempore illo sunt attendenda, se reuocet.

Quod sacerdos non solum in celebratione, sed etiam antè & postea debet esse custoditus & deuotus in omnibus. *Articulus XVII.*



Rubescat sacerdos circa Eucharistiæ Sacramentum, in deuotijs, irreuerentialiùs & ingratiùs se habe-

re, non ordinatis & idiotis & laicis. Videmus enim quòd idiotæ & laici, etiam multum mundani ac scelerati, die quo communicant, quandam induunt grauitatem, deuotionem atque custodiam, & à solitis abstinent vitijs, & timorati vidètur. Nec solum die quo communicant, sed etiam tempore aliquanto antè ac postea: tantò magis sacerdos Dei altissimi, non solum die in quo celebrat, sed etiam antè & postea in omnibus timoratur, deuotè ac gratè se debet habere, partim ratione ordinis sacerdotalis, partim ratione angelici sui officij, & propter actus celebrationis suæ excellentiam, partim ne laicos scandalizet. Nec ideo minus deuotè & custoditè habere se debet sacerdos, quia frequenter vel quotidie celebrat: immo tantò frequentius celebrat, tantò tenetur esse gratior Deo atque deuotior, & in gratia ac virtutibus seu effectibus Sacramenti istius magis proficere. Veruntamen quibusdam & ignaris solet accidere, vt tantò frequentius faciunt quædam opera bona, tantò aridiori in deuotijs corde faciunt ea, & ex sterili quadam consuetudine potius, quàm ex actuali deuotione, ferui da attentione, diuina dilectione: quod certè malum est signum, periculosumque valdè. Nempe cum in via Dei non proficere, sit deficere, tales videntur esse in peccato mortali, vel in via ac dispositione ad illud. Et istud circa celebrationem ac confessionem est summe vitandum, cum priuilegiati sint actus, & cum omni diligentia exercèdi. Vnde ex frequentia copstendi & celebrandi, ad incuriam, sterilitatem internam & in aduertentiam talium actuum deuenire, periculosissimum reor. Quotidie ergo deuotiùs celebremus, & in virtuosis exercitijs arctius occupemur, conscientias nostras diligentius examinemus, & peccata nostra purius & dolorosius confiteamur. Sacerdotes ergo post celebrationem ad verba leuia, inutilia atque scurrilia linguam suam & os non relaxent, cum quibus sacratissimæ verba Missæ Deo Patri dixerunt, sic & corpus Christi & sanguinem sumpserunt. Non sit sacerdos incustoditus aut lasciuus in visu, nec leuis in moribz, nec immoderatus in cibo, potu ac somno, nõ peris in risu aut iocis, non vagus in cogitando, nec infrenatus in appetendo, nec in fructuosè tempus suum consumat, sed in omnibus virtuosè, timoratur, exèplariter quoque se habeat. Et in omnibus occupatiõibus cõsolationem & delectationem requirat, videlicet in meditando, psallendo, orando, studèdo, scribèdo, docendo seu prædicando. Ho-

De cel. 20. ca. dolenti.

ras

Hierem. 48.
1. Cor. 13.
Ezech. 37.
1. Cor. 17.
1. Cor. 14.
1. Cor. 9.
1. Cor. 13.

ras distinctè deuotèque legat, quàm Hieremia testante: Maledictus homo qui opus Dei facit negligenter. Denique secundum sanctos Doctores non potest mortalia vitare peccata, qui venialia non deuotè cum diligentia magna, cum dicat Salomon: Qui spernit modica, paulatim decidit: Et iterum scriptum est: Si non in timore Dei tenueris te instanter, citò subuertetur domus tua. Quomodò ergo sacerdos effugiet culpas mortales, nisi modo præfatus habuerit se timoratur, custoditè ac fructuosè? Potissimè autè sacerdotes curati ac seculares, in medio hominum mundanorum, carnalium ac rudium commoran- tes, grandi ac singulari egent custodia, ne cũ peruerfis peruerantur, illisque in omnibus conformentur. Absit autem vt post celebrationem vnquam visitent tabernas, venationi aut carnalitatibus vacent. Hæc enim esset iniquitas maxima & negatio contra Deum omnipotentem.

De quibusdam virtutibus pertinentibus ad sacerdotes, in quantum curam habent animarum. *Articulus XVIII.*



Virtutum quædam vocantur theologice, quædam intellectuales, quædam morales. Porro, virtutes theologice sunt tres, scilicet fides, spes & charitas, quæ dicuntur theologice quasi diuina, quoniam Deum pro immediato habent obiecto. Deus nanque, in quantum prima & ineffabilis est veritas, obiectum est fidei: in quantum summa beatitudo, obiectum est spei: & in quantum summa increataque bonitas, obiectum est charitatis. His tribus virtutibus Deus præcipuè colitur eiq; omnia dispensantur. Hæc quoque virtutes sunt cætarum virtutum robur, fundamentum ac vita, atque ad benè viuendum & meritorie operandum primò ac maximè requiruntur. Nempe vt ait Apostolus & propheta testantur: Iustus ex fide viuitt: & Paulus testat: Quicquid non est ex fide, peccatū est. De spe nanque idem scribit Apostolus: Debet qui arat, in spe fructus percipiendi arare: De charitate autem apertissime loquitur: Si linguam hominum loquar & angelosum, charitatem autem non habeam, nihil sum. Hinc secundum omnes sanctos doctores, charitas est omnium virtutum decor & forma, imperatrix ac vita: immo sine charitate etiam fides & spes sunt informes & mortuæ: ita quòd nullius virtutis actus est meritorius sine charitate. Idcirco charitas dicitur animæ vita, nec potest homo aliquid me-

ritorium operari, nisi sit in charitate, id est, in spiritali amore Dei ac proximi. Hæc igitur tres virtutes primò & maximè ad quemlibet pertinent Christianum. Cùm itaque ad sacerdotes curatos pertineat, suos parochianos instruere de fide, spe & charitate, quid sint & qualiter vnusquisque Christiane fidei teneatur eas habere, atque in eis se exercere, & quid sit credendum, quid sperandum, quid diligendum, oportet vt ipsi prælati & omnes curati aliquam eminentiam habeant in fide, spe & charitate, vt sint aliquantulum illuminati in fide, fortes in spe, & feruentes in charitate, atque istarum virtutum noticiam quandam habeant eminentem, habendo fidem cum rationibus credendorum, sciendo ea per quæ fides probatur esse à Deo, vt valeant persuadere ad fidem, & iuxta principis Apostolorum præceptū, parati sint semper omni poscenti reddere rationem de ea, quæ in ipsis est, fide & spe. Sciant itaque ex sacra scriptura & ex dictis sanctorum ac deuotorum exhortari subditos suos ad credendum firmiter, ad sperandum longanimitè, ad diligendum sincere & feruenter. Præterea, cum animarum curam habentes, sint media tores inter Deum & sibi commissos, debent tam in charitate Dei, quàm subditorum suorum esse integri & ardentè, vt sint idonei iram Dei placare, eiuque gratiam suis subditis impetrare. Mediatorem quippe oportet esse benè visum & exaudibilem apud eum, ad quem mittitur ad orandum ac mitigandum. Idè ait Gregorius: Dum is qui displicet mittitur ad orandum, rogati animus ad deteriora prouocatur. Mediator etiam debet esse ex charitate sollicitus pro illorum salute ac pace, ex quorum parte intercedit ad alium. Insuper, curatus est spiritalis pater & pastor subditorum suorum: idcirco paterno ac pastorali affectu debet eos valdè diligere & fouere tanquàm filios suos. Est quoque vicarius & cooperarius dei in reductiõe animarum ad ipsum. Propterea ex diuino amore debet zelari pro Dei honore, vt Deus à suis subditis honoretur ac diligatur, & passio Christi in illis fructificet. Vnde dum Christus Ecclesiam suam velle beatissimo committere Petro, ter interrogauit an diligeret ipsum: immo nõ solum an ipsum diligeret, verum etiã an plius alijs diligeret eum, dicendo: Simon Iohannis diligis me plius his? ad inueniendum, quod aliorum pastores debent pro plebe communi in diuino amore esse feruentes, quatenus in omni suo officio super omnia quærant Dei honorem & subditorum salutem, & non propria commoda.

1. Pet. 2.

1. Reg. 19.

Iohann. 21.

Z 4 Amplius

D. DIONYSII CARTHYSIANI

272

virtutes mo-
rales que di-
cuntur.

Amplius, virtutes morales dicuntur, per quas animæ passiones refrenantur ac moderantur, ita quod sensualitas cum moribus suis rationi subijcitur. Passiones autem animæ sunt motus & affectiones sensitiui appetitus, qui nisi ratione regantur, sunt vitiosi. Appetitus verò sensitiuus circa exteriora, sensibilia ac temporalia afficitur ac mouetur. Omnes ergo huiusmodi affectiones oportet per rationem compescere, ne circa talia plus afficiatur homo, quam expedit, & quam rationabile est deoq; placitum. Vnde desiderium cibi & potus frenatur per sobrietatem, desiderium Venereorum per castitatem, desiderium diuitiarum per liberalitatem & paupertatem, appetitus vindictæ per mititatem, motus tristitiæ per patientiam, amor excellentiæ per humilitatem, & ita de alijs. Cum ergo curatus teneatur subditos suos instruere & hortari, vt passiones (videlicet irâ, superbiam, impatientiam, concupiscentiam, auaritiâ atq; similia) vincant, oportet eum in virtutibus moralibus esse robustum & benè fundatum, vt passionibus & vitijs nequaquam subiacet: immo quod alios docet, primò adimpleat, & superbos, iracundos impatientes, auaros, incontinentes ad humilitatem, mansuetudinem, patientiam, liberalitatem, continentiamq; reducat, orâdo, docendo, exemplariterque viuendo. At verò, quum causâ cuiuslibet hominis cû Deo sit valdè magna, videlicet benè viuendo æternam felicitatem acquirere, vel malè viuèdo perpetuam damnationè incurrere, & de tota vita sua & de omni verbo otioso, & de vniuerso tempore sibi ad vitam concesso, in diuino iudicio reddere rationem: propterea oportet vnumquenque semper esse valdè sollicitum, timoratum ac custoditum, dicente Apostolo: Cum metu, timore & tremore vestram operamini salutem: Et rursus: Seruiamus Deo cum metu & reuerètia. Hinc constat quòd causâ eorum, qui curam animarum habent, coram deo tantò est maior, quantò pluribus præsumt, dū & tantò sollicitiores, timoratiore ac custoditiores eos esse necessè est: quippe qui pro tam multis reddituri sunt coram metuendissimo ac districcissimo Iudice rationem, & teste Gregorio, tot mortib; tot æternis dånationib; digni sunt, tot damnatorum supplicia patiètur, quot de numero subditorum suorum ex eorum negligentia & carnali scandalo factæ vitæ perire contigerit & dånari. Atq; qui alijs præst, non de suo lætetur honore, non securitate torpescat, nec inani resoluatur lætitia: sed diuinum semper expauescat iudi-

Matth. 21.

Mich. 6.
phil. 2.

Heb. 12.

cium, & sua perpendat pericula, faciatq; indefinenter omne quod potest in executione sui officij, consideras quod ait Saluator: Cui plus datum & commissum est, plus requiritur ab eo. Et quòd in libro Sapientiæ habetur: Iudicium durissimū in his qui præ sunt, fiet. Nonne Christus vehementissimè indignabitur his, per quorum negligentiam & impiam vitâ amittit animas, quas sanguine suo emit, sicut ait Apostolus: Empti estis pretio magno? Hinc secundum Hieronymum, Summè cauere debet qui præest, nè aliqua mala suspicio oriatur de ipso in populo, præsertim in grege sibi commissio, ne dispergat, aut perdat, quos colligere & saluare, quantum in ipso est, debet.

Luc. 12.
Sap. 6.

1. Cor. 6.

Ad qualem virtutum eminentiam ratione pastoralis officij teneantur sacerdotes curati.

Articulus XXI.



Vamuis sacerdotes curati, in susceptione suæ curæ, non se obligant voto perpetuo ad opera perfectionis pastoralisq; suæ curæ, quin curam possint relinquare & religionè intrare, tamen eo ipso quo alios spiritualiter regere, pascere, in formare, corrumpere, iudicareq; habent, tenentur ad excellentiam quandam gratiæ ac virtutum. Vt enim diuinus Dionysius pluribus in locis, tam angelicæ quam Ecclesiasticæ hierarchiæ disseruit: Qui aliorum prælati, duces ac iudices sunt, de tanta debent plenitudine diuinorū charismatum esse ornatī, vt de abundantia gratiæ suę subditis suis valeant comunicare, influere, subuenire. Sint igitur mundi, vt alios possint purgare: sint docti ac sapientes, vt alios possint illuminare, & edocere: sint iusti, vt alios iudicent rectè: tanta sint bonitate repleti, vt aliorum malitijs non vincantur, sed sua potius bonitate aliorum vincantur, sed sua potius bonitate aliorum vincantur, extirpent. Hinc sanctus Gregorius Nazianzenus fatetur: Mundari prius oportet, & sic alios mundare: sapientem prius fieri, & sic alios facere sapientes: lumen fieri, & sic alios illuminare ad Deū accedere, & sic alios ad Deum adducere: sanctificari, & ita sanctificare: manus habere rectas, & ita indigentibus porrigere manus. Denique cum sit valdè difficile, in medio nationis peruersæ irreprehensibiliter conuersari, nec mala societate subverti, & inter strepitus ac inquietudines se-

Greg. Nazianzenus.

Philipp. 2.

Ex. 12.

Gregorius.

culi à custodia interiori non impediri, & ramen hæc omnia ad sacerdotes pertineat curatos, omnesq; prælatos, ideo indigent magna virtutum constantia. Ideo ait Ambrosius: Magna sublimitas magnâ debet habere cautelam: honor grandis grandi debet sollicitudine circumuallari. Cui plus creditur, plus ab eo exigitur. Sanctus quoq; Gregorius quid ad bonum pastorem pertineat pādens, ait: Oportet vt sollicitè secum studeat, quanta tenendæ rectitudinis necessitate cōstringitur, sub cuius æstimatione populus grex vocatur. Sit ergo prælatus cogitatione mundus, actione præcipuus, discretus in silentio, vtilis in verbo, singularis compassione proximis, præ cunctis contemplatione suspensus, benè agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per iustitiæ zelum erectus, internorum curâ in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum prudentiam interiorum sollicitudine non relinquens. Pastorem ergo oportet in virtutibus esse benè fundatum, nec proprio delectari honore, sed diuini cultus promotione & animarum profectu, & coram Deo seipsum quotididè diligentissimè examinare, qualiter officij sui impleat debitū, & quicquid peccati in se senserit, castigare ac emendare.

Quomodo sacerdos curatus habere se debet in instruendo sibi commissos de credendis.

Articulus XX.



Vemadmodū in Secūda secūda, Tractatu de fide, asseruit Thomas: Tempore Euangelicæ legis tenentur omnes explicitè credere prima credibilia, scilicet omnes articulos fidei, qui continentur in symbolo Apostolorum, ita quòd tenentur habere fidem explicitam trinitatis & incarnationis passionisq; Christi, ac cæterorū quæ in symbolo continentur præfata. Vt enim ait Gregorius: Secundum incrementa processumq; temporis creuit fides, quantum ad explicationem maiorem. In principio quippe mundi maiores in populo (videlicet Patriarchæ, vt Adâ, Seth, & Enoch, Noë & similes) habuerunt fidem explicitam de Christi incarnatione & passione pro mundi redemptione: minores autè habuerunt fidem explicitam vnius dei & providentiæ eius. De Christi autè aduentu atq; mysterijs habuerunt fidem implicitam, vtputa credèdo sicut credebant maiores, & Deus prouideret salutem humanæ secundū modū sibi notum ac placitū. Ideo secundum Augustinum, & omnes doctores: A principio

Augustinus.

mūdi semper necessè fuit credere illud breue symbolū fidei, quod ad Hebræos ponit Apōstolus, dicens: Accedentē ad Deū oportet credere quia est, & quia requirentibus se remunerator sit. In quo duo apertè tanguntur: Primū, quòd Deus est, & in hoc implicitè cōtinetur fides trinitatis: secūdu quòd Deus est remunerator seruiētū sibi, in quo implicitè continetur fides inferiorū Christi, videlicet quòd filius dei sit incarnatus & passus pro hominum liberatione, quia per Christum Deus premia beatitudinis dare disposuit. Itaq; curatus diebus festiuis instruat populum suum de credendis, symbolum Apostolorum ei proponendo & exponendo. Non tamen oportet vt plebs cōmunis sciat credēda per articulos fidei. Insuper potest curatus vicissim tempore congruo aequaliter exponere rationes aut argumenta fidei Christianæ, id est, ea per quæ cognoscimus fidē nostrā esse à deo, quæ sunt innumera miracula, soliq; Deo possibilia, per Christum & eius Apostolos ac alios sanctos ad fidei confirmationem copiosissimè facta. De inde testimonia scripturarum veteris testamenti, & sanctitas vitæ, quam lex Euangelica docet. Deus nanq; quum sit essentialiter veritas, ipse nequaquam esse potest testis aut cōfirmator falsitatis. Sūt quoq; alia multa, quibus ostendit fides Christiana esse à deo.

Heb. 11.

Ioh. 1. 4.

Expositio symboli fidei ab Apostolis editi. Articulus XXI.



T aut sacerdos curatus, seu alius loco eius, expeditior sit ad instruendum populum de credendis, aliquid de intellectu symboli fidei ab Apostolis editi, planè ac superficialiter atq; breuissimè tagam, prout sufficit ad instructionem simplicium. Est autem symbolum fidei vnum ab Apostolis factum, quod pueri discunt in scholis, quia id potissimè scire seu credere ac omnes spectat fideles. Aliud est symbolum in Nicæno concilio factum, quod in Missa cantatur. Tertium ab Athanasio Alexandrino Patriarcha compositū, quod cantatur in Prima. Itaque gloriosi beatissimiq; Apostoli ante suā ab inuicem diuisionem composuerant symbolum fidei, in quo doctrina Euangelicæ legis quasi in speculo compendiosissimè continetur, atq; ab vniuersis credentibus concorditer creditur. Itaque gloriosus princeps Apostolorum & plenus Christi vicarius Petrus, tanquam ipse vniuersalis Ecclesiæ prælatus, pastor & præsul exorsus est:

C R E D O

CREDO IN DEVM PATREM OMNIPOTENTEM COELI ET TERRAE.

Quamuis autem quod ait, Deum Patrem, possit capi coniunctum, quod sit sensus, Credo in Deum Patrem, id est, in personam Patris, communius tamen & aptius diuisim accipitur, ut sit sensus: Credo in Deum, id est, in vnum solum verum summumq; Deum, ut in hoc quod ait: Credo in Deum, designetur vnitas Deitatis seu diuinæ essentiae. Idcirco in symbolo Patrum Niceni Concilij clarius dicitur: Credo in vnum Deum. Porro Deus est summum ens, primum, perfectum ac independens, vniuersorum scientiam ac prudentiam habens. Et tale ens, non est, nec esse potest nisi vnum. Itaque, Credo in Deum, absolute dictum prædicatur de qualibet persona diuina, scilicet Patre & Filio ac Spiritu sancto, & de tribus simul personis seu de Trinitate. Idcirco quum Petrus dixisset, Credo in Deum, mox addidit, Patrem omnipotentem, ad insinuandum quod Deus verus & summus sit realiter Pater æternus. Sic igitur credo in Deum Patrem omnipotentem: Pater enim omnipotens est: quoniam sicut eius essentiae, ita & eius potentiae nullus est finis, nulla mensura, nullum obstaculum: immo eius essentia est eius potentia. Omnia sunt ipsi possibilis, cuncta facilia, immo vniuersa æque facilia. Infinitæ namque potentiae nihil potest resistere, nil difficultatem asserre. Ideo angelus ait Virgini sanctæ: Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Et Hieremias: Domine, non erit tibi difficile omne verbum. In hoc quoque est Deus omnipotens, quod potest omnia quæ vult, & sicut vult, & quæ velle est perfectionis ac nobilitatis, non infirmitatis & imperfectionis. Vnde ob hoc, quod Deus in natura diuina non potest proficere, ambulare, comedere & peccare, non sequitur eum non esse omnipotentem. Denique, quamuis persona Patris dicatur Pater, ratione creationis & gubernationis ac alijs causis, sicut & Filius & Spiritus sanctus: immo hoc modo tota Trinitas benedicta & adoranda est vnus Pater, sicut & vnus Deus, cui quotidie dicimus, Pater noster qui es in cælis: tamen hoc loco persona Patris dicitur Pater, ratione generationis æternæ, quæ æternaliter genuit Filium sibi consubstantialem, coæqualem & coæternum, iuxta illud Esaiæ: Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam dicit Dominus? Et id Psalmo: Ex vtero ante Luciferum genui te. Atque ut asserit Augustinus: In hoc patet quod Pater sit omnipotens, quoniam

Luc. 1.

Hier. 32.

Matth. 6.

Esai. 55.

Psalm. 109.

Filium sibi coæqualem, coimmemsum ac omnipotentem gignere & voluit, ac potuit, & genuit. Sequitur, Creatorem cœli & terræ. Per cœlum & terram quasi per duo extrema, intelligenda sunt vniuersa visibilia & inuisibilia, corporalia & incorporalia, superiora & inferiora: quæ omnia à Deo creata sunt, vel immediatè quoad se tota, ut angeli boni ac mali & animæ rationales, corpora quoque cœlestia & quatuor elementa, vel immediatè, quantum ad partem, videlicet quoad primam materiam materialium omnium, quæ in principio mundi per creationem producta est. Et sic homines dicuntur creati, quum tamen primus homo dicitur factus de limo terræ, & vxor eius de latere eius. Sed animæ à Deo immediatè creatæ sunt, quoniam creare est actus infinitæ potentie, folique Deo possibilis. Et quod Pater dicitur Creator cœli & terræ, non est intelligendum quasi Filius non sit Creator cœli & terræ, ac etiam Spiritus sanctus. Quælibet namq; diuina persona est omnium rerum Creator. Hoc S. Thomas probat & asserit: Vnū principium, vnusque finis vniuersorum, quem admodum trium personarum vna est Deitas, vna essentia, vna omnium potentia, vna potestas, & ita de cæteris, quæ Deo absolute conueniunt. Hinc trium personarum vna & indistincta operatio est ad extrâ, vnde opera Trinitatis indiuisa dicuntur. Circa hoc duplex est questio: Prima, quum fides sit eorum quæ rationem transcendunt, quomodo vnus esse Deum est articulus fidei, cum Philosophi hoc ipsum per naturalem probauerint atque agnouerint rationem? Secundo, quum credere Deo, sit credere vera esse quæ Deus dicit: credere Deum, sit credere Deum esse: credere in Deum, sit per fidem charitate ordinatam in Deum tendere: an homo in mortali existens peccato, possit verè & absolute culpa dicere, Credo in Deum, quum talis non habeat charitatem. Et respondendū ad primum, quod licet per rationem probetur & seruetur quod vnus sit Deus verus & summus, tamē vnus esse Deum ad modum quo fides ponit vnum Deum, vtputa habentem vniuersorum ac singulorum perfectam prouidentiam, distinctissimamque notitiam, non innotescit per rationem tam sufficienter & clarè, sicut per fidem. Nam & maiores & meliores Philosophi circa prouidentiam atque scientiam Dei multipliciter errasse noscuntur. Ad secundum dicendum, quod talis peccator, quamuis in propria persona non sine mendacio & peccato diceret, Credo in Deum: tamen in persona ecclesiæ

Gen. 1.

Matth. 6.

1. Ioh. 5.

Matth. 4.

1. Ioh. 17.

1. Ioh. 4.

1. Ioh. 5.

Matth. 28.

cuibus

cuius per fidem aliquam membrum est, potest hoc dicere sine falsitate & culpa, sicut & illud in oratione dominica: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittim? debitoribus nostris, dato quod suis debitoribus non ignoscat. Hoc Doctores scolastici cõcorditer asserunt. Sequitur in symbolo: ER IN IESVM CHRISTVM FILIVM EIVS VNICVM DOMINVM NOSTRVM. Istud apostolus Iohannes legitur addidisse, & est sensus: Credo non solum in Deum Patrem, sed etiam in vnigenitum Filium eius, cum Filius Dei sit verus Deus, prout in prima canonica Iohannis legitur: Scimus quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis sensum ut cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio eius Iesu Christo. Hic est verus deus & vita æterna. Itaq; in Filium, secundū quod est verus Deus, credendum est tanquā in fidei principale obiectū, in cuius fruitione nostra cõsistit felicitas: propter quod ipse dei Filius ait: Creditis in meū, & in me credite. Vbi loquitur Augustinus: Consequens est vt si credant in Patrem, credant quoq; in Filium: quod non esset consequens, nisi & Filius esset Deus. Porro in Filium Dei secundum quod homo est, credendū est tanquā in viam & medium pertingendi ad beatitudinē veram, & tanquā in illud in quo beatitudo nostra secūdarid sita est. Primò quippe principaliterq; consistit in visione deitatis seu trinitatis, secūdarid in visione humanitatis Christi. Ad quod probandum Thomas allegat, quod apud Iohannem Filium loquitur Patri: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Et iuxta hunc modum cætera Christi mysteria, de quibus in symbolo sequitur, cadunt sub fide. Christus autē est vnicus Filius dei, loquendo de filiatione perfecta & generatione naturali atq; æterna, quoniam solus Filius habet à Patre veram Deitatis naturam per generationem naturalem & propriè dictā. Alij verò sunt filij Dei per gratiā adoptionis, prædestinationis, seu glorificationis, iuxta illud Iohannis: Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Et in Psalmo: Quis similis erit Domino in filiis Dei? Insuper, Christus erat Dominus noster per principale autoritatē, secundū quod Deus: & per potestatem in tempore sibi datā, secundū quod homo, Vnde apud Matthæum protestatur: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Hęc nempe potestas, in quantum cum sua essentia, data est Christo in sua incarnatione. Eodem enim momento, quo Christi humani-

tas vnita est verbo æterno hypostatica vnione, prælata est ipsa eius humanitas omni creature: sed in resurrectione Christi data est ipsi potestas ista, quātū ad manifestationē, quia extunc per apostolorū & aliorum Sanctorū prædicationem atq; miracula cœpit toti mūdo insinuari, quia Christus vt homo, omni esset creature prælatus. Ista est Damasceni & aliorum doctrina. Vnde ait apostolus: Christus exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens: propter quod deus exaltauit illū, & dedit illi nomen quod est super omne nomen. Sequitur: QUI CONCEPTVS EST DE SPIRITV SANCTO, NATVS EX MARIA VIRGINE. Istud Iacobus maior apposuisse dicitur: vbi tangitur incarnatio Christi & natiuitas eius ex virgine gloriosa. Etenim Filius Dei factus est homo, assumendo naturā humanam in vtero virginis, ex cuius purissimis sanguinib; Spiritus sanctus in instanti corpus formauit, atq; animā rationalem eidem per creationem infudit: & in eodem instanti vtrunq; ita vnitum, vni genito Dei Filio personali vnione coniunxit: ita quod in Christo sunt duæ naturæ, videlicet diuinitas & humanitas, sed vna tantum persona, quia humanitas est ad personale esse verbi assumpta, & in eodem ineffabiliter supposita, prout super tertium Sententiarum scribunt Doctores, & Damascenus in tertio libro docet. Quamuis autem Christi incarnatio, conceptio, natiuitas ex virgine & à tota trinitate simpliciter facta sint, cuius indiuisa sunt opera, nihilominus Spiritui sancto appropriatè ascribuntur, quoniam in eis summè apparet bonitas, charitas & misericordia dei ad homines: Bonitas verò, pietas & charitas Spiritui sancto appropriant. Nat' verò demū est Chr's ex virgine, quæ fide cõcepit, & saluo ac integro virginittatis signaculo peperit, ac virgo purissima permāuit. Sequit: PASSVS SVB PONTIO PILATO, CRVCIFIXVS, MORTVVS ET SEPVLTVS. Istud Andreas scribitur addidisse. Christus verò diuinitate sua impassibili & inuariabili permanente, passus est secundū naturā humanā pro totius humani generis redẽptione atq; salute, sicut Esaias prædixit: Verè languores nostros ipse tulit, cuius liuore sanati sumus. Et in Apocalypsi fertur de Christo: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. DESCENDIT AD INFERNÀ. Hoc sanctus Apostolus Thomas (vt legitur) addidit. In Christi enim morte separata sunt ab inuicē corpus & anima, sed vtrunq; mansit verbo æterno vnitum: & quātū ad corpus fuit sepul-

Phil. 2.

1. Ioh. 1. 2.

Esai. 53.

Apoc. 1.

tus:

Infernus quatuor modis capiatur.

tus: quantum ad animam, descendit ad inferna. Totum namq; à suis partibus quasdam denominationes fortitur. Denique, infernus capitur quatuor modis: Primò, pro loco damnatorum, qui est infernus inferior, in quo nulla exat redemptio, iuxta illud in Psalmo: In inferno autem quis confitebitur tibi? Secùdò, pro Purgatorio, sicut in Offertorio officij defunctorum cantatur: Domine Iesu Christe Rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum de manu inferni. Tertio, pro limbo puerorum, qui propter originale peccatum æterna felicitate priuantur. Nam meritum passionis Christi eis applicatū nō est: non tamen sensibile habeant penā. Quarto, pro limbo sanctorū Patrum de quo in Genesi Iacob sanctus fatetur: Descendam ad filium meum lugens in infernum, & ita iam sumitur. Ad hunc ergo infernum Christus in puncto suæ mortis descendit, quantum ad animam suā, sicut que ibi cum Patribus vsq; ad illud momentum quo resurrexit à mortuis. Eodem quoque instanti, quo Christus limbum illum intravit, omnes sanctos ibi detentos suæ diuinitatis beatifica visione illustravit, & verè beatificauit. Tunc enim satisfecit plenariè pro originali peccato, pro cuius reatu Sancti ibi detinebantur, atq; à gloria differebantur, prout Doctores super quartum Sententiarū scribunt. Et tunc Christus illud Osæ adimpleuit: Ero mors tua o mors, morsus tuus ero in inferno. TERTIA DIE RESURREXIT A MORTUIS. Hoc (vt legitur) sanctus Apostolus Bartholomæus adiecit. Et sumitur hic dies pro die naturali, qui est spatij vigintiquatuor horarū, nocte includens: sicq; hebdomada dicitur duratio septem dierum. Christus enim surrexit vel media nocte, vt videtur velle gregorius: vel valde manè, quod verius creditur, quum Euangelista Marcus affirmet: Surgens Iesus manè prima sabbati. Tunc ergo Christus surrexit, quia tunc anima eius de limbo ad corpus eius regrediens, simul cum illo de clauso exiuit sepulchro, quemadmodū de clauso virginis prodijt vtero. ASCENDIT AD CAELOS, SEDET AD DEXTERAM DEI PATRIS OMNIPOTENTIS. Hoc beatus Philippus apostolus scribitur addidisse. Cū enim Christus per dies quadraginta post suam resurrectionem mansisset in terris, atq; per varia argumenta se verè resurrexisse monstrasset, quadagesimo die videntibus discipulis ascendit in cælum, secū ducēs Sanctos, quos de limbo eduxit, sicut Zacharias Propheta prædixit: Tu quoque in

Genes. 37.

Osæ 14.

Mar. 16.

Act. 1.

Zach. 9.

sanguine testamenti tui emisisti victos de lacu, in quo non erat aqua. Et Micheas: Ascendit pandens iter ante eos. Atque Psalmista, Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem. Itemque: A summo caelo egressio eius, & occursum eius vsque ad summum eius. Denique, Christus secundum suam diuinitatem sedet ad dexteram Patris, id est, æqualis est Patri, & in ipsius æqualitate regnat ac residet: secundum assumptam verò humanitatē sedet à dextris Patris, id est, in potioribus bonis Patris: quia præ omnibus Sanctis maiorem beatitudinem, diuinæque bonitatis participationē à Patre suscepit. INDE VENTVRVS EST IUDICARE VIVOS ET MORTVOS. Hoc sanctus Euangelista matthæus apposuit. Christus itaq; in die nouissimo quo ad suam humanitatem, corporaliter descendet de caelo pyreico, & residens in aère, iudicabit viuos & mortuos, tam illos qui interim moriuntur, quàm illos qui tunc viui inuenientur, sed in igne conflagrationis morientur, & protinus cum alijs suscitabuntur, quemadmodum super quartum Sententiarum scribunt doctores. Sequitur: CREDO IN SPIRITVM SANCTVM. Hoc addidisse legitur sanctus Iacobus minor. Est ergo credendum in Spiritum sanctum sicut in verum Deum, Patri Filioq; æqualem, consubstantialē, coæternalē, ab vtroq; procedentem, qui est tertia in superbeatissima Trinitate persona suauissima, amor Patris ac Filij pax, nexus osculumq; amorū. SANCTAM ECCLESIAM CATHOLICAM. Hoc Simon Thadæus legitur addidisse. Et est sensus: Credo militantem Ecclesiam esse sanctam & vniuersalem. Ipsa namq; ex omnibus gētibus est collecta, & à Spiritu sancto spiritaliter viuificatur fide, charitate & spe, alijsq; charismatibus gratiarum, virtutum ac donorum. Gubernatur quoq; à Spiritu sancto, qui eā non permittit errare, & semper sunt aliqui boni ac virtuosī in ea. Habet etiam sancta & sanctificata sacramenta. Est itaque vna vnitatem fidei, spei & charitatis, vnitatem etiam capitis sui principalis, quod est Christus: deinde capitū secundarij ac vicarialis, quod est Pontifex Romanus, qui est generalis, plenus & summus Christi vicarius super vniuersalem militantiē Ecclesiā. SANCTORVM COMMVNIONEM. Hoc sanctus Apostolus Iudas legitur adiecissee. Est et sensus: Credo quòd virtutes & merita bonorum sibi inuicem comunicantur, sicut ait Psalmista. Particeps sum ego omnium timendum te & custodiētium mandata tua. Caritas namq; facit

Mich. 2. Psal. 67. 18.

Rom. 8. 17. 18.

Ezech. 8.

Rom. 11.

Ioh. 1.

facit omnia esse communia. Deniq; sancti & verè fideles sunt vnū mysticū corpus. Ideo sicut in corpore naturali operatio vnus membri redundat in vtilitatē alterius, immo omnium aliorū membrorū, ita & in mystico corpore Ecclesiæ opera virtuosa vnus, alijs per charitatem applicantur & comunicantur. Deniq; quantum quis aliquorū spiritali affectu profectui ac virtuosīs operibus amplius ex vera charitate cōgratularatur, atq; pro illis cordialitè deprecatur, eò eorū merita ipsi abundantius comunicantur. Rursus, qui bono exēplo aut verbo salubri seu alio modo alios ad benè agendū inducit, illorū est particeps meritorum, & hoc bonis prælatis præcipue competit. Nec incredibile hoc putetur, cū consentiendo, hortando, exemplum præbēdo fiat vnus aliorum particeps vitiorum, dicente Apostolo: Non solū morte digni sunt qui faciunt ea, sed etiā qui cōsentiunt facientibus. Et iterum: Nolite cōmunicare in fructuosīs operibus tenebrarū, magis autem redarguire. Proportionabiliter fit in beatis, quorum in patria seu regno cœlesti est communio beatitudinis per ardentissimam eorum mutuam charitatem & cordialissimam congratulationem. Ideo dicit gregorius: Quod vnus beatorū nō habet plenariè in seipso, hoc per charitatem habet in alio. Addidit quoq; (vt legitur) idem Apostolus: REMISSIONEM PECCATORVM id est, peccata posse remitti in seculo isto, quādiū durat hæc vitia. Tota nempe hæc vita, peregrinatio est, & via ad aliā vitā: idcirco vsq; ad terminū huius vitæ est locus & tempus meritorum. Vnde per Ezechielem Dominus ait: In quacunq; hora peccator conuersus fuerit & penitentiam egerit, omnium iniquitatū eius non recordabor. In fine autem vitæ præsentis non est tempus merendi ac demerendi, propter quod asserit Damascenus: Quod angelo est casus, hoc homini mors est: & Salomon protestatur: Vbi cunq; ceciderit lignum, siue ad austrum siue ad aquilonē, ibi erit. Queamodum enim angeli sunt vel inauertibiliter ad Deum conuersi, vel in conuertibiliter ab eo auersi, ita & anima inuariabiliter manet in illa dispositione seu affectione, in qua recedit à corpore. Postremò subdit: CARNIS RESURRECTIONEM, ET VITAM AETERNAM. Sanctus Matthias Apostolus apposuisse describitur, & est sensus: Credo quòd in fine seculi corpora hominum suscitabuntur, & animabus proprijs reuenientur. Et qui bona egerunt, vt ait Saluator, ibunt in vitam æternam: qui verò mala, in ignem æternū. Ideo sequitur,

Vitam æternam, id est, credo quòd electi & virtuosī habebunt pro premio beatitudinē æternalem, quæ est visio dei clara per speciem, vt apud Iohannem loquitur Christus Patri: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum. Et rursus obediens sibi promittit: Manifestabo ei meipsum. Vnde & Paulus: Videmus nunc per speculū & in enigmatē, tunc autem facie ad faciem. Sic & Iohannes in I. sua fatetur canonica: Videbim⁹ eum sicuti est. Ecce expositio symboli fidei ab Apostolis compilati, superficialis & breuis, quantum ad informationem sufficit laicorum. Postremò, quidam ponunt XII. esse articulos fidei, secundum numerū XII. apostolorum, qui symbolum fidei cōposuerūt, id quod vnusquisq; Apostolorū cōposuit, pro vno computantes articulo: sed illa positio & fidei articuloꝝ distinctio, superficialis ac rudis censetur, cum in clausula sancti Petri Apostoli tres tanguntur articuli. Alij ergo subtilius dicunt, quòd cum fides sit de his, quæ rationē excedunt, vbi occurrit specialis ad credendū difficultas & imperfructuabilis rationis, ibi est specialis articulus fidei. Vnde credibilium quædam pertinent ad Deitatem, quædam ad humanitatē. Circa Deitatem primò proponitur nobis credere de vnitatem diuinitatis, & de hoc est I. articulo: secundò trinitas personarū, & de hoc sunt tres articuli, scilicet de persona qualibet vnus. Deinde proponuntur nobis credenda opera Deitatis: & primò opus creationis, de quo est quintus articulus: secundò opus iustificationis, de quo est articulus sextus: tertio opus glorificationis, de quo est articulus septimus. Similiter ponuntur septem articuli circa Christi humanitatem: primus est de Christi incarnatione, secundus de eius natiuitate, tertius de eius passionē, morte & sepultura: quartus de eius descensu ad inferna: quintus de eius resurrectione: sextus de eius ascensione: septimus de eius aduētū ad iudicium. Hanc distinctionem ponit Thomas in Secunda secundæ q. 1. Quiddā nihilominus ponunt duodecim articulos fidei, nō secundū numerū duodecim Apostolorum, sed secundum aliam considerationem, quoniam tres articulos de fide triū personarū, comprehendūt sub vno articulo, quia eadē est trium cognitio personarū. Articulū verò de opere glorificationis distinguunt in duos, videlicet in articulum de carnis resurrectione, atq; in articulum de glorificatione animæ. Articulum quoq; de Christi incarnatione & natiuitate, sub vno concludunt.

Qualiter sacerdos curatus vel vicarius eius aut predicator, instruere debeat plebē suā circa diuinorum obseruantia mandatorū. Artic. XXXII.



D hoc Deus creauit genus humanum, vt diuinis obediēdo p̄ceptis, ad aeternā vitā post hāc vitā p̄tingat. Ideo in Euangelio ait Saluator: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Dedit igitur deus homini rationē & intellectū, vt Creatorē suū agnoscat, timeat, diligat, veneretur, atq; in caelesti gloria feliciter apprehendat, aeternaliterq; possideat. Hinc S. Dauid loquitur Deo: Nūquid vanē constituisi omnes filios hominū? quasi dicat, non vtiq;. Et de insipientibus atq; infidelibus ista nō perpendentibus in libro Sapientiae scriptum est: Aestimauerunt lusum esse vitā nostrā, & conuersationem vitę ad lucra compositā, & oportere vndecūq; acquirere. Tales sunt homines, qui nō attendūt prouidentia, Dei, neq; perpendūt se ad p̄sentia summi Iudicis omnia intuentis, agere cūcta quę agūt, atq; de vniuersis suis cogitationibus, affectionib; verbis cōmissis & omnis districte Iudici rationē daturis: immo sic agunt, sic viuūt, tā in timorātē, tā impudētē & turpiter ac inenarrabiliter peccāt, quasi nō esset deus, nec prouidētia, neq; futurū iudiciū. De quibus Salomon dixit: Quia nō cito p̄feret cōtra malos iudiciū, absq; vllō timore filij hominum perpetrāt mala. Et Psalmista: Non est timor nei ante oculos eorum. Itaq; volenti deo placere & saluari, primō necessē est obseruare X. p̄cepta, quę continentur in his versibus:

Vnū crede Deū, nec iures vana per ipsum. Sabbata sanctifices, habeas in honore parentes.

Nō sis occisor, fur, mœchus, testis iniquus. Nec nuptā alterius, nec rem cupias alienā. Primū ergo p̄ceptū est, vnū credere deū: quod nō est intelligendū de informi seu sola nudaq; fide, de qua Iacob⁹ ait Apostolus: Sicut corpus sine anima mortuū est, sic fides sine operib; mortua est in seipsa: sed de fide formata, id est, charitate atq; operib; bonis vnita, de qua Apostolus asserit Paulus: In Iesu Christo circumcisio nihil valet, sed fides quę per dilectionem operatur. Est ergo primum p̄ceptū, vt vnum solū verū aeternū omnipotētēq; Deū credamus, adoremus, metuamus ac reueremur. Qui cū sit vniuersorū summus Princeps & Rex, omnīūq; collator & cōseruator honorū, summē est diligendus, ac summo ac singulari venerandus honore, tanquā solus per se potēs

succurrere & saluare, ac solū: vniuersis incomparabiliter eminens, vtputā deus infinita maiestatis ac glorię, à quo suscepiamus quicquid boni habem; & sumus. Hinc solus dicitur cultu latrię honorādus. Latria quippe secundū Augustinū & Ciceronē, est virtus, quę neo cultū cærimoniamq; impedit. Actus autē latrię sunt deuotio, oratio, adoratio, sacrificiorū oblatio. Vnde qui hoc actus sololatrę. Hinc per Isaiā loquit nōs: Ego nōs, hoc est nomē meū: Gloriā meā alteri nō dabo nec laudē meā sculptilib; . Apostol⁹ quoque: Regi, inquit, secularū immortalī, inuisibili, solī neo honor & gloria. Quod si creaturis aliquib;, scilicet superiorib; & p̄latis ac virtuosis, honor & laus aliquando impendantur, hoc fit inquantū aliquid diuinę perfectionis participant, aut Deū quodammodo repręsentāt: ideoq; totum principaliter atq; finaliter ad nei est laudē & gloriā referendum. Nam deus in suis operibus ac vicarijs honoratur & inhonoratur, quibus & protestatur: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Itaq; quemadmodum rationalis creatura à deo profuxit, sic salus & finis atq; perfectio eius, vt deo Creatori suo vniatur, inheret, perfruatur. Propterea deus per Prophetas sepius nos hortatur vt conuertamur ad ipsum. Sic enim loquit per Ioēlem: Cōuertimini ad me in toto corde vestro. Propterea secūdu sanctos octores, contra I. Dei p̄ceptum iam tactum, nō solū agunt infideles idola adorantes, sed etiam vniuersi impij Christiani, & quicunq; in peccato latent mortali: quoniam omnes huiusmodi creaturę magis inheret, quā Creatori. Sunt namq; mente à deo auersi, & bonis creatis, commutabilibus & caducis, carnalibus seu terrenis corde cōiuncti sunt, & plūs quā deum amant, quęrunt & cogitant talia. Insuper, qui tantū diligunt vana, & vitiosa, quod mallent deū non esse, quā illa relinquere: vel qui vellēt deū nō esse iustū, aut omnia cognoscētē, quatenus liberē & impunē possent peccare, contra p̄dictū p̄ceptū enormiter peccant. Agunt quoque contra p̄ceptum hoc, qui fortilegos consulunt vel diuinos, vel qui vtuntur pomis inscriptis, aut schedulis collo suspensis, aut caracteribus seu alijs credulitatibus vanis, quasi non esset deus satis bonus, potens aut sapiens ad inuandum eos, quantum expedit salutē eorū. Aduersitates namq; infirmitates & damna atq; similia frequenter summē expediunt homini. Ideo nihil illicitū fieri debet, vt homo à talibus liberet, sed

Phil. 1. 1. 1. 1.

sed patienter sustinendę sunt castigationes Dei, qui ait: Ego quos amo arguo & castigo. Postremō, contra p̄ceptum peccant p̄ceptum, qui opus Dei negligenter persoluūt, qui cum torpore atq; fastidio seruiunt deo, qui temporalibus Dominis principibusque pralatis magis optant placere, ac diligentius obsequuntur quā deo, & talibus propter propria commoda blandiuntur, & filios suos aut filias aut vxorē magis amant quā deum, quęrentes ditare, exaltare, delectare siue mulcere illos, intantum quod agūt propter hoc contra Dei p̄cepta, dū fiunt auari aut libidinosi.

Quantum & qualiter diligendus sit deus ac etiam proximus, & de vtro ac spiritali amore dei & proximi. Artic. XXXIII.



Vām summē & incomparabiliter debeamus diligere Dominū deum nostrum Moyses legiser Iudæorū, & Chrs legislator Christianorum, euidenter atq; concorditer docent. Moyses namq; sic ait: Diliges dominum deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Denique Marcus scribit, quomodo Iesus interrogatus à legisdōctore, quod esset mandatū primum in lege, respondit: Primum mādātum est: Diliges Dominum deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mēte tua, & ex tota virtute tua. Secundum autem simile est illi: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Itaq; p̄cipitur nobis diligere deum quasi sine mensura, & quasi incomparabiliter super omnia. Ideo quicūq; verē & spiritaliter seu meritorie diligit deum, quantumcunq; parū diligat eū, oportet ad minus quod plūs diligat eum, quā quamcunq; creaturam, immo quā simul vniuersa creata: aliter nō verē & meritorie diligeret deum, sed creaturam Creatori p̄ferret, & esset in peccato mortali. Idcirco, Augustino testate, minima diuini amoris particula, maior est maximo totius mundi amore. Præterea, quia diligere tenemur proximū (id est, omnem rationalem creaturā, felicitatis capax) sicut nos ipsos, ideo tenemur vnumquemq; hominem viatore plūs diligere q̄ omnes diuitias seculi huius, & quā omnia bona mundi, quę infra hominem sunt: immo plus quā proprium corpus, corpalemque vitam: quia non solū charitas, sed etiam ordo charitatis cadit sub p̄cepto, secundū Doctores cōcorditer: ita quod primō & maxime tenemur diligere deum, deinde nos ipsos, tertio proximos, quarto propriū cor-

pus. Cetera omnia charitati Dei sunt postponenda. Ideo quilibet Christianus tenet se scire, quod mallet nō solū omnia bona sua exteriora, sed etiā suā corporalē vitā amittere, quā animā cuiuscūq; proximi sui perire. Oportet ergo scire quid sit deum verē diligere, & quid seipsum verē spiritaliterq; amare, quid etiā sit diligere proximū sicut seipsum. Est ergo sciendū, quod triplex est amor, scilicet rationalis, naturalis & spiritalis. Et istud oportet diligenter aduertere, vt sciat homo inter verā & meritoria dilectionē, & inter amorē fallacē & nō spiritalē discernere. Itaq; amor carnalis est, quo quis alteri sensualiter afficit propter comodū temporale seu delectamētū carnale: sicq; homines libidinosi se inuicē amāt. Rursus, amor carnalis est, quo quis alteri cupit aut sensibilia & temporalia bona, videlicet carnales delicias, tēporales diuitias, humanos honores. Et tali amore multi parentes diligunt sobolē suam, multi quoq; seipsos: ideo iste amor est vitiosus. Porro amor naturalis in communicatione originis vel nature fundatur, & est affectus, quo quis alicui afficitur propter similitudinem naturę, vel propinquitatem originis vel conuenientia naturalis dispositionis, vel propter bonitatem naturalem ipsius: vel affectus, quo quis alicui cupit seu vult dona naturę, videlicet esse, sentire, viuere, intelligere, sanitates & robur atq; similia. Sic quoque parentes & filij ac cognati se inuicē solē diligere, & hic amor nec vitiosus, nec vitiosus nec meritorius, nec demeritorius est in se: sed quō ordinatur ad spiritalē dilectionē & illi subternit, ac ea perficit, tunc est utilis & fomentū ac incentiuū spiritalis amoris: si verō ita non ordinetur, carnalis efficitur (vt frequenter) & peccandi occasio. Vniq; quis deus sit simplicissimus atq; purissimus spiritus, quidā tamen quasi carnaliter diligunt eum, omnes videlicet, qui diligūt deū propter exteriora & carnalia bona, quę ab ipso sortiti sunt. Et quia in tēporalibus eis benē succedit, referendo talia principaliter ad se ipsos, hoc est, ad sua comoda atq; delicias, non ad spiritalia bona ac Dei honorē, ideo talis amor non est verus, meritorius & salubris: immo qui taliter amāt deū, sunt in mortali peccato, dānationisq; statu. Naturaliq; amore diligere deū, vel propter suā bonitatem, vt naturali ratione noscibile, vel propter beneficia sua in se cōsiderata, nec meritoria nec demeritoria extat. Nā & multi gētiū taliter amant deū. Est igit tertius amor qui dicitur spiritalis, quo quis alicui cupit & vult dona gratię in p̄sentia, & dona glorię

Amor triplex.

Ioh. 4. 2. Cor. 13.

in futuro: vel effectus, quo quis diligit alique propter bonitatem suam gratuitam, vel propter bonitatem summam, que est bonitas sive essentia beatitudoque summa supernaturaliter cognita: & hic amor dicitur charitas propria, que est habitus supernaturalis, creatus, infusus, quo Deum proximique diligimus: eum videlicet, propter puram generalique bonitatem ipsius inmensam: proximique vero (id est, nosmetipsos & alios) in Deo & secundum voluntatem ipsius, videlicet ut per dona gratiae & gloriae uniamur Deo in hoc seculo & in futuro. Quicunque ergo vult sibi ipsi vel alteri aliquid saluti contrarium, seu divina lege prohibendum, ut puta voluptates carnales, superfluas opes, prosperitatem mundanam, transitoriosque honores, non veraciter diligit, immo miserabiliter ac stolidè odit seipsum vel alterum, iuxta illud in Psalmo: Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Debemus igitur Deum toto corde, id est, integra voluntate diligere, ut ad nullam rem tantum aut plus afficiamur, quam ad Deum, sed omnia ordinemus ad ipsum, ad eius amorem, ad eius gloriam & honorem, & ipsum precunetis diligamus, volendo ei quod ipse est, ut puta infinitam perfectionem, excellentiam & gloriam suam: congratulando quoque immensae beatitudini eius, cordialiterque optando, ut ipse ab uniuersis hominibus iugiter debite diligatur, timeatur ac honoretur. Sic quippe super omnia sincere amandus est Deus: Primo, propter puram, infinitam & incomparabilem bonitatem, pietatem ac perfectionem ipsius. Secundò, quoniam ipse prior dilexit nos, propter quod ait Iohannes Apostolus: Nos diligimus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Nimis enim ingratus & durus est, qui se amantem non amat. Tertio, propter uniuersa beneficia sua, quia ab ipso habemus corpus & animam, omnia membra & vires, exteriora & interiora, naturalia & supernaturalia bona. Pater quoque proprio Filio non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum, ut ait Apostolus Paulus: Propter quod scriptum est: Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret. Ad beneficia etiam Dei & ad ineffabilem eius misericordiam pertinet, quod tam diu nos in peccatis nostris sustinuit, cum iam multos in aeternum damnauerit, qui minus peccauerint quam nos, quod toties nobis indulget, & durante hac vita, semper gratiam suam offert nobis, ac indulgere paratus est, quod non solum per homines, sed & per angelos sanctos ad bona nos cohortatur, & vitam nostram tuetur, à varijs peccatis & periculis nos praeseruans. Quarto sic diligendus est Deus propter bona gloriae, quae nobis spopondit &

Psalm. 10.

Ioh. 4.

Roma. 8.

Ioh. 5.

in caelestibus praeparauit, quae teste Apostolo, tanta & talia sunt, quod oculus ea non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quia in hac vita comprehendere non queunt. Ecce, pensemus quam gratum, quam amabile & acceptum est nobis esse, viuere, sentire, intelligere, sanum existere & satis habere: quam inuitè hanc perderemus, quam inuitè vno sensu, vnoque membro careremus. Cur ergo non diligimus eum, à quo omnia praeducta habemus, sine cuius etiam conseruatione nec ad momentum ea tenere valeamus, qui necessaria vitæ nobis incessanter ministrat, & in suis operibus non desistat? Cur tam omnipotenti atque pijsimo creatori, conservatori, prouisorio sumus ingrati, eumque quotidie toties inhonoramus, & membris ac viribus nostris, quae nobis largitus est, ut ei fideliter obsequamur, aduersarij eius Diabolo & peccatis seruimus? Quis tantam ingratitudinem, peruersitatem, iniustitiamque comprehendere possit? Quid igitur restat, nisi ut verè & condigne nos emendemus? & sicut omne quod habemus? & sumus, ab Omnipotente suscepiamus: ita nos ipsos & omnia quae ab eodem accepimus, quantum ad beatitudinem nos iuuant, diligere debemus. Insuper proximis nostris (omnem videlicet hominem viatorem, amicum & inimicum) spiritualiter diligamus, precibus adiuuemus, fama & exemplo aedificemus, à vitijs retrahamus, fraternaliter dum opus est corripiamus, nec propter proprium commodum, sed propter Dei & bonum honestum amemus proximis, ut bene fit eis in Deo. Ait namque Hieronymus: Vera est illa amicitia & Christi glutino copulata, quam non utilitas rei familiaris, non praesentia corporum tantum, non adolatio palpans, sed Dei timor & diuinaria studia scripturarum, exercitiaque virtutum conciliant. Isidorus: Non sunt, inquit, fideles in amicitia, quos munus, non gratia copulat, nam citò desinunt, nisi acceperint. Dilectio enim quae munere glutinatur, eodem suspensio dissoluitur. Cõstans ergo sit amor noster, & ut ait Gregorius: Amorem nostrum erga proximum plus opera bona loquantur quam lingua. Nam & Iohannes Apostolus in I. sua scribit Epistola: Non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. Denique, sic proximum diligamus, ut tamè propter eum nequaquam illicitum quid agamus, cum & Tullius dicat: Haec lex in amicitia seruatur, ut neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati. Igitur in Ecclesiastico scribitur: Noli pro amico inimicus fieri proximo. Qui ergo vult spiritualiter viuere & Christi discipulus esse, ante omnia charitatem Dei

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

Hieronymus

1. Ioh. 5.

in dialog. 4

Eccle. 6. 9

& pro:

& proximi semper & habere & conseruare conetur. Ipsa enim spiritalis dilectio vita est animae, & cuncta eius opera Deo placita ac meritoria facit, Christo testante: In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si charitatem habueritis ad inuicem.

De secundo precepto. Articulus XXIII.



Secundum praecipuum est, Non vanè iurare per Deum, id est, nec falsa iuramento firmare, nec vera sine rationabili causa iurare. Hoc etiam praecipuum prohibetur iuratio falsa & sine causa condigna, per sanctos, per euangelium, per reliquias atque similia. Ideo contra praecipuum hoc faciunt & mortaliter peccant, qui falsum scienter iurant, cum tales adhibeant Deum in testem falsitatis. Quamuis autem ex lapsu linguae seu inadvertentia, vel raro iurare quod verum est, absque rationabili causa, sit veniale peccatum, tamen consuetudo ita iurandi dicitur esse mortalis. Cedit namque in irreuerentiam Dei, pro nihilo ipsum in testem assumere. Rursus, qui iurat contra conscientiam, transgreditur hoc praecipuum, etiam si sit verum. Porro, qui iurat per intestina Dei seu membra, sanguinem aut vulnera Christi, enormiter peccat: & contra tales positae sunt leges punitivae, tam ab Ecclesiasticis praetatis, quam à principibus secularibus, quae vrinam seruarentur. Insuper, praecipuum hoc damnabiliter frangunt, qui causa lucri facilliter iurant & sepe periurant, ut mercatores & alij venditores, taxillatores, alijque lusores: item qui promissa non implent, & qui fidem coniugalem non seruant: hi quoque, qui spondent aut iurant illicita: quoniam eo ipso, quo talia iurant aut spondent, crimem periuurij incurrunt, quia talia non tenentur implere. Nam ut ait Hieronymus: Tres sunt comites iuramenti, videlicet veritas, iustitia, atque iudicium. Haec enim naturalia exiguntur ad hoc, quod iuramentum erit licitum. Oportet ergo ut veritas asit, id est, ut verum sit quod iuratur: asit quoque iustitia, id est, iusta & rationabilis causa: itemque iudicium, id est, discretio, ut cum debito moderamine fiat, suoque loco & tempore. Similiter haec tria sunt comites voti. Vnde ait Isidorus: In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum. Impia promissio, quae scelere adimpletur. Denique, quam periculosissimum & impium sit mendaciter inaniter iurare, constat ex eo quod

Matth. 5.

Iuramenti tres comites.

apud Mattheum ait Saluator: Ego dico vobis non iurare omnino, neque per caelum, neque per terram, neque per caput tuum iurabis. Sit autem sermo vester, Est est, Non non. Quod autem his abundantius est, à malo est. Sed & à Iacobo eadem scripta sunt verba: ante omnia, inquit, nolite iurare &c. Hinc in ecclesiastico scribitur: Iuratori non assuescat os tuum, multi enim casus in ea. Vir enim multum iurans implebitur iniquitate, & non recedet de domo illius plaga. Porro hoc loco aduertenda sunt verba Sanctorum. Ait equidem Augustinus: Ille qui prouocat hominem ad iuramentum, & scit eum falsum iuraturum, vincit homicidam, seu peior est illo: quoniam homicida corpus occidit, ille animam: immo duas animas, scilicet suam & eius, quem iurare compellit. Ex quo sequitur, quod magis teneatur homo rem suam amittere & perpeti damnum, quam aliquem ad falsam iurationem inducere. Magis autem teneatur animam proximam, quam rem temporalem, diligere. Iterum asserit Augustinus: Ille qui exigit iuramentum, multum interest si nescit illum falsum iuraturum, vel scit. Si enim nescit, & ideo dicit, iura mihi, ut fides ei fiat, non audeo dicere non esse peccatum, tamen humana tentatio est: si autem scit eum sic fecisse, & tamen iurare cogit cuius oppositum nouit, homicida est. Ait quoque Isidorus: Quacunque arte verborum quis iuret, Deus qui conscientiae testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur intelligit. Postremò, quod loquitur Christus, Ego dico vobis, non iurare omnino, intelligendum est de iuramento inordinato, scilicet vano aut falso, sicut & illud quod ait: Nolite iudicare. Ideo etiam Christus dixit hoc, ut doceat quam periculosum sit sine sufficienti atque cogenti causa iurare: quia & consuetudo verum iurandi, ducit ad consuetudinem periurandi, dicente Chrysostomo: Nemo est qui frequenter iuret, & aliquando non periuret, sicut qui solet plurima loqui, aliquando loquitur importuna. Idcirco differuit Augustinus: Christus qui noluit te iurare, noluit te super ripam ambulare, ne pes tuus in angusto positus, labatur in praecipuum. Dicitis consonat illud Hugonis de S. Victore: Non potest vitare peccata, qui non curat vitare occasiones peccandi. Admoneat ergo omnis curatus & omnis praetatus subditos suos, ut prauissimam illam iurandi consuetudinem prorsus abijciant, quoniam qui longè est à peccato iuramenti, id est, securus est & à peccato periurij. Studeat fideles penitus non iurare, quod potissimè

Matth. 5.

Iacob. 5.

Matth. 5.

Matth. 7.

Ioh. 7.

necessarium est his, qui consuetudine iurandi infecti sunt, quemadmodum virga curua non reificatur, nisi ultra medium reflectatur: Si quis autem iuret ex rationabili causa & reuerentia debita, circumstantijsq; virtutu consideratis, & seruatis, licitum, immo & meritorium, & actus virtutis, quae dicitur latria. Quinamque sic iurat per Deum, reuerentiam exhibet ei: quoniam praesupponit eum esse summam & ineffabilem veritatem, omnium quoque habere certam scientiam, prudentiamque perfectam. Propterea in Deo testimonio habetur: Dominum Deum tuum timebis, & per nomen eius iurabis. Cum autem per creaturas licite iuratur, non iuratur absolute per eas, in quantum sunt creaturae, sed in quantum representantur siue relucet in eis virtus ac veritas Dei.

De tertio praeepto. Artic. XXV.



ertium praeeptum est, ut diem sabbati obseruemus, id est, dies festiuos celebremus. Hoc legis praeeptum fuit partim caeremoniale, videlicet quantum ad assignationem certae diei: & partim morale, quia ratio dicit, ut aliquo die hebdomadae homo specialiter vacet Deo, & aliorum dierum negligentias repararet & peccata emendet. Sunt ergo dies Dominici ac festiuus celebriter obseruandi: quia etsi quotidie, tamen tunc est cessandum a vitijs, & grauius est tunc peccare: tunc quoque ab operibus mechanicis seu seruilibus est cessandum. Opera vero seruilia ab Ecclesia sunt determinata, videlicet opera mechanica, agricultura, mercatura ac planatura, & caetera vocationem ad Deum impediunt. Nec solum praedictis diebus a praefatis cessandum est, sed tunc praecipue Deo vacare oportet, & propriam conscientiam examinare atque purgare. Vnde fideles tenentur tunc Missam audire nisi impedimento excusarentur legitimo. Tunc insuper debent verbum Dei libenter audire, diuinum officium frequentare, beneficia Dei recollere: gratiasq; Deo referre, orationibus deuote intendere, propria peccata ad memoriam reuocare, defflere, confessionem & emendationem proponere. Tunc ergo specialiter sunt vitandae scurrilitates & superfuitates verborum, saltationes & cantus lasciuiae atque inanes, comestiones, potationes, ludii indecentes & cordis euagationes, immoderate consolationes & voluptates carnales. Vnde in gestis Toletani concilij legitur, quod etiam in decreto de Consecratione distinct.

Exod. 29.
Leuit. 26.
Deuter. 5.
Nemi 9.
Esa. 56.
Eliere. 12.
Ezech. 20.
Malach. 6.

III. scribitur: Irreligiosa consuetudo, quam vulgus per Sanctorum solennitates facere consuevit. Nam populi qui debent diuina officia attendere, saltationibus turpibus inuigilant, cantica non solum mala canentes, sed etiam religiosi officijs obstreperantes: hoc ab omnibus prouincijs depelli committitur. Sanctus quoque Appollonius ait, & praefata distinctione inducitur. Die Dominica nil aliud est agendum, quam Deo vacandum. Nulla operatio in illa die sancta agatur, nisi tantum hymnis & Psalmis & canticis spiritualibus dies illa transfiguratur. Itaque festiuus diebus non licet radere barbam, equos ferrare, nisi necessitas sit excusans. Admoneant ergo qui praesunt & praedicant populum, ut festiua debite celebret. Etsi animarum curam habentes, agnouerint sibi commissos in aliquo aut aliquibus praedictorum culpabiles, feruentissimè ac frequentissimè illos corripiant, quousq; emendant, alioqui tota subditorum culpa in superiores redundaret. Et vehementer dolendum est, quod istud praeeptum, quemadmodum & praecedens tam pessimè obseruatur. Diebus quippe festiuis magis quam alijs vanitatibus & carnalitatibus penè omnes damnabiliter vacant: & quia Deo vacare nil magis contrariatur quam peccare, ideo asserit Augustinus: Melius faceret colonus aliquid in agro suo utile in die Dominico, quam in theatro desidiosus existeret: & melius sermone lanam nerent, quam tota die in festis salutarerent. Origines quoque affirmat: Si desinas ab omnibus secularibus operibus, si spiritualibus operibus vaces, ad ecclesiam conuenias, lectionibus aut sermonibus diuinis aurem praebes, de caelestibus cogites, de futura spe sollicitudinem geras, futurum iudicium praeculis habeas, non respicias ad visibilia atque praesentia: haec est observatio sabbati Christiani. Hinc dicit Gregorius: Die dominico a labore terreno cessandum est, atque orationibus insistendum, ut si quid negligentiae per dies sex agitur, die Dominico precibus expietur. Instruat ergo curatus populum suum, quod ita necessè sit obtemperare praeeptis Ecclesiae, sicut diuinis: & toties mortale peccatum committitur, quoties praeeptum Dei sine Ecclesiae praeparatione, cum hoc sit directè contra iustitiam, nec Deum veraciter diligit, qui amore lucri aut timore humanae offensionis seu damni terreni, ne aut Ecclesiae praeeptum transgreditur, cum signum diuini amoris, sit exhibitio operis atque diuinae impletio iussionis, propter quod ait in Epistola sua Iohannes

De consuetudine
diff. 3. ca. 10.
lig. 94.

De consecratione
diff. 3. ca. 10.
nia.

Exod. 29.

Augustinus

De consecratione
diff. 3. verum
nunt. 6. ca. 10.

Apostolus: Si quis dixerit quia diligo Deum, & mandata eius non custodit, mendax est.

De quarto praeepto. Articulus XXVI.



n tribus primis praeeptis praehabitis atque expositis, docetur quomodo habere se debet homo ad Deum: in caeteris septem praeeptis sequentibus docetur, qualiter se habere debet ad proximum, quorum primum est, honorare parentes. Quod licet primo intelligatur de carnalibus parentibus, consequenter tamen intelligendum est de spiritualibus parentibus ac praelatis ac omnibus superioribus, & caeteris, qui vel aetate vel sapientia vel virtute Patres vocari merentur. Carnales ergo parentes sunt honorandi, cum sint essendi principium soboli, siue cum eam nutrierint atque instruxerint, & multas curas variosque dolores ob eam perpessi sint. Hinc secundum Aristotelem, Deo & parentibus non potest reddi aequiualens. Sint ergo filij ac filiae parentibus suis grati & factis honorent: indigentibus pro posse succurrant, necessaria praebant, & eisdem in cunctis, quae ad paternam auctoritatem ac praesidentiam spectant, obediant, sicut ait Apostolus: Filij, obedite parentibus vestris per omnia, hoc est, in vniuersis quae ad dispensationem rei familiaris gubernationemque domus, & ad bonos pertinent mores, in quibus parentes tenentur sobolem suam instruere. Itaque contra praeeptum hoc grauius peccant, qui parentibus suis aut superioribus ac praelatis facilliter indignantur, irascuntur, maledicunt aut obloquuntur, & qui aut praeepta sanctae matris Ecclesiae paruipendunt, aut excommunicationem non curant, vel oblationes & decimas ministris Ecclesiae nolunt aut tardant persolvere. Secularibus quoque principibus iubentur subditi hoc praeepto honorem obedientiamque impendere in his, quae ad illorum spectant officium, quorum ordinationes & iussa non debent insipienter arguere neque contemnere, nisi euidenter essent contra iustitiam, contra Deum, contra charitatem fraternam. Similiter honorandi sunt aui & auiae, caeterisque seniores cognati: & sicut viuos parentes filij honorare tenentur, ita pro mortuis intercedere, & alijs modis sibi possibilibus illorum animabus succurrere obligantur. Hinc in Ecclesiastico scribitur: Qui timet Dominum, honoret parentes, & quasi Dominis seruiet eis

in opere & sermone cum omni patientia. Gloria hominis ex honore Patris sui, & dedecus filij Pater sine honore. Filij, suscipe senectam Patris tui, & ne contristes eum in vita illius: & si defecerit sensu, veniam da, & ne spernas eum. Quam mala fama est qui relinquit patrem? & est maledictus qui exasperat matrem. Hinc virtuosus ille Tobias praecipit filio suo: Honori semper habebis matrem tuam. Memor enim esse debes, quae & quanta pericula passa sit propter te in suo utero. Vnde in Ecclesiastico legitur: Gemitus matris tuae ne obliuiscaris. Moses quoque praecipit, immo Deus per Moysen: Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Et iterum: Filium contumacem, comestationibus ebrietatibusque vacantem, praecipit Deus per Moysen lapidibus obrui & occidi. Peccant ergo enormiter contra praeeptum hoc filij ad studium miseri, qui non curant proficere, sed bona parentum vitio consumunt turpiter se habendo. Denique, ut hoc praeeptum meritorie impleatur, oportet ut parentes honorentur non solum aut principaliter quia parentes sunt, vel ex naturali amore, sed principaliter, quoniam Deus hoc iussit, & ex diuino ac spirituali amore ad gloriam Dei, non propter humanam laudem aut propria comoda, sed solum ad com placendum parentibus.

De quinto praeepto. Articulus XXVII.



uintum praeeptum est, Non occides. Primo & maxime prohibetur corporalis occisio hominis, non secundum ordinem iuris facta. Denique, cum peccatum in proximum sit tantò grauius, quanto plus laedit ipsum, seu maius damnum nocuumque infert, constat quod inter peccata in proximum, homicidium sit maximum. Implicitè autem prohibetur in isto praeepto omnis ira, inuidia, odiumque in proximum: omnis quoque inordinata percussio, laesio, depilatio, contumelia atque detractio. Contra praeeptum hoc agunt, qui consilio vel auxilio seu consensu ad homicidium cooperantur, vel qui id non impediunt, si congruè possint: & qui constitutis in extrema necessitate, necessaria vitæ pro posse non praebent: hi quoque qui in cathedra peccati silentij sedent, id est, alios scandalizant, ad mortale peccatum illos trahendo seu inducendo: & qui peccatum à suis peccatis non retrahunt per correptionem fraternam, aut correctionem paternam seu instructionem, exhortationem, aut simili modo, loco & tempore opportuno,

Tob. 4.

Eccle. 7.

Deut. 23.

Exod. 10. 29.
Deut. 5.
Matth. 5.

vide 29. 4.
per totum.

Psalm. 35.

cum possint & debeant. Porro, ut sanctus Clemens testatur: Beatus Apostolus Petrus dixit homicidium esse triplex: Vñu corporale, quo naturale esse & viuere auferuntur: Aliud spirituale, quo quis ad mortem animæ, scilicet ad peccatū mortale inducitur, vel quo corporalis aut spiritualis mors alicuius optatur. Nam & Iohannes Apostolus loquitur: Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Deus nanque affectum computat pro effectu. Tertium est homicidiū, quo quis in corde aliorum vilescit, & esse bonæ famæ amittit, scilicet detractio. Ideo Salomon non proficitur: Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occultè detrahit. Detractio quippe mortale peccatū est, & secundum Doctores grauius furto, quoniam magis bonum auferit detractor quam fur. Nam fur tollit substantiam, detractor famam, quæ præponenda est opibus. Agunt quoque contra præceptum hoc, qui inter proximos discordiam feminant, quod grauisimum est peccatum, quoniam charitatis est corruptium, & vitiorum causā multorum. Ideo Salomon dixit: Detestatur anima mea eum, qui feminat inter fratres discordiam. Homicidæ autem grauisimè peccant, non solum quoniam interimunt, sed insuper quoniam animam æternæ mortis, videlicet perpetuæ damnationis exponunt periculo, frequenter enim qui occiduntur, ad mortem sunt imparati, quod homicidæ attendere debuit. Agunt demum contra præceptum hoc, qui propter iniuriam propriā vel suorum aliquem quærunt propria auctoritate occidere, cum non sit iudex illius, nec publica auctoritate fungantur. Porro, si Iudex reum occidat, non ex zelo iustitiæ, sed amore vindictæ aut ex liuore, transgreditur hoc præceptum.

De sexto præcepto. Articulus XXVIII.

SEXTVM præceptum est: Non furtum facies. In quo sicut in præcedenti præcepto & in duobus sequentibus, non solum prohibetur opus vitiosum exterius, sed inordinatus etiam ad peccandum affectus. hoc ergo præcepto prohibetur omnis illicita contractio, ablatio, detentio, defraudatio rei aliene, scilicet rapina, latrocinium, iniusta mercatio, mensuratio mala, infidelis labor, Simonia, vsura, aduocatio seu patrocinatio falsa. Contra hoc agunt præceptum, quorum culpa seu adulterio accidit, quod iniustus hæres in hæreditatem succedit. Si-

1. Iohan. 3. De peeniten. dist. 1. ca. homicidiorum.

ecclesi. 19.

6. q. 1. c. De teriores.

psal. 118. 6.

23. q. 5. cum minister.

deute. 5.

Leuit. 19

Rom 2.

de peeniten. dist. 5. ca. falsas

militer Ecclesiastici viri, qui bona Ecclesiæ superflue carnaliterque consumunt, potissimè si libidini seruiunt: ideo ad restitutionem tenentur. Hi quoque; qui beneficia duo aut plurima habent, cum vnum eis ad simplicem victum ac vestitū sufficiat, cum sanctus Bernardus cuidam illustri canonico beneficium vnum habenti scribat: Quicquid tibi de bonis Ecclesiæ ultra simplicem victū retines & vestitum, non tuum est, furtū est, rapina & sacrilegium est. Similiter peccant qui scienter vel ex carnali affectu indignos ad Ecclesiastica promouent bona, quæ non nisi dignis, bonis, scilicet Deum timentibus seruientibusque deuotè, debentur. Item qui parentibus suis aliqua furtim auferunt, que malè expendunt, & qui debita non soluunt pro posse dum repetūt. In omnibus autem prædictis pensandum est illud Augustini: Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, videlicet pro posse, vt dum adest facultas.

De alijs quatuor præceptis. Articulus XXXI.

SEPTIMVM præceptum est: Non mœchaberis, id est, fornicationem non facies. Quo præcepto, vt asserit Augustinus, prohibetur omnis illicitus concubitus, atque membrorum generationi deseruiendum omnis illegitimus vsus, omnis quoque libidinosus contactus, etiam in coniugatis, quo non seruatur naturalis ordo indutus à naturâ: immo omnis commixtio viri & femine extra limites legis ac vinculi matrimonialis. Vnde si maritus cognoscat uxorem ex concupiscentia prædominante, videlicet cum tanto ardore libidinis eam accedat, quàm si vxor sua non esset, tunc peccat mortaliter, & simile iudicium extat de coniuge, si taliter viro se misceat: tunc nanque non maritali, sed adulterij affectu se accedunt atque cognoscunt, secundum Hieronymum. Nec solum prohibetur isto præcepto illegitimus coitus, sed etiam eius affectus: quoniam omnis consensus deliberatus in illicitum coitum, aut in delectationem Veneream, seu concupiscentia prædominans, mortale peccatum est, sicut ait Saluator: Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. In libidinoso quoque osculis & amplexibus mortale peccatum consistit. Oportet ergo vitare occasiones concupiscentiæ vitiosæ & commixtionis illicitæ, scilicet incautum foeminarum adspæctum, col-

Exod. 10 Deute. 5. Matt. 5. 1. cor. 6. Rom. 13. 2. q. 4. c. 1. b. betorum

Matth. 5

Mich. 6. loquia

loquia secreta & immoderata, tactus & oscula, conuiuia, arrisus, munuscula, & se corâ Deo custoditè & timoratè habere: quod si tentatio venerit, statim immundam cogitationem oportet abijcere, passionem Christi adspicere, de iudicio Dei & penis inferni sollicitè cogitare, Dei auxiliū inuocare. Octauum præceptum est: Non falsum testimonium dices. Hoc nanque grauisimum est peccatum. Et qui falso testimonio causa est dâni alterius, ad restitutionem tenetur. Si verò famam eius corrumpit, ad famæ restitutionem est obligatus. Si autem est causa mortis alterius, homicida est coram Deo. Ideo Salomon ait: Testis falsus non erit impunitus. Hoc quoque præcepto prohibetur mendacium perniciosum, quod scilicet alicui est nocium. De quo in Sapientia libro habetur: Os quod mentitur, occidit animam. Et in Psal. dicitur Deo: Perdes oēs qui loquuntur mendacium. Omne autem mendacium, siue sit officiosum, id est, alicui profut, siue iocosum quod delectat, est ad minus veniale peccatum, & potest esse mortale per assiduitatem vel nimiam in eo delectationem. Quemadmodum autè præceptū est, falsum testimonium nõ proferre: ita præcepto hoc intelligitur iussum, veritatem non silere tēpore necessitatis, nisi opportuna causa excuset. In super, nonum præceptum est: Nõ concupisces vxorē proximi tui. Hic specialiter prohibetur appetitus adulterij, loquedo de appetitu non illo, qui est primus motus & ex corruptione fomitis nascentis, qui non est mortale peccatū, sed de appetitu deliberato rationis, cui videlicet ratio non renititur; sed consentit: nec solum consensus in actum, sed & consensus in delectationem Veneream; est mortale peccatum, secundū Doctores. Quemadmodum autem præcipitur viro non concupiscere proximi sui vxorem, ita & foeminis & puellis non concupiscere maritum cuiusquam. Deniq; hoc præcepto prohibetur omnis motus ac gest⁹ exterior, inordinatus, ad luxuriā prouocans, siue per internuntiiū, siue per literas, per minas, per munera, per adspæctū siue incestum, vel per vestimentorum ornatum vanum, prouocatum & indecentum, sicut iam detestabilis inoleuit consuetudo, super diploidem ferretogam ex vno latere omnino apertā, ita vt corpus circa pudicitie loca antè & retrò appareat: quod quam prouocatum sit fragilium foeminarum, perpendit de facili qui saltem vel paululū prudens est. Hinc diligentissimè attendatur, quod sapientissimè ait beatus hieronymus: Si vir vel mulier se

Mich. 6.

Exod. 20 Deute. 5. 6. q. 1. ca. q. 1. c. 1. q. 5. ca. 1. q. 1. c. 1. q. 1. c. 1. q. 1. c.

proverb. 19.

Septim. 7. 1. q. 1. c.

1. q. 1. c. 1. q. 1. c.

Exod. 10. Mal. 5.

ornauerit, & vultus hominum ad se prouocauerit, etiam si nullum sequatur damnum, iudicium tamen patietur æternum, quia venenum attulit, si fuisse qui biberet. Tales ergo mortaliter peccant. Quo etiam constat, quàm vitiosa sit illa vestium fractilatio deridenda atq; desenda. Viri quoque; & foeminae ea intentione se ornantes aut linientes, vt carnaliter placeant, & affectum alicuius in se inflamment carnaliter, Deum damnabiliter offendunt. Vnde & mulieres vultū pingentes ac linientes, sancti Doctores Augustinus & Ambrosius grauisimè dicunt peccare, & adulteris foeminis esse quodammodo deteriores. Decimum præceptum est: Non concupisces rem proximi tui. Vbi prohibetur desiderium ex ratione deliberata procedens eiuscūq; rei alienæ, videlicet mobilium immobiliumq; bonorum. Ex tali etenim concupiscentia oriuntur innumerabilia atq; enormia prorsus peccata, auaritia, rapina, furtum, latrocinium, violentia, impotentia & murmuratio contra Deum, qui tā dissimiliter bona terrena distribuit. Hinc Innocentius post Apostolum contestatur: Radix omnium malorum est cupiditas. Hęc sacrilegia committit & furta, rapinas exercet & prædas, bella gerit & homicidia, Simoniacè vendit & emit, iniquè petit & rapit, iniuste negotiatur & sceneratur, instat dolis & fraudibus, dissoluit pactum & violat iuramentum, corrumpit testimonium & peruertit iudicium. Pertinet ergo ad omnem Christianum, de bonis terrenis non amplius affectare, quàm suo statui competit, sibiq; expedit in ordine ad spiritualia bona, hoc est, ad seruendum complacendumq; Deo, ad proficiendum in gratia atq; virtutibus, ad obtinendum salutem æternam. Plus desiderare auaritia est, quæ est immoderatus appetitus diuitiarum. Ideo ait Apostolus: Habentes vitium & quibus tegamur, his cõtentus simus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationes & laqueum Diaboli, & desideria multa inutilia & nocua, quæ mergunt hominem in interitum & damnationem. Hinc Sapiens orat: Tantum victui meo tribue necessaria. Concupiscentia quoque; præfata, curam & inquietudinem ingerit menti, dicitur Gregorio: Nihil laboriosius in hac vita, quæ terrenis desiderijs æstuarè, & nihil quietius, quæ huius mundi nihil appetere. Atq; vt asserit Augustinus: Non est in carendo difficultas, nisi fuerit in habèdo cupiditas. Istud præceptū heu à multis malè, imo & pessimè obseruatur: immo quod videt, mox appetit, & quo videt alios abudare, id cupit obtinere.

Innocentius 1. Tit. 1. c. 6. 1. q. 1. c. 1. q. 1. c.

1. q. 1. c.

proverb. 11.

Refrenas

Refrēnanda est ergo concupiscentia detestanda, & verā diuitiā mentis iugiter sunt optandā, videlicet gratia Dei, virtutes & dona Spiritus sancti, quæ sunt mortalium animarum nostrarum decor, vestimentum, refectio, robur, nobilitas, armatura & salus. Itaque præinducta decem præcepta prædicet, proponat, exponat curatus prædicator, & omnis qui præest subditis suis, instruens eos, vt præcepta hæc Dei semper gerant in mente, & satagant adimplere, atque in eis velut in speculo considerent interiora sua & propriam vitam, an scilicet Deo sint obediētes, an sint in statu salutis, hoc est, in gratia Dei absque peccato mortali. Pœniteant quoque & desinant se præcepta hæc non adimpleisse, & confiteri ac emendare proponant ac propeant.

De quibusdam generalibus documentis, quibus instruendi sunt parochiani, immo & omnes communiter Christiani subiecti.

Articulus XXX.

Sicut ex præhabitis patet, primò instruendi sunt subditi de credendis & de agendis. Primò ergo curatus seu eius vicarius frequenter ac diligentissimè admonet sibi commissos, vt præcepta Dei iam dicta adimpleant, deinceps vt Ecclesiæ quoque præcepta obseruent, ieiunando & dies festiuos celebrando, quia toties peccarent mortaliter, quoties ieiunium Ecclesiæ soluerent sine rationabili causa, quam suo pastori aut eius vicario debent (si possunt) exponere, & eius vti cōsilio. Vnde quadragesimale ieiunium omnes seruare tenentur, nisi impedimento excusentur legitimo, vt infirmitate, puerili ætate vel senio aut itinératione seu graui labore: & tunc in alijs pijs operibus pro posse omisionem ieiunij recompensent orationibus, elemosynis atque similibus exercitijs plus solito operam dando, secundum quòd vacat eis. Insuper doceat eos, quòd vniuersi Christiani tenentur per arctam viā salutis incedere, id est, pœnitentialem ducere vitam, concupiscentias carnis & praua desideria refrēnare: in cibo, potu, somno, vestimentis aut habitaculis voluptatem, superfluitatem, curiositatem & pompam vitare: sobrietatem, necessitatem, vtilitatem, simplicitatem & humilitatem seruare, cum dicat Saluator: Videte ne grauentur corda vestra crapula aut ebrietate, vel curis huius seculi. Rursus: Vt vobis diuitibus qui habetis hic cōsolationem vestram. Vt vobis qui saturati estis, quia esuriētis. Apostolus quo-

Vide c. consilium de obseruati. ieiunij

Luc. 13.

Luc. 22.

Luc. 6.

Gal. 5.

que ait: Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Itemque: Spiritu ambulare, & desideria carnis non perferētis. Præterea doceat eos, vt vniuersa quæ faciunt, ordinent & referant ad dei gloriam & honorem, atque ex charitate Dei principaliter ac imperialiter omnia agant, sicut docet Apostolus, dicens: Omne quodcunque agitis in verbo aut opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo Patri per ipsum. Vnde etiam opera exteriora & mechanica, ad Dei sunt gloriam ac honorem summè ac finaliter ordinanda. Nam si quis debet Deo seruire ac obedire, oportet eum viuere: & si viuere debet, oportet vt necessaria habeat vitæ: sicque opera per quæ necessaria vitæ acquirit, custodit, dispensat aut trahat, referre potest & debet ad Dei obsequium, honorificentiam, dignitatem: aliter opera non essent meritoria vitæ æternæ, nec placita coram Deo. Sit ergo intentio nostra recta, nec proprium honorem quis querat. Ideo quippe ait Saluator: Si oculus tuus fuerit simplex, id est, intentio recta ad Deum erecta, totum corpus tuum lucidum erit, id est, vniuersa operatio tua erit virtuosa & clara. Si autem oculus tuus nequam fuerit, id est, peruersa intentio & ad se inordinatè reflexa, videlicet ad laudem vel commodum proprium, totum corpus tuum tenebrosum erit, id est, omne opus tuum erit vitiosum, etiam si opera tua sint bona ex genere, vt patet de his qui orant, ieiunant vel elemosynam largiuntur propter humanum fauorem, laudem aut commodum suum. De quibus loquitur Christus: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Hinc iterum protestatur: Videte ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab illis, alioqui mercedem non habebitis à Deo. Potius autem agenda sunt opera bona, ad quæ tenemur, coram hominibus ad Dei honorem & proximi edificationem, Christo edicante: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant bona facta vestra, & glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est. Amplius doceat eos, vt quicquid habent aut operantur, Deo humiliter semper ascribant & gratias agant, sibi ipsi verò omnem fragilitatem, defectuositatem & culpam, cum Christus dicat: Sine me nihil potestis facere. Et per Osee Prophetam asserit Deus: Perditio tua ex te, in me tantummodo auxiliium tuum. Nullus ergo in seipso inaniter gloriatur, nec vanè complectat sibi metipsum, quum dicat Apostolus: Quid habes quod non

ibidem.

Coloss.

Matth.

ibidem.

ibidem.

Matth. 1.

ibidem.

Osee. 11.

1. Corinth. 4.
Hierem. 9.
1. Corinth. 1.
1. Corinth. 10.

non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Et rursus: Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Adhuc autem instruat eos, quòd quicumque in peccato mortali est coram Deo, & spiritualiter mortuus est, ingratus, turpis, vilis ac fœtidus, immo omni cadauere incomparabiliter vilior, turpior atque fœtidior: & quicquid boni videtur agere Missam audiendo, elemosynas dando & in similibus, nec meritorium est, nec ad salutem directè proficiēs. Idcirco eos hortetur, vt diligentissimè student esse & viuere sine peccato mortali: & si (quod absit) in mortale peccatum incidierint, statim pœniteant, à Deo veniam petant, confiteri & emendare proponant. Hortetur ergo & doceat eos, vt omni die, ad minus semel, præsertim de sero, antequàm vadant dormitum, recogitent sua peccata, & qualiter diem expenderit, quid mali commiserint, quid boni omiserint: & sic à Deo humiliter & contrito corde veniam deprecetur, opportunoque tempore confiteri proponant: & antequàm vadant dormitum, aliquas legant orationes, & deceterò melius proponant habere: sicque cruce se signent, Deo commendent, somnum & quietem accipiant, vt ad opera bona fortiores consurgant. In lecto quoque se habeant condecen- ter, & dum expergiscuntur, statim Dei sint memores, & orationem aliquam fundant. Porro dum surgunt, iuxta Christi doctrinam, primò quærant regnum Dei & iustitiam eius, id est, aliquid spiritualis exercitij agant, orando aut Missam (si possint) audiendo, quod diebus festiuis præcipuè est agendum. Insuper doceat eos, quod (quia de omni verbo otioso, de omni tempore nobis cōcesso reddituri sumus rationem Altissimo) verba superflua, vana, scurrilia, maxime inhonesta, turpia ac lasciuia deuitent in laboribus, in mensa, in taberna, & quocunq; conuerint. Tempus quoque vtiliter conentur expèdere, & in opere exteriori seu otio assuescant sæpè cogitare de Deo & pertinentibus ad salutem, atq; orationes aliquas breues siue mentales suo offerant Creatori. Ebrietates, comestationes, loquacitates, choreas & similes vanitates deuitent, præcipuè festiuis diebus. Et breuiter, quod quis rationabiliter non vult sibi fieri, non faciat alteri, sicut Christus in Euangelio docet, & naturale ius exigit. Ideo vnus non debet alii despiciere, opprimere, prouocare. Præterea doceat eos, quòd quātò anima nobilior est corpore, & vita futura longior præsentē, tantò plus debet quilibet Christianus ama-

Matth. 6.
De consil. d. 1.
ca. nisi panem.
Matth. 12.
41. d. cum
cœlo & c. co-
mensationes.

Matth. 7.

re, quærere, adipisci & conseruare spiritualia dona gratiæ ac virtutum, beatitudinemque cœlestem ac sempiternam, quàm bona terrena atq; carnalia. Et quia post hanc vitā breuissimam mox iudicadi sumus à Deo, & vel æternaliter condemnandi, vel in æternum saluandi, propterea omnem Christianum oportet semper esse timoratum, sollicitum, custoditum, sicut ait Saluator: Vigilate, ne scitis enim quādo Dominus, serò, an media nocte, an gallicantu, an manēne, cum venerit, inueniat vos imparatos. Ideo dico vobis: Videte, vigilate, orate.

Mich. 6.

Matth. 24.

Matth. 7.

De exhortatione fidelium ad opera misericordie, tam spiritualia quàm corporalia.
Articulus XXXI.



Quoniam lex Christi, quam omnes profitentur & seruare tenentur Christiani, est lex charitatis ac pietatis, constat quòd ad charitatis pietatisque opera Christiani præcipuè obligantur, dicente Ambrosio: Vis summa Christianæ religionis in misericordia & pietate consistit. Denique, tanta est virtus, dignitas & efficacia operum misericordie, vt quamuis in die iudicij de omni opere bono ac malo sit faciēda discussio, de solis tamen misericordie operibus Christus specialiter explicat tunc peragendum iudicium, & pro illorum exhibitione reddendam felicitatem æternam, atque pro rerum illarum omisionem damnationem perpetuam. Oportet ergo Christianos scire & vigilanter aduertere, quæ & quot sint misericordie opera. Sunt autem septem opera misericordie corporalia, scilicet pascere esurientem, potare sitientem, vestire nudum, colligere peregrinum, visitare infirmum, redimere captiuum, sepelire mortuum. Sunt quoque septem opera misericordie spiritualia, vt potest docere ignorantem, consulere dubitanti, consolari tristem, corripere siue corrigere peccantem, ignoscere offendenti, onerosos & graues portare, & pro vniuersis orare. Hæc autem spiritualia misericordie opera, quæ etiam spirituales elemosynæ appellantur, sunt multò præstatiōra, quàm opera misericordie corporalia, cum in seipsis sint digniora, tanquàm spiritualia quæ corporalibus prægeminant, & per ea animabus subueniunt, quæ corporibus incomparabiliter digniores existunt. Primò igitur ad omnia misericordie opera inflammare debet, quod christus apertissimè protestatur: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam cōsequētur, & ipsi.

Matth. 12.

Septem sunt opera misericordie.

Matth. 5.

& ipsorum miserebitur Deus. Deus enim sic facit hominibus, sicut ipsi sibi inuicem, & sicut ipsi promerentur ad inuicem se habēdo. Qui ergo vult vt Deus sit sibi misericordissimus, liberalissimus, suauissimus, & ad exaudiendum pronissimus, ipse sit proximis suis piissimus, pauperibus misericordissimus, iniuriantibus indulgentissimus, petentibus liberalissim^o pro viribus suis: & quod non potest effectu ac donis, affectu faciat atque proposito. Porro qui mentis est durę & corde crudelis, qui citō facilliterque offēditur, difficulter placatur, aut iniuriantibus non indulget, quid aliud promeretur, nisi vt Deus rigorem suę iustitię in ipso demōstret, ipsum seuerē condemnet, & iniurias sibi ab illo irrogatas, æternaliter vlciscatur? Ideo equidem loquitur Christus: Dimittite si quid habetis aduersus aliquem, & si non dimiseritis, nec Pater vester cęlestis dimittet vobis peccata vestra. Iacobus quoq;: Iudicium, inquit, sine misericordia erit illi, qui non fecerit misericordiam. Hinc in Ecclesiastico sapientissimē scribitur. Qui vindicari vult, à Deo inueniet vindictam, & peccata illius Deus seruiabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Homo homini seruat iram, & à Deo querit medelam? In hominem sibi similem non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur Altissimum? Ipse, cum caro sit, seruat iram: quis exorabit pro delictis illius? Memento nouissimorum tuorum, & desine inimicari, & nō irascaris proximo, & abstine te à lite. Hinc & Paulus Apostolus exhortatur: Estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit nobis. Deniq; ad opera misericordię beatissimus Iohannes Baptista præcipuē hortatur, dicēdo: Qui habet duas tunicas, det vnā non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Quicquid ergo Christiano de vestimentis, cibis, poculisque superfluit, indigentibus communicare debet atq; tribuere: sicut & Christus ait: quod super est, date eleemosynam. Ait namque sanctus Hieronymus: Non solum decimę non sunt nostrę, sed ad Ecclesias deputatę: verum quicquid amplius, quàm nobis necessarium est, à Deo accepimus, pauperibus erogare debemus. Si autem quod illis deputatum est, nostris carnalitatibus & vanitatibus reseruamus, quanti pauperes in locis vbi nos sumus, fame aut nuditate moriuntur, nouerimus nos de illorum animabus rationem reddituros in die iudicij. His concordat quod beatus ait Gregorius: Tot pe-

Mat. 11.

Iacob. 2.

Eccle. 28.

Eccl. 11.

Eccl. 4.

Luc. 3.

Matth. 6.

Luc. 11.

Luc. 12.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

nē homines quotidie diuites perimūt, quot morientium pauperum apud se subsidia abscondunt. Nam cum qualibet necessaria indigentibus ministramus, sua illis reddim^o, non nostra largimur. Periculosum est ergo in vestibus ac ciborum generibus abundare. Secundo, ad opera misericordię spiritualia ac corporalia inflammare nos debet, quia per ea efficitur Deo specialiter similes. Deo namque propriū est misereri & parcere, cum natura eius sit bonitas, pietas & dulcedo. Punire verō & condemnare, non competit ei, nisi ex demeritis iniquorum. Idcirco vt Esaias fatetur: Hoc opus est quasi peregrinum & alienum ab ipso, de quo cantat Psal. Suauis Dominus vniuersis, & misericordies eius super omnia opera eius. Cū ergo similitudo sit causā amoris, certum est quod homines pij & misericordes, compasui & liberaliter succrescentes, sint specialiter Deo amabiles. Ideo dicit Ambrosius: Nihil tam commendat Christianum, vt miseratio charitatis. Tertiō ad idem nos prouocet, quōd sacra scriptura ad opera misericordię tam singulariter exhortatur, atque eisdem operibus tot præmia pollicetur, videlicet remissionem peccatorum, impetrationem gratię ac virtutum, & finaliter felicitatem æternam. Hinc namque ait Psal. Beatus qui intelligit super egenum & pauperē, in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra. Ecce quot bona, quot fructus, quot præmia misericordie promittit & imprecatur. Verum ille intendit super egenum & pauperem, qui charitatiuē & hilariter atque celeriter subuenit, releuat ac largitur. Non enim sufficiunt pulchra verba aut compasio nuda, nisi in his, qui quod largiantur, non habent. Nam Augustino testante: Misericordia est animi condolentis affectus cum beneficij additamento, vt compatiatur proximo, & largiatur de proprio. Rursusque ait: Misericordia est aliene miserię in corde nostro cōpasio, qua vtiq; si possum^o, subuenire compellimur. Deniq; Salomon loquitur: Misericordia & veritas non te deserant, & inuenies gratiam coram Deo & hominibus. Itemque: Per misericordiam & fidem purgantur peccata, & beneficit animę suę vir misericors. Qui miseretur pauperi, beatus erit: qui calumniatur egenem, exprobrat factori eius. Facere misericordiam & iudicium, plus placet Deo quàm victimę. Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur. Erue eos qui ducuntur ad mortem. Si esurit inimicus tuus, ciba illum: si sitit

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

tit, potū da illi, & Dominus reddet tibi. Mitte panem tuum super transeuntes aquas, & post multa tempora inuenies illum. Ad misericordiam etiam pertinet, quod iterū Salomō loquitur: Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina illius nō exultet cor tuum. Hinc virtuosus & pius Tobias docuit filium suum, dicens: Noli auertere faciem tuam ab vllō paupere. Ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies Domini. Quomodo poteris, ita esto misericors. Si multū tibi fuerit, abundanter tribue: si parū, etiam parū libenter impartire stude. Fiducia magna erit apud Deū eleemosyna omnibus faciētibus eam, & non patietur animam suam ire in tenebras. Hoc est quod loquitur Christus: omni petenti tribue. Et, Beatius est dare quàm accipere. Vnde in Ecclesiastico scriptū est. Non sit porrecta manus tua ad accipiendū, & ad dandum collecta. Non ergo dandū est vni tantū aut paucis, sed omnibus indigentibus, si ad sit facultas: quę si desit, dandum est verbum bonum, cōsolationū & salubre. Vnde in Ecclesiastico habetur: Oculos tuos ne transfertas à paupere, & animam esurientem ne despexeris: neq; exasperes pauperē, sed congregationi pauperum te affabilem facito. Hinc ait Ambrosius: Præcedentis misericordię officium perdit, qui putat esurienti sufficere quod semel donauit. Ille autem ad Dominū integros misericordię fructus præmittit, à quo pauper nunquàm tristis recedit. Eleemosyna itaq; est potens & realis oratio, vitiatorum purgatrix, quemadmodum scriptum est: Abscondite eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa orabit pro vobis ad Dominum: quia sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. Optimē igitur admonet Augustinus: Si vis esse mercator optimus, scenerator egregius, da pauperi quod non potes diū tenere, vt recipias quod nō queas amittere: da modicū, vt recipias centuplum: da temporalem possessionem, vt recipias hereditatem æternā. Gregorius quoq; idē fatetur, dicēdo: Quicquid egeno tribuitur, si subtili cōsideratione pensetur, non est donū, sed mutuū: quia quod datur, multiplicato (sine dubio) fructū percipitur. Porro eleemosyna humiliter danda est, ita vt diues pauperem se reputet meliorē, cum dicat Gregorius: Quisquis super eum, cui aliquid donat, elationis se fastu extollit, maiorem culpam peragit superbiendo, quàm meretur mercedem præstando. Insuper eleemosyna orationibus atque ieiunijs efficaciam confert. Vnde Tobias angelus Raphael: Bona, inquit, est oratio cum

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

ieiunio & eleemosyna. Ideo dicit Chrysostrmus: Cum veneris ad Ecclesiam ad orandū, munera tecum porta. Da non habentibus, & pete à neo qui habet, vt oratio tua bonis operibus commēdetur. Infirma est enim oratio, quę eleemosynarum largitate non est munita. Iterum ait: Nil plūs valet orationi quàm eleemosynarum largitas: quoniā frustrā pro peccatis rogaturus manus ad Deum expandit, qui has ad pauperem non extendit. Hoc est quod dixit Hieronymus: Sibi apud Deum ianuam claudit, qui viscera misericordię indigentem non aperit. Hinc gloriosus Apostolus Iohannes in prima sua fatetur Epistola: Si quis habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauerit viscera sua ab illo, quo modo charitas Dei manet in eo? Sed quoniā charitas Dei vita est animę, sine qua nil meritum potest esse in Dei ac proximi charitate, quisq; se contineat absq; mortali peccato, quod est proprię animę salubriter misereri. Hinc casset Augustinus: Qui vult ordinatē eleemosynam dare, à seipso debet incipere, & eam sibi primitiū dare: quoniā scriptum est: Miserere animę tuę placens Deo. Hoc est quod affirmat Gregorius: Mundari debet animus, qui eleemosynā præbet, quia omne quod datur Deo, ex dantis mēte pensatur: & ab omnipotenti Deo munus nō recipitur, quod corde in malitia obligato offertur. Veruntamen existētibus in mortali peccato, eleemosyna sepe est occasio impetrandi misericordiam Dei. Facienda sunt ergo opera misericordię vniuersa prædicta, tam spiritualia quàm corporalia, ab his qui possunt secundū congruentiam temporis, personę & causę. Nec sufficit semper siccum panem donare. Idcirco curatus seu eius vicarius admonet suos, vt indigentibus secundum quod egent, succurrant, esurientem cibando, sitientem potando, cum & Christus testetur, quia qui propter Deum dat alicui calicem frigidę aquę, non perdet suam mercedem. Nudum vestiendo, quemadmodum per Esaiā Dominus iubet: Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Peregrinos & pauperes hospitando. Ponat ergo pater familias lectulum pro proximis huiusmodi in loco decenti, quia & Paulus hortatur: Hospitalitatem nolite oblitisci. Infirmos visitado, iuxta illud Ecclesiastici: Non te pigreat visitare infirmum, ex hoc enim in dilectione firmaberis. Captiuos redimendo, præsertim si innocentes sint. Mortuos sepeliendo, cui operi pietatis Tobias angelus Raphael: Bona, inquit, est oratio cum

I. Iohan. 3.

De poenitentia d. 3. c. qui vult Ecclesiast. 30

Esaias. 58.

Heb. 13.

Ecclesiast. 7.

Tob. 2.

Gala. 6.

98. d. ca. si in
lucis: 99. ca.
ignorantia.
Thal. 50.

Ecclesiast. 7

93. d. c. error

ephe. 5.

Roma. 16.

Gala. 5.

Matth. 25.

Thessalo. 5.

sunt opera misericordie spiritualia, ignorantes docendo, praesertim de his quae necessaria sunt ad salutem. Vnde Apostolus scribit: Fratres, si praecoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu tenteris. Nam Christi fidelem oportet discere quae ignorat, vel docere quae nouit. Ideo ait Psalm. Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Item dicitur, dubitati consilium bonum dando pro posse, tristes consolando, iuxta illud Ecclesiasticum: ne desis plorantibus in consolatioe. Peccantes corripiendo, quia ad correctionem fraternam omnes tenentur. Et Augustinus restatur: Si neglexeris corripere, peior efficeris illo qui peccauit: immo beatus Apostolus praecipit: Nolite consentire in fructuosis operibus tenebrarum, magis autem redarguite. Sed de hoc infra dicetur. Peccates vero per poenae inflictionem corrigere, ad superiores praetatos pertinet. In se peccantibus ignoscendo, ut dictum est plenius, graues & infirmos pie portando, quemadmodum ad Romanos dicit Apostolus: Debemus firmiores imbecillitates infirmorum portare, & non nobis placere. Atque ad Galatas: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Et pro vniuersis orando, puta amicis & inimicis. Quantum enim bonum est communis, tantum est diuini. Idcirco pro bono communi & pro cunctis orare, est valde diuinum. Et qui pro omnibus deprecatur, bonitatis ac meriti omnium particeps redditur, quia & alij cooperatur ad bonum. Vnde curatus suos admonet, ut pro occurrentibus tribulationibus, aduersitatibus, necessitatibus atque periculis fideliter atque frequenter exorent, & pro vniuersis patriae, re viuus & mortuis, praesertim & pro parentibus suis, propinquis, benefactoribus, commissis, & finaliter charis. Postmodum ad opera misericordiae vehementer nos prouocet, quoniam quicquid indigentibus propter Deum impeditur, Christus sibi exhibitum arbitrat, & tam gratum est ei, ac si suae impenderetur personae, sicut fatetur: Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Vnde ad spiritualia misericordiae opera hortans Apostolus: Corripite, inquit, inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes.

De instructione subditorum, qualiter se
mutuo habere debent in uerbis.
Articulus XXXII.



Via ex verbis modestis, charitatis uis & pijs ac reuerenter dulciterque prolatis multa bona sequuntur, ex verbis autem irrationabilibus, pungitiuis, duris, improprietosis, derisorijs ac superbis multa mala nascuntur, curatus sapientissime instruat suos, ut in verbis sint mutuo charitatiui, circumpecti, viles ac benigni: nec vnus prouocet alium ut conuiuetur, nec superbe ac dure loquatur nec detrahat. De hoc in libro Prouerbiorum, plurima Salomon scribit, dicendo: Responso mollis frangit iram, sermo durus suscitatur furorem. Detrahentia labia procul sint a te, lingua placabilis lignum vitae. Fauus mellis verba composita, & dulcis eloquio maiora reperiet. Vnguento & varijs odoribus delectatur cor, & bonis amici consilij anima decoratur. Hinc quoque in Ecclesiastico legitur: Verbum dulce multiplicat amicos, & lingua eucharis in bono hodie abundabit. Non litiges cum homine potente, nec cum homine linguato. Cum iracundo non facis rixam. Noli verbosus esse in medio seniorum. Nonne ardorem refrigerabit ros? sic & verbum melius quam datum. Nonne ecce verbum super datum bonum? Qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. Ne iterum verbum durum & nequam. Sapiens in verbis seipsum amabilem facit. Ecce ex his innotescit, quam laudabile & salubre sit esse charitatiuum, modestum, dulcem ac pium in verbis. Porro quam detestabile ac nociuum, vitiosum & fatuum sit, esse in verbis inconsideratum, mordacem, detractorem siue superfluum, sacra Scriptura copiosissime docet. Salomon quippe ait: Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala. Inter superbos semper sunt iurgia. Homo peruersus suscitatur lites: & alios sermone repetit, separat federatos. Sicut vrbis potens & absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Torum spiritum suum profert stultus, sapiens differt & conseruat in posterum. Insuper in Ecclesiastico scriptum est: Qui multis utitur verbis, laedit animam suam. Homo affluens in verbis improprietij, omnibus diebus vitae suae non erudietur. Multi ceciderunt in ore gladij, sed non sic, quasi qui interiorum per linguam suam. Sufurro enim & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacem habentes. Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam. Praecipue autem vitanda sunt verba detractiois, & auertenda sunt

1. Cor. 7.

1. Cor. 13.

1. Cor. 14.

1. Cor. 15.

1. Cor. 16.

1. Cor. 17.

1. Cor. 18.

1. Cor. 19.

1. Cor. 20.

1. Cor. 21.

1. Cor. 22.

1. Cor. 23.

1. Cor. 24.

1. Cor. 25.

1. Cor. 26.

sunt aures a detrahente, & tristis vultus ostendendus est obsequenti, cum Salomō dicat: Per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Praecipue quoque cauendum est, ne quis contendat cum aliquo, vel dure vel derisorie loquatur alicui in taberna aut potationibus vini. Quoniam vinum generat animositatem, & discretionem excipiat, ideo vino madens, statim prouocatur, & in verbis ac factis excidit, atque ad bellandum fit pronus. Hinc in Ecclesiastico habetur. In conuiuio vini non arguas proximum, & nō despicias eum in iucunditate illius. Vnde nec expedit debitorem in vino multum morere. Nam & Osce Propheta testatur. Mulieres & vinum atque ebrietates auferunt cor. Qui ergo vult inter homines pacifice conuersari, nec laedere, nec laedi, tudeat se iuxta praefata sapientis documenta in verbis habere. Qui autem tota die fabulationibus & potationibus vacant, innumerabilia incurunt pericula: nec animas suas tantummodo laedunt, sed corporalem tanquam vitam vehementer abbreviant. Nam & iuxta sapientes seculi huius, plures pereunt gula, quam gladio. Quod ideo dictum est, quoniam plures sunt, qui superfluitate cibi ac potus suam abbreviant vitam, quam qui gladio aut aliter occiduntur. Propterea in Ecclesiastico optimè scribitur ac iubetur: Noli auisus esse in omni epulatione, nec te effundes super omnem escam. In multis enim escis erit infirmitas, & propter crapulam multi obierunt. Qui autem abstinet, adiiciet vitam. Postremo, praehabitis de modo loquendi consonat illud Apostoli: Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat. Et iterum: Omnis (inquit) amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor tollatur a vobis. Itemque: Cor rumpunt mores bonos colloquia praua. Vnde stultorum est verbis effluere, sicut & Salomon contestatur: Stultus verba multiplicat, verba autem iustorum statera ponderabuntur, sicut in Ecclesiastico scribitur: Haec omnia curatus sibi commissis frequenter, feruenter, doctriualiterque proponat. Nam tantum plus informationibus & exhortationibus indiget, quantum minus literas norit.

De aliquibus documentis, quibus specialiter
instruendi sunt coniugati. Arti-
culus XXXIII.



Ignorantia (vt S. ait Ambrosius) est maximum vitiorum, non utique magnitudine enormitatis, cum multa sint peccata grauiora,

quam ignorantia, sed magnitudine periculo sitatis, quoniam ignorantia est periculosissima inter peccata. Qui enim ignorat quid ad suum pertineat statum, & ad quae teneatur, & qui nescit in actibus suis discernere quid sit bonum, quid malum, quid licitum siue illicitum, non potest iuste ac salubriter viuere, neque implere quod iubet Apostolus: Digne ambuletis uocatione qua vocati estis. Ideo rursus dicit Apostolus: Qui ignorat, ignorabitur: & qui nescit quid ad se pertinet, quid Deus ab ipso requirit, quid facere obligatur, a Deo per approbationem non cognoscetur, sed inter illos computabitur, quibus dicitur est Christus: Amen dico vobis, nescio vos. Oportet igitur coniugatos cognoscere, qualiter se inuicem teneant diligere & se habere: praesertim a suis pastoribus siue vicarijs? In primis ergo doceat curatus coniugatos, quod secundum Apostolum, vir caput est mulieris. Quia in regimine domus & facultatum, sobolis quoque ac familiae, maritus debet esse principalis: & ad eum pertinet uxorem de cognoscendis & agendis instituire, in moribus dirigere, & in principalibus domus negotijs gubernare. Idcirco dixit Apostolus: Mulierem docete non permitto, nec dominari in virum, sed subiectam esse. Si autem mulieres aliquid discere volunt, domi maritos suos interrogent. Viri namque in naturalibus (vt communiter) sunt foeminae perfectiores, animo constantiores, in ratione fortiores, & magis prudentes, quam uis interdum contingat oppositum. Vnde si uiderit coniugem suam prudentem, probam, honestam, potest & debet ei plura committere, nec consilia eius contemnere: veruntamen vir non se debet habere ad uxorem tanquam ad ancillam, sed sicut ad sociam & conthoralem & comparem. In aliquibus namque, videlicet in petendo & reddendo debitum coniugale, maritus & uxor sunt pares. Vnde in exordio mundi Deus produxit mulierem non de pede aut capite, sed de latere viri. Vir autem ad coniugem suam habere se debet humiliter, non superbe: dulciter, non amarè: reuerenter & pie: exemplariter & discretè. Hinc princeps Apostolorum praecipit uiribus, ut uxores suas secundum scientiam, id est, discretè cohabeant, & eis honorem impendant. Paulus quoque Apostolus exhortatur: Viri, diligite uxores vestras, & nolite amari esse ad eas. Hinc S. Ambrosius in Hexaemeron accerrimè scribit contra viros, qui ad coniuges suas aspernauerunt ac seuerè seu amarè se habent, ostendens, quod serpentibus sunt peiores.

Sunt equidē quidam serpētes, qui dū compa-
res suas volūt accedere atq; cognoscere, pri-
mō euomunt omne venenū, & dulcē quen-
dam assumūt affectum. Deniq; cū viri de-
beant coniūges suas in moribus informare,
oportet vt præbeant eis bonū exēplū, & ver-
bis & factis eas coërceant à fœminea leuita-
te, loquacitate, contentione, mollitiā, à cete-
ris malis, ad quē eas viderint pronas. Præte-
reā docendi sunt coniugati, vt se mutud il-
ligāt, nō solum amore carnali aut naturali,
sed primō & maximē amore sancto & spiri-
tuali, optādo sibi inuicē spiritualia bona, vir-
tutes, dona & gratiā Spiritus sancti, quibus
Deo placetur, & vita æterna acquiritur. Id-
circo de rebus spiritualibus & pertinētibus
ad salutē, debent frequenter cōferre, atq; ad
opera pietatis ac virtutū se charitatiuē hor-
tari. Cū etenim oēs homines teneantur se
inuicē spirituali dilectiōe amare, multō ma-
gis vir & vxor, qui vna sunt caro, quorū est
vna domus, vna mensa, vnus lectus, vnaque
proles, debēt se mutud spirituali amore, sin-
gulariter, ardentē, iugiterq; diligere. Prop-
ter quod ait Apostolus: Viri, diligite vxores
vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiā, & tra-
didit seipsum pro ea, & rursus: Viri diligere
debēt vxores suas sicut corpora sua. Insuper
instruēdi sunt cōiugati, qualiter ad se inuicē
habere debēt; petendo ac reddēdo debi-
tū cōiugale. Circa hoc mouetur primō hæc
quæstio. Vtrū actus matrimonialis sit pecca-
tū, vel vtrū in actu illo copulæ carnis legiti-
mæ, cōsistat semper peccatū aliquod saltem
veniale. Ad hoc S. Thomas super quartū Sē-
tentiā respondet: quod ex quo inclinatio
naturæ est ad proles procreationē, & De^o sic
ordinauit, vt ex legitima coniunctione viri
& mulieris homines generētur, ideo omni-
no irrationabile est dicere, quod actus ille
copulæ cōiugalis nō possit esse absq; pecca-
to, tā mortali quā veniali. Dicēdū est ergo
quod esse potest absq; omni peccato, & hoc
sancti Doctores probant. Primō per hoc
quod ad Corinth. ait Apostolus: Si nupserit
virgo, nō peccauit. Secūdo per hoc, quod ad
Timoth. scribit Apostolus: Volo iuuculas
nubere, filios procreare. Apostolus autē non
volebat actus illicitos atq; culpabiles. Ter-
tiō, quoniā nullū peccatū præcipitur, sed A-
postolus iubet vt vir vxori debitū reddat, &
vxor viro, ergo talis redditio potest esse abs-
que omni peccato. Et hoc Alexander de Ha-
les, Albertus Magnus, Bonauentura, alijque
Doctores cōcorditer dicūt. Deinde quæritur,
an actus ille matrimonialis possit esse ac-
tus virtuosus. Ad hoc doctores respōdent,

Gen. 2
I Mat. 19.
Mar. 10

1. Corinth. 5.
Eph. 5.
Coloss. 3.

Gen. 2. 24.

1. Corinth. 7.

1. Tim. 5.

quod potest esse actus trium virtutum. Pri-
mō potest esse actus iustitiæ, quoniam vir
& vxor tenentur sibi inuicem dare debi-
tum, quia per contractum matrimoniale
corpus viri transfertur in potestatem vx-
oris, & econuerso, secundum quod ait Apo-
stolus: Vir sui corporis potestatem non ha-
bet, sed mulier. Similiter mulier potestatem
sui corporis non habet, sed vir. Secūdo
potest esse actus virtutis, quæ latria appel-
latur. Latria quippe est virtus, per quam deo
debitū cultū impēdim^r. Cū ergo vir & vxor
cognoscūt se desiderio habēdi prole educā-
dā ad Dei obsequiū, in qua Christiana fides
atque religio augeatur, tūc cōmixtio cōi-
ugalis est opus virtutis quæ latria dicitur. Ter-
tiō potest esse actus spiritualis amoris. Cha-
ritas enim mouet & imperat actus vniuersā-
rū virtutū: hoc est, quod homo ex charitate
dei & proximi facere debet omniū actus vir-
tutum. Idcirco vir & mulier ex charitate
spirituali se debēt cognoscere, siue cognos-
cāt se ad reddēdū debitū, siue ad habendum
prole, in qua cultus Dei augeatur. Porro ad
hoc, quod actus ille sit act^o virtutis, oportet
quod vir & cōiunx sint absque peccato mor-
tali, si erit actus virtutis ex parte amborum:
vel si erit actus virtutis ex parte vnius, opor-
tet quod ille vel illa sit absq; peccato morta-
li, atq; in charitate & gratia. Rursus, dum vi-
ro cōstat, quod vxor sua sit imprægnata, vel
ipsa hoc scit, nō potest actus ille esse latriæ.
Tunc enim non potest fieri desiderio pro-
lis. Veruntamen potest tunc esse actus iusti-
tiæ. Tertiō quare, quæ & quot sint bona
matrimonij, & quomodo per ea actus matri-
monij honestatur, atque ab omni peccato
excusatur. Ad hoc respondent Doctores,
quod tria sunt bona matrimonij, per quæ
copula illa carnalis honestatur & licita red-
ditur, scilicet fides, proles & sacramentum:
intelligendo per fidem fidelitatem coni-
ugalem, quam vir & vxor sibi promittunt, ne
alteri commisceantur. Matrimonium quo-
que est Sacramentum, id est, sacrum signum
coniunctionis Christi & Ecclesiæ, vel natu-
ræ humanæ cum Filio Dei in vnitae vnige-
nitæ personæ. Et ex hac significatione ha-
bet actum illum honestare ac penitus excu-
sare, dummodo debito modo, loco & tem-
pore, intentione que recta fiat. Quartō quæ-
ro, quando actus ille coniugalis est absque
peccato, & quando est culpabilis. Ad hoc di-
cunt Doctores, quod quando ad actum il-
lū mouet charitas spiritualis, vel iustitia aut
latria, tunc est absq; omni peccato, immo &
virtuosus: sed quando ad actum illum mo-
uet

adim.

32. 4. 4. m
solu

7. 2. 8
amit

088

uet concupiscentia carnis seu desideriu vo-
luptatis, tunc est culpabilis. Si ergo vir &
vxor moueantur seu procedant ad actum il-
lum ex concupiscentia prædominante, tunc
est peccatum mortale, ex parte illius qui tali
concupiscentia agitatur. Et vocatur concu-
piscencia prædominans, quando concupis-
cencia illa omninō præualet rationi, ita quod
vxor tanto ardore libidinis concitatur, &
ad opus illud procedit, quod etiam faceret,
quamuis non essent coniugio sociati. Tunc
enim vir accedit & cognouit vxorem, non
vt vxorem, sed vt mulierem, immo vt mere-
tricem, secundum Hieronymum. Et simili-
ter dicendum de vxore respectu mariti. Vn-
de à sapientibus dictū est, quod omnis ama-
tor vxoris feruentior, est adulter, videlicet
quia non maritali, sed adulterino affectu cō-
iugem suam accedit. Et idem est, si vxor sit
viri sui amatrix feruentior. Si autem maritus
accedat vxorem ex concupiscentia nō præ-
dominante, sed in fra terminos matrimonij
permanente, ita quod non accederet, si vxor
sua non esset, tunc est veniale peccatum. Et
idem est de vxoris accessu ad virū. Quintō,
an vir & vxor tenentur sibi mutud reddere
debitum de necessitate præcepti, ita quod
peccarent mortaliter illud negando. Dicen-
dum quod immo, quia corpus vnius trans-
fertur ad potestatem alterius per coniugale
contractum: & etiam quoniam matrimoniu
non solum est institutum in officium natu-
ræ, videlicet ad procreationem proles, sed a-
tiam in remedium culpæ, scilicet ad vitandū
fornicationem. Si aut vxor importunē nega-
ret viro debitum, daret ei occasionem adul-
terandi. Et idem est si vir negaret vxori de-
bitum importunē. Veruntamen si debitum
peteretur ultra vires naturæ, vel tēpore in-
firmitatis, vel tam immoderanter, quod cor-
pus debilitaretur, nō esset reddendū, sed pe-
tens, informari deberet, vt rationabiliter se
haberet. Sextō quæro, an vir tenetur redde-
re debitum vxori non petenti. Dicendum,
quamuis non quærat ex verecundia, tamen
si vir deprehēdit, quod illa per signa proba-
bilia vel expresse appetit, debitum reddere
obligatur, nisi aliunde impedimentū occur-
reret. Septimō quæritur, quibus tēporibus
debitum est petendum. Dicendum, quod ait
sanctus Ambrosius super Lucam: Tempus
quo decet debitum peti, est breue: quia à tē-
pore imprægnationis vxoris vsq; ad purifi-
cationem eius post partum, non decet peti.
Non tamen prohibuitur est petere illud ex
timore incidendi lubricum carnis cum alia
persona. Vel si petitur propter voluptatem

32. 4. 4. m
solu

32. 4. 4. m
solu

32. 4. 4. m
solu

32. 4. 4. m
solu

32. 4. 4. m
solu

32. 4. 4. m
solu

32. 4. 4. m
solu

32. 4. 4. m
solu

32. 4. 4. m
solu

infra terminos matrimonij, non est morta-
le peccatum, secundum Thomam. Octauō
quomodo, an diebus festiuis & tempore sa-
cro liceat petere debitum. Dicendum, quod
quamuis copula coniugalis possit esse absq;
omni peccato, tamen propter voluptatē an-
exam deprimit mentem, & facit hominem
ad spiritualia opera indispositum. Ideo cū
tempore sacro & festis sit operibus pœnitē-
tiæ & orationibus insistendum plūs solito,
non decet tunc petere debitum. Non est ta-
men per modum præcepti prohibitum, sed
per modum doctrinæ diffusum. Et si aliqui
sancti dicunt illud non esse licitum, intelli-
gendum est, quod non licet, id est, nō decet,
& quod non debet peti; loquendo de debi-
to mortalitatis, quod est debitum condecē-
tis: non autem loquendo de debito legali,
quod est debitum iustitiæ. Est quoq; maius
peccatum tunc petere debitum propter vo-
luptatem, quā ad vitandum fornicationē.
Et licet peccet aliquo modo qui petit, tamē
si petit instanter, reddēdum est: immo vxor
grauiter peccaret, si importunē negaret;
quia & contra iustitiam ageret, & viri occa-
sionem fornicandi præberet. Et idem est, si
vir vxori negaret. Non d quæritur, an liceat
mulieri menstruatæ debitum petere. Respō-
dit Thomas, quod fluxus menstruorum in
mulieribus est interdum naturalis, videlicet
quando fit determinatis temporibus, dum
sunt sanæ. Et tempore talis fluxus non licet
mulieri debitum petere, nec viro eam scien-
ter accedere. Tunc enim concipiuntur fœ-
tus mōstrosi, claudi, cæci, siue aliis defectuo-
si, secundum Hieronymum. Talis enim fluxus
non diū durat. Interdum fluxus men-
struorum in fœminis est innaturalis, quādo
videlicet fit inordinatē & quasi continuē ex
aliqua infirmitate: & tēpore talis fluxus nō
est prohibitum viro vxorem accedere, nec
vxori ita illicitum, debitum petere: quia du-
rante huiusmodi fluxu, non potest concipi-
re. Est autem difficultas, an mulier fluxum
naturalem menstruorum patiens, debeat de-
bitum reddere. Et dixerūt quidā quod nō:
Alij verō dixerunt, quod si vir petit debitū,
sciens in vxore huiusmodi fluxum esse, de-
bet eum vxor auertere precibus & monitis,
non tamen ita instanter, vt præbeat viro oc-
casione incidēdi alias in quinquationes, præ-
sertim si ad eas pronus reddatur. Si autem
petit debitum, ignorās huiusmodi fluxum
vxoris, debet vxor aliquam occasionem præ-
tendere atque infirmitatem allegare, ne de-
bitum reddat, nisi viro timeatur periculū.
Tamen si finaliter vir à petitione debiti

32. 4. 4. m
solu

32. 4. 4. m
solu

32. 4. 4. m
solu

32. 4. 4. m
solu

desistit, vxor reddere debet. Nec est semper tutum vt passionem suam indicet viro, ne forsan abominacionem ad eam concipiat, nisi in viri prudentia præsumat. Et hanc opinionem sequitur sanctus Thomas. Omnia autem hic introducta, præallegati Doctores super quartum Sententiarū plenissimè scribunt, quæ Raimūdu in Summa sua, Iohannes quoque in Summa Confessorum, Bartholomæus in Summa Pisana, & Durandus sua in Summa conscribunt.

Qualiter curatus seu prædicator instruere & honorari debet paterfamilias seu parentes, de modo habendi se ad filios suos & filias atque familiam. Articulus XXXIII.



Vratus seu eius vicarius, non solum proponere debet populo sibi commissio generalia ad omnes singulosq; spectantia documenta, sed in super specialia hortamenta & dogmata seu præcepta, ad quosdam specialiter pertinentia. Nam vnus & idem ad diuersos diuersimodè se habere tenetur, quemadmodum paterfamilias aliter se habere obligatur ad coniugem suam, aliter ad ancillā, aliter ad filios, aliter ad filias, atq; aliter ad familiā reliquā aut mercenarios. Porro, quomodo paterfamilias seu maritus se habere debet ad coniugem suā, præcedenti articulo tractum est: quomodo autē filij ac filia habere se debent ad suos parētes, supra inductū est, in expositione quarti præcepti decalogi. Nunc ergo breuiter tangam, qualiter parentes se habere debent ad sobolem suā. Quocirca sciendum, quod vna causa institutionis matrimonij est, quatenus proles congruentius nutriatur ac informetur. Ex hoc nanq; quod parentes matrimonialiter iuncti sunt atque cohabitāt, & omnia habēt cōmunia, diligentius possunt intēdere educationi sobolis suæ. Inprimis ergo publicè & priuatè doceat curatus vniuersos suos parochianos, qui parentes sunt, quod tenentur filijs suis ac filiabus primò educationem corporalem ab infantia vsque ad congrua incrementa. Secundò tenentur eis competentem in temporalibus prouisionem, iuxta exigentiam suā possibilitatis ac status. Vnde parētes, qui bona sua inutiliter ac immoderanter consumunt, vendunt, disperdunt, & sobolem suā depauperant, enormiter peccāt, cum & Apostolus protestetur: Non debent filij parentibus thesaurizare, sed pater filijs. Tertio tenentur eos informare in moribus atq; virtutibus, vt à pueritia discant Deū colere &

2. Corint. 12.

timere, Ecclesiā visitare, parentibus, senioribus ac superioribus honorè impendere, verecundi, faceti ac formidolosi consistere. Et si ad est facultas, eos faciant frequentare scholas, ad minùs tam diū, donec discant orationem dominicā cum salutatione angelica, ac symbolum fidei, discatq; scribere, & saltem materna lingua legere. Melius verò esset, si tam diū frequentent scholas, quod usq; Latinum intelligant, & loqui id congruè sciāt, vt ea, quæ in Ecclesia leguntur aut cātantur, intelligere possint, & ad Missam queant seruire. Sed in hoc, proh dolor, multi parentes fati diuites, præsertim in villis, sunt valde culpabiles, qui pueros suos parum aut nihil faciunt addiscere aut scholas frequentare, immo mox vt alicuius sunt discretionis, faciūt eos custodire ac pascere oues, agnos & aucas, nec instruūt eos in moribus. Hinc Salomon loquitur: Qui diligit filium suū, instanter erudit illum. Et in Ecclesiastico scribitur: Qui docet filium suum, laudabitur in illo, & in obitu suo non contristabitur de illo. Hoc est quod in Prouerbij legitur: Filius sapiens lætificat patrē: filius stultus mœstitia est matris suæ. Ezechias quoq; rex sanctus Deo: Pater filijs notam faciet veritatem tuam: Quare parentes tenentur pueris suis correctionem, increpationē seu castigationem, dum peccant: & dum ætas est iunior, sunt verberibus corrigendi: dum autē tempore procedente hoc congruenter fieri nequit, verbis sunt acriter arguendi, iuxta peccati mensurā, aut alio modo duris cōpescēdi. De hoc scriptura copiosissimè loquitur: siquidem in libro Prouerb. locutus est Salomon: Qui parci virgæ, odit filiū suum. Noli subtrahere puero disciplinā, tu virga percussis eū, & animā eius de inferno liberabis. Et rursus: Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eā. In Ecclesiastico scriptū est: qui diligit filium suū, assiduatur illi flagella, vt lætetur in nouissimo suo. Nō des filio potestatem in iuuentute, sed curua ceruicē illius, & tunde latera illius dū infans est. Iterum ait scriptura: Filius qui relinquit voluntati suæ, cōfundit matrē suā. Enormiter ergo peccat, qui vel ex negligentia vel ex carnali amore negligunt filios aut filias, dum peccant, dignè corrigere aut iuste corrigere. Vnde & omnia filiorū & filiarum peccata in illos redundāt, quæ admodū vitia subditorū prauorū redundāt in animas negligentū siue carnaliū prelatorum. Et sicut quidā sunt prælati in seipsis cōpetenter boni & pij, tamē ob hoc dūtaxat aut potissimè pereunt, quā subditos suos non satis instanter

Prouerb. 13. Ecclesi. 1. 1.

Prouerb. 13.

Ecclesi. 1. 1.

Prouerb. 13.

Prouerb. 13.

Prouerb. 13.

Prouerb. 13.

ter

ter & dignè erudiunt, corripiunt, corrigūt, seu castigant: ita & multis contingit parentibus ideo damnari, quoniam circa sobolis suæ instructionem, correptionem & castigationem sunt miserabiliter negligentes, quod est contra legem naturalem & diuinam. Hinc demū grauitè peccant parentes, dum noscunt filios suos vanè incontinentèrque viuere, tamen dissimulant: & quamuis intendant filios tales coniugio sociare, nihilominus propter quædam temporalia terrenaq; commoda per longius differunt tempus, magis cauentes exteriora incommoda, quàm animarum pericula & peccata ac Dei offensam, quod est directè contra ordinem charitatis & mortale peccatū, quod heu paucissimi nunc perpendunt. De nique sicut sunt fœminæ nimium molles & casualiter piæ, quæ si audierint suos maritos circa prolem culpabilem in corripiendo ac corrigēdo aliquid strenuos, æquanimitèr ferre non possunt, aut potius nolunt, atq; muliebriter ac fatuè condolent: quod periculosum est valdè, & spiritali amori, quo prolem suam amare tenentur, cōtrarium. Præterea, quàm damnabile ac nocium sit, pueros in adolescentia non refrènare ac debite castigare, constat ex eo, quod in Prouerbij Salomon ait: Prouerbiū est: Adolescens iuxta viam suam, etiam cū senuerit, non recedet ab ea. De sobolis autem malitia atq; nequitia parentibus summè dolendum est, iuxta illud Ecclesiastici: Ne iucunderis in filijs impijs si multiplicentur. Melior est vnus timens Deum, quàm mille impij: & vtilius est mori sine filijs, quàm relinquere filios impios. Parentes non solum tenentur ad prolis correptionem speciali mandato, in quantum parentes, sed in super generali præcepto, in quantum sunt Christiani: quoniam ad fraternam correptionem omnes tenentur secundum Augustinum, cū dicat Saluator: Si peccauerit in te, id est, te sciente, frater tuus, id est, proximus, corripe eū inter te & ipsum solū. Quicquid ergo culpæ in verbis aut factis seu omissionibus viderint in prole sua, diligenter corripiant & castigent, atq; ad moderantiam cibi & potus, somni ac vestium, eam pro posse inducant: à choreis inhonestisq; ludis, spē aculis atq; similibus auertant eandem. Nec sufficit coram Deo qualitercunq; aut remisè corrigere siue corrigere, sed seriose, frequenter ac rigorose oportet hoc facere, dum magnitudo culpæ id exigit. Nam ideo Heli sacerdos à Deo est reprobatus, & vita sacerdotisq; priuatus,

Prouerb. 22.

Eccl. 1. 1.

Matth. 17.

quoniam filios suos non satis rigorosè corripuit ac correxit, vt primo Regū habetur. Veruntamen sic corripienda est proles, quātū possibile est, ne exasperetur, indignetur, irascatur, aut pusillanimitis fiat, vel ad peiora labatur. Nam propter inueniētem ætatem sanguinisq; feruorem, ad motus iræ & indignationis aliarumq; passionum est prona. Hinc ad Philippenses scribit Apostolus: Patres, nolite ad iracundiam prouocare filios vestros. Ad Colossenses: Patres, nolite ad indignationem prouocare filios vestros, vt non pusillo animo fiant. Insuper, circa instructionem & gubernationem filiarum ac puellarum est singularis diligentia obseruanda. Coercendæ nanque sunt filia & puella, ne fiant audaces, inuerecundæ, lasciuæ aut vagæ, vel garrulæ, vel saltatrices. Vnde in Ecclesiastico scribitur: Filia tibi sunt, ferua corpus illarum, ne ostendas faciem tuam hilarem ad illas. Instruendi sunt etiam filij ac filia, ne clandestina matrimonia contrahant, quia hoc non solū est contra præceptū Ecclesiæ, sed etiam contra discamen prudentiæ: & talia matrimonia malum exitū solum habere. Amplius, volens sibi ipsi aut alteri vxorem accipere, maximè debet respicere ad naturalem dispositionem morisq; fœminæ, an scilicet bonæ sit indolis, mansueta, modesta, pacifica, taciturna & operosa. Nempe quàm magnum donū Dei sit bonam habere vxorem, quàm etiā tediolum, periculosum ac miserum sit, coniugem habere peruersam, scriptura apertissimè docet. Etenim in Ecclesiastico scriptū est: Gratia super gratiam, mulier sancta & pudrata & tacita. Mulieris bonæ beatus vir, numerus enim annorū illius duplex. Pars bona, mulier bona. Beatus qui habitat cū muliere sensata. Rursus de praua muliere scribitur ibi: Cōmorari leoni & draconi placebit magis, quàm cū muliere nequā. Sicut tectā iugiter peritillantia, ita mulier mala & linguata. Quem admodum autem prædicta sunt consideranda in vxore accipienda, ita & in viro sumendo, cū non minùs appetibile sit mulier habere virū bonū, piū, pacificū, quàm viro habere vxorem talē vt dictum est. Et vtq; magnum bonū est, vir & vxor benè concordēs: quia & tales iucundiū viuunt, & de adultèrio minus est eis periculum. Hinc in Ecclesiastico habetur: In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus, concordia fratrum, amor proximorum, & vir & mulier benè sibi consentientes. In Prouerbij quoque legitur: Melior est buccella cum gaudio, quàm domus

Phil. 2.

Coloss. 3.

Eccl. 7.

Eccl. 26.

Eccl. 25.

Prouerb. 19.

Eccl. 29.

Prouerb. 17.

plena victimis cum iurgio. Itaq; de his omnibus informandi sunt filij ac filia. Postremo, ad seruos atq; ancillas habere se debet patres familiaris, & eorum vxores non feuerit, aspernanter suad in iustis, sed charitatiue, pie & iuste atq; humiliter, tanquam ad fratres & sorores, caelestiq; regni coharedes: immo sicut ad conseruus & conseruas, cum omnes Christiani sunt fide & religione conseruus conseruatiq; Dei. Ideoq; dicit Apostolus: Et vos eadem facite illis, scilicet seruis, scientes quia & vester & illorū dominus est in caelis. Si autē paterfamilias aut vxor ipsius viderit peccatē familiam, debet eam charitatiue corripere, prudenter instruere, salubriter exhortari, sicq; quasi prelati officium in domo sua peragere, omnes domesticos pro posse suo vicissim docendo, hortando, corripiendo, cum dicat Apostolus: Si quis autem suorum & maximē domesticorum curam non habet, fidem non habet, & est infideli deterior. Deniq; prouidentia & promptē soluenda est ministrantibus merces bona. Nam in Ecclesiastico scribitur: Qui effudit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt. In Leuitico quoq; dominus ait: nō morabitur opus mercenarij apud te vsq; manē. Hinc laborantibus ac ministrantibus detinere mercedem, est vnum de quatuor peccatis clamantibus ad Deum. Præterea laborantes ac ministrantes sunt diligenter hortandi, vt fideliter laborēt & seruiant, ne coram Deo fraudis sint rei, & tanquam iniusti damnentur. Propter quod ait Apostolus: Serui, obedite dominis carnalibus cum timore in simplicitate cordis vestri sicut Christo, nō ad oculum seruientes, quasi hominibus placētes, sed vt serui Christi, facientes voluntatem dei ex animo, cum bona voluntate seruientes sicut domino, & non sicut hominibus, scientes quoniā vnusquisq; quod fecerit bonum, hoc percipiet à domino, siue seruus siue liber. Vnde instruendi sunt tales, vt nec solum nec principaliter seruiant ac laborent intuitu temporalis mercedis, & obligatione humana, sed primō ac principaliter atq; finaliter intuitu præmij gloriosē à Deo donandi, & ex charitate diuina, ordinantes obsequium suum, laborem ac temporalem mercedem ad Dei honorem & cultum, gratias Deo agentes, qui cum ipsis disposuit, quod panē suū ita habent lucrari, & labores manuum suarum comedere: quod quā salubre sit, testatur Propheta, dicendo: Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & benē tibi erit.

Quomodo curatus seu predicator habere se debet in docendo corripiendoq; populum. Articulus

XXXV.



MANUS qui animarum curam habet, varia in scripturis fortitur vocabula. Talis nanq; in Ezechie le Propheta dicitur speculator, quoniam oculum circumspicionis vndiq; circumducere debet, & animarum gregis sibi commissi pericula solerter atterdere, prouidere atq; pro viribus præcauere. Insuper sibi commissis debet imminētia pericula denuntiare, & qualiter homines à Dæmonibus, à carnalibus concupiscentijs, à mundi vanitatibus, à perueris & mundanis hominibus tententur ac seducantur, sollicitē ac frequenter docere, atq; vt corda sua custodiāt, viriliterq; resistent, ardentē & iugiter admonere: modum quoq; resistenti ac prouidendi tentationibus declarare. Hoc totum fecit magnus ille prælatus Paulus Apostolus, ad Ephesios dicens: Fratres, confortamini in Domino & in potentia virtutis eius. Porro confortari in Domino, est omnem præsumptionem confidentiamq; viriū propriarum abijcere, & totam spem suā in Deo reponere, Dei auxilium iugiter inuocare, in omni virtute & gratia Spiritus sancti proficere. Talis vtiq; à Deo protegitur, adiuuatur, omniq; tentationi & vitijs dominatur, quemadmodū scriptum est: Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur. Dicit Dominus susceptor meus &c. Hinc subiungit Apostolus: Induite armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Armatura Dei sunt virtutes, sunt & dona Spiritus sancti, quibus ornanda ac roboranda est anima, vt putā fides, spes, charitas, temperantia, humilitas, patientia, misericordia. Per hæc spiritualia arma defendit se homo à facie vitiorum, ab impugnationibus Dæmonum, ne superbiat, ne vitijs gulae aut luxuriæ inquinetur, ne ad homines sit iniustus, neq; ad Dei obsequium acediosus. Hinc quoq; princeps Apostolorum: Charissimi, inquit, obsecro vos abstinere à carnalibus desiderijs quæ militant aduersus animam, conuersationem vestram inter gentes bonam habentes. Insuper Iacobus iubet Apostolus: Resistite Diabolo, & fugiet à vobis. Sed quid est Diabolo resistere, nisi peccata vitare, virtutes amare, bonis operibus inhærere: & dum sentitur tētio, statim ad Deum confugere, seruentē orando,

do, Christi passionē cordialiter reuoluēdo, horam mortis pensando, metuendum Dei Iudiciū considerando, intolerabilia inferni supplicia metuendo, & quāta sit electorū felicitas, quæ peccando perditur contemplando? Qui sic resistit Dæmonibus, ab eis non læditur, sed à Deo gloriosissimē coronatur. Hinc beatissimus Petrus exhortatur: Sobrii estote & vigilate, quoniam aduersarius vester Diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Porro animarum curam habens, vocatur medicus spiritualis. Quemadmodum ergo medici exteriores corporum ægritudines diligenter considerant ac discernunt, & vnicuiq; infirmitati congruam adhibent medicinam: sic animarum curam habentes, attendere diligentissimē debēt, quæ vitia in populis sibi commissis plūs vigeant in communi: Itemq; quæ vitia in quibusdā specialiter plūs abundant, & iuxta hoc prædicare debent contra peccata huiusmodi, nunc contra generalia, nunc contra specialia: & contra grauiora peccata acrius prædicēt, vnicuiq; quoq; peccato conuenientem apponant medelam, superbos hortando ad humilitatem, auaros ad liberalitatem, lasciuos ad castitatem, pigros ad seruiorem, inuidos ad spiritualem amorem, vagos ad Dei timorē. Hinc animarū curā habentes, tertio appellantur pastores, quia docēdo, prædicando, corripiendo pascunt atq; reficiunt animas, sicut per Hieremiā loquitur Deus: Dabo vobis pastores iuxta cor vestrum, & pascēt vos scientia & doctrina. Vnde ad omnem curatum ait Apostolus: Prædica verbum, in sta opportune, importunē argue, obsecra, increpa in omni patientia. Consideret ergo curatus, quomodo plebs sibi commissa, se habeat in verbis, in vestimentis, in cibis ac potibus, in mutua conuersatione, in festorum celebratione, in visitatō Ecclesiam, an vacent choreis & similibus vanitatibus, an vilitent tabernas, an ebriosi & contentiosi exultant. Et quicquid in his aut alijs cognouerit culpabile esse in eis, charitatiue ac ordinatē, piē & iuste: discernēt & frequenter corripit, corrigat, & pro posse reformet: & neminem palpās, sed vnumquēq; prout eget aut meruit arguens, publicē peccantes publicē reprehendens: sicut ait Apostolus: Peccātes corā omnibus argue, vt & ceteri timorem habeant: occulta verō peccata secretē corripiens, curatus ergo de correctione fraternā, curatus seu eius vicarius viriliter impleat, in vtra Christi doctrinam ac iusionem procedendo, & corripiendo peccantes, vide

licet vt peccantem, primō, seorsum ac secretē corripiat in spiritu charitatis ac pietatis cum diligentia atq; modestia. Et si peccans nō acquiescit, sed pertinax est & rebellis, assumat vnum vel duos testes bonos, discretos, prodesse non obesse paratos, & coram illis corripiat eum, præsertim si illis constet peccatum illius, quem corripit. Si autem nec ita obtemperet, tunc curatus dicat: Ecclesiā, id est, congregationi fidelium, peccatum illius omnibus publicē denuntians, ac detestans, & ipsum excommunicans, secundum noctores, si tamen excommunicandi habeat auctoritatem seu commissiōnem. Præterea curam animarum habens, nec propter humanum fauorem, nec propter temporalem damnum, nec propter corporale commodum, nec ex quocunq; timore seu amore carnali debet negligere huiusmodi adimpletionem præcepti: immo hoc negligēdo peccaret mortaliter. Et vt ait sanctus Gregorius: Prælatus tot mortibus, tot æternis damnationibus dignus est, quot videt peccantes ac pereuntes, & tacet nec corripit. Omniumq; peccata in ipsum redundant, quos corripiendo emendare potuit, sed neglexit. Augustinus quoq; testatur: Si corripere negligis, eo qui peccauit, peior efficietis. Amplius animarum curam habens, non solum impleat præceptum correptionis fraternæ, sed in super doceat sibi commissos, quod ad huius obligationem præcepti obligati sint vniuersi. Ideo omnes hortetur vt impliant hoc præceptum, se inuicem charitatiue & fraternaliter dum peccant corripiēdo, & si op' fuerit, testes adhibēdo. Quid si nec sic sequit emendatio, dic Ecclesiā, id est, prælato hoc insinuando, præsertim si sit periculosum & magnum, & non veniale dū taxat, quatenus prælatus peccantem debito modo corripiat & castiget. Fraterna quippe correptio vno modo est actus iustitiæ, & sic propriē pertinet ad prælatos ac superiores, qui ex auctoritate seu officio habent corripere: alio modo est actus charitatis, & sic spectat ad omnes. Vnde sicut omnes se mutuo tenentur diligere, ita & charitatiue corripere loco & tempore opportuno. Itaq; dū curatus cum aliquo, quem scit alicui vitio implicatū, præsertim si magnū sit vitium, opportunitatē habet piē loquēdi, debet eū amorose, piē ac seriose corripere, hortari, instruere, & nisi se emēdauerit, secundum formā prætāctam contra eum procedere: vnumq; taliter expedire, vt ceteri perhorrescant. Expediē quoque ab aliquo maiori incipere, quia tunc minores plūs formidabunt, quemadmodum

modum etiam Aristoteles docet principi esse agendum in correctione civium, & Sanctus Thomas atque Aegidius de Roma in libro de Regimine principum introducunt. Nempe dum maioribus parcitur, minores auctorem sumunt peccandi. Maiores cum ampliori reuerentia atque modestia sunt corripiendi, ne exasperati fiant deteriores. Corruptio autem fraternalis, in quantum est actus charitatis ad omnes pertinens, omittenda est, dum non speratur de emendatione peccantis, immo timetur quod ex correctione fiet deterior: sed quantum corruptio est actus iustitiae pertinens ad prelatos, non est penitus omittenda propter huiusmodi causam, ne ex peccato vnus plures inficiantur. Et quia prelati potest per poenarum inflictionem subditos coercere a vitijs, communi quoque bono est maxime prouidendum: cumque peccatum sit vulneratio, immo mors animae, tanto plus satagendum est, vt per correctionem fraternalis anima a peccatis curetur, quam vt per corporalia medicamina corpus aegrum sanetur, quantum anima corpore extat praetantior. Idque potissimum fieri debet ex Dei amore: quoniam per peccata Deus in honoratur, de cuius inhonoratione summe dolendum est: atque ad amatorem Dei pertinet, zelo diuini honoris esse successum. Hinc secundum beatum Basilium: Qui corripit aliquem quoad Deum, tali affectu debet hoc facere, vt cum Psalmista possit dicere Deo: Tabeſcere me facit zelus meus, quia oblitus sum verba tua inimici mei: sed quantum ad eum, quem corripit, debet habere affectum Patris ac medici. Non enim ex commotione irae aut impatientiae, nec ex affectu inuidiae, sed ex sincera dilectione aut ex zelo iustitiae & animi tranquillitate debet corruptio illa procedere, quae tamen ex ira per zelum potest descendere. Propter praehabita Origenes atque Hieronymus dicunt: Ita peccat qui viderit fratrem peccantem, & tacet, sicut qui poenitenti non indulget. Et iterum: Dum sacerdotes vni parcunt, vniuersae Ecclesiae moliantur interitum. Quae est ista pietas, vni parcere, & omnes in discrimen adducere? Polluitur namque ex vno peccatore populus, sicut ex vna morbida oue grex totus inficitur. Denique, cum fraternalis corruptio sit actus charitatis & saluberrima medicina contra peccata, eruens animam a perditione aeterna, & reuocans eam a iugo & seruitute Diaboli supplicijque inferni, instruendi sunt subditi, vt fraternalis corruptionem libentissimè cum omni gratiarum actione suscipiant, nec corripienti & corri-

genti indignentur, aut irascantur: quia hoc stolidissimum esset, ingratum atque peruersum. Et ad hoc scriptura copiose hortatur. Salomon quippe testatur: Qui odit increpationes, insipiens est. Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam: qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur. Qui abiicit disciplinam, despicit animam suam, Qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis. In Ecclesiastico quoque asseritur: Vir prudens & disciplinatus non murmurabit corruptus. Quam bonum est corruptum manifestare poenitentiam, sic enim effugiet peccatum. Corripe amicum, ne forte non intellexerit, & dicat, Non feci: aut si fecit, ne iterum audeat facere. Vnusquisque dignus siue idoneus sic corrumpere alios, exemplariter & virtuosè se habeat, nam qui in eodem aut maiori peccato est, non est idoneus corrumpere alium, secundum Ambrosium: potest tamen humiliter alios admonere, secundum Thomam. Rursum, secundum Doctores concorditer, subditi possunt & debent prelatos suos, quando culpabiles sunt, fraternaliter corrumpere, tamen cum reuerentia speciali ac humilitate. Hinc curatus dum reprehensibilis est, aequanimitè ferre debet & grater suscipere, si a subditis suis fraternaliter corripiatur & admoనేatur: immo hoc ipsum debet optare à quibusdam honestioribus ac prudentioribus, & vt id faciant supplicare, cum Salomon dicat: Argue sapientem, & diligit te. Itemque: Plus proficit corruptio apud prudentem, quam centum plagae apud stultum. De hac demum materia, & de expositione praeccepti corruptionis fraternalis, plura hic possent induci, sed quia in alijs opusculis ea conscripsi, praesertim quia de modo iudicandi & corripiendi speciale nuper tractatum edidi, ea iterum nunc tædet, quamquam hic congruum satis locum haberent.

Qualiter temporalis Dominus, communitatis Scultetus ac Scabini sint instruendi.
Articulus XXXVI.



Via in villis communiter est aliquis Dominus temporalis villanae communitatis, vt domicellus aut miles, & Scultetus atque Scabini, vt sciat curatus qualiter hos instruere debeat, modicum inde tangam. In primis ergo doceat illos, quod omnes potestates, dignitates atque officia populi Christiani, sunt quaedam seruitia potius, quam dominia: quia ad vtilitatem communitatis seu subdi-

subditorum, non ad propria superiorum ac praesidentium commoda ordinantur, prout circa finem secundi Sententiarum scribunt Doctores. Praesidentes ergo & iudices seu officij, non debent in suis officijs propria & priuata commoda, sed commune querere bonum, generalè videlicet vtilitatè & pacè, vt subditi ducant vitam prosperam & tranquillam, nec vnus alteri iniurietur, sed inter omnes iustitia conseruetur. Nec debent se superalios superbe extollere, immo seruos subditorum magis quam Dominos reputare, praesertim cum & summus & totius Ecclesiae Pontifex ac prelati, videlicet Dominus Papa in literis suis seruum seruorum Dei se vocet. Hinc Deus per Moſen iussit: Ne eleuetur cor Regis in superbiam super fratres, id est, subditos suos. In Ecclesiastico quoque scriptum est: Rectorem te posuerunt, noli extolli: esto in illis quasi vnus ex ipsis, curam illorum habe, & sic considera. Praeterea praesidentes & officijati praedicti, nequaquam debent aliquem subditorum per potentiam opprimere, neque iniuste contristare siue affligere, nec spoliare aut seruitute iniusta grauari, sed charitatiuè, pie atque humiliter ad subditos se habere. Instruendi sunt etiam, quod eo ipso, quo alijs praesunt, eosque iudicare habent, tenentur praeceteris esse iusti, honesti, discreti & exemplares, ita vt iudicando seruent omnino iustitiam, nec propter consanguinitatem, nec propter carnalem amorem aut odium, nec ex timore humano, neque ex cupiditate aut propter muneram, à veritate & aequitate in iudicando declinent, sed omnibus rectum iudicium faciant. Iudicare namque est actus iustitiae, tanquam virtutis inclinantis ad rectè iudicandum: & est actus prudentiae dirigentis intellectum ad iudicandum veraciter. Idcirco iustitia & prudentia pertinent valde ad praesidentes ac iudices, qui debent auaritiam fugere, & munerum abhorre, quia vt Moſes ait: Munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum. Insuper instruendi sunt isti, vt viuendo sint virtuosij: quia vt sancti Patres Ambrosius atque Chrysostomus dicunt: Qui in magnis peccatis sunt, iudicare sine peccato non possunt de peccatis minoribus: immo qui in aliquo peccato magno est, iudicare sine peccato non potest alium de eodè peccato, nisi forte iudicandi necessitas immineret, & se emendare proponeret. Postremo, qui alijs praesunt & iudices sunt, debent praeceteris esse timorati, & diuinè formidare iudicium, quò sunt à Deo rigorosius examinandi atque districtius iudicandi, quemad-

modum in libro Sapientie asseritur: Iudicium durissimum in his qui praesunt, fiet. Curatus ergo in confessione interroget sapienter praefatas personas, an in praesidendo seu in iudicando se secundum iam tactam formam habuerint. Et si iniusto iudicio alicui damnum intulerint, ad restitutionem tenentur. Nec dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.

Quomodo parochiani habere se debent circa curatum suum, ei reuerentiam & obedientiam impendendo, oblationes quoque ac decimas persoluendo. Articulus XXXVII.



Icut carnales patres, ita spirituales patres curati & eorum vicarij sunt à subditis cordialiter diligendi, praecipuè honorandi, & obedienter audiendi, tanquam custodes & pastores animarum ipsorum, & tanquam magistri in spiritualibus rebus, & tanquam sollicitam curam habentes de ipsorum salute. Sunt etiam curati siue pastores, inter Deum & suos parochianos, mediatores: & orando ac celebrando, docendo, ac sacramenta ministrando sunt procuratores salutis gregis sibi commissi, quem & quotidie deo reconciliare conantur. Ideo dicit Apostolus: Obedite praepositis vestris, & subiaceite illis. Ipsi enim per uigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Et rufus: Rogamus vos fratres, vt noueritis eos, qui laborant inter vos, & praesunt vobis in Domino, & monent vos vt habeatis illos abundantius in charitate, & propter opus illorum pacem habete cum illis. Denique, Christus in Euangelio ait vicarijs suis aliorum prelati: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Itaque parochiani increpationes, & praedicationes curati sui seu eius vicarij, diligenter aduertant, memoriter teneant, humiliter impleant, atque praecceptis illius promptè obediunt: corde, ore & opere ipsum honorent, eum tanquam Dei vicarium reuerendo, reuerenter alloquendo, & signa reuerentiae interioris forsè demonstrando, videlicet assurgendo, inclinando, seu caput denudando: Hoc quippe est virtuosum, iustum & merito valde. Nec proni sint ad iudicandum temerariè prelatum suum: immo quantum potest, facta eius interpretentur in melius. Quid si manifestè vitiosus extiterit, tamè in quantum sacerdos & prelati, seu dei vicarij, honorandus est propter Deum. Propterea parochiani decimas soluere obligantur de necessitate

celitate præcepti, quod præceptum est partim de iure naturali, partim ex institutione diuina seu ordinatione Ecclesiæ. Naturalis autem ratio dicitur, ut hi, qui pro communi bono, Dei obsequio mancipiati sunt, & spiritualia populo exhibent, necessaria vitæ à plebe accipiant. Sed determinatio decimæ, partim in veteri lege facta est ex institutione diuina, in nouo autem testamento ex ordinatione Ecclesiæ. Instruendi sunt ergo parochiani, ut promptè, deuotè ac libentissimè decimas soluunt: aliàs saluari non possunt, immo tanquam sacrilegi condemnantur, quoniam rem ministris Ecclesiæ debitam sibi referunt. Secundò, quia multiplex & copiosa est remuneratio eorù, qui decimas fideliter soluunt: & Raimundus & alij quadruplicem ponunt remunerationem eorù. Prima est abundantia fructuum: vnde per Malachiam propheta deus promissit filiis Israël, quòd multiplicaret fructus terræ, & copiosè faceret fructificare semina terræ, si ipsi fideliter persoluerent decimas. Secunda remuneratio est sanitas corporalis. Tertia verò est indulgentia peccatorum: Quarta beatitudo & gloria regni cælorum. Eorum autem, qui decimas non persoluant, est puni-tio quadruplex per contrarium sumpta, seu præactæ remunerationi opposita, utputatè poralis penuria, terræ sterilitas totalis ac partialis, item corporalis infirmitas, peccatorum retentio atq; æterna damnatio. Hinc loquitur Augustinus: Hæc est domini Dei iustissima consuetudo, ut si tu illi decimam non dederis, tu ad decimam reuocaberis, id est, Dæmonibus, qui sunt decima pars angelorum, sociaberis. Dabis enim impio militi, quod dare non vis sacerdoti. Iterum ait: Si decimam dederis, non solum abundantiam fructuum recipies, sed etiam sanitatem corporis & animæ consequeris: quoniam decimas dando, cœlestia & terrena poteris præmia præmereri. Vnde qui decimas dare nõ volunt, res alienas inuadunt: & dominus, qui dignatus est totum dare, decimas à nobis dignatur suscipere. Denique, super illud Malachiam, In fame & penuria maledicti estis, videlicet quia decimas & primitias non soluis-tis, scribit Hieronymus, loquens in persona Dei: Dum parua subtrahitis, vbertatem possessionum vestrarum (id est, totam frugum abundantiam) perdidistis. Sciatis vos ideo perdidisse abundantiam, quia priuastis me parte mea. Moneo ergo ut reddatis mihi mea, ego restituum vobis vestra. Itaque Augustino testante: Qui decimas non persoluant, duplici benedictio-

Malach. 3.

Malach. 3.

ne se priuant, utputatè terrenis præsentibus, ac bonis spiritualibus interioribus, præsentibus & futuris. Rursus asserit Augustinus: Maiores nostri ideo copijs omnibus abundabant, quoniam decimas Deo dabant: modo autè quia discessit deuotio fidei, accessit extorsio fisci, id est, extorsio facta per fiscum. Et quia non volumus cum Deo parti decimas, hoc tollit fiscus quod non accipit Christus. Hinc in Proverbij Salomon exhortat: Honora Dominum de tua substantia, & de primitijs frugum tuarum. Sed & in Ecclesiastico dicitur: In tota anima tua time Deum & sacerdotes illius sanctifica, da illis sicut præceptum est tibi. Denique, sicut quædam sunt opera tam vitiosa, vt eorum puni-tio in vita hac inchoetur, & in futuro perpetuetur, sic quædam sunt opera Deo tam placita, vt eorum remuneratio incipiat in præsentibus & in regno completur cœlesti, sicut sunt opera misericordiæ, persolutio decimarum & oblationum. Vnde non solum decimæ, sed oblationes quoque fideliter sunt persoluedæ, & vt ait Raimundus: Oblationes quæ fiunt Ecclesijs parochialibus, dandæ sunt sacerdoti parochiali tantam: quoniam pro peccato offeruntur, & ille tenetur ex officio orare pro populo. Præterea, prout Raimundus, Thomas, Ganfredus, Iohannes & alij dicunt: Quamuis oblationes solebant esse spontaneæ, potest tamen contingere, quòd aliqui tenentur ad oblationes quadruplici ratione: Primò ex præcedenti conuentione, vt dū aliqui conceditur aliquis fundus Ecclesiæ, vt certis temporibus certas faciat oblationes, quod tamè habet rationem celsus. Secundò, propter præcedentè deputationem vel promissionem, sicut quum aliquis offert donationem inter viuos, vel in testamento relinquit Ecclesiæ aliquam rem mobilem siue immobilem in posterum persoluedam. Tertiò, propter necessitatem Ecclesiæ, vt si ministri Ecclesiæ non habent necessaria vitæ. Quartò propter consuetudinem. Tenentur enim fideles in quibusdam solennitatibus ad aliquas oblationes. Veruntamen in his duobus vltimis casibus remanet oblatio quodammodo voluntaria, videlicet quòd quantitate vel speciem rei oblata. Asserunt quoq; Ganfredus ac Raimundus, quòd existente consuetudine tali, possunt parochiani cogi ad obseruantiam eius, non à parochiali presbytero, sed ab Episcopo, cuius suffragium est in talibus implorandum. Idè sanctus Thomas affirmat. Omissionis quoque testatur, quod parochiani offerre tenentur & cogi possunt ad hoc, cum sit generalis consuetudo

Casus 4. qui-bus ad oblationes obligamur.

suetudo in tota Ecclesia. Deniq; in Decreto habetur de Confec. dist. I. & sunt verba Gregorij septimi: Omnis Christianus procuret ad Missarum solennia aliquid Deo offerre, & ad memoriam reducere, quod Deus per Moysen dixit: Nõ apparebis in cõspectu meo vacuus. In collectis sanctorum Patrù liquiddè apparet, quòd omnes Christiani offerre Deo aliquid ex vsu Sanctorum debent. Ad Deum enim est primò confugiendum, quia animarum nostrarum potest passiones curare. Veruntamen Raimundus & alij multi intelligunt istud de oblatione interiori seu operum bonorum exhibitione, & quotidiana, & hoc potest teneri. Sed tunc verbum illud Gregorij septimi est consilium, non præceptum. Decet namq; & salubre atq; consultiu est, vt fideles, quibus adest facultas, quotidie aliquid offerat ad altare tempore Missæ. Nec depauperabitur aliquis inde, sed corporaliter spiritualiterq; ditabitur. Hæc omnia curatus parochianis suis insinuare irreprehensibiliter potest, immo & obligatur, ne ipsi hoc negligendo damnationem incurrant, & pastor eorù simul cum ipsis damnetur. Hyc igitur predicet eis & dicat, quòd non commodi sui incuitu, sed principaliter propter eorum salutem hæc eis loquatur. Si autem personaliter dicere hæc erubescit, disponat vt dicatur ab alijs seu per alios.

Ecol. 17. 34.

Exhortatio subditorum ad confitendum
sinceriter ac frequentier. Ars
ticulus XXXVIII.

Rotestante sancto Hieronymo, Pœnitentia seu confessio est secunda tabula post naufragium. Baptismus quippe est prima tabula post naufragium, id est, peccatù vel originale vel actuale. Quoniam ergo per mortale peccatum charitatem ac gratiam perdimus in mari hoc magno, id est, seculo nequam, & in fluctibus & inquietudinibus ipsius demergimur, à Christo & corpore eius mystico separamur, Diabolo incorporamur, æternam damnationem meremur: hinc saluberrimum est, multoties ex intima contritione & seruore confiteri. Omnia namq; (vt ait scriptura) in confessione lauantur, atque, vt ait Gregorius: Peccatum quod per pœnitentiã non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Denique, cum peccata ineffabiliter nocent hominis animæ, vires eius grauando, vulnerando, debilitando, ipsamq; animam

Ecol. 103.

Deo dissimilem, odibilem, damnabilem atque diaboli adulterã faciendõ: hinc summè nocuum ac periculosissimũ est in peccatis durare. Idcirco venenum illud peccati prauissimum, statim per confessionem est euendum, & animæ vulnus curandum. Porro inter Doctores difficilissimũ & quæstio est, An quilibet Christianus dum sibi de mortali peccato est conscius, teneatur mox confiteri dum habere poterit confessorẽ. Et dicunt quidam quòd immo, quòd etiam Guilelmus Parisiensis in libro suo de pœnitentia multipliciter affirmat & probat. Cum autem obiicitur quòd Innocentius Papa in generali præcepto concilio, vt vnusquisq; fidelium confiteatur semel in animo, dicunt quòd hoc sufficit, quando non occurrit specialis ratio sæpius confitendi. Et illam dicunt occurrere, quoties quis mortaliter peccat: Alij autem doctores dicunt oppositum, asserentes sufficere ad salutem, vt dum quis sibi conscius est de mortali peccato, mox coram Deo verè pœniteat, & tempore opportuno, videlicet Ecclesiæ determinato, confiteri proponat, aliquibus tamen casibus demptis, in quibus ultra semel confiteri præceptum est, vt si quis esset iturus ad bellum, aut nauigaturus per mare, aut in lætali ægrotudine constitutus, aut sacramentũ aliquod accepturus. Veruntamen omnes Doctores & Sancti concorditer asserunt, quòd maxime expedit confiteri frequentier. Primò, quia in sacramentali confessione plura concurrunt, quæ ad delenda peccata cooperantur & profunt, putatè potestas clauium, oratio confessoris, pudor & humilitas confitentis, atq; contritio eius. Ipsum quoq; confessionis sacramentum gratiam continet ac largitur, & virtute ipsius sæpè contingit, vt de attritione fiat contritio: ita quòd cõfitemus, qui sine sufficienti dolore ad confitendum accessit, in ipsa sua confessione verum dolorem seu contritionem salubrem Deo præstante concipiant. Secundò, ex hoc quòd homo tam rarè confiteretur, oblitiscitur magna ex parte sua peccata, nec ponderat ea, nec reputat sicut oportet: sed induratur, ac spiritualiter insensibilis redditur. Instruendi sunt ergo subditi, vt circa præcipua festa confiteantur, præsertim circa Pascha & Pentecosten, Assumptionis Mariæ & omnium Sanctorum, in Aduentu quoq; & circa natalem Christi, principiumq; Ieiunij. Insuper doceantur quæ sint peccata mortalia quæ venialia, & antequam ad confitendũ accedat, ad locum secretum se collocantes, diligenter peccata sua recogitent, recordentur, perpendant:

Frequentè confiteri uidele esse.

Circum qua se pora præcipue confitentium.

Cg pendant:

pendant: & quid boni amiserint, & quid mali commiserint, mente reuoluant, ac Deum precentur, vt omnia ad memoriam eis dignetur reducere, veramq; contritionem tribuat & confessionem salutarem, atque emendationem in omnibus stabilem, satisfactionem idoneam. Deinde ad confitendum accedant corde contrito & humili cum reuerentia condecanti, & confessori quasi Deo loquantur, vniuersaque vitia sua planè, distinctè, & integrè cum interno pudore confiteantur, coram Deo de turpitudine vitiorum suorum crubescendo, se in omnibus humiliter accusando, cum firmo plenè emendationis proposito. Ea quoque quæ aggreuant culpam, sunt exprimenda, vt si peccauit sic vel sic, festiuis dieb; locis sacris, aut in Quadragesima seu Aduentu, & cum quibus qualibuscq; personis: item, quàm sepe, ex quali & quanto seruore, & an ex passione vel habitu vitioso, an ex concupiscentia vel liberatione atq; proposito, an seipsum prouocauit ad peccandum, & an alias personas ad peccandū induxit, an aliorum peccatis consensit, seu aliquo modo cōmunicauit, & de suis se peccatis iactauit, & de excessibus suis sit elatus. Hæc & multa similia sunt in confessione dicenda. Pœnitentia quoque quæ iniungitur, est fideliter adimplenda, & post pœnitentiam est à reciduo cauendum. Nam & pœnitentia, quam quis facit in mortali peccato scienter existens, non acceptatur à Deo, sed recuperanda est, secundum Doctores. Postremò, sicut malum culpæ (puta peccatum) est incomparabiliter peius & detestabilius omni damno atque incommodo, saltem secundum superiorem animæ partem, scilicet rationem & voluntatem: ita quoque homo plùs detestetur, abhorreat, odiat malum culpæ, quàm quodcumq; aliud malum. Non tamen oportet vt de malo culpæ sit maximus dolor sensibilis. Nam vt ait Hieronymus, dolor interior seu contritio proportionari debet peccato, vt quātò peccata fuerint grauiora & plura ac frequentius iterata, tantò sit intensior dolor siue contritio cordis. Summè nanq; dolore debet peccator, quòd Deum bonitatis, maiestatis ac sanctitatis imensæ, à quo omne bonū profluxit, toties & tam grauius, tam impudenter ac turpiter inhonorauit, eiusq; beneficijs tam ingratisimus fuit.

Qualiter habere se debet confessor circa confitentes, in audiendo, instruendo, interrogando & ab soluendo. Artic. XXXIX.



Cum peccata (præsertim carnalia) sint quædam animarum venena, sic se habeat in audiendo confitentes confessor, ne inficietur peccatis quæ audit, ne audiendo carnalia atque turpissima carnaliter titilletur, ne sensualiter afficiatur, ne delectatione aut complacentia carnea alliciatur. Ideo in locis secretis & tenebrosis non est audienda confessio, sed in loco patenti: nec confitentis (præsertim mulieris) confessor aspiciat vultum. Insuper mentem suam confessor figat in domino, & in timore diuino, metuendumq; Dei iudicium & infernale supplicium corde reuoluat, ac Altissimum omnia indefinenter superclarissimè intuentem aduertat: sicq; ab omni fordenti cogitatu & prauo affectu, Deo agente præsertim seipsum, & confitentibus interno compatiatur pietatis ac charitatis affectu, ac super diuinæ maiestatis inhonoratib; & offensis sincero doleat zelo. Sed & in ipsa confessionis auditione cordialiter Deum præsententibus deprecetur, vt Deus omnipotens & benignus ob suam pietatem immensam illis ignoscat: veram contritionè, satisfactionem, illuminationem largiri, atq; deinceps à peccatis præseruare illos dignetur. Præterea, cum confessor sit confitentiu spiritalis pater ac medicus, vtputa Dei vicari; vulnerumq; animæ, id est, vitioru curator, hinc audiendo confessiones debet pijsimi Patris ac prouidi medici affectu assumere, & contra cōfidentes nō amaritari aut indignari, nec impatienter aut turbulenter audire: sed quòd illorū enormiora sunt scelera, eò instar indulgentissimi patris cordialius compati, & tanq; prudentissimus medicus vulneribus animæ solertiùs providere. Cumq; in ipsa cōfessione viderit opportunū, instruat confitentem quòd ipsa cōfessio debeat esse pura & integra, quòd in ea omnia auferantur peccata, q̄ nec aliq̄d sic vincat, sic deiciat, sic affligat Diabolū, vt vera & plena confessio. Hortetur itaque confitentem, vt audacter & integerrimè confiteatur, dicatq; Ecce quod in confessione scio, minus scio quàm quod non scio: sed & ego peccator sum fragilis, sicut & tu: atq; adhuc peccarem præ cæteris, nisi Deus me conseruaret, nil ergo cela à me. Nec putes quòd propter peccata tua contemnā te: immo quòd te puri & integraliùs confiteri perpendo, eò magis te amo ac reputo, quia ex hoc te Spiritu sancto tangi & illustrari amplius sentio. Meliùs quoq; incomparabiliter tibi est, vt hic in confessionis secreto peccata tua detegas mihiq;

vt in

vt in iudicio tuo particulari tempore mortis tuæ, & in die vniuersali iudicij corā Deo & Sanctis eius tibi à Dæmonibus objiciantur ad confusionem tuam immensam & damnationem æternam. At verò cum confessoris officium sit, venena Diaboli vniuersa de cordis fundo educere, postquam confessor audierit confitentem, adiuuet eum, dicendo: Attende quomodo per sensus tuos exteriores peccasti, videndo, audiendo, tangendo, gustando, olfaciendò: item per sensus interiores, & per intellectum & voluntatè, consentiendo illicitis & prauè optado, atq; creata caduca inordinate amando: vana quoq; & vilia, immo turpissima Deo gloriosissimo & immenso iniustissimè ac stolidissimè præferendo. Attende qualiter quotidiè peccasti & peccas in cibo, potu, somno & vestibus, non tantū necessitatè, sed voluptatè, vanitatè & superfluitatè in talibus intendendo & amplectendo. Itè, qualiter Dei & Ecclesiæ ac prælati sui obseruasti præcepta, qualiter tempus tuū quotidie inutiliter expendis & perdis, quorū bona quotidie negligis & omittis, quàm negligenter opus nei persoluus, quàm irreuenter & intimorè coram Deo te iugiter habes. Neinde per singula peccata mortalia interroget confitentè & qualiter in eis excesserit cogitatione, affectione, verbo & facto: & an alios ad peccandū induxit, aut pertrahere concupiuit: an etiā sacramenta Ecclesiæ in debito honore habuerit, & an tempore Missæ seu diuini officij vitiose se habuit, circumspicendo, appetendo seu alio modo. Item, quomodo in verbis excesserit, otiosa, detractoria, pungitiua aut mēdosa loquendo, vel libenter audiēdo: an iniusta habeat bona, an integrè proponat iam deceterò omnia peccata vitare, satisfacere, seq; de omnibus emendare. Deniq; cū confessor sit cōfitentiu iudex, debet eos instruere quæ peccata eorum mortalia, & quæ venialia sint. Cūq; plenariè ipsos audierit, debet eis cum discretione & seriosa pietate, inordinatoq; serio insinuare, q̄ grauius multipliciterque peccauerint, quàm ingrati Deo fuerint, quantum etiam Deo pijsimo regitari teneantur, qui eis tam diū pepercit, & gratiam confitendi concessit. Veruntamen confessor perpendere debet confitentis capacitatem, & prout viderit eum esse dispositum ad sustinendum increpationes, secundum hoc redarguat eum, non tamen immo derantur, immo finaliter eū cōsoletur, & ad satisfaciendum hortetur, atq; pœnitentiam ei imponat, quam viderit eū velle seu posse portare, iuxta exigentiam culparum ipsius.

Admoneat etiam eum, vt pœnitentiam persoluat fideliter, vt à reciduo abstineat. Est quoq; cōfitemens in struendus, ne in confitendo alterius detegat culpam, nec personam cum qua peccauit, exprimat, quātum vitare potest. Coniugatos verò confessor examinet, quomodo circa copulam carnalè se habuerint, iuxta doctrinā prius trigesimo tertio articulo introductā. Et an lasciuus blanditijs, osculis, tactibus seu alio indecenti in naturaliuè modo adinuicem peccauerunt. Postremò, confessor in confitentibus diligenter perpendat ætatem, gradum, ordinè, sciētiam, authoritatè, prælationè atq; similia, ex quibus grauiora redduntur peccata. Summa autem discretio, circumspectio ac diligentia confessori sunt necessariae. Ideo Deū pro omnibus virtutibus sibi necessarijs instanter, ardentè atq; fideliter deprecetur.

Quid sit peccatum, & quando est peccatum mortale, & quando uentale. Articulus XL.



Vixta Ambrosium, Peccatum est transgressio legis diuinæ & cōlestium inobedientia mandatorum. Porro, secundū Augustinū, Peccatum est concupitum, dictū vel factum contra legem diuinam. In omni aut peccato sunt duo: Vnum est quasi formale, videlicet auersio mentis à Deo, & ratione huius debetur pœna damni, videlicet carētia beatificæ visionis. Aliud est quasi materiale, vtputa cōuersio mentis ad bona creata, caduca & vana: & ratione huius debet peccato pœna sensus, seu cruciatus incēdij infernalis. Sed omnia ista de mortali intelliguntur peccato. In omni quippe mortali peccato, peccator præfert creaturam creatori, & in re creata vltimum sibi finem constituit, plùs inhærendo bonis creatis, variabilibus & caducis, quàm summo & incommutabili bono, per quod quodammodo infinitam contumeliam exhibet Deo. Veniale autem peccatum nō est talis & tantus recessus à Deo, sed aliqualis inordinatio & diuertentia à rectitudine æquitatis atq; virtutis, inhærendo creaturæ magis quàm decet, tamè citra Deū. Deniq; peccata quæ ex genere suo mortalia sunt, interdum sunt venialia, quia ex subreptione & fragilitate improuise eueniunt, vel propter actus aut operis paruitatem: vt si quis furem alicui vnū pomū, & putat hoc non multum esse contra voluntatem domini pomi. Rursus, venialia ex genere possunt esse mortalia, si ex cōplacentia aut delectatione nimia

inordinata nascuntur. Itaq; sicut anima rationalis à Deo est creata, ita ad ipsum debet esse conuersa, præcipue per syncerum amorem, & omnia alia ordinare ad Deum, nec ea appetere, nisi in quantum sibi vtilia aut necessaria sunt ad hoc, quod Deo viuat, ministret, inhæreat. Præterea quum veniale peccatum sit dispositio ad mortale, qui non est sollicitus venialia vitare peccata, in mortalia cito dilabitur, dicente scriptura: Qui spernit modica, paulatim decedit: id est, qui venialia peccata vitare contemnit, successiue gratiam Dei amittit, & in mortalia ruit.

Eccle. 19.

Qualiter habere se debet peccator confitemdo peccata mortalia. Articulus XLII.



Vm omnium vitiorum origo atque regina existat superbia, quâ quis superior fuerit, tantò in plura ac grauiora ruit peccata. Nempè cum aliquis magnus est in oculis suis, facilliter despiciat alios, & iniuriam etiam modicam sibi illatam reputat magnâ: sicq; irascitur, indignatur, impatiens redditur, & rancorem concipit contra iniuriantem. Itaq; circa superbiam pœnitens sic procedat in confitendo: Do me culpabilè quòd fui superbus corde, magna de me sentiendo, laudem, honorem & excellentiam appetendo: de donis & beneficijs Dei in me ipso, non in Deo gloriando, quasi me ipso talia habuissim. Item, putando me habere bona, quæ forsan in me ipso non habeo, scilicet sapientiam & virtutes, vel intantum ea non habui vt putau. Alijs quoq; me meliorem, sapientiorè aut peccatiorem reputau: & sic habui in me ipso vanam complacentiam, ineptam latitiam & falsam æstimationem: de bonis fortune & de donis naturæ, videlicet de diuitijs, de nobilitate profapia, de multitudine & potentia cognatorum & amicorù, de subtilitate ingenij, de scientia superbiui, Item de spiritualibus donis, reputando me deuotum, seruentem, virtuosum, & in his alijs eminentiorè. Alios temerariè despexi, derisi, & propter prædicta bona eis me prætuli. Fui quoque superbus in verbis, verba præsumptionis atque iactantiæ proferendo, me ipsum explicite seu implicite commendando, alios de peccatoriè alloquendo, stultos vocando, propriam scientiam ostentando, de altis rebus libenter loquendo coram alijs, vt doctus & sapiens reputarer. Fui demum superbus in factis, curiosus, in-

Modus confitendi peccata superbia.

curiosus, cõtumeliosus, & superioribus meis rebellis. Peccata mea excusau, defendi, cœlaui. Increpantibus & informantibus me fui ingratus, durus, molestus. Cum pompa incelsi, tumorem cordis visu & alijs signis monstrau, vestibus cultus fui, & vt placerem hominibus, me ornaui, pauperes spreui, cum inferioribus ire contempsi. Quum me laudari cognoui seu audiui, statim inaniter delectabar ac tumuis, quumuis etiam false laudabar: ac plurius modis, quâ dicere valeo, fui superbus, vanus atq; inutilis. Præterea inuidus fui, de aliorum prosperitate aut de bonis tristando, de aliorum aduersitatibus exultando, eis malè optando, ipsi detrahendo, eos cum auersione & nauca aspiciendo, de ipsis cum praua affectione cogitando. In super peccau per iram, sine rationabili causa irascendo, pro parua offensa magnâ vltionem inferendo, vel inferre optando, aut inferri procurando, & nimis immoderanter me commouendo: ita quòd ratio totaliter excacabatur, & inflar bruti ac fatui me habendo, & signa perturbationis foris ostendi, atq; per hoc alios scandalizando ac prouocando: immo & spiritum sanctum de cordis mei habitaculo expuli. Sed & contra irrationabilia ac inanimata, & contra superiores meos commotus fui, furore & impatientia plenus sepius exiti: atq; ex commotione iræ in diuersa vitia lapsus sum, iurando, & periurando, mentiendo, murmurando, de Deo vel Sanctis irreuerenter loquendo, alijs nocendo, secreta reuelando, percutiendo: aut ea quæ in fide, quasi sub titulo confessionis accepi, aperiendo: quod est mortale peccatum, nisi propter commune bonum aperiri talia oporteret. Amplius peccau per auaritiam, terrena immoderanter optando, colligendo, seruando. Vnde plius quàm mihi necessè est aut vtile, quo ad nece ac veram salutem, & filijs filiabusq; meis temporalia appetendo, aut congregando vel seruando, plius quàm eorum conditioni aut statui congruit. Ex auaritia quoq; multa vitia incidi, scilicet dolos, furta, periuria, mendacia, violentias & rapinas, in emendo & vendendo, alios defraudando, malè & tardè persolui. Indigentibus mutare negaui, nec operibus misericordiam deditus fui, aliorum bona optau, ludos illicitos & lucrosos exercui. Ecclesiastica bona seu beneficia, quòd essent eis indigna, propter pessimam vitam meam, desiderau, impetraui, iniuste tenui, malè carnaliterq; consumpsi. Alijs ablata de malè acquisitis non restitui, aut in pios vsus non verti. Adhuc etiã peccau

Ardia.

Ardia.

Luxuria.

Ardia.

caui peracedim, quia ad cultum Dei & spiritualia operaperiger fui: & ea quæ feci in talibus, cum cædio & irreuerentia feci, sine diligentia & affectu ad Deum. Pœnitentias mihi iniunctas, aut nõ, aut imperfectè & absq; contritione persolui. Missas & alia diuina officia quum mihi satis vacaret, nõ audiui, præsertim festiuis diebus, iuxta præceptum Ecclesiæ, & his illis horis intentus fui ludis & trifus varijsq; peccatis. Valde diu mansi in lecto, ac per hoc diuina neglexi. Tempus mihi indultum in fructuosè & vitiosè expedi. Peccau quoq; grauior & frequenter nimis per gulam, cibum & potum, superflue accipiendo, & horam comedendi ac potandi præueniendo, nimis diu in mensa sedendo, præiosa & delicata sumendo: delectationè in cibis & potibus, non solum necessitatem naturæ quærendo: post prandium aut cœnam potationibus insistendo, vana, inutilia atque illicita verba tempore comestionis & potationis loquendo, & per inanem lætitiã animam relaxando, & per crapulam ad opera bona ineptum me feci, somnolentiam incidi etiam in diuinis, ad vitia carnis me prouocau. Corpus animamq; destruxi, & tempus miserabiliter consumpsi. Postremò per luxuriam peccau cogitatione immunda, affectione venerea & lasciuia, verbis scurrilibus, procreatorijs, libidinosis, fallacibus, osculis, tactibus & alijs blandimètis carnis & meretricijs gestibus. Opere quoque in hoc peccato excelsi, vel simplici fornicatione, quæ est soluti cum soluta: vel meretricio, idq; dupliciter, scilicet cum publicè venali peccando, & vagam luxuriam cum diuersis secedando, vel adulterio, quo coniugalis thorus violatur. Et interdum est adulterium ex parte vnius tantum, interdum ex parte amborum. Vel stupro, virginem violando: vel sacrilegio, cum persona in sacris ordinibus constituta aut religiosa peccando: vel incestu, cum persona consanguinea seu affini aut legali cognatione propinqua commiscendo: aut cum coniuge modo prohibito coeundo, sicut trigésimo tertio articulo tactum est: vel peccato cõtra naturam, quod sit pluribus modis, vt alibi legitur. Itè non solum in vitiosam carnis copulam, sed & in ipsam Veneream delectationem consensu, quorum vtrunq; mortale est. Cogitando quoq; palpando, aspiciendo, loquendo aut alijs modis, in me ipso & in alijs personis stimulationem, inflammationem, concupiscentiam carnis, aut etiam seminis effusionem lamentabiliter prouocau. Et dum aliquid tale in corpore meo sensi, non statim à taliu

causis, videlicet osculis, tactibus imaginatio nibus, aspectibus, confabulationibus me retraxi, sed morosè, periculosè, insipienter, turpiter immoratus sum talibus. Alias quoque personas ad præfata peccata induxi, & indutere plures optau quàm potui. Non solum peccau ex vehementia passionis & fragilitatis, verum etiam ex proposito, ex habitu vitioso, ex certa scientia, & substantiam meam taliter deuorau. Sicq; leuis fui & procax in verbis, petulans ac lasciuus in oculis, inquietus in membris, mente inconstans. Sed & præfata peccau temporibus sacris & festis, & in Quadragesima & Aduentu, sextis festis atque dominicis, quando specialiter à talibus est cauendum, & cito postquam in Pascha communicau, & antequàm pœnitentiam mihi iniunctam compleui. Perpetratis quoq; peccatis, non statim pœnitui, sed me de ipsis iactau: & tempore Missæ ac diuini officij in ipsa Ecclesia fornicinas libidinosè aspexi & concupiui, earumq; aspectibus me obiecti vt ab eis appeterer, ibique eis arrisi. Et si attendi me ab ipsis aspici, gloria: sicq; meam & aliorum animas interfeci & in finitis sceditatibus ac peccatis ego vilissimus sum pollutus. Deniq; ista quasi pro exemplo & speculo scripsi, nõ quòd aliquis debeat sedè istis in cõfessione accusare, nisi in quantum sibi de eis est cõsciens. Nã quàmuis piarum mentium sit ibi timere culpam vbi non est culpa, secundum Gregorium, non tamè debet quisquam affirmare se reu, nisi in his, de quibus conscientiam habet. Qui enim asserit se fecisse quod non fecit, si antè peccator non fuit, tamen mentiendo peccator efficitur, secundum Augustinum. Veruntamen quamuis hoc ita sit, tamen in his in quibus dubitat homo, an eis culpabilis sit, debet se habere quasi culpabilis extet, exponendo se paratum ad pœnitentiam seu satisfactionem, ac si in eis peccasset. Hoc namque magis securum est.

Qualiter curatus seu eius uicarius habere se debet ac circa grauiorè infirmantes, dum cito morituro reputantur. Articulus XLIII.



Vm maius & irrecuperabilius extat periculù, maior cautela atq; custodia necessaria sunt. Ideo animarum curam habens, dũ percipit aliquem gregis sibi commissi legaliter infirmari, paratissimè esse debet tratere absque mora ad illu, atq; hortari eundè, vt omnia sua bene disponat: & testamento peracto, alia omnia à cogitationibus suis remoueat, ac se totu ad Deum conuertat, de peccatis suis

suis postulet veniam, confessionemque puram ac integram faciat, & sua nouissima medietur. Tunc inuocet Deum, ne in illa hora extrema ac summa necessitate se deserat, sed in tentatione eum cōseruet. Prouideat quoque, ut in agone aliqua deuotæ sibi affint personæ, quæ sibi de Deo loquantur, & orent pro ipso. De his omnibus curatus seu eius vicarius instruat infirmantē, & ut morte iam imminente legatur, Credo in Deum, Passio christi, si adest qui eam legere valeat. Et omnes qui assunt, feruenter inuocent Deum pro agonizante & moriente. Sint etiā ibi crux, benedictaque aqua: & si vacet curato, aut congruè fieri possit, valdè charitatum ac commendabile esset, si pastor apud ouiculam suam hinc emigrantem personam remaneret, egressum suis exhortationibus orationibusque muniret. In mortis quoque articulis non solet penitentia certa iniungi, nisi sub conditione, ut scilicet si conualuerint, faciant eam. Postremò, tunc aliquis horretur agonizantem, ut si potest, dicat hæc verba sequentia: vel si non potest ea proferre, aduertat pro posse: Domine Iesu Christe Fili Dei, Deus & homo, ego indignissimus peccator (aut indignissima peccatrix) gratias tibi ago toto corde pro vniuersis beneficijs tuis, quoniam me creasti & redemisti pretiosissimo sanguine tuo. Confiteor quòd tibi nimis ingratus fui, & contra te grauissimè innumerabiliterque peccaui, obsecro pietatem tuam immensam, ut mihi ricordissimè mihi ignoscas, ne me perire permittas. Pœnitet me quòd peccaui, & doleo quòd non magis ac condignè pœniteo. Ideo propter omnia quæ pro mea salute fecisti ac passus es, conserua & salua me in hac mortis meæ hora, ad gloriam summæ Trinitatis, Amen. Deinde adoneatur moriens ut dicat: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.

De exhortatione ad orandum frequenter
& deuotè, & de expositione
orationis Dominicæ.
Artic. XLIII.



Vam diu homo est in hac vita mortali, in præfenti exilio, in valle hac lachrymarum, atque in loco laqueis ac tentationibus pleno: indiget omni hora feruidè clamare ad Deum, corde humili & fidenti orando, ut Deus se protegat, roboret, dirigat, purget, illuminet atque saluificet. Fragiles nanque

sumus & ad mala procliuēs, nec à nobis ipsi aliud habemus, quàm deficere & peccare; infinitis quoque expositi sumus periculis. Frequenter ergo instruat ac hortetur curatus seu eius vicarius sibi commissos, ut omni die sæpè & feruidè Deum exorent, etiam in exterioribus suis occupationibus, specialiter legendo orationem Dominicam. Et quoniam melius est, pauca verba orationis cum intellectu & attētionē proferre, quàm multa absque intelligentia & aduertentia, hortandi sunt parochiani idiotæ indocti, ut orationem Dominicam discant & legant in lingua materna. Doceat quoque eos, quomodo intelligenda sit oratio dominica, id est, à Christo omnium Deo & Domino edita & edocta. Et ut hoc promptius facere possit, expositionem orationis istius nunc breuiter tangam, prout pro simplicium in formatione videtur posse sufficere. Itaque apud Matthæum Christus virtus & sapientia Patris ait: Sic autem orabitur:

PATER NOSTER QVIES IN COELIS. *Matth. 6. 1. Crimi.*

Per Patrem hic intelligenda est Trinitas tota adoranda, Pater, Filius & Spiritus sanctus: qui sunt vnus Deus, vnus Dominus, vnus principium, vnus Rex, Creator & Pater, qui creauit nos, & per gratiam recreauit. Porro dum Deum Omnipotentē, æternum, altissimum, trinum & vnum vocamus Patrem, debemus eius circa nos charitatem, pietatem & dignationem aduertere, eo quòd ipse Deus maiestatis & excellentiæ infinitæ, cuius comparatione totum vniuersum est velut punctū, dignatur à nobis pauperimis & pusillis Pater vocari. Igitur ei grati esse debemus, eiusque amore succendi, dum ipsum vocamus Patrem: atque ut verè ac dignè ipsum vocemus Patrem, conemur ipsum in omnibus finaliter honorare, & eius præceptis charitatiuè iugiter obtemperare, quoniam ipse per Malachiam ait Propheta: *Malch. 1* Filius honorat Patrem suum. Si ergo Pater ego sum, ubi est honor meus? Et per Esaiam *Esaiæ 49.* testatur: Populus iste labijs me honorat, cor autem ipsius longè est à me. Insuper docuit Christus nos dicere, Pater noster, non Pater meus: quatenus dicendo Pater noster, intelligamus nos esse fratres, & fraternaliter ac spiritualiter nos mutuò diligamus, atque pro inuicem exoremus. Nam & ideo in oratione Dominica non pro nobis singulariter, sed pro nobis ac alijs generaliter orare nos docuit Christus, cū hoc sit charitatis ac perfectionis maioris, Deoque magis placitum, & orantibus amplius meritorium. Nam bonum quantò communius, tantò diuinius. Et bo-

Et honorum omnium particeps est, qui pro omnibus fideliter orat. Denique, quamuis Deus sit in omnibus & vbique, specialiter tamen dicitur esse in caelis, id est, in sanctis & cœlestibus ciuibz seu beatis, quia in eis excellentiùs & gloriōsiùs operatur, & eius maiestas in illis clariùs repræsentatur atque relucet: estque in eis per dona gloriæ & beatificationem visionem. Dicitur quoque Deus in caelis esse materialibus, præsertim in cœlo empyreo, quod est habitaculum beatorum. *Matth. 6.* SANCTIFICETVR NOMEN TVVM. In oratione Dominica continentur septem petitiones partiales, quarum prima est ista: Sanctificetur nomen tuum, id est, & Pater, optamus ut tua maiestas & dignitas ab omnibus honoretur & sanctificetur, eiq; in sanctitate & iustitia ab vniuersis cum omni puritate ac reuerentia seruiatur, & tu ipse ab omnibz lauderis & glorificeris. Porro istud optimo ordine in primo ponitur ac oratur loco: quoniam honorum filiorum est, Patris sui (potissimè dei Patris omnipotentis) primò ac præcipuè querere, promouere, procurare gloriam & honorem, ita ut veraciter dicant: Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. O Pater æterne, id præsta per gratiam tuam, ut nomen tuum sanctificetur ab omnibus. Secunda petitio est: ADVENIAT REGNUM TVVM, id est, regnum cœlorum quotidie augeatur per hoc, quòd animæ fidelium de hoc mundo, itemque de Purgatorio transferantur ad societatem ciuium supernorum: sicque muri cœlestis Ierusalem edificetur per hoc, quòd angelorum apostatarum ruina ex hominibus reparatur, & nos feruuli tui ad æternam beatitudinem perducamur. Vel sic, Adueniat regnum tuum, id est, Ecclesia militans, in qua regnas & habitas, per fidem & gratiam augeatur ac perficiatur, ita ut fideles merito ac numero crescant. Itaque adueniat regnum tuum, id est, da vnionem, pacem ac reformationem in vniuersa militanti Ecclesia. Tertia petitio est: FIAT VOLVNTAS TVA SICVT IN COELO ET IN TERRA. Sicut cœlestes ciues, angeli sancti & omnes beati tibi in cœlo promptissimè seruiunt atque obediunt, sic da ut homines in hoc mundo tuis sint semper obedientes præceptis. Quarta petitio est: PANEM NOSTRVM QVOTIDIANVM DA NOBIS HODIE. Id est, panem Sacramentalem seu desideria pia & deuotionem internam. Item panem spirituales, videlicet charitatem & gratiam ac bonam operationem, quibus reficitur, roboratur, exhilaraturque anima.

Da nobis quotidie quoque panem lachrymarum, ut desiderio regni cœlestis plangamus, & nostra ac aliorum vitia depleamus, atque ex compasione passionis Christi fleamus. Potest quoque intelligi de pane materiali, id est, cibo & potu corporis competentem, quem à Deo postulare debemus, & de mensa quasi de manu Dei sobriè sumere, sumptoque cibo gratias Deo referre. Quinta petitio est: ET DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA. Id est, peccata & supplicia quæ peccando meruimus. *Matth. 6.* SICVT ET NOS DIMITTIMVS DEBITORIBVS NOSTRIS, id est, sicut ignoscimus his, qui peccauerunt in nos, quibus laudabile, pœnam etiam seu satisfactionem ipsis remittere, nisi conseruatio iustitiæ & utilitas reipublicæ aliud exigant, & nisi ipsi ex hoc deteriores reddantur, videlicet audaciores ad iniuriandum quasi impunè peccantes: quia tunc charitas exigit, ut secundum ordinem iustitiæ puniantur, & per pœnas à suis flagitijs arceantur. Itaque qui alijs non ignoscit, hæc dicendo contra se orat, nisi in persona Ecclesiæ dicat hæc, sicut superius plenius dictum est. Sexta petitio est: ET NE NOS INDVCAS INTENTATIONEM, id est, à tentationibus *ibidem.* non permittas nos superari, sed da gratiam resistendi, patientiam sufferendi, fortitudinem præualendi. Septima petitio est: SED LIBERA NOS A MALO, id est, ab omni peccato, præterito, præfenti & futuro, & à malis pœnalibus ac aduersitatibus vniuersis, ne obruamur vel ad impatientiam perducamur ab eis, sed omnia cooperentur nobis in bonum. AMEN, id est, fiat, subaudi, quod petimus. Denique virtute huius orationis peccata mortalia oblita ac venialia dimittuntur. Estque oratio ista præ orationibus cunctis dignissima & sententiosissima, quia & ipsemet Christus eam composuit. Et cum sit breuis in verbis, profundissima ac fecundissima est in sensu. Omnia quoque quæ à Deo petenda sunt, ad septem hæc reducuntur, ac in eis clarissimè continentur. Hanc ergo orationem in suo vulgari sermone cum aduertentia & seruire laici quotidie legant sæpissimè. Qui autem vult Deum decenter orare, propriam defectuositatem, fragilitatem & culpam prudenter attendat: DEI quoque maiestatem ac pietatem immensam sapienter consideret, ut sic cum ingenti humilitate, reuerentiâ & seruire Altissimi deprecetur, & cum Dño Deo suo nõ vaga, sed

deuota recollectaque mente loquatur. Oratio quippe est oranti subsidium, Deo sacrificium, Angelis gaudium, Dæmonibus flagellum. Orans autem non debet tam altè orare, vt alios in orando impediatur, nec signa alius singularis deuotionis monstrare.

Quomodo homo iuste se habere debet in emendo & uendendo. Articulus XLIIII.



Via vix aliquis est curatus, qui in grege sibi commisso non habet quosdam humanis contractibus (scilicet venditioni & emptioni) intentos, aut quotidie, aut frequenter, aut certè interdum, vt sciat curatus seu eius vicarius, qualiter tales in confessione & prædicatione instruere debeat, aliquid de hac materia hic introduci vtile reor. Itaque primò quæro, an liceat re carius vendere quàm valet, & an ad restitutionem teneatur qui hoc fecerit. Ad hoc sanctus Thomas in Secunda secundæ, quæstione septuagesimaseptima respondit: Fraudem adhibere verbis aut factis ad hoc, quòd res aliqua plùs pretio iusto vendatur, omninò peccatum est atque illicitum, quia per hoc homo decipit proximum suum in damnum ipsius. Vnde & Tullius libro de Officijs ait: Tollendum est à reum contractibus omne mendacium. Si autem fraus desit, tunc de venditione & emptione loqui possumus dupliciter: Primò secundum se, sicque emptio atque venditio introductæ sunt pro communi utilitate vendentis & ementis, dum vnus indiget re alterius, & econtrà, prout in primo Politicorum scribit Philosophus. Quod autem pro communi utilitate inductum est, non magis debet esse in grauamen vnus quàm alterius: sed debet ibi seruari æqualitas, vt vtraque pars seruetur indemnis. Porro valor rei penes pretium, quod pro ea datur, attenditur seu mensuratur, ad quod etiam numisma inuentum est, vt quinto Ethicorum habetur: Idcirco si pretium excedat quantitatem valoris rei, aut econtrà, auferetur æqualitas ipsa iustitiæ. Hinc carius vendere aut vilius emere rem quàm valet, est secundum se iniustum atque illicitum: considerata tamè qualitate loci ac temporis, quoniam aliquid in loco vno vnoque tempore plùs valet, quàm alio loco & tempore. Secundò possumus loqui de emptione & venditione, secundum quod per accidens cedit in utilitatem vnus & detrimentum alterius, sicut dū vnus multum indiget re aliqua, & alius damnum in-

currit si careat ea: & tunc iustum pretium erit non solum iuxta valorem rei secundum se, sed etiam iuxta damnum quod venditor ex rei venditione incurrit: sicque licitè potest aliquid vendi plùs quàm valet secundum se, non tamen plùs quàm habenti valet. Si autem emptor multum iuuetur ex re alterius, & venditor non damnificatur carendo re illa, non debet eam superuendere, id est, carius vendere: quia utilitas quæ emptori accrescit, non est ex vendente, sed ex conditione ementis. Nullus autem debet videri quod non est suum, quamuis vendere possit damnum quod patitur. Et idem est, si venditor multum iuuetur ex re emptoris, & emptor non damnificatur carendo re sua: quia tunc emptor non debet rem vilius emere seu pro pretio minori quàm valet. Idcirco illicitè agunt negotiatores diuites, qui à pauperibus emunt pannos aut similia vilius absque proprio damno, quam quàm pauperes pecunia indigentes pro minori dent pretio, cupientes vtique carius, seu quantum res valet, vendere, si valerent. Præterea aduerte, quòd secundum leges humanas licet emendo & vendendo decipere, dummodo non vltra dimidiam iusti pretij quantitatem fiat deceptio. Lex enim humana respicit alium finem, quàm lex diuina, scilicet pacificam hominum conuersationem ad inuicem in hac vita: & datur communi populo, in quo multi sunt à virtute deficientes. Idcirco prohibere non potest quicquid est contra iustitiam & virtutem, sed ea quæ impediunt pacificam hominum conuersationem ad inuicem. A lia autem quasi licita habet, non quod ea approbet, sed quoniam ea non punit, quemadmodum meretricium & vsuras. Si verò vltra dimidiam iusti pretij quantitatem emptor & venditor se mutuo fallant, cogit eos ad restitutionem lex humana. Lex autem diuina nil vitiosum desinit impunitum. Ideo si in emptione & venditione non seruetur æqualitas iustitiæ, tenetur ad restitutionem qui plùs habet, ei qui damnum perpeffus est, si sit notabile damnum, quod ideo dico, quoniam iustum pretium rerum non est semper punctualiter & certitudinaliter determinatum, sed potius in quadam hominum æstimatione existit, ita quòd modica additio seu minoratio non videtur tollere æqualitatem iustitiæ. In hoc tamen examinaret quilibet conscientiam suam. Secundò quæro, an venditio sit iniusta propter defectum rei venditæ. Dicendum quod immò, siue sit defectus secundum naturam seu speciem rei, vt si vendatur aurichalcum pro auro: siue sit defectus secundum quantitatem, vt si quis vtatur minori mensura: siue secundum qualitatem, vt si vendatur animal egrum pro sano. Et quemcunq; horum defectuum venditor in re sua cognouerit, peccat vendendo, quasi res non sit realiter defectuosa, & ad restitutionem tenetur. Si autem ignorat defectum huiusmodi in re sua, non peccat vendendo, quia non intendit decipere: sed postquam cognouerit, obligatur recòpensare damnum emptoris. Et quod dictum est de venditione, etiam de emptione est sciendum. Contingit enim interdum, vt venditor putet rem suam viliorè esse quàm est, vt si aurum æstimet aurichalcum: & si emptor hoc noscit, tenetur insinuare illud venditori: & si aliter emit, iniuste emit, atque ad restitutionem tenetur. Denique, mensuras rerum venalium oportet esse diuersas in locis diuersis, propter diuersitatem copiarum & inopiã rerum: quia vbi res magis abundat, consueuerunt esse maiores mensuræ. In eodem tamè loco ad Rectores ciuitatis pertinet de terminare, quæ sint iustæ mensuræ rerum venalium, pèfatis conditionibus locorum & rerum. Ideo has mensuras publica autoritate vel consuetudine institutas præterire non licet, iuxta illud Deuteronomij: Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus: nec erit in domo tua modius minor & maior. Abominatur enim Dominus eum qui facit hæc, & auersatur omnem iniustitiam. Tertio quæritur, an venditor tenetur emptori dicere vitium rei venalis. Dicendum quòd immò, quia aliàs daret emptori occasionem damni vel periculi: damnum, scilicet, si propter vitium rei nihil de pretio minuatur: periculum, si propter vitium rei, vsus eius sit impeditus aut noxius, vt si vendat equum tardum pro veloci, aut domum ruinosam pro forti. Si autem defectus rei sit manifestus, vt si equus sit monoculus, vel vsus rei, quamuis non sit vtilis venditori, possit tamen alijs vtilis esse, & venditor subtrahit de pretio quantum congruit, tunc non tenetur manifestare defectum seu vitium rei vendendæ, quoniam propter defectum illum emptor forsitan vellet plùs de pretio quàm iustum est, subtrahere. Ideo venditor licitè potest indemnitati suæ consulere vitium reticendo. Istud dicunt Doctores communiter. Veruntamen mihi videtur, quòd etiam tutius atque salubrius sit vitium rei manifestare: immò hoc mihi necessè videtur, si emptor ex simplicitate aut inexperientia aut inaduertentia defectum non aduertat neque còsideret, & si venditor hoc

ro: siue sit defectus secundum quantitatem, vt si quis vtatur minori mensura: siue secundum qualitatem, vt si vendatur animal egrum pro sano. Et quemcunq; horum defectuum venditor in re sua cognouerit, peccat vendendo, quasi res non sit realiter defectuosa, & ad restitutionem tenetur. Si autem ignorat defectum huiusmodi in re sua, non peccat vendendo, quia non intendit decipere: sed postquam cognouerit, obligatur recòpensare damnum emptoris. Et quod dictum est de venditione, etiam de emptione est sciendum. Contingit enim interdum, vt venditor putet rem suam viliorè esse quàm est, vt si aurum æstimet aurichalcum: & si emptor hoc noscit, tenetur insinuare illud venditori: & si aliter emit, iniuste emit, atque ad restitutionem tenetur. Denique, mensuras rerum venalium oportet esse diuersas in locis diuersis, propter diuersitatem copiarum & inopiã rerum: quia vbi res magis abundat, consueuerunt esse maiores mensuræ. In eodem tamè loco ad Rectores ciuitatis pertinet de terminare, quæ sint iustæ mensuræ rerum venalium, pèfatis conditionibus locorum & rerum. Ideo has mensuras publica autoritate vel consuetudine institutas præterire non licet, iuxta illud Deuteronomij: Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus: nec erit in domo tua modius minor & maior. Abominatur enim Dominus eum qui facit hæc, & auersatur omnem iniustitiam. Tertio quæritur, an venditor tenetur emptori dicere vitium rei venalis. Dicendum quòd immò, quia aliàs daret emptori occasionem damni vel periculi: damnum, scilicet, si propter vitium rei nihil de pretio minuatur: periculum, si propter vitium rei, vsus eius sit impeditus aut noxius, vt si vendat equum tardum pro veloci, aut domum ruinosam pro forti. Si autem defectus rei sit manifestus, vt si equus sit monoculus, vel vsus rei, quamuis non sit vtilis venditori, possit tamen alijs vtilis esse, & venditor subtrahit de pretio quantum congruit, tunc non tenetur manifestare defectum seu vitium rei vendendæ, quoniam propter defectum illum emptor forsitan vellet plùs de pretio quàm iustum est, subtrahere. Ideo venditor licitè potest indemnitati suæ consulere vitium reticendo. Istud dicunt Doctores communiter. Veruntamen mihi videtur, quòd etiam tutius atque salubrius sit vitium rei manifestare: immò hoc mihi necessè videtur, si emptor ex simplicitate aut inexperientia aut inaduertentia defectum non aduertat neque còsideret, & si venditor hoc

pendat. Quarto quæro, an licet negotiando aliquid carius vendere quàm emptum est. Dicendum, quòd ad negotiatores pertinet commutationibus rerum insistere, secundum Philosophum primo Politicæ. Porro commutatio duplex est: Vna quasi naturalis & necessaria vitæ humanae, per quam fit commutatio rei ad rem, vel rerum ac denariorum propter vitæ necessitatem: & talis commutatio seu venditio non propriè pertinet ad negotiatores, sed magis ad cœconomos vel politicos, qui habent prouiderè domui aut ciuitati de necessarijs vitæ. Alia commutatio est denariorum ad denarios, vel quarumcunq; rerum ad denarios, non propter res necessarias vitæ, sed propter lucrum quærendum: & hoc ad negotiatores propriè pertinet, & iuste vituperatur: quoniam quantum est de se, cupiditati deseruit, quæ terminum nescit. Sicque negotiatio ista turpitudinem quandam habet, in quantum non includit finem necessarium aut honestum. Veruntamen lucrum quod negotiationis finis est, in suaratione non includit aliquid vitiosum. Ideo lucrum illud potest ordinari ad finem necessarium vel honestum, videlicet ad propriam personam vel domus sustentationem, vel ad succurrendum pauperibus, vel propter bonum commune, si ciuitati aut patriæ necessaria desint: sicque negotiatio licita redditur, dummodo moderatum lucrum quærat, & res carius non vendatur quàm valet, & lucrum experatur, non tanquam finis, sed quasi stipendium laboris. Vnde negotiatio est vnus de illis actibus seu officijs, quæ vix sine peccato fieri queunt, iuxta illud Ecclesiastici: Negotians difficile à peccato eximitur. Augustinus quoque super illud in Psal. Quoniam non cognoui literaturam, vel negotiationem, secundum aliam translationem, testatur: Negotiator auidus acquirendi, pro damno blasphematur, pro pretijs rerum mentitur & periurat: sed hæc vitia hominis sunt, non artis, quæ sine his vitijs agi potest. Postremò, quod super Matthæum ait Chryostomus: Quicunque rem comparat, vt integram, non immutatam, vendendo lucreretur, ille est mercator qui de templo Dei eicitur: & quod Cassiodorus loquitur: Quid aliust est negotiatio, nisi vilium còparare, & carius velle distrahere? negotiatores tales eicit Dominus de templo: hæc, inquam, intelligenda sunt de negotiatoribus, qui finaliter lucrum intendunt. Itaque curatus de his omnibus diligenter instruat sibi commissos, præsertim quoniam tam in verbis quàm in villis multi, etiã in paruis rebus

*Comenda
tex. in Li
caus. ff. de
mimo. q. 1
l. 2. c. de
scin. mudi.
cum dicit
extra de
emp. quod*

Matth. 23.

Eccle. 26.

Psal. 70.

Ioh. 8.

bus.

contingit tripliciter: Primò, mouendo ad acceptationem huiusmodi, quod sit præcipiendo, consentiendo, consulendo. Secundò, recipientem hospitando vel opem præbendo. Tertio, quia est particeps rei ablatae, videlicet furti siue rapinae. Indirectè verò, quia non impedit cum possit ac debet, vt si princeps non prohibeat talia fieri, aut non resistat pro posse, vel quia occultat dum reuelandum est. Itaque quinque præmissorū semper obligant ad restitutionem: Et primò iusio, deinde consensus eius, sine cuius consensu rapina non fieret: tertio recursus, vel dum aliquis est receptor latronum atque similiarum, & eis patrocinium præstat: quartò participatio in crimine & in præda: quintò, non obstant sicut tenetur, quemadmodum principes, si ex eorum defectu latrones aut raptores increpant, tenentur spoliatis in terra sua ad restitutionem, quoniam redditus principum sunt quasi stipendia principibus instituta, vt iustitiam conferunt in terra. Porro in alijs casibus tactis nõ semper obligatur ad restitutionem. Neque enim omne consiliū, adulatio, aut aliquid huiusmodi, est efficax causa rapinae. Sed tunc consiliator & adulator ad restitutionem tenentur, cum probabiliter æstimari potest, quod ex eorum consilio vel adulatione, iniusta acceptio fuerit subsecuta. Veruntamen vno restituente ei, qui damnum perpeffus est, alij restituere ei non tenentur: sed illi qui sunt principales in facto, & ad quos res deuenit, tenentur restituere his, qui restituerunt. Non nõ queritur, an oportet statim restituere his, qui restituerunt. Respondent Doctores, Alexander de Hales, Thomas & alij, quod sicut contra iustitiam est, rem alienam accipere contra voluntatem Domini rei, ita & detinere eam: quia per hoc quod quis tenet rem alienam, inuito Domino, impedit eum ab usu rei suae, & sic facit ei iniuriam. Cum ergo non liceat alicui in peccato manere, constat quod quilibet tenetur statim restituere vel dilationem rogare. Hinc etiam constat, quod culpabiles sint, præcipue diuites, qui alijs, potissimè indigentibus, debita mercatoria qui pleniùs cupit doceri, ad Summas recurrat Doctorem.

De ludis & iocis, qualiter liciti siue illiciti sint, quid fieri debet de lucris per ludum.

Articulus XLVI.



Vemadmodum in Secunda secunda asserit Thomas, Homo non potest continè insistere in laboribus corporalibus, nec etiam spiritalibus exercitijs. Vnde sicut indiget corporali refocillatione, ita & animae ac virium eius recreatione. Ideo ludi & ioci si moderati sint, atque honesta & recta fiant intentione, ex bona quoque radice, non ex cupiditate aut simili vitio, liciti sunt. Circa quos tria præcipue sunt cauenda: Primum, quod recreatio talis non queratur in verbis aut factis turpibus seu nociuis: Secundum, ne grauitas aut cordis custodia nimitum resoluiatur: Tertium est, vt ludus sit conueniens secundum congruitatem personae, loci aut temporis. Si igitur in ludo & ioco ista non obseruentur, illiciti sunt. Si itaque in eis assumantur verba mala, facta turpia, iuramenta prohibita, mendacia, est mortale peccatum. Quod etiam interdum contingit propter vehementiam affectus ad ludum, intantum quod propter præceptum Dei siue Ecclesiae ludere non recuset. Si verò non sit tam immoderatus affectus ad ludum, est veniale peccatum, nisi forsitan ludus sit in seipso prohibitus ac nociuus. Hic primò queritur, quid sit ludus aleae. Dicendum, quod ludus aleae quandoque strictè accipitur pro ludo taxillorum, interdum accipitur extense: sicque omnis ludus, qui fortunè innititur, alea appellatur. Et omnes tales ludi, secundum leges prohibiti sunt, præsertim si fiant ex affectu lucrandi, culpabiliter fiunt & cupiditatem includunt, ita quod vnus alium expoliare intendit ac nititur, quod semper illicitum est, præsertim diebus festiuis, in quibus non licet per approbata officia quicquam lucrari, nec habere affectum lucrandi in illis diebus, multò minus hoc licet per ludos. Deinde queritur, vtrum quæ per ludum acquiruntur, sint illicitè acquisite. Dicendum quod immo, dum ludus ipse illicitus est, potissimè si ex parte lucrantis seu acquirentis extet illicitus: Sed tunc oritur questio, an lucrator in ludo teneatur semper ad restitutionem, vel vt conuertat lucrum tale in elemosinas piosque usus. Circa hoc consideranda sunt quæ in Secunda secunda q. 32. scribit Thomas hoc modo: Circa ea quæ per aleas acquiruntur, videtur aliquid esse illicitum ex iure diuino, videlicet quod aliquis lucretur ab his, qui rem suam alienare non possunt, sicut sunt iuniores ætate, furiosi &c. & quod aliquis ex cupiditate lucrati alium ad ludum trahat, & quod fraudulenter lucretur. Vnde in his casibus ad re-

ad restitutionem tenetur. Ideo de sic lucrativis non potest elemosynam facere. Aliquid quoque videtur in his illicitum esse ex iure positivo ciuili, quod vniuersaliter prohibet tale lucrum. Sed quoniam ius ciuile non obligat omnes, sed hos tantum qui legibus sunt subiecti, & per desuetudinem abrogari potest, hinc qui his legibus sunt adstricti, tenentur vniuersaliter ad restitutionem eorū, quæ lucrantur, nisi forte contraria consuetudo præualeat, aut aliquis lucratus sit ab eo qui ipsum traxit ad ludum. In quo casu non obligatur restituere, quoniam qui amisit, non est dignus recipere: nec tamè potest dignè retinere, tali iure positivo durante, sed debet de hoc elemosynam facere in hoc casu. Hæc eadem scribit Thomas super quartum Sententiarum dist. 15. quæ etiam in Summis Doctorum allegatur. Denique, secundum Raimundum & Iohan. & alios plures, quicunque ludunt alea vel taxillis, & participes ac inspectores peccant, præsertim si clerici sint: immo secundum Gulielmum, Ludus ille mortale peccatum est, etiam si homo non ducat in consuetudinem, quod (vt in Summa Pisana habetur) intelligendum est, quando ex auaritia ludit. Præterea quàm magnum peccatum sit ludus iste, Raimundus ostendit ex nouem malis, quæ attenduntur in ipso. Primum est desiderium lucrandi. Ecce auaritia, quæ secundum Apostolū, est radix omnium malorum. Secundum est voluntas spoliandi proximum re sua. Ecce rapina. Tertium est vsura maxima, non solum in anno, sed in eadem die. Quartum est multiplicia mendacia verbaque otiosa ac vana. Quintum est blasphemia. Ecce hæresis. Sextum est multiplex corruptio proximorum, qui ad inspectionem ludi quotidie praua consuetudine conueniunt. Septimū est scandalum bonorum. Octauum est contemptus prohibitionis Ecclesiae. Vnde glossa dicit, quod secundum Magistrum, huiusmodi ludi sint prohibiti, non tantum dissuasi, quod tutius est tenere. Nonum est amissio temporis seu operum bonorum, quæ homo tunc faceret. Hæc eadem ponit Othien. & multa malorum istorum etiam in alijs inueniuntur, idcirco vitandi sunt. Insuper queritur, an quicunque traxit aliquem ad ludum, restituere teneatur. Ad hoc Bartholomæus in Summa Pisana respondet, quod immo, & ad hoc Thomam allegat. Addit quoque quod attractio ista sit largè accipienda, videlicet quibuscūque verbis aut factis induxit illum ad ludum, cum aliàs non lussisset, etiam si in medio ludi induxit illum,

cum ille vellet desistere. Similiter qui fraudulenter ludit, restituere obligatur, siue commiserit fraudem ante ludum, fingendo se nescium ludi aut simplicem, qui decipi posset, cum tamen decipere intederet, siue commiserit fraudem in ludo, vt submittendo falsos taxillos, aut veros malè aut fraudulenter iactando, aut mendaciter asserendo quod obtinuit, aut malè numerando pecuniam. Dicitur quoque in Summa præfata, quod quamuis interdum ludens & lucrans nõ teneatur restituere, non potest tamen id licitè retinere propter turpitudinem. Postremò queritur, an ille qui vicit, quando voluntarius cum voluntario ludit, teneatur ad restitutionem. Dicunt quidam quod non, sed quod pauperibus sit eroganda talis pecunia, arti. 14. q. 5. c. Non sanè: & hæc est opinio Platentij. Alij dicunt quod tenetur, sicut ex legibus comprobatur, & hæc est opinio Bernardi, & etiam Raimundi. Sed vt mihi videtur, vtraque opinio potest stare: quia secunda opinio stat, vbi imperialibus legibus vitimur: prima, vbi aliter viuunt. Nam cum ludus aleae sit expoliatio quædam, nõ potest quis licitè per ipsum quicquid acquirere. Idcirco lusor non potest lucrum tenere, nec perditore est restituendum: quia indignus est re habere, qui quantum in se fuit, proximum expoliare conatus est.

Quod negotiatio sit clericis & sacerdotibus penitus prohibita. Articulus XLVII.



Sicut præactū est, in Decreto sæpe habetur: Quædam sunt negotiatioes vniuersis illicitæ, vt puta quæ sine peccato fieri nequeunt, sicut vsura & Simonia: quædam sunt quæ difficulter & vix exerceri possunt absque peccato: inter quæ vnū est negotiatio, qua aliquid intuitu lucri emit, vt postmodum carius vendatur: quod qualiter laicis liceat, in præcedenti articulo patuit. Sed negotiatio Ecclesiasticis viris, scilicet canonicis, sacerdotibus, in sacris ordinibus constitutis discretissimè prohibetur, tam à generalibus synodis, quàm à pontificibus summis. Cuius rationes sanctus Thomas in Secunda secunda q. 77. compendiosissimè tangit, dicendo: Clerici abstinere debent, non solum ab his quæ in se mala sunt, sed ab his quoque quæ speciem mali habent, quoniam mali speciei negotiatio habet: Primò, quod ordinatur ad lucrum terrenum, cuius clerici debent esse contemptores. Secundò, propter frequentia negotiatoris peccata, vt di-

D d etum

D. DIONYSII CARTHVSIANI

314

ctum est. Tertio, quia per negotiationem multum implicatur animus secularibus curis, sicque a spiritualibus ac diuinis retrahitur, propter quod ait Apostolus: Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus. Veruntamen clericis licet sua vendere, ac necessaria emere secundum modum communitatiuæ iustitiæ. Denique ad hæc probanda, in Decreto 14. q. 4. multa introducuntur, vt illud Tarraconen. Concilij. Canonum statuta firmatum est, vt quicumque in clero esse voluerit, emendi vilius, & vendendi carius studio non vtatur: alioquin cohibeatur à clero. Item quæ illud sanctissimi Niceni Concilij: Quoniam multi clerici auaritiæ turpia lucra sectantes, diuinum præceptum obliuiscunt, statuit sanctum Concilium, vt si quis inuentus fuerit post hanc diffinitionem v-furas accipere, aut ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari, vel species frumentorum ad sextuplum dare, omnis qui tale aliquid conatus fuerit ad quæstum, deiciatur à clero, & alienus habeatur ab Ecclesiastico gradu. Insuper Gelasius Papa ait: Clerici ab indignis questibus nouerint abstinendum, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio & cupiditate cessandum. In quocunque vero sint gradu, si cessare noluerint, mox ab Ecclesiasticis officijs abstinere cogantur. Iulius etiam Papa testatur: Quicumque tempore mensis vel vindemiæ, non necessitate, sed propter cupiditatem comparat annonam vel vinum, & seruat vsque dum carius vendatur, hoc turpe lucrum vocamus. Adhuc autem de hac ipsa materia in Decreto distinctio. 88. plurima allegatur, vt illud Melchiadis Papæ: Decreuit sancta synodus, nullum deinceps clericum possessiones conducere, aut secularibus se negotijs permiscere, nisi propter curam pupillorum aut orphanorum aut viduarum, aut si Episcopus Ecclesiasticarum rerum sollicitudinem eum habere præcipiat: quia & alia negotia secularia, alia Ecclesiastica. Rursus Gelasius Papa: Non permittendum, inquit, putamus, plurimos clericorum negotiationibus, in honestis lucris & turpibus inherere, nullo pudore attendentes Euangelicam lectionem, qua Dominus negotiatores de templo verberatos legitur expulisse: nec Apostolica verba: Ne-

mo militans Deo, &c. nec illud Psal. Quoniam in templum Domini. Tales igitur ab his præcipimus abstinere. Ex canone quoque Apostolorum habetur: Episcopus aut sacerdos aut diaconus nequaquam seculares curas assumat. Præterea circa finem tertij Decretalium, de hac repulchra habentur, vbi ex Concilio Lateranensi inducitur: Multa sunt secularia negotia, de quibus pauca perstringemus, ad quæ utique peruenit omnis carnalis concupiscentia: Quicquid plus iuste appetit homo, turpe est lucrum: Munera iniuste accipere aut etiam dare, pro aliquo seculari quæstu, pretio aliquem conducere, contentiones, lites vel rixas amare in placitis secularibus, excepta defensione orphanorum aut viduarum, conductores aut procuratores esse secularium rerum, turpis verbi aut facti esse ioculationem, vel iocum secularem diligere, aleas amare, ornamentum inconueniens statui suo quærere, in delicijs viuere velle, gulam vel ebrietatem sequi, canes vel aues sequi ad venandum, & omnibus quibuslibet vanis atque superfluis interesse. Ecce talia & his similia ministris altaris Dei & monachis omnino interdiximus, de quibus ait Apostolus: Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus. Amplius, Alexander tertius ait: Secundum instituta prædecessorum nostrorum, sub interminatione anathematis prohibemus, ne monachi vel clerici causa lucri negotientur. Hieronymus quoque testatur: Negotia torem clericum, & ex inope diuitem, atque ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fuge. Et Augustinus: Fornicari hominibus nunquam licet, negotiari vero aliquando licet, aliquando non licet: Antequam Ecclesiasticus quis sit, licet, sed non postea. Postremò, secundum Raimundum & alios, si clericus indiget, potest honesto officio necessaria sibi acquirere. Itaque poena clericorum negotiatiuum est, vt excommunicetur; & si se non correxerint, deponantur. In foro quoque poenitentiali debet eis iniungi vel saltem consili, vt ea, quæ contra formam prædictam lucrati sunt, studeant pauperibus erogare, prout in Decreto, c. 14. quest. 5. hoc docetur, & in Summis Doctorum habetur. De his autem, qui festis diebus festa de floribus faciunt, dicit Gulielmus: Credo non excusari à culpa, quoniam præter periculum, quod faciliter potest contingere, ex abusu fertorum huiusmodi, quæ sunt incitamenta vanitatis atque lasciuia, violatur obseruantia diei festiua.

Postet

Possit tamen labor esse tam modicus & abscque pretio, nec ad lasciuam intentionem, sed moderatam recreationem, quod non esset peccatum, aut non mortale peccatum.

Quod sacerdotes & clerici secularium negotiorum procuratores esse non debent. Artic. XLVII.



143 c per mol.

N Decreto c. 2. q. 3. Nicolaus Papa testatur: Peruenit ad sanctam synodum, quosdam ex clero propter turpe lucrum maiorum possessionum conductiones & seculares causas suscipere. Decreuit ergo sancta synodus, deinceps nullum sacerdotem aut clericum aut monachum conducere possessiones, aut permisceri secularibus procuratiõibus, nisi forte qui legibus ad minorum ætate tutelas aut orphanorum aut viduarum inexcusabiles attrahantur, aut Episcopus Ecclesiasticarum rerum gubernacula eis commiserit. Denique in gestis Carthaginensis Concilij legitur: Nicasius Episcopus dixit: Credo placere suggestionem meam sanctitati vestra, & displicere vobis, vt qui seruiunt Deo & annexi sunt clero, ad actiones vel administrationes aut procuraciones domorum accedant. Gratianus Episcopus dixit: Apostolorum statuta sunt: Nemo militans Deo, implicat se secularibus negotijs. Patroni aut clerici sint sine auctionibus domorum, aut auctores sine officio clericorum. Vniuersi dixerunt: Hoc obseruemus. Idem asserit Cyprianus, causam assignans, quoniam qui diuino sunt sacerdotio honorati, atque in clericorum ministerio constituti, non nisi altari & sacrificijs deferuire, & precibus ac lectionibus sacris debent vacare. Hinc, sicut præcedenti articulo tactum est, in Lateranensi Concilio prohibentur in placitis secularibus disputare. Vnde prout III. Decretalium legitur, Eugenius Papa Lucen. Episcopo scribens, ait: Sacerdotibus & clericis tuis denunties publicè, ne ministri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores existant: quod si postmodum præsumperint facere, & occasione ipsius administrationis propter pecuniariam causam deprehendantur in fraude, indignum est eis ab Ecclesia subueniri, per quos constat in Ecclesia scandala generari.

Quod sacerdotes curati teneantur in suis Ecclesijs personaliter residere, nec uerè rationaliter excusentur ac legitime.

Articulus XLIX.



Artio Decretaliu Alexander Papa testatur: Relatum est nobis, quoddam in Lateranensi Concilio sit statutum, vt persona tali Ecclesia vel Ecclesiasticum beneficium committatur, quæ residere in loco vel curam eius per se valeat exercere, nonnulli ad Ecclesias præsentati, hoc se posse asserunt, sed efficere contradicunt. Cum ergo verba accipienda sint cum effectu, tales si præsentati fuerint, non debent admitti, & admissi poterunt amoueri, nisi forte de licentia prælatorum suorum, studio literarum vel pro alijs causis honestis contigerit eos abesse: nec patrocinari eis debet appellationis diffugium, si contra huius intentionem decreti fuerit interlectum. Denique sexto Decretalium Bonifacius Papa: Præsenti, inquit, decreto statuimus, vt nullus ad regimen parochialis Ecclesiæ assumatur, nisi sit idoneus moribus, scientia & ætate. Is etiam qui ad huiusmodi regimen assumetur, vt gregis sibi crediti diligentius gerere curam possit, in parochiali Ecclesia, cuius Rector extiterit, residere personaliter teneatur. Super residentia tamen possit ordinarius gratiam dispensationis ad tempus facere, prout rationabilis causa id exposcit. Ad idem posset non pauca ex Decreto c. 7. q. 1. congruè applicari. Hinc Vdalricus in sua asserit Summa: Clericus debet in beneficio residere, & in eo officia sua implere. Et non implentes, sed voluptatibus vitijsque vacantes, nihil iuris habent in Ecclesiasticis rebus: & si recipiant, ad restitutionem tenentur. Redditi Ecclesiarum, sunt stipendia seruentium. Ostiensis quoque testatur: Clericus debet in beneficio residere, in propria persona seruiendo Ecclesiæ, & seruire debet suo in ordine, quoniam parum esset presentiam exhibere, & Ecclesiæ suæ curam negligere. Veruntamen quidam sunt casus, in quibus à residentia excusatur. Primò, propter praetorum inimicitias contra ipsum: secundò, propter studium: tertio, propter speciale priuilegium: quarto, si sit in obsequio Papæ: quinto, si vnus vel duo ex canonicis sint in obsequio Episcopi: sexto, si se absentat non in fraudem, sed commodum Ecclesiæ, eius iura fideliter prosequendo. Insuper, secundum Raimundum, Clericus secularis transire potest de Ecclesia vna ad aliam tribus de causis: Primò, propter hostes, & tunc causa cessante debet reuerti & recuperare suam Ecclesiam. Secundò, propter vtilitatem, quia vtilior potest esse in alia Ecclesia quam in sua, & tunc auctoritate superioris

De st. li. 2. ele. pos. l. 2. est in ea.

Casus ex. 2. sanctes per. 2. nalem resid. tiam.

id fieri debet. Tertio, propter humilitatem, scilicet ingrediende religionem. Si verò ex cupiditate vel ambitione transit de vna ad aliam, debet vtraque carere: quoniam vnam superbè contempnit, & aliam superbè cupiuit. Præterea curati diligentissimè ista aduertant, & conscientias suas coram Deo discutiant, quia secundum omnes sanctos Doctores, causa dispensationis, est vera euidensq; vtilitas aut certa necessitas, prout singulariter Leo Papa & Gelasius protestantur. Aliiter secundum Bernardum, non est dispensatio, sed dissipatio, nec coram Deo excusat, secundum Anselmum & Gulielmum Parisiensem. Si igitur curatus aut clericus se abfentet, vt in studio vel alibi liberius, quietius & delicatius viuat, nec studio cum debita diligentia sit intentus, sed negligenter siue carnaliter ibi viuat, nequaquam excusatur coram Altissimo, sed tanquam fur, raptor atque sacrilegus reprobatur ab eo, laborum & onus abhorrens, & nihilominus laboris mercedem vsurpans, honoremq; vendicans. Tales curati agunt contra ius naturale atque diuinum, de quibus Ezechiel ait: Hæc dicit Dominus: Væ pastoribus qui pascebant semetipfos: Lac comedebatis, & lana operiebamini, gregem autem meum non pascebatis. Postremò, si curatus fuerit competentis scientiæ, laudabilis reor, vt apud gregem sibi commissum personaliter residens perseueret, quam vt illum alteri, de cuius vita ac diligentia certus non est, committens, ac per hoc periculo se & suos exponens, ad studium gradiatur: immo si vera ac salutari scientia, quæ est vnum de septem donis Spiritus sancti, proficere cupit, in charitate, humilitate, ceterisque virtutibus crescere nitatur: & tunc vtrique Spiritus sanctus salubrius ac gratiosius dirigit eum, quam si in scholastica scientia plurimum profecisset: quia per dona Spiritus sancti efficitur homo supernaturaliter atque celeriter mobilis, docilis, dirigibilisque à Deo.

In quibus casibus liceat curato vicarium pro se substituere, & quam enormiter peccent, quamq; insipientissimè agant, qui insufficientes vicarios sibi substituant. Articulus L.

22. q. 2. c. præcipuum.

IN Decreto c. 21. q. 2. habetur: Conductiis presbyteris Ecclesia committi non debet. Vnde Innocentius II. Præcipimus ne conductiis Presbyteris Ecclesiæ committantur, sed vnaquæque Ecclesia cui facultas suppetit, proprium habe-

at sacerdotem. Istud enim regulariter est seruandum, quoniam proprius curatus diligentior esse solet vel debet. Veruntamen in casibus præcedenti articulo tactis, excusatur curati absentia: & in eisdem casibus licitè sibi vicarium constituit, immo & obligatur, dummodo sufficientem substituat. Quemadmodum enim iuxta Bonifacij Papæ mandatum, curatus debet vita, scientia & ætate ad curam animarum & regimen esse idoneus: ita & talem substituere, vel personaliter residere, aut curam parochialem dimittere. Hinc Valricus ait in Summa sua: Videtur sufficere ad salutem, si clerici seu curati sua sollicitudine ac impensis provideant, quòd Ecclesia decenter officietur, & populus sufficienter regatur ac instruat, & ipsi honestate vitæ ac morum bonum exemplum subditis præbeant, atque interdum personaliter locum accendant, & de prædictis certificentur, & quandoque per se exoluant officium. Tutius verò est, si per se continuè faciant. Præterea omnis curatus siue prælatus, ratione pastoralis officij ad aliqua obligatur, circa sibi commissos de iure naturali ac diuino, à quibus per nullam dispensationem potest absolui, videlicet vt gregem sibi creditum paternaliter diligit, per bonam famam eum ædificet, tempore opportuno pro ipso exoret, cordialem sollicitudinem pro ipsius salute habeat & conseruet: & quod per se ipsum non facit, per alium fieri pro posse procuret. Quantumcunque igitur corporaliter abest à plebe sibi commissa, nihilominus præacta semper fideliter impleat. Itaque quam infidelis atque ingratus est Christo, qui populum Christi sanguine redemptum, in sufficienti committit vicario, qui pretiosissimum ac Deo charissimum thesaurum, videlicet animas gregis sibi crediti, pro quarum salute vnigenitus Dei Filius incarnatus, in mundo conuersatus, passus & crucifixus est, scandaloso, carnali ac negligenti presbytero audeat committere. Talis nanque oues Christi lupus credit, exponit & offert, immo infernalis lupus exhibet deuorandas. Talis ergo curatus nec Deum nec proximos verè ac spiritaliter diligit. Denique, cum nihil plùs profit ac conseruat subditis, quam idoneus Rector ac virtuosus sacerdos, nihil quoque plùs noceat quam sacerdos auarus, vicariusue insufficientis, negligens, scandalosus, carnalis, constat quòd curatus insufficientem ponens vicarium, summè ineffabiliter noceat subditis suis. Estque præcipua causa omnis mali

De electis
6. c. licet.

De elec.
quod. ca. con
sit. art.

ac damnationis eorum: sed & inestimabiliter noceat sibi metipso, quoniam vniuersa peccata tam insufficientis vicarij, quam populi sui, redundant in ipsum. Facit demum summam contumeliam atque iniuriam Deo, cuius creaturas & oues tante exponit periculo, tot peccata fieri permittit, immo & quodammodo faciens fieriq; procurans, dū talem pro se vicarium ordinat, ex cuius negligentia, in sufficientia vitio sac; vita tot oritur peccata, tot animæ pereunt, tanta fit etiã irreuerentia sacramentis. Dicitur enim, quòd sacerdos publicè malè viuens, in moralitè peccato scienter existens, in omni actu sui officij peccat mortaliter; videlicet celebrando, confessionem audiendo, sacramenta dispensando, prædicando, sacra tangèdo, & in similibus multis. Quàm vitiosum ergo, sceleratum atque damnabile est, in sufficientem, carnalem, scandalosum constitutur ad agendum hos actus, præsertim cum tot modis peccata vnus redundent in alterum, vtputa præcipiendo, consentiendo, consulendo, non resistendo, nõ impediendo, nõ prodeundo, ac alijs modis. Sic ergo est, talem in vicariatu seruare ac sustinere, cum possit deponi, immo cum curatus eum deponere teneatur? Præterea contra infructuosos curatos, contra scandalosos presbyteros, contra carnales ac negligentes prælatos, sanctus Gregorius in quadam homilia plenissimè loquitur: Ad messem, in quiens, multà operarij pauci sunt, quod sine graui mœrore loqui non possumus: quia & si sunt qui bona audiant, desunt qui efficaciter dicant. Ecce mundus sacerdotibus plenus est, sed tamen in messe Dei operarius valdè rarus inuenitur: quia officium sacerdotale ac pastorale suscepimus, sed opus officij non implemus. Porro tunc Rector officium suum benè adimplet, cum seipsum diligere per amorem priuatum nescit, nec aliquid huius mundi desiderat. Sed quid nos, quòd tamen dicere sine mœrore non possumus, quid nos o pastores agimus, qui & mercedem consequimur, nec tamè operarij sumus? Fructus quippe sanctæ Ecclesiæ in quotidiano stipendio sumimus, sed tamen pro nobis commissis in prædicatione non laboramus. Pensate quantè damnationis sit, sine labore hic percipere mercedem laborum. Ecce ex oblatione fidelium viuimus, sed nunquid pro animabus fidelium debitè laboramus? Illa in nostrum stipendium sumimus, quæ pro relictis peccatis suis fideles obrulerunt, & tamen contra eadem peccata nec orationis, nec prædicationis (vt dignum est) studio

Greg. homi
licet,
milk. 9.

40. d. c. mil.

insudamus, vix pro culpa sua quempiam a-
perta voce reprehendimus: & adhuc, quod
est grauius, si persona potens est, eius fors
errata laudantur, ne per iracundiam munus
subtrahat quod præstabat. Sed penfare de-
bemus quod Christus Apostolus, & per apo-
stolos loquitur nobis: Vos estis sal terræ. Si
ergo sal sumus, condire fidelium mètes de-
bemus. Curare nanque sacerdotem necessè
est quæ singulis dicat, vnumquemque qua-
liter moneat & informet, vt quisquis sacer-
doti iungitur, quasi ex salis tactu eternæ vi-
tæ sapore condatur. Sed tunc alijs verè re-
cteque prædicamus, si verba factis ostendi-
mus, si nos ipsi diuino amore compungimur,
& vitæ humanæ quotidianas maculas
lachrymis lauamus. Tunc autem de nobis
verè compungimur, dum sanctorum Pa-
trum facta pensamus ac imitamur, & ex com-
paratione illorum vitam propriam asperna-
mur: tunc verò compungimur, dum diuina
præcepta studiosè attendimus, & ea perfe-
ctè implere conamur. Est autem valdè ne-
cessarium, vt cum de nobis ipsis in compun-
ctione afficiamur, etiam commissorum no-
bis vitam pensemus, ne ab illorum nos cus-
todia auertamus. Quid enim prodest si nos
metipfos amantes, relinquamus proximis?
Vel quid rursus prodest, si amantes vel ze-
lantes proximis, relinquamus nosmetip-
sos? Veruntamen sic exerceatur zelus iusti-
tiæ contra commissorum peccata, vt in ser-
uore distinctionis non relinquatur virtus
mansuetudinis. Ira enim sacerdotis nequa-
quam esse debet præceps ac perturbata, sed
potius ex grauitate consilij metienda. Et
portare ergo piè debemus quos corrigi-
mus, & corrigere quos portamus, quia in sa-
cerdotali pectore cum rigore æquitatis sem-
per custodiri debet virtus mansuetudinis.
Sed heu multa sunt præsidentium mala, &
plerumque se pastores hominibus quasi san-
ctos ostendunt, & tamen coram Deo tur-
pes esse non erubescunt. Veniet, veniet pro-
fectò dies, in quo pastorum Pastor qui nūc
per pastores subditorum culpam castigat,
per semetipsum pastorum peccata percutiet
& damnabit. Est aliud fratres mei, quod
me de pastorum vita vehementer affligit.
Ad negotia exteriora dilapsi sumus, & mi-
nisterium prædicationis relinquimus, & ad
damnationem nostram pastores vocamus.
Relinquant etenim Deum hi, qui nobis
commissi sunt, & tacem: quotidie per mul-
tas nequitas pereunt, & eos vsque ad infer-
num tendere negligenter videmus. Sed
quando vitam corrigere poterimus alic-

2. q. 1. c. ipse
sacerdotes.

Matth. 9

Sacerdotis
ira qualis
esse debet.

nam, qui negligimus nostram? Secularibus nanque curis intenti, tãtò in sensibilibus intus effimur, quantò ad ea quæ foris sunt, studiosiores videmur. Custodes in vineam positi, vineam nostram non custodimus: quia dum extraneis actionibus implicamur, ministerium actionis nostræ negligimus. Nullum puto fratres charissimi ab alijs maius præiudicium, quàm à sacerdotibus tolerat Deus, dum eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare alijs exempla prauitatis cernit: dum ipsi irrefrenati peccant, qui aliòs à peccatis compescere debuerunt. Considerate quid de gregibus agatur, quando lupi sunt pastores. Nulla animarum lucra quærimus, ad nostra quotidie studia commodaq; vacamus, terrena concupiscimus, humanam gloriam intenta mente captamus. Impletu in nobis est quod Esaias prædixit: Et erit sicut populus, sic sacerdos. Sacerdos enim non distat à populo, quando nullo vitæ suæ merito vulgi actionem transcendit. Ploremus Ieremiæ lachrymis dicentes: Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omniû pleatarum? Quoniam sacerdotum vita quondam virtutibus clara, nunc per actiones infimas & carnales ostenditur reprobata: & qui per rectam vitã semper intus esse debuerat, per vitam reprobam foris vacant. Ecce iam penè nulla est actio seculi, quam sacerdotes non administrerit, & pereunt populo auctores sunt mortis, cui duces esse debent ad vitam. Pensemus ergo qui vnquam per linguã nostrã conuersi, qui de peruerso suo opere nostra increpatione correpti, poenitentiam egerunt: Pensemus quod lucrum animarum fecimus Deo, quos eius conspectui animarum manipulos offerimus, cum in die iudicij pastores sancti cū lucris & gregib; suis ante eterni Pastoris oculos venerint. Quid nos miseri dicturi sumus, quid ad Dominu oeu nostrum vacui & infructuosi redimus: qui pastoris nostri nomẽ habemus, & oues quas ex prædicatione & conuersatione nostra debeamus ostendere, non habemus? Conueniat ergo opus nostrum ordini & officio nostro. Dum vacantem quempiam lubricumque videmus, admonendus est, vt coniugio studeat frenare iniquitatem suam, quatenus per hoc quod licet, discat frenare quod non licet. Dum coniugatum videmus, admonendus est vt sic agat quæ sunt seculi, vt non negligat quæ sunt Dei: & vt sic placeat coniugi, vt non displiceat Conditori. Cùm clericum videmus, admonendus est vt

Can. 1.

Sacerdotes mali grauius quam quicumque alij Deu offerunt.

Esai. 42. Osee 4. Thren. 4.

Aurũ obscuratum est.

Sacerdotes ferẽ omnes seculi actiones administrant.

Per sacerdotes peccatores cuiuslibet status sunt monendi.

fic viuat, quatenus vitæ virtuosæ exemplum secularibus præbeat, ne si quid iuste in illo reprehenditur, in eius vitio Christiana religio clericali suæ ordo despiciatur. Cùm monachum videmus, admonendus est vt reuerentiam habitus sui in actu, in locutione, in cogitatione semper attendat, vt quæ mundi sunt, perfecte relinquat, & quod habitu oculis ostendit humanis, hoc ante Dei oculos præferat moribus. Itaque iste iam sanctus admonetur vt crescat: qui autem adhuc ini quus est, admonetur vt se corrigat: vt quilibet sacerdoti se iunxerit, sale sermonis illius conditus recedat.

Qualiter à sacerdotibus & clericis vitandum sit vitium Simonie, in petitione seu receptione temporaliũ pro spiritualibus, reatificandam intentionem atque propofitum mentis. Articulus. LI.



VM Simonia sit studiosa voluntas dandi aut recipiendi spiritualia aut spirituali annexum vt temporali ac corporali, cautissimè ac ordinatissimè habere se debent sacerdotes ac clerici, petendo seu recipiendo temporalia pro spiritualibus: alioqui facilliter ac damnablem Simonie incurrent labem ac vitium. Itaque Iohannes Gerson Cancellarius Parisiensis in tractatu de Simonia inter cetera loquitur: Simonia labes aptè vitari potest per reatificationem intentionis, desiderando videlicet vel accipiendo pro spiritualibus temporalia, non quasi pretia spiritualium cupiditatis suæ nutrimentum, sed tantu corporalis sustentationis necessariã adiumentum, ita vt ibi non concurrant hæc verba: Do hæc vel des. Vel si hæc verba ibi non occurrant, nec dictiones istæ conditionales & causales, scilicet, Pro & Propter & similes, non notabunt causam principalem, sed consecretuam & adminiculatiuam, sicut in Psal. Inclinaui cor meum ad faciendum iustificationes tuas in æternum propter retributionem. Quæ vtiq; retributio à Propheta referbatur ad Deu, sicut finis sub fine. Vbi autem vnũ est propter aliud, vt vnũque est quasi vnũ, secundum Philosophum. Insuper ait hic Doctor: Intuitus potest referri ad temporalia quatuor modis: Primò, tanq ad pretiu rei spiritualis, quasi sit adæquatio valoris vnus rei ad alterã, quẽ modu in emptione & venditione ciuili. Secũdò, sicut ad principale moriu dadi spiritualia pro illis temporalibus rebus, seu sicut ad vitiu finẽ, in quo sistat intuitus spiritualia conferentis.

Tertiò,

Tertiò, tanquam ad motiuu minùs principale, vel sicut ad finem alteri fini subordinatum. Quarto, tanquam ad rem iure diuino debitam ministro Ecclesiastico, spiritualia impendenti pro sustentatione ipsius, iuxta doctrinam Christi, dicitentis: Dignus est operarius mercede sua. Vnde & Apostolus ait: Si nos vobis spiritualia seminamus, magnum est si carnalia vestra metamus? quasi dicat, non est magnum. Hinc denuò protestatur: Quis militat suis stipendijs vnquam? Nunc ad propositum dico, quod primus inuitus & secundus, sunt verè Simoniaci, & Simoniacum faciunt de iure diuino atque humano. Et si concurrat error pertinax, quo tuetur, quod talia licitè fieri queant, incurrit hæresim propriè dictam. Porro, si fertur intuitus ad temporale bonum seu comodum tertio & quarto modis, hoc licitum esse potest atque laudabile, immo & meritum, sic tamen, vt obseruetur illud Apostoli: Ab omni specie mala abstinete vos: vtputã vt administratio spiritualium tertio & quarto modo facta, ex suo modo procedendo non videatur primo modo fieri seu secundo: vt si non exercentur spiritualia, nisi primò temporalia dentur: vel si turpiter exigantur, & cum scandalo ac auaritiã nota. In quibus casibus possunt haberi suspecti de prauitate Simoniaci, sic agentes præsumptione iuris aut facti, possentque iudicialiter euocari. Iterum scribit præfatus Doctor: Obligatus ministrare spiritualia, & ministrans ea, habet verum ius & potestatem recipiendi temporalia absq; hoc, quod mendicet ea. Atque sub hac intentione, licet minùs principali, potest vel potuit se obligare ad ministrandum spiritualia, & pro sua sustentatione recipere temporalia. Circa materiam istam queritur, Primò, an sacramenta possunt vendi & emi: Respondent Doctores, specialiter sanctus Thomas super quartum Sententiarum distinctio. vigesima quinta. Cùm sacramenta nouæ legis gratiam continent & causent, licitè vendi non possunt vel emi. Primò, quoniam hæc sacramenta dispensans, non est sacramentorum Dominus, sed minister. Emprio autem fieri habet à Domino rei. Secũdò, quoniam pretium emptionis est quasi mensura adæquans valorem eius, sed corporalia non possunt gratiæ adæquari: ideo gratiæ contumeliam facit, qui sacramenta gratiæ vendit. Tertiò, quia inde ipsa nomen sortitur, quia gratis præstatur: ideo contra rationem gratiæ operatur, qui sacramenta gratiæ vendere præsumit aut emere. Secũdò queritur, an liceat pro

Lea. 10

1. Corinth. 9.

Edem.

1. Thess. 5.

Vide tit. de vno. per 10.

benedictione nubentium pecuniam exigere. Et respondendum, quod matrimonium est non solum Ecclesiæ Sacramentum, sed etiam naturæ officium. Idcirco in quantum est Sacramentum, non cadit sub emptione. Vnde secundum canones Simoniam committit, qui pro benedictione nubentium, pecuniam exigit: quod intelligendum est, si petat pecuniam quasi pretium benedictionis aut Sacramenti, non si querat eam quasi stipendium vitæ & ratione consuetudinis Ecclesiasticæ comprobata. Porro ex ea parte, qua matrimonium est in officium naturæ, licitum est pro matrimonio accipere pretium, vel interponere conditionem pro re temporali accipienda. Tertiò queritur, quid esset agendum, si sacerdos puerum baptizare non vellet nisi pro pretio. Respondetur, quod in huiusmodi casu aqua potius esset à sacerdote emenda, & persona infantulum deferens, baptizare deberet eundem. Similiter agendum esset, si baptizari vellet adultus, nisi forsitan posset sine periculo baptismus differri, quousque ad superiorem habeatur recursus, cui ex officio competit baptizare. Quarto queritur, an liceat celebrare pro pretio. Dicendum, quod facere pactionem de Missa celebranda, est Simoniacum. Veruntamen si sacerdos non habet aliã sumptus, nec ex officio tenetur facere Missam, potest alios denarios accipere, sicut faciunt conductitij sacerdotes, non quasi pretium Missæ, sed quasi sustentaculum vitæ. Quintò queritur, an pro absolutione ab excommunicatione aut culpa, exigatur licitè pecunia. Et dicendum quod non, sed ei qui absoluitur, potest pecuniaria poena imponi. Non licet quicquam exigere quasi pretium absolutionis, sed quasi poenam peccati. In quo cauendum est, ne talis exactio cupiditati magis quàm iustitiæ ascribatur. Sextò quæro, an liceat pecuniam aut certos redditus accipere pro anniuersario celebrando. Dicendum, quod anniuersarium celebrare est actus spiritualis: ideo pro eo celebrando non licet facere pactum, nec aliquid postulare siue accipere quasi pretium: si tamen aliud detur ex deuotione Ecclesiæ, ipse tenetur rependere in spiritualibus seu celebrare pro illis, pro quibus rogatur. Hinc secundum Ostiensem & Gotfridum, pro exequijs defunctorum nihil exigi licet, sed piæ consuetudines sunt seruandæ. Septimò queritur, an liceat dare pecuniam bonis hominibus, vt orient pro dante vel pro quibus desiderer.

De simo. ead. suam nobis. 10. q. 3. c. 1. rda latum

De præbend. & dig. c. sig. nisi. De simo. ca. ad apostolic. 1. q. 1. c. plac.

De simo. ca. suam. c. ad apostolicam.

Dd 4 Respon-

Respondetur, quod oratio, cum sit bonum spirituale, nequaquam poni debet sub pretio, nec licet dare pecuniam pro oratione emenda, sed ad alliciendū suscipientes ad exorandum, & pro vitę sustentamēto: sic quoque pro pecunia, quasi pro pretio prædicationis, prædicare non licet, sed quasi pro vitę stipendio. Vnde & Prophetis in veteri Testamento munera conferebantur, nõ ad emendum actum gratię prophetalis, sed pro necessaria sustentatione, id est, vt pecunia indigentibus detur, quemadmodum Paulus prædicauit pro faciendis collectis. Oportet quæriri, an liceat sacerdoti accipere pecuniam, vt faciat Missam illo die, quo aliunde obligatus est celebrare. De hoc præfatus Cancellarius Parisiensis in libro de solitudine Ecclesiasticorum sic scribit: Sollicitudo pia conferentis temporalia, si ordinauit Missam vnā sic esse dicendam, ex epli gratia, secūda feria pro seipso, defraudatur per sacerdotem sic obligatum, si dicat Missam talem pro altero, siue ex priori, siue ex subsequenti obligatione vel susceptione hoc fiat. Nam si vna Missa sufficeret pro duobus, simili ratione sufficeret pro tribus, pro decem, pro centum, pro mille. Nec melior erit conditio procurantis sibi Missam peculiare seu speciale: per vnā quoque Missam possent centum Missę debitè persolui. Præterea in Summis Doctorum quæritur, an liceat recipere aliquid pro operibus spiritualibus. Ad quod Raimundus respondet, pro illis ad quas sacerdos ex officio non tenetur, aliquid licet ei suscipere. Vnde sacerdos possit locare operas suas, qui alijs non habet vnde sibi prouideat. Ex hoc sequi videtur, quod dum sacerdos certo die celebrare tenetur, non potest ab alio accipere quicquam, vt pro ipso celebret die illo. Et si tenetur qualibet hebdomada ad numerū trium Missarum, obligare non potest se ad celebrandum plures in eadem hebdomada, quam habet dies vacantes, præsertim quia, sicut iam tactum est, Thomas ait: Si sacerdos non habet alios sumptus, & non tenetur ex officio celebrare, potest accipere denarios vt celebret, secundum modum prædictum: ergo ex opposito, si celebrare tenetur, non potest hoc. Cautè ergo & iustè sacerdotes se habeant, ne seipfos fallant & alios, ne amore pecunię se committant periculo. Postremò quæritur, an suffragia facta pro multis, tantum valeant singulis, ac si pro vnoquoque fierent. Ad hoc Thomas super quartum Sententiarum respondet, quod suffragia secundum quod sunt quædam satisfactio-

1. Corint. 15.

De præhend. et dig. c. signis. in gloss.

ctioes pro defunctis exhibite, magis profunt vni, si pro eo solo fiant, quam si fiant simul pro ipso ac alijs. Sic enim suffragia ista alicui profunt, secundum quod per intentionē facientis transferuntur in ipsum, applicanturque ei. Vnde sic suffragia per diuinā iustitiam diuiduntur inter eos, pro quibus fiunt. Sic quoque Missa facta pro vno siue defuncto siue viuo, plus prodest ei, quam si pro ipso ac alio vel alijs fiat. Si autem considerentur suffragia penes radicem charitatis vniuersi membra Ecclesię, suffragia facta pro multis, tantum valent singulis, ac si pro vno tantummodo fierent, quia charitas non minuitur, si distribuitur affectus in multos, sed magis augetur. Similiter gaudium quando pluribus est commune, fit maius. Sed iste suffragiorum succursus est, quantum ad interiorē consolationem, quam habent defuncti de bonis actibus suffragijsque viuorū. Hęc est sancti Thomę & aliorum multorum responsio. Hinc etiam præallegatus Cancellarius libro de solitudine Ecclesiasticorū testatur: Opus spirituale factum pro satisfactioe, non valet tantum pro multis, sicut pro paucis, cæteris paribus. Præterea aduertendum, quod super quartum Sententiarū Thomas asserit: Per Simoniam aliquis ab executione ordinis seu officij suspenditur: sed in hoc distinguendum est, quoniam si dicatur Simoniacus ex hoc, quod ordinem per Simoniam recepit, non recepit, nec licetè habet executionem, sed est ipso iure suspensus, & quo ad se, & quantum ad alios: & punitur vltèrius per depositionem, quando de crimine constitit iudici. Si autem dicatur Simoniacus, quoniam ordinem Simoniacè contulit, vel quia dedit aut recepit Simoniacè beneficium, vel quia mediator Simoniacus fuit, si sit occultum, suspensus est, quantum ad se, ipso iure: si autem manifestū est, suspensus est, quo ad se, & quantum ad alios. Ille quoque, qui Simoniacè beneficium recepit, tenebitur ad restitutionem omnium fructuum perceptorum, & beneficio resignare. Itaque quilibet beneficiarius diligenter ac prouidè conscientiam suam corā Deo discutiat, & si aliquo horum modorum Simoniacè labe fœdatus est, animę suę prouideat, præsertim cum & si ipso ignorante beneficium aliquod sibi Simoniacè impetratū est, dum id cognouerit, mox resignare teneatur, ac suę prouidere salutē. Omnia demum in isto introducta articulo scribunt Doctores, Raimundus, Iohannes, Durandus, Osiensis ac alij, præcipue Thomas super quartum Sententiarum & in Secunda secundæ.

De cohabit. ele. et m. ca. quæstionum in gloss.

De hac

De hac quoque materia, putā de Simonia diffuse ac pulchrè scribitur in Decret. c. 1. q. 1. atque deinceps, sed breuitati studēs dimitto.

Excusatio ab introductione quarundā materialium, eò quod alicui competenter habentur. Articulus. LII.

DEcreueram in præsentī articulo seu etiam opusculo de singulis sacramentis aliqua succinctim breuiterque in serere, sed visis statutis synodalibus diuersarū diocessū nõ putauī hoc multū necesse. Cū enim vniuersi singulique curati teneantur propriè diocesis scire & habere statuta, & in ipsis statutis de hac materia, (scilicet de sacramētis cōpendiosè atque cōpetenter, quantum simplicibus curatis atque eorū vicarijs opus est, pertractet, sufficere reor pro eis, quod in eorū synodalibus habetur statutis, quę frequētè ac diligenter perlegere efficaciterque implere ipsis tam seriose in iungitur. Sua ergo statuta singuli habeant, sciant, adimpleant. Porro de sacramēto ordinis, circa principium huius opusculi est tractatum. De sacramento quoque penitentię & confessionis, & de sacramento Eucharistię multa præhabita sunt. Vnde de alijs sacramentis iam nõ nisi vtiliora breuissimè sunt dicenda, præsertim cum de ista materia tot libri sunt editi, & super 4. Sententiarum Doctores plenissimè inde conscribant. In Summa quoque Confessorum, & in Summa Duradi, ac Summa Pisana, immo in Summa Raimundi aliorum, diffuse & plenè ac planè inde habetur. Summa verò Pisana videtur mihi pro simplicibus Sacerdotibus & curatis vtilior, quia in procedendo est planior atque facilior. Itaque in statutis synodalibus inter cætera dicitur: Baptismus cautè ac honorabiliter celebretur, id est, cū debita solennitate exhibeatur, cū ritu & modo ab Ecclesia instituto: quę solennitas, quamuis nõ sit de necessitate aut essētia baptismi seu aliorū Sacramentorū, non debet tamen sine causā cogente omitti, propter reuerentiam sacramentorum. Denique sacramenta euangelicę legis sunt sacra signa, id est, signa gratiæ & salutem aliquo modo cōtinentia seu causantia, & in hoc differunt à sacramētis Moisaicę legis, quę gratiā solummodò signabāt seu figurabant, non continebant, neque causabant. Hęc ergo gratiam in se continent, & in recipientibus gratiam causant, nisi sit defectus ex parte suscipientis, per hoc quod impedimētum seu obicem gratiæ ponat per propriam culpā. Causant sacramēta hęc gratiam instrumentaliter, & Deus effectiue & prin-

Statuta quę, quibus, cur habentur, scienda et implenda.

cipaliter. Christus quoque per seipsum sacramenta nouę legis instituit, & ex virtute ac merito passionis Christi, sacramenta suā efficaciam habent. Hinc sacramenta dicuntur quasi vasa spiritualiter medicinalia, per quę Deus secretè operatur humanā salutē: quia per Sacra homines purgant à vitijs, ornantur gratia atque virtutibus, & ad beatitudinē perducunt æternā. Ministri ergo Ecclesię vniuersa Sacra cum ingenti reuerentiā, deuotione & circumspectione debēt tractare ac dispensare. Ideo dictū est quod baptismus caute & honorabiliter celebretur, cū aperta & distincta expressione verborum, & cum debita forma eorū, vt dicatur: Ego baptizo te in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Hęc etenim verba sunt de essētia Sacramētis huius. Quod autē præmittitur nomen aliquod propriū, dicendo, Petre vel Iohannes, non est de essētia Sacramētis istius. Ideo propter eius omissionem non est iterandus baptismus. Item baptismus est tinctio in aqua verbo vitę sanctificata. Et secundum magistrū Sentent. baptismus est ablutio facta in aqua, sub præscripta forma verborū. Vnde ad baptismi substantiam tria concurrunt, vt delicta materia debiti clementi, vtputa vera aqua in qua sola fieri potest baptismus: & forma verborum iam tacta, atque intentio baptizantis, vt saltem intendat facere quod facit Ecclesia in generali vel speciali. Insuper debitus ac legitimus minister baptismi est sacerdos, tamen in necessitate quilibet potest baptizare, etiā mulier, immo & infidelis, dummodo intēdat saltē in generali facere quod facit ecclesia, quamuis putat hoc nihil esse. Veruntamen sicut in decret. de consec. d. 4. habetur, simplex clericus baptizare nõ debet præsentē presbytero, nec laicus præsentē clerico, nec mulier præsentē viro: tamen si si aliter fiat, baptizatus est, licet peccet baptizans. Si verò sit sacerdoti dubiū, an infirmus sit debitè baptizatus à laico aut muliere, debet puerū baptizare sub cōditione dicendo: Si nõ es baptizatus, ego baptizo te in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Insuper in quibusdā statutis synodalibus legitur: Moneant presbyteri parētes puerorū baptizatorum nondum cōfirmatorum, vt eos ad episcopū, qui solus potest cōfirmare, ducant septēnes vel maioris etatis. In cōfirmatione etenim dat gratia Spiritus sancti ad robur, per quā fideles cōfirmati, sunt idonei ad cōfitendum fiducialiter fidē Christi, & ad pugnantidū cōtra aduersarios eius, putā diabolum, mūdū & vitia carnis. vnde per cōfirmationē ascribuntur fideles ad spūalem militiā, sicutque mili-

De consec. d. 4. c. consec.

De consec. d. 4. c. mulier.

De consec. d. 4. c. parvull.

mili-

*Ad confirma-
tionem quæ
requirantur.*

milites & pugiles Christi, ad standum & præliandum idonei contra aciem vitiorum in campo seculi huius. Porro de substantia confirmationis, sunt materia chrisimatis & forma verborum, & hæc sunt necessaria ex parte sacramenti: duo quoque ex parte ministri, videlicet dignitas pontificalis & intentio: & duo ex parte suscipientis, videlicet quod chrismetur in fronte, & quod baptizatus existat. Forma autem verborum est ista: Consigno te signo crucis, confirmo te chrisimate salutis. Denique qualiter sacerdotes se habere debeant circa sacramentum extreme unctionis, & in exhibitione eius ad infirmos, in statutis provincialium synodorum diligenter docetur, ac competenter habetur. Postremò de modo contrahendi matrimonium, in statutis præfatis utrunque satis tangi videtur, ubi inter cætera dicitur: Prohibeant sacerdotes subditis, ne matrimonia clandestina contrahant, nec sibi mutuo fidem præsentent de matrimonio contrahendo, nisi coram presbytero atque in celebri loco, & publice coram multis: aliter excommunicationis incurrunt sententiam. Et de hac materia habentur multa in illis statutis, quæ curatum & eius vicarium scire oportet: & eosdem scire oportet, quæ sunt impedimenta matrimonij, & qualiter quædam impedimentorum illorum dicuntur impedire matrimonium contrahendum, non tamen dirimunt iam contractum: quædam non impediunt contrahendum, dirimuntque contractum, quia non fuit verè atque legitime, seu de iure contractum, sed de facto duxat. Hæc isto loco tetigisse sufficiat, cum alibi plenariè habeatur, præsertim cum tractatulus iste nunc longius quam putabam, processerit. Vnde incumbit festinare ad finem, & de vno principali quod restat, quantum spiritus veritatis præstiterit, pertractare.

Quam districte præcipiantur vivere continenter omnes in sacris ordinibus constituti, potissimè sacerdotes atque pastores ac presules. Artic. LIII.



Contra vilissimam, scandalosissimam, vitiosissimam atque turpissimam sacerdotum ac clericorum luxuriam, in hoc opusculo scribere specialissimè ac frequenter ac diu rogatus sum: nunc quantum fons puritatis atque totius lasciuie detestator Spiritus sanctus donauerit, adimplere diligenter tentabo. In Decreto itaque distinct. 25. introducit Gratianus sanctum Gregorium sic dicen-

tem. Nullum facere subdiaconum Episcopi præsumant, qui se castè victurum non promiserit, quoniam nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata. Denique Innocentius Papa II. Decernimus, inquit, ut hi qui ordine subdiaconatus & supra concubinas habuerint aut incontinentes extiterint, officio atque Ecclesiastico beneficio careant. Cum etenim templum vasaque Domini ac sacrarium Spiritus sancti debeant esse, indignum est eos cuiuslibet libidini & immunditij deseruire. Insuper in gestis quinti concilij Toletani habetur: Quando presbyteri & diaconi per prouincias constituuntur, oportet professionem facere suo Episcopo, ut castè & purè sub Dei viuam timore, ut dum eos talis professio obligat, vitæ sanctæ disciplinam retineant. Vnde secundum Gregorium: Qui diu continenter non vixit, non est in Episcopum eligendus. Vnde beatus Gregorius Neapolitanus scribens sic ait: Postquam ad nos vestra scripta peruenirent, Iohannem diaconum qui ab altera parte electus est, paruulam habere filiam quorundam relatione cognouimus. Vnde si rationem voluissent attendere, nec ipsi eum eligere, nec ipse debuerat consentire. Nā qua præsumptione ad Episcopatum audeat accedere, qui adhuc longam sui corporis continentiam, filia testante, conuincitur non habere? Amplius, in secundo concilio Toletano: Cauendum est clericis, ne quando suæ sponsonis immemores, ad futuros concubitus vltro recurrant: quod si fortè fecerint, tanquam sacrilegij rei ab Ecclesia habeantur extranei. Rursus in concilio Arelateni secundo habetur: Placuit ut deinceps non ordinentur diaconi, nisi qui prius conuersationis proposito professi fuerint castitatè. Sed & Calixtus Papa ait: Presbyteris, diaconis, subdiaconis concubinas habere interdicitur: & contrarium facientes, ad penitentiam redigi iuxta sanctorum canonum diffinitionem iudicamus. In Neocæsariensi etiam synodo legitur: Presbyter si fornicatus fuerit, adulteriumque commiserit, extra Ecclesiam abijciatur, inter laicos ad penitentiam redigi ipsum oportet. Item in sexta synodo scribitur: Presbyterum illicita commixtione detentum, ab officio abstinere præcipimus, quia benedicere alijs eum qui propria vulnera debet curare, consequens non est: Benedictio enim sanctificationis traditio est. Qui verò hanc non habet propter delictum suum, quomodo eam alijs tradet? Non ergo publicè neque priuatè benedicat, sed

*28. d. c. mlii
e. presbyteri
27. d. f. i. h.*

sed sufficiat ei quod implorat à Deo, ut dimittatur sibi iniquitas sua: quoniam sicut in Decreto, loco præallegato, asseritur: Causa huiusmodi institutionis est munditia sacerdotalis, ut liberè cunctis diebus possint orationi vacare. Si enim (ut ait Apostolus) ab vxoribus cessandum est maritis, ut orationi expeditius vacent, ministris altaris, quibus quotidiana necessitas incumbit, semper à mulieribus est cessandum, nec coniugali officio vacare eis vnquam permittitur. Vnde veda super Lucā testatur: Sacerdotibus, ut semper valeant altari assistere, semper à mulieribus continentium. Hoc idem in secundo Carthaginensi habetur Concilio. Hinc Innocentius Papa testatur: Tenere debet Ecclesia, ut omnino Sacerdotes & Lenitæ mulieribus non commisceantur, quia quotidianis sacris ministerijs occupantur. Scriptum est enim: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum Dominus vester. Nam in veteri testamento tempore vicis suæ, quoniam videlicet in templo ministrare & offerre solebant, sacerdotes à templo non discedebant, sicut de Zacharia legimus, nec domum suam aut vxorem omnino tangebant: quibus utique propter sobolis successiōnem, vxoris usus fuit permissus, quia ex alia tribu, præterquam ex semine Aaron, ad sacerdotium nullus accedere poterat. Quotò magis hi sacerdotes & Leuitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ debent seruare, quibus sacerdotium seu ministerium sine successione est, nec præterit dies, quæ vel à sacrificijs diuinis, vel ab orationibus, vel à baptismatis officio vacant. Hinc cõtra Iouinianum scribit S. Hieronymus: Si lacus & quisque fidelis non potest dignè orare, nisi careat officio coniugali, sacerdoti, à quo semper offerenda sunt sacrificia, semper orandum est, etiã semper ab amplexu est abstinendum. Denique Leo Papa ait: Omnium sacerdotum tam excellentis est electio, ut quæ in alijs membris Ecclesiæ non sunt culpabilia, in illis sint illicita. Cum enim extra clericorum ordinem constitutis liceat matrimonium subire, ad exhibendam tamen perfectæ continentie puritatem, nec subdiacono carnale coniugium cõceditur. Quod si in hoc ordine, scilicet subdiaconatus, qui quartus est à capite, scilicet, Episcopatu, dignum est custodiri: quantum magis in primo, secundo & tertio gradu seruandum est: ne aut Leuitico aut presbyteri honore, aut Episcopali excellentia, quisquam indignus aestimetur, qui se à voluptate luxuriam necdum refrenare detegitur? Sed & Verbanus Papa secundus disseruit: Erubescant impij, & apertè intelligat eos, qui in tribus sacris

28. d. c. qu. do.

28. d. c. qu. do.

28. d. c. qu. do.

28. d. c. qu. do.

28. d. c. qu. do.

28. d. c. qu. do.

ordinibus, presbyteratu, diaconatu, subdiaconatu positi sūt, si mulierculas non abiecerint, & castè non vixerint, excludendos ab eorumdem gradu dignitate. Postremò, quàmuis quædam illorum quæ allegata sunt, modò in ecclesia non seruentur, videlicet vt sacros ordines suscipientes, castitatem explicitè voueant, & iuxta formam præscriptam pro suis excessibus & fornicationibus puniantur: tamen præinductis ostenditur, quàm diligentissimè, feruentissimè atque strictissimè tam sacra Concilia, quàm summi Pontifices præceperunt, ab omnibus in sacris ordinibus constitutis, continentiam castimoniam obseruari: & obligatio illa præceptorum tam multipliciter ac frequenter repetitorum ac renouatorum de castitate clericorum, adhuc in suo manet vigore: & ordini sacro votum castitatis perhibetur annexum. Nec ideo peccatum transgressionis præceptorum illorum est minus, quia minus punitur: immo quò minus punitur in seculo, eò grauius punietur ac vindicabitur in futuro. Id etiã constat, quoniam quò præceptum illud de castè viuendo est frequentius ac feruosiùs tam in sacris concilijs, quàm in summis Pontificibus repetitum ac in nouatum, eò plus obligat, & vitiosius dånabilis que infringitur. Non ergo sacerdotes clericique lasciuia sibi met blandiantur, nec se palpant, neque infelicitate fallant, quia quò nunc faciliùs euadunt humanum iudiciũ, & manus atque correctiones prælatorum suorum, eò terribiliùs incidant in manus Dei viuents, ac diuini sustinebunt iudicium & vindictam Omnipotentis.

De eadem materia ex Decreto. Articulus. LIIII.



Vrsus quasi præinducta non sufficerent, Gratianus d. 81. de hac ipsa materia introducit testimonia multa: Ait equidem Symmachus Papa: Non rectè monitoris (id est, pastoris aut prædicatoris) suscipit nomen, nisi qui actibus suis peccata condemnat, & amorem castitatis ac innocentie conuersatione demonstrat. Denique Innocentius Papa affirmat: Maximianus filius noster quere lã derulit: Nā zelo fidei disciplinæque ductus non patit Ecclesiam pollui ab indignis presbyteris, quos in presbyterio filios asserit procurasse. Ideò siater, eos qui talia perpetrassè dicunt, debes in medio collocare, discessisque obiectionibus, quæ ipsis obijciunt, si cõuicti fuerint, à sacerdotali officio remoueat-

81. d. c. netio

81. d. c. ma

81. d. c. ma

tur: quia qui sancti non sunt, sancta attrectare non debent, atque alieni efficiantur à ministerio, quod viuendo illicitè polluerunt. Insuper Gregorius Papa effatur: Si qui sunt presbyteri aut diaconi, aut subdiaconi, qui in fornicationis crimine iacent, interdicius eis ex parte omnipotentis Dei & sancti Petri autoritate ingressum Ecclesiarum, quousq; pœniteant & emendent. Qui autem saluberrimo præcepto obedire noluerit, idololatriæ peccatum incurrit, Samuele testante, qui ait: Peccatum ariolandi est, non obedire, & scelus idololatriæ, non acquiescere. Peccatum ergo paganitatis incurrit, qui quis Christianum se fecerit, dum sedi Apostolicæ obedire contemnit. Propter eam Alexander Papa II. eloquitur: Si quis sacerdotum vel diaconorum aut subdiaconorum sceminam sibi elegerit, ob fornicationem suam beneficio carere cogatur. Et secundum eiusdem Papæ Decretum, talis à proprio decedit gradu, vsq; dum ad satis factionem veniat, neq; in choro psallentium maneat, nec aliquam portionem de Ecclesiasticis habeat rebus. In concilio quoque Tolitano habetur: Quidam clerici legitimum non habentes coniugium, extranearum mulierum & ancillarum suarum consortia appetunt. Ideo quæcunq; sceminæ clericis ita coniunctæ sunt, ab Episcopo auferantur & venundentur, clericis illis ad pœnitentiam relegatis. Sed & Syricius Papa: Plurimos inquit, sacerdotes Christi atq; Leuitas, post consecrationis suæ tempora de turpi coitu sobolem procreasse deiicimus, & crimen suum hoc modo defendere, quia in veteri testamento sacerdotibus & ministris templi generandi facultas legitur attributa. Dicit nunc mihi, quisquis ille est, seclator libidinum, præceptorq; vitiorum, si existimet quod in lege Moysis sacris ordinibus passim à Deo laxata sint frena luxuriæ, cur eos, quibus sancta sanctorum committebantur, præmonet, dicēs: Sancti estote quoniam ego sanctus sum & minus Deus vester? Cur etiam procul à suis domibus tempore vicis suæ, id est, ministerij sui in templo habitare sunt iussi? Ideo utique, ne suis miscerentur vxoribus, quatenus conscientia integritate fulgentes, acceptabile Deo munus offerent. Hinc secundum eundem Syricium, Innocentiumque summos Pontifices: Incontinentes in sacris ordinibus constituti, omni honore Ecclesiastico sunt priuandi, nec ad tale ministerium admittendi, quod sola continentia oporteat impleri.

81. d. c. 1. § quis.

1. Reg. 15.

ca. si quis. 81. disti.

81. ca. quiddam.

82. d. c. pluri mor.

Leuit. 13.

De eadem materia ex Decretalibus.
Articulus LV.



Vprà sexto articulo allegata sunt plura ex principio tertij Decretalium, titulo de vita & honestate clericorum, quemadmodum sacerdotum & clericorum continentem viuere districte præcipiuntur, & qualiter secundum canones puniri continentem iubentur. Veruntamen nunc de hac ipsa aliqua latius in troducam materia. Itaque sicut tertio Decretalium habetur, tit. de coha. cle. & mulierum Alexander Papa II. cuidam scribit episcopo: Clericos in sacris ordinibus constitutos, qui publicè detinet concubinas, per suspensionis & interdicti sententiam debent arctius cogere, ut ipsas mulieres à se ita remoueant, quod de ipsis sinistra suspicio non possit haberi: Et si qui ipsorum ad eas redire vel alias accipere fortè præsumperint, in aliquos ipsorum debet perpetuam sententiam excommunicationis inferre, ut alij eorum exemplo à similibus retrahantur. Denique idem Papa Archiepiscopo Cantuariensi scribens: Mandamus, inquit, quatenus clericos vestra iurisdictionis, qui in subdiaconatu, & supra, fornicarias habuerint, studio se mone curetis, ut à se illas remoueant, eas vitæ riuus minimè admittant. Si verò acquiescere contempserint, eos ab Ecclesiasticis beneficijs perpetuè mouere curetis. In alia quoque Decretali ait hic Pontifex: Quoniam simul voluptatibus ac carnalibus desiderijs, atq; diuinis & Ecclesiasticis obsequijs clerici vacare non valent, ob immundiciam suam Ecclesiasticis sacramentis indigni tractandis, Ecclesiasticis proculdubio beneficijs sunt priuandi. Ad idem induci possent variæ autoritates ac decretales summorum pontificum, Gregorij Lucij, Syricij, Innocentij & aliorum: sed quoniam sententia vna est, & in præhabitis satis contenta, breuitati studens pertransseo.

De pœnis ac pœnitentijs sacerdotum & clericorum incontinentium, secundum uiam antiquorum.

Articulus LVI.



Quamuis sanctus ille & Ecclesiasticus rigor in obseruantijs disciplinarum & pœnitentiæ circa sacerdotes & clericos siue canonicos lubricos, iam pro dolor non seruetur, sed nimium relaxetur, ut tamen appareat, quam vehemētissimè Patres sanctissimi detestati sint sacerdotum ac clericorum spurciti-

De uit. 6. h. nest. cle. c. u. clericorum mores.

De chab. cler. 6. m. clericus.

tiam, nunc breuiter de pœnitentijs fornicationis talium tangam. Et quamuis inde iam in præinductis tribus articulis multa sunt scripta, qualiter scilicet sint beneficijs officijsq; priuandi, degradandi, & extra Ecclesiam proijciendi, atq; inter laicos ad agendam pœnitentiam redigendi, nunc tamen ex Decreto & decretalibus aliqua addam. Itaq; in Gangrensi Concilio legitur, quod etiam distinct. 82. habetur: Presbyter si fornicationem fecerit, quantum secundum canones Apostolorum debeat deponi, tamen iuxta auctoritatem B. Syluestri Papæ, si in vicio non permanserit, sed sua sponte adiecit ut resurgat, decem annis in vnicum modum pœniteat: Tribus mensibus à ceteris remotus fratribus, pane & aqua à vespera in vesperam vtatur. Diebus autem dominicis & præcipuis festis, modico vino & pisciculis atq; leguminibus vtatur, sine carne & sanguine, ac ouis & caseo. Sacco quoque indutus, humo adhaereat, die ac nocte iugiter misericordiam Dei imploret. Finitis tribus mensibus continuis, exeat: tamè in publicum non procedat, ne grex fidelis in eo scandalu patiat. Nec enim debet sacerdos publicè (id est, solenni) pœnitentiæ subiacere, sicut laicus. Postea aliquantisper viribus resumptis, annum & dimidium in pane & aqua expleat, exceptis dominicis diebus & præcipuis festiuitatibus, in quibus vino & carnis, sanguine, ouis & caseo iuxta canonicam mensuram poterit vti. Finito autem primo anno & dimidio, corporis & sanguinis dominici, ne indurecat, particeps fiat, & ad pacem veniat, id est, fratribus reconcilietur, ac psalmodia cum eis in choro vltimus canat: nec tamen ad cornu accedat altaris, sed iuxta beati Clementis vocem, minora gestet officia. Deinde verò vsq; ad expletionem septimi anni, omni tempore, exceptis Paschalibus diebus, tres legitimas ferias in vnaquaque hebdomada in pane & aqua ieiunet. Expleto circulo septimi anni, si fratres, apud quos pœnituerit, eius condignam pœnitentiam laudauerint, ipse in pristinum honorem redeat. Vnde iuxta beati Calixti Papæ auctoritatem, illum poterit reuocare. Sanè sciendum est, quia in II. feria vnum psalterium canendo, aut vnum denarium pauperibus dando, si opus est, se redimere poterit finitis septem annis. Deinde vsq; ad finem decimi anni, sextam feriam nulla interueniente redemptione obseruet in pane & aqua. Eadem quoque pœnitentia erit sacerdoti pro omnibus criminibus, quæ in depositionem inducunt. Neque hoc cui libet videat onerosum, si sacerdos post lapsum dignè (vt supra dictum est) pœ-

Clement.

Calixtus.

nitens, ad pristinum redeat honorem. Hinc Innocentius Papa sacerdotibus & clericis in fornicationem collapsis, eod quod nondum ad eos peruenit institutio Syricij Papæ de castitate eis seruanda, ueniam esse dandam testatur: ita tamen, quod ad altiora non promoueantur. Qui verò institutionem illam scientes, non statim cupiditatis & voluptatis suæ uitium abiecerunt, modis omnibus esse amouendos. Deniq; in Maguntinensi Concilio legitur, & distinct. 81. habetur: Distinctum est nobis, presbiteros propter suam negligentiam canonicè degradatos, & seculariter gradu amisso viuere, & pœnitentiæ agendæ bonum negligere. Vnde statuimus, vt gradu omisso agendæ pœnitentiæ, in monasterium aut canonicam regularè redigantur. Si verò hoc fieri causa quælibet prohibuerit, vbiq; sint, pœnitentiam agere non desistant. Si autem amisso gradu seculariter viuere voluerint, & pœnitentiam agere negligunt, à communionem Ecclesiarum separentur. Insuper in VII. synodo Aurelianensi habetur: Si quis clericus adulterasse conuictus fuerit vel confessus, depositus ab officio, in monasterium toto tempore vitæ suæ retrudat. Sed & Pelagius Papa ait: Romanus clericus pro crimine adulterij à clericatus ordine depositus, in monasterio hic in urbe Roma ad agendam pœnitentiæ ex nostra iussione tetrusus est, prout distinct. 81. habetur. Hinc in principio tertij decretalium Innocentius Papa testatur: Si quis propter incontinentiam suspensionis, præsumperit celebrare diuina, non solum Ecclesiasticis beneficijs spoliatur, verum etià pro duplici culpa danatur. Prælati verò qui tales præsumperint in suis iniquitatibus sustinere, maxime obtentu pecuniæ vel alterius commodi temporalis, pari subiacent ultioni. Secundò hoc idè in decreto distinct. 83. legitur sub his verbis: Si quis Episcopus fornicationi presbyterorum aut diaconorum vel criminini incensus in sua diocesi prece vel pretio consenserit, vel commissum auctoritate officij non impugnauerit, ab officio suspendat. Ex hoc Gratianus cõcludit: Episcopus itaq; qui talium crimina non corrigit, magis dicens est canis impudicus quam Episcopus. Et ne Episcopi se excusent, dicendo, Non consentimus, sed displicet nobis, mox quid secundum vnum modum sit consentire, Gratianus ostendit, subdendo: Qui non resistit errori, consentit: quod de prælatis præcipue esse sumendum, quoniam ex debito sui officij tenentur resistere. Vnde Innocentius Papa: Error, cui non resistitur, approbatur: & veritas dum non defenditur, opprimitur.

Innocentius.

Syricius.

Decretum Maguntinense c. 81.

Pelagius.

Gratianus.

Mal. 2.

Luc. 12.

Negligere, cū possis perturbare (id est, à vitijs impedire) peruersos, nihil est aliud, quā fauere: nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori definit obuiare. Insuper sanctus Hieronymus super Malachiam disseruit: Qui sacerdos est & comedit Pascha Domini, id est, sacramentum altaris, accingat balteo castitatis, vt audiatur cū Apostolis: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Qui autē peccator est & quē remordet propria cōscientia, cilicio accingatur & plangat propria peccata & populi, videlicet cui fuit ruine occasio, dormiatque in sacco, vt præteritas delicias, per quas Deum offenderat, vitæ austeritate cōpenset. Ex præinductis monstrat, quē ineffabiliter sacrosancta generalia cōcilia ac summi Pontifices atque sanctissimi Patres maledictam illam lasciuiam foetidissimamque luxuriam in sacerdotibus & clericis abhorruerunt, prohibuerunt, ac funditus euellere intenderunt. Cū enī culpæ debeatur ac proportionanda sit pœna, ita vt quod maior est culpa, maior ei infligenda sit pœna, nequaquā sancti Patres peccata luxuriæ in sacerdotibus & clericis tam acerrimè prohibuissent, ac puniēda iussissent, nisi ea intantū abhorruissent. Et quamuis præinductorum decretorum ac canonum rigor sit laxatus in multis, nequaquam tamen intantum, sicut iam ex consuetudine vitiosa & negligentia prælatorum quorundam remittitur. Nempe ex præhabitis elucescit, quā culpabiles & inexcusabiles sint coram Iudice summo episcopi & prælati, ex quorum cōmissione aut permissione annuatim quidā ex parte præsulum aut archidiaconorum veniunt ad visitandum presbyteros, & de fornicarijs non exigunt nisi pecuniariam pœnam: qua sumpta, dimittunt illos in fornicationibus suis. Tales Episcopi & prælati pactum percussērunt cum morte & cum inferno, atque cum principibus tenebrarum foedus inierūt, declinaueruntque oculos suos ne aspiciant cœlum, nec recordentur iudiciorum iustorum. Tales namque prælati (vel magis Pilati) nec Deū, nec subditos diligunt vero ac spiritali amore, sed sicut prædixit Apostolus, sunt homines seipsos amantes, voluptatem diuinitati sceleratissimè præferentes: quia nec Dei honorem, nec animarum salutem, sed sua iugiter commoda peruersissimè querunt.

De prohibitione cohabitationis sacerdotum seu clericorum & mulierum. Articulus LVII.

SANCTI ac districtissimi Patres, desuper gratiosissimè illustrati, pensantes quā impossibilē ac certè difficillimum, rarissimumque cōsistat hominem vitare peccata, qui occasiones non vitat peccandi, non solum carnalem commixtionē, sed suspectas quoque confabulationes & periculosas habitationes cum mulieribus prohibuerunt presbyteris, & generaliter clericis siue canonicis. Vnde circa hoc Maguntinense Concilium plenè prouidit, in quo legitur: Inhibendum est quod nullus sacerdos fœminas, de quibus suspicio potest esse, retineat: sed nec illas quas canones concedunt, matrem, amitam, & sororem: quoniā instigante Diabolo, etiam in ipsis perpetratum reperitur scelus, aut etiam impeditur eorum deuotionem. Veruntamen rigor huius decreti, quod tertio decretalium ponitur, postea est laxatus, ita quod cohabitare permittuntur clericis fœminæ multum propinquæ, & etiam vetulæ, de quibus naturale foedus seu ætas nil sinistrum suscipere permittit. Vnde Innocentius tertius cuidam scribit Episcopo: Cum clericis non permittas mulierculas habitare, nisi forte de illis personis, in quibus naturale foedus nil permittit sœui criminis suspicari. De hac materia scripta sunt multa tertio decretalium, titulo de cohabitatione clericorum & mulierum, quæ cum sint superius allegata, dimitto. Porro de his in decreto exuberantissimè scribitur. Siquidem distinctiōne tricesimo secundo, ex gestis Nicæni concilij legitur: Interdixit per omnia sancta synodus, non Episcopo, non presbytero, non diacono, non subdiacono, neque alicui omnino, qui in clero est, licere subintroductā habere mulierē, id est, nō habitare cū fœmina, sicut Gratianus exponit in rubrica, nisi cū matre aut sorore aut amita, aut personis, quæ fugiūt suspiciones. hinc cōsequenter ad hoc inducit Gratianus verba S. Hieronymi, dicentis: Hospitiolum tuum mulierū pedes aut rare aut nūquam tangat aut terant: quia nō potest toto ac tuto corde habitare cum Deo, qui fœminarū accessibus visitatur. Fœmina conscientiam secum pariter habitantis exurit. Nunquē de mulierum formis disputes. Fœminā quā benè conuersantem audis, mente dilige, nō corporali frequentia. Sicut teste Apostolo, Bonū est mulierē nō tāgere, ita malū est tangere eā. Denique, quæ cautè & pure habere se debeāt sacerdotes & clerici, ad illas etiā fœminas, cū quibus secundum iura habitare sinuntur, patet ex eo, quod ex verbis sancti Gregorij quarto dialogorum

recitat Gratianus: Presbyter quidam commissam sibi regebat Ecclesiam cum magno Dei timore, qui ex tempore suscepti ordinis presbyteram suam (id est, viduam senio rem) vt sororem diligens, sed quasi hostem cauens, ad se accedere propius non sinebat, eamque sibi approximare nulla occasione permittens, ab ea funditus etiam communes familiaritates absceidit. Hinc distinct. XXXIII. præcipitur, vt sacerdotes & clerici consanguinearum & domesticarum personarū immoderatam familiaritatem deuitent. Insuper sanctus Gregorius ait, & habetur distinct. 81. Oportet sacerdotes, quibus populus dei commissus est, cum magna constantia vigilare super dominicas oues, ne à Dæmonibus lanientur. Neque filere hoc debeo, quod cū magna tristitia dico. Nā sacerdotes cū fœminis habitare conspicio, quod nefarium est dicere vel audire, secundum canonum sanctorum statuta. Vbi enim talis fuerit cohabitatio, non deerunt stimuli hostis antiqui. Ideo admonēdi sunt, ne antiqui hostis fraude fallantur, quatenus iuxta Apostolum, nō vituperetur ministerium nostrum. Cauere enim ab illicitis nos sacerdotes oportet, vt mundas ad Deum valeamus manus leuare, quoniā Deus ait: Sancti estote, quoniā ego sanctus sum. Si verò quis præsumpserit aliter agere, sacerdotij priuatum honore. Iterū ait Gregorius: Volumus sacerdotibus prohiberi, ne cum mulieribus cōuersentur aut demorentur, excepta dumtaxat matre & sorore. In Registro etiam scribit Gregorius: Legitur quod beatus Augustinus nec cum sorore habitare consenserit, dicens: Quæ cū sorore mea sunt, sorores meæ non sunt. Docti ergo viri cautela magna debet esse instructio. Itemque in sexta synodo legitur: In omnibus obseruari conuenit, vt nō nisi certo tempore & loco congruo clericus mulieribus loqui debeat, vt excludatur omnis nefanda suspicio. Certè solum ad solam accedere, nulla ratio religionis permittit. In Carthaginensi quoque Concilio fertur: Cum clericis extraneæ fœminæ nequaquam cohabitent, sed solæ matres, auæ, materteræ, amitæ, sorores, filæ fratrum & sororū. Rursus B. Gregorius cuidam scribit Episcopo: Archidiaconū tuum cum mulieribus habitare prohibuisti, & hucusque non obediuit: qui nisi iussioni tuæ paruerit, eū sacro ordine volumus esse priuatum, videlicet officio & beneficio. Vnde & Syricius Papa cuidam Episcopo scribit: Fœminas non alias in domo clericorum esse patimur, nisi eas tantū, quas propter solas necessitudinum causas habi-

tare cum eisdem synodus sancta Nicæna permittit. Denique, qualiter liceat amicis fœminas visitare, in sexta synodo Africana habetur his verbis: Clerici vel continentes ad duas vel virgines nō accedant, nisi iussu vel permisso Episcoporum: nec soli hoc faciāt, sed vadant cum clericis vel alijs, quibus Episcopus vel presbyter iusserit: sed nec ipsi Episcopi aut presbyteri soli habeant accessum, sed aut ibi clerici sint presentes, aut alij graues Christiani, vt omnis tollat suspicio. In Carthaginensi quoque Concilio iubetur, ne occasione temporalium familiaritatis clericorum fœminæ aut virgines socientur. hinc ait & Lucius Papa. Clericus solus ad fœminæ tabernaculum non accedat, nec prope sit, sine maioris natu præcepto. Nec solus presbyter cū sola fœmina fabulas misceat, nec archidiaconus sub prætextu humilitatis aut officij frequēter intret domicilia fœminarum, nec per clericos aut domesticos matronæ aliquid mandet secretè. Si agnitum fuerit, & ille deponatur, & illa à liminibus Ecclesiæ arceatur. Hæc omnia in Decreto distinct. 81. habetur. Ex quibus clarissimè innotebit, quā feruolissimè ac frequenter tam generalia cōcilia, quā summi Pontifices, fœratissimèque Doctores prohibuerunt sacerdotibus & clericis habitare & fabulari cum fœminis, de quibus praua potest oriri suspicio. Vnde quod cum quibusdam mulieribus consanguineis aut sororibus permittuntur morari, intelligitur, dummodò cum illis non habitent aliæ mulieres, quibus cohabitare sacerdotes aut clerici prohibentur. De hac quoque materia in Summis Doctorum, videlicet Ostiensis, Durandi, Raimundi & Iohannis, Bartholomæi & aliorum multa scribuntur. Ibi inter cætera continetur, quod cum fœminis multum propinquas habitare sinuntur, dummodò illæ non habeant pedisse quas aut alias mulieres suspectas.

Multiplex ac rationabilissima demōstratio ex principijs fidei, pandens quā indecentissima, debilissima atque grauissima sint in sacerdotibus & clericis vitia carnis. Artic. LVIII.



Vper quartum librum Sēntentiarum scribūt Doctores, quod per religionis professionē ac sacrorū ordinum susceptionem, votū solēniatur, seu solenne sufficitur, ita quod tale votū, nō solum impedit matrimonii cōtractū, sed etiam dirimit seu dissoluit cōtractū: quoniam in tali voto homo nō solū se obligat Deo ad bona agēda aut mala vitanda, sed in super promissionē suā quodāmodo

Ec 2 dō im-

Decretum synodi Africanae.

Greg. 6.
1. Tim. 2.
Leuit. 15.

Gregorius.
Sententia Augustini.

Num. 25.

1. Tim. 3.

1. Cor. 7.

dò implet, seipsum à secularibus sequestrando, atq; diuinis præcipiè mancipando. Itaq; in susceptione ordinis sacri, potissimè sacerdotij, homo seipsum dat, offert & exhibet Deo, vt eius obsequio totaliter vacet. Sacerdotes ergo consecrati sunt Deo, & eius obsequio mâcipati. Furtum igitur, sacrilegiûq; committunt, & contra Deum iustitiæ enormiter peccant, dum seipfos à Deo auertût, à spiritualibus retrahunt, à munditia diuinorum subducunt, & ad carnalia atq; caduca se vertunt, sensibilibus se immergût, sordibus carnalitate & foetore luxuriæ seipfos vilissimè ac vitiosissimè polluunt. His autè competit, quod in Threnis loquitur Hieremias: Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercorea, id est, sacerdotes & clerici, qui in spiritualibus alimentis & venerandissimis Christi sacramentis reficiuntur, ingrati & dånati, ad carnales se cõuertit spurcitas, & fetidissimã amplexant materiã, ipsi fetidiores effecti. Horum ergo impuritas, ingratitude & vilitas est immensa, quorum carnes iuxta Ezechielem Prophetam sunt quasi carnes asinorum, & fluxus eorû quasi fluxus equorû. Præterea, quinq; ponuntur luxuriæ species, scilicet fornicatio simplex, quæ est soluta cum soluta: adulterium, quo thorus coniugalis polluitur: incestus, qui fit cum persona consanguinea vel affini: stuprum, quin virginalis defloratur integritas: & sacrilegium, quo sacer ordo siue religio violatur. Potest autem sexta species addi, quæ est peccatum contra naturam, quæ admodum ergo concubitus cum foemina religiosa seu moniali, extat sacrilegus, sacrilegiûq; vocatur, ita & coitus cuiuslibet viri in quocunque sacro ordine constituti, præsertim presbyteri. Sacrilegium quippe vocatur abusus rei sacræ. Cum ergo iam dictû sit, quod per religionis & sacri ordinis susceptionem consecratur homo Deo, & mancipetur eius obsequio, rectè ille concubitus sacrilegiû nuncupatur, quo talis persona ita seipsa abutitur, & religioni ac sacro ordini iniuriatur, vitijque turpissimis inquinatur. Immûdis ergo & luxuriosis sacerdotibus & clericis conuenit illud Ioëlis Prophetæ: Computruerunt iumenta in stercore suo, id est, tales bestialiter se habentes, in suis carnalitatibus & inquinamentis destitãtis merte corrupti sunt, resoluti & squalidi. Insuper quò sacerdotes & clerici multipliciùs, id est, pluribus de causis, pluribusque præceptis ad castitatem tenentur, eò incontinentèr viuendo enormiùs ac multipliciùs peccant, præuaricatur & polluant semetipfos. Nunc ergo diligenter pen-

sandum, quàm multipliciter ad continentiam obligantur. Primò nanque ex diuino præcepto tenentur vitare omnem luxuriam, sicut quilibet Christianus: secundò tenentur ad idem ex præceptis generalium conciliorû, sicut copiosè ostensum est: tertio, ex iustionibus summorum Pontificum, vt etiam claruit: quarto, ex institutionibus prouincialium statutorû, seu propriorû Episcoporû ac prælatorum immediatorû: quinto, ex iuramento aut voto, si in susceptione ordinum iurauerunt secundò sacros canones viuere aut castitatè seruare. Et quamvis explicitè forsân non promittant, non ideo excusantur, cum votum continentie secundò Doctores intelligatur ordini sacro annexum. Ecce igitur, quàm multipliciter transgrediuntur, quàm iniustissimi, inobedientissimi, abominabilesq; redduntur sacerdotes & clerici luxuriantes, quando parvipendunt, despiciunt, immo pro nihilo ducunt tot generalium conciliorû, tot summorum Pontificum, tot sanctorum ac propriorum diæcesanorû præcepta. Præterea, quòd plura à deo beneficia sunt sortiti, quòd altiori potestate, honore, autoritate & gloria præditi, quòd præ ceteris exemplarios, potissimè sibi commissis, esse tenentur, quòd pluribus præsent, eò horribilius eis iudicium imminet, si impiè vixerint: maiorq; gloria, si virtuosè extiterint: grauiorq; damnatio, si negligentes extiterint & carnales. Quòd autem ex laudabili exëplariq; vita eorû maior consequitur fructus ac plurius salus, quòd item ex praua & scandalosa eorû conuersatione maior oritur animarû ruina & grauius damnum, eò amplior & copiosior ratio obediendi & benè semper agèdi eis incumbit. Ideo insipientissimè agunt, quòd à deo seipfos auertunt, nec ei nec eius parèt vicarijs, & cõpletur singulariter miserabiliterq; in eis illud Psalmographi: homo quû in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est eis. Quanta nempe potestate, excellentia, gloria & honore sacerdotibus & clericis polleant, in præcedentibus patuit: quòd excæcati & miseri non perpendût, sed ad exteriora atq; carnalia diffundunt, turpissimos commiscuntur, & à calcaneo vsq; cincinnos polluunt semetipfos. Deniq; Malachias ait: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex ore eius requirent, quia angelus Domini exercitus est. Cum itaque in scripturis sacerdotes angeli appellentur, angelicæ vitæ munditiã sectari tenentur, vt cum Apostolo dicere queant: Nostri conuersatio in cælis est. Quò ergo in luxuriæ inquinamen-

Exod. 17

Thre. 4.

Ezech. 23

Gen. 17. c. 6. d. d. l. 17. c. 1. v. 12

Eccl. 1. v. 17. c. 1. non solum. 32. q. 7. paragra. inter cetera.

28. d. c. 1. d. 1. cum s. g. h. c. d. c. 1. d. c. 1.

40. d. c. 1. c. 1. d. c. 1. c. 1. d. c. 1. c. 1.

Psal. 44.

Malach. 2.

Philipp. 2. c. 1. d. c. 1. d. c. 1. d. c. 1.

1. s. ma-

tis maior est turpitudine, amplior inhonestas, atq; brutalior sceditas, eò indecentius, vitiosius ac damnabilis est, sacerdotibus & clericis talibus obsecratis deferuire, subijci ac scadari. Certum est, vitia carnalia esse bestialissima, nec non inhonestissima atque turpissima, quia in eis ratio potissimè excæcatur, immo totaliter absorbetur, sensualitati subijcitur, atque vilissimis immiscetur. Talibus ergo sacerdotibus & clericis intolerabilissima restat damnatio, quibus in Osee Dominus comminatur: Occurram eis quasi vrsa raptis catulis, dirumpam interiora eorum, & consumam eos vt leo. Nam quòd sacerdotium Christi & Euangelicæ legis spiritualius atque præstantius est sacerdotio veteris legis, eò plus obligantur sacerdotes noui testamenti ad sobrietatem ac castitatem, quàm veteris testamenti sacerdotes fuerunt obligati: & tamen illi in tempore ministrationis suæ in templo, à proprijs quoque legitimisq; vxoris continere se iubeantur, atque ab omni potu inebriatio tunc abstinebant, iuxta illud Leuitici: Dixit Dominus ad Aaron: Vinum & omne quòd inebriare potest, non bibes tu & filij tui, quando intrabis in tabernaculum testimonij, ne moriamini, vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum & profanum, inter pollutum & mundum, doceatisque filios Israël omnia legitima mea. Quàm scelerati ergo & criminosi sunt legis Euangelicæ sacerdotes, carnalibus vitijs dediti, sordidissimisque peccatis subiecti, in quibus nõ solum anima spiritaliter, sed corpus quoque corporaliter inquinatur, dehonestatur, subuertitur. Vnde ait Apostolus: Qui fornicatur, in proprium corpus peccat. & Qui adhæret meretrici, corpus vnum efficitur, & denuò. Tollens membrum Christi, faciam membrum meretricis?

Prosecutio disputationis istius, ostendens quàm vitiosa atque damnabilis sit vita libidinorum sacerdotum, præsertim ob hoc, quòd populum & sibi commissos lamentabiliter scandalizant. Articulus LIX.

RER Mosen Dominus loquitur: Anima polluta, quæ ederit de carnibus hostiæ Pacificorum, peribit de populis suis, id est, de medio electorum tolletur, æternaliterq; damnabitur. Et rursus ad Aaron dixit: homo de semine tuo qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo. Si ergo sacerdotes legales corporalia, irrationabilia sacrificia obla-

turi, tam immaculati, continentes ac sobrii esse præcipiebantur, quid damnationis imminet Euangelicis sacerdotibus, qui agnunt immaculatum, mundi peccata tollentè, Sanctum Sanctorum, Altissimi Filium, castitino vel de propinquo immolaturû atque sumpturi, paulò antè gulæ & luxuriæ sunt polluti fœtoribus? quorum cor nõ diuinò, sed carnali & libidinoso est plenum amore, nõ attendentes, quòd filij Aaron cœlesti consumpti sunt igne, quoniam ignem alienum in suo posuerunt thuribulo: & quòd Oza à Deo percussus est, quoniam arcam sustentabat ne caderet, quia nocte præcedente cum sua iacuit coniuge. Et quid fuit arca nisi res inanimata? Quid ergo damnationis mientur, qui pollutis manibus Christi corpus cõtractant, & ore scødato maculataque lingua id accipere & attingere audent: quorum impudentiam sancti angeli detestantur, & Deus altissimus vlsceretur, quibus iuxta Hieremiam oraculum, Frons meretricis effusa est, & erubescere nolunt: quibus & illud Hieremias verissimè conuenit: Indurauerunt faciem suam supra petram, & nolunt reuerti. Si quidem sicut Oseas Propeta testatur: Spiritus fornicationis decepit eos, & fornicati sunt à Deo suo. Dum igitur ô sacerdos ignem alienum in tuo ponis thuribulo, id est, carnali amore imple cor tuum, igne diuinæ vltionis mereris occidi, immo hoc faciendò, morte culpæ necaris in anima, & demum morte æternæ miseriam infernalis occideris in anima simul & corpore. Verificatur quippe in te illud Apostoli: Quicquid manducauerit panem hunc & biberit calicem Domini indignè, iudicium sibi manducet & bibit. Mirum si sacerdotem immundum & fœridum ista non terrent: sed idcirco non terrent, quoniam excæcauit eum malitia sua, & iuxta Danielem Prophetam, Cõcupiscentia subuertit cor eius. Nam & Osee Propheta fatetur. Fornicatio & ebrietas auferunt cor. Sed ô sacerdos redi ad cor, & re. Esaiæ. 46. sipisce à laqueis Diaboli, quibus captus teneris ad voluntatem ipsius: discite confitentiam tuam, attende enormitatem tuorum excessuum, considera rigorem diuini iudicij atque intolerabilitatem æterni supplicij. Respice quàm breuis, incerta ac fallax sit vita ista & voluptas mundana: passio-nem Christi attende, veraciter confitere, satisfac & emenda: diuinæ gratiæ opem iugiter inuoca, & in bonis viriliter perseuera. In super, sicut pręhabitu est, sacerdos si sit de mortali conscius culpa, in omni actû sui ordinis atque officij peccat mortaliter. Quum

1. b. h. 1.

1. t. u. 1. 1. 1.

2. m. 1. 1. 1.

1. t. u. 1. 1. 1.

1. t. u. 1. 1. 1.

1. t. u. 1. 1. 1.

1. t. u. 1. 1. 1.

1. t. u. 1. 1. 1.

1. t. u. 1. 1. 1.

1. t. u. 1. 1. 1.

1. t. u. 1. 1. 1.

1. t. u. 1. 1. 1.

1. t. u. 1. 1. 1.

1. t. u. 1. 1. 1.

1. t. u. 1. 1. 1.

1. t. u. 1. 1. 1.

ergo vitia carnis nisi funditus extirpentur, tenaciter hæreant, prauasq; cogitationes & libidinosos affectus frequenter producant, gignant & renouent, patet quod luxuriantium sacerdotum facinora super arenam maris multiplicantur, atque (vt ita loquar) vix tot cœli sunt sidera, quot eorum crimina. At verò quum in celebratione requiratur actualis deuotio, ipsumque celebrationis sacramentum atque ministerium sit verè altissimum & eminenter diuinum, oportet Sacerdotè esse mentis illuminatæ & puræ eleuatæ, vt quod agit intelligat, opera Dei attendat, mirabilia eius consideret, beneficia Christi perpendat, & in horum meditatione exardescat in ipso ignis diuini amoris. Cùm ergo vitia illa carnis turpissima, omnia ista vehementer impediant, acediam gignant, ac tædium pariant diuinorum, peruersissimum est, eis sacerdotes inhærere, & potissimè animarum curam habentes, quoniam tales oportet esse constantes, iustos, prudentes. Porro, hæc vitia viros effœmiant, mentem deiiciunt, omne robur virtutum prosterunt, iustitiam tollunt, vt Augustinus testatur: Virilem animum nihil ita eneruat ac demolitur, sicut corporum ille contactus ac copula. Postremò, quum scandalum sit dictum vel factum minùs rectum, alicui occasione præbens ruinæ seu culpæ, scandalum istud non est semper mortale peccatum: sed tunc censetur mortale, dum verbum est actus, quo quis aliquem scandalizat, in se mortale est vitium: vel dum quis alterius salutem intantum paruipendit, quod propter eius ruinam non vult omittere, quod sibi placet, quàmuis hoc sit in veniale peccatum. Cùm ergo fornicatio sacerdotum non sit simplex mortale peccatum, sed multipliciter graue, enormiterque damnabile, vtputat sacrilegium, & tot præceptorum transgressio, seu etiam voti expliciti vel impliciti fractio, constat quod scandalum istud actiuum, quo luxuriosi sacerdotes populum scandalizant, sit multipliciter enormiterque peccatum mortale, & tantò mortalius ac vitiosius, quò plures animas lædit, quò etiam sacerdotes plùs præcæteris populum qdificare, & Christi bonus odor esse in omni loco tenetur. Et istud ad curatos atque eorum vicarios præcipuè pertinet. Cùm ergo dicat Saluator: Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspèndatur mola asinaria in collo eius, & demergat in profundum maris: & iterum, Væ homini per quem

De consec. d. 2. cap. quotidi.

Abbas 2.

Psalm. 118.

40. d. c. Hieron. Christia.

1. Cor. 2.

Math. 18.

ibidem.

scandalum venit: perpendat sacerdos, & tam impium atque damnabile est vnum scandalizare pusillum, quàm vitiosum & damnosum existit, populum totum seu omnem gregem sibi commissum scandalizare, eisq; peccandi audaciam dare, carnalitatibus exemplum præbere, secum ad infernum deducere. Hinc loquitur Augustinus: Omnis qui malè viuut coram eis, quibus præpositus est, quantum in ipso est, spiritualiter illos occidit. Et denuò: Qui iniuste coram populo conuersatur, quantum in ipso est, tantos perimit, à quantis aspicitur. Et hoc summè displicet CHRISTO, dicente Bernardo: Grauiorem Christo infert persecutionem, qui suggestionem maligna, pernicioso exemplo scandali occasione ab ipso auertit animas, quas redemit, quàm Iudæus qui sanguinem eius effudit: immo intantum nocet subditis impia conuersatio præfidentis, vt tota prauitas subditorum impetur vitij prælatorum, Hieremia testante: Quia impiè egerunt pastores, omnis grex eorum dissipatus est.

Contra incontinentiam abominabilem sacerdotum & clericorum, ex verbis sancti Hieronymi. Articulus LX.

SVM sanctus ille Hieronymus (vt ipsemet in Regula sua constat) centenarius ageret in extremis, in præsentia dominici corporis seu Christi sub sacramento, dixit ad eum: Væ te indignè sumentibus, certè ad sui reatum & poenam te iterum crucifigunt. Heu Domine mi, quid dicam? quia hodie sacerdotes te comedunt in altari, vt pecudum carnes ac volucrum, immo peius: quoniam nocte fruuntur mulierum actu turpissimo, & manè te comedunt masticando. Vbi dõ ne latitas? dormisne an vigilas? est sacrificium hoc acceptum? est hæc oblatio quam eligis? Deniq; in eodem ait sermone: Ecce mundus vtique sacerdotibus feruet ac plenus est, & tamen vix vnus de centum inuenitur bonus. Nulla certè in mundo tam crudelis est bestia, quàm malus sacerdos. Nam corrigi designatur, & veritatem audire non patitur: & vt breuiter dicam omni præminet prauitate, soloque nomine & habitu est talis sacerdos aut monachus. Insuper dixit hic sanctus Eusebius: Diaboli luxuria est: heu quot homines illa interfecit romphæa. Non est aliud peccatum, per quod Diabolus toties victor existat, fugit luxuriam. Nam sicut virginitas homi-

Hierem. 23.

40. d. c. mod. ii.

nem æquat angelis, immo plùs quodammodo facit eum quàm angelù, ita luxuria plùs quàm bestificat, & deteriorem multò bestijs efficit. De nullo alio peccato legitur Deus dixisse se pœnitere quod fecerat hominem. Hæc facit opera ista: Corpus debilitat, & quasi quotidie morte id destruit, famà denigrat, marsupia euacuat, furta instruit, homicidia causat, memoriam hebetat, cor auferit, oculos mentis & corporis cæcat, & præcæteris peccatis Dei prouocat iram. Ex radice gula oritur. Pro nullo alio vitio tam manifestam vindictam sine misericordia exercuit Deus, sicut pro isto. Propter hoc nanq; peccatum Deus mundo induxit diluuium, Sodomam & Gomorrhæam combussit, multosq; alios interemit hoc rete Diaboli, quo qui capitur, non citò soluitur. In isto tã graui contra luxuriam prælio nemo potest vincere, nisi qui fugerit: nemo potest firmiter perdurare, nisi qui carnem domat. Qui multo vitur vino, ignem portat in gremio. Nolite (ait Apostolus) inebriari vino, in quo est luxuria. Vinum nocet, sed centies plùs facies mulieris. Mulier Diaboli est sagitta, qua homo in luxuriam citò dilabitur. Nullus in hoc confidat viuens, si sanctus es, non tamè securus. Mulier viri pretiofam animam rapit. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt non ardeant vestimenta sua? vir & mulier ignis & palea, Diabolus ea inflare non cessat. Nunquàm viro cum muliere sint longa colloquia: sola necessitas colloqui faciat, & vnus alterius spernat munuscula & verba blanda. In hac præcipuè est rimendum, quoniam multi sanctissimi propter suam securitatem iam hoc vitio ceciderunt. Sed quid agis vir miser? Centuplò plùs peccas quàm mulier. Mulier, mollis aer est, & domi sedet, tu autem vagando mille modis eam illaqueas. Adhuc autem secundum Hieronymum, & habetur in decreto capituli quæstione quarta: Tempore quo vxori debitum redditur, de carnibus agni comedere non licet. Cuius rationem Thomas super quartum Sententiarum assignat, dicendo, quòd quamuis actus ille possit esse sine peccato, tamen propter voluptatem annexam deprimit rationem, & à deuotione impedit eam. Si ergo legitime copulatis & sine peccato se cognoscantibus non licet communicare die, quo debitum illud est redditum, seu nocte mox precedente, quàm vitiosissimè agunt sacerdotes celebrando in die, qui nocte tam turpiter atque sacrilegè mulieribus sunt admixti: immo reuerà quæ lingua queat exprimere, aut quis intel-

Gen. 6.

Dei. 2. ho. de. c. ut clerici corum. Gen. 19.

33. d. c. sexto lit. Ephi. 5.

1. Pet. 4.

1. 4. 4. d. 11. d. 11.

lectus possit concipere, quàm impudenter ac sceleratè se habeant sacerdotes tam turpissimis vitij subiacetes? qui in visu, tactu, gustu ac cæteris sensibus tam libidinosè se habent, & de tot turpitudinibus atque excelsibus sibi sunt conscij, & nihilominus veneranda Christi audent tractare mysteria, corpus eius & sanguinem cõsecrare, sanctissima Missæ ac Canonis verba pollutissimo ore proferre, hostiam benedictam maculatissima lingua contingere, sanguinem Saluatoris ore gulofo accipere: immo ore illo, quo paulò antè osculati sunt meretricè turpem scæminam, suscipere audent Dei Patris ac Virginis matris prolem. Talibus per Amos Prophetà loquitur Iudex Altissimus Christus: Ecce ego stridebo super vos, sicut stridet plaustrum onustù sceno. De quibus conuenienter exponitur illud Ezechielis: Ecce ego complòsi manus meas super maculas vestras, ait, & confabo vos, & succedam vos in igne furoris mei; & conflabimini in medio eius, sicut confatur argentum in medio fornacis, & requiescam. Vnde per Malachiam Dominus ait: Et nunc vos verbum istud o sacerdotes, qui polluitis nomè meum. Ecce ego proiciam super vos sterces solennitatum vestrarum, & assumet vos secum: id est, villia atque carnalia opera vestra, quæ etiam in festis committitis, vobis improperebo ac imputabo, & cù vitij vestris ad inferos descendetis.

Contra lasciuiam sacerdotum & clericorum, ex verbis sanctorum Patrum. Artic. LXI.

SANCTI Doctores contra infelicissimam horum luxuriã multa cõcorditer terribiliterq; locuti sũt. Ait ergo beatus Hieronymus. Acerbiora gehennæ tormenta sunt, quæ fornicatoribus & adulteris, præsertim sacerdotibus & clericis debentur. Et denuò: Quid tibi cum mulieribus o sacerdos, qui ad altare Deo famularis, & in loco stas eius? Vt tibi sacerdos, qui eisdem labijs oscularis Filiù Virginis, quibus paulò antè osculatus es filiam Veneris. O Iuda, osculo Filiù hominis tradidisti. Hinc Glossa super Leuiticũ ait. Quòd vnuerfis hominũ vitij gaudeat Dæmones, maxime tamè de eorũ fornicationibus, qui sunt ministri altaris. Hinc in persona Christi Augustinus exclamat: Noli me o sacerdos amplius peccando affligere: plùs nanq; me ledit (id est, plùs displicet mihi) vulnus peccati tui, quàm vulnus lateris mei. Nam vt

Amos. 8.

Ezech. 22.

Malach. 2.

Hieronymus.

Luc. 11.

Augustinus.

iterum asserit Augustinus: magis delinquit, qui Christum in cœlo iam regnantem peccando contemnunt, corpus & sanguinem eius irreuerenter tractantes, eiusque populū scandalizantes, quàm qui ambulante in terris crucifixerunt, non quasi crucifixores, sed quasi tanti Sacramenti indignissimi cōfectores, ac p̄sumptuosi impudicique perceptores. Illi etenim Christum semel crucifixerunt in terra: isti, quantum in eis est, ipsum quotidie crucifigunt, quem tam indignissimè tractant, atque in cordibus aliorum occidunt. Dum enim prauissimis suis exemplis alios ad peccandum inducunt, Christi de illorum cordibus tollunt. Vnde & sanctus ait Bernardus: O sacerdos, os tuū quotidie receptaculum & quasi sepulcrum Christi efficitur. Cur vnquam mentitur? cur anima tua vitiosa efficitur? cur de ore tuo egrediuntur falsitas, detractio siue scurrilitas, per quod ipsa (quæ Christus est) ingreditur veritas atque sinceritas? Cur oculi tui adspiciunt vanitatem, qui quotidie ante se habet Christum altissimam veritatem. Quare manus tuę extenduntur ad illicita, quę tractat, tenent atque eleuant tenentem gubernantemque omnia? Cur te ebrietate ingurgitas, qui Deo & spiritali refectioe plenus esse deberes? Nōne turpissimū est manus Deo dicatas, mulierum vberibus aut pudendis ingerere, & post hoc sacrosanctum corpus Domini tangere? O quàm nefarium & temerarium est, pollutis manibus tractare Filiū Virginis, immo & Dei Patris, & sordido ore sumere illum, qui omnem transcendit ac superat intellectum. Quis non erubescat, quis non expauescat, vbi præstantissimum mundi pretium projicitur in sterquilinum? Mirum est quod talis sacerdos non veretur iuxta se stare Dei angelum, qui fecit eum in medium. Nempe vt loquitur Augustinus: Si sacerdos fuerit vas incontinentiæ atque libidinis, iuxta Filiū Virginis statuit in altari filium Veneris, ponitque arcam Domini iuxta Dagon: & dum ore verba Canonis satur, os eius dolo & amaritudine adimpletur. Et tiam orat cum lachrymis, tamen expuit in faciem Saluatoris, nisi veraciter doceat de peccatis. Cumque præsumit sumere corpus Dominicum in os suum pollutum, leuius ei esset si projiceret in lutum. Peccator enim non pœnitens, omni luto est turpior, & omni latrina impurius. Ideo Christum sumendo, summam ei contumeliam & irreuerentiam facit. Denique carnales ac lubricos sacerdotes & clericos, sanctus Bernardus maximæ impudentiæ p̄sumptionisque ar-

Matth. 27.

Bernardus.

1. reg. 5.

28 d. c. Presbyterum.

guit, quod vel Ecclesiam audent intrare, aut in choro cantare, aut diuino se conspectui præsentare. Quomodo enim aulam Regis introire ac Regis vultui præsumeret apparere, qui Regis contēneret iussa, & ei per opera aduersaretur iniqua, eiusque hostibus consentiret. nunc sacerdotes & clerici quàm diū in prauitatibus & immunditijs persifunt, loca sacra suo perhibentur contaminare ingressu. Exhortationi ergo beati Bernardi acquiescant, dicentes: Sacerdos & clericus sine Dei offensa viuant, qui pro suis ac aliorum offensis Deum iudicem interpellant, ne offensum potius ad iracundiam prouocent, quàm iratum compefcāt. Vt enim sanctus Augustinus testatur: Plus placet Deo vlulatus canum & grunnitus porcorum, quàm cantus luxuriantium clericorum. Et rursum: Maius, inquit, præiudicium Deus in mundo non patitur, quàm à sacerdotibus scientia & vita bona carētibz. Nec aliquid tantum nocet Ecclesiæ, quemadmodum carnalis, scandalosa ac scētida sacerdotum clericorumque vita, propter quorum conuersionem vanam atque turpissimam, clauis Ecclesiæ ac sacerdotum spernuntur. Præterea, sicut tertio Regum habetur, dum regina Saba considerasset ordines ministrantium ad mensam Regis Salomonis, laudauit præcipue ordinem pincernarum, quorum habitus fuit pulcher ac vniformis. Per aulam Salomonis Ecclesia designatur: per mensam altaris: per pincernas presbyteri, qui corpus & sanguinem Christi dispensant, quorum habitus debet esse vniformis ac speciosus, id est, conuersatio concors, virtuosa & exemplaris, vt glorificetur Deus in suis ministris. Sed heu modò lamentabiliter videmus impleri illud sancti Ambrosij: Ex in-disciplinata & inordinata multitudine sacerdotum, habetur hodie contemptui nostræ fidei venerabile Sacramētum. Nam qui debuerant esse vicarij Apostolorum & filij sancti Petri, facti sunt socij Iudæ atque præambuli Antichristi. Infirmorum corda percutiuntur ac læduntur de immunda & impia sacerdotum & clericorum inanum vita. Postremò, secundum Doctores concorditer, quicquid de bonis Ecclesiæ sacerdotes & clerici cum turpibus consumunt personis, restituere obligantur Ecclesiæ aut egenis, cum omnia Ecclesiastica bona sint patrimonium Christi & pauperum. Et quicquid de illis bonis sibi vsurpant & detinent clericis, hoc pauperibus detrahunt, & furti ac rapinam sacrilegiumque committunt. Ex hoc facile pensare possumus, quàm riculo-

37 d. ca. 14 in fi. & c. si omnis

38 d. c. 1. p. rancia & c. si in laici.

3. reg. 10. 2. par. 9.

Agg. 1.

44 d. ca. cum autem 12. q. 1. c. epi scopi.

riculosissima sit beneficiū pluralitas, præsertim dum vnū simpliciter victui ac veltitui sufficere potest. Hinc secundum Doctores, qui plura beneficia habent, Deum priuant suo obsequio, Ecclesiam suis membris, defunctos suffragijs debitis, pauperes cleemosynis suis, & fundatores suis intentis. Fundatorum namque fuit intentio, vt quot Præbendæ, tot essent personæ diuino obsequio deditæ. Quàm criminofum est ergo, Ecclesiasticos redditus gulose, pompose & lujuriosè consumere.

Quod vitiosè ac lubrici sacerdotes sint proditores & hostes Christi, & de horribili maledictione eorum. Ar. titulus LXII.



Rimo libro Reuelationum sanctæ Brigittę, capi. XLVII. Christus p̄sente celesti exercitu, legitur ad sanctam Brigittam in visione sic esse locutus: Nōne Dauid Propheta ait: Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem? Sic tibi iam dico, quod proditores mei sunt, qui panem meum comedunt in altari. Quæ enim poterit abominabilior esse interfecio, quàm illa, qua aliquis interficit semetipsum? aut quæ deterior proditio, quàm vbi duo indissolubili vinculo iuncti sunt, & tamen vnus alium prodit, vtputa coniuges? Quid autem dicit confors, cum proderet vult confors, vel fraudulenta simulatione loquitur ei? eamus ad illum locum, vt meam tecum impleam voluntatem. Illa autem in vera simplicitate parata ad omnem voluntatem consortis, vadit cum eo. Cumque opportunum locum & tempus inuenerit, producit contra eam vnū de tribus instrumentis suę proditiōis. Aut enim habet aliquid tam ponderosum, quod vno ictu seu casu interficit eam, aut ita acutum, quod statim intrat in viscera eius, aut aliquid, quo suffocatur statim & intercluditur eius anhelitus. Porro quum mortua fuerit, dicit intra se proditor: Nunc malè feci, si cognitum fuerit facinus meum, condemnabor ad mortem. Ideo corpus consortis occidit abscondit vel sepelit. Sic faciunt sacerdotes nunc mihi, qui proditores sunt mei. Ipsi & ego vinculo ligamur, quando de pane conficiunt & consecrant corpus meum, quod omnes angeli facere nequeunt: quoniam solis sacerdotibus dedi hanc potestatem, & ad summos Ecclesiæ ordines ipsos elegi. Ipsi verò faciūt mihi vt proditores. Nam ostendunt mihi faciem lætam & blandam, &

Psal. 40.

ducunt me in occultum locum vt prodant me. Tunc mihi ostendunt faciem lætam, dū videntur esse boni ac simplices. Ducūt quoque me in conclauē, dum ad altare procedunt. Tunc ego quasi sponsus vel sponsa, paratus sum facere omnem voluntatem eorum, sed ipsi me produunt & primò mihi adhibent quid ponderosum, quando diuinum officium est eis graue vel onerosum. Libentius nanque loquuntur centum verba pro mundo & commodo suo, quàm vnū pro meo honore. Hoc ergo me onere depri-munt, qui sum quasi amotus à corde eorum, in quo per gratiam non sum neque inhabitō. Secundò me pungunt, quia acuto ferro, quod viscera intrat, me transfigunt, quando ad altare accedunt & cogitāt se peccasse, & pœnitent, habentes firmam voluntatem non peccandi: peracto autem officio cogitant: Bene pœniteo de peccatis, sed non repellam nec deseram illam, cum qua peccauit, ita quod non ampliùs faciā. Isti me quasi acutissimo ferro pungunt, dum in voluntate manent peccandi. Tertio quasi suffocatur spiritus, dum cogitant secum, dicentes: Bonum & delectabile est esse in mundo, bonum est luxuriari, & cōtinere non possum. Faciam ergo voluntatem meam in iuuentute: quum autem senuero, abstinere me volo & emendare. Ex cogitatione hac pessima spiritus suffocatur. Accedunt igitur ad altare meum impudenter, & ponunt me Deum & hominem ante eos: quum verò acceperint me, non assisto eis per gratiam. Ecce tales non sunt sacerdotes mei, sed proditores ac venditores. Ecce paganos aspicio & Iudæos, sed nullum video illis sacerdotibus deteriores. Sunt enim in eodem peccato quo cecidit Lucifer. Nunc etiam tibi dicam eorum iudicium, & cui sunt similes. Eorum ergo iudicium & maledictio sunt, sicut maledixit Dauid peccantibus: Maledicti qui declinant à mandatis tuis. Qui quum iustus esset, non maledixit eis ex ira aut impatentia, aut voluntate maligna, sed ex iustitia: sic & ego qui sum melior quàm Dauid, talibus maledico. Maledictum sit ergo omne quod de terra ad vtilitatem suam recipiunt, quia ingrati sunt Deo. Maledictus sit cibus & potus eorum, qui pascit corpus in cibum vermium, & animam ad infernū. Maledictum sit corpus eorum, quod resurget in die iudicij, in inferno sine fine arsurum. Maledicti sint anni eorum, quibus inutiliter vixerunt, maledicta sit hora eorum, quæ incipiet eis in inferno, & nunquam finietur. Maledicti sint oculi eorum, quibus vide-

1. q. 1. ca. omnia sacramenta

1. q. 2. c. Maledicta. Psal. 118.

viderunt lumen cœli. Maledictæ sint aures eorum, quibus audierunt verba mea, nec curauerunt. Maledictus sit gustus eorum, quo tractauerit me. Maledictus sit odoratus eorum, quo odorati sunt delectabilia, & me neglexerunt delectabile super omnia. Et meritò maledicuntur. Maledictus enim erit visus eorum, quoniam non viderunt Deum in se, sed pœnas tenebrasque inferni. Maledictæ sunt aures eorum, quia non audiunt verba mea, sed inferni clamorem atque horrorem. Maledictus est gustus eorum, quia non gustabant de bonis meis æternis gaudiis, sed amaritudinem æternalem. Maledictus est tactus eorum, quia nò tractabant me, sed ignem perpetuum. Maledictus est odoratus eorum, quia non odorabant odorem suauissimum illum in regno meo, excidentem cuncta aromata, sed fetorem in inferno habebunt amariorum felle, peioremque sulphure. Maledicti sunt à cœlo & terra & ab omnibus creaturis insensatis, quoniam illæ obediunt Deo, & ipsi me spernunt. Insuper, in alia visione dixit Deus ad Brigitam sanctam; Sicut tardante Mose in monte Sinai infideles & pessimi filij Israel dixerunt: Nescimus quid Mosi huic acciderit, quæramus alium Deum qui nos præcedat: sic nunc faciunt mihi isti maledicti sacerdotes, & dicant: Cur nos austeriorem vitam agamus quàm alij? Melius ergo nobis est esse in voluptatibus nostris, diligamus mundum de quo certi sumus. In istis maledictis sacerdotibus regnant acedia, impatientia, carnalis voluptas & avaritia. Inflammati sunt amore carnalium, nec faciantur terrenis. Prædicant verba mea, & alia quædam opera bona facere videntur, sed ad suum honorem suamque voluptatem & vtilitatem, non ad meum honorem, omnia referunt. Idcirco incipiam iudicium meum & à clero & ab altari meo. Ego elegi olim Mosen & Prophetas, vt instruerent ac ducerent populum meum Israel: sed nunc elegi mihi alios amicos Prophetis specialiores, videlicet sacerdotes, qui non solum verba mea audiunt, sed me etiam vident & tractant manibus suis, quod nullus Prophetarum aut angelorum facere poterat. Isti sacerdotes, quos loco Prophetarum in amicos elegi, clamant ad me, sed non tali desiderio & charitate vt Prophetæ, sed duabus contrarijs vocibus. Non enim clamant cum Prophetis: Veni domine, quoniam dulcis es, sed clamant vel verbo vel facto: Discede à nobis, quoniam verba tua amara sunt, & opera tua graua, quæ & scandalum faciunt nobis. Ecce quid maledicti sacerdotes di-

Exod. 32.

Exod. 32.

Psal. 24.

Job. 27.

cant. Ego sto ante eos quasi ouis mitissima, de qua accipiunt lanam ad vestiendum se, & lac ad reficiendum se: & adhuc pro tanta dilectione abominantur me. Ego sto ante eos quasi hospes qui dicit: Amice, da mihi necessaria vitæ, & recipe optimam mercedem à Deo. Sed ipsi pro eius simplicitate repellunt me quasi lupum, & pro hospitalitate confundunt me quasi indignum hospicio, & quasi prodirorem abijciunt me, & me colligere renuunt.

De varijs donis collatis à Christo sacerdotibus, & de ingratitudine & immunditia illorum. Articulus LXIII.

HRISTVS in visione ad sanctam Brigitam dixit: Ego relicturus mundum, & ascensus in cælum, reliqui hominibus memoriale dignissimum, scilicet corpus meum, & sacerdotes posui speciales custodes ipsius, & honoravi eos honore septemplici. Primò, vt sint signiferi & speciales amici mei per munditiam mentis & corporis. Secundo, vt sint viri angelici per precipuam humilitatem. Tertiò, vt sint discipuli Dei per continuum lectionem diuinæ scripturæ, quibus & ideo datur liber in manus, quemadmodum militi gladius, vt quæ agenda sunt sciant, & oratione ac meditatione placare studeant iram Dei pro populo eius. Quartò, vt sint custodes templi & speculatores animarum: ideo ab Episcopo eis clauis traduntur, vt sint solliciti circa proximorum salutem, & verbis & exemplis promoueat illos ad bona, & incitent ad perfectiora. Quintò, vt sint mundalium contemptores, vt dum altari deseruiunt, de altari viuant, & in terrenis actibus nequaquam, nisi in his quæ decent gradum suum, se occupent. Sextò, vt sint viri Euangelici veritatem prædicado. Septimò, vt sint mediatores inter Deum & homines per immolationem corporis mei. Nunc autem conqueror tibi, quòd gradus isti virtutum sunt dissipati, quia impuritas exercetur pro castitate, superbia diligitur pro humilitate, dilectio spiritualis non attenditur, sed amor mundi: negligentia apparet in altaribus, sapientia reputatur fatuitas, nec salus animarum curatur. Sed maledicti sacerdotes, qui carnalibus delicijs vacant. Deique, luxuriosi sacerdotis manus sunt sanguinolentæ, quoniam opera eorum carnalia sunt. Vox eorum est vox ranarum, quoniam tota est de lutosi operibus atque ad voluptates carnales. Mores eorum quasi mores ioculatoris, quoniam actu & vesti-

1. Psal. 9.

1. Hieron.

1. Math. 11.

1. Cor. 11.

1. Exod. 28.

1. Cor. 11.

1. Esai. 66.

septem sacerdotum maiorem plagam.

1. Hieron. 26.

Nota.

De eadem materia, ex doctrina cœlesti sanctissimæ virginis Catharinæ de Senis.

Articulus LXIII.



Ancta Ecclesia canonizando sanctam Brigitam viduam præallegatam, sanctamque Catharinam de Senis, doctrinam & visiones seu reuelationes earum satis approbasse videtur. Vtraque autem ex diuina reuelatione scripta. Itaque in visione cœlesti Deus Pater ad sanctam hanc Catharinam locutus est. Anima horum miserabilium carnalium sacerdotum, vnde tantam vitiorum recepit putredinem, nisi à sensualitate, quam sibi dominam constituerunt, & animam suam ac rationem fecerunt ancillam? Hos sacerdotes vni vt seruirent mihi, & ministrarent Sacramenta sanctæ Ecclesiæ: & scias tu charissima filia, quid mihi retribuunt pro beneficijs tantis. Ipsi quotidie me persequuntur in tot diuersis & sceleratis peccatis, vt tua non possit lingua narrare: & si illa audires, deficeres. Aliqua tamen tibi dicam, vt habeas maiorem materiam compassionis & planctus. Ipsi nanque stare deberent super mensam sanctissimæ crucis, CHRISTI passionem iugiter attendendo, & ibi se nutrire cibo animarum, laborando pro salute illarum, & de illarum spirituali profectu gaudento. Ipsi verò intrant tabernas, & ibi iurant atque periurant: gula deseruiunt, potationibus vacant, multisque miseris defectibus pleni sunt, tanquam homines penitus excæcati & sine lumine rationis, & stant in verbis operibusque lasciuia, & publicè absque verecundia peccant, & quid diuinum sit officium ignorant: & si illud dicant interdum, tamen cor eorum longè est à me. Ipsi enim sunt ribaldi atque lutores, & postquam suam animam perluserunt, eamque immiserunt manibus Dæmonum, perludunt bona Ecclesiæ, & substantiam, quam in virtute sanguinis Christi susceperunt, ita expendunt, vt pauperes inde non adiuuentur: & Ecclesia est defusa seu deordinata, nec habet necessaria fulcimenta. Vnde quum ipsi templum Diaboli sint effecti, non curant de templo meo. Vnde ornamentum, quod facere debent in Ecclesia seu in templo, faciunt in propria domo: & (quod peius est) sicut sponsum ornat sponfam suam, sic isti Dæmones incarnati de bonis Ecclesiæ ornant Diabolam suam, cū qua vitiosè ac turpiter manent.

Querela Iefa de malis sacerdotibus.

Esai. 29.

nent, & absque verecundia faciunt eam ire & redire. Quumque ipsi infelicissimi Dæmones, scilicet lasciuui sacerdotes, transeunt ad altare, non curant quod eorum miserabilis Diabola vadit ad manum cum filijs ad oblationem cum cæteris faciendam. O Dæmones, & plus quam Dæmones, utinam iniquitates vestræ essent magis absconditæ ab oculis subditorum vestrorum, quia tunc eis minus nocerent: nunc verd estis eis causa manendi in defectibus, & incidendi in ea quæ facitis. Est hæc puritas, quam in meo requiro ministro, dum ad celebrandum accedit? est hæc puritas, quia de mane surgit cum mente coincuinata & corpore suo corrupto ac foetido, cum quo iacuit cum sua Diabola? O tabernaculum Dæmonis, ubi est bona vigilia noctis cum soleni & deuoto officio? ubi est oratio continua & deuota, in qua noctis tempore disposuisti te ad celebrandum? Ex hac carnalitate cõtingit, quod turpissimi sacerdotes nõ quærunt meum honorem, nec subditorum salutem, immo nec propriam, sed proprio amore quærunt suas diuitias, delicias & honores, nec attendunt pericula & peccata populi sibi commissi. Vnde nec subditos suos corripiunt, sed in suis vitijs eos iacere permittunt: & interdum hoc accidit, quia non volunt displicere hominibus, & ne damnum aliquod patiantur. Sed nunc attende o charissima filia, quoniam volo tibi ostendere sceleratam & scandalosam vitam malorum atque carnalium sacerdotum, ut feruentius ores pro eis. Hi impij sacerdotes fundamentum sibi faciunt in proprio & priuato amore, ex quo statim oritur superbia, indiscretio: quoniam honorem & gloriam sibi ascribunt & ascribi voluit, & magnas quærunt prælationes cum ornamentis pretiosis, & superfluis vestibus ac delicatis, immoderatis variisque cibarijs & poculis lautis. Non satiantur terrenis diuitijs, sed terram in satiabiliter rodunt, & stricti sunt ac cupidi circa proximos. Vnde ex hac miserabili superbia & infelici auaritia atque damnabili lasciuia, quæ de proprio & priuato amore nascuntur, animarum negligunt curam, & pro solis tēporalibus solliciti sunt, præmittuntque oues meas, quas in eorū manibus tradidi, & nec corporaliter nec spiritualiter pascunt eas. Nec bene consumunt Ecclesiasticos redditus, de quibus, quantum fieri potest, fieri debent tres partes: vna in necessitatē ministrorum Ecclesiæ, alia in vsum pauperum, tertia in vtilitatem Ecclesiæ. Isti uerò turpissimi sacerdotes contrarium faciunt, quia non in solam

Ecclesiastici redditus trifariam partendi.

necessitatem, sed in voluptatem, & curiositatem, in vestium superfluitatem, in ciborū & potuū immoderantiam, vanè iutiliterque consumunt bona Ecclesiæ, suam quoque Diabolam nutriunt inde, & patrimonium Crucifixi cum turpibus sceminis deuorant. O templa Diaboli, ego vos posui vt angeli sitis in hac vita terrestri, & vos Dæmonia estis, & Dæmoniorum assumpsistis officium, suggestionibus & prauis exemplis alios ad vitia pertrahendo. Hæc & multa similia præfata virgo sanctissima, Deo ad eam loquente, conscripsit, impios & lasciuos sacerdotes vbertim vocans incarnata Dæmonia, concubinas verd eorum Diabolas. Vnde patet quàm ineffabiliter detestabatur incontinentiam sacerdotum.

Quantum uitanda sunt sacerdotibus & clericis, non solum commixtiones sacrilegæ, sed etiam incautæ inspectiones, colloquia, familiaritatesque sceminarum. Artic. LXXV.



seruandum est omni fidei catholice viuere cupienti, potissimè cuiuslibet sacerdoti & clerico, quod loquitur Augustinus: Oculi estis iaciantur in aliquam sceminarum, tamen in nulla figantur. Ex moroso nanque & incauto respectu sceminarum, facilimè generatur in viro imaginatio turpis, concupiscentia carnis, vulneratio mentis, libidinosam commotio. Ideo orat Psalmista. Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Et sanctus Iob dixit: Pepigi fœdus cum oculis meis, vt nec cogitarem de virgine. Hinc secundum Gregorium: Non licet intueri, quod non licet desiderare. Ideo asserit Augustinus: Nec dicatis vos habere animos pudicos, quoniam impudicus oculus impudici cordis est nuntius. Interna nanque per exteriora cognoscuntur. Idcirco incustoditus visus, incustoditi cordis est index. Denique, Dauid Propheta & Rex in adulterium corruit, quia in sceminam visum fixit. Nec minùs, immo & plus fugiendus est sceminarum contactus, præsertim sub vestibus: immo in illarum osculis & amplexibus consistit mortale peccatum: sed & illis confabulari & arridere, in seculum est valde. Vnde super Regulam Augustini scribit Humbertus: Multum allectiua est species mulieris. Per visum enim ducitur species ad animam, quæ ipsam impugnat, nec potest se homo quoadque facilliter expedire ab ea. Ideo Salomon dixit: De vestimento procedit cineas, & à muliere iniqui-

psal. 106.

106. 31.

2. reg. 11.

iniquitas viri. Propter eam viri virtuosi nõ solum non volunt appetere mulieres, sed ne à sceminis appetantur, non defacili coram eis comparent: & si interdum comparent, cauent tamen à frequentè accessu ad eas: quod si ex causa contingat, non tamen reddunt se magis familiares vni quàm alteri. Vnde secundum Augustinum: Sermo breuis, asper & rigidus cum mulieribus est habendus. Et cauere debet vir bonus, ne aliquo modo prouocet animum mulieris ad inordinatum sui amorem. Hinc sacerdoti & clerico vitanda est cohabitatio sceminarum iuxta præhabita, aut tam propinqua aut vetula, vt nullum queat imminere periculum. Vnde in Ecclesiastico habetur: Ne des mulieri potestatem animæ tuæ, & virginem nõ conspicias, ne scandalizeris in decore eius. Noli circumspicere in vias ciuitatis. Auerte faciem tuam à muliere compta. Propter speciem mulieris multi perierunt. Vitandæ ergo sunt occasiones peccandi, loca secreta & tenebrosa, coruisiones & ioci, munuscula, familiaritates, confabulationes & ludi. In colloquio enim mulieris exardescit ignis. Nec minùs periculosa sunt separata conuiuia. Peccata quippe luxuriæ melius vitari non valent, nisi se elongando ab obiectis seu materia huius peccati, & vniuersa, quæ ad concupiscentiam incitant, fugiendo.

De quibusdam propositionibus cuiusdam viri deuoti ac sapientis, de presentia materia. Articulus LXXVI.



Agister Gerardus Magnus, per quem pijsimus Deus multa bona fecit in seculo isto, in libro, quem contra sacerdotes fornicarios edidit, multipliciter reprobabat cohabitacionem sacerdotum ac mulierum, & inter cætera scribit hanc propositionem: Si quis tenuerit mulierem in domo, de qua scandalum in populo vel in clero aut apud vicinos generatur, etiam si sit mulier illa de talibus, quas constitutiones & Doctores aliqui dixerunt non esse prohibitas, quamuis secundum carnem nihil mali egerit cum ea, adhuc si scit hoc scandalum generari, & mulierem tenuerit, mortaliter peccat. Nam tale scandalum est scandalum actiuum, in quo contemnens fratris salutem, non obstante eius scandalò, vult facere quod sibi placet: & loquor de scandalò pusillorum, non Pharisæorum. Ista sunt verba viri præfati, quæ confirmari possunt per dicta Hieronymi, qui asserit, quod scādalum pusillorum sem-

per vitandū est, quantum fieri potest, salua triplici veritate, videlicet veritate vitæ, doctrinæ atque iustitiæ. Item per Augustinum dicentem: Mœchatio ne peius est, ducere cõtinentiam criminolosam, id est, in famem face re sanctimoniam, quod blasphemiam ingerit religioni. Et iterum: Bonum continentia frustra intrinsecus laborioso agmine custodit, qui illud forinsecus inficit & infamat. Veruntamē circa istud mihi videtur illa esse consideranda, videlicet si mulier illa esset secundum iurā cohabitare permissa, & sacerdos absque notabili detrimento eius cohabitacione atque obsequio carere non posset. Sciensque iuxta modum præfati scādali generari, tunc deberet pusillos sufficere per se vel per alium informare, quod irrationabiliter scandalizarentur, & quod non esset periculum, neque mala habenda suspicio ex cohabitacione huiusmodi mulieris, & si tunc informationem non esset recipere, scādalum illorum non esset amplius scādalum pusillorum, id est, ex infirmitate, sed Pharisæorum, id est, ex malitia, quod non oportet semper vitare. Et huic scribit simile Thomas in Secunda secundæ, quæstione de scandalò. Insuper vir præfatus ponit hanc propositionem: Qualitercūque quis clericus vel laicus conuerteret cum muliere suspecta, in domo vel extra domum, per societates aut conuiuia, per visitaciones vel colloquia in Ecclesia, vel per dona, vel per per quamcunq; familiaritatem, si scemina illa sit filia fratris vel amitæ, si inde scandalū generetur, & ipse hoc sciuerit, nec eam euitauerit, quamuis cum illa carnaliter non misceatur, peccat mortaliter. Istud videtur mihi intelligendum, quando mulier est suspecta, suspicione procedente ex signis multum probabilibus, vel violentam suspicionem facientibus: non autem, loquendo de suspicione procedente, ex leuibus signis: & hoc posset per dicta Doctorum facilius comprobari, sed breuitati studendum est. Præterea vir ille scribit hanc propositionem: Scādalum fornicatorum sacerdotum aut clericorum, potissimè publicorum, seu per alia vitia scandalosè agentium, in iniuriam Dei & damnum Ecclesiæ multipliciter redundat. Hæc propositio præhabitis prorsus concordat, & à magistro illo diffusè probatur. Peccatum nanque vehementer extenditur, & ab alijs audacter perpetratur, quādo propter reuerentiam ordinis aut dignitatem prælationis peccator honoratur. In inferiores quoque per vitia superiorum, & laici propter peccata clericorum frequentius magis-

FF que

De ob. cler. & mult. e. in multis.

Ecclesi.

Gerardus Magnus.

De coh. cler. & mult. e. in his hibeidum.

que cadunt seu scandalizantur, quam conuerfo: nec solum scandalizantur, faciendo ea peccata quæ vident in illis, sed & alia multò maiora: quoniam vident illos, qui in omni virtute deberent præcedere & fulgere, in pessimis vitijs ac flagitijs conuerfari. Amplius ait: Turpes fornicarij, clerici siue presbyteri & alij quicumque Christiani, in flagitiosis actibus notorij, crudeliùs Christum persequantur, dimembrant, crucifigunt & laceant, quam Herodes, Pilatus, milites & Iudæi, qui Christum corporaliter occiderunt. Et si tales presbyteri celebrant, prædicatæ crucifixioni aliam addunt. Christus enim proprium corpus exposuit crucifixioni & morti pro corpore suo mystico, quod est ecclesia, quæ est plenus fidelis: & hanc scandalizare, id est, ad peccata inducere, Christo plus displicet, quam crucifixio corporis sui veri: & est scandalizatio illa Christo summè nocua, quum non sit aliud, quam illos sibi auferre spiritualiterque necare, & Diabolo incorporare, quos ipse sanguine suo redemit. Iterum ait: Licet non sit accusator aut testis, tamen omnibus presbyteris seu clericis, fornicatoribus manifestis aut diffamatis, seu rumore prædicatis, aut scandalum patientibus in clero vel populo, debet per superiores, etiam si rei criminis non sint, iudici purgatio, & iuberi vt mulieres & alia quæ scandalum pariunt, à se remoueant. Istud probat per iura & Iuris peritos. Deinceps ait: Clericus vel presbyter exiitens in peccato mortali, si aliquod sacrum pertrahat, vel res sacras quasi officio vtens tangit, & quandoque se exhibet in aliquo actu vt ministrum Ecclesiæ, peccat mortaliter: & hoc toties, quoties huiusmodi actum exercet. Istud superius sæpè iam dictum est & probatum. Et Albertus super quartum Sententiarum idem affirmat. Insuper dicit: Ministri Ecclesiæ in mortali peccato existentes, ab executione sui officij quo ad Deum sunt suspensi, quia diuino præcepto ab executione huiusmodi prohibentur, quum sint indigni. Ideo nec timore, nec aliquo modo debent induci ad ministrandum in ordine suo, nisi se priùs correxerint. Articulus tamen necessitatis excipitur. Deinde ait. Nullus inducere debet talem ministrum aut sacerdotem ad aliquem actum sui officij, quandiu scit & credit eum esse in mortali peccato. Nec debet ei in suo actu fauere aut consentire: & qui aliter ageret, peccaret grauiter. Vnde Thomas in Quodlibetis suis testatur: Si mihi constaret quòd aliquis sacerdos est

set in peccato mortali, & inducerem eum ad celebrandum, peccarem mortaliter, quia hoc esset illum prouocare ad peccatum mortale. Et similis ratio est de alijs actibus ordinis sui, in quibus se exhibet vt ministrum Ecclesiæ, casu tamen necessitatis excepto, in quo liceret tali confiteri, seu Baptismum ab eo suscipere. Deniq; ponit vir iste deuotus varios modos, quibus quis sit particeps peccati ministrorum indignè celebrantium aut ministrantium, qui modij prædictis satis sunt euidentes.

Rationalis persuasio ad hoc, quòd sacerdotes & clerici non acquiescant cohabitatione mulieribus, nisi secundum iura permissis. Articulus LXVII.



Vamur ad vitandum cohabitationem mulierum prohibitarum, prorsus sufficere possit ac debeat sacerdotibus ac clericis tam copiosum ac euidentis præceptum Ecclesiæ, vtputa tam generalium Conciliorum, quam summorum Pontificum, copiosa quoque & concors omnium sanctorum Patrum atque Doctorum doctrina: potest tamen ad hoc persuadendum valde rationalis ac apta ratio introduci. Quum enim cum muliere quotidie conuerfari, eamque omni hora toties intueri, affari, audire, opportunitatem ac facultatem habere commiscendi cum ea, tam ex loco quam tempore, nec tamen de ea tentari, nec ad eam carnaliter affici, non eam appetere neque contingere, non inordinatè atque superflue cogitare de ea, tam tempore diuini officij, quam alijs horis, non vulnerari mente ex ea, nec ex tanta associetate impediri à Deo & à puritate interna & cordis custodia, sit verè super hominem, super naturam, super vires humanas, & non nisi magnæ perfectionis singularisque gratiæ opus ac donum: quis non aduertat, quam incautissimè periculoseque agunt sacerdotes & clerici, nondum perfecti, nondum in virtutibus exercitati, & spiritualis pugnæ contra Diabolum, carnem & mundum nondum satis periti, sed adhuc defectuosi, fragiles, & ad vitia carnis ac spurcitas proni, dum in domibus suis feminas tenent prohibitas, ex quarum præsentia sensualitas eorum potest tam citò ac multipliciter actuari, præsertim quum iam ad oculum pateat, quam

in fine 53.

2. q. 5. c. si legi timi

De purga. c. si quis.

De coh. cler. & mu. c. que situm cum sua glossa

quam pauci sacerdotum & clericorum sic facientium maneant continentes? Multipliciter ergo periculo se committunt sic faciendo. Consultius igitur esset, vt aliquem pauperè clericum secum tenerent, qui faciliter disce re posset ea peragere in coquendo, lauando & similibus, quibus indiget sacerdos. Præterea, etsi sacerdos de sua constantia esset securus, de mulieris tamen ruina deberet timere & præcauere, quam debet sicut seipsum diligere spirituali amore, nec eam secum tenere, ne fiat ille laqueus mortis, itemque ne alijs sacerdotibus & clericis præster exemplum audaciamque similia peragendi. Nam & Augustinus testatur: Vidi in hac re, putà per vitia carnis, cedros Libani corruisse, de quorum casu non plus suspicabar neque verebar, quam Hieronymi atque Ambrosij. Et rursus: Quanti, inquit, & quales Episcopi post magnalia, post signa & miracula corruerunt, & naufragati noscuntur, dum voluerunt naui fragili nauigare, hoc est, in carne fragili se exponere periculo cohabitationis siue consortij mulierum?

De varijs rationibus, propter quas sacerdotes & clerici meritiò debent foedisimam vitare luxuriam. Articulus LXVIII.



Vantò sacerdotes & clerici ampliori, singulariori ac diuiniore à Christo ornati & exaltati sunt potestate, autoritate, gradu, ordine & honore, tantò omnino decet & opus est, vt Christo sint gratiores, subiectiores & puriores, omnemque luxuriæ labem vitare vigilantiores. Porro, quam supernaturalis & admiranda sit potestas & excellentia sacerdotum, quam sublimis sit gradus, ordo ac dignitas clericorum, in diuersis articulis est ostensum. Decentissimum ergo est, necessariumque saluti, vt Christo sint grati, subiecti, casti, immo castissimi: propterea fœditates turpitudinesque luxuriæ meritiò debent vitare, ne colatam sibi supernaturalem potestatem ac sacerdotalis ordinis prerogatiuam, tam turpiter ac ignobiliter inquinent, & ne seipfos intantum vilificent atque degenerent, & necunq; hominibus, immo & bestijs abominabiliores ac fœtidiore reddantur, ne etiam in cordibus proximorum intantum vilescant: ideo quoque, ne tantam Deo iniuriam & inhonorationem exhibeant, & ne proximos tam grauiter scandalizent, ne tot animabus sint causa perditionis æternæ: insuper, propter vilitatem & turpitudinem luxuriæ, & gestum eius in seipfos. Nam vi-

tia ista sunt cæteris bestialiora & turpiora. Item ob grauitatem peccati huius in sacerdotibus & clericis, in quibus multiplicem habet aggrauationem, & sacrilegium nuncupatur, quæ omnia superius sunt multipliciter deducta. Adhuc autem propter vehementissima illa inferni supplicia, luxurijs presbyterorum ac clericorum parata, quibus (vt dictum est) acerbiora inferorum debentur tormenta: & quantum se modo glorificant & in delictis sunt, tantum de luctu ac tormentis recipient. Et hoc secundum vnã proportionem, sed secundum aliam recipient, quasi incomparabiliter plus de pœnis. Præterea etiam ideo vitare debent illam lasciuiam, ne æternales perdant summæ felicitatis delicias, propter huius vilissimi corporis detestabiles voluptates spurcissimas. Postremò, sacerdotes animarum curam habentes, debent Dei & proximorum (potissimè crediti sibi gregis) præcipuè spirituali amore ardere. Idcirco ne Deum tam grauiter inhonorent ac perdant, & ne sibi commissis tam multipliciter noceant, debent hæc vitia abhorrere, & quod pro Dei honore est ac proximorum salute, viriliter adimplere, saltem quo ad ea, quæ ad debitum sui spectant officij, quatenus & per hoc crescant quotidie in donis gratiæ, in splendore virtutum, in verè ac salutaris sapientiæ claritate, sicque spiritualibus abundant diuitijs, & verbo ac opere Deum glorificent, proximosque (potissimè sibi commissos) edificent, sintque amabiles Deo, honorabiles angelis, metuendi Dæmonibus. Atque post vitam istam breuissimam, à Deo gloriosissimam sortiantur coronam, ineffabilem iucunditatem, super plenam mensuram, mercedè æternam, tam de proprijs meritis quam pro meritis gregis sui, & omnium, quibus benè agendi causa fuerunt, quorum omnium beatitudo & gloria redundabit copiosè & gloriosè in eos, si iam debitum sui impleuerint officij. Quemadmodum enim hi, qui alijs causa perditionis sunt, Christo odibilissimi extant, & durissimè ac terribilissimè recipiuntur, iudicabuntur ac damnabuntur ab eo, ita & qui alijs sunt causa conuersionis ac salutis, amabilissimi Christo consistunt, & iucundissimè ac beneuolentissimè suscipiuntur ac remunerabuntur ab ipso, tanquam veri sui vicarij, cordiales amici, atque cooperatores idonei.

De diuersis remedijs contra luxuriam. Articulus LXIX.

4. d. c. Homo Christianus.

Apo. c. 8.

Notandum Augustini verbum.

Denotat. & sic, folio.

alorio sam curatos forti ri coronam in caelis, si gregem suum benè pauerint.



Commune verbum est: Deficiente causa, deficit & effectus. Cum ergo corporalis illa luxuria oriatur ex inordinata affectione, seu interiori & sensuali concupiscentia: concupiscentia autem sicut & omnis affectio, ex præuia quadã apprehensione, videlicet corporali intuitione, sensitua perceptioe, imaginatione aut cogitatione procedat atque nascatur, præsertim cum obiectum appetitus sensitui sit bonum sensatum, id est, sensitua cognitione apprehensum, quemadmodum obiectum appetitus intellectui est bonum intellectum, hoc est, intellectiua notitia apprehensum: hinc qui cupit corporalem fornicationem atque luxuriæ foeditatem, ipsam quoque corporalem concupiscentiam superare, vitare, euadere, sensibili obiectorum seu rerum carnalium incircumspectam apprehensionem, intuitionem, imaginationem, cogitationem deuitet siue abijciat. Vnde dum aliquis sentit in se oriri concupiscentiam carnalem & prauam, statim auertat se à consideratione, inspectione, imaginatione seu cogitatione rei sensibilis seu mulieris aut personæ, ad quam concupiscentia sua ipsum inclinât, tuncque concupiscentia ipsa deficiet. Si autem queratur, qualiter debeat se à tali apprehensione auertere, dicendum, quod conuertendo se ad occupationes seu considerationes aliarum rerum, præsertim salubrium, vtputa cogitando de passione Christi & de pœnis inferni, de diffractione horrenda diuini iudicij, de amaritudine mortis, de vilitate humanæ carnis, quàm plena sit immunditij atque foetoribus, & potissimè quando post mortem resoluetur in putredines, in vermes & serpentes & pulueres. Vnde secundum Gregorium: Nihil sic facit despiciere carnem viuentem, sicut diligenter perpendere qualis erit post mortem. Veruntamen in iuuenibus & imperfectis adhuc hominibus, in tentatione positis, non expedit quasi sub specie boni cogitare de dispositione & obscenitate seu turpitudine membrorum personæ, de qua tentantur, quasi ex hoc debeat concupiscentia ipsa extingui, immo ex hoc potius accenderetur. Expedit ergo auertere se pro tunc à consideratione rei, cuius concupiscentia cum tentat. Istud ergo est vnum remedium contra luxuriam, in quo remedio sicut in cæteris, oportet viriliter laborare, quoniam ars & virtus sunt circa difficilia. Difficile est nanque vitij præualere, atque virtutibus salubriter inhærere. Et quantò concupiscentiæ istæ carnales sunt magis in-

natae ac naturales, atque tenaciùs inhærentes, tantò difficiliùs est vincere eas. Oportet ergo viriliter agere, fideliter laborare, legitime decertare, quoniam teste Apostolo: Non coronatur nisi qui legitime certauerit. Qui iterum protestatur: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, contra spiritualia nequitiae in caelestibus, id est, contra Dæmones spiritusque immundos in hoc aëre volitantes. Quod non est ita intelligendum, quasi nulla sit nobis colluctatio contra carnem & sanguinem: immo inter tres animæ hostes vnus est caro, qui est hostis domesticus, ad multa salutis contraria incitans, inclinans, inflammans, & non nisi difficulter expugnabilis, sicut quotidie in nobis miserabiliter experimus (Caro quippe concupiscit aduersus spiritum, & carnalia desideria militant contra animam) sed ideo dixit Apostolus verba illa, quoniam principalis pugna & grauior colluctatio est fidelibus contra Dæmones, quàm contra proprium corpus. Et hæc quoque est vna specialisque ratio difficultatis vincendi vitia & concupiscentiam carnis, quia non solum incitatur ad ea ex naturalibus causis, intrinsecisque principijs, sed etiam interdum fortissimè ex Dæmonum suggestionibus & impressionibus, ita quod frequenter absque præuia apprehensione nostra, ex operatione hostis antiqui generantur in nobis inflammationes, pruritus & stimuli miseræ carnis, ad quos sequuntur concupiscentiæ sensuales, non tamen sine præuia rei sensibilis apprehensione seu imaginatione, quàm etiam inuisibilis hostis Diabolus frequenter causat in nobis, præsentando interioribus sensibus formas seu similitudines similiarum rerum, tã in vigilia quàm in somno. Hinc ergo qui vult vitij & concupiscentijs præualere, debet semper esse in cordis sui custodia, & in prociectu ad spiritualia prælia, dicens cum Abacuck Propheta: Super custodiam meam stabo, & figam gradum meum super munitionem, & contemplanor vt videam quicquid dicatur mihi, id est, quid mihi inspiretur aut suggeratur ab angelo bono vel malo, vel etiam ab instinctu diuino siue ab homine. Cum enim, teste beato Iob, Militia sit vita hominis super terram, nisi homo incessanter se à peccatis custodiat, & tentationes auertat, multipliciter atque sæpissimè ab inuisibilibus suæ salutis hostibus in anima vulneratur. Ideo asserit Esaias: Super speculam domini ego sum stans iugiter per diem, & super custodiam meam ego sum

Gregorius.

Difficilia que pulchra.

1. Pet. 5.
Eph. 4.
I. L.
Ih. 4.
I. d. 4.
I. d. 17.
Eph. 5.
I. d. 15.
I. d. 4.
I. d. 15.
Eph. 6.

sum stans totis noctibus. Hinc beatissimus Archiapostolus exhortatur: Sobrius estote & vigilate, quoniam aduersarius vester Diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret: cui resistite fortes in fide. Et Paulus: Nolite, inquit, locum dare Diabolo, id est, nolite consentire peccato. Secundum remedium contra tentationes & foeditates luxuriæ, immo contra omnem tentationem & culpam, est inuocatio diuini auxilij. Quoniam tanta sit hominis defectuositas, infirmitas, ignorantia, pronitasque ad omnia mala, tanta quoque calliditas, ferocitas & potestas Diaboli, quia, vt ait Dominus ad Iob, Non est potestas super terram quæ comparetur ei, tanta quum sit etiam vehementia passionum, & impetuositas concupiscentiarum, nequaquam potest fragilis homo viribus suis resistere, præualere ac iugiter triumphare, sed vehementissimè indiget diuinæ pietatis auxilio, protectione & gratia. Ideo semper, & specialissimè tempore tentationis, debet homo ad Deum confugere, ipsum feruidè ac instantè orando, vt a se, conseruet, roboret, superareque tribuat: & tunc Deus libenter exaudiet, si tamen insatigabiliter cum omni fiducia inuocetur, sicut per Psalmistam prædixit: Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. Vnde idem Propheta ait ad Dominum: Quoniam in te eripiar à tentatione, & in DEO meo transgrediar murum, id est, omne virtutum obstaculum succurrente Domino superabo. Hinc in Ecclesiastico habetur: Respice filij & videte, quia nullus sperauit in Domino & confusus est, & quis inuocauit eum, & despexit eum? Itaque dum sacerdos vel clericus, seu quicumque verè fidelis, sentit se impugnari, tentari, stimulisque libidinis inquietari, accendi, vrgeri, Deum mox inuocet, pectus tundat, cruce se signet, immo (si potest) ad locum pergat secretum, & que coram Deo in terram prostratus, & vnum fidelissimè inuocet ac feruenter: & tunc vtique feliciter in se experiet quod Paulus promisit: Deus conteret Sathanam sub pedibus vestris velociter: quod item Iacobus dixit Apostolus: Resistite Diabolo, & fugiet à vobis. Hinc nempe & ipse Saluator edocuit: Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem, id est, ne à tentatione vincamini. Itaque in omni causa & necessitate, in omni tentatione, persequutione atque angustia assuescat homo clypeum orationis assumere, & ideo contra omne peccatum cor suum protegere, sicut Apostolus monet: Accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in

die malo. Tertium remedium contra inquinamenta carnalia & aduersus omnia tentamenta & vitia, est intenta recordatio Dominicæ passionis. Dum ergo quis sentit se impugnari aut libidinose moueri, statim ad mentem reducat, quæ, quanta & qualia Filius Dei sustinuit, qualiter captus est, confusus, percussus, blasphematus, derisus, flagellatus, spinis coronatus, crucifixus, & acerbissima atque turpissima morte occisus. Et tunc à seipso quærat & dicat: Decetne vilitissimum peccatorem carnalibus delectationibus satiari, quando Dominus Deus tuus tantis propter te supplicijs est afflictus? Hæc autem Dominicæ passionis meditatio frequens, cordialis atque morosa, optimè valet ad omnia vitia superanda, & ad omnes quoque virtutes obrinendas & conseruandas. Si enim pœsemus, quàm patiensimè, quàm humilimè, quàm charitatiuè Christus in sua se habuit passione, immo in tota sua cõuersatione, quàm item amarissimas tolerauit pœnas, mirum si aliqua rem impatienter efficiamur, si elatione extollimur, si inuidia tangimur. Quilibet ergo fidelis, præsertim sacerdos & clericus, quotidie ad minus semel passionem Christi deuoto debet corde reuoluere, eamque menti suæ fortiter semper imprimere, aut impressam tenere, vt sic mundus & cuncta carnalia vilescant, Christi que humilitatem, patientiam, mansuetudinem, charitatem sectetur: & quotiescunq; à Diabolo, carne, aut mundo tentatur, protinus Christi passionem tam affectuose ac diligenter intueatur, quasi præsentialiter cerneret Christum flagellari, coronari & crucifigi. Valet autem meditatio hæc præcipuè contra ignem luxuriæ. In cuius rei signum Deus Mosi iussit erigere serpentem æneum in deserto, vt à serpentibus percussus, illum intiendo serpentem, mox sanarentur, quod & fiebat. Vnde & nunc fideles Diabolicarum tentationum venenosus ac libidinosis telis percussus, Christum in cruce leuatum fideliter, vt dictum est, intiendo mente, inde curantur. Quartum remedium est, gulam vitare & sobrietati studere, atque præcipuè vitare cibos & pocula multum calefactantia, ex quibus potissimè generatur luxurians affectus atque materia. Vitare ergo oportet comestiones & immoderatas potationes, nec talibus immorari. Quintum est, luxuriosorum atque carnalium vitare consortia, cum in Ecclesiastico scriptum est: Qui se iungit fornicarijs, erit nequam. Et iterum: Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Ideo attende tibi à pestifero, ne cum peruerso perueraris.

III.

memoria passionis Domini, iustum aut dolorem contra tentamenta Diaboli.

Num. 21

III.

V.

eccl. 19.

eccl. 15.

uertaris. Simili ratione vitanda sunt verba lasciuia & familiaritas mulierum, donatiões, munuscula, secreta colloquia, corrisiones, ludi & ioci, intuitus, corporumque cōtactus in sedendo manusque inferendo, ac modis similibus. Sextum est, seipsum in omnibus veraciter humiliare. Dum enim homo incipit superbire, meretur à Deo relinqui, & in turpissima ruere vitia, vt vel sic propriā fragilitatem aduertat, seque humiliet. Qui autem Deo humiliter semper innititur, ab ipso roborari & conseruari meretur. Septimū est, sapienter pendere, quanta homo mala incurrit ex tam breui & detestabili voluptate luxurię. Et nunc sacerdos curatus hoc potissimē pōderet, quia per fornicationem bonam famam amittit, Deum dirē offendit, proximos enormiter scādalizat, omnia gratiæ perdit dona, & cūcta Spiritus sancti charismata, seruus Dæmoniorum ac viciorum efficitur, æterna supplicia promeretur, celesti felicitate priuatur, à Christi corpore cœlesti separatur, & membrum Diaboli redditur, nec dignus est pane quo vescitur, neque quod à terra portatur, potissimē cū in omni actū officij ordinis sui, quem facit vt minister Ecclesię, vel vt vtens suo ordine aut officio, peccet mortaliter. Terreat ergo eū immenitas sui periculi. Consideret quanta erit sua infernalis punitio, si pro vno peccato mortali etiam & laicus eternaliter condemnatur. Octauum remedium est, occupari in libris sacrę scripturę & deuotis dictis Sanctorum. Propter quod ad rusticum monachum scribit Hieronymus: Ama studia scripturarum, & carnis vitia non amabis: legenti tibi somnus subrepat, & cadentem te liber suscipiat. In talibus enim libris concipit homo delectationem spiritualem, vitiorum horrorem, zelum virtutum. Nonū est, omnem otiositatem vitare, quia vt dicitur, otia dant vitia. Et Sapiens loquitur: In desiderijs est omnis otiosus. Et scriptū est: Mul-

ta mala docuit otiositas. Cū enim homo non possit diu absque occupatione & delectatione subsistere, quando non occupatur ac delectatur in bonis, quærīt consolationem & occupationem in rebus carnalibus. Hinc teste Bernardo: Omnium tentationū ac cogitationum malarum semita seu ingressus vel ianua, est otium: & vt Sancti testatur, occupatus impugnatur ab vno Dæmonio, otiosus à multis. Hinc ait scriptura: Desideria occidunt pigrum. Sacerdos ergo & clericus semper in bonis sit actibus occupatus, nunc orando, nunc meditando, nunc psallendo, nunc studendo, quoscuque poterit exhortando. Decimum est, exteriores sensus reprimere ab vniuersis obiectis ad libidinem prouocare potentibus, nec solum cauere ne inficiatur ab alijs, sed in super ne vestimento, in celsu, sermone, ad spectu aut simili modo inficiat quenquam. Vndecimum est, contra futura tela tempore pacis se preparare. Iacula nanque præuisa facilius declinantur, minusque lædunt, secundum Gregorium. Itaque dum deest tentatio, armet se homo contra eam, Deum orando, vt à futuris tentationibus eum conseruet: & interim in bonis ita exerceat se, vt tentatione surgente, acriter eam inuadat, obijciendo ei præcæta remedia. Nunquā enim securitate aut torpore nos relaxare debemus. Idcirco in Ecclesiastico scribitur: In die bonorum nō immemor sis malorum, & in die malorum non immemor sis bonorū, vt sic inter prospera & aduersa semper via regia procedamus, vt nec prosperis extollamur, nec aduersis deiciamur: immo in Creatore & Salvatore nostro indefinenter fideles, custoditi ac stabiles maneamus, ad laudem & gloriam eius, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

De vita curam habentium Animarum suis.

D. DIO-

D. DIONYSII
CARTHUSIANI DE VITA, MORIBVS
AC ERVDITIONE SCHOLASTICORVM, HOC EST,
LITERIS OPERAM DANTIVM, LIBER VNVS.

Prefatio.



Vemadmodum Aristoteles in libro ait Politicorum: Sicut omnium animalium optimum est homo, si scientijs atq; uirtutibus decoretur: sic inter animantia uniuersa uilissimum prauissimumq; consistit, si rationis gubernaculo derelicto, per uitiorū deuia gradiatur, ignorantie tenebris se inuoluens: immo, ut denuo idem prudentissimus contestatur Philosophus: Homo indoctus ac uitiosus, decies millies omni bruto censetur deterior.

Porro, ut sapientissimus Salomon in libro fatetur Proverbiorum, Adolescens iuxta uiam suam, etiam cū senuerit, non recedet ab ea. Saluberrimum ergo est, ut adolescentes à pueritię annis scholis tradantur, scientijs imbuantur, morū quoq; uenustate doceantur fulgere, & suum agnoscere, amare, timere, ac colere Creatorem. Etenim quamuis iuxta Aristotelis documēta, mens humana in suo exordio sit tanquā tabula rasa, depingibilis, non depicta, scientiæ expers, neque uirtutum splendore ornata, nihilominus iuxta inuiolabilem Christianę sapientiæ ueritatem, infantibus in fonte baptismatis gratia gratum faciens, uirtutes theologicę, donaq; septem Spiritus sancti cum annexis uirtutibus desuper infunduntur, ita quod quāndiu in huiusmodi charismatibus perseuerant, atq; innocentie uestem custodiunt, sunt ueluti angeli Dei, atq; ad proficiendum in scholasticis naturalibusq; scientijs magis idonei. Dona quippe gratiæ iuuant ac roborant dona naturę. Mox ergo ut pueri uti cęperint ratione, iugo sunt disciplinę moderanter domandi, ab indisciplinatis moribus cōercendi, profectuiq; scientiæ ac uirtutum assuescendi. Hinc nempe ait scriptura: Ne iucunderis in filijs nequam, si multiplicētur. Melior est unus timens Deū, quā mille filij impij. Et utilius est, mori sine filijs, quā relinquere filios nequam. Deniq; filius qui relinquitur suę uoluntati, suos confundit parentes: & nisi parentes atque magistri circa præcætam puerorū instructionem & cōercitionem debitos adhibuerint diligentiam & conatum, non dubium quin indisciplinatorum insipientiæ ac uitia puerorum redundabunt in ipsos.

Ef 4

Quam

Quam appetenda, nobilis & præclara sit scientia.

Articulus I.



VI indocti sunt, in cordis egestate moriuntur, ut corda scholarium amore scientiæ validius incallescant, desiderio quoque proficiendi validius inflantur ac studio sora reddantur: præconia tanquam tangam scientiæ, sapientiæ laudes, prudentiæ dignitatem. In scientia & virtute tota consistit hominis salus. Et sicut omnes homines naturaliter cupiunt esse felices, ut Augustinus Boetiusque testantur, cum felicitas sit summum hominis bonum, ultimus finis, ac suprema perfectio, ita & omnes homines naturaliter scire desiderant: immo in actu scientiæ, in contemplatione sapientiæ vera & plena consistit beatitudo, quæ (ut decimo asserit Ethicorum summus Philosophus) in speculatione optimi speculabilis sita est: quod & veritas ipsa in Evangelio pandens: Hæc est (inquit) vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum. Quemadmodum itaque ignorantia & peccatum hominem brutis assimilant, sic lumen scientiæ, sapientiæ splendor & decor virtutum, hominem reddunt angelicum ac diuinum. O quanta nobilitas animæ eruditæ hominis virtuosæ, quanta demum vilitas mentis indoctæ hominis vitiosæ. Certè non est in terra turpior sordidiorque cloaca homine in scio & iniquo. Tu igitur ô scholaris, ô charissime puer, tu ista aduerte, cordi tuo indebiliter ista inscribe, scientiam concupisce, virtutes amplectere, proficere, infatigabiliter stude, & moribus transcendere ætatem. Audi quid sapientissimus Salomon fateatur: Pretiosior est sapientia cunctis opibus: & omnia quæ desiderantur, huic non valent comparari. Beatus homo qui possidet sapientiam, & qui affluit prudentia. Dic sapientiæ, soror mea es, & prudentiam voca amicam. Hinc denique in suis ait Prouerbis sanctus Cyrillus: Sæpe oportet addiscere, & in extremis horis fundum sapientiæ desiderabilius inuestigare. Finis namque prudentis sapientia est. Propterea quod huic fini propinquiores efficiamur, eò affectuosius ad eius adeptionem properare debemus. Etenim sicut motus naturæ in fine est fortior, sic profectus scientiæ actioque virtutis, successiue ac pedetentim vigorosior atque feruetior esse, & nequaquam tepescere debet: immo Ecclesiasticus monet: Filii, à iuuentute accipe doctrinam, & vsque ad canos inuenies sapientiam. Hinc in libro de virtutibus

Augustinus, Boetius.

Iohan. 6.

Prouer. 3.

Prouer. 7. Cyrillus.

Eccl. 6.

Philosophorum, narratur de sene Philospho vltima ægritudine laborate, quod amicis suis circum sedentibus ac disputantibus de quadam materia, ipse caput suum parumper erexit: & sciscitantibus illis, quare id egerit, dixit: Ut dum id de quo confertis didicero, spiritum tradam. Nempe scientia de numero bonorum honorabilium ritè censetur, immo propter seipsam appetibilis perhibetur. Verù ab inferioribus ad superiora conscendere est necessè. Ut igitur ad altiores scientias celerius queas pertingere, in inferioribus fundamentalibusque scientijs progredi feruidè stude.

De ordinato modo proficiendi ac ordine rectorum studendi. Articulus II.



VI cuncta agunt consilio, reguntur sapientia. Sicut primo Ethicorum ait Philosophus: Cognitionis finis utilis est in arte. Nempe imprimis oportet aduerte, ad quem finem ars ordinetur, sicque secundum exigentiam finis disponere media, prout per ea finis compendiosius obtinet. Hinc teste Philosopho, finis imponit necessitatem his, quæ sunt ac ordinantur ad finem, quemadmodum in arte medicinæ finis est sanitas: quapropter medicamina taliter adhibenda sunt ægris, secundum quod expeditius queunt sanitatem inducere. In arte quoque grammaticæ finis est congruè loqui. Hinc libri artis illius eo ordine pueri sunt legendi, quod facilius discant loqui congruè ac dicere, sicut & nunc in scholis communiter artificialiterque seruatur. Non itaque properandum est nimis ad lectiones altioris scientiæ, vtpotà logicæ: sed in fundamentali hac arte grammatica, primò omnium competenter scholares sunt informandi, ut prompti sint mentis conceptum congruenter effari, antequam super fundamentum hoc altioris structuræ fastigium erigant, sicut in materialis quoque domus ædificio cernimus. Alioquin, si super debile fundamentum parietes erigantur formosi, leui turbine prosternuntur. Parisformiter in grammatica nondum sufficienter instructus, dialecticam discens atque in ea incongruè loquens, nonne imperitiam suam insufficientiamque demonstrat ac patet contemptui? Ascendendum est igitur ordinatè, & progrediendum discretè, prout sapientium protulit vnus Paulatim proficere volo, non subito fieri summus.

Bernardus.

summus. Denique, totius sapientiæ fonte te stante, homo sapiens ædificat domum suam supra petram, id est, firmum ac stabile fundamentum: atque, ut Salomon fassus est, Qui festinus est pedibus, offendit, hoc est, qui in affectionibus atque processibus suis immoderatus & præceps existit, errat & peccat. In omni etenim opere discretio necessaria comprobatur: quam qui in cunctis seruauerit, magis breuiori in tempore ac minori labore proficiet, quam qui sine illa proficere nititur conatu maiori & tempore longiori. Hinc in suo Didascalico venerabilis Hugo fateatur: Tria necessaria sunt lectioni: Primum est, scire quid homo legere debeat: Secundum est, quo ordine debeat legere: Tertium est, quomodo seu qualiter sit legendum. A faciliore bus quippe oportet incipere, & necessaria imprimis addiscere, atque (ut Seneca loquitur) vnum quodque suo loco ac tempore exercere. Non ergo per diuersa volumina intempestiue discurras, sed vniuscuiusque, quem legis aut audis, libri documeta diligentissimè intuerere, addisce atque memoriter retine. Vnde & sexto dicitur ethicorum: Nò sufficit ad scientiam in vniuersali & còsue cognoscere, sed declarare & diffinire oportet, ad particularia quoque descendere, & per regulas certas scire distinctè. Hinc & Seneca prudentissimè fateatur: Primum compositæ mentis argumentum existimo, secum posse consistere ac morari. Aegri animi est ista iactatio, discurrere & locorum siue litterorum varietatibus immorari & enutriti necessè est, si velis aliquid trahere, quod in mente recondas salubriter. Præterea sicut cibus corporeus homini nequit prodesse, qui sumptus confestim emittitur, sed masticare, digerere, atque in manducantem conuertere oportet eundem: ita doctrina quæ mentis est esca, est ruminanda, rememoranda, ac fortiter conseruanda in corde. Hoc (ni fallor) est, quod in Prouerbis Salomon ait: Filii mi, inclina aurem tuam, & audi verba sapientum. Appone cor tuum ad doctrinam meam, quæ pulchra erit tibi, cum seruaueris eam in ventre tuo, id est, mentis memoria, quæ venter est animæ. Postremò, ex introductis nunc reor patere, quemadmodum ipsa discretio ad omnem scientiarum profectum tam necessaria affirmetur, quam opportuna ad virtutum asseritur incrementa, immo & quam necessaria est lux ad videndum. Discretio quippe rationis est oculus, recti monstratrix itineris, studij moderatrix, lux cordis, regia via incedens, deuia vitans, pericula cauens,

Prouer. 7.

Prouer. 19.

Seneca.

Ethicor. 6.

Seneca.

Prouer. 23.

Prouer. 22.

abrupta declinans, scientiarum atque virtutum auriga. Hanc magister in viuendo ac instruendo debet seruare, eamque discipulos edocere. Discretio namque omni virtuti ac studio ordinem ponit, modum tribuit, præfigit decorem, & perennitatem largitur, ordinatrix affectuum, doctrix morum, docens cuncta fieri ordinatè, ut nec minus, nec magis, nec aliter quam congruit quid agatur, prout de hoc disseruit plenius electus Dei Bernardus.

Quid præceptor seruare docereque debeat.

Bernardus.

Quod scholares à pueritiæ suæ exordio non minus diligenter in virtutibus ac moribus, quam in scientijs sunt docendi. Articulus III.



N maleuolam animam non introibit sapientia. Scientia & sapientia lumina sunt præclara, rationalem creaturam vehementer ornantia, pulchrificantia intellectum, totamque mentem perfundentia claritate venusta: neque lux solis orbem intantum decorat cælestes, sydera ac planetas, quantum scientia atque sapientia mentes humanas, ut Alphorabius ait Philosophus. Porro ignorantia & peccata rectè utique appellantur tenebræ & caligo, vanitas, vilitas, feeditasque horrenda, quibus offuscatur, deprimitur, vilescitque anima, atque à perceptione salutaris scientiæ ac veræ sapientiæ impeditur. Denique, sicut ad sensibilem visionem requiritur lux æterna, quæ sua claritate perfundit colores, & eos actu reddit visibiles: sic ad intellectualem intuitum (id est, mentalem notitiam) exigitur lux interna: immo quemadmodum ad exteriorem intuitionem duplex concurret lumen, puta innatum oculisque congenitum, pupillæ inhærens ac superfundum, forinsecus inditum: sic ad intellectiuam prospectum potentiam clarum, duplex quoque lumen cooperatur, videlicet lumen nature, (quod innatum vocatur, de quo Psalmographus cecinit fonti luminum, ac restatur: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: & cœliformis ille Euangelista: Erat, inquit, lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum) & item lux gratiæ, quæ supernaturalis desuperque infusa censetur: sine qua quamuis veritas aliquo modo queat agnoscere ac scientia obtineri, non tamè meritorie & perfecte. Præterea, sicut peccatum lucem gratiæ prorsus tollit, penitusque extinguit, sic lumen naturæ peccato minuitur ac fulcatur, atque à lymphoto veritatis

Sapientia.

Alphorabius.

Psalm.

Iohan. 1.

tatis

tatis intuitu & scientiali profectu non minime impeditur. Hinc animi puerorum antequam vitij afflueant, ac lumine gratiæ in baptisimi regeneratione infuso priuentur, bonis sunt moribus imbuendi, ad virtutū quoque actus paulatim trahendi, sicque in omni scientia expeditius crescent. Et sicut lux solis in vitro recipitur clarius, quam in luto, ita scientia (ceteris paribus) in bonæ ac innocentis mentis ingenio splendidius inualefcit & amplius crescit, quam in deprauato scholaris discolori animo. Insuper, quamuis cognitio veri præcedat actum boni, virtus tamen præstantior extat scientia, ac magis necessaria ad salutem, cõplacentior quoque Deo. Scientia ergo ad virtutem est ordinanda: & licet scientia prius, nihilominus virtus principalis est quærenda & amplectenda. Optimum verò est, vtrique simul studere, & in scientijs atque virtutibus simul proficere, ac ipsam scientiam facietia morum & nitore virtutū iugiter decorare. Etenim sicut materia absque forma est vilis ac indecora, mortiformis & squalida, ita scientia sine virtutibus iudicatur informis, id est, deornata & vilis: immo sic in fiat, ac damnationem meretur vtiq; grauiorem. Tu ergo adolefcens, magis autem tu adolefcens profectum tuæ scientiæ stude indefinenter melioribus moribus ac incremento virtutū succurrere: siquidem apud Aristotelem virtuosus ac studiosus coincidit, ita vt nemo nisi virtuosus, meritò studiosus vocet. Hinc Seneca cõtestat: Verba rebus proba, id est, doctrinam virtutibus approba. Facere docet Philosophia, non dicere tantum: idque requirit, vt secundum Philosophiæ legem quisque viuat, ne orationi, id est, sermone vita dissentiat. Hoc scientiæ officium indiciumque consistit, vt verbis facta concordent. Vnde & de nudo scribens Lucilio: Hoc inquit, turpissimum est, quod obijci nobis solet, Verba Philosophiæ nos tractare, non opera. Hinc de mùm in suo didascalico hugo deprompsit: Integritas naturæ humanæ duobus perficitur, scientia scilicet & virtute, in quibus nobis cum diuinis ac supernis substantijs sola est similitudo. Itemque: Mores, ait, ornant scientiam: illaudabilis est scientia, quam vita maculat impudica. Idcirco summo opere vitandum est ei, qui quærit scientiam, negligere disciplinam. Consonat his quod in Proverbij suis inclutus fatetur Cyrillus: Is tantum verè sciens & prudens est, qui recta ratione in omnibus gubernatur. Porro, ratio recta est, rationalem creaturam finem suum supremum principaliter semper intendere,

Comparatio elegans.

Virtutē esse præstantiorem eruditione.

Aristotel. in gradicamentis. Seneca.

Hugo.

Cyriillus.

omne, quod impedit ab hoc consequendo, effugere, omne quod expedit, agere. Tu ergo scholarium Rector, modo nunc tacto tuos informa discipulos, & præcipue incumbere, vt sub tuo regimine nequaquam immorigerati, negligenteq; fiant, sed scientijs simul ac moribus decorentur. Nam & Seneca in suis proverbijis protestante, facile est teneros ad huc animos ad mores componere. Postremo, omnium confirmatio prædictorum est, quod in Ecclesiastico scriptura asserit veritatis: Melior est homo qui minuit sapientiam, & in Dei timore ambulat, quam qui abudat sensu, & transgreditur legem Altissimi.

Ecclesi. 19.

De impedimentis scientiæ ac incrementi in ea.

Articulus IIII.



Culi sapientis in capite eius, oculi autem stulti in calcaneo. Quæ admodum oculum corporalem multa à visu præpediunt, sic oculum interiore (vtpatà intellectum) à perceptione ac profectu scientiæ impediunt plurima. Primum est naturalis obtusitas mentis: secundum est vehemens inclinatio ac pronitas ad peccandum: tertium est læso cerebri interiorumque sensuum, ex quorū disproportionatione intellectualis impeditur cognitio, quæ ex sensitiua notitia sumit ortū, interiorum etiam sensuum eget obsequio. Hinc aliquo sensu orbatus, obiecti sensus illius caret scientia, earumque rerum, quæ per vsum seu actū sensus illius discuntur. Propterea naturaliter surdi, sunt muti, quoniam audiendo discit homo loquelam: quartum est grandis ac diuturna infirmitas, quæ rationem absorbet, debilitat ac retrahit ab actibus intellectus: quintum est carnalis voluptas in gula ac luxuriæ vitij, vt Plato in Phadone disertissime docet. Propter quod Auicebron Platonice in lib. Pontis vitæ, sciendū quid potissimè ab adeptione & vacatione sapientiæ impeditum sit, respõdit discipulo, quod carnalium vacatio voluptatum. Hæ etenim rationem violentius rapiunt & absorbent, prout Aristoteles, Origenes & Augustinus testantur. Sextum est occupatio seu mentis dispersio circa multa. Ideo teste Platone, anima quiescēdo fit prudens. In Ecclesiastico quoque fertur: Qui minoratur actū, percipiet sapientiam. Et rursum: Fili, ne in multis sint actus tui. Nempe iuxta commune eloquium, quod & in libro de Causis inducit: Virtus vnita, fortior est quam dispersa. Septimum est obscuratio intellectus per quæcunq; peccata, per ludos &

Eccl. 1.

Sordos nati. Sordos nati. Sordos nati.

Plato.

Ecclesi. 19.

Ecclesi. 19.

iocos

iocos superfluos. Sunt quoque & alia plura, quæ vel directè vel indirectè seu occasionaliter ab acquisitione & incremento scientiæ impediunt multos, vt seruitus naturalis, inopia vehemens, opulencia & affluentia rerū grandis, in domatio seu praua libertas, mala societas, negligentia propria seu Rectoris. In super magnus & sanctus Boethius, pro fide Catholica ab impijssimo rege Theodorico Arriano hæretico relegatus exilio & occisus, in libro suo De disciplina scholarium, ponit & alia quædam studendi ac proficendi obstacula, vt sunt monstrositas corporis, intemperies æstus & frigoris. Postremò Hugo in Didascalico ponit tria studendi obstacula, ad quæ reduci queunt prædicta: Tria sunt, inquit, quæ legentium & addiscientium studijs solent obesse, negligentia, imprudentia & fortuna. Negligentia est, dum ea quæ addiscenda sunt, vel profus omitimus, vel minùs studiose addiscimus. Imprudentia est, quando congruum modum ac ordinem, in his quæ discimus, non seruamus. Tantum nanque valet discretio, vt sine ipsa & omne otium turpe sit & labor inutilis. Fortuna est in euentu seu casu naturaliter contingente, quando vel paupertate vel infirmitate, vel non naturali tarditate, aut doctorem raritate, in sufficientia seu abusu retrahimur à profectu aut studio. De negligentia scholaris est admonendus ac castigandus, vt se emendet ac diligens fiat: de imprudentia est docendus, vt discretè procedat: de fortuna est iuuandus, vt suæ paupertati aut infirmitati subueniatur.

paullim est discere quam philoſophari.

Vires sunt habere.



Eccl. 19.

Medicus.

Conſuetudinem alteram ſeſtatiam.

De remedijs contra impedimenta prædicta.

Articulus V.

Ontra malum bonum est, & contra vitam mors, & contra iustum peccator: & sic intueri in omnia opera Altissimi duo contra duo, vnum contra vnum. Communiter dicitur: Contraria contrarijs curantur, vt frigida calidis, & calida frigidis, vt constat in medicina. Vnum enim contrarium, est alterius expulsuum. At verò prædictorum impedimentorum studij atque scientiæ, quædam remediabilia esse noscuntur, irremediabilia alia. Contra primum, quod est innata aut contracta obtusitas, extat remedium, quod tangens Boethius, Diligentia, inquit cuiuslibet operis obrusitas permollitur. Intellectus nanque exercitio adiuuatur, atque ex actibus multis habitus generatur, immo & consuetudo quæ altera est natura.

Qui ergo obtusa est mentis, nequaquam diffidat, neque à studio cesset, immo à Doctoribus sciscitetur, instanter conetur: & omnium inspector Deus ipsius acuet intellectum adiutoriumque præbebit, præsertim si diuinæ gratiæ inuocauerit opem, ab beatissima quoque Virginis confugerit pietatem, & angelum sui custodem pro illuminatione & confortatione sui imbecillis ingenij fuerit continuè deprecatus, quod totum assidue facere nõ omittat. Hinc Hugo in exordio sui scribit Didascalici: Multos natura adeo ingenio destitutos reliquit, vt facilia vix capere queat: quorum duo sunt generaliter quidam etenim quamuis suam hebetudinē non ignorent, eo tamen quo valent conamine ad scientiam anhelant, & indefinenter studio insistent, quod minus habent effectum operis, obtinere merentur affectu voluntatis. Alij verò quia maiora se comprehendere posse non sentiunt, minima etiam negligunt: & quasi in suo torpore securè quiescentes, eò amplius in maximis lumen veritatis amittunt, quod minima, quæ intelligere possent, discere fugiunt. Nempe labore & sedulitate perficitur intellectus. Denique secundum impeditur scientiæ, quod est inclinatio vehemens & pronitas ad peccandum, remedium est, vt scholaris suam naturæ experiens & cognoscens, tantò validius profectu scientiæ ac virtutum inhæreat, atque peccandi materias occasioneque vitet, quantò se ad vitia noscit procliuiorem: quod vt valeat adimplere, non cesset (vt dictum est) misericordiam Dei, gloriosissimam Virginē & angelū suum sanctum iugiter inuocare. Quocirca scire oportet, quia vt decimo Ethicorū docet Philosophus, quidā ad virtutes dispositi sunt à natura, quidam à cõsuetudine, aliqui per doctrinam: ita & ad scientiam diuersi diuersimodè extant dispositi. Ideo quod per naturam non habes, per studiū, vsum & gratiam adipisci coneris. Porro tertium scientiæ impedimentū, magna ex parte irremediabile esse videtur, videlicet naturalis indispositio cerebri interiorūque sensuum, atque exterioris priuatio sensus: attamē regimen bonū & medicinale iuuamē, impedimentū hoc (nisi sit nimium) poterit temperare. Qui aut in his defectū non patitur, caueat, ne studio indiscretum aut alio modo in talem defectū labatur. Quinti impedimenti remediū est, sobrietas & castitati vigilanter studere, prout de hoc infra diffusius disseretur. Sexti demū impedimenti remediū, est recollectio mētis circa lectionē, ac studium & aduertētia diligēs non imaginando aut cogitando extranea, inutilia,

Hugo.

Aristoteles.

inutilia, vana: neq; cum alijs fabulando, nec impertinentia intuendo, præsertim tempore lectionis seu studij, sicq; implendo illud Ecclesiastici: Auris bona cum omni concupiscentia audiet sapientiam. Remedium septimi est, vanitates, trufas, iocos & ludos superfluos ac vitia reliqua diligenter vitare, sicut ait scriptura: Quasi à facie colubri fuge peccata. De remedijs contra cætera impedimenta præacta, inferius plùs dicitur. Et nunc breuiter tango, quòd paupertas nõ de necessitate retrahit, impeditur à scholis: unde conspicimus quosdam egenos seruiendo seu mendicando, necessaria victui conquirendo, studere ac multùm proficere: qui tam humiliter se habendo, atq; tam feruiddè ad profectũ scientiæ aspirando, multaq; vana & peccata carnalia (in què ditiores labuntur) vitando, diuinitus adiuuantur, illuminantur, & magis quàm locupletes proficere agnoscuntur: in quibus nec locum habet, nec veritatem sortiuntur, quòd Aristoteles dixit: Facilius est ditari quàm Philosophari: immo testante glorioso Hieronymo, Socrates & alij quidam Philosophi diuitias contempserunt, suaq; omnia reliquerunt, quatenus sapientiæ studio expeditius liberiusq; vacarent. Hinc recitat Hugo: De modo discendi ac forma proficiendi quidam interrogatus, respondit: Mens humilis, studium querendi, vita quieta, scrutinium tacitum, paupertas alienaq; terra, multis referant veritatem & obscura delectant. Iterùm scribit Hugo: Alijs rei familiaris inopia & tenuis census, discendi minuit facultatem: quos tamen per hoc plene excusari posse minimè credimus, cum plerofq; fame, siti, nuditate laborantes, ad scientiæ fructum pertingere videamus. Concordat his Seneca: Honestas, diuinitas est læta paupertas. Contentus esto minimo atque vilissimo cibo, dura & horrida veste: frugalitatem exigit philosophia, non pœnum. Veruntamen iuxta doctrinam Boethij, cæteris paribus expedientiùs est, vt scholaris à suis prouideatur paratibus aut amicis de necessarijs vitæ, vt competentiam habeat hyeme & æstate, nõ in aliorum seruitute aut mendicatione quasdam temporis sui partes cogatur expèdere, quas in studendo, legendo, scribèdo fructuosius posset expendere. Præterea contra impedimentum ex praua societate proueniens, certum est saluberrimum esse, vaga, lasciuia ac nocua vitare confortia, studio solq; socios, exèplares ac doctiores habere, sicut de his infra dicitur. Postremò, quàmuis Boethius corporis monstrositate inter impedimenta

Eccle. 3.

Eccle. 21.

Hugo.

Seneca.

Boethius.

A seipso esse monstrum hominis tamen doctus fuit.

studij ac scientiæ computet, hoc tamen vniuersaliter non videtur tenendũ, cum & quidam gibbosi, cæci, claudi, mutilati ingenio vigeant: qui & tantò plùs mancipandi sunt scholis & spiritalibus actibus deputandi, quantò ad secularia, ciuilia atq; mechanica ineptiores cernuntur: Ideo Seneca: Frequenter, ait, in corpore magis deformi animus laet formosior.

Qualiter discipuli ac scholares debeant magistrorum suorum lectiones, doctrinas, ordinationes ac iussiones aduertere ac adimplere.

Articulus VI.

Illi mi attende sapientiã meam, & prudentiã meã in clina aurem tuã, ne postea in nouissimis tuis ingemifcas & dicas: Cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus nõ acquieuit cor meum, nec auditiuam vocem docentium me, & magistris non inclinaui aurem meã? quemadmodum docet Boethius, discipulum oportet esse attentum, docilem atq; beneuolum: attentum, in audiendo: docilem, in recipiendo, credendo seu acquiescendo: beneuolum, correptionem correctoremq; æquanimitè sufferendo, ac in informatoribus suis gratias referendo. Etenim quãtò maior est dignitas, vtilitas necessitasq; scientiæ, tantò auidius est discenda, diligentius aduertenda, gratantiùs amplectenda. Denique, quàm attètè, silenter, quietè ac feruiddè debeant discipuli magistrorum suorum lectiones aduertere, scientiam querere, sapientiam affectare, denuò edocet Salomon, loquens: Si quæsieris sapientiam quasi pecuniam, & sicut thesaurus effoderis illam, tunc intelliges & iuuenies scientiam. Immo sicut sapientia & scientia cunctis temporalibus rebus, ac terrenis diuitijs incomparabiliter præstantiores ac salubriores censentur, sic incomparabiliter attentius sunt querendæ. Hoc aduertit amator ille sapientiæ, qui protestatur: Præposui sapientiam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse dixi in comparatione illius, nec comparauì illi lapidem prætiosum: quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquàm lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. Super salutem & speciem (id est, plùs quàm corporalem sanitatem ac pulchritudinem) dilexi illã, ac proposui pro luce habere eã, quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Ecce quàm diligentissimè debes infor-

Proverb. 1.

Prover. 1.

Sapient. 7.

informationem suscipere, legere & studere. Quod nisi in adolefcentia tua peregeris, serò dolebis, gemes, & negligentiam tuam deslebis. Hinc ait vir sapiens: Appropinquate ad me in docti, congregate vos in domum disciplinæ. Quid adhuc retardatis? & quid dicitis in his, Animè vestre sitiunt vehementer? Præterea, vt faretur Cyrillus, sine sapientia ac scientia homo sibi nihil est. Idcirco quãdiũ seipsum dignitatemq; propriam nõ agnoscit, neque ex creaturis aut fide seu magistri instructione Dei ac Creatoris sui sortitur noticiam, bestijs merito cõparatur, sicut Propheta differuit: Homo (in quies) cum in honore esset, non intellexit: cõparatus est iumentis insipientibus. Ob hoc in tripode Apollinis fuit scriptum: Agnosce te ipsum. Seneca quoq; testatus est: Rem maximam sapientia tibi promittit, vt te tibi reducat. Quod quàm salubre sit, Tullius pandit dicendo: A vitijs retrahit in conspectu posita dignitas hominis. Nempe qui rationalis creaturæ dignitatem ritè perpendit, bestialiter agere atq; degenerè ducere vitã verècudat. Tu igitur o scholaris, tempus pueritiæ tuæ, quo scholis es deputatus, & ad proficiendũ magis dispossit, noli amittere, in fructuosè expendere, negligenter transigere: somnolentiam excute, torporem abhorre, & omni reiecta pigritia, alacriter surge, sicq; oratione susa ad Dominum, ad scholas festina, ac tota mentis attentione ad lectiones & informationes esto suspensus. Quod ex ore magistris intelligere nequis, à cõscholaribus plùs te scientibus inquire ac discere, aut certè seorsum lectorem in terroga: docilem, dirigibilem, flexibilemq; ad bona te iugiter exhibe. Hæc quippe docilitas, vt vniuersi dicunt Philosophi, est pars prima prudentiæ, immo & omnis scientiæ. Ad discentem nanq; vt Aristoteles scripsit, credere oportet docenti. Vnde in libro de vita Philosophorũ narratur, quòd Pythagoras suis hanc legem præfixit discipulis, vt nullus ipsorum in frã septem annos auderet querere rationem horum quæ dixit: sed verbis suis ac documentis fidem simpliciter adhiberent. De eodem itè fertur Pythagora, quòd neminè in scholarè discipulumq; assumpsit, nisi per quinquennium priùs lapidè gestaret in ore, quatenus silentij disceret grauitatem. Quo innotescit discipulorum improbitas, qui etiã tempore lectionis intendunt fabulationi, hinc inde adspiciunt, occupationes assumunt extraneas, & magistrorum suorum paruipèdunt dogmata & labores. Iugiter ergo, præsertim in scholis, imple quod Seneca loqui-

Eccle. 11.

Psal. 48.

Cicero.

Aristoteles.

Pythagoras.

tur: Tene semper vocis ac silentij temperamentum, & libètiùs audias quàm loquaris. Nempe vt Salomon cõtestatur: Tempus loquendi & tempus tacendi, suisq; spatijs transeunt vniuersa sub sole. Quamobrè vt queque suo loco & tempore sunt agenda, ita & inquirenda ac addiscenda. Si enim opportunum tempus negligenter transferis, cum indigeris postea, reparare non poteris. Aduerte quod Salomon hortatur: Vade ad formicam o piger, & considera vias eius, & discere sapientiam: quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat aestate escam sibi, & congregat in messe quod comedat. Erubescere ergo o negligens & improbe puer, quòd irritationabili illo pusillo insipientior pigriorq; effectus es bruto: qui cõ rationalis sis naturæ, & duces habeas ac magistros, non discis in iuuentute, neq; in pueritia dum scholas frequentas, scientiam ac sapientiam colligere, & menti tuæ imprime re studes, quibus deinceps per omne tempus quò vixeris valeas dirigi & gaudere: nec tibi duntaxat, verùm alijs quoque prodesse. Ideo scriptum est: Quæ in iuuentute non congregasti, quomodo in senectute inuenies?

Eccle. 3.

Prover. 6.

Eccle. 33.

De præclaro & admirabili studio Philosophorum. Articulus VII.



Ue per magistrorum consiliũ data sunt à magistro vno, his amplius sibi mi ne requiras. magister vnus est Deus altissimus, de quo ait scriptura: Omnis sapientia à Dño Deo est, ab illo fontaliter fluxit, quicquid veritatis ac scientiæ Philosophis inerat, de quibus etiam ad Romanos testatur Apostolus, quod Deus illis reuelauit. Porro in moralibus præcipue excitant & inflammant exempla, vt falsus est Seneca: Optimum est maiorum sequi vestigia, si rectè præcesserint. Itaque vt scholarium accendantur ingenia desiderio studij atq; sciētĩ, instantiq; proficere enitantur, de Philosophorum quorundam in fatigabili studio tangam paulisper. Non solum liber de Vita Philosophorum, sed sanctus quoq; refert Hieronymus, quòd Plato, dum in vrbe & vniuersitate Atheniensium summus haberetur Philosophus, omniumque magister, desiderio maioris scientiæ inde discessit: nec solum Aegyptios visitauit Philosophos, sed & remotissimas peragravit prouincias, non sine grauissimis periculis & ærumnis mallens esse discipulum apud extraneos, quàm inter suos magister. De-

Eccle. 11.

Eccle. 11.

Rom. 1.

Seneca.

Plato.

niq; amore scientiæ & virtutum, & propter frequentis vitæ felicitatem quam posuit, continentissimè vixit, atque (vt in libro de Vera religione recitat Augustinus) in virginitate permanit: expletisque vitæ suæ annis octoginta vno, scribens defunctus est: vt legitur, sexaginta sex composuit libros: quem cum quidam interrogasset, vnde tibi tanta scientia, respondit: Quia plùs consumpsi de oleo in lampade, quàm de vino in calice.

Parmenides.

Præterea Parmenides Philosophus vndecim annis in rupe Aegyptia scribitur consedisse, vt carnis ac mundi abstractus illecebris, à populari quoque strepitu alienus, in loco secreto & quieto secretiùs atque liberius Philosophicis considerationibus die ac nocte esset intentus. Ob eandem etiam causam Diogenes, diuitijs delicijsque contemptus, solitudinem petijt, & ibi in dolio commorans, vasculum solum sibi retinuit vt biberet ex eodem. Cumq; ibidem quandam concava manu potum sibi haurientem conspexisset, vasculum suum abiciens, dixit: Si natura mihi de instrumento prouidit potã di, cur additamento artis vtor superfluo? Quum autem Alexander Rex cum ingenti exercitu venisset ad eum, atq; dixisset: Pete à me quod vis, ait Diogenes: Precor vt hinc discedas, & me solis luce perfundi ac consideratione naturæ permittas fungi.

Diogenes.

Pythagoras.

Insuper Pythagoras inter Græcorum Philosophos claros, Memphyticos adijt vates, in solo cupiens instrui peregrino, quem prægrandi discipulorum cetera decorauit tellus natiua. Prometheus demùm Philosophus, vt considerationibus rerum plenius posset vacare, in monte fedit Caucafo expositus vulturi. Nam quia sciebat verum hominis bonum non in æstimatione hominum, sed in sincera conscientia esse absconditum, nec eos iam homines esse, qui rebus transitorijs inherentes, bonum suum non querunt finale: ideo quantum differret à talibus, loci monstrauit distantia. Amor quippe sapientiæ, etiam corpore marcescente, suum non deserit amatorem. Senectus nanque illorum, qui adolescentiam suam honestis actibus instruxerunt, ætate fit doctior, atq; ad proficiendum ac addiscendum feruentior. Idcirco Themistocles vir sapiens Græciæ, dũ centum & septem annis vixisset, seq; mox cereret moriturum: Doleo, inquit, quod nũc de vita egredior, quandò scire & sapere ceppi. Refert itẽ Valerius, quod Carneades laboriosus ac diuturnus sapientiæ miles, nonagenarius iam existens, adhuc ita fuit Philosophiæ intentus, quod ad mæsam

Vide Hieronymum in Epistola ad Nepotianum.

Carneades.

residens ad descendum, manum obliuiscatur ad cibum porrigere. Multa his similia de gentilibus leguntur Philosophis & eorum discipulis: quantò magis Christiani scholares & eorum magistri indefesso proficiendi ardore lectioni ac studio meditationi que horum, que legerint siue audierint, assidue toto posse debent esse intenti, ac veterum studiorum dulcissimos metere fructus? Nempe vt asserit Hugo, Principium doctrinæ in lectione, consummatio in meditatione consistit: quam si quis familiaris amare didicerit, ei que frequenter vacare voluerit, vitam ducet valde iucundam, atque in aduersis consolationem sentiet maximam: meditatio enim à terrenorum actuum strepitu segregat mentem, & eam in vita hac futuræ beatitudinis facit prægustare dulcedinem. Ideo ait scriptura: Vir eruditus, animæ suæ suauis est. Aristoteles quoque in Ethicis contestatur: Vir contemplatiuus ac sapiens non querit extra se delectari, quoniam intra se plenus theorematibus est iucundis.

Quod scholares correptionem & correctionem debent patienter ac libenter suscipere, & de peruersitate discipulorum, corripere & castigari nolentium. Articulus VIII.



Superbia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam. Quemadmodum in libro sancti Iob legitur, & Seneca contestatur: In antiquis est sapientia & in multo tempore prudentia. Porro adolescentes ac pueros constat non esse prudentes, vt scribitur Ethicorum. Prudentia nanq; experientiam requirit & tempus. Denique, quo in pueris debilius vsus est rationis, & quantò in adolescentibus amplius crescit calor naturæ, animositas quoq; & ad peccandũ procliuitas, quò itidem in vtriusq; maior est inclinatio ad ludendum & iocandũ superflue & minus cõsiderant cur deputati sunt scholis, quanta sit dignitas sapientiæ atq; scientiæ, quàm damnable ac damnosum sit tempus frequentationis negligenter & instructuose expendere, quàm nociua sit ignorantia, quàm saluberrima sit doctrina, quàm enorme sit bona parentum ac laborum eorum vitiose consumere: & quò minus ista considerant ac aduertunt, eò plus necessarium eis est, vt per comminationes, exhortationes, terrores & pœnas, per disciplinas flagella & virgas, ad studium ac profectum inducantur ac compellantur: à vanitatibus,

Med. an.

pro. 22. Iob. 12.

Pro. 19. 15.

trufis,

trufis, euagationibus, loquacitatibus, immorigerationibus, negligentijs, prauis libertatibus ac cæteris vitijs retrahantur & compescantur. Hinc correptio & correctio, salubris & optima est medicina, beneficium grã de, bonum præcipuum, elemosyna spiritalis, medium virtutis, via salutis, introductio sapientiæ, causa scientiæ, scholaribus ac discipulis potissimè vtilis, necessaria & salubris. Idcirco diuina scriptura, præsertim in libris sapientialibus, correptionem istam verborum, correctionemq; verberum præcipue laudat & eminenter commendat: eos quoq; qui ipsos gratæ ac paciẽter suscipiunt, valde beatificat & extollit: eos verò qui remurmurant ac resistunt, nominat arrogantes, rebelles, incios, reprobos & ingratos, deiperationiq; proximos. Hinc equidẽ in Prouerbis sapientissimus loquitur Salomon: Qui diligit disciplinã, diligit scientiã: qui autẽ odit increpationes, insipiens est. Egestas & ignominia ei, qui deserit disciplinam: qui autem acquiescit argenti, glorificabitur: & denuò: Qui abijcit disciplinã, despiciet animam suam: qui verò acquiescit increpationibus, possessore est cordis. Noli subtrahere à puero disciplinam. Tu virga percutis eum, & animam eius de inferno liberabis. Rursus quoq; ibidẽ: Melior est (inquit) manifesta correptio, quàm amor absconditus. Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta odientis oscula. Et qui corripientẽ dura ceruice contemnit, ei repẽtinus superueniet interitus. Hinc etiam in Sapientiæ libro fertur: Sapientiam & disciplinã qui abijcit, infelix est. Vnde in ecclesiastico legitur: Quàm bonũ est arguere quàm irasci, quàm bonum est correptum ostendere penitentiam. Sic enim effugiet peccatum. Qui odit correptionem, vestigiũ est peccatoris. Ecce quantum bonum est disciplina, quàm bonum signum est eam libenter sufferre, quanta bona ex correctione & correptione nascuntur, quanta vitia & tormenta ex repulsiõne increpationis castigatiõnisq; oriuntur. Vnde & Salomon est locutus: Virga atq; correptio tribuit sapientiam. Hinc iterum contestatur: Argue sapientẽ, & diliget te. Non amat pestilens eum qui se corripit. Qui autẽ increpationes odit, morietur. Talis etenim moritur in præsentĩ morte culpæ, deinde post hanc vitam morte miseriæ æternæ. Itaque correptionem odire, correctionem nõ sustinere, magistris resistere, ex insipientia venit, ex iniustitia atq; superbia. Ex insipientia: quia non perpenditur quantum bonum sit & salubre, corripere & castigari, neq; pen-

Pro. 13. 17.

Pro. 13. 17.

Pro. 13. 17.

Pro. 13. 17.

Pro. 13. 17.

Hebr. 12.

Eccl. 12.

Eccl. 12.

Pro. 19. 15.

satur quòd ex charitate & zelo iustitiæ infliguntur. Ex iniustitia, quia dedignatur discipulus pro sua culpa disciplinari, cum tamen ex iure diuino & naturali culpæ debeat pœna. Ex arrogancia atq; duritia, qua quis extollit seipsum & despiciet suum magistrũ, nec subijci, flecti & humiliari dignatur sub ipso. Qui in adulescentia & frequentatione talis est, adhuc constitutus sub virga magistrũ, qualis fiet in ætate maiori, redditus libertatẽ nõne in docilis, indomitus, irrefrenatus, tumidus, induratus, nisi gratia succurrat Altissimi? In tali solet impleri illud Ecclesiastici: Qui odit correptionẽ, minuitur vita. Minuitur equidem triplici vita, vtputã vita naturæ, vita gratiæ, vitaque gloriæ. Insuper, talis scholaris scandalosus & periculosus est alijs, quando suis exemplijs prauissimis ad consimilia suos concitat conscholares, sicut & vna morbida otis inficit alias, vt Origenes plenius tangit. Nec absurdè comparandus est oui & agno, qui sub baculo sui pastoris obedienter pergit ac mansuetè, & quo virgam tetenderit pastor, illuc mox graditur ac procedit pacificè. Sic planè discipulus sub directione, disciplina ac iussione sui Rectoris debet proficisci, conuersari, studere, cum tertio Ethicorum dicat Philosophus: Desiderium pueri oportet esse secundum præceptum Doctoris, Qui ergo tam rebellis & contumax est, à cæterorum societate scholarium, nisi piè admonitus & correptus respiciat, est repellendus, ne noceat multis, cum & in suis Prouerbis Seneca fassus sit: Valdè iniquum & periculosum est publicum vitium. Veruntamen correptionem & correctionem Rector scholarium ex charitate & zelo iniustitiæ cum discretionẽ, non ex crudelitate, iracundia aut impetu passionis inferre debet aut exercere: nec puerorum pœnas immoderatas nec iniustas, facere debet suas delicias: aliter enim se habendo, valde peccaret: & tamen dato quòd ageret hoc, non tamen scholarium est insurgere contra magistrum, cum super eũ iurisdictione nulla fungatur, nec eius constituti sint iudices: sed prouidendum tunc esset per alium modum.

Eccl. 12.

Origenes.

Seneca.

Discipulis nullo modo licere resistere inceptoribus.

De insipientia parentum, qui filios suos debetẽ corrigi nolunt à suis magistris. Articulus IX.



N disciplina perseverate. Quis enim filiũ, quẽ nõ corripit pater: quòd si extra disciplinã estis, ergo adulteri (i. reprobi) & nõ filij estis.

Hebr. 12.

estis. Ex introductis elucescit, correptione correptionemque discipulorum ac puero-
rorum, actum est multarum virtutum, vide licet charitatis, iustitiæ, pietatis atq; prudentiæ: & rursus ostensum est, quàm grande bonum, quàm necessarium donum, quàm salubris ac utilis medicina sit disciplina. Ex quibus evidenti-
sime innotescit, quàm longè sint à vero ac spiritali sobolis sue amore, à sapientia salutaris, à zelo iustitiæ, à pietate non falsa parentes seu potiùs preemtores, qui prolem suam nec debite instruunt & castigant, nec à magistris debite corrigi acquiescunt, immo potiùs indignantur aut comminantur magistris. O quanta est horum stultitia, quorum corda sensuali sobolis sue cæcata amore, atq; luce ac radio sapientiæ defluta, non pensant quàm utilis, necessaria ac salubris sit pueris correptio seriosa & freuens, correptio quoq; assidua & coercens: quanta in super mala ex incorreptione, indomatione, audacia & negligentiâ scholarium oriatur. Hinc vita cuncta talium puero-
rum in suos redundant insipientes parentes. Deniq; totum istud ex scripturis ac Philosophorum doctrinis copiose ac clarè probatur. Siquidem in Prouerbis Salomon protestatur: Qui parci-
vitæ, odit filium suum: qui autem diligit illum, instanter erudit. Et iterum scriptum est: Qui amat filium suum, assidua illi flagella: quod quàm necessarium ac salubre sit, constat ex verbis Salomonis præcedente articulo allegatis: quoniam vt commemoratū est ibi: Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam: per quam item correptionem puer à vitij multis & ab inferno liberatur & præferuatur atq; retrahitur. Timor etenim pœnæ retrahit à peccatis, potissimè imperfectos & pueros, quos nec virtus nec sapientia cõpescit à malis, nec ad bona inducit ipso boni amore. Hinc quoq; in Ecclesiastico scriptum est: Non des filio potestatem in iuuentute, sed curua ceruicem eius, & tunde latera eius, dū iuuenis est. Quod quàm fructuosum sit, tangitur ibi his verbis: Qui docet filium suum, laudabitur in illo, & in medio domesticorum & amicorum gloriabitur. Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus, similem enim sibi reliquit post se. Prætereà, istud parètib; iussit Apostolus: Educate (inquiens) filios vestros in disciplina & correptione domini. Amplius, octauo Ethicorum testatur Philosophus, quod parens proli impendit nutrimentum & disciplinā. Si igitur scholaris à magistro correctus con-
queratur parentibus, de sua impatientia,

parētes, filios suos corrigere aut corrigi nolētes, preemtores esse potiùs quàm parentes.

Prover. 13. eccle. 30.

Prover. 23.

eccle. 30.

Ibidem.

Ephe. 6.

murmuratione & querimonia mox à parentibus increpetur: & dato quod plus iuste sit à magistro percussus, parentes tamen non debent applaudere puero conquerenti, ne dent ei audaciam resistendi, sed potiùs seorsum hortari magistrum, vt temperet disciplinam. Porro, si in vrbe sint duæ scholæ, non permittat parens filium suum propter correptionem ab vna ad aliam se transferre, ne in sua praua libertate & incorrigibilitate vllatenus foueatur, nisi forsitan (quod absit) Rector vnus scholæ, disciplinæ rigorem renueret moderari. Postremò, in euentu huiusmodi cõmendabile videtur, si scholarum illarum rectores inter se prudētis concordet & cõfederentur in hoc, vt vnusquisq; illorum scholarem, taliter ad se propter correptionem confugientem, sic tractet & corrigat, quod cesset talis discursio atque euasio disciplinæ. Itaque de his sunt instruendi parētes seorsum, aut certè (si opus sit) publicè in ambone in generali, immo & in confessione sacramentali.

Quàm necessaria sit discipulis humilitas. Articulus X.



BI fuerit humilitas, ibi & sapientia: vbi verò superbia, ibi & cõtumelia. Iam patuit paulò antè, quod discipulorum rebellio contra magistros ex timore solet oriri elationis. Idcirco vt scholares sint obedientes ac dociles, summè requiritur, vt humiles tractabilesq; consistant, & de hoc à magistris temperatiue, vigilanter & assidue sunt docendi, vt neq; de nobilitate, neq; de potentia, opulentia, ætate, ingenio, scientia aut alia quauis ra dice extollant se, immo potiùs imperfectionem suam in cunctis considerent: diligenter quoque aduertant, quàm enorme vitij extet superbia, quæ totius perditionis est causa, omnium vitiorum regina, cæterarum culparum origo, & innumerabilium scelerum radix: quæ est & maxima obscuratio mentis, ab omni adeptione gratiæ ac salutis totaliter impeditiua, à profectu quoque scholastico præcipue retractiua. Oportet ergo imprimis, vt discipulus suo se subdat magistro humiliter, eique dogmata suscipiat reuerenter ac timeat ipsum: sicque copiosius atque celerius erit proficiens. Quæadmodum enim stillicidia imbrium à verticibus montium ad cõcaua defluunt vallium, & quod valles balfiores, eò vndæ gurgitum exuberantius descendunt & colliguntur in ipsis: ita omninò quod mentes scholarium fuerint humi-

Prover. 13.

Superbia est vitiorum in nimium regina.

humiliores, eò riuus scientiæ ex ore manantes magistri, abundantius descendunt, recipiuntur ac colligentur in ipsis. Ideo ait Hugo: Principium doctrinæ humilitas est, ad quam inter cætera pertinet, vt studens nullam scientiã vilem reputet: deinde, vt à nullo discere erubescat. multos hoc fallit, quod ante tempus docti volunt videri: vnde in quendam elationis prorumpunt tumorem, incipiuntque simulare quod non sunt, atq; quod sunt, erubescunt celantque, & inquirere ac discere à doctioribus quibuscunque aut verecundantur, aut dedignantur. Porro prudens illud quod nescit, à quocunq; audit ac discit libenter: nec quantum sciat, sed quantum ignoret, considerat. nullus est cui datum sit omnia scire: nec rursus est aliquis, qui non aliquid speciale sortitus sit à natura. Hinc bonus discipulus, humilis esse debet ac mansuetus, à curis inanibus ac voluptatum illecebris penitus alienus, diligens ac sedulus, ac nunquam de scientia sua præsumens, præsertim quum Plato quoque testetur: Ea quæ scimus, minima sunt, comparatione istorum quæ ignoramus. Et denuò: Malo, inquit, ab alijs humiliter discere, quàm mea impudenter ingerere. De hoc Cyrillus in suis Prouerbis hanc ponit parabolam: Gallus ex intelligentia sua, qua temporum horas discernit, tumidus, ascendens in arboris excelsum ramum, cantat. Quo audito, vulpes accurrens: Aue, inquit, mi frater: Cur taliter cecinisti? At Gallus: Nimirum, ait, intelligentia supernæ dispositionis dotatus: eam quum sensero, mox sine inuidia cantando omnibus pando. Tunc callida vulpes subridens, adiunxit: Tu scientia plenus es, quoniam hæc est dominorum sublimium potentiumque disciplina. Tunc gallus plus intumescens, rursus cantauit: sed & protinus vulpes saltauit. Ad quam gallus: Quare saltasti? Et illa: Quoniam tu Philosophus exultasti. Nam & gaudere cum gaudentibus licet. Moxque vulpes rete dolositatis suæ gallo expandens: Gaudeo, inquit, mi frater, quia & nobis brutis fons sapientiæ Deus, intelligentiæ munus concessit, sed & excellentiæ scientiæ tuæ congratulor. O galle, tu gloria nostra, tu bestiarum lætitia. Te quæso porrige, si dignaris, vt osculer mirum intelligentiæ tuæ caput. At ille dolosa adulatione mollitus, caput porrexit: quod vulpes famelica stringens, miserum traxit deorsum, & ait: Galle galle, vbi est sapientia tua? concepisti superbiam, & in ea perdidisti prudentiam, atque pro nihilo vitam tuam dedisti. Cui gallus: Quid gloriaris in malitia? Re-

Hugo.

Plato.

multo riuus de gallo ex vulpe subdit.

Rom. 12.

Psalm.

spondit illa: Non est malitia humiliare superbiam, sed ars vera: Non cõsiderasti quod proprius sinus sapientiæ humilitas sit? Quid sciisti, qui te ignorasti? aut si te nouisti, cur superbisti pulvis & cinis? Nulla profectò maior dementia est, quàm per inflationem scientiæ sapientiam perdere. Quibus prolatis, prædam vulpes vorauit.

Quod magnum Dei donum sit, esse ingeniosum. Articulus XI.



Ver eram ingeniosus, & fortitius sapiens. Quemadmodum quarto de Ciuitate Dei asserit Augustinus: Felicitatis est, Ingeniosum nasci ingeniosum: & denuò: Magna, inquit, in præsentia vita felicitas quædam est, vigere acumine intellectus, faciliter intelligere, & intellecta renaciter retinere, Hinc Hugo: Qui doctrinæ, ait, dant operam, ingenio atque memoria congruit eos pollere. Ingenium capit & inuenit, memoria custodit & seruat. Denique, cum iuxta præhabita tam præclara & eminentis dignitas sit scientiæ, sapientiæ ac prudentiæ, in quibus & felicitas hominis collocatur, quarum per ingenium capax est homo, palam, quod inter dona naturæ magna sit ingenij subtilitas & acumen. Denique, ingeniosi communiter sunt bonæ indolis & ad virtutes benè dispositi. Veruntamen sicut corporis pulchritudo & eloquentia multis sunt maioris mali occasio, arrogantia, vanæque gloriæ, vanitatis ac carnalitatatis origo: ita acumen ingenij aliquos inflat, præsumptionis, iactantiæ, audaciæ parens est, ac multorum radix facinorum. Hinc ingeniosi nequaquam extollant se, nec alios aspernentur, sed Deo sint grati, timorati ac humiles, ac suo ingenio benè vtētes, sicque de concessio sibi talento glorificent Creatore: eis quoque, qui tardioris sunt intellectus, libenter hoc ipsum quod sciunt, communicent: alioqui cæteris fient vitiosiores, & grauiorem incurere damnationem merebuntur. Porro, vt testatur Gregorius: Talentum à Deo concessum, in terra abscondere, est acceptum ingenium terrenis actibus implicare, lucrum spiritale nõ querere, id est, profectui scientiæ ac virtutum efficaciter non studere. Damnablem verò ingenio abutuntur, qui carnalibus vitij dant consensum, & vanitatibus resoluuntur. Talibus incomparabiliter meliores consistunt, qui mediocri seu pusillo dotati ingenio, Creatori suo sunt grati, & ad proficiendum laboriosè intenti: qui (vt asserit

Augustinus.

Hugo.

Gregorius.

Augustinus

Augustinus) ad veritatis notitiam interdū pertinunt celerius, quā ingeniosi Deo ingrati.

Quam vitanda sit scholaribus gula.
Articulus XII.

Prout. 4.



Vi amat vinum & pingua, non erit sapiens, neq; ditabitur. Quāto adolescentia ac pueritia ad mala sunt proniores, ac vsu ratiōis à lumine intellectus minū vigentes, tantō plūs abstrahenda sunt eis hęc, quę non solū in adolescentibus & indoctis, sed in viris quoq; peritis intellectum precipuē obruūt, discretione impediunt, rationem eneruant, ac vitia gignūt quā plurima. Porro, horum vnū non mediocriter magnum est gula, ex qua multa ac grandia oriuntur peccata. Delicatē quoque nutritum, & vino aut sicca exhilaratum, magis delectat fabulari, ludere & iocari, aut certē dormire & torpori otioq; vacare, quā studere & legere. Ratio itē fomentis carnis oblectamentisq; sensuū deorsum sic premitur, debilitatur, & à suis acibus impeditur, quōd plena intentione totisq; viribus considerationi, lectioni & aduertentię doctrinarum nequit vacare. Vtilius ergo censetur, vt scholares sæpius vescantur ac sobriē, quā rariū & gulose. Repletio ergo, præsertim ebrietas, vehementer abhorrenda ac fugiēda est eis. Quemadmodum nanq; Augustino testante, Sobrietas est mentis ac corporis omniumq; membrorum custodia & tutela, pudicitię conseruatio & castitatis munimen, pudoris amica, pacis ac amicitię conseruatiua, honestati semper coniuncta, omniumq; vitiorum fugatrix, temeritatem deuittans, pericula multa declinans, rationem illuminans, & corpus benē dispositum reddens, vitā prolongans, & ad regendum alios aptans: sic econuerso gula, ebrietas, intemperātia est obscuratio cordis, corruptio corporis, ineptitudo membrorum, inuerecundię parens, impudicitię causa, incontinentię prouocatiua, cōtentionum & litium introductrix, temerariam causans audaciam, ad irrogandum conuitia prona, ad suisq; aliorum gubernationem penitus indisponens. Hęc caput cerebrumq; perturbat, re-ctum peruerit iudicium, & breuiter innumerabilia mala sequuntur ex ea. Tu igitur & scholaris, amore scientię, desiderio tui profectus, immo Dei intuitu & verę salutis affectu hęc vile ac brutale fuge peccatum. Cumq; tam præclaros effectus so-

Gulam maxime contrariū esse studiosis.

Sobrietatis laus ex Augu- stino.

Gula & ebri- etatis præco- nium.

brietas habeat, totq; defectus & excessus generet gula & inducat ebrietas, sobrietatem amplectere, gulam & ebrietatem iugiter fuge. Nemp vt sanctus fateor Gregorius: Dominante gulę vitio, quicquid homo fortiter egit, amittit: & dum venter non restringitur, cunctę virtutes pariter obruuntur, epulęq; communitè concomitantur voluptas. Cumq; corpus refectio- nis delectatione resoluitur, cor ad inane gaudium relaxatur. Hinc rectē differuit Seneca: Venti obedientes, brutorum numero computantur, non hominum. Denique constat, quōd ad libidinem totius perditionis voraginem concitet gula: & vt Salomon loquitur, Luxuriosa res vinum, & multuosa ebrietas: quicumque his delectatur, non erit sapiens. In sobrio corpore ratio viget: in ebrioso & vinolento, indiscretio, furor & immunditia regnant. Noli in adolescentia turpitudini assuescere carnalitatē, vitij brutalitatis, societati crapuloso- rum, cōmestationibus & potationibus im- mundorum. Si diligis castitatem, si virginitatem appetis custodire, gulam conculca, moderantiam cibi ac potus ingiere ama: & ita eris subtilior mēte & expeditior ratiōe: delectabit te studium, & ad omnem profectum magis idoneum erit cor tuum.

Quam uehementissimē odienda ac fugienda sit omni scolarum uilissima, turpissima ac summe nocua luxuria. Et articulus XIII.



ost concupiscentias tuas nō eas, & à voluptate tua auertere: si præstiteris animę tuę cōcupiscentias eius, faciente in gaudium inimicis tuis. Omnium Philosophorum atq; Theologorum concorditer clamant documenta, omnem mentis humanę profectum, omne rectę rationis iudicium, omne studium scientię ac virtutum per Venerea uehementissimē impediri. In Venereis turpitudine est maxima. Omnem honestatem præclaram, verecundiam puerilem, à multis vitij retrahentem, pudorem ingenitum prohibitatis, quietem, morum decorem, condecem timorem luxurię detestanda corrupit, innocentiam tollit, puritatem commaculat, corpus fœdat, animam aufert Deo, tradit Diabolo, sponsamq; Christi adulteram facit Diaboli, adolescentem efficit inquietum, bonę indolis iuuenem vertit in discolum. Hęc maledictissima pestis, hęc

Gregorius

Seneca

Salomon

Eccl. 18. uoluntas

Detestatio rerum Venerearum

Est Platoni ex Augustino

pestissima fera, hęc irrationabilissima bella cunctis iuuenibus ineffabiliter est nocua. Hęc insidiatur scholaribus, quatenus à synceritate dignissima studiorum, ab ornamento virtutum, à splendoribus scientiarum auerfi, vitij inuoluantur, foribus inquiruntur, & Christo ablati, Dæmonibus obsequantur. Hęc immansissima æmula castitatis, bonis moribus aduersatur: petulantiam, inquierudinem, improuidentiam parit: arrogantiam, inobedientiam, iracundiamq; inducit. Hęc gloriosissima atq; purissima Virgini, genitrici Altissimi Marię dulcissimę potissimē displicet, sicut & castitas ei permaximē placet. Venerea exhorrenda rationem prorsus absorbet, bestialem constituit, naturalia lādunt, gratuita tollunt, donis glorię spoliāt miserum, atque ad sempiterna Acherontis tormenta pertrahunt insensatum. O quā breuis est voluptatis obfcœnissimę morula, in qua infelix spurciatē feruus, immunditię perditionisq; filius, tot & tanta incurrit incommoda, sustinet damna, & nunquā finiēda meretur supplicia. Cur insensate, te ipsum ita uilificas, de honestas, spiritaliterq; occidis? Scito quōd sapientię splendor, virtutū synceritas, scientiarum profectus, conuersationis honestas, cum tanta fœditate, tamq; fœdè iniquitate simul nequeunt stare, nec pariter commemorari. Si diligis te in Deo, si sapientiam scientiamq; exquiris, si innumera- bilia atq; grauissima vitia euadere cupis, fordidissimam fuge luxuriam, ac eius præambula, amplexus, contractus, oscula, lasciuia consortia, fœminea blandimenta, secreta colloquia, familiaritates, munuscula fuge: sacratissimam, mundissimam, benignissimam Dei Matrem elige tibi in sponsam, in amicum & matrem. Hanc, cordialiter dilige, deuotē saluta, assiduē inuoca, ac vt ipsa dignetur esse tua protectrix, gratiamq; seruandę castitatis adorando lilio suo Deo incarnato obtineat tibi, te eius commenda custodię. Præterea inuere quid & præclarioris Philosophi de hac materia sint loquuti. Ecce admirabilis ille Philosophus Plato, qui (vt octauo de ciuitate Dei asserit Augustinus) ceteris Philosophis gentium longè ac latè præclarus est, & secundum eundem augustinum, vita & eloquentia aristotelem uicit: cuius etiam platonis sententię de rebus magnis, non faciliè perspicui possunt, vt præallegato libro differuit augustinus, quāquam absolute loquendo, Aristoteles summus uideatur fuisse Philosophus. Hic, inquam, Plato in Phædone testatur: Non est

Philosophi circa voluptates escarum ac potuum & Venerorum affici & versari, sed à corpore abstrahi, & circa animam occupari. A concupiscentijs discedere competit studiosis, quorum non est exteriora corporis querere ornamenta. Quoties anima allicitur à corpore in hęc uariabilia & carnalia, ipsa seducitur & turbatur. Præcepit autem author naturę animam dominari ac regere, corpus uerò subesse & regi. Porro dum anima per seipsam speculatur, illic defertur in syncera, immortalia ac diuina obiecta, Philosophantes concupiscentijs se non tradūt, à uoluptatibus abstinent, diuitias aspernantur, vt hinc emigrantes, in Deorum consortium transferantur. De hoc Platone in libro de Vita Philosophorum narratur, quōd dum pater eius adduceret eum ad urbem Atheniensem, vt ibi à Socrate famosissimo tunc Philosopho instrueretur, factus ipse Socrates in Ecclasi, uidit quasi cygnum pulcherrimum in suum gremium descendentem: deinde ex sinu suo tam altē uolantem in aëra, quōd ipsum attingere visu nequiuit. Ruerfus demum ad se, cogitauit attonitè, quid uisio illa portenderet: quo tali- ter cogitante, ecce pater Platonis cum puero Platone intrauit ad Socratem, offerens ei Platonem ad informandum. Quem Socrates diligentissimē intuens. Verè, inquit, iste est cygnus quem uidi in spiritu. Hic tam altē uolabit, quōd intelligi uix ualebit. Re- citat quoque Hieronymus de quodam adolefcente Atheniensis ualde formoso & opulento, sed ita lasciuo, quōd de sua gloria- batur immundissima uita. Cumq; quodam die pretiosis delibutus uinguentis & seruo roseo redimitus, transiret ante scholas studentium, & magnum quendam Philosophum, Xenocratem (ni fallor) nomine, audiret discipulis suis legentem, introijt, vt magistrum cum discipulis irrideret, tanquā qui seipsos delectationibus defraudarent præcipuis, laboribusq; conficerent uanis. Cumq; sic eos irrisisset, Philosophus ille uir multum moralis, patienterq; ferens turpissimum iuuenem, cepit cum omni modestia de dignitate uirtutum, de claritate sapientię, de castitatis fragrantia, de philosophica uita tam sublimiter disputare, quōd adolefcentis ille compunctus, seruum suum abiecit, ornamenta & uinguenta sua deposuit, seque cum alijs ad pedes collocauit Philosophi, & mansit eius discipulus. Denique, cum alius quidam libidinofus cuidam magno dixisset Philosopho, atq; vt puto, Pythagore, Mallè esse & cōuer-

Socrates

Hieronymus

Xenocrates

Pythagoras

fari inter puellas, quàm inter Philosophos, ille respondit: Nec mirum, quia & porci malunt volitari in cœno, quàm inter flores aut in fonte sereno. Si ergo gentiles philosophi sola naturali lege ac ratione edocti, Venerorum inquinamenta sic horruerunt, ac castitatem sic dilexerunt: quanto magis Christiani scholares, diuinæ legis præceptis instructi, scedissima vitare debent facinora, & castitatem amplecti? Deniq; de sancto Gregorio Nazianzeno refertur, quòd dum adhuc adolescens studeret Athenis, atque castissimè viueret, adstiterunt ei in visu noctis in somno quasi speciosissimæ duæ puellæ, vna à dextris, & alia à sinistris, eum amplecti ac deoſculari optantes: quas quum ille ingenti horrore repelleret à se, dixerunt: Cur nos ò bone adoleſcens tam indignanter repellis, cum simus tibi admodum charæ & familiaris? Nam vna nostrum Castitas, alia Sapientia appellatur. Quibus auditis, studens ille in amorem castitatis ac sapientiæ præſo lito vehementer accersit. Et tu ergo ò bonæ indolis puer, his excensus exemplis, sapientiam dilige, castitatem amplectere, Venerorum turpitudinem detestare. Præterea sanctus Cyrillus in suis refert Prouerbis: Furibundæ viperæ ad coitum properanti elephas castus obuians, dixit: Quò tendis cum impetu tanto? Et illa: Ad Veneræ suauitatis delicias. Cui compatiens elephas: Scio, inquit, ò foror, quòd furibunda luxuria oculis caret: ideo nequit intueri quòd ruit, quò cadit. Nonne ad occasum amantiſsimæ vitæ tendis, ad mortuum cruentæ libidinis properas? Quid nanque est coitus nisi delicioſa pernicitas, mors latens, venenositas blandiens, fallax effuſio vitæ perdens? In super libidinoso passeri castissima turtur dixit: cur te frater tam cæco ardore consumis? Quid est quòd effundis? nonne digestissima medulla, & admirabilis vitæ sentina, atque naturæ radicalis substantia? Nonne te ipsum consumis, debilitas ac vitam abbrevias? Postremò, alludit his quoque in Prouerbis Salomon, qui ait: Fauus deſtillans labia meretricis, nouissima autem illius amara sicut absinthium, & lingua eius quasi gladius acutus: pedes eius descendunt in mortem, & ad inferos gressus illius. Et rursus: Vide, ait, vecordem iuuenem: & ecce mulier occurrit illi ornata meretricio, præparata ad capiendas animas, statimque sequitur illam, quasi bos ductus ad victimam, ignorans quòd ad vincula stultus trahatur, donec transigat sagitta iecur eius: velut si quis festinet ad lacuum, & nescit quia de periculo animæ

Grego. Nazianzenus.

Fabula de uipera & elephante ex Cyrillo.

Fabula alia de passere & turtura.

Prouerb. 5.

Prouerb. 7.

suæ agitur. Nunc ergo fili mi, audi me, & ne decipiaris per illam.

Quòd discipuli magistris suis debent esse grati pro uiribus, & ipsos ex corde diligere, atq; honorem ipsis impendere.

Articulus XIII.



Anti mihi sapientiam dabo honorem. Iuxta Philosophi: Deo, parentibus & magistris non potest reddi æquiuales. Tanta quippe est dignitas & eminentia beneficiorum, quæ creatura à suo suscipit creatore, proles à parente, & discipulus à magistro, quòd creatura nil condignum potest Creatori rependere, nec proles parenti, nec discipulus magistro, qui à magistro informationem in scientijs atque virtutibus est sortitus: Hinc quoque sanctus asserit Augustinus: Si me posses instruere quòd ignoro, te libentissimè ferre deberem, non solum verbis me increpantem, sed & flagellis cædentem. Quauis ergo discipulus suo non queat magistro condignum facere recompensam, tamè pro posse debet beneficijs eius retribuere vicem, & ipsum semper diligere, à quo pro suis corrigitur culpis & à multis retrahitur uitijs, scientijs quoque, moribus à virtutibus informatur. Enormis igitur & valde damnabilis est discipulorum improbitas, ingratitude, peruersitas, qui contra magistros suos rancorem concipiunt, conspirant, insurgunt, indignantur, irascuntur ac obloquuntur, & pro tot tantisque bonis retribuant huiusmodi mala. Aeger eum fuerit curatus, diligit medicum à quo fuit secatus, adustus & scissus, & pœnas morti similes passus: quia perpendit quòd pœne illæ ad suam curationem à medico ordinabantur ac inferebantur. Ita discipulus debet attendere, quòd omnis correptio atq; correctio à magistris sibi inflitæ, ex charitate & equitate ac pietate ad suam emendationem ac instructionem sunt ordinatæ.

De his que ualent ad bene discendum.
Articulus XV.



Sapientiam amari & exquisitè à iuuentute mea, & quæſitè eam mihi sponſam assumere, & amator factus sum forme (id est, pulchritudinis) eius. Desiderium cordis, & quasi quædam eius apertio ac hiatus ad suscipiendum in se rem affectatam: quemadmodum cernimus aures quasdam ex ingenti fame appetitæ; cibi hiare. Hinc desiderium paupè efficit

Altere discendum ualent multa.

efficit mentem, atque celerius susceptiuam rei amatæ. Primum igitur ualés ad bene discendum, est uehemens desiderium acquirèdi scientiam & proficiendi in ea. Non igitur lento pede, non pigra mente, non animo fastidiente, sed affectuoso ac feruido corde ad discendum scientiam, ad obtinendam sapientiam propera & accede: Alioqui eam parvipendendo, indignus es eam suscipere. Nempe ut Seneca fateatur: Magna pars sapientiæ ac virtutum est, uelle esse sapientem ac uirtuosum. Quod de uelle imperitioso, intèſo & efficacis, quod (dum adest facultas) in actum progreditur, non de uelle optatiuo ac remisso est intelligendum. Secundum ualens ad bene discendum, est diligens aduerterentia & constans assiduitas lectiois ac studij. De hac iam dictum est plenius. De hoc quoque diffusè scribit Boethius & de filio inconstantia: Quid, inquit, constantia lucidius? quid inconstantia nequius? Constantia parit scientiam & profectum, & procedit crescendo in ipsis, ac colligit spiritualè thesaurum opulentiamq; internam: inconstantia uerò dissoluit, retrocedit, dispergit. Oportet enim & opus bonum inchoatum continuare agilliter: & in hoc necessè est ut adoleſcentes scholares se frangant, quia ex naturali dispositione sunt inconstantes, & in affectibus suis instabiles. Propter quod in Prouerbis Salomon protestatur: Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: Via aquilæ in cœlo, via colubri super terram, via nauis in medio maris, & via uiri in adoleſcentia sua. Hæc autem constantia signum est sapientiæ, inconstantia uerò stultitiæ signum est. Propter quod in Ecclesiastico dicitur: Homo sanctus in sapientia manet ut sol, stultus autem mutatur ut luna. Et rursus: Non uentiles te in omnem uentum. Esto firmus in uia Dei & in ueritate sensus tui. Tertium conferens ad bene discendum, est puritas mentis & conseruatio uirtuosa. Virtus nanque & sapientia & scientia, instar pretiosissimi atque purissimi balsami recipiunt, & collocari in pretioso ac mundo subiecto. Nam teste Philosopho, subiectum non est contingens, sed actus actiuorum in prædispositis sicut ac recipiuntur subiectis. De hoc quoque iam supra allegata sunt multa. Quartum est associatio & cohabitatio sodalium bonorum ac studioſorum collatio, interrogatio, disputatio acque instructio talium mutua. Talis nanque exercitatio plurimum ualet. Acuit enim ingenium: & quòd unus non inuenit nec inuenit neque considerat, hoc inuenit, noscit & considerat alter.

Seneca.

Boethius.

Proverb. 30.

Ecl. 27.

Ecl. 5.

III.

Vnusquisque equidem proprium donum habet à Domino: & plùs, immo & acutiùs, uident oculi plures, quàm vnus. Non ergo erubescas ignorantiam tuam alteri propalare: sed quòd ignoras, à doctioribus humiliter ac instanter festina interrogare. Quintum est, totum suum studium ac profectum ad debitum finem (hoc est, ad Dei honorè gloriæque) referre, & ad ueram sui ipsius salutem: quia sic totum est Deo complacitum, & meretur gratiosum eius auxilium. Sextum est affectuosa ad Deum fusa oratio, ut ipse quotidie confortare & illustrare mentem dignetur. Vnde scriptum est: Inuocauit, & venit in me spiritus sapientiæ. Nempe cum omnis sapientia à Domino Deo sit, ipsum quotidie inuocare pro condigno profectu scientiæ ac uirtutum oportet. Propter quòd Iacobus ait Apostolus: Si quis indiget sapientia, postulet à Deo & dabitur ei. Nilominus in omni bono facere debet homo quòd in se est, hoc est, diligentiam quantum potest adhibere. Hinc ait & Plato in primo Timæi: Omnibus mos est & quasi quædam religio, inuocare in primis Deitatem ad auxiliandum. O quantum placet Omnipotentis supergloriosæque Deo talis studioſorum puerorum oratio: ideo eam libenter ac copiose exaudit. Quotidie ergo ò bone scholaris, ab oratione incipiat studium tuum, sicut & scriptum est: Primò quaerite regnum Dei. Sunt quoque & alia multa ad bene discendum ac proficiendum ualentia, ut potè recolectio cordis, castitas, humilitas, ingeniositas, copia correctioque librorum, diligentia idoneitasque Magistri, disciplina, coërcitio, timor Reſtoris, de quibus prædictum est, aut deinceps dicetur.

Qualis debeat esse Rector ac Magister scholarum, ac studio literario incumbentium. Articulus XVI.



Non est discipulus super magistrum. Perſectus autem erit, si sit sicut magister eius. Si in Euangelio ista autoritas ad literam exponatur solum, & in particulari de Christo & eius quocunq; discipulo, dubitationem non habet nec difficultatem: porro si generaliter accipiatur de quocunq; magistro & eius discipulo, uidetur multiplicem pati instantiam, cum nonnulli discipuli sint suis magistris non solum nobiliores, potentiores, uirtuosiores, ingeniosiores, sed etiam doctiores, aut absolutè, aut saltem in parte. Noui discipulum, qui decimotertio ætatis

1. Corinth. 7.

V.

VI.

Sapient. Eccles. 5.

Iacob. 1.

Plato.

Math. 6.

Luc. 6.

suæ

suæ anno congruus fuit, habuitque magistrum, optimum instructorem, & elegatam Grammaticum, cui in regimine successit novellus magister in artibus: qui pro eo quod discipulis pronuntiare debuerat,

Non spuit ille procul, qui barbaram conspuit ipse: Sic legit,

Non spernit ille procul, qui barbaram conspernit ipse.

Quo audito, discipulus ille imperitiam mox aduertit magistri, non tamen hanc alijs propalauit, sed paulò post ad scholas se trātulit meliores. Præterea, si vrgetur discipulus aliquis maior esse suo magistro, non tamen posse saluari, quòd discipulus quilibet sit perfectus, vt sit sicut magister ipsius, quòd admodum nec præacti illius magistri extitissent discipuli verè perfecti, si fuissent sicut magister, id est, tam eruditi sicut magister eorum, qui hebes fuit atque incongruus. Itaque in præallegata autoritate loquitur Christus, Veritas ac Sapientia Dei Patris, de veri nominis magistro, qui non solum gradu aut officio, sed idoneitate quoque ac sufficientia condignè appellatur magister. Denique de discipulo & magistro loquendo formaliter, palam est, quòd discipulus, in quantum discipulus, non sit suo maior magistro, vt clerici. Nam vt ait Philosophus. In omni genere primum debet esse potissimè atque mensura ac regula quædam posteriorum in genere suo, ita quòd quanto plùs appropinquant posteriora huiusmodi primo, tantò in genere illo perfectiora consistant: quemadmodum in genere corporum lucidorum, sol est maximè lucidus in genere calidorum, ignis potissimè calidus perhibetur. Magister ergo in sua facultate debet esse perfectus: & qui regimen assumit scholarium, tantæ debet esse eminentiæ ac virtutis, tantæ scientiæ & moralitatis, vt ad sui executionem officij verè existat idoneus. Enimuerò vt sacratissimus & diuinissimus ac theologissimus docet Dionysius in pluribus locis, eum qui alijs in quocunque ordine, magistratu, præsentia aut prælatione præficatur, oportet esse ita perfectum, vt de plenitudine & exuberantia suæ perfectionis in inferioribus queat cõmunicare, influere, compartiri, ipsoque valeat, prout suum concernit officium, purgare, illuminare, & aliquo modo perficere. Hinc innotebat, quàm fundatum, literatum, probum, virtuosum, & exemplarem oporteat esse magistrum scholarium, vt verè sit efficax, potes ac pròptus suos educere, educere, & confouere discipulos in scientijs atque virtutibus, in

Præfectus scholariorum qualis debet esse.

S. Dionysius.

disciplinis & moribus, portare infirmos, hortari pusillos, erigere lapsos, humiliare superbos, diligentes ac proficientes ad constantiam ac profectum accendere. Absit igitur à magistro omnis incontinentia, omnis morum improbitas, omnis relaxatio animi. Etenim Seneca constante, Nil plùs obest discipulis, nil sic nocet scholaribus, vt reprehensibilis vita magistri. Rursus in suis fatetur prouerbijs: Omnis doctor in ratione vitæ peccans, turpior est ob hoc, quòd in officio, cuius magister esse vult, labitur. Itemq; Perturpe est, inquit, quod obijcitur alteri, in obijciente cognosci. Amplius de hac ipsa materia diffusè scribit Magnus Boethius in tractatu de disciplina scholarium: Nulla, inquit, res est magis pernitiõsa discipulo, quàm vita magistri contumeliosa. Quòd admodum enim sæpissimè cernimus infusos fetido vase liquores confundi & inquinari ex vase tali, quia vas fetidum infusus sibi aquas corrumpit: ita scientia ex vitiosa magistri vita corrumpitur ac vilescit. Hinc oportet vt in omni morum honestate polleat clarè ipse magister, & in sermone sit verax, in iudicio iustus, in consilio prouidus, in commisso fidelis, constans in vultu, pius in affatu, virtutibus quoque insignis, & bonitate laudabilis. Hæc Boethius.

Consideratio multiplex, qua elucescit, quàm diligens, exemplaris, studio sus ac iustus debeat esse scholarium Reçtor. Articulus XVII.

Vi sibi nequam est, cui bonus erit? Sicut communiter dicitur, charitas incipit à seipsa, hoc est, à proprio suo subiecto. Nam & ordo charitatis cadit sub præcepto: ita quòd vnusquisque primò omnium tenetur maximè, immo & incomparabiliter, toto corde diligere Deum excelsum & gloriosum, purè, essentialiter ac incircumscriptibiliter bonum atque amabilem, deinde seipsum, ac tertio eos, qui sibi magis coniuncti sunt, prout de hoc diffusius tractat Augustinus in libro de doctrina Christiana, Ambrosius libro de Officijs, Thomas in Secunda secundæ, alijsque Doctores communiter super tertium Sententiarum conscribunt. Immo Saluator noster dixit: Quod proficit homo si lucretur vniuersum mundum, seipsum autem perdat & detrimentum sui faciat? Hinc Reçtor ita tenetur discipulos in scientijs, moribus ac virtutibus informare, à malis liberare, pro culpis negligentijsque ipsorum corripere atque corrigere,

Mat. 16. Marc. 8. Luc. 9.

vt ca.

Luc. 11.

vt tamè in primis doceat, dirigat, reformet, emendet, diiudicet & castiget seipsum. Aliàs poterit ei obijci illud Apostoli: Qui alium doces, teipsum non doces? Præterea, iuxta sanctorum Ambrosij Chrysostomi que doctrinam: Indignus est alios iudicare ac punire, qui in eisdem aut maioribus est peccatis: Idcirco qui pro paruis culpis corripit alios & castigat, summopere fatagat, ne grauioribus vitijs inueniatur obnoxius. Insuper, quòd studiositas, sapientia, exemplarisq; vita magistri pluribus extat proficua, quò item negligentia, & scandalositas eius pluribus est nociua, eò seruatiùs & incessabiliùs debet omne suum debitum adimplere, immo & superabundare, etiam dato quòd antè non fuerit vitæ bonæ, dum sua peccata sibi duntaxat aut paucioribus solebant obesse. Cumque iuxta præhabita morigeratio, doctrinatio, & habitatio virtuosas, quum sibi imbiberint ac cordibus suis impresserint discipuli adhuc adolecentuli, solet eis per vniuersum vitæ eorum tempus residuum prodesse ac deseruire, immo frequenter & alijs multis, quibus postea præsumunt in ciuili aut spiritali æconomicoque regimine, saluberrimum decentissimumque censetur, vt omnem sibi possibilem impendat diligentiam & conatum ad verè idoneam & virtuosam discipulorum instructionem. Quod si pegerit, erit sine dubio particeps cunctorum bonorum, quæ per suos ex sua instructione sicut discipulos. Porro si (quod absit) desidiosus, remissus, negligens, insufficientis fuerit, constat quòd omnia mala ex sua huiusmodi culpa prouenientia, redundabunt in ipsum. Itaque iuxta boni documenta Boethij, Reçtor tenetur consistere eruditus, mitis, rigidus, non negligens, nec superbus. Sit inquam, mansuetus, quoniam discipulorum elationem interdum ferre oportet ad tempus, & ipsos pia ac rationabili, exhortatione & eruditione ad meliora inducere, sicque sapientia, pietate, discretionem, charitate ac mansuetudine sua superare ac flectere illorum duritiam. Veruntamen sicut præactum est supra, nisi respiciant, sunt abscondendi: immo tunc rigidus sit, quoniam in scholarium directione commodissimum est vti rigore. Antiquus sit etiam, & si non annis, prudentia tamen ac moribus, quòd si vtrumque affuerit, melior erit conditio. Nequaquam demum sit negligens. Quemadmodum nanque in omni opere mater atque origo profectus incrementi, inuenitur cõstantia, sic vniuersæ doctrinæ ac disciplinæ tinea & nouerca negli-

Boethius

gentia est. Denique, opportunius esset mechanicæ arti seruire, quàm negligentia iugo subijci aut parere. Neque sit arrogans, quoniam viuax pauperum scintilla extinguitur (id est, diligens lux ingenij pusillorum discipulorum opprimitur & suffocatur) arrogantia magistrorum, à quibus paruipenduntur, non curantur, nec pie tractantur. Voluntas quoque discendi (id est, desiderium proficiendi) diuitibus sequestratur, id est, à diuoribus discipulis remouetur. Nam tales discipuli econuerso indignantur, ac contumaces spernunt magistros, scientiamque ipsorum propter adiutam vilipendunt superbiam. Tales inflati seu potius infatuati magistri, hoc ipsum quod nolunt, humiliter docere contemnant: altis & intricatis vruntur sermonibus, vt scientes putentur, suam gloriam & honorem, sua emolumenta ac lucra quærentes & intendentes magis vtrique, quàm profectum scholarium. Tales forinsecus se exornant, culti sunt vestibus, curiosè incedunt, ac instar Scribarum & Phariseorum Iudaicæ plebis amant salutationes in foro, primos in cena recubitus, & vocari ab hominibus Rabbi. Qui nisi à talibus respiciant, tanquam inutiles & inanes de suo sunt ministerio deponendi, & à suis stationibus expellendi, vt succedant pro ipsis Reçtores idonei, humiles, exemplares ac virtuosos.

Mat. 23. Luc. 11.

Qualiter Reçtor debeat pueros informare. Articulus XVIII.

Acti sumus paruuli in medio vestri, tanquam si nutrix foueat filios suos, sic volebamus tradere vobis doctrinam. Iuxta Philosophos: Causa prima vnicuique influit secundum suam capacitatem, dispositionem, dignitatem seu meritum. Proportionabiliter sapiens Reçtor ac discretus magister discipulos debet instruere, prout apti sunt capere: quibus loqui debet tractim, distinctè, aperte ac planè: ad intelligendum obscura elucidare, difficiliora plenius declarare, affectuose serioseque loqui, & ipsos ad diligentissimam aduertentiam frequenter ac feruè exhortari: immo dum conuenit & oportet, etiam in materna lingua ipsis depromere sensum, per exempla quoque & similitudines aptas. Insuper, de omnibus supra dictis, videlicet quatum ad proficiendum valeat vita pura, casta ac innocens, obedientia, docilitas, humilitas, diligentia, stabilitas, bona societas: quanta sit dignitas scientiæ

ac viæ.

ac virtutum, quanta quotidiani profectus utilitas, quam grande ac necessarium bonum sit disciplina, correptio atque correctio, quam detestabile ac damnosum sit tempus studij negligenter consumere: sicque de vniuersis præactis debet ipsos vbertim instruire, hortari, & ad omne bonum accendere. Denique, quoniam Salomone testante, Doctrina viri per patientiam noscitur, documēta sua debet virtute tranquillitatis, patientiæ ac mititatis polire ac roborare, & quæ docet verbis, confirmare exemplis. Lectio-nes quoque non sunt nimium protrahendæ, ne fastidium pariant & in nauisem conuertantur: nec multiplicandæ sunt nimis, ne obruant intellectum, & vna alterius intelligentiam, aduertentiam, memoriamque impediāt. Docendum est quoque cum maturitate & grauitate, cum apparatu serioso & ex cordis affectu: atque in primis sunt à discipulis remouenda proficiendi obstacula, cohibēdo eos à loquacitate, iocis, ludis ac dissolutione in scholis: & prouidendum vt in disputationibus & argumentationibus se inuicem modestè ac vigilanter exercent, formaliterque arguere ac respōdere addiscāt.

Qualiter exercere debeat Rector correptionem & correctionem in suis discipulis. Articulus XIX.

i. Timo. 5.



Ecchantes, coram omnibus argue, vt & ceteri timorem habeant. Vt Seneca Tulliusque testantur, in iudicando & corrigendo hæc tria lex respicit atque sectatur, quæ princeps quoque & omnis qui præsidet, respicere debet & sequi, videlicet vt aut eum quem punit, emendet: quoniam poenæ vitæ præsentis sunt medicinales: aut poena eius ceteros faciat meliores: vnde Salomon ait: Pestilente flagellato, sapiens sapientior erit: aut vt malis sublatis, ceteri viuāt securius. Veruntamen intuentum, quodd fraterna correptio vno modo actus est charitatis, & sic spectat ad omnes. Attamen si quis de alio spem emendationis ex sua correptione non habeat, aut probabiliter noscat quodd agrè accipiet eam, potest à correptione charitatiua circa illum cessare. Secundò correptio illa est actus iustitiæ, sicque ad superiores ac præsidentes noscitur specialiter pertinere, qui non solum per verba, sed item per poenas ac verbera subditorum emendationi tenentur intendere: idcirco nec omittenda est ex timore, ne correptus, ex ea fiat deterior: quia superior ex autoritate sibi commissa vim obti-

Proverb. 21

net coërcitiuam, quã per poenas ac verbera potest reum ad meliora compellere, aut in corrigibilem à se ac credito sibi grege abijcere: & rursus, quoniam vitium delinquentis non sibi duntaxat, sed ceteris quoque; cernentibus aut illud percipientibus est nocuum: immo & quamuis ex correptione & correptione non emendatur, nihilominus ob plurimas rationes, secundum Doctores, est corrigendus aut repellendus. Repulsio enim à bonorum consortio, non parua est punitio. Primò, ne ex eius impunitate alij scandalizentur, & ad mala fiant audaciores. Nempe dum dormit disciplina, sœuit, crescit, seque diffundit malitia. Sicque verificatur illud moralissimi Senecæ: Vitia transmittit ad posteros, qui præsentibus culpis ignoscit: & bonis nocet, qui parcat malis. Hoc est quod Cassiodorus cōtestatur: Culpa mortalium sine fine vagaretur, si eam medicinalis increpatio minimè refecaret. Secundò, ne derogetur iustitiæ, & æquitas ipsa patiatur iacturam, aut rigor pereat disciplinæ. In iustitiæ quippe obliquitas per iustitiæ rectitudinem est recuperanda ac ordinanda, sicut in Enchiridio asserit Augustinus, atque vt ait Bernardus, quemadmodum compatiendum est peccatori qui labitur, sic & iustitiæ, quæ impunè ac impudè conculcatur. Tertio, ne ipse qui præest, fiat diuini transgressor præcepti, dignusque æternis poenis inferni, debitum sui omittendo officij. Ait quippe Urbanus Papa: Ita peccat qui conspiciat aut cognoscit proximum suum peccare, & tacet nec corrigit, sicut qui poenitentem non indulget. Augustinus quoque: Si delinquentem, inquit, nõ corripis, peior eo qui peccauit, efficietis. Præterea, correptio ista & correctio cum discretione, quæ est omnium virtutum directrix, fieri debent secundum exigentiam culpæ & dispositionem personæ. Propter quod ait Gregorius: Regat disciplinæ vigor mansuetudinē, & mansuetudo moderet rigorem, vt nec rigor sit immoderatus, nec mansuetudo remissa. Nam vt ait Isidorus: Qui blando verbo castigatus non emandatur, acrius necessè est vt arguatur: & cum dolore abscondenda sunt vulnera, quæ leui nequeunt medicamine reparari. Denique, qui delinquentem superbo odio suo animo corripit, nõ emendat, sed percutit. Quicquid proteruis malignansque animus protulerit, furor est oburgantis, non dilectio corrigentis. Rector ergo non ex impetu iræ aut impatientiæ, sed ex censura iustitiæ: non ex crudelitate aut sensuali vel inordinata affectiōe, sed discretionis

tionis moderamine corrigat corripiatque discipulum, vt requirit eius demeritum, & ex zelo iustitiæ, quum hoc sit iuris diuini, vt iuxta mensuram delicti sit modus numerusque plagarum, & id quod iustum est, iustè agatur. Itaque magister nequaquam sit personarum acceptor, nec vnum palpet aut persequatur præ alio. Eos quoque qui obtusioris sunt animi, & tamen diligentes ac laboriosi ad proficiendum consistunt, tractet clementer ac compassiuè, hortetur, cōsoletur & animet ad studendum. Porro proteruos, inquietos, contentiosos, belligerantes, atque ingeniosos suo ingenio abaten-tes, acriter & frequenter corripiat & castiget. Si verò (quod absit) perceptor quempiam tam vagum, discolorum, intimoratum, gyrouagum, vt choreas quoque aut mulierculas audeat visitare, reprehendat & flagellet illum acerrimè: qui si abnuerit corrigi, neque potuerit congruè fieri, tanquam incorrigibilis repellatur. Veruntamen, prout tangit Boëthius: Discipulorum elationem & peruersitatem interdum opportunè est pati ad tempus, vt interim piè ac diligenter instructi ac moniti acquirantur: alioquin à discipulorum catalogo separentur. Nec omittenda est disciplina debiti que impletio, ex timore recessus discipuli temporalis uisæ damni. Expedi demum, vt de consensu parentum expresso vel saltem interpretatiuo, fiat discipulorum correctio. Inde etenim & ex iuris institutione seu concessione, videtur Rector autoritatem & iurisdictionem quandam corrigendi scholares sortitus: & hoc ipsum tangit Boëthius. Postremò, abusio quædam videtur, & ex magistrorum cupiditate profectum, quodd in aliquibus scholis quidam præ alijs sunt placitæ, pro suo libito exeuntes & introeuntes: & quodd extranei non corriguntur sicut intranei, aut econuersò: quorum vtrumque quantum sit fomentum & radix vitiorum, ex præinductis facile est pensare.

Quod Rector scholarium doceat pueros, omnia studia & exercitia sua ad vltimum finem ac vnam salutem principaliter ordinare.

Articulus XX.



Mne quodcumque facitis in verbo aut opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christe agite. Quemadmodum decimo Ethicorum ait Philosophus: Vnusquisque debet opera sua dirigere ad viuendum secundum optimum quod est in ipso, hoc est,

ad viuendum intellectualiter & contemplatiuè per relationem & ordinationem sui ad summum bonum, atque ad beatificam eius cognitionem. Nec enim aliquid est meritum homini, nisi actualiter aut saltem habitualiter ordinet illud in huiuscemodi vltimum finem. Ne ergo scholares tot ac tantos adolescentiæ suæ perdant labores & castigationes, à suis magistris diligenter ac sèpè sunt admonendi ac informandi, vt vniuersum suum conatum pro scientijs atque virtutibus obtinendis, omnem quoque suum profectum in illis, & quicquid agunt ac patiuntur in scholis, ad Dei honorem, cultum ac gloriam, & ad veram ac sempiternam referant quod otidiè felicitatem: sicque ab exordio pueritiæ suæ assuescant & curent omne bonum, quod agunt & patiuntur, ad rectum referre finem, & ita in omnibus promereri vitam æternam, in donis gratiæ crescere, & adoptiui Dei filij esse, ac horum intuitu & amore libenter insistere studio, alacriter laborare, & cunctum disciplinæ rigorem æquanimiter sustinere. Porro qui student, vt eruditi amplius honorentur, dicitur, delicientur, non solum nil promerentur apud Iudicem summum, immo & infernale merentur supplicium.

Quod interdum indulgendum atque utendum sit moderato solatio, recreatione seu ludo. Articulus XXI.



Replebuntur plateæ Ierusalem pueris & puellis ludentibus in medio eius. Septimo ethicorum asseritur, quodd homo indiget delectatione & recreatione propter labores qui sibi occurrunt: immo quemadmodum corpus post laborem indiget somno, sic anima post studium & intellectuales occupationes eget ludo ac recreatiuo solatio, in quibus secundum Thomam in Secunda secundæ, ac Durandum in Summa sua, tria præcipuè sunt cauenda: Primum, ne tale solatium quærat in verbis, rebus aut factis inhonestis, scurrilibus, vitiosis siue prohibitis. Vnde nec principaliter ludendum est propter lucrum: & si pro esculento ac poculento ludatur, non fiat hoc ultra valorem, prout in iure determinatur. Secundum est, vt recta agatur intentio, videlicet vt vires spirituales non prorsus frangantur, sed validiores ad actus virtutum ac studium efficiantur. Tertium, ne tam immoderanter aut diuturnè quis ludo inhaereat, quodd cordis sui custodia, deuotio seu inclinatio ad stu-

H h den.

Seneca.

dēdum resoluatur, aut nimis tepescat. Hinc Seneca dixit: miscebis interdum ferijs iocos, sed temperatos. Non te iubeo semper libris aut pugillaribus imminere: dandum est aliquod in tertullum animo, nō vt resoluatur, sed vt mediocriter remittatur, atque ad bona renouetur ac roboretur. Ita te habe inter proximos, vt nemo te habeat quasi agrestē aut asperum, neque contemnat vt leuem & dissolutū. A verbis turpibus abstineto, quia eorum licentia imprudentiam nutrit. Non fit tibi scurrilis, sed grata vrbalitas. Iocus sine vilitate, risus sine cachinno: quies tibi sit, non desidia: & quies tua plena sit sapientiæ studijs. Cōstans esto, non pertinax: prudēs, non callidus. Ecce his Philosophicis documentis Theologica cōsonat veritas. Nempe in Euangelio ait Saluator: Væ vobis qui ridetis nunc, quia plorabitis & flebitis. Salomon quoq;: Sicut sonitus spinarū sub olla, sic risus stulti. Et denuō: Cor, inquit, stultorum vbi lætitia. Quod de risu & lætitia immoderatis ritē exponitur. Etenim in hoc seculo tanquā in exilio & peregrinatione valleq; lachrymarum positi sumus. Idcirco ab immoderato & intemorato risu, ioco & ludo cauēdum est iugiter, prout in libro de Officijs diffusius docet Ambrosius. Hinc & Salomō protestatur: Melior est ira risu, quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Et iterum: Melius est, ait, ire ad domum luctus, quā ad domum cōiuij. In illa enim (putā in domo luctus) finis cunctorum admonemur hominum, & viuens cogitat quid futurū sit. Quod de ira per zelum, est fumendum. Illa enim ex iustitia oriens, cooperatur virtuti. Ira verō rationem præueniens ac perturbans, modum excedit vinctæ, de qua Seneca loquitur: Nihil magis cauendum est punienti, quā ira. Et hæc in libro Prouerborum ait scriptura: Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor, & impetum concitat spiritus ferre quis poterit? Hæc igitur Rectoribus, immo cunctis hominibus, præsertim præsentibus, est vitanda.

Luca 6.

Eccles. 7.

Ibidem.

Eccle. 7.

Ibidem.

Seneca.

Prouer. 17.

De socio fideli ac studioso habendo.
Articulus XXII.

Eccle. 6.



Micus fidelis, protectio fortis. Qui inuenit illum, inuenit thesaurum. Adolēcentes adhuc innocentes, & nondum experti hominum fraudes, facilliter credunt, iuxta quod scriptum est: Innocens credit omni verbo, & leuiter attrahuntur, præsertim ad

Prouer. 14.

vana & ludicra ac delectabilia carni. Hinc periculosissima est eis praua societas & sodalis incontinens, cum dicat scriptura: Qui se iungit fornicarijs, erit nequam. Hinc in Ecclesiastico fertur: Qui tergerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo, induet superbiam. Conformiter vitanda est societas iracundi: quia vt in Prouerbijs legitur: Homo iracundus prouocat rixas. Qui patiens est, mitigat suscitatas. Et rursus Salomon docet: Cum detractoribus ne commiscearis, quia repente consurgit perditio eorum. Sic & discolorum, potatorum & omnium vitiosorum familiaritas atque societas pro viribus sunt vitandæ, ne ex associatione cum talibus, consimilia quis vitia incidat: quod vt ait Psalmista, solet contingere, iuxta illud: Cum sancto sanctus eris, & cum innocente innocens eris. Et cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris. Propterea denuō in Ecclesiastico dicitur: Cum viro sancto assiduus esto, & quęcunque cognoueris obseruantem timorem domini, cuius anima est secundum animam tuam. Si igitur o scholaris, cupis proficere, discipulos negligentes que fuge: si cupis pacificē viuere, a contentiosis & iracundis recede: quoniam scriptum est: Homo iracundus incendit litem, & peccator turbabit pacem. Si castitatem appetis conseruare, lubricorū consortia cura vitare: adiunge verō atque associa te modestis, studiosis, facetis & magis peritis, ex quorum conuictu ac sodalitate in scientijs, moribus atque virtutibus queas proficere: a quibus in necessitatibus & infirmitatibus possis iuuari, in tristibus & aduersis euentibus consolari, in dubijs consilium bonum sortiri. Homo quippe naturaliter est animal sociale, politicum, indigens confoueri auxilio & consilio proximorum. Hinc quā magnum & salubre sit, amicum fidelem & collegam vtilem ac syncerum habere, in Ecclesiastico docetur, quo legitur: Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis, medicamentum vitæ & immortalitatis: & qui metuunt Dominum, inueniunt illum. Vnde & in Prouerbijs scribitur: Homo amicus ad societatem magis erit amicus quā frater. Itaque fuge eos, qui choreas & contubernia vilitant feminarum. Noli verbis contendere, nec bellum committere, quum & in Prouerbijs Salomon protestetur: Honor est homini qui separat se a contentione. Ecclesiasticus quoque docet: Non litiges cum potente, neque

Eccle. 19.

Eccle. 19.

Prouer. 13.

Prouer. 14.

Psalm. 119.

Eccle. 19.

Eccle. 14.

Eccle. 6.

Prouer. 17.

Prouer. 14.

Eccle. 6.

cum

Eccle. 28.

Prouer. 15.

Eccle. 14.

Eccle. 11.

Seneca.

Eccle. 6.

Cicero.

Cyillus.

Eccle. 7.

Prouer. 15.

cum homine linguato, nec communices homini indocto. Et iterum ait scriptura: Memento nouissimorum tuorum, & desine in micari, & non irascaris proximo, & abstine te a lite. Pertinet demum ad omnem scholarem, non esse procacem, inquietum, audacem aut petulantem: sed modestum, verendum, pauidum, diligentem, docilem & quietum. Verecundia nanque in iuuenibus passio est laudabilis. Denique, his concordat quod octauo Ethicorum ait Philosophus: Duo simul viuentes, agere & intelligere sunt potentiores. Et hoc planē (ni fallor) est, quod in Prouerbijs Salomon fassus est: Frater qui adiuuatur a fratre, quasi ciuitas firma. Væ soli, quoniam si ceciderit, non habet subleuantem. Hinc ait & Seneca: Cum his versare, qui te meliorem facturi sunt: illos admittite, quos tu possis facere meliores. Fuge societatem ad vitia pertrahentem. Nihil ita damnosum bonis moribus, quā in spectaculis residere. Illum affume in socium & amicum, cuius vita & mores, sciētia & virtutes te valent instruere. Præterea, de his multa scribit Boethius: Prudentis, inquietis, scholaris constantia semper consorte aliquo gaudeat, cui propriam possit detegere conscientiam, qui nubila existente fortuna, id est, in aduersis ac diffortunijs diligenter subueniat &c. Verū vt Seneca, immo & sacra docet scriptura: Non debet quis indifferenter neque facilliter aliquem recipere in talem consortem, sed eum duntaxat, cuius amicitiam, fidelitatem & celandi discretionem sufficienter expertus est. Hinc nempe scriptum est in Ecclesiastico: Si possides amicum, in tentatione, id est, aduersitate, posside eum, & ne facillē credas ei te ipsum. Est enim amicus secundum tempus suum, & non permanet in tempore tribulationis. De hoc Tullius scribit diffusius, qui etiam in libro de Amicitia contestatur, quod non nisi inter bonos, virtuosos ac sapientes amicitia vera habeatur, & inter tales societas commendanda contrahitur: atque (vt Seneca consulti) vt talem amicum & socium valeas obtinere, te ipsum imprimis exhibe bonum. Postremō, de his in suis ait Prouerbijs præclarus Cyillus: Vni electissimo tantum, quum necessē fuerit, pectus crede. Electissima nāque, pauca & rara existit fidelitas. Stultorum equidem infinitus est numerus, sapientiu valde paucus. Os aut sapientum in corde ipsorum, quia nil proferunt, nisi ex rationis iudicio, quo os refrēnant ne pandat celanda. Cor stultorum in ore ipsorum, quoniam quod versatur in

corde, mox volat ex ore. Rursus parabolice loquens: Vulpes, inquit, decrepita suorum sibi scelera conscia, voluit vt satis faceret peregrinando. Mox que peregrinatio eius rumor insonuit, & peregrinanti sociavit se canis. Cui vetula dixit: Latrans & mordens prouocator inimicitia es, tecum non ibo. Quo repudiato, accedens onager, dixit: Sequar te soror. Ad quam vulpes. In sereno dolens, atque in tenebris gaudens, inuidus es: si malum mihi ingruerit, lætaberis: si bonum contingeret, tristeris: recede, quoniam nolo habere in comitem luminis hostem. Quo eiccto, statim se versus offerens venit. Cui vulpes: Citō accenderis ira, & paratam vindictā vngulam habes, non expedit mihi tecum incedere. Si enim in aliquo ira sæuus irrueris, me sociam tuam confunderes: si verō in me, vereor ne me dilaniarēs. Deinde leoni secum ire volenti respondit: Quæso domine ne mecum pergas, quoniam pectoris tui robore præsumptuosus & audax es. Tale quid fortē in me attentares, vnde vix pedem eriperem. Scriptum est enim: Cum audace non eas, quoniam quasi nihil ante, illum est sanguis: & vbi non fuerit adiutorium, te elidet. Dimisso ergo leone, pauoni se offerenti: Aureis, inquit, penenis desidiaris atque superbis, tecum non pergam, quia ob tuam pompam & pennam nolo perdere caudam meam. Tunc lupus accurrens: Quæso, ait, vt contrito me, recipias penitentem. Cui illa: Rogo te, permittite me scelera mea deslere: quia quum fur sis, tecum non proficiscar, ne tui criminis ac tormentorum particeps fiam. Porco quoque se ingerenti respondit: Vade, nolo tua fœditate sordescere. Postremō, asino se multum præbenti, dedit responsum: Recede, dicens, o insensate, quia alicubi sine ratione clamares, & occurrentibus lupis, cum te stulto confunderer. his itaque omnibus rationabiliter refutatis, ad ambulandum secum hos inuitauit: Pantheram cuius os redolet, simiam quæ in plenilunio gaudet, agnum mitem, leporem pusillanimum, erinaceum cute spinosum, bouem de suo labore viuentem, crufinium sordes vitantem, sollicitam prouidamque formicam. Cum quibus quā hilariter pergeret, obuians ei coruus, dixit. Quænam est ista caterua? Cui vulpes. Nimirum electa societas est prudentis, quum scriptum sit: Cum electo electus eris. Et qui cum sapientibus graditur, sapiens erit. Ad quem coruus: Dic, cum quibus conuersatur prudens vt prosperetur? At illa respondit: Cum amatore sapientia, zelatore iusti-

Fabula ex Cyillo de vulpe.

Eccle. 6.

Psalm. 119.

Prouer. 15.

tia, & amicitie fideli cultore. Quibus prolatis, cum sua turma processit.

De his que ualent ad bene docendum. Articulus XXXIII.

¶ scilicet 50.

¶ efficaciter docere cupiens, hæc obseruet.

¶ 1. ¶ 2. ¶ 3.

¶ 4. ¶ 5.

¶ 6.

¶ 7.

¶ 8.

¶ 9.

¶ 10.

Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum qui lassus est verbo. Ad docendum efficaciter ac perfecte primò valet, ipsam scientiam atque veritatem clarè ac perspicaciter intelligere, & esse resolutum in ea. Nam ut Hieronymus ait: Quod melius scimus, melius loquimur. Magister ergo volens idoneè discipulos informare, ea quæ legit, tam clarè ac euidenter exponat scholaribus, quàm penetratiuè & lucidè eam intelligit. Secundum est, tractim legere ac distinctè, iuxta illud Esdræ: Legit Esdras apertè ac distinctè ad intelligendū. De horum duorum efficacia & excellentia promissit Filius Dei suis discipulis: Ego dabo, inquit, vobis os & sapientiam, cui nō poterunt resistere aut contradicere omnes aduersarii vestri. Tertium est, non solum bonam & facundam habere expressionem, sed dulcem etiam impressionem, quæ auditorum delectat, multumque allicit corda eorum ad aduertentiam magnam ac diuturnam. Quartum est, ea quæ difficiliora sunt, claris elucidare: & sicut puerulis frangitur cibis, ac minutatim porrigitur, sic singulas partes enodare, clausa dissoluere, & obscura in luce expositionis euidenter receptibiliterque iuxta auditium capacitatem proponere, & prout exegerit ratio, aliquoties idem repetere. Quintum est, discipulorum instructionem ex corde appetere, non propriam scientiam velle ostendere, nec supra se in magnis ac mirabilibus transuolare, vtendo subtilibus terminis, raris vocabulis, aut inuoluto ac profundo sermone: immo ea, quæ alij per verba huiusmodi expresserunt, per dictiones claras ac faciles designare. Hinc in Iob habetur: Quis est iste inuolens sententias sermonibus imperitis? Econtrariò in libro Sapientie ait vir sapiens. Quid sit sapientia & quemadmodum facta sit referam, & ponam in lucem scientiam eius, & non præteribo veritatem, neque cum tabescente inuidia iter habebō, quoniam talis homo non erit particeps sapientie. Hinc vt asserit Augustinus: Expōitor scripturarum non debet tam ornato atque difficili stylo vtī, vt eius quoque expositio expositione indigeat alia. Sextum est, per similitudines aptas & exempla conuenientia in na-

turalibus & artificialibus veritatem dilucidare, intellectusque falsos & apparentes tātum excludere. Septimum est, vt Rector se ipsum suis discipulis exhibeat venerabile, probum, authenticum, non nimis familiarē, sed amabilem potius ac timendū, quod totum agit, morigeratè se gerendo, exemplariter conuersando, virtuosè viuendo. Non ergo sit leuis in moribus, nec fama vilis. Nempē vt ait Gregorius, non facillè doctrina Rectoris recipitur, si leuis esse in moribus deprehendatur. Cumque plūs sit docere factio quàm verbo, ac validiora sint ad persuadendum exempla quàm dicta, dum Rector per vana ac impia gesta propriam infirmat doctrinam, inefficax reputatur ipse in instructio. Hinc loquitur Leo Papa: Facilis sit ratio ad docendum, efficax ad persuadendum, validiora tamen sunt exempla quàm verba, & perfectius est opere docere, quàm voce. Hinc loquitur Cyprianus: Auditores doctrinæ dicta contemnunt, dum Rectoris opera ab informationis eloquio discrepare conspiciunt. Nec vnquam sit efficax prædicantis autoritas, nisi eam effectu exemplorū operis cordi affixerit audientis. Vnde & Augustinus: Obedienter, inquit, non auditur, qui seipsum non audit. Imperialiter verò docetur, quod prius agitur quæ profertur. Octauum est, humilitas ac modestia in docendo, ita vt docens quicquid boni in se est, Deo gratanter attribuat, ac antelectionem Deum præceter, vt & ipse efficaciter legat, & à discipulis benè intelligatur, fructuosèque audiat: quia vtrunq; est Dei donum, à quo profuit omne bonum. Nonū est, ea quæ dicit, per auctoritates & rationes aptas probare, eademque secundum verba diuersa cum moderamine iterare. Possunt & alia his similia ad idem valentia assignari, vtputa discretionem in prolixitate aut breuitate ac numero lectionum tenere, nec audientium mentes tædio fatigare. Hæc igitur obseruet magister, vt verè condignus sit magister vocari, ac instruendo illuminationem à Deo in præsentem per gratiam promereri, beatificā quoque visionem in futuro sortiri.

Quod superiores in vrbibus debeant promouere, ut in ipsis sint literati idoneiq; Rectores scholarium. Artic. XXXIII.

Multitudo sapientum, sanitas est orbis terrarum. Quam ineffabiliter multa ac magna bona proueniāt tam ipsis scholaribus, quàm communitatibus, in quibus sunt oriundi

ac degunt, ex hoc quòd in pueritia & adolescentia sua diligenter in sciētijs, moribus atque virtutibus imbuuntur, exercentur ac habituantur, ex præinductis multipliciter elucefcit. Adolescentes nanque, prout in pueritia ac adolescentia instruantur, assuefcunt & sentiūt, habere se solent in progressiori ac maturiori ætate: hoc est, vt in iuuentute, sic & in senio, prout cōmune est dictū: Quod noua testa capit, inueterata sapit.

Vnde & suprā allegata sunt verba Salomonis, dicentis: Prouerbum est, Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Etenim dato quòd postea mortaliter peccans, gratiam perdat & virtutem infusam seu acquisitam, manent tamen reliquæ quædam priorum habituum, & habilitas maior, inclinatio pronior, dispositio fortior ad scientiam ac virtutes. Scientia quoque ac sapientia, vt sunt habitus naturales seu acquisiti, & virtutes quædam acquisitæ consuetudinales, stare queunt cum culpis mortalibus, per quas aptus & pronus est homo ad multa bona opera, quamuis non meritoria, immo & cæteris paribus, ad gratiam gratam facientem, ad virtutes infusas & ad septem dona Spiritus sancti magis extar dispositus: sicque tales adultæ ætatis effecti, melius conuersantur, prudentiores existunt, & exemplariores sunt cæteris. Denique, quidam ipforum ad officia, dignitates atque regimen promouentur communitatis seu politie: sicque ex eorum prudentia, scientia atque virtute bonum Reipublicæ pendet, promouetur & conseruatur. Ipsi item deinceps sobolem suam faciunt edoceri, ita vt communitati ac alijs copiosius valeat deseruire. Cum igitur Rectores & superiores ciuitatum, teneantur pro viribus prouidere bono communi, & illud procurare pro posse, certum est quòd tantò plūs obligantur disponere, vt in vrbibus quibus præfunt, sint literati ac morigerati Rectores scholarium, quantò ex hoc maius ac multiplicius bonum prouenit oppidis ipsis ac vrbibus: & præsertim si vrbes ipsæ benè sint sitæ, vt vndique confluant scholarum ad ipsas, & virtualibus abundant. Præterea, sicut patet ex dictis, parentes communitatem tenentur per se aut per alios, potissimè per magistrōs scholarium, pueros suos diligenter instruere, disciplinare, domare, & in moribus ac virtutibus educare. Hinc diligentissimi esse debent ad procurandum, quòd in locis eorum sint bonæ scholæ, ne pueri ipforum discoli fiāt, in domiti, indisciplinati, tandèq; filij perditionis, crescendo ac manendo in

vitij: & quamuis velint fortassis filios suos ad meliores alibi mittere scholas, expedit tamen vt in proprijs oppidis sint prius competentiter fundati ac domiti: nec omnibus adest facultas sustentandi filios suos in alijs vrbibus. Insuper, per hoc, quòd scholæ bonæ habentur in ciuitatibus, fiunt ciuitates magis famosæ, & extranei in ipsis proficuentes, charitatiuum ad ipsas affectum concipiunt: oportunitate quoque data, libentius profunt ac seruiunt ipsis: ciues quoque atque mechanici commoda quædam & lucra ab extraneis scholaribus secum commorantibus assequuntur. Nec ex hoc retrahi debent, quòd aliqui pauperes & mendici scholarum superueniunt ipsis, quasi inde grauentur: immo pijsimum est scholaribus illis succurrere, vt tægit Boethius, & meritorium maximè, subuenientesque ipsis sunt participes vniuersorum bonorū, quæ postmodum agunt scholarum illi in Dei obsequio per scientiam, tunc aut taliter acquisitam. Neque infideliter asstimandum est aut pauendum, quòd ciues eleemosynas largiēdo fiant inde pauperiores. Nempē vt sancti affirmant Doctores, Hieronymus, Augustinus & alij, & Deus frequenter per gloriosa monstrauit miracula, opera pietatis & misericordie, fidelis persolutio decimarum, primitiarum & oblationum, constructio Ecclesiarum, fundatio religiosorum locorum, in quibus obseruantia viget monastica, quatuor premia promerentur ad Iudice summo, videlicet vitam longiorem ac saniorē, & abundantiam temporalium ampliorē, ita quòd omnium dator bonorum Omnipotens benedicit agris & fructibus, & hæc sunt temporalia bona. In spiritualibus etiam bonis consequuntur dona gratiæ ac virtutum in isto exilio, deinde munera gloriæ cælestis in paradiso. Hinc & Rectores vrbium liberaliter prouidere debent de competenti stipendio idoneis ac valentibus magistris scholarium annuè tribuendo. Postremò, ne per scholarum maioris ætatis fiant enormes excessus, contentiones, lites, aut incontinentiæ genera, expedit, vt commune ponatur edictum, quòd nullus extraneus permittatur in vrbe frequētare, nisi acquiescat magistris subdi, & prout meruerit, corrigi, quod si renuerit, expellatur, magistrisque scholarium ex parte communitatis diligenter dicatur & committatur: Si velint gaudere stipendijs, vt sine personarum acceptione rigorem custodiant disciplinæ, ac taliter corrigant excedentes, quòd tam ipsi quàm cæteri vereantur ac crescentur.

Hieronymus Augustinus

Consilium Dionisi

De abusionibus breuiter, prout ad praesentem sententiam spectat materiam. Articulus XXV.

Job. 4.



Vperbia nunquam in tuo sensu aut in tuo animo dominari permittas. In ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Cum omnium radix & origo vitiorum existat superbia, qui eam in adolescentia sua, & quando adhuc sub ferula est magistri, amplectitur, & eam in suo stabilitate corde, non mirum si procedente tempore paulatim in grauiora, ac tandem in vniuersa atque grauissima ruat facinora. Hinc martyr Christi praenclitus, praesul & doctor Cyprianus, inter duodecim abusiones, quae antonomastice abusiones queunt vocari, ponit adolescentem sine obedientia, & Hugo inobedientem discipulum, quod patet, quam singulariter peruersum sit & enorme, discipulum (praesertim adhuc adolescentem) non obedire, sed recalcitrare magistro, disciplinae reniti, obedientiae iugum abijcere, & instar onagri in deserto in propria viuere libertate. Qui hoc agit, damnationi expositus est, & omni repletur iniquitate. Hinc asserit Cyprianus: Hac abusione a rationis tramite seculum deprauatur. Qualiter namque in senectute obediri & obsequi sibi sperare potest, qui in adolescentia sua senioribus ac magistris obedire ac subdi contemnit? Vnde apud veteres fuit prouerbius. Seruiri nequit ei, qui prius alteri seruitutem denegat exhibere. Quemadmodum ergo in senioribus ac magistris sobrietas & morum perfectio requiruntur, ita in adolescentibus obsequium, subiectio & obedientia exiguntur. Porro duodecim abusiones, quas ponit Cyprianus, sunt istae: Sapiens (id est, literatus) sine moribus ac bonis operibus, senex sine religione, adolescens sine obedientia, diues sine elemosyna, caecina sine pudicitia, Dominus sine virtute, Christianus contentiosus, pauper superbus, rex iniquus, Episcopus negligens, plebs sine disciplina, populus sine lege. Ista duodecim abusiones ad seculum magis pertinere videntur. Hugo autem ponit duodecim abusiones, quae ad claustrales ac clericum praecipue pertinent, & sunt istae. Praelatus negligens, iuuenis otiosus, monachus curialis, habitus monachi pretiosus, rumor in claustris, dissolutio in choro, discipulus inobediens, senex oblitatus, monachus caudicus, ciuis exquisitus, lis in capitulo, irreuerentia circa altare.

Cyprianus.

Cyprianus. Xli. abusiones secularis.

Hugo. 12. abusiones

De pertinentibus ad magistros scholarium, & quae liter suam debent rectificare intentionem, ne pro actibus & communicationibus spiritualibus temporale aliquid intendendo aut exigendo, Simoniacam incendant prauitatem. Articulus XXVI.



Radix omnium malorum est cupiditas, ut ait Apostolus. Et nihil iniquius quam amare pecuniam, ut in Ecclesiastico legitur. Quod intelligendum est, nisi pecunia & quaecunque temporalis possessio ad licitum finem ordinetur, spiritualeque bonum plus requiratur, aut congregetur, quam vile est aut necesse ad bona virtutum ac vitam laudabilem. Media namque secundum exigentiam finis moderari ac mensurare oportet. Itaque Ostiensis, Raimundus, Iohannes, Durandus ac alij quaerunt in Summis suis: Vtrum magister possit scholaribus collectam imponere, vel illam ab ipsis exigere. Et videtur quod non, quia scientia & informatio morum spiritualia bona sunt, pro quibus temporalia quaerere, Simoniacum esse apparet. Ad hoc respondent: Si magistro annexum est sufficiens beneficium siue sufficiens stipendium publicum, non licet ei aliquid plus a scholaribus exigere: aliam Simoniacam committeret, quoniam venderet spirituale obsequium, ad quod ex suo obligatur officio, ad quod probandum varia iura allegant ex Decretalibus & Decreto. Verum tamen sponte oblata possunt recipere. Porro si tale beneficium aut stipendium non sit magistro annexum, aut non sufficiat ei pro necessarijs sibi, potest pro laboribus suis collectam accipere. Videtur quoque Ostiensis sentire, quod etiam a clericis Ecclesiae liceat ei exigere, non tamen a paupere, cum ipse pauperibus debeat potius subuenire. Atque ut addit Gulielmus, exactio illa non debet esse coactoria, ita quod nisi soluant, expellat eos a scholis, aut accipiat res illorum, sed potius eis suam indigentiam exponendo. Denique, secundum Ostiensem intelligenda sunt omnia ista, si magister existat sufficiens, quod si insufficientis fuerit, & nihilominus officium docendi assumit, non est ei ex debito prouidendum, sed culpam imputet sibi. Si vero sufficiens sit, & prouisionem non habet, etiam si sit diues, potest a diuitibus licite collectam accipere, quoniam non tenetur eis gratis seruire. Haec & multa his familia dicitur in Summis, & ex iure extracta sunt, ubi & multa de ista materia quaeruntur. Quocirca considerandum est & seruandum, ut pro spiritali bono impeso & pro

1. Tim. 6

Ecol. 10

De stipendio recipiendo a studentibus.

pro spiritalibus actibus atque officijs, sicut pro allatione corporum defunctorum cum processione & cantu, pro sepultura, pro reliquis adducendis & consimilibus, Rectores & alij non temporale intendant, praesigant, requirant tanquam principale praemium, nec tanquam spiritalium praemium rerum, sed solum tanquam stipendium vitae, & pro suo corporali labore, ut secundariam quandam mercedem: quia ut ait Saluator, Dignus est operarius mercede sua: & item ut laudabilis consuetudo seruetur in talibus: immo vniuersum suum conatum, laborem ac diligentiam, quos Rector impedit, exhibet & exercet circa scholares, debet ex charitate Dei ac proximorum, praesertim discipulorum suorum principaliter exhibere, propter Dei honorem & gloriam, & ob suam aeternam salutem: immo ut tam sancta opera exercendo crescat quotidie in omni gratia ac virtute, proportionaliterque in augmento felicitatis aeternae. Est quippe angelicum opus, & quasi actus hierarchicus, scholares ita purgare, illuminare, perficere, disciplinare, domare, a vitijs cohibere, ad bonos mores atque virtutes inducere ad omnipotentis Creatoris obsequium, ad Ecclesiasticum statum, ad bonum commune, ad vitam religiosam disponere & adaptare, quod synceriter ex charitate, & recta intentione agendo maxime promere-

Luc. 10.

tur, & sine dubio particeps erit omnium bonorum, quae ex sua informatione & cooperatione discipuli sui vnquam peregerint, nisi (quod absit) ipse peccando ponat obstaculum sibi. Absit ergo ut tam inclutos ac diuinos, praeclearaque dona sapientiae, scientiae ac virtutum administret, communi cet, impartiat discipulis, principaliter ob lucrum aut commodum temporale seu humanum fauorem transitoriumque honorem: Praesertim cum de magnis illis gentillum Philosophis ac magistris Socrate atque Pythagora recitetur, quod a discipulis dedignabantur temporale emolumentum & lucrum recipere, arbitantes scientiam & doctrinam morale curis bonis terrenis incomparabiliter pretiosiora praestantioraque esse bona. Deceueram demum aliquid de arte & modo dictandi inferere huic opusculo, sed quia de hoc sunt speciales tractatus diuersi, satis magistraliter editi, breuitati studens rescindendo, exhortans rectores, ut tales tractatus exponant discipulis, & in arte dictandi rethorice exercitent ac promptificent eos, cum ad hoc artem tendat grammaticae. Sic itaque omnia ordinata a magistris scholaribusque agantur ad laudem & gloriam supergloriosissimi Creatoris, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

LIBRI DE DOCTRINA SCHOLARIVM FINIS.

D. DIONYSII CARTHUSIANI EXHORTATORIVM NOVITIORVM, DIGNVM PROfecto QVOD NON

MODO RVDIORES ADHVC RELIGIONVM TYRONES, sed & longè vsu exercitati, atque adeo Christiani omnes studiose legant atque mente reponant.

DIALOGVS. CHRISTVS, NOVITIVS.

CHRISTVS.

Luc. 9.



Perseuerantia in bono. Matth. 24.

Nemo mittens manum suam ad aratrum & respiciens retrò, aptus est regno Dei. Hoc in Euangelio generaliter sum locutus ad omnem fidellem, Patri caelesti seruire cupientem: ad insinuandum, quam necessarium sit perseuerare in bonis vsque in finem. Hoc tibi mi nouelle discipule, in sacra religione nouiti, specialiter dico, ad perfe-

uerantiam ac profectum te hortans: ne gratiam tibi concessam amittas, ne a via salutis tibi ostensa te retrahas. Melius enim tibi esset non cognouisse viam iustitiae, quam post agnitionem retrorsum conuerti. Sic quippe contingeret tibi illud veri Proverbij. Canis reuersus ad vomitum suum & sus lota in volutabro luti. Denique seruus cognoscentis voluntatem domini sui, & non faciens eam, plagis vapulabit multis. NOVI T. Non-

ne o Domine, iste est annus nouitiatus, annus probationis, in quo nōdum adstrictus sum in monasterio permanere, possum que liberè egredi & abire? CHR. Cur huc venisti, & nouitiatus es effectus? NO. Vt tibi o Domine ministrarem, & ministrādo experiar, an obsequium istud continuare valeam ac implere. CHR. Bona ac prudens responsio. Sed dic, qua & cuius virtute, an istud possis continuare ac implere, vis experiri? NO. Ista nō mine mi quæstio adhuc mihi rudi ac simplici nimis est alta & intricata: puto tamē quod quærere velis, an experiri intendam, vtrum possim proprijs viribus, seu virtute naturæ, & non potius auxilio tuo virtuteq; gratiæ continuare ac feliciter cōsummare hoc tuū in hac religione obsequium. Ad quod cum supplicatione respondeo: quod experiri propono, an in naturalibus benè dispositus sim ad istud complendū, præsupposito semper auxilio gratiæ tuæ, sine qua nihil est validum, nihil sanctum: hoc quoq; plenè confido, quod ex parte tua non erit defectus, sed an ego in natura sim aptus ad gratiam huic necessariam seruituti, ignoro. C. R. I. Satis argutè respondes, & quæstionem tibi propositam rectè intelligis. Verūm quid de efficacia gratiæ meæ, & de potestate auxiliij mei sentias, pande? NO. Credo maiorem vim esse gratiæ, quàm naturæ, & que Omnipotentem esse nō ambigo. Certus sum quoq; Dei auxilio fieri posse, quod naturæ viribus fieri nequit. CHR. dato igitur quod in naturalibus minus sufficiens esses, nihilominus dō nō gratiæ te sufficientē fatiq; fortem facere valeo: qui do lassio virtutem, & his qui nō sunt, robur multiplico. Idcirco qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, fortitudinem, inquam, naturę in fortitudinē gratiæ, assument pennas contemplationis vt aquilæ, volabunt ad eum qui altissimum posuit refugium suum, & non deficient innitētes eius auxilio, cui nullus potest resistere. NO. Cur igitur sancti Patres annum probationis instituerunt, & cur multi tam ante professionem, quàm post eam, deficient? CHR. Annus probationis à Patribus spiritū Dei habentibus institutus est, non propter nouitiatus tātū, sed item propter professos & conuenticales: nec solum ad experiēdum vires naturæ, sed etiam ad explorandū mores ac diligentiam animæ cōstantiamq; personæ. Denique nec ipse nouitiatus de seipso, nec conuenticales de ipso queunt in anno primo certitudinē adipisci, quod post professionis emissionem satis fortis manebit in corpore, aut satis deuotus in anima, quā-

Carth. diu. in quæst. uir. 1. 2.

2. Saie. 4. 0. Ibidem.

3. Sal. 9. 0.

4. Iudith. 1. 6.

5. Probationis annus in religione cur instituitur.

quàm de hoc probabilem quandam & coniecturalem notitiam infra tempus hoc possint sortiri. Quod verò nōnulli ante professionem, quidam post professionem in religione deficient viribus corporis aut à constantia cordis, ex ipsorum culpa, in discretionē, & negligentia potissimè venit: quāquàm debilitas corporalis ex causis purè naturalibus frequenter contingat. Quæ dum equanimiter toleratur, profectui mentis multipliciter suffragatur, nec impedit à salute. Intereā si nouitiatus in anno probationis cōsilijs acquiescat, discretè procedat, totoq; corde Deum quærat seruet & constantē, tentamentis non cedens, & cordis sui secreta spiritalibus Patribus pandens, præsertim Abbati, Priori, & suo magistro, nunquàm aut rarissimè deficiet corpore, immo quotidie fiet alacrior atq; robustior. Nōne & ante tuam ad nouitiatum receptionē, vires tuas considerasti, teque in naturalibus competenter idoneum ac robustum sperasti? NO. V. His contradicere nequeo. Insuper à te Domine informari depono, qualiter discretè procedere debeam, teq; toto quærere corde sincriter & cōstanter, tentationibus quoque non cedere sed reniti, ac cordis mei arcana Patribus reuelare, & eorum cōsilijs acquiescere ac doctrinis, sicq; intantum proficere, vt quotidiè alacrior fiam & fortior. CHR. Grandis est hæc tua petitio & multa complectens, nec minus salubris ac prouida, quàm Salomonis sapientiam postulantis oratio. Hinc consequenter satis faciā tibi. Veruntamen primò dic mihi, quo mouente insliganteq; spiritu putas te huc adductum & ad religionis introitum inspiratum? NO. V. Vtique à Spiritu sancto. CHR. Nōne Spiritus sanctus Patri ac Filio cōequalis, infinitæ est sapientiæ & prorsus immensę potentiæ: nec minus interminatæ clementiæ, munificentiæ quoq; illuminatæ? NO. V. Sic penitus credo. CHR. Nōne confimiliter credere & confidere debes, quod spiritus ille tam bonus ac sapiens, tam potens, liberalis & clemens, non te huc adduxisset, nec hoc religiosum propositum inspirasset, nisi te satis validum in natura agnouisset, aut quantum in se esse facere vellent, omnemque gratiam & profectum huic vocationi & ordini congruentes cōferre tibi esset paratus? NO. V. Aliud sentire impium reor.

Discretio in nouitiis fit tenenda.

Qualiter nouitius sui debet incipere emendationem. Articulus Ius I.

C H R I S T V S.

Mox

ad. Hieron. 1. 4. 1. 4. 1. 4.



MOx vt religionē ingressus es, diligenter aduerte vnde exieris, quod item intraueris. Existi quippe de hoc seculo nequam, & scholā virtutum ingressus es. Fugisti de medio Babylonis & seruitute Aegypti, id est, de multitudine mundanorum, in quibus abundat confusio vitiorum, de iugo peccati, de ignorantia tenebris atq; caligine prauitatis: discute ac perpende, quot vitia & peccata, quot errores, & defectus tibi quotidie incidisti: quot mala egisti, quot bona quotidie omisisti. In tuere profundius, quantum & qualiter, quàm indefinenter atq; crudeliter vulnerasti, immo & occidisti, tibi quotidie animam tuam, intantum quod nec tu ipse læsiones illas ac cruciationes animæ tuæ sensisti. Quo constat, te spiritalem sensum tuū amisisse, & spiritaliter mortuum extitisse. Vide, quàm vilis, iniqua, misera atq; damnabilis fuerit vita illa, vel potius mors, tot mortibus, id est, mortalibus vitijs plena. Quid tam vile, tam impium, tamq; horrendum, & fugiendum, sicut proprio Creatori & deo altissimo esse & viuere tam rebellē, iniuriosum, ingratus? Quid tam insensatum, immo tam furibundum ac stultum, vt ferocissimis ac prauissimis hostibus, nil aliud, nisi animarum æternam damnationem & indefinentem transgressionem querētibus, obsequi & parere, rebusq; vanis, caducis, scædis, carnalibus, magis quàm Deo sanctitatis ac dignitatis incircumscriptibilis adherere: plulq; appetitiam, amare, inquirere hæc trāsitoria, vilia & terrena, quàm diuina charitatem, gratiæ dona, sapiētiam claritatem, virtutum splendorem, opulentiam spiritalē, beatitudinē æternalē, ineffabilemq; profectum, & thesaurizationem in omnibus istis quotidianam? NO. O Deus æterne, o Saluator pijsime, si quis istarite consideret, mirum si in claustro existēs, denuò afficiatur ad seculum, ad vitam priorem, ad conuersionē mundanam redire: in qua se recollit tā insensatè damnabiliterque vixisse. CHRIST. Imprimis ergo disce, pensa ac pondera, quantæ pietatis & gratiæ, quantæ beneficiæ & amoris sit istud, quod huiusmodi vita tam diu te tolerauit, quod te inde eduxit, quod pro tantis malis tot bona tibi exhibuit: multa quoq; multò maiora largiri paratus sum: quibus si benè vtaris, pro eisdē paulò post sempiternā ac plenā tibi salutem & gloriam condonabo. NO. Si istud non pondero, omni talpa sum cæcior, omni cane irrationabilior, omni bruto ingrator, immo, vt mihi modo videtur, ipsius quoq; demonibus peior & magis ingratus.

Etenim illos mox vt semel transgressi sunt, irreparabiliter condemnasti: quibus si post primam prouocationē paululum pepercisses, eisq; cōminatus fuisses damnationē, si secundo peccarent, forsitan non peccassent altera vice. Porro mihi tā innumerabiliter, tamq; enormiter excedenti post veniā primò datam, post comminationē tuam toties repetitā, post inspirationē & exhortationē tā crebrò ac piè exhibitā, post remissionē & absolutionē tam multoties impartitā: tā benignissimè pepercisti hucufque, & nunc me de tantis periculis, perditionibus & peccatis superpijsimè eduxisti. Quomodo igitur poterō tātæ pietati & gratiæ, tā incōprehensibili charitati & beneficentiæ, esse ingratus, immemor & rebellis? Nōne si pedē extra claustrū ad apostatandū posuero, & terrā protinus absorbebor, aut certè absorberi & in æternū dānari merebor? Absit à me peruerstas tanta, ingratitude tā infinita. CHR. Ecce iam illuminari cœpisti, perfringe in gratia ista & profice in eadē. Nūc dicta & cetera beneficia mea quotidie diligenter recolere: quatenus ex tuarū consideratiōe culparū salubriter compungaris, te ipsum humiliter & arctā viam salutis, pœnitentiæq; vitā promptè aggrediaris: ex meorū quoque attentione beneficiorū, ex misericordijs tibi indultis diuina incipias dilectione accendi. Afsidua demū pēlatio diræ mortis, diuini iudicij ac futuri supplicij timore bono cōsigtat, ac mihi affigat. Potētissimè verò profunda ac frequens cōsideratio omnium, quæ pro tua salute assumpsi, egi ac pertuli, omni deuotione te repleat, omni patiētia te cōfortet, ab omni tentatione te eruat, ac meo vehementer accendat amore. NO. O Domine multa nūc saluberrima tetigisti, nec cuncta hæc simul fieri queunt: doce me precor, in his ordinatè procedere.

Es. 1. 4. Job. 4.

Math. 23.

Ps. 118.

De ordinato modo se occupandi, & procedēdi, ac proficiendi in exercitijs uirtuosis.

Articulus II.

CHRISTVS.



Iscretio compendiosus ad finem perducit intentum, atque ad veram virtutum perfectionem, docens hominem, vnumquodque agere suo loco ac tempore apto. Hoc ergo imprimis agnosce, quod charitas Dei vita est animæ, sine qua charitate nihil est meritum vitæ æternæ, nec Deo acceptum. Primò igitur satage iugiter esse in charitate, quod est esse in ista salutis, & sine mortali peccato. Hinc quotidie ad minus semel conscientiam tuam diligenter

1. Cor. 13.

diligenter examina, an tibi scis conscius de aliqua culpa mortali, & an sis ita coram Deo dispositus, quod pro nulla re mundi velis peccare mortaliter: & si taliter extras dispositus, confide te esse in charitate. Denique vt semper sis lógē ab omni mortali excessu, non omittas te etiam de venialibus in Dei conspectu discutere, accusare, deslere, atque cum diligentia, quātūm tua finit fragilitas, ea vitare. Insuper ea, quæ tibi incumbunt agenda, ex ordine persolue tuo loco & tempore. Consimiliter suo tempore refice, atq; in cibo ac potu moderantiam serua, necessitatem non delectationem require, statutaq; hora perge dormitum: & antequam eas adstratum, recogita, qualiter diem expenderis, quid boni in eo omiseris, quid mali commiseris, qualiter te habueris in diuinis, in verbis quoq; & gestis corā hominibus, quomodo singulas expenderis horas, an aliquē scandalizasti aut offendisti. Sicq; corā Deo te increpa, sperne, humilia, deplāge, veniam pete, emendationem & satisfactionem propone: deinde recommenda te Deo, cruce conliga, ingredere lectum, ac salubria meditando siue orando, obdormi. Ante orationem & per solutionem horarum, præpara animam tuam, considerando tui ipsius defectuositatē, miserias, indigentias, culpas: maiestatemq; dignitatem, iustitiam, misericordiam & præsentiam eius, quem oras & inuocas, quatenus cum grandi attentione, custodia, affectione ac metu neum exores, laudes psallas, glorifices: & ea quæ agis stude quotidie magis deuotē peragere. Esto internus, Omnipotentis præsentiam semper confidens, eiusq; vultum omnia intuentem assidue memorare. Nisce & assuesce, vbiq; & semper frequenter, immo quantum tibi possibile est, indefinenter, recolere verbum illud salubre magni Helix: Viuit Dominus in cuius conspectu sto hodie. Ex qua consideratione erubescere te coram summæ maiestatis intuitu indignē viriliterq; habere, indecentia cogitare, illicita affectare, insipienter loqui, negligenter aut tepidē conuersari. Nunquam in te des otio locū: indefinenter fructuosē te occupa, orando, psallendo seu meditando, quocunq; perrexeris, sederis siue steteris. In exterioribus item operibus mentem frequenter ad Dominum eleues. In verbis & factis coram alijs sis custoditus & exemplaris, non leuis nec dissolutus in moribus, risu, ioco, apparatu aut signis. Eundo ad chorum, redeundo inde reuerenter te habe, & custoditus sis visu: rumores libenter non audias: signo ad surgendum audito,

alacriter surge, matutinale officium iucundatione persolue. Admonitionibus & directionibus patrum tuorum obtempera. Sicque vires tuas considera, & prout tempore procedente videris te posse suffere, supererogare non desinas, prout tempore suo docebit te vnctio. Ecce ista in generali sunt tacta, ex quibus, quantum in nouitiatu sufficere valet, potes perpendere, qualiter te quotidie ordinatē debeas occupare, atq; ad meliora conari: ita tamen, quatenus (sicut præactum est) passionem, quam propter te subij, attentissimē recogitare quotidie cures: sicut te infra super hoc informabo. **N O V.** Sapientissima, compendiosissima, & saluberrima prorsus instructio: verumetiam mihi miserrimo defectibus pleno, ad irrationabiles passionum motus procliuo, phantasijs inanibus & distractionibus tabescenti valdē difficilis adimplendum. **C H R.** Noli diffidere nec pusillanimitis esse: paulatim longius itur. Viriliter incipe, quotidie profice, quotidie validius inardescas. Proficienti affectu huiusmodi inflammato, offer ac funde Domino preces affectuosas & lachrymas pro animi profectu gratiæ concupiscenda bitq; tibi petitiones cordis tui, si perseueraueris orans. Sic agēdo, & iam præmissa exercitia quotidie adimplēdo, abhorrebis, odies & vitabis motus passionum ac vitia de die in diem magis intente, plenius atq; facilius. Deprecare toties præcordijs Deū, vt mentē tuam purgare, reformare, adimplere dignetur, & contra peccata ac impetus passionū, ad quos ex innata dispositione aut assuefactione procliuor es, instantius pugna, feruentius ora, indefessē labora. Sicq; in exercitijs viæ purgatiuæ te primūm diligenter ad tempus exerce, passiones frenando, vitia extirpando, corpus in seruitutem animæ redigendo, membra tua exhibendo arma iustitiæ Deo, exteriores etiam sensus à suis euagationibus, delectationibus, petulantijs cohibendo: quotidianas culpas corrigendo, corrigendo, effugando quotidie, obseruantias quoq; & cæremōnias ordinis exteriores, corporales seruando decenter: in cibo, potu & somno, vestitu, incessu habendo te moderanter. Cumq; in his fueris conuenienter exercitatus, ad exercitia viæ illuminatiuæ ascendes, vt infra tangetur. **N O V.** Documenta hæc optima adimplere propono atq; conabor, Verūm quā paulō antē dixisti, quod de toto corde querere debeam sincere & constantē, quæso vt mihi hoc ipsum digneris exponere, & qualiter id agere debeam, edocere.

Quali-

Qualiter nouitius debeat Deum toto corde querere sinceriter & constantē.
Articulus III.

C H R I S T V S.



Eus vbiq; præsens est, & cunctis fidelibus aliquo modo notus, atque ab existentibus in charitate aliquo modo habetur: Nempe qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo: quomodo ergo queritur, qui iam præsens est & habetur, cognoscitur & videtur: quemadmodum scriptum est: Omnes homines vident Deum, vnusquisque intuetur procul. Immo nisi aliquo modo habetur, non quereretur. Non enim quereretur, nisi appeteretur: nec appeteretur, nisi aliquo modo diligeretur. Quid igitur est querere Deum, nisi eum qui imperfectē habetur, imperfectē cognoscitur & amatur, velle perfectiūs obtinere, clariusque cognoscere, & magis feruenter diligere, atque in eius cultu ac honorificentia indefinenter proficere? Porro Deum querere ita sinceriter, est in hac eius quæstione ac cultu irreflexē ferri in ipsum, non intendendo nec cupiendo propriam laudem, commodum, vel honorem: sed ipsum summum bonum duntaxat, & ei velle vniri propter bonitatem ipsius, sicque ipsum diligere: nō quoniam ipsi diligenti bonus, pius ac liberalis existit, sed quoniam in seipso summē, infinitē & prorsus incomparabiliter bonus est atque amabilis, pulcher, dulcis, perfectus & omnifarē felix. Et qui in hac Dei quæstione permānet stabilis, nec prosperis, nec aduersis, nec vlla tentatione, suggestionē, seu alio modo inde deflectens, immo in hac vsq; in finem crescens, ille querit Deum constantē, sicut hortatur qui dixit: Querite Dñm, & confirmamini, querite faciem eius semper. **N O V.** O veritas summa, quā nobile & præclarū est Deum sic querere, sed heu quā longē est hoc à me, qui nec orationem vnā Dominicam, & vix salutationem angelicam semel sine distractione queo proferre, priuatoque sordesco amore, & citō fatigor in tuo obsequio. Deinde in confabulatione, in egressione ad spaciamenta, in cibo & potu ac somno ad meipsum reflector, recreationē, solatium, delectationem, repautionem seu perfluē querens: sicq; me in me turpiter & oblique, non in te sinceriter ac integrē diligens: quod ex amore priuato, non diuino prodire non ambigo. **C H R.** Quemadmodū tetigi, nemo repente fit summus, nec subitō tam perfectus: sed pedetentim proficitur,

atque de statu incipientium ad statum proficientium, de statuq; proficientium ad statum pertingitur perfectorum, quorū potissimē est Deū sic querere toto corde, id est, toto intellectu & affectu, tota intentionē & actione sinceriter & constantē. Nihilominus incipientes nouitij tenentur Deū querere ex charitate, & præfatam perfectionem finaliter in hac vita intendere, totamque suā conuersationem ordinare ad ipsam, & proficundo in via virtutū, appropinquare eidem, quoniam status religionis, est status perfectionis acquirendæ. Itaque stude priuatum amorem omni die minuere, & nec te ipsum, nec aliquam creaturam, nisi in Deo, & secundum Deum, & propter Deum diligere, nec quicquam appetere, admittere, agere, quod impeditium est spiritalis profectus, aut incrementi diuini amoris, à quo solatium non impedit moderatum, neq; refectio sobria, neq; dormitio temperata: immo per ea sustentantur reparanturq; vires ad Dei obsequium. Interea non ita dico Deum salubriter & constantē querendū, quali oporteat siue possibile sit, omni momento actualiter ferri in ipsum per intellectualem considerationem & virtuosam affectionem aut actionem: sed quod homo, præsertim religiosus, proficere cupiens, debeat toto assiduoque conatu ad hoc niti, vt quantum sibi Deo auxiliante possibile est, propinquet quotidie indefinētī illi actuali eleuatiōi mētīs in Deū, conando ad id, vt sepius in Deū feratur, & stabilis in tali eleuatiōe actualiter maneat: sicq; quotidie frequētius, purius atq; stabilius erigatur in Omnipotentē per ipsius cōsiderationē seu cōtemplationē affectuosam & fixā, & itē per actualē ipsius dilectionē, cōtēplationē purā & stabilē. **N O V.** Documenta hæc saluberrima aequaliter capio, & iuxta ea procedere cupio & intēdo. Præterea scire oportet, an cūctos nouitios oporteat vniformiter secundū modū, gradū, ordinēq; præfatū proficere, proficisci, ascēdere, nec ea quæ perfectionis sunt, statim in primo anno arripere?

De diuersitate nouitiorum secundum uarietatem gratiæ Dei in ipsis. Articulus III.



Ndiuersis diuersimodē ago: diuersis quoq; gratijs & virtutibus sibi in baptismo, contritiōe, conuersione, religionis ingressu, concessis, varijs modis vtuntur. Quidā tam gratiosē præueniuntur, quod mox in ipso nouitiatu anno tam spirituales, interni, feruentēque sunt, vt iam inter perfectos valeant computari. Tales fuerūt Gregorius &

Ber-

Conscientia ut discutenda.

Eccle. 18.

s. R. 27.

1. Ioh. 4.

1. Ioh. 6.

Querere Deum quid sit.

1. Cor. 6. 1. Ioh. 4.

1. Cor. 6. Rom. 6.

1. Ioh. 4.

Quam gratias se quidam præueniantur à Deo.

Bernardus, & ante eos Gregorius Nazianzenus atq; Basilus. Quantam etiā contulerim gratiam mox in ipso conuersionis exordio magno illo Antonio, Augustino, Benedicto, & admirabili viro Germano, multisq; alijs, in eorū narratur legendis. Nonne electus ille Bernardus in suā conuersionis primordijs fuit ita in Deum absorptus, vt penē nullo vteretur sensu corporeo? Deniq; animum in cella nouitiorū exegerat, nondū agnoscens an testitudinē domus ipsa haberet, multo quoq; tempore intrans exiensq; Ecclesiam, putauit vnam dūtaxat esse fenestrā, in loco superiori, vbi tres erant. Oleum demum pro cereuisia bibens, & crudum fagimen comedens pro butyro, non sensit neq; discruit. Præterea quanta charitatis perfectio, quanta internæ suauitatis experientia, quanta exuberantia gratiarum collata sint Augustino in suā conuersionis initio, ipse grata mente deprompsit, dicendo: Sagitta ueras tu cor meum tuę iaculo charitatis præualidæ, & gestabā verba tua transfixa in visceribus meis: nec satiabar illis diebꝫ dulcedine mirabili considerare altitudinem diuini consilij super modo saluationis generis humani: quantum fleui in hymnis & canticis suaue sonantis Ecclesiæ. Voces illæ fluebant in auribus meis, liquebanturq; lacrymæ, & benē mihi erat cum eis. Audiui dicentem: In pace in idipsum dormiā & requiescam. O in pace, o in idipsum. Tu enim es idipsum, qui nunquam mutaris. In te requies, omnium obliuiscens laborum. O domine Iesu Christe, quam suaue subitō factum est mihi, carere malis voluptatibꝫ meis: & quas amittere meruebam, iam me dimisisse gaudebam: Intraſti enim pro eis cor meum tu omni voluptate suauior. nov. Heu me miserum, qui adhuc in meis squaloribus iaceo, in facibus meis remanco, atq; ad oblectamenta scæda inclinor, quæ tamen detestor. Interea suspicor, quod viri tam præelecti, quos in conuersionis principio tantis gratijs præuenisti, etiam antē in innocentes & puri fuerint: ideo ego mearum mihi conscius prauitatum & immunditiarum, ad tale quid aspirare nec queo, nec audeo. CHR. Nondū historias legisti Sanctorum: quas si legisses, scires vtiq; quot annis Augustinus ante sui conuersionem seruauit libidini. Germanus quoq; elationi & vanitati, antequam cōuerterebatur, deditus fuit, intantum quod spiritalem Patrem suum sanctum episcopum voluit cruciari. Immo sceleratissimi quidā in sui conuersione tanta gratia tempus præuenit, quod in infra breuissimum tempus ad mi-

ram sanctimoniam sunt perducti. Nescis, quibꝫ ubi abūdauit iniquitas, superabūdare soleat gratia? Tales ergo communi lege & laborioso diurnoq; proficiendi modo ac ordini non subduntur. Quidam in suę conuersionis exordio mediocriter sunt deuoti, proficiuntq; quotidie, ac paulatim viri virtuosī redduntur, quamuis non sancti. Aliqui verō labore afficiuntur assiduo, tentationibus agitantur, nec consolationē experiuntur internam: quibus via salutis dura & amara videtur potius, quā iocūda ac dulcis: quod & frequenter ex eorum cōtingit culpa, quoniam se à leuitatibus, negligētis, loquacitatibus non refrenant, neq; aduertunt beneficia Dei & sua peccata, nec ritē memorantur sua nouissima, neque acerbissimam meam passionem cordibus suis inscribunt, atq; cur venerint, non aduertūt. Veruntamen potest hoc ex diuinæ dispensationis moderamine provenire, vt intrans sic probati, gratiā paulō post fortiantur maiorem: Quemadmodum abbatī Mosi, marie Aegyptiacæ, alijsq; nonnullis noscitur accidisse. Hi ergo paulatim habent proficere & de statu inferiori ad superiorem ascendere. nov. In nouissimorū istorum catalogo potius reor me esse attamen (ad laudem tuam id dixerim) serenitatem quandam & consolationem prædulcem sentio mihi interdum inesse, sed heu citō pertransientem: moxq; distractiones, in quietudines, tentationes, difficultates experior mihi in corde succedere, in quibus maior mihi est mora, ac molestior hora. CHR. Sic expediat tibi. nov. Nōne salubrius mihi esset in præacta mētis serenitate ac dulci deuotioe diutiꝫ stare? CHR. Aliquid directē & secundū se salubrius esse potest, quod tamē incidētaliterq; occasione literq; dānabili fieret. Enimvero nōdū exercitatis in spiritali militia, nondū in Dei timore humiliatē atq; interno profectu dignē fundatis, celēriter & facilliter subreput, aut etiā præualēt tentationes vanæ gloriæ, complacentiæ proprię, elationis occultæ, temerarij quoq; iudicij: quæ omnia tibi & cōsimilibus tuis periculose cōtingerent, si dulci ad libitum deuotione, tranquillitate, cōsolationeque fruere mini, & putares te aliquid, ac meritis & viribus tuis ascriberes, quod diuinæ pietati ac gratiæ duntaxat est ascribendū: nec disceres compati alijs, sed magis temerē iudicare atq; contēnere. expedit igitur tibi ire per aquam & ignem, & virgam baculumq; sentire, aduersa & prospera experiri, proprias infirmitates, defectuositates, ærumnas experimento cognoscere: sicq;

Conuersionis primordia Bernardi.

Psal. 4.

Rom. 5.

Via salutis est quibus inscribitur de.

Galat. 6.

Psal. 6.

sicq; affluere ad Omnipotentem confuge re, eius auxilium affectuosē & anxie inuocare. Deniq; qui ista non recognoſcit nec experitur, remanet in schola cœlestis magistrum in expertus, & pauca de interna exercitatione cognoſcit: idcirco nec alijs aptē consilere, aut tētatis, periclitatibus & afflictis mereri & subuenire extat idoneus, nec ex sententia dicere valet: Dominus dedit mihi linguam eruditā, vt sciam eum, qui lassus & lapsus est, sustentare verbo. Qui verō præacta expertus est, & modo prædicto exercitatus, vñctioeq; doctus, & desuper eruditus, effaciter potest implere quod hortatur Apostolus: Corripite inquietos, cōsolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes esto te ad omnes. Itemq;: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delictō, vos, qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu tenteris. Et denud: Debemus, inquit, nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere. Verūm ne ex hac infirmorum tolerantia firmior extollatur, oportundē subiuhxit Apostolus: Et non nobis placere. nov. Gratiōse & optime prolata sunt omnia ista: sed precor te domine, dignare me edocere, qualiter in hac vicissitudine, successione, & alternatiōe spiritalium prosperitatum & aduersitatum istarum debeā me habere. Et quomodo in omni tentatione aduersus hostes salutis humanæ debeam incessanter consistere: qualiter etiam ad illuminationem supernam, ad consolationem internam, ad charitatis sinceritatem, atque monasticæ vitę perfectionem queam pertingere. CHR. Nondum professus es, & iam de perfectiōe, ad quam ordinatur professio, sciscitaris? Interea magnanimis esse videris, fortia perſcruataris, perseueraturum te præsupponis. Ad præinducta ergo, quantum ad tuam spectat mensuram, tibi mox respondebo.

Epist. 50

1. Cor. 13.

1. Thess. 5

Col. 6.

Rom. 15.

Qualiter in alternatione & successione spiritalium prosperitatum & aduersitatum, debeat se habere ac regia uia incedere ipse nouitius. Articulus V.

CHRISTVS.



N bonis & prosperis, in spiritalis alacritatis, cōsolationis atque profectus concessione gratias Deo age: & ita gloriare in domino, nō in teipso, vt scias te in tali dispositione votiuā & dulci, nō iugiter, & forsā non diu, mansurum: idcirco te nunc ad futuros dispone aduentus tentationum, afflictionum & aduersitatum. In aduersis quoq; duris & asperis, & cōsolatio-

2. Cor. 13.

nis internæ subtractione patientiam habe, & Deo nihilominus gratias refer, ipsumquē inuoca, ac fidelitatem ad ipsum cōserua. Cane vigilantissimē offensam ipsius, reditum quoq; eius gratiosum ac cōsolatoriū æquanimiter prestolare, & cōsolationes contēne indignas. Hoc nempe est quod ait scriptura: In die bonorum ne immemor sis malorum, & in die malorum ne immemor sis bonorum. Itemq;: Renuit consolari anima mea. Et rursus: Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. nov. Quomodo æquanimiter ferre possum, quod indeuotus sum Deo, & absq; sapore & gaudio ei ministro, cum scriptum sit: Gaudete in Domino semper. Et denud: Seruite Domino in lætitiā. CHR. Tu & similes tui, in spiritalibus exercitijs nondum satis exercitati ac triti, putatis veram deuotionem in sensibili quodā sapore interno perceptibiliq; seruore consistere: non penſantes quod Hæretici quoq; Iudæi & Saraceni in sacrificijs & orationibus suis frequenter lachrymantur, feruent, ac dulci afficiuntur sapore, siue ex naturali ad Deū amore; siue ex Dæmonum cooperatione, qui ad huiusmodi alterationes, affectiones, delectatiōes varijs possunt modis cooperari atq; concurrere. Sed scito, quod quamuis internæ cōsolatiōis seruores frequenter ad Deo præstantur, & verę sint charitatis effectus: non tamē (vt tactum est) semper, nec ad veram deuotionē necessariō requiruntur. Porro vera & secura deuotio, est promptitudo superioris appetitus seu voluntatis ad ea, quę vbi sunt, cum cordiali detestatiōe ac debita fuga omnis mortalis peccati, siue hoc sit cum seruo re sensibili, siue non. Præterea quod allegasti, ita exponitur: Gaudete in Dño semper, id est, omni tempore oportuno, non indefinenter in actu: sic & cum lætitiā seruiedum est Deo, immo & in tristitia bona ac salutarī, de qua fatetur scriptura: Cor sapientum vbi tristitia. Et iterum: Melius est ire ad domū luctus, q̄ ad domū cōiuij. Beati quippe qui lugent, quoniā ipsi consolabūtur. nov. Magna est ignorantia & inexperientia mea, & erraui hucusque, tunc solum ac verē putans me esse deuotum, dum cōsolationem, seruorem & gustum sensū internum. CHR. Error ille in multis consistit, periculosusq; esset, si pertinaciter defenderetur: vera nāq; deuotio nequaquā sine charitate habetur. Si ergo seruator, sapor, suauitas essent certa veræ deuotionis indicia, quicumq; illa experiretur in se, certus iam esset se in charitate esse: quod tamē sine reuelatiōe diuina sciri

Eccl. 13.

Psal. 78.

Psal. 80.

1. Thess. 5.

Deuotio huiusmodi ra que sit.

Eccl. 7. 1. Ibidem. Matt. 5.

Eccle. 9.

nō valet, sicut hoc alibi declaratur, atq; scriptura testatur: Sunt (inquiens) iusti & sapientes, & opera eorū in manu Dei sunt: & tamē nescit homo, vtrū amore, an odio dignus sit. **NOV.** Qualiter discernere potero, quādo consolatio illa interna & feruor ac sapor interior, ex charitate nascitur ac desuper infunduntur, & quando non? **CHR.** Quemadmodū sine reuelatiōe superna certitudinaliter discerni non valet inter amorē Dei naturalē & infusum, qui charitas appellat: ita nec inter quosdā eorū effectus iam tactos. Et sicut per signa quaedam probabiliter quis agnoscit se esse in charitate: ita probabiliter scire valet, quod feruor suus, sapor, alacritas desuper sunt, & ex charitate emanent. **NOV.** Signa illa audire desiderat anima mea. Nec emputo, quod per signa illa Dominus meus designet intelligatq; miracula. **CHR.** Signa illa sunt multa, sed veriora & certitudinē propinquiora ac magis secreta sunt, propriā conscientiam diligenter discutere & quicquid mortale occurrit, toto corde abominari, confiteri, desistere, & libenter satisfacere pro eodem: Integrum quoq; habere propositū cauendi semper illud in posterum, nec pro aliqua re scietur velle peccare mortaliter: In super affici vehementer ad Deum absq; omni reflectione ad proprium commodū & honorem: Honorē etiam Dei & animarū salutem in cūctis zelare ac procurare pro posse: Malle subesse, subijci, obedire q̄ praedidit: de proprijs iniurijs & aspersionibus nō tristarī: omnia quoq; ad suā vocationē spectantia, praesertim praecipua & vota, prompto animo fideliter adimplere, nec ea pro aliqua re creata, immo nec pro vita propria cōseruāda, transgredi, aut omittere velle. Amplius, cū quis de feruore suo sensibili & delectatione suauī gloriatur, non tā principaliter, in quātum sunt pro releuamine suo, & dulcia sibi in se: sed in quantum per ea totalius promptiusq; fertur in Deū, & ei perfectius sine renisu obsequitur, tunc multum probabile est, quod ex charitate procedant. Similiter dum ex huiusmodi feruore, delectatione & gustu homo magis succēditur Dei amore sincero, & amplius crescit in vera humilitate, patientiā, custodia cordis ac Dei timore: nec periculosa securitate resoluatur, nec vanē erigitur, nec aliquid sibi ipsi, nisi omnem prauitātē, fragilitatē, miseriamq; ascribit. Si verō ex illis fiat audacior, tutior, intimatorior, & ad iudicandū de alijs pronior, & quærat in illis seipsum, vel itq; deuotior reputari, & corripientib⁹ a humiliantib⁹ ipsum facilliter indignetur, aut durē & asper-

Deuotio sensibili quādo ex charitate nascatur.

nanter loquatur, suspectus est & infectus, praesertim cūm patientia sit omnī virtutū probatrix, iuxta quod legitur: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tētatio tribulatiōis. Vnde quemadmodū mala olla in igne posita, mox crepit & exilit: sic homo ad huc passonatus, nondū virtuosus & plene deuotus, aduersitate, correptione, castigatione & humiliatione pulsatus, interius commouetur, & per verba erumpit malē flammantia, dura, superba & aspera. **NOV.** O sapientia summa, quā rectē me tangis, quā benē mihi me ipsum ostendis: & certē conscientia mea salubriter puncta, cognoscit, atq; fatetur verissima, immo & saluberrima esse quæ dicis, multumq; valentia ad noscendū salubriter semetipsum, & an verē quis consistat deuotus. veruntamē cū ista materia sit satis profunda, subtilis, interna, ego adhuc externus, adhuc rudis, itā deprecor in forma ri, qualiter in omni tentatione debeā cōtra salutis meae hostes configere.

Qualiter in omni tentatione debeat nouitius se habere, atq; resistere. Artic. VI.

CHRISTVS.

Rorsus sapientialis & salubris est in interrogatio ista. Nouitius nāq; acrius solent imminerē, insidiari & aduersari inuisibiles inimici, acies vitorū, & consuetudines pristinae, ita vt de ipsis specialiter verificetur dictū illud cōmune: Tētatio seu militia est vita hominis super terram. Hinc multi nouitij in praelio succubētes deficiūt, non satis instructi in modis ac medijs resistendi. Porro de tentationū remedijs generalibus ac specialibus conscripta sunt multa vitia. Nunc verō de his compendio tāgam nonnulla. Imple ergo quod ait scriptura: Fili, accedens ad seruitutē Dei, sta in timore, & prepara animā tuā ad tentationē. Et scito, q̄ Remedia cōtra tentationē. Et q̄ per multas tribulationes oporteat electos intrare in regnū Dei. **Primū itaq; & cō. I.** mune cōtra omnē tētationē remedium est, propriā defectuositatē, fragilitatē, insufficiētiāq; agnoscere, atq; ad dei auxiliū cōfidenter cōfugere, ipsum indefinēter, feruētē & anxie inuocando in adiutorē, instar dicētis: Deus id adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandū me festina: sicq; in deo incessanter sperare, & de proprijs virib⁹ ac meritis nequaquam praesumere. **Secundū remediū est, seipsum in cūctis profundē corā deo humiliare, despiciere, immo pro nihilo reputare. Nempe qui in propria estimatiōe tam paruus, immo tā nihil est, ab aduersario tenet**

Eccle. 27.

Iob. 7.

Eccle. 2. Tim. 1. Actus. 1. Remedia cōtra tentationē.

Psal. 69.

II.

neri non valet: sed protinus manus eius elaboratur, atq; ad Deo, qui tales exaltat & confortat, suscipitur. Tertiū est, Omnipotentis praesentiam semper attendere, & eius iudicium ac vindictā, praesertim aeternā damnationē prouidenter aduertere ac vehementer vereri. Quartū est, acutē considerare quales sint tētatores & aduersarij electorū, quid querant, quō tendant, quid incessabiliter machinentur. Sūt quippe crudelissimi, callidissimi & inuidiosissimi, nec aliud quærunt finaliter, nisi aeternam & infernalem hominū damnationē. Atq; vt interim à Deo auertantur, omni gratia & virtute priuentur, & ipsis subdatur, cunctisq; vitijs inquinentur. Hoc mille modis ac practicis machinari non desinunt. Quod igit certius istud agnoscis, ed stolidiū agis si illis cōsentis, & nisi ipsis sine mora & toto affectu atque extremo conatu resistas. Nunquid sylvam cū latronibus introires, à quib⁹ te inibi iugulādū cognosceres? Quintū est, vigilanter pensare, quāta damnationibus consentiendo incurras: per hoc enim summum & incommutabile bonum, Deum verum amittis, omni charitate & gratia eius, meritisq; praecedentibus spoliaris: Dei & Creatoris Saluatorisq; tui adoptus filius, seruus, amicus, miles, haeres ac membrū esse desistis, & in super ipsius hostis aduersariūq; efficiaris: Dæmonum quoq; seruus, membrū & filius redderis: & anima tua quē paulō antē exitit Dei sponsa, Diaboli sit cōfestim adultera: aeterna felicitate te priuas, perpetuā dānationē incurris, te ipsum spiritualiter perimis, omni cadauere ac cloaca sis turpior, & omni bruto peior ac vilior. **NOV.** O Deus eterne, quid audio? quā infinita est iniquorum stultitia, quā inestimabiliter magna est acquiescentium Diabolicis tētamentis insania. Heu quot & quāta incidūt nocumenta pro delectatione vili, breui & modica. Et nunc auxiliante & cōferente te, Domine, firmiter propono, tentationibus vsq; ad sanguinē reluctari, vsq; ad mortē resistere. Et quamuis ad hoc implendū sufficiant, sufficienterq; instruant, animent & accendant iam tacta remedia: tamen vt hoc ipsum efficacius fiat, remedia inchoata proficere. **CHR.** Sextum remediū est, viuaciter VI. atq; assiduē intueri, quā victoriosē & inclytē electi Dei tentationibus resisterint, & quantam ex hoc triumpho gloriā sint sortiti. De hoc, tempore procedente, vitā sancto rū Patrū, Antonij, Hylarionis & consimiliū, legendo, plenius instrueris. **Septimū est, cō. VII.** tēplari qualiter Deus altissimus, angeli sancti, & omnes ciues superni conflictum tuū

V. Tentationibus consentiendo gustu homo amicus incurrit.

contra tentamenta inspiciat, parati iuuare, atque de tua resistentiā & victoria exultantes. Et item, quantum de tua deiectione & transgressione malignissimi spiritus colatentur & tibi insultent, quemadmodum psallis: Qui tribulant me, exultabunt, si motus fuero. Ex hac consideratione orauit **Psal. 22.** Psalmista: Illumina oculos meos ne vniq; obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, praualui aduersus eū. **Itēq;: Deus meus, in te confido, non erubescā, neq; irideat me inimici mei. Noli me Creatorē tuū offendere, relinquere, aspernari. Noli beatissimā Matrē meā tibi succurrere paratissimam, & tuā salutem vehementer zelantē contristare: noli angelum tuū sanctū te syncerissimē diligentem, sollicitē custodientē, fidelissimē admonentē inhonorare, plus aduertendo & assequēdo Diabolica illa susurraria, q̄ eius angelica saluberrimā hortamēta. Noli te toti triumphanti Ecclesiae, celestiq; curiae odibilem contemptibilemq; efficere. Noli te inuidiosissimis ac crudelissimis hostibus tuis opprobrium, subannationem & praedam peragere, sed potius ea cum sapiente: Domine Pater & dominator vitę meae, ne derelinquas me in cogitatu & consilio illorū, ne incidam in conspectu aduersariorum meorum, & gaudeat de me inimicus meus. Octauum est, statim in principio tentationi resistere: quod in tentamentis carnalibus potissimē est agendū, à quibus & à quorū obiectis occasionibus, incitamentis atq; materijs debes oculos mentis & corporis, imaginationem, phantasiam, memoriā cōfestim auertere: eosdemq; oculos ad intuentum & considerandū salubria & compunctiua conuertere, crucifixum aspiciendo, eiusq; passionem & tuā nouissima ponderando, breuitatē quoq; & incertitudinē vitę praesentis pensando. Præterea debes esse magnanimis & laudabiliter vindicatiu⁹, ita vt afflictiores tuos Diabolo dire affligas, tantō instatiū, incessabiliū dādo te ad omnīū actus virtutū, praesertim ad profundā humilitatē, obedientiam, charitatem, quantō plus illi conatur te à tua salute retrahere. Dic cū idoneo pugnatore: Persequar inimicos meos, & cōprehendam illos: & non conuertar donec deficiam: Constringam illos, nec poterit stare. Nec hoc dicas, de tuis viribus aut meritis praesumendo, sed diuinā pietatis gratioso auxilio cū omni humilitate & spe iugiter intendo, iuxta illud: In Deo Salutare meum & gloria mea Deus auxilij mei, & spes mea in Deo est. Nonū est, vitilitatē, impietatē & turpitudinē tētationē ac vitorū perperdere, **IX.****

Psal. 22.

Ibidem.

Psal. 24.

Eccle. 28.

VIII.

Psalm. 125.

Psal. 61.

& ita te protinus inde quasi à caduere pror-
sus fœditissimo atq; turpissimo cū indigna-
tione auertere, dicēdo, phy. Quēadmodū si
emptor mercatori pro auro & balsamo præ-
beat ferrū & stercora, cū indignatione auer-
tet fe mercator, dicens, phy: Ita dū tibi pro
Domino Deo tuo æterno, infinito & super-
dignissimo, & pretiosissimis donis gratiæ &
gloriæ eius proponitur à mūdo, carne, Dia-
bolo vana, fœda & vilia ista caduca, cū inten-
tissima aspernatiōe responde, phy. Nec dig-
neris talia suggerentem aspicerē vel audire,
immo sicut docuit signifer ille Franciscus,
dicentatori asperi os tuū, & projiciā ibi ster-
cus. nov. Vehementer me iuuat, cōfortant,
consolantur, inflammāt documenta hæc op-
tima. Veruntamē vnū me adhuc intus mole-
stat, quod vix exprimere audeo. chr. Si mo-
dicē expectasses, referassem tibi decimū ten-
tationum remediū: quo audito, quicquid in
corde tuo versatur ac latet, planē ac simplici-
ter manifestasses. nov. de precipitatiōe mea
veniam precor, & illud remediū audire de-
X. posco. chr. Decimū est, totū quod versatur
& latet in mente, tā in sacramentali cōfessio-
ne, quā extra eādem, viris discretis, bonis
& charitatiuis insinuare, atq; eorū consilij
& doctrinis humiliter obtemperare. Tenta-
tor quippe querit decipere, falsā ac praua
sub specie veri proponit ac boni, & fraudes
innectit ac laqueos, propter quod metuit
deprehēdi. Nempe vt in Euāgelio dixi: Om-
nis q; malē agit odit lucē, & nō venit ad lucē
vt manifestent opera eius. Dū igit homo om-
nia mētis suę abscondita idoneis prodit viris
iā penē vincit diabolu, & fraudes eius ac la-
queos detegit. Sic quoq; interiora sua dete-
gere & informationē expetere, humilitatis
ac discretiōis est op^o. Idcirco supbia vincet
Diaboli. no. Iā parat^o sum interiora quædā
euoluere, nō tamē sine pudore. audio inter-
dū, nescio q̄ in corde meo susurria, argumēta
tiōes, blasphemias cōtra fidē, cōtra prouidē-
tiā dei, cōtra honorificentia Chri ac glorio-
sissimæ Virginis. Et quantō plūs cōtra talia
arguo, & propter ea contristor ac turbor, tā-
tō acrius sequūt & erūpunt. chr. Satis hæc te-
rigit. Itaq; scias hui^o tētationis generi, spe-
ciali industria obuiandū. Non em contra eā
argumentando, aut propter eā seipsum tur-
bando deijcitur: sed potiūs deridendo, nec
eam curando, seq; mox auertendo ab ea, &
conuertendo ad alia bona salubria, atq; cū
iucūditate seruicendo altissimo, & Psalmo-
dij, orationibus, meditationibusq; diuinis
vacando: quemadmodū scriptū est: Tristat
aliquis ex vobis oret æquo animo, & psal-

Tentatione
quibus sunt
reuelandæ.

1001.3

oculus utilis-
simus

1001.5

lat. Veruntamen ita tentatus, intra se potest
sic simpliciter cogitare interdū isto aut simi-
li modo: Ego credo sicut innumerabiles Pa-
tres sancti & æremite & anachorite & mona-
chi, innumerabilesq; vtriusq; sexus marty-
res crediderūt: quos Deus Omnipotens in
vita & morte, in martyrio & post mortē ip-
sorū, innumerabilissimis & præclarissimis,
foliq; Omnipotēti Deo possibilibus deco-
rauit miraculis. Ecce fides Christiana vtriusq;
que testamentū roborat scripturis, & omnia
gratiarum charismata, virtutes, signa, prodi-
gia olim Synagoga tradita Iudeorū, per A-
postolos Chri ad ecclēsiā gentiū sunt trans-
lata. Nec interim habuerūt Iudæi viros san-
ctos & Prophetas miraculis coruscātes. Ista
quoq; finalis Iudeorū relictio, certissimū si-
gnū est veritatis fidei Christiane. In super in
Alcorano, id est, in libro legis Machometi,
& Sarracenorū, apertissimē ac frequēter ha-
betur, quōd Iesus Mariæ filius fuit rex, mes-
sias seu Cris in lege & Prophetis promissus,
& quōd Iudæi per totū mundū dispersi, & à
neo finaliter sunt relictū, eō q; Iesū nō rece-
perūt pro Chro: & quōd Iesus Mariæ filius
ac Apostoli fuerūt à Deo missi, & suscitaue-
runt defunctos, alijq; coruscauerunt mira-
culis, quæ in euangelio recitātur: atq; q; ma-
ter Iesu Maria fuit omniū mulierū sanctissi-
ma, omniūq; virginū mūdissima, etiā in par-
tu & post parū. nov. Gratias ago tibi o dñe,
quoniam verba ista sanctissima omnē cordi-
s mei inquietudinē, turbulentiā, inuoluti-
onē, caliginē penitus deterferūt & expule-
runt à me. Et nunc si quid addendū videtur
de tētationū remedijs, addat hæc nris meis:
quantū nunc tacta mihi videant sufficere & su-
per sufficere, chr. Plura vtiq; addi possēt, vi-
delicet ad sacratissimā meam matrem, & ad
Sanctos, ad quos specialiori habet deuotio,
deuotē confugere: atq; quōd hi qui in fide
fuerunt firmiores, & ab omni magica arte
prorsus immunes, præ cæteris fulserunt mi-
raculis. Vnū tamen adhuc restat remediū re-
mediorum, maximē expugnatiū vniuersarū
tētationū, potissimē instructiū cuncta
rū virtutum, & ad summam perfectionē ma-
ximē inductiū: quod diligens considera-
tio meæ acerbissimæ passiōis, & de hoc in
sequenti te edocebo articulo.

Quod frequens, deuota ac diligēs dominicæ passio-
nis consideratio, sit efficacissimū remediū cōtra om-
nē tētationem, cōpessidiosissimum quoq; mediū
ad omnem spiritalem profectum atq; per-
fectionem. Articulus VII.

CHRISTVS.

Passi-

Passioni meæ seu mortī, qua totum
redemi genus humanum, in æstima-
bilem contuli efficaciam ac virtutē,
& ipsa meriti existit infiniti: quia ex summa
& ardētissima charitate, perfectissima obe-
dientia, profundissima humilitate, incon-
cussa patientia, constantia fortissima, mente
prorsus mitissima, pertuli eam. Deitas quo-
que humanitati meæ vnita, immensam ido-
neitatem & efficaciam promerendi præstir-
it ei. Hinc quantō homo per charitatem
ardentis, humiliss, atq; viciniss vnit se mi-
hi & meis meritis ac virtutibus magis con-
fidenter innitit, tantō copiosius efficitur
particeps virtutis ac meriti mei. Si ergo ten-
tatis difficultate arduitateq; ordinis obser-
uantiarumq; eius, & quasi duritia ac rigore
religionis: & graue tibi videtur, crucem tuā
ferre & sequi me, diligenter considera, quā-
ta pro te pertulerim ego, qualiter factus in
agone, præ horrore mortis sanguineum su-
di sudorem, suiq; tristis vsq; ad mortem, &
proprijs humeris graue crucis patibulū ba-
iulans, ignominiosissimē ductus fui ad Cal-
uariæ locum. Si ergo tentaris illecebris car-
nis, seu desiderio voluptatis, dissolutionis,
ludi, ioci, cachinnationis, attende quid pro
te tuli doloris, quando vsq; ad costarum pa-
tesactionem tenerrima mea caro est lace-
rata, & omnino crudelissimē dilaniata fla-
gellis, quando per medium manuum mearum
ac pedum transuerberati sunt obtusi &
grossi illi ferrei clauī: dum item caput meū
spinis est coronatum, arundine cæsum. Si
ambitione tentaris, aduerte qualiter prop-
ter te factus sum opprobrium hominum &
abiectio plebis, alba veste illusus, purpurea
subannatus, vultu consputus, blasphematus,
& tāquam vilissimus & sceleratissimus
vniuersorum hominum, spretus, tractus, oc-
cisus: quoniam omnes videntes me, deri-
serunt me, dicentes: Si Rex Israël est, descen-
dat nunc de cruce. Si grauis tibi videtur ab-
stinentiæ seu ieiunij rigor, & delicatiori ci-
bo tentaris & potu, recole quemadmodum
dederunt in escam meā fel, & in siti mea po-
tauerunt me aceto. Si motus superbiæ, si im-
patientiæ aut iracundiæ impetus te inuadit
propter illatas tibi iniurias, aut propter que
cunque aduersa, aduerte, qualiter cuncta
præacta patientissimē toleraui, quomodo
coram Pilato steti mitissimē corde, silenti-
ore, salissimē ac enormissimē accusatus. Si
te rancor pulsat aut motus inuidig, recorda-
re qualiter in cruce fixus & iam mortis an-
gustijs & puncturis circumdatus, immo po-
tius intus transfixus, orauī pro crucifixorib^o

1001.9

1001.10
1001.11
1001.12

1001.13

1001.14
1001.15
1001.16

1001.17
1001.18

1001.19

1001.20
1001.21

meis. Si te impugnat acedia, recole quanto
charitatis ardore, tuam procurauī salutem.
Et breuiter in omni tentatione intimē in-
tuere, quæ, quanta & qualia pro tua saluatio-
ne assumpsi, exercui, toleraui: qualiter ama-
rissimā, & acerbissimā morte perēptus sum,
& toto corpore violentissimē ac pœnalisssi-
mē in cruce distentus, vsq; ad ossium meo-
rum dinumerationem, venarumq; ruptio-
nem: quomodo spinis coronatus, purpu-
rea veste pro irrisione indutus, vultuq; san-
guine mandans præsentatus populo, clamā-
tibus illi: Tolle tolle, crucifige eū. Prætereā
conspice, quis, qualis & quantus sum, qui
vniuersa ista sustinui. Nōne secundū natu-
rā meam diuinam, gremio Patri equalis sum
secūdam assumptam quoq; humanitatem,
vt verbo æterno hypotasticē vnitam, toto
dignior vniuersos? Attende cōplexionis meę
teneritudinē, quia ex sacrosanctæ Virginis
purissimis sum cōceptus sanguinibus: vide
innocētiā meam, & quā charitatiuē, virtu-
ose, promptissimē cuncta pertulerim, cō-
templare. Insuper contuere, quemadmodū
tēpore passiōis meæ acerbior fuerit in me
dolor compassiōis, qua ingratis ac perei-
tibus condolebā, quā ipsa corporalis pas-
siōis meæ afflictio: quantum item dilecti-
mæ meæ condolui generitrici, cuius amaritu-
dinem, pœnam, compassiōnem in spexi: sed
& alijs astantibus deuotis discipulis ac scem-
inis vehementer compatiens fui. Ista iu-
giter porta in mētē, atq; quotidie semel spe-
ciali ad hoc hora deputanda, distinctē, ordi-
natē, compassiuē recogita, ac si præsentiali-
ter te præsentē & intuente, hæc paterer. De-
niq; vt cum præcordialiōri cōpassiōe ista
reminiscaris, considera quā graue & mole-
stum tibi esset talia pati, quantum doleres,
si patrem aut fratrem tuum carnalem, etiani
pro seipsis & suis excessibus talia cerneres
sustinere: magis autē, si sine ipso forū demer-
itis, & maximē si pro te & tua ereptiōe à mor-
te corporali ac temporalī taliter occideren-
tur: quantō magis deo Creatori Saluatoriq;
tuo, propter te incarnato ac taliter passo abs-
que sua offensa, pro tua culpa & pro tua libe-
ratione à morte & condemnatione æterna,
immo & pro obtinenda tibi gratia multipli-
ci in præsentē, æternaliq; gloria in futuro,
præcordialissimē compati oportet? Itaq; dū
ad ista meditando accedere vis, mentem tuā
recollige, & mihi ardentē coniunge: sicq;
sine distractione, cum omni compassiōe,
cōpunctione, gratiarūq; actione habec recor-
deris. nov. Ista mihi o Domine saluberrima
est doctrina, efficacissima medicina, memo-
ratio

Compassio-
nis dolor
Christi

CHRISTVS.



Ixi tibi, discretè & ordinatè esse procedendum atque proficiendum. Tu autem videris velle volare, antequàm habeas pennas. Et qui adhuc in actibus viæ purgatiuæ ac status incipientium indiges exerceri, de viæ vnitivæ & perfectivæ contemplationisq; actibus ac volatu vis edoceri? **NOVIT.** Quantum ad meâ pertinet parvitas mensuram, hoc petij. Veruntamen indiscretionis præsumptionis meâ deprecor veniam: at tamen supra testatus es, triplicis viæ actus & exercitia sibi inuicè aliquoter permisceri, atque ad incipientes necessariò exigi charitatem ac sapientiæ donum secundum aliquem gradum. **CNR.** Quid necessaria est excusatio coram cordium inspectore ac iudice Deo? Mentis tuæ intentionem & piam cerno radicem ac feruens propositum, ideo satisfaciam tibi. Ex Philosophia agnoscis, quòd omnis effectus similitudo est suæ causæ, omnis quoq; creatura, radius Creatoris. Hinc ex cognitione effectuum, ad notitiam pervenitur causarum: Et ex creaturârû intuitu, ad Creatoris aliquantum contemplationem pertingitur. Veruntamen effectus gratiæ & gloriæ, effectibus naturæ eminentiores consistunt: idcirco in ipsis excellentiùs contemplatiùs inspicitur Deus. Potissimè autem in humanitate à verbo æterno in vnitare personæ assumpta, & in eius mysterijs, ac supernaturalibus præclarissimæ gratiæ ac gloriæ suæ donis: in quibus omnibus Deitas adoranda, Trinitas superbenedicta, multò incomprehensibiliùs, exuberantiùs, gloriôsius suam ostendit relucereq; fecit bonitatem immensam, munificentiam infinitam, gratuitam charitatem, interminabilem sapientiam, pietatem, iustitiam, & in circumscriptibilem potestatem, quàm in toto residuo vniuerso. Nempe hoc prorsus omnem superat intellectum, quàm inæstimabilis & immensa fuit illa superessentialis & superbeatissimæ Trinitatis bonitas, charitas, pietas, munificentia, sapientia, dignatio, quæ decrevit ac voluit ab vnigenito Patris filio naturam assumi humanam ad hypotasticam vnionem, suppositalemq; vnitatem. Eodem quoque momento, quo creata est anima illa & caro formata, ipsa anima ad splendidissimam beatificam diuinæ essentia visionem est eleuata, gratia, virtutibus, donis, fructibus, beatitudinibus & omni perfectione, quantum capax fuit, impleta.

passio Christi quibus modis sit recolenda.

Gal. 6.

Mundus cuius crucifixus sit.

ratio nunquàm obliuiscenda: immo quamuis ex horû reminiscencia non oriretur nobis medela, maxime tamen (ni fallor) ingratitudinis esset, ista non recognoscere, non pensare, non gratias agere, nec vicè pro posse rependere. Hæcigitur tanquàm fasciculum propono oculis mei cordis indefinenter obijcere, præsentare, imprimere, vt compatiar, vt gratias agam, vt imiter, & in omni tentatione remedium habeam salutare ad manum, omne quoque inordinatum ac vile abijciam ac detester solatium. **CNR.** Rectè consideras. Etenim passio mea varijs modis est recolenda. Primò, ad condolendum. Secundò, ad imitandum eam, & omnem, quam in ea monstraui charitatem, humilitatè, patientiam, mansuetudinem, obediètiã, fortitudinem, pietatem. Tertio, ad gratulandum, in quantum fuit causa fructuosa & saluatiua, quemadmodum scriptum est: Mihi ablit gloriari, nisi in cruce Domini mei Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Itaque ex hac passionis meæ recordatione crucifixus tibi sit mundus, ita vt quicquid appetiatur ac diligit mundus, id est, mundani carnalèq; homines, vt potè delinq; diuitiæ & honores seculi huius, tibi sint crux, & ea fastidias, horreas, fugias, sicut solent homines fugere ac vereri crucis patibulum. Tibi verò delectabile sit ac suaue, Deo tuo propter te incarnato, pauperato, crucifixo compauperari, configi & comparificari; deificaberis, id est, diuinus & ei charissimus eminenterq; similis eris. Quarto, ad admirandum, quòd vnigenitus Dei dignatus sit te ita redimere. Quintò, ad præualendum in omni tentatione per eam, modo nunc introducto. Sextò, ad contemplandum misericordiam, iustitiam, & sapientiam Dei in passione dominica. Septimò, ad inflammandum, quatenus omnia iam inducã pensando, totaliter accendaris amore filij Dei, qui te in tantum dilexit ac prædilexit, taliterq; redemit. **NOV.** Certè (vt arbitrator) in his altitudo consistit sapientiæ Christianæ: sed precor ô Domine, vt clariùs mihi exponas, qualiter clariùs tuam debeam recolare passionem ad contemplandum, & qualiter ad illuminationem internam & ad veram queam pertingere sapientiam.

Qualiter per assiduam, diligentem & compassiuâ dominicæ passionis recordationè, pertingat ad contemplationem sublimem, illuminationem supernam, sapientiam salutarem. Articulus. VIII.

sapientia Christiane altitudo.

NOVIT. Horum altitudo & claritas, mentis meæ imbecillitate prorsus reuerberant, vincunt, obtundunt. Hæc ergo, quantum in me est, malo abscindi & transiliri, quàm protrahi. **CNR.** Aduerte tamen (quod & faciliè aduertere potes) quanta sit iniquitatis enormitas, ac diuinæ iustitiæ æquitas, cum nulla pura creatura fuerit digna & efficax redimere & saluare genus humanû: sed ipsummet vnicum Dei Filiû oportuit incarnari, quem & Pater in assumpta natura maluit taliter, vt dictum est, pati, quàm peccata manere inulta: quàm infinitè quoque sapientia fuit, quòd Deus Omnipotès salua sua iustitia, per particularem ac temporalem Christi mortè, decrevit humanum redimere genus & à morte vniuersali ac sempiterna, & ad amissam reducere gratiam ac salutem. Quanta quoque pietas Dei relucet in isto, & qualiter omnipotentia Creatoris, in incarnatione verbi æterni, & in cæteris eius representatur ac lucet mysterijs. **NOV.** Magna & valdè supernaturalis est altitudo sapientiæ Christianæ, nec humanitas adinueniatur aut ficta, atque vt tactum est supra, non per naturalia argumenta, nec magica arte, neque armorum violentia, nec humana potentia est hominibus persuasa, recepta, ac toto orbe terrarum diffusa. **CNR.** Illuminari cœpisti: & quoniam copiosius appetis illustrari, ac dono sapientiæ adimpleri, stude puritati internæ, totamq; conuersationem tuam funda ac stabili in humilitate profunda, ac filiali ac indefinente Deo timore. Atque, vt tactum est, passionem meam ad imitandum pensa assiduè, meam considerando fideliterq; sectando charitatem, patientiam, mititatem, constantiam, humilitatem: ac mei intuitu & amore, corpus tuum discretè castiga, quæ carni molestiora sunt, elige: subesse, obedire, corripi, corrigi, humiliari potiùs opta, quàm præesse, precipere, promoueri, laudari, delicate tractari. In omni euentu fatage esse tranquillus in Deo. Omnipotentis præsentiam incessanter considera & honora: in eius conspectu custoditus & sollicitus esto, ne in aliquo tantam maiestatem ac sanctitatem offendas: omne opus eius cum reuerentia, seruire & alacritate adimple. Ecce si ista impleueris, immo ad ista implenda diligentiam & conatum omni hora impenderis, erit Deus omnium, Deus tuus, susceptor & exauditor tuus, & protector animæ tuæ: erit sine dubio animæ tuæ sponfus, & in mente tua quasi in thalamo, incessabiliter requiescet, deosculabitur, amplectetur,

consolabitur, fecundabit te in illis, intellectum tuum implebit splendoribus, affectum ardoribus sanctis, & docebit te vnicuique Spiritus sancti in vniuersis. Tunc senties quàm verè suaue sit iugum meum, & veritatem fidei experimentaliter nosces, atque cum fratre illo Aegidio astimabis te scientiam DEI magis habere, quàm fidem. **NOVIT.** O Saluator dulcissime, putasne miserrimus ego ad ista tandem pertingam? **CNR.** Nescis quòd Deus sit bonitas pura, penitus infinita, cuius munificentia est immensa, qua rationabiles creaturas sibi fideliter adhærentes, tam præcipuè amat: ideo ipse exuberantissima abundantia suæ pietatis immensæ, merita supplicum excedit & vota: & plura ac maiora paratus est dare, quàm creatura petit accipere, quantum in ipso est, & dummodo illa non ponit obstaculum, sed reddere se capacem fategerit. Solæ etenim iniquitates, ingratitudines, negligentia & torpores ac culpa vestra, inter Deum vestrum & vos diuidunt, & peccata vestra abscondunt faciem, id est, gratiosam eius præsentiam à vobis. Certissimè ergo agnoscas, quòd quanto plûs puritati mentis studueris; quanto diligentius ab omni offensa Deitatis præcaueris, quòd profundius humiliaueris & abnegaueris temetipsum, & obediencior fueris, tantò copiosius Sol sapientiæ Deus lucis ac liberalitatis interminatæ, in anima tua splendebit, id est, radios sapientiæ suæ diffundet, ignem sancti amoris accendet, immo tam inuandanter ac redundanter offeret & communicabit se tibi, vt ferre non præualens, clames: Domine, contine vndas gratiæ tuæ. Præterea, per donum sapientiæ ad gradum tertium & perfectum perductæ, ardentissimæ charitati vnitæ, faciet te quasi consiliarium & secretarium suum, incerta & occulta sapientiæ suæ tibi manifestans, teq; familiariter & intime sibi adstringens, & in diuitias gloriæ suæ rapiens, in secretum saporem, in Deitatis oceanum, in supergloriosissimè arcanum Trinitatis te assumens, eleuans & absorbens, vt superdignissimè & superuoluptuosissimè Trinitatis gloriam & mutuam intuitionem, dilectionem, & complacentiam, atque ipsius ad suos electos charitatem ac pietatem feliciter, prout in præsentia vita conceditur, contempleris. Verum, vt dixi, ad hæc obtinenda, ad proficiendum ac permanendum in gratia tanta, oportet in Dei præsentia iugiter custodi-

Match. 11.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

10411. 7.

tum, timoratum, syncerum existere, ab omni vanitate, leuitate, dissoluitone cauere, spiritali profectu condignam impendere diligentiam & conatum. Deniq; hoc est, quod in Euangelio simplici quidem sermone, sed alto sensu expressi: Si quis, inquiens, voluerit voluntatem Dei facere, cognoscat de doctrina, an ex Deo sit. Nam qui modo nunc taeto conuerfatur, certitudinaliter in seipso experitur Euangelica documenta verissimè esse diuina, & ad Deificam perfectionem, ad transformationem in Deum supernaturale seraphicam, ad obdormitionem in Deo dulcissimam, Deiformem ac coeliformem ductentia, soporato iam corpore, omniq; sensu à suo actu alienato, suspeso ac derelicto. **N O V.** Certè mi Domine, postulationi meae satis fecisti pijsimè, & erudisti me qualiter ad sapientiam salutarem, contemplationem diuinam & illuminationem supernam quam ac debeam peruenire, per indefinitem cordis custodiam, per oris refrenationem, per sensuum coërcitionem, per mentis munditiam, per reformationem passionum fugamq; vitiorum, per salubrem compunctionem, atque assiduam tuæ dignissimæ passionis ac mortis memoriam: non per lectionem & studium. His igitur documentis obtemperare intendo: & affectuosissimè precor, vt gratiam ac virtutem adimplendi hæc omnia, in dignissimo mihi prestare digneris ex tua bonitate, charitate & pietate im mensa, per merita omnium, quæ pro me facere ac perferre dignatus es. **C H R.** Ex parte mei non erit defectus: fac tu quod in te est, & quod tibi incumbit. Veruntamen ad proficiendum modo prætaeto, lectionem & studium non obesse, sed prodesse agnoscas, præsertim si discretè agantur. **N O V.** De hoc ipso instruere me digneris, & de cautelis nouitio necessarijs ad vitandum impedimenta quotidiani idoneiq; profectus.

De libris, qui nouitijs conuenient magis, & de modo lectionis ac studij in eisdem.

Articulus IX.

C H R I S T V S.



ouitijs in suo nouitiatu nõ multum vacat lectioni ac studio immorari: sed ea quæ ordinis sunt, diligenter addiscere, cantû, psalmodiam, cæremonialia, obseruantias regulares. Certis tamen horis debent in suo lectore discussione conscientia suæ esse intenti, beneficia Dei recolere, priora pericula & peccata horrere, seq; ad Deum cum præcordiali affectu conuertere, & cur vene-

rint, intueri, Dominicæ passionis, vt dictum est, recordari. Conformiter hora ad hoc magis vacante, legere ac studere debent salubria, & suo proposito magis accommodata, vt potè ea quæ compunctionem inducunt, deuotionem nutriunt & inflammant, timorem Dei in corde stabiliunt, & quæ ad vitiorum horrorem, ad mundi contemptum, ad suipsius aspersionem & humiliationem vehementius incitant atque erudiunt. Ea quoque quæ efficacius docent modum ac ordinem spiritalis profectus, reformationem passionum, remedia ac triumphum tationum, & exercitationem internam. Quemadmodum enim per ianua introitur in domum, ita per moralem doctrinam & reformationem, extirpationemq; passionum ac vitiorum, ad theoriã & mysticam sapientiam contemplatiuamq; vitam. Porro libri ad prætaeta conuenientiores, sunt moralia beati Gregorij, volumina Cassiani & Climaci, sermones & tractatus Bernardi, quædam quoque moralia scripta Hugonis, & Richardi de sancto Victore, ac Bonauenturæ. Item profectus religiosorum, horologium æternæ sapientiæ: libri etiam Vitalpatrum multum consolatorij inflammatiui ædificatorijq; consistunt. Consimiliter legendæ & historia quædam Sanctorum, vt Actus Francisci, &c. & similia deuotionalia quædam opuscula: potissimè quæ pertractant de passione dominica, de quatuor nouissimis, de mundi contemptu, de arcta via salutis, de vitijs atque virtutibus: non quod omnia ista, sed quædam horum, quæ tibi magis ad manum sunt, legere debeas ac studere: non varia percurrendo, & folia reuoluedo, aut solam notitiam vel temporis deductionem seu speculatiuã & superficialẽ delectationem quærendo: sed vt proficias, vt virtuosus reddaris, vt in timore, humilitate, custodia ac salubri proposito, condecencia morum, refrenatione linguæ ac sensuum, reformatione passionum, & puritate interna funderis, corroborearis, excrelcas. Idcirco quæ legis, tibijpsi applicare mox debes, imperfectum tuum deslere, emendationem proponere, & ordinatè, seruenter ac perseueranter profequi eam. Ecce tale sit tuum studium. Dum taliter legis ac studes, Spiritus sanctus loquitur tibi: quemadmodum dum oras, tu loqueris Creatori. In huiusmodi libris & in sacris scripturis, quasi in speculo vides & agnoscis teipsum, & faciem cordis tui. Ibi imperfectum tuum clarissimè conspicias, quid agendum restat, & qualiter proficere debeas, discis. Omnis enim

studium nouitiorum quæ esse debet

Libri nouissimi volumina Cassiani

studium ferarum qua intentione sit frequenter dum.

1. Tim. 3.

Rom. 18.

Philip. 3.

scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendû seipsum, ad corripiendum charitativè ac iuste proximos, ad erudiendum seipsum ac alios in iustitia, vt perfectus sit homo, ad omne opus bonum instructus ac promptus. Quæcunq; in his codicibus scripta sunt, ad doctrinam fidelium scripta sunt: vt per patientiam & consolationem scripturarum, spem habeant, nec vquam in vita hac arbitrentur se apprehendisse: immo priora atque præterita exercitia sua paruipendentes, in anteriora & eminentiora extendant seipfos: meliora & viciniora saluti per infatigabilem assiduumq; profectum obtinere conantes, sicq; ad supernæ vocationis brauium quotidie feruentius properantes. **N O V.** Hæc compendiosissima documenta cunctis Aristotelicis Platonisq; doctrinis incomparabiliter pulchriora, sapientialiora, ac salubriora consistunt. Nunc de cautelis vitandi impedimentis spiritalis profectus, dignetur profequi Dominus meus.

De cautelis necessarijs nouitio, ad perseuerandum, & vitandum impedimenta spiritalis profectus. Articulus X.

C H R I S T V S.

Rimè considera, cum quanto feruore ac quali diligentia reliqueris seculum, & omnia quæ habebas in eo: parentes, propinquos, notos, charos, familiares, terram natalem, opes, societatem dilectam: atque ad vitam hanc pœnitentialem venisti, vt tibijpsi ac seculo morereris. Nunquid ex paruo affectu id fieri potuit? Attende etiam, quàm verecundè, humiliter, ac instanter recipi postulasti, receptus quoque, quàm modeste, deuotè, obedienter ac dirigibiliter te habere cepisti: huius exordij semper sis memor, & noli tepescere, cancrizare, præsumere, extolli, resolu, audacior aut negligenter effici: immo in tam felici exordio cresce, persefiste, & vsque in finem fructuose atque salubriter perseuera. Hinc & typicè iustum est filijs Israel egresfis Aegyptum: Mementote dici huius, in quo eduxit vos dominus de Aegypto, de fornace ferrea, & seruitute luti ac lateris. Ita & tu recordari non cesses, quàm gratiosè ac virtuosè eduxit te Spiritus sanctus de hoc seculo nequam, de fecibus carnalitat, de iugo Diaboli, de durissima atque vilissima seruitute peccati, immo de penis inferni, & iam incidere meruisti, & paulopost incidisses, nisi operi manuum suarum Deus dexteram porrexisset. Hinc vnus

Dicit. 4.

2. Tim. 3.

Patrum respondit interroganti Qualiter me habebis? Vide, qualis fueris primo die quando existi de seculo, & receptus fuisti in claustro, talis permanset semper. Attende quod vile est in claustro tepescere, remissius agere, falli & vinci ab hoste, cum in apocalypsi testatus sim: Habeo aduersum te, quod charitatem tuam primam reliquisti. Itèq;: Quoniam tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Vas quoq; electionis protulerit. Voluntariè peccantibus post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia. Secundò indefinescent ista super custodia tuam, ne ad aduersarijs vulnereris: immo ad conflictum contra omnem tentationem, stude iugiter esse armatus ac præparatus, timoratusq; esto, quemadmodum scriptum est, & tactu superius: Fili, accedens ad seruitutem Dei, ista in timore, & præparata anima tuam ad tentationem: immo exordio tentationis protinus obuia & resiste, prout de hoc dictu est antè. Hoc est quod pastor ecclesie ait: Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanq; leo rugies circuit, quærens què deuoret. Tertio omne temerarium iudiciu caue, ne quenquid incautè despicias: nihilominus caue, ne ex plo eorum qui negligentius agunt, decipiaris aut remissior fias, & prospice, quorû colloctio & conuersatio te magis ædificet, ac illis te magis applicare & sociare coneris. Alios tamen diiudicare non audeas, sed suis eos comitte iudicibus. Quarto attende, ne specie boni fallaris. Quos enim hostis nequissimus conspiciat feruidos, nec euidentis malo deiici posse, apparètib; & nõ existètib; bonis decipere nititur: ideo cordis tui secretas suggestiones & machinas pande viris idoneis, sicut præhabitu est. Quinto attende, vt rationale ac discretu sit tuum obsequiu, nec immoderatis vigilijs, abstinentijs aut cõsimilibus exercitijs frangas te citò, ita vt iter religiosè peregrinationis continuare non queas. Sexto aduerte, quàm ineffabiliter grandis sit causa tua cum Deo, à quo in breui te iudicari oportet: profundissimè pensa, quia in hoc breui incerto præsentis vitæ curriculo necessè est, te aut sempiternam beatitudinè meritorè adipisci, aut infernalem dånationè incurrere. Si ergo ritè ac frequenter perperderis, in cella & claustro patienter ac libenter manebis: quamuis inibi vsq; ad collum in medio vermiu resideres. Postremò, pro conseruatione & defensione ac profectu condigno Deum inuocare non cesses: beatissimã quoq; humani generis Aduocata diligere, honorare, & exorare nõ desinas.

Apoc. 2.

1. Pet. 3.

1. Pet. 3.

1. Pet. 3.

1. Pet. 3.

1. Pet. 3.

1. Pet. 3.

1. Pet. 3.

1. Pet. 3.

1. Pet. 3.

1. Pet. 3.

1. Pet. 3.

1. Pet. 3.

1. Pet. 3.

1. Pet. 3.

1. Pet. 3.

1. Pet. 3.

1. Pet. 3.

1. Pet. 3.

1. Pet. 3.

1. Pet. 3.

Summaria & finalis nouitorum instructio.

Articulus XI.

CHRISTVS.



Tende nunc fili mi, quam benè sit eis, qui olim in seculo isto mundum cum vniuersis suis spreuerunt delicijs, diuitijs, atque honoribus. Ecce quantà gloriam, excellentiam, laudem, inæstimabilemque honorem breui in tempore modico cum labore mercati sunt. Certè iam computantur inter Filios Dei, & inter Sanctos fors illorum est. Nunc de indicibili sua beatitudine, de beatifica ac suauissima frui tione superdignissimæ Deitatis æternaliter sunt securi: & tantò sunt modò feliciores in sem pitemum, quantò in breui hoc spatio vitæ Deo sinceriùs, diligentius amorousq; seruissè inuenti sunt. Considera quoque, quam malè & pessimè sit iam eis, qui arctam salutis incedere neglexerunt, qui in suis sunt concupiscentijs conuersati, qui carnalia magis ac terrena, quam spiritalia, cælestia & diuina sunt affectu: perpende quanta eorù existat calamitas. Nonne ignis, sulphur & spiritus procellarum pars calicis est eorum? Nunquid pro toto mundo, & delicijs eius cunctis, velles vnum diem aut horam vnam nudo corpore iacere in medio æstuantissimi clibanis? & nonne fateris, sulphureum illum tartareum ignem omni igne huius mundi vehementer esse calidiorem? **NOVIT.** Heu quanta excæcatio atque vesania est, pro huius fallacijs vitæ caducis delicijs seipsum exponere periculo æternæ, intolerandissimæ afflictionis illius feruentissimi incendij infernalis, amissionis quoq; perpetuæ felicitatis. Et dato, quòd quis in seculo non penitus pereat, tamen vix contingit, quin graue ac diuturnum nimis ibi purgatorium mereatur. **CHR.** Rectè consideras. Et nunc quoniam firmiter decreuisti in religione permanere, me caput tuum ac Dominum strenuè imitare, per ignem & aquam me sequere: dicè à me, quia mitis sum & humilis corde. Carnem tuam cum vitijs & concupiscentijs crucifige, mortifica, abnega, vince te ipsum: voluntatem tuam mihi plenariè offer per obedientiam plenam. Cum metu & reuerentia serui Deo. cum omni cordis custodia & seruore, cum puritate & profectu, adherere & obsequi Omnipotenti & incircumscriptibili Deo non cesses, vilibus & indignis solatijs consolatui culisq; contentus. Si taliter egeris, habebis nunc paradisum in terris, summo & infinito bono, mente tranquilla, dulcissimè adhærendo, & paupost paradysum cælestem. Videbisque

Sapient. 5.

Matth. 7.

Psal. 10.

Psal. 65. Matth. 11. Galat. 5. Lucæ. 9.

bona Domini in regno Sanctorum, quæ nec oculus viatorum vidit, nec auris eorum audiuit, nec in cor peregrinantium ascendunt, quæ præparata sunt, atque largissimè conferentur veris religiosis, cõsilia mea implentibus. **NOVIT.** Ita mi Domine legiser summe, consultor sapientissime, agere cupio & propono, teque præstante implebo. **CHR.** Constans esto, & iuxta præhabita operare: sicque videbis & experieris consilium meum in te. Ad laudem & gloriam Omnipotentis, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

APPENDIX DE VERBA RELIGIONE, ET QUI SPECIALITER Religiosi nuncupandi sint, per V.P. Petrum Blomeuennam a Leydis, Carthusianorum Coloniensium Priorem.



DEVS hominem condidit ad imaginem & similitudinem suam, vt ipsum cognosceret, cognoscendo diligeret, & diligendo frueretur, in eo solo delectando se. Hæcerunt perfecta in futuro seculo, in presenti vita habentur imperfectè: quia per fidem videmus in speculo vt ænigmate, vt nondum tenemus in re, sed in spe: ideo imperfectè diligimus. Docemur autem in Euangelio Deum ex toto corde diligere: quia debemus in hac vita niti, acquirere, quòd in futura perficitur. Vita ergo Christiana seu Evangelica est, Deum ex toto corde diligere, & proximum sicut nos ipsos. In his duobus mādatis tota lex pendet & Prophetæ. Qui autem dicit se Deum diligere, (inquit beatus Ioannes Apostolus) & mandata eius non custodit, mendax est. Amor enim Dei non est otiosus, operatur enim magna, si est, si autem operari definit, amor non est. Inter omnia verò virtutum opera, Religionis seu Latriæ opera præcellunt, quòd sic probatur: Ea quæ sunt ad finem, sortiuntur bonitatem ex ordine ad finem: & ideo quantò sunt fini propinquiora, tantò sunt meliora. Virtutes autem morales sunt circa ea quæ ordinantur in Deum, sicut in finem. Religio autem magis de propinquo accedit ad Deum, quam alia virtutes morales, inquantum operatur ea, quæ directè & immediatè ordinantur in honorem Dei. Et ideo præminet religio inter alias virtutes morales, & nos Deo proximos facit. Opera autem religionis sunt, Deuotio, quæ

Psal. 26. Psal. 64.

Gen. 1. 26.

Augustinus.

1. Cor. 13.

Deut. 6.

Matth. 22.

Augustinus.

1. Ioan. 2.

Augustinus.

1. de ciuitate Dei.

Opera religionis quæ Deuotio.

Oratio.

Abstin.

Christiana vita quæ dicitur.

quæ est voluntas promptè tradendi se ad ea quæ pertinent ad Dei famulatum. Oratio, quæ est ascensus mentis in Deum. Hæc est oratio mentalis, ex qua oritur oratio vocalis & cantus, ad quæ meditatio, contemplatio & puritas cordis sunt necessaria. Hæc & his similia in interioribus aguntur. In exterioribus est adoratio, quæ fit per genuflexionem, prostrationem, & inclinationem, atq; similia, apta ad mouendum interiorem hominem ad actum suum. Hæc tamen exteriora præsupponunt interiora, videlicet notitiam eius, qui adoratur, quòd scilicet Deus auctor sit naturæ, gratiæ & gloriæ, & omnis boni: hæc est adoratio Latriæ, exhibitio honoris diuini, quæ talem cognitionem requirit, & nulli alteri exhibetur. Item præsupponit plenam & perfectam subiectionem & submissionem in diuinum beneplacitum ex charitate, vt adoratio illa accepta sit & meritoria. In sacrificio verò sunt omnia quæ offeruntur: inter cætera sunt propria voluntatis oblatio, corporis maceratio, temporalium rerum abdicatio, vitiolorum mortificatio, passionum refrenatio, sacri altaris hostia quotidiana immolatio, & (quod maximum est) cum summo bono, Deo optimo & maximo stricta per votum perpetua obligatio. Hæc præscripta, spectant ad vitam Christianam & Euangelicam, quæ Deo tenetur curam quo ad prima opera, & cetera monias: quo ad secunda, & sacrificium: quo ad tertia, per virtutem moralem quæ dicitur religio. Quapropter omnis colens præfatis modis vnum verum Deum, est religiosus. Tales sunt omnes Christiani. Ceteræ verò nationes, vnum Deum suo more colentes, nomine religionis indigni habentur, propter superstitionem & falsitatem atque errores, vt sunt Iudæi, Saraceni, Hæretici. Quamuis verò religiosi dicantur omnes veri Christiani, eò quòd vnum verum Deum colunt, specialiter tamen inter eos religiosi dicuntur, qui totà vitã suã diuino cultui dedicant, à mundanis negotijs se abstrahentes. Isti religiosi isto moderno tẽpore generaliter monachi vocantur. Exempli gratia: Inter pinfentes panes, illi pistores dicuntur, qui quotidie pinfunt panes, & hoc officium in comunitate exercent: non autem illi qui in domibus suis interdum pinfunt, quamuis generaliter pistores dici possent etiam ipsi. Isti itaque religiosi cum cæteris Christianis viuunt sub lege diuina, sed excellentius. Manifestum est enim, quòd in colendo Deum modis præscriptis, die noctuque magis occupantur cæteris Christianis, etiam sacerdo-

tibus secularibus. Ad hoc enim à Spiritu sancto per sanctos Patres influiti sunt, vt vacent Deo, & salutem propriam operentur, peccata populi desceant, (quoniam Monachus græcè, latinè vnus tristis dicitur) pro tota Ecclesia orent & interpellent. Et hæc proprie spectant ad eos, qui statum habent vitæ contemplatiuæ. Item vt plebem instruant, & hoc proprie concernit ordines mendicantium, qui cum præfatis contemplatiuorum studijs etiam incumbunt lectioni sacre scripture, doctrinæ in scholis, prædicationi in suggestu, & auditioni confessionum. Item alij religiosi visitant pupillos & viduas, & curam impendunt infirmis & defunctis. Sunt ergo in magna differentia etiam illi, qui specialiter religiosi vocantur. Quantò autem aliqua sunt spiritaliora, tantò sunt simpliciter meliora, licet per accidens contrarium iudicetur. Oportet enim interdum intermittere contemplationem propter salutem proximi. Improuidè verò decipiuntur, qui putant contemplatiuos & à consortio hominum separatos, vanos ac inutiles Ecclesiæ Dei, cum Veritas dicat: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Vbi dicit Ambrosius: Agat te, sicut Mariam, desiderium sapientie, hoc enim maius, hoc perfectius opus: nec ministerij cura à cognitione verbi cælestis te auertat, nec arguas eos & otiosos iudices, quos vides studere sapientiæ. Nec Martha tamen in bono ministerio reprehenditur, sed Maria, quòd meliorem partem sibi elegerit, antefertur. Hæc Ambrosius. Beatus quoque Augustinus tales sanctiores esse dicit, qui à conspectu hominum separati, nulli ad se præbent accessum, viuentes in magna intentione orationum. Idem: Videntur autè nonnullis res humanas plus quam oportet deseruisse, non intelligentibus quantum nobis eorum animus in orationibus proficit, & vita ad exemplum, quorum corpora videre non sinimur. Hæc ille. Omnes præfati religiosi, in iam dictis ministerijs instituti sunt, vt bonum commune Reipublicæ humane naturæ conuenienter administraretur, ipsi scilicet circa spiritalia quæ animam concernunt, sicut seculares in ministerijs, quæ corpus concernunt, deputati sunt. Homo enim ex anima & corpore cõpositus est. Ideo oportet quòd circa vtrumque sint ministeria, quibus tendat in finem, ad quem creatus est. Itaque Christiani principes, Imperatores, & Reges cum Sanctis Pontificibus, videntes religiosos præfatos magni esse meriti apud Deum, & Ecclesiæ Dei esse vtilissimos, condiderunt eis monasteria

Philipp. 3.

Thren. 6. Religiosus officia quæ

1. Cor. 13.

Contemplatiuos solitarios non esse inutiles Ecclesiæ. Lucæ. 10.

Ambrosius

Augustinus

steria & habitationes, & possessionibus dotaerunt, magnisq; & multis priuilegijs muerunt. Deus etiam pius & misericors, eorum sanctitati per miracula multa & magna, testimonia præbuit. Non debet autem mouere, quod quidam eorum sunt mali & defectuosi: hoc fit sanctæ religioni per accidens. Mali enim semper fuerunt eruntque cum bonis in hoc mundo. Mali tamen debent cogi & reformari, & religio stabiliri atque defendi, nec vlllo modo monasteria destrui, nec bona Deo consecrata diripi, quasi modus viuendi religiosorum esset vitæ Evangelicæ contrarius. Vita enim religiosorum est perfecta impletio legis diuinæ. Propterea enim instituta est, vt lex diuina strictissimi obseruetur, vt contraria huic legi facillimè euitentur. Lex quippe vetus & Evangelica, hoc est, diuina, omnia mandata tradit propter impletionem charitatis, vt testatur ipse Deus, dicens: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua: hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis tota lex pendet & Propheta. Sed quia homines communiter ab impletione huius præcepti charitatis impediuntur per curas rerum temporalium, & innatas prauas concupiscentias, & propriam malitiam, secundum quod dicit Iohannes: Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ: in quibus continentur omnia peccata charitati contraria. Ea propter sancti Patres (Spiritus sancto inspirante, sine quo nullum omnino bonum, nec salutis auxilia esse possunt) certos viuendi modos elegerunt, per quos declinarent à malo omnium peccatorum, & facerent bonum: Deum super omnia diligendo, & ipsi iugiter inherendo, quantum possibilitas in hac mortali vita permittit, diuina ipsius gratia assistente & cooperante. Qui viuendi modi ab Ecclesia approbati sunt per tota annorum, cum in eis sit maior securitas, excellentissima sanctitas, & Deum perfecte diligendi summitas. Mellifluus etiam Doctor Bernardus simile testatur, dicens: Bonum est nos hic esse, scilicet in religione, quæ in prædictis viuendi modis continetur atque signatur: quia ibi homo viuunt purius, cadit rariùs, surgit velociùs, incedit cautiùs, quiescit securiùs, irroratur frequentius, purgatur citiùs, moritur confidentiùs, remuneratur copiosiùs. Consultè igitur agunt, qui approbatam religionem petunt,

Deute. 6.
Matt. 22.

1. Ioan. 2.

1. Cor. 12.

Psalm. 33.

Bernardus.
Matt. 17
religionis
priuilegia.

vbi regula viuendi religiosè custoditur, vt cum tentationibus pulsati, in peccata posse notantur ruere, coereantur ne cadant, sed paulatim discant vitijs mori, virtutes acquirere, omnia in charitate agere: quia propter charitatè omnia in religione instituta sunt. Huic charitati student omnes veri religiosi. Idcirco secundum doctrinam Apostoli, tales æquanimiter aliorum illata mala tolerant, quia charitas patiens est: alijs benefaciunt, quia charitas benigna est: alijs non iniudent, quia charitas non æmulari: alijs non malefaciunt, quia charitas non agit peperam: in seipsis non intumescunt per superbiam, quia charitas non inflatur: non querunt apparere, quia charitas non est ambitiosa: non ordinant omnia ad semetipsos tanquam ad finem, sed potiùs seipos & omnia ordinant in Deum tanquam in finem vltimum, quia charitas non querit quæ sua sunt. (Est enim charitas quædam dilectio, quæ fundatur super communicatione æternæ beatitudinis: Deus verdè est ipsa beatitudo. Ergo charitas querit Deum tanquam vltimum finem, & non quæ sua sunt, hoc est, quæ hominis sunt) Non prouocant ad iram, quia charitas non iratur: non pertractant qualiter malum possent perficere, quia charitas non cogitat malum: non sunt maliciosi vt ex malitia peccent, quia charitas non gaudet super iniquitate, quod proprium est malorum, qui latentur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis: congaudent proximo quod in veritate ambulat, sicut scribitur in Canonica Iohannis. Gaius sum valdè venientibus fratribus, & testimonium perhibentibus veritati tuæ, sicut tu in veritate ambulat. Maiorem horum non habeo gratiam, quam vt filios meos audiam in veritate ambulantes, scilicet per viam fidei & morum. Congaudet ergo proximo: quia charitas congaudet veritati: proximi infirmitatem sufferunt, quia charitas omnia suffert: omnia credunt diuinitus tradita: omnia sperant à Deo promissis: leganimiter expectant promissa, quia charitas omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet: hæc optime à peccatis præseruat, quia ipsa nunquam excidit. Salus æterna super omnes qui seruant charitatem: cuius exercitium etiam omnes fideles, concernit, tamen religiosi veri maiorem curam impendunt eidem.

EXHORTATORII NOVI
tiorum conclusio.

Quia

INSTITVT. NOVIT. DIALOGVS.

Grego. Romi
1. 1. 1.



Via secundum beati Gregorij dictum, exempla plus mouet quam verba: exempla quædam ex sexto libro Chronica Petri Dorlandi Carthusiani hic adijcienda pro colophone ad neophytorum instructionem non incogruum putauit: vt qui boni sunt, cõtinuè ne tepescant curent, & qui tepidi sunt, sibi timeant, vt non terribiliter eis dicatur: Vtinã frigidus esses aut calidus. Sed quia tepidus es, incipiam te euomere de ore meo. Videmus plerunq; , quotquot in religionum institutis aut non proficiunt, aut minimè perseuerant, malo sine concludi, superbia agitari, viam humilitatis viamq; veritatis aspernari, monita pietatis despiciere, indignè ferre pro excessibus emendationem, ad virtutis viam directionem, semper ad omnè aures flatum mobiles, semper turgidos, semper magistris inobedientes, semper rebelles luminis sempiterno. Vnde fit, vt continuè seipis efficiatur deteriores, terreni, frigidi, vani, aridi, inspidi, tenebrosi, capitosi, animales, pueriles, magni & gloriosi in oculis proprijs, viles & fœdi in oculis dei. In quos Diabolus potestatem accipiens, varijs eos tentationibus agitare non cessat, quousque ad magistris, patrum, & loci contemptum, ad Aegyptum, ad vomitum, ad antiqua peccata, ad pristina animæ pericula, ad itinera æternæ damnationis retrahat. Aut si horum aliqui necessitate quapiam adaacti, in monasterio manere cogantur, plerunq; lupi & vulpes sunt, qui religionum vineas demoluntur: si non (quod monet Salomon) paruuli capiantur, aut ad saniorum mentem se institui patiantur. Quod vt compendio fiat, diuini Vincentij planè auream assequantur doctrinam illã, Tractatu de interiori hominis reformatione, cap. 4. qua ait: Sciendum, quod homo faciliùs & breuiori tẽpore possit ad perfectionem pertingere, si haberet instructorẽ cuius regimine duceretur, cuius obedientiam perfectè in omnibus actibus magnis & paruis sequeretur, quàm aliquis posset seipsum perficere, quantumcunque vigeat acumine in telles, & libros habeat, in quibus videat virtutum omnium structuram exaratam. Immo plus dico, quod nunquam Iesus Christus suam gratiam ministrabit, (sine qua nil possumus) si homo haberet quo possit instrui & deduci, & negligit vel non curat alterius ducatum amplecti, se credens sibi posse sufficere, & per se posse inuestigare & inuenire quæ sunt vtilia ad salutem. Ista enim via obedientia, est via regia, quæ hominem inoffenso pede ducit ad summitatẽ

Apoc.

1. 1. 1.

Gen. 12.

scalæ cui Dominus apparet innixus. Hanc viam tenuerunt omnes sancti Patres in eremo. Et breuiter omnes, qui perfectionè attingerunt, per hanc semitam processerunt, & per viam humilitatis peruenierunt ad gloriã maiestatis. Hæc Vincentius.

Novitius muro insidens, magistris iam pridem defuncti monitione reuocatur, ad seculum ne redeat.



Lim ecclesia Cathedralis Gratianopolitana canonicum habuit, qui corde compunctus, maiorem Carthusiam est ingressus. Hic post aliquantos menses, cum nouus ille seruator iã penè intepuisset, cepit de vomitu cogitare. Semper enim tepor non longè distat à vomitu. Huic tepori importuna se Diaboli tentatio sociabat, & tam frequens tamq; continua, vt nouella plantatio & parum adhuc gratiarum fluentis irrigata, tempestates tam assiduas ferre non posset. Non enim recurrebat ad orationis suffragia, nec piorũ Patrum monita capiebat. Victor igitur Diabolus miserum eò perduxit, vt nocte iam instante, clam turpè fugam meditaretur. Sedente igitur illo super murum, qui cœnobii cingit horto suo proximũ, cum vellet se deorium demittere, vidit magistrum suũ, qui illum in nouitatu iam pridem instruxerant, quicquid iam obiecit mortem. Hunc vidit è cœlis ad se venientem, multa luce conspicuum, & magna circumdatum gloria, dicentem sibi: Quorsum, inquit, ò fili tu fugere maturas in perditionis tuæ periculum? Mane, inquit, mane, & in ordine perseuera, & ego tibi promitto perpetuè felicitatis regnũ, quod ipse percipies, si in ordine in finem vsque laudabili cõuersione duraueris. Ille territus primũ, dein de apprimè animatus, sese ad mentem reduxit saniorum, cellam suam introiit, habitum resumpsit, & virtute ac longanimitate proficiens, felicissimo est fine consummatus.

Novitius quidam redire tentans ad seculum, reuocatur uoce defuncti.



N hac ipsa domo Carthusiæ, quæ est mater nostra, fuit ante nos novitius quidam, qui suadente Diabolo, aciam etiam possidete, sub nocturno silentio fugere ad seculum moliebatur. Cumque per cœniteriũ claustrum transitum haberet, audiuit de sepulcro cuiusdam nuper defuncti patris vocem manifestam, dicentem sibi: quò fugis ò miser, quò fugis? Prædico tibi, si hinc abieris, filius gehennæ & perditionis alumnus eris. Ille hac voce

Kk corre-

corruptus ac stupefactus dirigit, & ad se reuersus, cellam reperit, & in ea usque in finē laudabiliter perdurauit.

Nouitius qui moleste cappam nigram deseruabat, instruitur à Christo.

Egi Nouitium quendam hunc nostrum ordinem ingressum, in primis quidem mensibus strenuum satis: post tamen (quia non satis spiritui intendebat) cepit à primò feruore tepescere. Et cum ille plurima sibi molesta duceret, cappam tamen nigram, quam nouitij ferre habent, molestissimam deputabat. Hanc abominabatur, hanc totis nisibus refellebat. Vno dierum cum meridianum somnum carperet, vidit Dominum Iesum cruce longissima prægrauatum, qui anhelus & fessus, scalam quæ illic stabat, nitebatur ascendere: sed crux grauissima & in trāuersum sumpta, illum impediēbat, nec cupitum præbebat ascensum. Quod cernens nouitius Christo compassus, aptabat se ut illū iuuaret, quod facilius posset ascendere, & dicebat: Oro tēmi Domine, ut æquanimiter feras si ego te iuuem, & partem crucis tuæ sustentem: video enim te nimis miserè laborantem. Statim Christus hunc seuerus atq; indignans iussit abire, tali eum voce compellans: Quid tu, inquit, te iactitas quasi trabem hanc meam ferre ac leuare velis, qui cappam tuam, quamuis leuissimam, pro me ferre contemnis? Hoc dicto, visio disparuit, & euigilantem nouitium salubri consusione repleuit: & tantò post cappam libentiùs tulit, quantò eam antea fastidiuit.

Orationibus liberatur nouitius, cui cantori percelebri, astu Dæmonis ars & uox fuerant ablata.

Criptum reperi, Flandrensem quendam musicum domū nostram, quæ ad Parisios est, ut se conuerteret, petiuisse. Hic & vocē habebat sonorā ac laudabilem, eratq; in arte musica peritissim⁹. Prior domus scire volens an legere sciret ac cantare, (sic enim omnes probari solent, qui ad nostrum ordinem admittuntur) aperto libro, iuuenem canere præcepit. Statim ut ille parere voluit, affuit Diabolus qui illi ita guttur obcluserit, ut nec vocem edere, nec notulam concinere posset. Prior, ut erat vir spiritalis, agnoscebat astutias inimici, iuuenem in oratorium duxit, secumque ut oraret, indixit. Erat nempe nimium stupidus, & supra quam dici potest, verecundus, quod sibi tam peritissimo cantori, sic repente & vox

omnis & ars dudum cognita intercepta esset. Orant, instant, deprecantur: & statim fugato Dæmone, iuuenis vocem cum sua arte recepit, & gaudium Priori & fratribus non mediocre subintulit. Receptus ad habitū, cum laudabiliter cōuersaretur, tentatorem Diabolum in se prouocauit, cui semper virtus odiosa est, qui sæpissimè illū fatigabat, quod posset ab incepto deducere. Nam niger rimi Aethiopis formam induens, in teterriam formidandamq; sæpe speciem nouitium afflictabat: hoc vnum cogitans, ut crebris assultibus hominem è sua cella eieceret. Sed videns tandem nihil sua figmenta proficere, eum verbis aggressus est, dicens: Recede hinc miser, recede, & noli rem insolitā ultra vires moliri: meum olim fuisti mancipium, meo famulatu paruisti: Deo & huic ordini parere non potes. Nonne legisti, dicente Christo, neminem duobus dominis seruire posse? Quid igitur frustra conaris? Reuertere, inquam, nam parentes tui de tua absentia nimium affligantur: parant enim ad maximam dignitatē te attollere, & huic mundo conspicabilem promouere. Porro ille terrentem, æquè ut blandientem Diabolum aspernatus, stabilis in sua vocatiōe permansit: imposturam faciēs impostori, & sancta sua conuersatione prophanam impiūq; contemnens.

Frater nouitius sororis blanditijs monasterium relinquens, uterque à feris deuorantur.

Tinam qui nunc sequitur nouitius, tali potuisset industria Diabolum superasse. Nam iste, de quo nunc locuturi sumus, cum ordinem nostrum esset ingressus, nec esset sedulus custos mentis suæ, facilem se præbuit Diabolicæ voluntati. Enimuerò soror eius illum veniens inuisere, cum copiam haberet secum sermocinandi, multis sermonibus implicuit miserum fratrem, ut votis assentiret suis, & secū ad seculum repedaret. Ille statim abiecto habitu (licet in contrarium sancti Patres hortarentur) retrorsum vestigia intorquens, post Diabolum ambulabat. Sed heu, nō impune. Fratre igitur ac sorore læto animo ad seculum remeantibus, tristis eis subito superuenit interitus. Cum enim nemo præterirent quod cœnobio adiacet, repente exiliunt rapidissimæ feræ, nunquam illic prius cognitæ, quæ hos miseros nimis mordaciter inuadūt, strangulāt, occidūt, & dicto citiùs in ventrē deglutiūt, paucis reliquijs permantibus. Viderūt hæc pastores & agricolæ qui huic spectaculo nō lōgè aberant, & sta-

tim quæ gesta fuerant, nunciāt monasterio. Illi audientes funestam cladē & nimis amarum iudicium Dei, in communi omnes lachrymantur, & amarus gemitus effundunt ad cœlos, dicentes: Quam terribilia sunt opera tua Domine, nimis profundę factę sunt cogitationes tuæ. Vir insipiens non cognosceret, & stultus non intelliget, quàm terribilis in consilijs super filios hominum.

Nouitius uermibus ad desperationem usq; afflictus, facta professione iuxta Prioris promissum, miraculose liberatur.

Vit ante nos nouitius in ordine nostro, ut legi, vir quidem pius & ordini deuotus, sed non satis in aduersis constans: quippe quem vermiculi, quos pediculos dicimus, afflictabant. Et reuera hæc bestiolæ (præter communem usum quo cæteros fatigant) in tanto numero illi aderant, ut Diaboli factione immissi haud dubio crederentur. His vermibus nimium fatigatur nouitius, ac penè desperans, Priorem domus aggressus, cepit cum illo de sua egressione tractare. At Prior sciens illum virum bonæ conscientie esse, multis sermonibus hortatur, ut maneat, nec se à vilissimis vermibus patiatur expelli. Dehinc consolans mœstum, Mane, inquit, & fili, mane, & in ordine perseuera. Iuro enim tibi, quod facta professione, ab his vermibus liber eris, nec ultra tuam carnem attingent: ut noueris hanc immisionem pediculorū Diaboli factionem esse, qua te ab ordine faciat extorrem. Acquieuit ille, & in ordine profites, statim ita liber est redditus, ut nec vermiculus vel vnicus in eius posset vestibus inueniri.

Nouitius Diaboli arte decem aureis prouisus, intelligens hostis dolum, inconstantie propositum in sanctam uitam commutat.

Quitius quidam in superiori Alemania, cum nostrum esset ordinem ingressus, nec satis firmasset mentem in obsequium Dei, cepit de vomitu cogitare. Etiam in liquidum resolutus: O, inquit, si nunc haberem ad manum aureos decem, nequaquam hinc ultra perdurarem: sed statim me seculo redderem, quod reliqui. Odi enim hunc ordinis rigorem, odi pisas & fabas & durissimam ordinis disciplinam. Sine pecunia tamen nusquam tuta, nusquam honesta profectio est. Cum quæ vndique per cellam circumspiceret, vidit (mirabile dictū) illos ipsos aureos iacere sibi sub oculis, probata monete & publice. Tunc il-

le stupidus nimium: Vnde, inquit, hoc aurum? unde hi nummi tam subito prouenerunt, hoc præsertim in loco, ubi nunquam pecunia cōsueta est inueniri? Certè hoc artificium d̄ zabule tuum est, hi doli sunt tui, quo me ab ordine eijcias, faciasque extorem. Nunc magis ipse manebo, & (ut tibi crepent oculi) me perseuerantem videbis, & quæ sancta sunt æmulantem. Pecunia verò tua tecum abeat in perditionem.

Nouitius pristinas diuitias recordans, abiturumq; meditans exemplo auiculæ, quam alebat, diuinitus stabilis redditur.

Lim in domum nostram, quæ iuxta inferius Traiectum est, vir magnatum opum, & qui in seculo multa fuerat claritate conspicuus, ingressus, habitum ordinemque suscepit. Verum (ut E. saias ait, qui recessit à malo, ut prædæ patuit) inuidia Diaboli agitur, qui prædā suam ad se reuocare curabat, multis & magnis cepit tentationibus fatigari. Cogitabat nempe, quas diuitias, quasque delicias dudum habuerat, & quibus fuerat honoribus sublimatus: & hæc cogitans, de vomitu pensitabat. Cumque iam in id mentem non satis sanam impulisset, ut recederet, tali signo est ab amentia reuocatus: Habebat nempe de volūtate Prioris auiculam arte canentem in cella sua, cum qua ludere solitus, suas temperabat angustias. Instantē igitur die, quo abire decreuerat, acceptam auiculam emisit ex cœua, ad quam (apertis cellæ fenestris) loquitur, dicens: Vola, inquit, vola, & liberè nunc, quod volueris, perge: Perge, inquam. Nam modo ego te conseruor, eam cupiens libertatem, qua te nunc ipse donauit. Mirum dictū, auicula indomitum animal, & omnis semper clausuræ impatiens) licet omnia paterent, & sub nudo aère locaretur, diuino (ut puto) instinctu cōligata, nusquam tētabat aufugere, nusquam voluit de cella commigrare. Ille cum sagacis esset ingenij, signū hoc dei muneri affricbens, passus est se ab irrationali animante doceri: intelligens multò magis illū oportere nusquam auolare, nec vana libertate potiri, nec instar vxoris Loth, ad fumigantem Sodomam oculos retorquere. Mansit igitur stabilis, perseuerans, pluris faciens gazas Aegyptiorum imperperium Christi.

Nouitius per scalam, sibi à Dæmone ad descendendum in profundum malorum paratam, a secessionibus in corde disposuit.

LEgi ordinem nostrum olim nouitium admisisse, qui sub prima quidem conuersatione satis se laudabilis vitæ monachum exhibebat. Verùm illo agente, qui suo anhelitu prunas ardere facit, nullam neque die neque nocte requiem habuit, stimulatùs à Sathana, vt ad seculum remearet. Vicit tandem improbus exactor, & in eam insaniam miserum perduxit: vt scalam quærere inciperet, qua posset per murum cellæ contiguum se transmittere. Sic igitur affectus, cum de recessu anxius cogitaret, & per horrum æstuans crebrò deambulare: scalam quam antea illic nunquam viderat, factione Diabolica stare conspexit, & nimium admiratus, ait: Agnosco ó Dæmon fraudes tuas, & deceptionis laqueos patenter agnosco. Hæc scala quam video, nunquam me leuaret in cælum, magis autem me mergeret in tartarum. Vt igitur tua te arte decipiam, dabo operam, vt hæc scala mihi fiat ascensus ad superos, quam tu mihi ad gebennæ puteum præparasti. Hæc dicens, sese ad se conuertens, in cellam rediit, & apud se deinceps facer sedulusque permanit. Semper tamen multis lachrymis affectum illum impium ac tetrum plangens, mentis suæ perfidiam gemitibus expiabat assiduus.

Duo nouitij ad seculum parentum blanditijs reuocati, simul cum eis peste citò in reprobam dantur mortem.

Duo nouitij cum seculo abrenunciassent, & se nostro ordini mancipassent, Diabolus horum inuidens salutem, vtriusque parentes aggressus, de suorum pignorum absentia vt que ad eò inflammavit, vt eam nimis impatientissimè tolerarent. Cum igitur carnales affectiones suas non vellent freno rationis comprimere, vno animo inflammati, ambo cœnobium intrant, orantes, vt cum filiis eis liceat habere sermonem. Annuit prior, nihil finistrum suspicatus. Illi statim vt sunt admisi, nouos tyrunculos virulentis hortaminibus suadere ceperunt, vt molestum ordinem & rigoribus & asperitatibus plenum deserant, secumque ad seculi delicias reuertantur. Nos, inquit, iam senes sumus, vestro solatio carere non possumus: præsertim cum hæreditates nostræ in periculo sint futuræ, nisi vos hæredes præsentem habeant. Quid plura? hortantur & vincunt, & quibus salutem esse debuerant, hos secum perituros ad seculum trahunt. Sequuntur captiui iuuenes deceptos senes, non longo tempo-

re de sua perfidia gauisuri. Nam pauco post tempore (scæuiente Deo) & Patres & Filij in inguine percussis, virulenta sunt peste in mortem reprobam (vt vereor) consumpti præcipitati que. Vnde & factum est, vt sese & filios nimis acerbe perderent, qui se per hos reparare ac consolari arbitrabantur.

Nouitius impudenter post desertum monasterium choreis se ingerens, improbus a morte opprimitur.

Nouitius aliquis nostrum ordinem ingressus, cum prior illi feruor tepesceret, cepit ordinem paulatim exolum habere ac per hoc etiam de exitu meditari. Vicit tandem quæ illi importuna erat Diaboli vis, & captiuum miserum traxit ad seculum. Hic vno dierum, cum in platea choreas duceret, mixtus consortio puellarum ac parui duceret, quod sanctum ordinem temerasset, cum crebrò saltitans circuiret, ac leuissimas cantilenas ipse præcineret, vltor perfidius Deus tantam procacitatem ferre non sustinens, repentinam in mortem insanum iuuenem præcipitem dedit. Nam inter circueundum cum sub tecto vicinæ domus incederet, tegula vna repente è tecto exiliens, illi cerebrum illisit, & excussit, & tetram in necem rapiens, ad gehennam (vt verendum est) incendia destinauit.

Nouitius non imperitus musicus, trina instabilitate meretur à Deo horribili gutturis morbo uita priuari.

Mimini legisse me de nouitio quodam, recepto ad ordinem apud nostros, qui quia musicus peritissimus erat, & voce optima dotatus, ab omnibus fratribus amabatur. Et quia id genus hominum vagum atque instabile est, Diabolo suadente, ordinem dereliquit. Post (nescio quo spiritu) compunctus rediit, & se recipi petiit, & accepit. Probatus igitur rursus & reuestitus, in cellam intramittitur. At ille suam semper secutus inconstantiam, iterum vomuit, & habitum proiciens, seculum quod amabat, repetiit. Tertio compunctus, rursus aliam aggressus est nostri ordinis domum, ubi tunc mores eius nesciebatur. Et quia ordo noster semper appetit sonoras voces canentium, sicut recipi se petiit, ita & impetrauit. Sed ó perfida humanæ mentis insania: nos semper vagi, sepe instabiles, sepe mutabiles, nisi ille nos stabiliat, ille nos

robores, qui sicut maria, & fluenta Iordanis retrò retorquet. Nam sine Deo nihil validum, nihil stabile, nihil sanctum. Omnis enim plantatio, quam non plantauit cælestis Pater, eradicabitur. Ille igitur tertio probatus, tertio vestitus, tertio reprobus ac reprobus habetur. Habitum itaque indignè proiciens, mundi se iterum actionibus implicauit: Sed non impunè. Trina nempe apostasia Dominus in sensus, quartò vindictam vibrare censuit, & miserum terribili plaga in guttore percussit. Hac peste ille correptus, citò de medio sublatus est, & Christi tribunalibus reseruatus. Eodem nempe, quo exiit, anno & obiit, ipso eodem corporis membro plagatus, gutture videlicet, quo sepe numero Deum ipse offenderat. Nā guttur ipsum, quod crebrò aperuerat ad vanitatem, Deo scæuente, occlusum est per vindictam.

Moner difficultatis patres, in recipiendo instabiles, in impetrando semel relictum habitum.

Abemus domum ordinis in Agrippina Colonia, ad quam scholaris quidam se contulit conuersionis gratia. Receptus, probatus, appensus est, sed inuentus minus habens. Nam suadente salutis nostræ aduersario, qui illi importunus atque assiduus incumbebat, celsit improbiissimo exactori: & dans locum Diabolo, mundi palæstram iterum aggressus est. Hæc ea palæstra est, qua perditissimi homines Diabolo militat, brauium perditionis æternæ sortituri. huic tentationi celsit & locum præbuit in die beatissimi Thomæ Apostoli. Sed rogantibus eum Priore & fratribus, acquieuit vsque in diem protomartyris Stephani permanere. Verùm ille vltra non sustinens, totum sese hosti contradidit, & ipso die (non animaduertens qui aderat, solennissimos dies) habitum reiecit, & ad seculum ad fumigantem Sodomam quam ardebat, recurrebat. Compunctus tamen aliquanto post, ipso sacro Theophaniæ die rursus recipi se petiit, nec impetrauit. Et meritò id quidem. Suadet nempe sanctissimus Hugo noster Lincolnienensis præsul, ordini semper cauendum esse ab leuitate in stabilium palearum. Hic igitur non admittit, cernens se non posse recipi, ista subintulit, dicens: Meritò fratres nunc recipiendus essem, si expulsionis causam aduerrere dignaremini. Nam ipsa vigilia Thomæ Apostoli vidi hoc monasterium nigerimis canibus plenum, qui latratibus & rictibus fugere hinc me compellebant. Quia igitur

tur non mea spòte, sed zabuli importunitate victus, terga præbui, oro, vt vestra hunc clementia benignè recipiat, quem malignitas hostis eijcere cogitaret. Non est tamen (licet hæc diceret) ad ordinem reassumptus, occulto Dei iudicio aliud aliquid in eo disponente.

Nouitius seculi fortuna clarus, Diaboli technis per totum nouitiatum agitur, Domini misericordiâ pridic professionis ab omnibus liberatur.

Vit circa hæc nostra tempora vir doctrina & eruditione admodum clarus, qui nostrum ordinem assumens, maximis cepit tentationibus fatigari. Nam ab ipso ordinis ingressu semper sibi omnia in contrarium vertebantur. Amici, propinqui, necessarii, & fraudes & tendicula illi parabant: & quæ in seculo aliquando iuste possederat, detrahebant. Ad hæc accessit illi infirmitas corporis quæ molestissima, quæ illum probabat, discutiēbat, an fidelis & Deo dignus perduraret. His tæntis agitur angustijs, nullatenus celsit, quippe qui fundatus erat supra firmam petram, quem nec flumina, nec imbrium vis, nec sequus ventorum impetus poterat commouere. Sed non defuit militi suo adiutor Deus, quippe qui illi constantissimum in aduersis contulit animum, & præcedente die, qua esset professionem facturum, omnem illi corporis ægrotationem ac molestiam abstulit, & in Christi victoria exultatè de cunctis sibi aduersantibus triumphum gloriam præparauit.

Musicus plurimum de sua perseverantia iactans, leuissimula occasione mutatur, Aegyptumque repetit.

Ongè aliter iste, de quo nunc loquimur, musicus quidam in seculo peritissimus, nescio quo compunctus spiritu, disciplinæ nostræ rigorem aggressus est. Hic quidem videntur feruentissimus esse, quippe qui suis viribus confidebat, sicut Gigas ille, quem Dauid arguit sua virtute fidentem. Cumque fratres suam constantiam mirarentur, & eorum de suo feruore laudarent, interrogarentque, an ne illi esset Dæmon in festus, qui illi exitum persuaderet: respondit ille: Nec Diabolum (ait) nec matrem eius cura; vsque ad eò mihi animus in perseverantia robustus est, vt antè arborem illam (quercum demòstrans) posses manibus euellere, quam animum meum posset Diabolus à sancto proposito detorquere. Sed nunquam profuerunt verba

no. 14.

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

ventosa. Sæper enim alta cadunt, inflata crepant, tumefacta premuntur. Nam paulopost venit illum inuisere vnus ex amicis cantoribus, qui modica suasionem adhibita, facillimè illum retraxit ad seculum. Nō euulsus, nec vim aliquam passus, sed tenuissimo tentationis vento afflatus, loco celsus, & pristina se musicæ vanitati restituit. Adhuc stat arbor illa quam ille monstrarat, toragitata turbinibus, tot nimbis intereà fatigata: ille autem vel leuissimo flatu à fundamento reuulsus & expulsus est, quia propter superbiam pede motus, stare non potuit.

Nouitius institutoris sui monita contemnens irridensq; seculum repetens, miserabili ac flebili morte præreptus est.

Ircæ hæc nostra tempora fuit nouitius, vt obscurus genere, ita & virtute ignobilis. Hic ordinem ingressus nostrum, ita se gessit, vt omnia institutoris sui monita contemnenda duceret, atq; etiam irridenda putaret. De hoc habebatur suspicio etiam violēta, quod vespertino tempore etiam cum habitu ad proximum oppidum conuolabat, amicam illic, quam antea possederat, allocutus. Caute tamen semper id agebat, vt ad matutinam synaxim inueniretur in choro. Verum hos dolos, hanc fraudis nequitiam Deus ferre non sustinens, quippe qui pro ordinis honestate zelabat, hunc in reprobum sensum contradidit, & illum in eius manus deuenire cōcessit, qui animæ eius sanguinem sitiebat. Statim ille infernali ministro attributus, seculum repetijt, & vitam omnem prostituit inimico: non impunè tamen. Nā paruo post tempore pestilentico igne tactus, cum ad extrema se vrgeri cerneret, & mortem inuitissimè admitteret, his vocibus querebatur. Ah, inquit, iam hanc iuuentutem mori necesse erit, quæ longissimæ adhuc vitæ posset idonea inueniri. Ille igitur omnem animum intendens, quod posset præsens periculum fugere, & vitam fragilem emereri, nihil de sempiterna vita aut morte sollicitus: cum monita salutis ab his, qui aderant, aspernater acciperet, nec quicquam salutiferū cogitaret, miserabili ac flebili morte præreptus, vitam non solum temporalem, sed & perpetuam (vt timemus) amisit.

Nouitius timidior hominum quam Dei, causam redeundi ad seculum fingit.

Sacerdos ex Selandig partibus nostrum habitum indutus, cum rigorem disciplinæ ferre non posset, cœpit animum inducere ad

egressum. Et quia grandæus erat, quippe cui conuersio necessaria videbatur, fraudibus inniti cepit & texere dolos. Finxit enim olim se habuisse vxorem, & hanc illi in somnis apparuisse, rogasseque virum, vt peregrinationem in vita promissam, per se ipse cōpleret, atque hoc pacto à tormentis eam ingruētibus liberaret. Fratres, etsi satis aduertent hominis calliditatem, cum nolent votis eius magnoperè reluctari, egrediendi & vxoris (vt dicebat) vota complendi liberum transitum contulerunt. Verum ille nec peregrinatio profectus est, nec de reditu cogitauit: satis dans intelligere, quod fraudè contra animam suam molitus sit. Nihil ordini nocitum est, sed sibi plurimum.

Adolescens propositum nostram religionem ingrediendi procrastinans, crudeli morte absorptus est.

Adolecens quidam bonæ indolis ac proborum morum, quem omnes pro sua mansuetudine plurimum diligebant: erat enim (vt videbatur) totus Deo deuotus, & fugitans lasciuarum, cuius honestissimam vitam commedabant. Hic diligens ordinem nostrum, ardentissimo proposito ingredi instituit, sed heu dolor, nullatenus adimpleuit. Semper enim coruo similis, cras, cras clamitabat: licet id votis omnibus se cōpleturum assereret. Sed qui scrutatur renes & corda reus, nō solum aspiciēs que diceret, sed quid i ipsis animi medullis cogitaret, huic iuueni tribuit secū dum quod viderat cor eius. Et licet ille procrastinaret cōuersionem, Deus tamen nō distulit vltionem, licetq; ille tardaret cōuerti ad vitam, Deus nō moratus est repentinam inducere mortē. Nam cum minus cautè ambularet, & circa quarundam mulierularum domunculas (nescio quid scrutaturus) crebrè iter haberet, quo in suspicionem venit eum illic ad mare, ab alio quodam proco repente gladio impetitus, crudeli funere absorptus est. Sic pereūt, qui Deo pulchra sanctisq; promittūt: quia ruina est hominis, sanctos deuotare, & post vota nō reddere. Vnde & Augustinus. Vocē quidam occultę inspirationis audiunt, sed vitā non corrigunt, dicentes, cras, cras, cras, & subito porta cœlestis regni clauditur, & anima peccatoris foras extra arcem cœlestis patriæ excluditur cum voce coruina, qui pro peccatis gemere noluit cum columba.

Exhortatorij Nouitiorum Finis.

D. DIO-


D. DIONYSII

CARTHUSIANI DE PROFESSIONE

MONASTICA LIBER VNVS, OMNIBVS VTRIVS-

QVE SEXVS RELIGIOSIS PERQVAM UTILIS ac summè necessarius.

Præfatio.



Excellentiorē uiam uobis demonstro: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum uelut æs sonans aut cymbalum tintiens. Verba sunt Apostoli ad Corinthios: Et est sensus: Quamuis loquerer linguis gentium omnium (sicut Apostolis fuit collatū donū linguarū, quo omnium hominum utebantur loquelis) loquerer etiā linguis spiritalibus angelorum, si charitatem Dei & proximorum non haberem, inanem strepitum uerborum emitterem. Caritas namq; est spiritalis uita creaturæ rationalis. Ideo si careat charitate, mortua est coram Deo, nec aliquid meritorie cogitare, appetere, loqui, aut agere potest, quādiu priuata est charitate: nec aliquod aliud donum seu charisma Spiritus sancti, uel opus bonū ex genere, potest ei ad salutē proficere. Ideo necessitatem, dignitatem, & excellentiam charitatis uolens insinuare Apostolus, addit: Et si habuero Prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam: & si habuero omnem (id est, perfectam atq; certissimam) fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas: & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, id est, tormentis & incendijs corpus meum exponam, pro defensione æquitatis aut fidei, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Ex quibus uerbis probatur, quod nullū opus misericordiæ, immo nec mori nec comburi pro fide, placet Deo, sine charitatis uirtute. Immo si aliquis sine charitate moreretur pro fide atque iustitiæ conseruatione & defensione ex seruili timore, æternaliter dānaretur. Ecce quā necessaria, quā salubris & præclara est charitas sancta: sine qua nec miracula, nec Prophetia, nec liberalitas maxima, nec diuinorū notitia secretorū, neq; martyriū cōplacēt Deo. Ideo ne quis inaniter sibimet blādiatur, & fallat seipsum, putando & persuadendo sibimetipsi, quod habeat charitatē: idcirco Apostolus docuit, qualis sit charitas, de qua tractat, & quæ sint opera eius, dicens: Caritas patiens est, benigna est. Caritas non emulatur, id est, non inuidet prosperitati alterius: non agit perperam, id est, peruerse, impediendo profectū, salutem, aut commoditatem alterius. Non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt. Non iritatur, id est, nō prouocatur ad iram ex uerbis aut signis alterius, nec ex iniurijs sibi illatis. Non cogitat malum, id est, non proponit alicui facere nocumentum: non gaudet super iniquitate, id est, de ruina & culpa proximi non lætatur: congaudet autem ueritati. Alia quoq; multa charitati

Kk 4

tati ascribit. Omnia (inquiens) suffert, omnia sustinet: quia aduersa fortiter tolerat, & aliorum defectus ac onera aequanimiter & compassiue supportat, sicut hortatur Apostolus: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Itaque qui istas charitatis proprietates & actiones inuenit in se, pie considerare potest, humiliter quae sperare, quod habeat charitatem. Porro qui impatientis est, & zelum habet amarum, nec proximis suis indulget ex corde, atque facilliter iritatur, indignatur, & appetit ultionem, ex praedubitis Apostoli uerbis discat, quam longe a uera ac saluberrima charitate existat. Conformer, qui contra proximum suum extollitur aut cupit praeesse, seu propria comoda quaerit, magis quam Dei honorem, & proximorum salutem, non est filius charitatis, sed seruus illius, qui Rex super omnes filios superbiae. Haec de charitate praemisi ac breuiter tetigi, quia ad eam, & eius perfectionem ordinatur omnis professio religiosorum. De qua professione, sicut rogatus sum, aliquid scribere nunc intendo: & specialiter de professione uenerabilium & deuotarum regularissimarum, quae clausae sunt, qualiter ipsa professio sit intelligenda, & quando ac qualiter transgressio eorum, quae in professione continentur, sit mortale aut ueniale peccatum. Quae & omnibus utriusque sexus religiosi applicari possunt.

Quod uniuersi ordines a sanctis Patribus instituti, & omnia Evangelica Christi consilia, principaliter ordinantur ad charitatis perfectionem. Articulus I.

1. Tim. 1.



Inis praecipue est charitas, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Haec sunt uerba Apostoli, quorum sensus est, quod sincera, & feruens dilectio, qua Deus proximusque diligitur, est finalis perfectio omnium praecceptorum noui ac veteris testamenti. Secundum quod Christus testatur, dicendo: In his duobus charitatis praecipuis totalis pendet & prophetae. Hinc rursus ait Apostolus: Plenitudo legis est dilectio: Charitas namque est uirtus dignissima, ceterarum uirtutum regina, imperatrix motrix, forma, uita, & finis: quia per charitatem maxime ac propinquissimam coniungimur, conformamur, adheremusque; Deo: atque per uoluntatis conformitatem & mentis consensum, unum cum Deo efficiuntur. Prout asserit Paulus: Qui adheret Deo, unus spiritus est cum illo. Hinc ceterae uirtutes & actiones earum, ad charitatem & eius profectum & perfectionem potissimum ordinantur. Charitas quoque mouet & excitat hominem ad actus & exercitia ceterarum uirtutum, hoc est, ad patientiam, mansuetudinem, humilitatem, sobrietatem, constantiam, pietatem, iustitiam. Cum etenim charitas conformet uoluntatem hominis uoluntati Creatorum,

instigat eum & prouocat ad uolendum & agendum ea, quae placent Deo, atque ad respondendum ea, quae displicent ei. Hinc denique non solum cuncta praecipua, sed uniuersa quoque; Evangelica Christi consilia, ordinantur ad charitatis perfectionem. Sunt autem duodecim consilia Christi in euangelio scripta: quae dicuntur consilia, quoniam quamuis prima facie non tenemur ad ea, tam per eorum impletionem pertingit homo expeditius atque celerius ad charitatis & ceterarum uirtutum perfectionem beatitudinemque aeternam. Remouent namque & auferunt impedimenta spiritualis profectus. Cumque sint tria praecipua spiritualis profectus ac perfectiois impedimenta, quorum primum est diuitiarum & proprietatum possessio: secundum uero est carnalis uoluptas, & sensualis affectio: tertium autem est propriae uoluntatis libertas. Dominus noster Iesus Christus, uirtus & sapientia uel Patris, contra haec tria impedimenta, contulit principalia tria consilia. Primum est, derelictio omnium terrenarum diuitiarum, proprietatumque rerum. Unde dixit Saluator, si uis perfectus esse, uade, & vende omnia quae habes, & da pauperibus, & sequere me. In hoc consilio fundatur uotum paupertatis. Secundum consilium est, derelictio uxoris, & parentum, ac omnium cognatorum.

Consilia uel
gelica quatuor
ad charitatis
perfectionem
ordinantur.

Perfectionis
impedimenta
tria.

paupertas.
Matth. 19.
Vota tria in
nastica, ut in
euangelio
fundantur.



non odit patrem suum, & matrem & uxorem, & fratres & sorores, non potest meus esse discipulus. Hi etenim odiendi sunt, non quod ad eorum naturam aut personam, sed in quantum a spiritali profectu impediunt, seu ut ait Gregorius, in quantum in Dei itinere nobis obstitunt. Et in hoc consilio fundatur uotum perpetuae castitatis. Tertium consilium est abnegatio propriae uoluntatis, de quo loquitur est Dominus Iesus: Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. In quo consilio fundatur obedientiae uotum. Ista sunt tria principalia uota, omni religioni monasticae substantialia: quae sancti Patres, religionum & ordinum institutores ordinauerunt a cunctis religiosis utriusque sexus esse solenniter promittenda, ad hoc, ut per eorum adimplerionem, ad charitatis diuinam & fraternam perfectionem uelocitius & expeditius queant pertingere. Ideo certum est, quod religionis personae, quae in charitatis sinceritate ac profectu non crescunt praefata uota inaniter promiserunt. Porro in charitate non crescit nec proficit, nisi qui in uera humilitate, patientia, mansuetudine, obedientia crescit: quia, ut dictum est, charitas patiens est, benigna est: non iritatur, non inflatur, non quaerit quae sua sunt. Superbia quoque, impatientia, iracundia, inobedientia charitatem expellunt ac destruunt, sicut & cetera peccata mortalia. Omnis ergo religiosa persona penset quotidie diligenter, immo omni die frequenter, haec tria uota praetacta: & cur ea promiserit recogitet, ut potest, quatenus per eorum impletionem crescat in charitate, sicque in defesse conest sua uota implere, atque per haec in charitate proficere ac perfici. Et quotiescumque uenerit ei aliquis motus charitati contrarius, ut potest, aliquis motus odij, aut rancoris, aliqua indignatio, amaritudo, elatio, ira, impatientia, auersio, prattatio aduersus proximum suum, protinus recordetur suae professionis, & cur ita professus est, dicens in corde suo: Cur uenisti? quid promissisti? propter quid uota illa fecisti? Et sic omnem uiciosum statim abiciat motum.

Luc. 9.
Cognati quatuor
terum odiendi
sunt.
Gregorius.
Castitas
Matth. 19.
Matth. 19.
Obedientia.
Papa monachus
ca. ut ad charitatis
perfectionem uelocitius
pertingat.

1. Cor. 13.

Quod sancti Patres in regulis suis primo & maxime ad charitatem, pacem & concordiam exhortati sunt uniuersos ordinum suorum personas. Articulus II.

Bsecro uos, ut dignè ambuletis uocatione, qua uocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Sancti Patres ordinum fundatores, scientes, quod religio sae personae imprimis teneantur ad Euangelica Christi praecipua, praesertim ad duo charitatis mandata dignissima, sine quorum obseruatione nil profunt obseruantiae regulares, aut uota monastica, circa regularum suarum exordia feruentissimè ac diligentissimè docuerunt, hortati sunt & iusserunt, ut cunctae ordinum suorum personae imprimis studeant irreprehensibiliter adimplere duo charitatis praecipua, & pacem internam cum Deo atque concordiam cum proximis suis habere. Nam pax & concordia ex charitate nascuntur. Hinc gloriosus Hieronymus ait in primo capitulo regulae suae. Quis modus uiuendi primo arripiendus sit fororibus in monasterio constitutis, Christus instruit, dicens: Si uis ad uitam intrare, serua mandata. Et quae sint illa, docuit dicens: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut teipsum. Pensate sollicitè, quod sine adimpletione praecceptorum istorum, nemo ingreditur ad uitam ad Deum. Idcirco apostolus non gloriatur in linguis angelorum & hominum, non in cognitione mysteriorum Dei, non in spiritu prophetiae, sed in charitate. Haec sola facit hominem Deo uiuentem. Haec religio, haec monachos facit ac moniales. Sine charitate monasteria sunt tartara, & habitantes in eis sunt demones. Porro cum charitate monasteria sunt paradisi in terris, & commorantes in ipsis, sunt angeli. Ideo dilectissimae filiae, quamuis longa ieiunia macerent corpora uestra, licet abiecta & uilis uelitis deformata, & longa officia persoluatur: si intus desit charitas, non dum peruentum est ad infimum gradum religionis. Bonum & iucundum est fratres & sorores habitare in unum, hoc est, in uinculo dilectionis, & charitatis affectu, qui sibi, id est, inuicem in tentatione auxiliantur, & charitatis ac pietatis obsequia sibi mutuè administrant. Ideo uobis corporaliter adunatis sit cor unum, & anima una. Nulla uita corpore & non mente. Et uerè in felices sunt, quibus non inest una, sed diuersa uoluntas. Sit itaque uobis semper unum affectus, una fraternitas, una uoluntas, una proportio morum, una incunctitas, una tristitia: ne, quod placet uni in Domino, displiceat alteri: neque, unde unus laetatur, alter tristetur. Et sic habere poteritis religiosi propo-

Hieronymus in regula.

Matth. 19.

Matth. 22.

1. Cor. 13.

1. Sal. 126.

Eph. 4.

1. Abr. 1.

propositum & virtutem, si vnanimis in Domino Domini habitetis. Hæc verè vita Dei, non Diaboli: verè monasterium, non infernus: verè vita religiosa non diabolica. Ex istis beati Hieronymi verbis ostenditur, quod religiosa personæ impatientes, contentiose discordes, & proximis suis non ignoscetes, non religiosam, sed Diabolicam ducunt vitam, nec dignæ sunt sponsæ Christi vocari: sed, vt sanctus asserit Augustinus, adulteræ extant Diaboli, cum quo spiritualiter fornicantur, per impiæ voluntatis conformitatem, ac prauæ mentis consensum, sicq; adultero suo Diabolo concipiunt dolorem, id est, cogitationem iniquam, intentionem obliquam, affectionem damnabilem, propositum vitiosum: quæ omnia dolor vocatur, quia deflenda sunt, & ad æternam pœnam ac infernalem trahunt mœrorem. Concipiunt ergo dolorem, & pariunt iniquitatem, id est, opus iniustum. Immo sicut in præinductis verbis testat Hieronymus: Tales religiosi sunt Dæmones, quorû tentationes ac vitia imitantur. Aduerte hoc ô religiose, & noli per rancorem, discordiam, auersionem, aut similes Diabolicas suggestiones, tuos labores perdere vniuersos, & non solum æterna felicitate priuari, sed etiam infernalem damnationem miserimè adipisci. Insuper, sicut Hieronymus, ita & Augustinus regulam suam in cepit ab exhortatione & iussione charitatis ac pacis, dicens: ante omnia diligatur Deus, deinde proximus, quia ista præcepta sunt quæ nobis principaliter data. Hæc igitur sunt præcipitima, vt seruetis. Primum propter quod congregati estis in vnum, vt vnanimis habitetis in domo, & sit vobis anima vna & cor vnum in Deo: hoc est animæ vestræ & corda vestra sint per charitatem, pacem atq; concordiam adinuicè semper vnita: nequaquam a se inuicem, per inuidiam, dissensionem, turbulentiãq; diuisa. Sic & sanctus Basilus suam regulam inchoauit, ab expositione præceptorum charitatis Dei & proximorum. Sanctus quoque Benedictus assignans in regula sua bonorum operum instrumenta incepit à charitate, dicèdo: Imprimis debemus Dominum Deum diligere toto corde, tota anima, & tota virtute: deinde proximis tanquam nos ipsos. Itaq; tot beatissimorum Patrum doctrinis, exemplis, & præceptis instructi, charitatem, pacem, concordiam, totis præcordijs amplectamur, rancorem, turbationem, discordiam, tanquam Diabolica mala, infernaliqua, tormenta vitemus. Nam & vngentus Filius Dei in Euangelio ait: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.

Augustinus.

psalm. 7.

Augustinus in regula. Matth. 22.

psalm. 67. Act. 4.

Basilus.

Benedictus.

Deut. 6. Marc. 12.

Matth. 5.

Ideo infelices ac miseri sunt discordes ac turbatores, quia filij Diaboli reputantur. Atque vt sanctus vir Climacus docet: Sicut vnus lupus turbat totam ouium congregationem, sic vna peruersa persona totum conuentum turbat frequenter. Erubescat ergo, pœniteat, seq; emendet, qui talis est. Alioqui minus damnabile esset, mansisse in seculo, quam se ita habere in claustro.

De forma professionis regularissarum, & qualiter sit intelligenda. Articulus III.



Vouete & reddite Domino Deo vestro. Nulli Christiano licet dubitare, quin multò melius, salubrius, perfectius, ac Deo placetius sit, facere opera bona ex voto, quam sine voto. Alioqui sancti Patres non ordinassent, vt religiosa personæ faciant professionem solennem. Et vt sanctus ait Anselmus: Qui bona agit ex voto, & qui professionem facit in claustro, offert arborem cum fructibus Deo. Hinc asserit sanctus Thomas: Quòd actus bonus procedit ex pluribus excellentioribusq; virtutibus, tantò est dignior, maioriq; meriti apud Deum. Vouere autè deo, est actus virtutis, quæ patria appellatur, quæ inter virtutes morales extat dignissima, cum sit virtus, Deo cultum cæremoniâque impendens. Ideo facere opera bona, nõ solum ex præcepto diuino & inferiori virtute morali, sed etiam ex voto solenni, est acceptissimum Deo omnipotenti. Denique quàmuis hic specialiter tractem de professione regularissarum, quia ad hæc scribenda rogatus, & motus à quadam venerabili Regularissa, accedente ad hoc pia instantia cuiusdam excellentis, deuotæ atq; illustri personæ, cuius est paruitati meæ præcipere: tamen ex declaratione professionis præfatæ, intendo cæterorum quoq; religiosorum professiones exponere. Itaque forma professionis regularissæ præfatæ & consororum ipsius, est ista: Ego, N. soror promitto stabilitatem & conuersionem morum meorum, perpetuam continentiam, carentiã proprij, obedientiam secundum regulam beati Augustini, sub perpetua claustra. In hac professione continentur sex puncta: quorum primum est stabilitas, per quam principaliter ac directè intelligitur perseuerantia, quæ est virtus, per quam homo firmiter proponit permanere in actibus bonis, vsq; in finem & in eisdem finaliter perseuerat: de qua ait Saluator: Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic

psalm. 71.

Operatio ex voto vtrius meliora sunt quàm sine voto. Anselmus.

Thomas.

Vouere Deo.

professione forma.

Stabilitas seu perseuerantia.

hic saluus erit. Ad quam hortatur apostolus dicens: Stabiles permanete & immobiles, abundantes in opere Domini semper. Secundum est conuersio morum, id est, reformatio interiorum affectionum, actionumque hominis, hoc est refrenatio passionum, expurgatio intellectus, à cogitationibus prauis, emundatio voluntatis à desiderijs atq; amoribus & delectationibus vitiosis, coercitio linguæ à verbis illicitis & aliorum membrorum ab operibus malis, euitatio negligentiæ & torporis, atq; omissionis culpabilis, exteriorum interiorumq; sensuum repressio atque custodia, ac morigeratio in exteriori apparatu & in incessu & actu: hæc omnia ad conuersionem pertinent morum. Tertium est perpetua continentia, id est, inuolata castitas vsq; ad mortem, secundum quod castitas est virtus moralis, concupiscentiam carnis refrenans, à consensu illicito & actu obsceno. Quartum est carentia proprij, id est, voluntaria paupertas, quæ est virtus cupiditatem refrenans, per quam virtutem religiosa persona propter Deum spontè contemnit habere & possideri aliquid proprium. Quintum est obediëntia, quæ est virtus, per quam propria voluntas & mens spontè subijcitur Deo, & eius vicario aut vicariæ, vtpotè spiritali Patri aut matri, secundum tenorem regule, quam religiosa persona profitetur seu vouet. Sextum est claustra perpetua, id est, nunquam exire de claustro, & libenter manere in eo vsq; ad mortem propter Deum: nisi fortè propter necessariam causam de superioris licentia exire contingeret, ad aliquantulum tempus. Hæc est breuis declaratio professionis præfatæ. Circa quam venerabilis regularissa petijt sibi exponi, quado & qualiter persona professionis istius peccaret mortaliter, aut venialiter, circa aut contra hanc ipsam professionem. Et hoc præcipuum habet difficultatem circa secundum punctum, in hac professione contentum, quod est conuersio morum. Cum enim conuersio morum, omnia iam præfacta includat, & præfertim requirat reformationem affectionum, refrenationemq; passionum: videtur religiosa persona frangere suum votum (quod est valde graue & mortale peccatum) quotiescunq; alicui passioni, aut inordinatæ affectioni succumbit, hoc est, quandoconq; ad iram, impatientiam, aut similem passionem mouetur ac labitur, aut inordinatis affectionibus superatur: quod esset valde periculosum & graue. Nunc ergo per ordinem de his sex punctis plenius clariusq; Deo auxiliante, tractabitur. Et quando circa ea peccatur

1. Cor. 15.

II. Cõtr. Ho. mo. 1111.

III. Continentia perpetua.

IV. Paupertas voluntaria.

V. Obedientiã.

VI. Claustra perpetua.

mortaliter aut venialiter, ostendetur.

Qualiter religiosa persona ex sua professione tenetur ad stabilitatem, & quando circa hanc mortaliter aut venialiter peccet. Artic. III.



Stabiles estote & immobiles, abundantes in opere Domini semper, scientes quòd labor vester non est inanis in Domino. Verbum dei & adimpletio eius, virtus & gratia & obediëntia sancta stabiliunt, & confortant mentem in Deo: ita vt nec prosperis, nec aduersis deijciatur, nec tentationibus, neq; passionibus superetur. Sicq; stabilitas ad omnem pertinet Christianum. Hinc ait Saluator: Omnis qui audit verba mea, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram: descendit pluuia, venerunt flumina, flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & nõ cecidit: fundata enim erat supra petram. Itaq; structura virtutum fundanda est supra petram, id est, stabilem fundamentum: per quod potest intelligi firma fides, aut profunda humilitas, seu timor Dei, aut fortè propositum perseuerandi in vita virtuosa vsq; in finem: sine quo bono proposito, nullum opus bonum acceptum est Deo. Sicq; specialiter religiosi, etiam voto solenni obligati se ad huiusmodi stabilitatè, & eã in forma suæ professionis exprimunt primo loco, quatenus vniuersa suæ monasticæ conuersionis exercitia fundent & collocent supra eam, tanquam super solidam atq; immobilè petram, ita vt malint mori, immo mille mortes pati, quàm assumpta religione & Deo oblata professione recedere. Sic ergo stabilitatis professio in professione multorum religiosorum, vtpotè Benedictinorum & Carthusiensium, ac regularissarum, saltem quarundam, rectè præmittitur, quia est tanquam solida petra, supra quam tota fabrica & exercitatio sanctæ religionis construitur ac fundatur. Deniq; opus bonum specialè soler habere difficultatè ex temporis diuturnitate. Nã vt cõmuniter dicitur: Facile est inchoare: sed diu vsq; in finem vitæ, in actibus virtuosis ac arduis permanere, extat difficile. Idcirco ne hæc difficultate vincamur, & ne ex humana instabilitate, fragilitate, & infirmitate, à bonis inceptis, ante terminum vitæ deficiamus, indigemus specialis virtute, quæ stabilitas seu perseuerantia nuncupatur, per quã ex intentione vere salutis firmiter proponimus permanere vsq; in finem vitæ presentis in actibus virtuosis. Hinc religiosi ad stabilitatè & perseuerantiam istam voto se obligant, & nõ solum ad tale propositum perseuerandi finaliter, sed itè ad executionem

Mens hominis quomodo stabilatur in Deo.

Matth. 7.

Fundamentum stabile.

tionem & finalem consummationem eiusdem propositi. Ideo quicquid huic stabilitati directè contrariatur, hoc professioni monastica contrarium perhibetur. Et est non solum mortale peccatum, sed etiam peccatū mortale valde enorme in religioso, videlicet violatio voti, quæ grauius crimen consistit, quàm periurium, vt sanctus Thomas declarat. Porro stabilitati huic duo directè ac specialiter contrariantur. Primum est, propositum seu desiderium deliberatum nõ manedi in religione assumpta. Secundū est, non manere in ea vsq; ad finē. Ideo quotiescūq; religiosa persona proponit, aut delibato animo cupit ordinē suum exire atque relinquere, toties peccat valde mortaliter, & contra suam agit professionem. Similiter peccat mortaliter, si ordinem suum exierit. Veruntamē istud intelligendum est, nisi cū licentia petita vellet intrare ordinem arctiorem & altiore, in loco vbi obseruātia regularis vigeret. Aut certè ordinem inferiorem & leuiorem, in quo obseruātia viget, si in ordine suo, aut claustro non vigeat, nec in ordine suo possit acquirere locū, in quo obseruātia viget: quo tamen in casu Superioris iudicium est requirendum: Aut si rigorē ordinis sui ferre non possit. Et hoc tamen in casu dispensatio est necessaria. Insuper quoniam religiosus proficitur stabilitatem, prout est virtus, vt potè, perseverare in ordine propter Deum, & finem beatum: idcirco si religiosus corrueret ad tantam tentationem, aut cordis tepiditatem, quod ordinem suum exiret, nisi ex humana cōsuetudine aut temporali incōmodo omitteret, hoc quoq; esset mortale peccatum, & contra votum: non tamen tam graue, neq; tam periculosum, sicut absolutè velle exire, aut realiter ab ipsa religione recedere: immo saltem ex tali causa in religione manere, & retrahi ab egressu, posset esse occasio redeundi ad cor ac poenitendi. Certum est etiam, quod realiter à religione discedere sit vitiosius magisq; scandalosum, quàm velle exire. Item omnino apostatare à religione vitiosius ac scandalosius est, quàm laxiorem & inferiorem ordinem introire. Si autem quis ex irrationabili causa, hoc est, absque necessitate, aut vera vtilitate, intret ordinem aut conuētum laxiorem, nõ excusatur coram Deo de instabilitatis peccato, quāuis cum dispensatione hoc agat: quoniam talis dispensatio, est dissipatio iuris, secundum sanctum Bernardū aliosq; doctores. Præterea sicut circa præcepta dei quādoq; peccat venialiter, quādo videlicet nõ penitus violantur, sed tamē nõ

Voti violatio
quādo sit gra
ue peccatum.

fatis plenè implētur, nec eorū transgressiõs perfecte resistitur, sed aliquo qualiter consentitur, & modicum quod agitur cōtra ea, quod tamen charitati Dei atq; iustitiæ non repugnat totaliter aut completè: sic circa votum stabilitatis huius potest contingere veniale peccatum, si religiosa persona ex fragilitate humana, aut suggestionē maligna, aliquo qualiter inclinatur ad ea, quæ iuxta iam dicta, contrariantur virtuti ac voto perseverantiæ: nõ tamen plenè consentiat, sed intuitu & amore Dei, ex deliberatione & superiore ratione resistat. Periculosum tamen esset, in tali cōsuetudine debilitate relucere: immo mox, fortiterque abijcienda est talis tentatio. Postremò, ex inducis nunc patet, qualiter intelligendū sit, quod sanctus ait Bernardus: Promissione stabilitatis tria contrariantur: Remissio descensus, contentiosus discensus, & vagus seu curiosus discursus. Remissio descensus est, ex negligētia & torpore paulatim à pristino feruore deficere, & ad deteriora corruiere, sicut quibusdam scribit Apostolus: Cū spiritu cooperitis, nunc carne consummami. Vnde in Apocalypsi Dominus ait ad quendam: Habeo aduersum te, quod charitatem tuam primam reliquisti. Contentiosus discensus est, apostatare ab ordine, vel laxiorem conuentum seu ordinem ex irrationabili causa intrare. Curiosus & vagus discursus est ex leuitate, & causæ in sufficiente de loco ad locum, de claustro ad claustrū, de congregatione ad congregationem transire, atq; hinc inde per aliquot dies morari, & pigritiæ ac carnalitati vacare. Hinc sanctus Benedictus in regula sua ponit quatuor genera Monachorum, quorum primi vocantur Cœnobitæ, qui in claustro & congregatione viuunt sub regula & obedientia Patris. Secundi vocantur Anachoritæ, qui omnino solitarij sunt, & vitam angelicam ducunt in terra. Tertij dicti sunt Sarabitæ, qui coram hominibus magnam deuotionē finxerunt, sed in suis latibulis gula & omni torpori vacabant. Quarti Gyrouagi sunt vocati, quia hinc inde discurrunt, vt tactum est: quos sanctus Benedictus ait Sarabitis esse peiores. Ex his religiosa persona consideret, qualiter circa votum stabilitatis debeat se habere, studeatq; de die in diem magis hilariter in regulari obseruātia permanere, & in loco & habitu suo, atque proposito permanere.

De his, quæ stabilitatem nutriunt & confortant. Articulus V.

Optimū



Primum est gratia stabiliri cor: Ad Hebræos vltimo. Homo ex sua natura fragilis est, atq; instabilis: idcirco per gratiam & virtutes ac dona Spiritus sancti indiget roborari, iuari ac stabiliri in bonis. Venique, sicut passiones & vitia, fatuitas & insipientia, efficiunt hominem vagum, dissolutum, instabile: sic gratia & virtutes, prudentia & sapientia, faciunt eum stabilem, vniuersum, constantē & probum. Vnde in Ecclesiastico legitur: Homo sanctus in sapientia manet vt sol: stultus autem mutatur vt luna. In Iob quoque scriptum est: Si iniquitatem, quæ est in manibus (id est operibus) tuis, abstuleris, stabilis eris, & non commoueberis. Itaq; qui cupit in vera stabilitate proficere, conetur cor suum à passionibus & peccatis purgare, in gratia & virtutibus crescere, in prudentia ac vera sapientia quotidianum adipisci profectum: & nõ sequi impetum passionis, sed rectum iudicium rationis, ac Deum semper habere præ oculis. Secundò, ad stabilitatem multum specialiter cōfert charitas dei. Etenim vbi amor, ibi oculus: & quod quis feruentius diligit, in illo magis quiescit. Idcirco quod religiosus persona plus proficit in diuino amore, tantò robustius Deo virtutibusq; inhæret, & in perseverandi proposito radicatur. Tertio, stabilitatem hanc nutrit diligens consideratio æternalium tormentorum, quæ instabilibus atq; apostatis infliguntur. Cōsideratio quoq; districtiōnis merendissimi iudicii Dei, qui infideles, carnales, instabiles & peruersos religiosos durissimè iudicat, damnat ac punit. Quarto, stabilitatem istam confortat & alit attenda consideratio futuræ, æternæ & maximæ felicitatis ac gloriæ, fidelibus, virtuosis ac stabilibus religiosis preparatæ ac dandæ. Etenim consideratio remunerationis, minuit vim laboris, ac incitat & confortat animum laborantis. Et vtiq; tanta est pulchritudo lucis æternæ, tanta est beatitudo & merces paradisi cęlestis, tāta dignitas beatificę visionis supergloriosissimæ Trinitatis, quod licet non essemus eas habituri, nisi per horulam vnam, dignum esset mille annis pro eis vsq; ad sanguinem laborare. Quintò, ad proficiendum in mentis firmitate ac stabilitate, atq; custodia cordis, maximè cōfert & adiuvat, quod homo faciat sibi consuetudinem cogitandi diuinæ maiestatis presentiam in omni loco, actu & tempore, & cum sancto helia iugiter dicat in corde suo: Viuit Dominus, in cuius conspectu sto hodie. Sic enim erubescet, se negligenter ac viliter coram Deo habere, &

diuini rigorem iudicij formidabit. Cumq; senserit se mēte distractum à Deo, protinùs reuocabit cor suum ad Dei considerationē, dicendo: Viuit Dominus in cuius conspectu sto hodie. Sicq; cum sancto dauid dicere poterit: Oculi mei semper ad Dominū. Sextò, ad stabilitatē inducit consideratio propriæ professionis, & ritè pensare, quàm ineffabiliter enorme atq; damnable sit, professionem hanc violare: & quàm inhonestum ac offensiuum sit, hoc coram omnibus Angelis Dei & Sanctis ac bonis hominibus. Septimò, ad stabilitatem inducit, seipsum strenuè exercitare in actibus bonis, & omnem otiositatem pigritiamq; vitare, ac semper agere aliquid boni. Ex multis etenim actibus bonis generatur habitus virtuosus, cōsuetudoque bona, quæ est velut altera natura, quia per eam promptè ac delectabiliter operamur ea, quæ Deo sunt placita. Octauò, stabilitatem hanc nutrit assidua oratio, qua Omnipotentem feruè deprecamur, vt in vera stabilitate nos roboret semper ac seruet. Vt ergo, o religiosa persona, in sancta stabilitate proficias & persistas, stude in diuino amore proficere, in Creatore tuo incomparabiliter bono, pulchro, dulcissimo libentius, quàm in creaturis quiescere. Nouissima tua sollicitè præmeditari non cesses, districtiōnem inuenire diuini iudicij: damnationem religiosi instabilis, gloriosissima sempiternaq; præmia religiose perseverantis: diuini quoque vultus presentiam indefinenter attende, accediam fuge, omne tempus tibi concessum, fructuose expendere, nec definas Dei auxilium implorare. Postremò, hæc omnia agere tantò plus necessarium est monialibus, quāto foemina naturaliter magis instabiles esse solent. De laudibus autem & effectibus perseverantiæ hoc sufficiat tangere, quod ipsa est virtutum omnium complementum, decor & gloria. Quæ sola coronari meretur sine qua nulla virtus, nullum meritum æternam felicitatem sortitur: sine qua, nec orans in suis petitionibus exauditur. Quia vt ait Saluator: Oportet semper orare & non deficere. Hinc hortatur Apostolus: Beneficentes nolite deficere, tempore enim suo metemus, non deficientes. Itemque: In disciplina perseverate. Dominus quoque in Apocalypsi: Esto (inquit) fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Idcirco ait Gregorius: Incassum bonum agitur, si ante vitæ terminum desatur.

LI Quid

15147.

1609.

Deuotio.

Remissio discensus.

Gal. 4.

Apoc. 2.

Contentiosus discensus.

Vagus discursus.

Monachorum quatuor genera.

15147.

15147.

2. Thest. 33.

15147.

15147.

D. DIONYSII CARTHUSIANI

398

Quid sit conuersio morum, & qualiter impleatur, & quando ac quomodo religiosa persona circa hanc mortaliter aut uenialiter peccet.

Articulus VI.



Xpiliate vos veterem hominem cum actibus suis, & induite nouum, qui secundum Deum creatus est, in virtute & sanctitate veritatis. Inter sacrificia veteris Testamenti vnum

fuit dignissimum, quod holocaustum vocatur, quod ad diuinæ maiestatis reuerentiam totaliter comburebatur. Per quod religiosæ præfigurabantur personæ, quæ ex charitatis seruore debent seipsas totaliter Deo offerre, ac eius obsequijs mancipare. Idcirco morum suorum conuersionem Deo promittunt, vt si in seculo erant superbi, iracundi, impatientes, pigri, gulosi, immundi, inanes, instabiles, inuidi, loquaces, auari, contentiosi, aut obloquentes, iam decæterò in claustro dignè conentur & efficaciter studeant esse humiles, mansueti, patientes, feruidi, sobrij, continentes, timorati, stabiles, charitatiui, silentes, pauperes, pacifici, & benè de proximis suis loquentes. Et quianterè temerariè iudicabant, proximisque spernebant, atque ex leuibus causis ac signis suspicabantur mala de alijs, & verba & facta proximorum interpretabantur in peius, iam decæterò ab omni incauto, temerario vsurpato proximorum iudicio prorsus abstinere: discutiantque, iudicent ac diiudicent semetipsos, nec mala facilliter de alijs suspicentur, immo verba & facta ipsorum interpretentur in melius. Itaque ad morum conuersionem pertinet, singulas vires animæ reformare, in verbis & actibus ordinatum consistere, interiores exterioresque sensus reprimere: quatenus, sicut religiosus torum quod est & habet in animo & corpore, à Deo accepit: sic totum hoc ad Dei cultum, amorem & honorem conuertat, nec aliquid sui relinquat sibi: sed quam feruens & sollicitus fuit aut esse potuit in seculo ad complacendum hominibus, atque ad obtinendum propriam laudem, honorem, delectationem & commodum: tam (immo & multo plus) sollicitus sit & feruens in claustro, ad complacendum Altissimo, ad vilipendendum propriam laudem, honorem, delectationem & commodum: tam (immo & multo plus) sollicitus sit & feruens in claustro, ad complacendum seipsum, ad promouendum Creatoris honorem, laudem

Eph. 4. Coloss. 3.

Exod. 32.

Morum conuersio.

Vires animæ quomodo reformandæ.

& gloriam. Et sicut in seculo alios multipliciter scandalizare non timuit, sic decæterò summè deuiter, ne aliquem scandalizet, sed verbis & actibus vniuersos edificare conetur. Stude ergo & satage, o religiosa persona, intellectum tuum & rationem, ab omni errore & falsitate, ab omni cogitatione inani & praua, ab omni distractione (præsertim tempore orationis ac diuini officij) expurgare & custodire: sanctis & salubribus meditationibus, contemplationibus diuinorum, consideratione defectuum priorum, commemoratione dominicæ passionis, recordationibus beneficiorum promissionumque Dei, mentem tuam studè implere, ornare & exercere. Cogita semper Omnipotentis præsentiam & aspectum. Indefinenter attende, quid Deus requiratur te, & qualiter satisfacere queas tuæ professioni. Quotidiana tua peccata quotidie pensa, desse, emenda: Sicque tibi ipsi intantum displicens & vilescas, vt omni confusione & pœnâ, omni correptione & correctione te reputes dignum: nec alios asperneris aut vilipendas, neque alicui indigneris, irascaris, aut detrahas, quamuis videatur offendere te. Si ista peregeris, intellectum tuum & rationem reformabis, custodies & ornabis. Voluntatem quoque tuam ab omni malitia, inuidia, amaritudine felicia, crudelitate, pertinacia, duritia, elatione, ambitione, cupiditate, ac priuato amore emunda atque præserua. Et eandem omni virtuositate, interna ac spiritali suauitate, seruore diuini ac fraterni amoris, dirigibilitate, pietate, humilitate adimple ac perfice: vt nemini serues iram, nulli signa auersionis ostendas: immo cunctis charitatem benevolentiamque demonstres verbo, signo & opere, potissimè his, qui tibi grauiores esse videntur: quatenus nequaquam vincaris à malo, sed vincas in bono malum. Sicque torum cor tuum in affectum totius bonitatis ac virtuositatis syncretissimè transformetur, ita vt vix queas malum cogitare de proximo tuo, nullique noceas, sed cunctis prodesse coneris. Insuper memoriam tuam, ab inutilium & noxiorum recordatione confestim obliuiscaris atque frenes, iniuriarum tibi forsitan factarum, in rebus salubribus ac diuinis totâ tuâ defigas memoriam. Interiores quoque sensus tuos à vanis & stultis phantasij, ab immundis & indecentibus imaginationibus semper purges, & custodie non cesses. Et quoties sentis tibi intus occurrere vana, & vitia,

Intellectus reformatio.

Voluntatis reformatio.

Remissio.

Memorie reformatio.

Circa morum conuersionem quando peccet ut venialiter aut mortaliter.

& vitiosa, toties te inde statim auertas, atque ad Dominicæ passionis memoriam, & ad cetera salutaria iam præfata cogitationem & affectionem tui cordis conuertas. Præterea ab omni immoderantia & impetu passionum (quæ sunt motus & affectiones sensitiui appetitus) te abstinere oportet, vt de rebus sensibilibus exterioribus non appetas, nec contristeris, nec delecteris, nec timeas, nisi secundum Deum, videlicet ordinatè ac iustè. Sicque circa cibum & potum, circa vestes & alia utensilia, quibus vteris & indiges, non afficiaris, nisi in quantum tibi vitia aut necessaria sunt ad benè viuendū, ad spiritalè profectū, & ad animæ tuæ salutem, sicque omnem superfluitatem, curiositatem & sensualem delectationem omninò deuities. Amplius, exteriores sensus tuos te oportet compercere, ne mors culpæ ingredjatur animam tuam per corpus tui fenestras, hoc est, per visum incustoditum, per auditiuam illicitorum verborum, per indecentem contactum, per delectationem gustus, odoratus, aut tactus: sed & linguam potissimè refrenare oportet, ab omni fractione silentij, à maledicta detractione, à diabolica seminatione discordiæ, à serpentina susurratione, à damnabili murmuratione, à contentione pestifera, à loquacitate vitiosa ac fatua, sicque sola necessaria edificatoria, vitia loqui apto loco & tempore, cum vera discretione, & recta intentione. Postremò, totum corpus tuū, & omnia membra eius, diuino obsequio exhibe semper, alacriter præpara in omni vigilia & labore, in abstinentia, ieiunio, disciplina & castigatione, in incessu modesto, & apparatu maturo. Ecce in his reformatio morum consistit, quæ & hoc requirit, vt quantum quis magis excessit in aliqua passione & culpa, tantò deinceps plus studeat se exercere in virtute, passioni & culpæ illi contraria. Præterea conuersio ista morum multa includit, & est quid vnū aggregatiuè, sicut exercitus: non vnum simpliciter, sicut vnus homo. Ideo si religiosa persona committat aliquid moribus bonis contrariū, seu conuersioni morum oppositū intus in anima, vel in verbis aut factis, non ex contemptu suæ religionis aut professionis, neque ex pertinacia cordis, sed potius ex ignorantia aut infirmitate vel fragilitate humana, seu ex vehementia tentationis: hoc non videtur mox esse contra votum suæ professionis, quo ad morum conuersionem se obligauit: quamuis aliunde possit esse peccatum mortale: Vt si sit contra præceptū Dei, siue Ecclesiæ: sicut dum excedit per gulam, acediam, iram, aut similem passionem. Nec talis particularis excessus con-

trariatur toti morum conuersioni, sed patri ipsius. Votum quoque conuersionis morum cum sit affirmatiuū, obligat semper, sed non ad semper. Idcirco si religiosa persona fiat multum remissa, negligens & tepida, ita quod de spiritali profectu non curet, nec in vno, neque in alio conetur se reformare, abnegare ac vincere, sed in claustro gerat cor seculare, & quantum potuerit, habeat se mundanè, externas & carnales consolatiunculas, loquacitates, dissolutiones quærendo & acceptando, nec coram deo sollicitè conuersando: hoc directè repugnat suæ professioni, ac promissæ morum conuersioni. Conformerit professioni contrariatur, si ex cōtemptu & pertinacia peccet, aut immaniam, inflexibilem, seu incorrigibilem exhibeat se. Tenetur namque ad perfectionem quotidie tendere. Hinc in libro de præceptis & dispensatione sanctus scribit Bernardus: Sanè interest, quia causa, quo affectu, qua intentione, quo præcipiente, in quoque præcepto aliquid fiat. Ex quibus verbis elicitur, qualiter transgressio aggrauetur aut alleuietur. Specialiter quoque vitanda est religioso consuetudo agendi aliquid contra regulam aut morum conuersionem: Quia irrefrenata consuetudo peccandi, includit contemptum: nec simul stare videtur, conuersio morum & consuetudo ei contraria. Aduertendū est etiā diligenter, quod iterum ait beatus Pater Bernardus: inuidèda est, inquiens, in duo vniuersa hæc obseruantia regularis, videlicet in præcepta, & remedia: Præceptis instrumur contra peccata, remedijs restituitur & reparatur post peccatum innocètia. Sic ergo professio nostra cōplectitur duo ista, vt dum professus in aliquo regularium mandatorum excesserit, si ad remedium æquè regulare confugerit, & si cōuincatur transgressor mandati, non tamè præuaricator pacti, id est, promissi. Ideo illum solum senserim fregisse votū & violasse propositū, qui cōtempnit præceptū atque remediū, hoc est, pœnā & satisfactionem ab ordine institutam. Hoc aduertant ac timeant, qui suas culpas non recognoscunt humiliter, nec correptionem & castigationem suscipiunt pacièter: sed impudèter excusant, ac præfidenti facilliter indignantur, & durè loquuntur: quibus grauisissima instat dānatio, nisi à tantis peruersitatibus respiciant, seque cōdignè emendent, humilient, defleant, & acculent.

Bernardus.

idem.

Voti violator qui cōtempnit.

Quam periculosum sit religiosis, non proficere in interiorum reformatione & purificatione. Articulus VII.

Coloss.



Induite vos sicut electi dei, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam. Quemadmodum Christus in Euangelio protestatur: Cui plus datum est, plus requiritur ab eo. Idcirco quod religiosus plura & aptiora habet, media proficiendi in omni gratia & virtute, quod etiam plura atque maiora. Omnipotentem promissit, & ad sublimiora sua profensione se obligauit, eodem coram iudice summo culpabilior ac danabilior inuenitur, nisi secundum exigentiam suam uocatiois, & iuxta suam professionis tenorem profecerit in interiorum suorum reformatione, in passionum & vitiorum extirpatione, in puritate interna, in omni virtute & gratia. Certum est autem, exteriores obseruationes regulares, abstinentias, ieiunia, disciplinas, silentium, duritiam strati, abiectionem vestitus, separationem a mundo & clausuram, ad interiorum reformationem, ornatum, & perfectionem principaliter ordinari. Vbi ergo manebunt, ubi latebunt, quod fugient, qui diu aut multis annis fuerunt in ordine, & tamen adhuc tam passionati existunt, tam proni ad iram, impatientiam, proteruiam, acediam, ac proprii sensus immersionem, sicut dum ordinem primo introierunt, aut magis? Nunquid tales suis satisfaciunt votis? Non utique. Immo peruersi & stulti sunt, ac similes illis, qui nauem habent aut scalam, nec tamen eis utuntur, nauigando aut ascendendo. Hinc in Homiliis suis loquitur Eusebius Emisissenus: Videte uocationem uestram charissimi. Venire ad claustrum aut eremum, summam professionis exordium est: sed non perfecte in eremo viuere, summa damnatio est. Quid prodest, si locus claustralis & quietus corporaliter teneatur, & inquietudo in corde uersetur? Quid (inquam) prodest, si in habitatione silentium sit, & in habitantibus sit vitiorum tumultus & colluctatio passionum: si exteriora nostra serenitas teneat, & interiora tempestas? Non enim ad istum conuenimus locum, ut honoremur, & nobis deseruiatur: ut rebus omnibus abundemus, & corporali quiete fruamur. Non ad securitatem, sed ad pugnam huc uenimus, ut contra uitia praereliemur, ut linguam gladios retundamus, id est, uerba pugnitiam, contentiosam, malignam, detractionem euitemus: ut non solum inuicem non inferamus iniurias, sed nec sentiamus illatas. Specialius uero ad nostram spectat professionem, nihil in hac uita consolatiois terrenae requirere, nec uelle recipere bona in uita praesenti, sed honores fugere, abiectione

Luc. 16

& subiectione gaudere, paupertatem amare: nec solum facultates, sed ipsas quoque cupiditates & omnes inordinatas affectiones e cordibus extirpare, & solis necessariis contentari. Nisi enim amor habendi funditus eradicitur ex corde, ardorem est in paruus, & plus torquet in minimis. Sciamus itaque nihil nobis prodesse, si corpora nostra ieiunij atque uigilij affligamus, & mentem nostram non emendemus. Quid prodest afflictio corporalis, si mentem malitij & nequitij, ac linguam obreccationibus aut medicis polluamus? Nonne omnes labores nostri in nihilum rediguntur? Nonne opus nostrum uelut fumus & umbra euanescit? O quam magni & diurni labores subito pereunt, dum bona, quae fecimus, custodire negligimus. Quapropter si exterior noster homo religiosus laboribus exercetur, & interior homo a passionibus non curetur, sic est, ac si quis domum faciat a foris pulchram, intus uero serpentibus & scorpionibus plenam. Quid prodest, quod affligis corpus tuum, quando nihil proficit cor tuum? Ieiunare, & uigilare, & mores non emendare sic est, ac si quis extra & prope uineam extirpet & colat, ipsamque uineam desertam & inculmat relinquat, ut spinas ac tribulos germinet. O nimis dura & defenda conditio, die ac nocte laborare, & fructum laboris non obtinere. Quid corporalia exercitia profunt ei, quem malitia deprauat, quem iracundiae furor exagitat, quem superbia omni gratia Dei expoliat, quem uitijs uerbis maculat lingua, quem perturbant atque excantant passionem & uitia, quem proteruia uincit, quem rancor exulcerat, cui pertinacia ac uindicta desiderium dominantur? Quid tibi prodest habitationis claustralis secretum aut clausura, quando tyrannico dominatu in te regnat malitia, superare quitat ira? quando maiorem metum tibi incutit humanus oculus, quam diuinus? dum tu, qui extra mundum esse te credis, per varias passionem, uanitates ac uitia mundum in te tenes inclusum, ita quod qui putas te precibus ac meritis mundo posse succurrere, indigeas intercessionibus mundi? Certum est penitus, quod nisi religiosa persona discat seipsam quotidie frangere, passionem propriam extirpare, suamque uocationem attendere, multo deterior sit in claustrum, quam erat aut esse ualebat in seculo. Vnde uidemus quaedam religiosas personas esse inconuertibiliores, inflexibiliores ac duriores mundanis hominibus. Studeat ergo religiosus quotidie humilior, timorator, & custoditior fieri, atque in reformatione interna perfectior inueniri.

De

DE PROFESSIONE MONASTICA.

De proprietatibus personarum foeminae
sexus. Articulus VIII.

Non cognoscitis uosmetipsos, nisi forsitan reprobi sitis. Ad hoc quod religiosa persona studeat reformare seipsam, necesse est, ut dispositionem suam cognoscat, id est, proprietates & inclinationes suas naturales, aut consuetudinales, quatenus in quibus defectuosior culpabiliorque consistit, ac pronior ad peccandum, in illis fortius instet ad reformandum & emendandum se. Nam iuxta diuersitatem complexionum, diuersae sunt inclinationes & pronitates ad mala. Sanguinei namque communiter proniores sunt ad delectationes, cholericus ad iram, phlegmaticus ad pigritiam, melancholicus ad tristitiam atque inuidiam. Vnde uir sanctus Leo Papa testatur: Demones quoque hominum tentatores, singulorum discutunt mores, scrutantur affectus, uentilant curas, & ibi quarunt artes nocendi, ubi uiderint quempiam amplius occupari. Veruntamen plures sunt quaedam proprietates, in quibus foeminae communiter conueniunt. Etenim foeminae, secum dum communem cursum, imperfectiores & defectuosiores sunt uiris. Nihilominus quaedam foeminae sunt multum uiriles, constantes atque prudentes: partim ex naturali sua dispositione, partim ex gratia studioque uirtutum. Itaque sicut Aristoteles & alij docent, mulieres ex sua dispositione naturali communiter sunt uerecundae ac timidae: & hoc est bonum: quia ex naturali uerecundia ac timore retrahuntur & abstinere a multis excessibus. Quaedam tamen sunt inuerecundae, & male audaces, quae solent multa & magna peccata incidere, & difficulter corrigibiles esse. Insuper mulieres communiter sunt ex naturali dispositione pusillanimes & cupidae honoris, & non bene sciunt secreta celare. Idcirco consilium uiris, ut secreta sua non reuelent uxoris suis. Dum enim conueniunt, solent sibi inuicem reuelare secretamartorum suorum. Foeminae quoque communiter sunt molles corde, & multum compassiuae ac pronae ad fletum: & ista sunt bona. Communiter quoque non sunt ita superbae & durae, ut uiri: idcirco ad deuotionem solent esse magis dispositae, quam sunt uiri. Vnde in antiphona dixit Gregorius: Intercede pro deuoto foemineo sexu. Praeterea communiter sunt debiliores in ratione, quam uiri: & nisi per gratiam ac uirtutes iuuentur, multum sequuntur suas passionem & inclinationes. Ex quo ueltra consequitur, quod non bene neque facilliter sciunt se frangere,

nisi gratia auxiliante. Et quales sunt, tales sunt ualde: quia si ex naturali dispositione sunt pia, compassiuae atque flexibiles, tunc sunt nimis pia & compassiuae atque flexibiles. Si autem ex naturali dispositione sint durae, proteruae, ac pertinaces, iracundae & contentiosae, tunc sunt ualde durae, proteruae, immanis, iracundae, litigiosae, peruersae, turbulenta. Ideo in Ecclesiastico scriptum est: non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris. Commorari leoni & draconi placebit magis, quam habitare cum muliere nequam. Omnis plaga, tristitia cordis, & omnis nequitia, nequitia mulieris. Hinc Salomon dixit: Tectum iugiter perfillantia, & mulier mala comparantur. Et sicut in libris sapientialibus mulier bona excellenter laudatur, ita in libris illis mulier mala uehementissimè vituperatur. Insuper mulieres ex naturali dispositione communiter sunt instabiles mente, & pronae ad fabulandum, atque ad ea quae ipsis prohibentur, magis affici solent: sicut suae reformationi, & bonae informationi, multae earum difficillimè acquiescunt. Haec de naturalibus proprietatibus foeminarum breuiter tango: non quod omnes sint tales, sed quia communiter tales sunt. Et quamuis ex naturali dispositione tales existant, tamen auxilio gratiae Dei, studioque uirtutum, possunt esse ualde uirtuosae ac sapientes, sicut & multae earum sunt. At tamen quaedam earum, etiam in medio deuorum & sanctarum congregationum, non satis efficaciter pro sui emendatione laborant: sed in praeterea proprietatibus prauis ac pessimis perseverant, ac instar luparum atque uersarum conforos suas deuotas ac pias inquietant & grauant, immo & superioribus suis rebelles sunt. Haec dico in generali, quatenus uariarumque diligenter seipsam consideret, ueraciterque agnoscat, humiliet & emendet. Hinc gloriosus expertissimusque Hieronymus in regula sua, quam monialibus deuotis & sanctis scripsit, interdum alloquitur eas durissimè, & praeterea earum proprietates defectuosas acriter tangit atque uituperat, dicens: Debilis est nimium sexus, quem geritis, & fragilis ac mobilis, si suo relinquatur arbitrio. Etsi uirtuosus sit animus, tamen nisi regatur ac dirigatur continue, cito deijcitur a sancto proposito, sicut in Eua hoc patuit. Profecto nihil uirtutum in uobis foret durabile, si uos ipse tantum de uobis ipsis curam ac regimen haberetis. Proh dolor infelix conditio sexus uestri. Sanctior mulier, ueltra quam dici licet, si uiro adhuc quae-

L I 3 tumcun-

tumcunq; spirituali instinctu, inclinatur tãdem ad nefas, si in viro virtus deficiat. Hinc rursus sanctus affirmat Hieronymus: Infortunatissimum genus mulierum: hamo capiuntur vt pisces: ad macellum conducuntur vt bestia. Proteruã nimiu femina, fictitia cupiunt, subornata verba depofcunt, exquirunt mendacia, fabulas non fastidiunt. Hęc & consimilia multa beatus tangit Hieronymus, quatenus moniales suam imperfectio- nem aduertant, atq; in quibus se emendare ac refrenare indigent ac tenentur, prudenter perpendat, seq; in prædictis vincere semper nitantur.

Quòd unaquæq; religiofa persona, tantò sollicitior ac feruentior esse debet, ut cohabitantes sibi ædificet, & nullatenus scandalizet, quantò maior est congregatio in quam anct. Articulus IX.

Matth. 18.



Vi scandalizauerit vnum ex his pusillis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola a sinaria in collo ei, & demergatur in profundum maris. Vã homini per quẽ scandalum venit. Hęc sunt verba Dei & Saluatoris ac Iudicis nostri Iesu Christi. In quibus verbis horribiliter valde loquitur contra eos, qui non metiunt suos proximos scãdalizare, hoc est, verbo aut factò minùs recto occasionem peccandi præstare. Porro pusilli vocantur, hominẽ bonã volũtatis, sed imperfecti atq; ad peccandum procliuẽ: qui tamẽ peccare solent potiùs ex ignorãtia vel infirmitate, id est, vehementia passiois, quã ex proposito ac certa malitia. Perfecti autẽ nõ scandalizantur faciliter, sed peccantibus & scandalizantibus compatiuntur, & orãt pro ipsis, eosq; increpant & informant. Pusillorum verò scandalizatio est maximẽ præcaueda, cum sit contra Dei honorem, & proximo rũ salutẽ, ac duplex sit scandalizantis transgressio atq; perditio. Deniq; si ita dãnabile, periculosum & enorme est, vnum scandalizare pusillum, vt ex præactis Christi verbis ostensum est: quã mens concipere, quã lingua possit exprimere, quã vitiosum sit, totam communitatẽ aut multos pusillos scandalizare, inquietare, turbare, & eos, qui iusti ac perfecti sunt, prauitate propria contristare, cum per Ezechielem Prophetam Dominus inter grauissima Iudæorũ peccata computet, quòd iustos cõtristauerunt: Mœrere (inquiens) fecistis cor iusti, quem ego nõ cõtristauit. Audi ò religiose, quid præcipuus

Ezech. 13.

religiosorum doctor sanctus dicat Bernardus: An non grauiorẽ persequentiẽ videtur tibi Christus pati ab eo, qui suggestione maligna, exemplo pernicioso, scandali occasio- ne auertit ab eo animas, quas sanguine suo redemit: quã à Iudæo, qui sanguinem ipsum fudit? Certè religiofus, qui hoc verbũ non expauescit, spiritaliter viuere non videtur. Nam vt rursus fatetur Bernardus: Saluatori animarum, non potest grauior persequenti fieri, quã vt animã auertatur ab eo, aut à spiritali impediatur profectu. Præterea, sicut sanctus asserit Augustinus, qui in conspectu aliorum malè agit, quantum in ipso est, eos spiritaliter perimit, à quibus cõspicitur. Immo, vt beatus Gregorius protestatur, qui coram alijs scandala seminat, tot & tantis condemnationibus dignus est, à quot & quantis videtur. Tenetur ergo religiofus proximis suis exemplaris consistere, sicut iussit Saluator, dicendo: Si luceat lux vestra corã hominibus, vt videãt opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est. Hoc autem impletur, quando apparet misericordia in effectu, benignitas in vultu, humilitas in habitu, modestia in cohabitatione, patientia in tribulatione. Quantis enim exẽpla verã humilitatis, charitatis & aliarũ virtutũ præbueris, pro tãtis, & cũ tãtis eterna premia possidebis. Ideo ait Bernardus: Nullũ consiliũ melius arbitror, quã vt exemplo tuo doceas proximum, quã oporteat, & quã non oporteat fieri, prouocans eum ad meliora, non verbo tantũ, sed opere & veritate. Nemp vt asserit Leo Papa: Validiora sunt exempla, id est, exemplaria seu ædificatoria opera, quã verba. Et plenius est opere docere, quã voce. Hinc innotescit, quòd religiofus tantò maiorem gloriam promeretur, quantò inter plures exemplariter conuersatur. Tantò quoq; grauiorem damnationẽ incurrit, quã- tõ inter plures peruerse & scandalo se habet. Idcirco qui in medio congregationis versatur, cum summa sollicitudine studeat exemplaris esse in verbis & factis, & tanquã angelus pacis, satagat de domo Dei scandala tollere. De hac materia notabiliter loquitur in suis sermonibus Eusebius Emisenus. Si benè perspicimus, non solũ solitudo ista (id est, locus monasterij) cõstringit & obligat nos ad conuersandum perfectẽ, sed congregationis etiam multitudinem. Nam sicut pretiosum atque præcipuum est, in medio multorum benè agere, plurimos ad profectum exemplo boni operis excitare: itã periculosum & perniciosum est, negligentius tepidiusq; agendo, multorũ deuotionem impedire, multorum animas deprauare. Hoc autẽ cur dico? Quia (quod peius est) facilius inuenimus, qui ea, quã deteriora sunt, quã qui meliora sectentur. Itaq; qui inter multos vitã agere statuerunt, cum grandi fructu sunt diligẽtes, aut cum grandi periculo negligentes. Vnde felix est illa anima, quã dum benè in congregatione versatur, multorũ gaudiũ est, & plurimi ex ea ædificantur aut illustrantur. Itaq; si in cõgregatione positus religiofus, obedientiam tenuit, si patientẽ humilẽq; se præbuit, quantos ædificauit, tantos & fecerit: & quantum bonũ ex se proximis commendauit, tantum in sua lucra cõuertit. Si verò per inobedientiam vel superbiam alios ad peccandum induxit, quantos destruxit, de tãtis periculũ dãnationis incurrit: & peccatũ quod ab eo semel processit, ad ipsum multipliciter redundauit. Quam obrem sicut ille valde admirandus est atque laudandus, cuius cursus, multorũ profectus est: ita ille meritò lugendus est, cuius vita, multorũ ruina est. Itaque in medio multorũ positi, ea, quã ad ædificationem pertinent, agere studeamus, ne vitia nostra aliorum virtutibus noceant, ne aliorum feruorẽ tepor nos debilitet, ne aliorum patientiam nostra iracundia violet, ne aliorum humilitatẽ superbia nostra deprauet, ne aliorum ardentẽ lapides extinguamus, si nostras illuminarõ negligim. Et quidem stultæ illę virgines, quantũlibet stultę, non tamẽ lampades alienas extinguere, sed suas illuminare cupiebant. Ad istarum ergo virginum similitudinem, si alicui nostrum deest pinguis gratia humilitatis, si fidei ignis, si flamma feruoris, si oleũ charitatis, si lumen discretionis, veniat ad eos, quos in his bonis magis abũdare perspexerit, ad gratiam proximũ sui in se, non auferendo, sed imitando, trans fundat: & bona possessionis alienã, sine dãno (immo cum lucro) possessoris, inuadat. Benedicã Deo illa anima, cuius humilitas, alterius confundit superbiam, cuius patientia proximi extinguit iracundiam, cuius obedientia pigritiam alterius tacitẽ increpat, cuius feruor inertiam alieni teporis exuscitat, qui oculum cordis proximi sui turbatum præ ira, verbo cõsolationis & ædificatiõis illuminat. Melior est hic, quã qui proximum suum ab aliquo contristatũ aut tentatum, multiloquio suo adiuuat ad ruinam. Itaque caueat vnusquisque, ne fit alteri occasio perditionis aut detrimenti, sed profectus ac maioris salutis.

Bernardus.

Augustinus.

Gregorius.

Matth.

Bernardus.

Leo Papa.

Leo Papa.

Matth.

Eusebius.

De perpetua continentia, quã est tertium pũtum, in præfata professione contentum. Articulus X.



Quã pulchra est casta generatio cum claritate. Vitia carnis, delectationesque tactus, mentem hominis vehementissimè cæcant: hominem quoque vilificant, ac bestijs reddunt consimilẽ. Ideo religiofus castitatem perpetuam sponso promittunt cœlesti. Est autem castitas ista virtus moralis, concupiscentias & voluptates carnis refrenans ac auferens. Ideo qui quicquid huic castitati contrariatur, monasticã professioni repugnat, & mortale peccatum est: immo & fractio voti in religiofa persona. Porro castitati huic contrariatur, nõ solũ commixtio viri & femine, sed etiam cõsensu in delectationem. Toties ergo violat religiofus suam professionem, quoties plenè consentit in delectationem obscenam, aut in opus venerẽ: & maximè si (quod absit) ad commixtionem ruat carnalem. Promisit enim castitatem, quã virtus est, quã non solũ cauet ab opere, sed ipsam quoq; concupiscentiam reprimit, & vitiosam delectationem contemnit. Tu ergo ò monialis, cõsensu crata & oblata Altissimo, despoãta Vnigeto Dei, coniuncta per fidem & charitatem professionemq; monasticã sponso cœlesti, dignitatem tuã grata ac humili mente aduerte. Noli vilificare te ipsam: Nequaquã alienum appetas aut adspicias amatorem. Oculos cordis fige in sponso superno. Oculo corporali non optes adspicere, quod nõ licet tibi appetere. Si scãda aliqua imaginatio, cogitatio immunda occurrerit tibi, mox atq; celerrimè auerte te inde, & ad cœlestis sponsi cõtemplationem te erige. Pãfessionem ipsius diligẽtissimè cum præcordiali dilectione & compãssione, stabiliter in- tuere. Nouissima tua atrẽde, Deum inuoca, lauda, amplectere. Nullum locum, nullã moram tribue in te cogitationi immundã, inclinationi vilissimã. Noli virũ cogitare aut amare vt virum, sed vt hominẽ. Obluiscere sexum: Familiaritatem cum viro, secreta colloquia, periculosum amorem sensualem prorsus deuita. Nihil periculosius mulieri quã vir, & viro quã mulier. Deniq; castitatem conseruant refrenatio sensuum exteriorum, occupatio bona, studium scripturarum, sobrietas, asperitas lecti ac vestium, oratio, Dominicã passiois memoria, consideratio diltriõis diuini iudicij, & infernalium tormentorum grauissimorũ, quę incõtinentibus sunt parata, euitatio occa-

sap. 4.

Castitas quid sit.

Votum castitatis violatur.

Castitas mentis & corporis quomodo conseruanda.

D. DIONYSII CARTHUSIANI

404

tionum & opportunitatum peccandi, utpote loci & temporis ac personae, raritasque; sermonis. Hinc intra clausuram & ad faciem intuitum monialium, viri non admittantur, nec ad colloquium, nisi per fenestram vel obiectam: prout in regula sua sanctus scribit Hieronymus, in qua de ista materia conscripsit multa salubria. Praeterea castitati ac virginitati humilitas firma semper addenda est, & timor, & verecundia. Nec enim castitas sine his placet. O quanta est dignitas virginis monialis, quae casta est mente & corpore, humilis & pudica, timorata ac taciturna, in sancta dilectione sponsi caelestis fixa & feruida, atque custodiam sui cordis indefinenter intenta. Ideo ait scriptura: Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata ac tacita.

Eccl. 26.

De uoluntaria paupertate, quam profitentur religiosi. Articulus XI.

Mat. 5.



Vipes foueas habent, & volucres caeli nidus: Filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet. Haec verba loquutus est de seipso sponfus caelestis Dominus IESVS Christus, qui, cum diues esset, propter nos pauper factus est, ut eius inopia diuites essemus, id est, merito suae paupertatis spirituali opulenta gratiae ac virtutum, atque donorum Spiritus sancti adimpleremur. Hanc paupertatem Filij dei cupientes aliquantulum imitari religiosae personae, paupertatem promittunt, prout paupertas est virtus, per quam temporalia contemnuntur amore sponsi caelestis: ita quod de eis nil proprium possident, neque appetitur. Ideo quotiescunque persona religiosa aliquid proprium cupit habere, aut habet, aut aliquo proprio vitur, toties professionem suam transgreditur, & valde mortaliter peccat. Si autem tenetur de habendo aliquid proprium, nec satis cito viriliterque resistat tali tentationi, quamuis non consentiat plene, venialiter peccat: quemadmodum si tenetur de vitio aut concupiscentia carnis. Itaque parum est, immo & religioso nil prodest, terrenas opes & propria cuncta relinquere, nisi mentem suam expurget ab omni cupiditate & inordinato affectu circa terrena & temporalia bona, nec quicquam de temporalibus cupiat, tanquam proprium possidere: immo nec in communi, nisi in quantum utile aut necessarium est pro moderata & sobria corporis sustentatione, ut aptior sit ad religiosa Dei obsequia, iuxta illud apostoli. Habentes vitium & quibus tegamur, his contenti sumus.

2. Cor. 8.

Paupertatis vitam quomodo uiuere.

Tim. 6.

Hinc ait Eusebius: Hunc modum sibi specialiter imponere debet religiosus, ut tantum habeat, quantum necessitas poscit, non quantum cupiditas concupiscit. Etenim nisi ex corde pauper sis & affectu, paupertas tua non virtus, sed miseria iudicanda est. In hac re quaedam religiosae personae valde insipienter ac culpabiliter habent se, quae licet nihil proprium habent, nec cupiant, tamen in his quae earum vsui conceduntur, non sola necessaria prouisione contentae sunt, sed aliqua curiosa atque superflua petunt, procurant & amant: & circa ea tam immoderate afficiuntur, ut cōfratribus aut cōsororibus suis ea vix velint ad modicum tempus concedere, nec sine turbatione, murmuratione, & indignatione patiantur ea sibi à superioribus suis auferri. Quod periculosum est, & vitio proprietatis valde propinquum, prout magni Patres Casianus & Climacus con testantur. Et quoniam corda sua ab inordinatis affectibus circa terrena non satis purificat: idcirco interdum pro abmissione, ablatione, aut deterioratione vilium rerum, eis ad vsum concessarum, tam impatientes & turbulentē redduntur, ut homines seculares pro magnis damnis vix tantum tristen tur aut perturbentur. Quia, ut tactum est, nisi amor desideriumque habendi terrena, plene & integre extirpentur de corde, ipsa inordinata affectio ardentior est in paruis, & plus vexat & inquietat in minimis. Tales personae parum aut nihil in religione proficiunt, sed manent in passionibus & facibus ac puerilitatibus suis. Aduertat & ponderet religiosus, quod doctor ille famosus dominus Gulielmus Antiochodrensis ait in Summa sua: Tenuitas victus & vestitus ita sunt de essentia religionis, quod super ea non cadit dispensatio. Cur ergo religiosi emunt, quærunt & procurant superflua, nec necessarijs sunt contenti: sed agrum agro, domum domui, possessionem possessioni coniungunt, non sine grandi scandalo & obloquutione pusillorum & secularium hominum, cum tamen religiosi maximè tenentur esse omnibus exemplares? Atque ut sanctus affirmat Hieronymus, quicquid vitari potest, salua triplici veritate, utpote veritate doctrinae, veritate vitae, & veritate iustitiae, hoc vitandum est etiam à secularibus: quantum magis à religiosi, propter vitanda scandala pusillorum? Certè, ut asserit Casianus, cupiditas aurariorum à religiosi personis in exordio conuersionis eorum, facilliter vincitur ac vitatur. Sed si rursus coeperint cupiditatem admittere, sunt cupidi nimis, ac

Eusebius.

Gulielmus de Antiochodrensi.

1. 1. 1.

Hieronymus.

Casianus.

mis, ac difficilimè à cupiditate purgantur, immo multis secularibus sunt auariores, quod est vehementer detestabile ac defendum. Insuper sunt quidam religiosi, votum suae paupertatis non satis penitentes, quibus si à superioribus suis non ministraretur de cibo, potu, vestitu, aut consimilibus ad voluntatem eorum, mox indignantur, obloquuntur ac murmurant, sicut de impijs in Psalmo cantatur: Si verò non fuerint saturati, & murmurabunt. Immo nonnulli, qui in domibus suorum parentum vix tenuem alimoniam habuissent, iam in claustris abundantiam querunt. Attendat ergo religiosus, cur terrena reliquerit, nec proprium habeat: quantum cor suum à varijs distractionibus, curijs & affectionibus liberum & ereptum, in Deo suo totaliter occupetur, accedatur, stabilietur, & quietetur: atque hoc in defesse conetur: Sicque curiosa, superflua, delicata & carnalia spernet.

1. 1. 1.

De vera & sancta obedientia, ad religiosos spectante. Articulus XII.

1. Reg. 15.



Melior est obedientia, quam victima: & auscultare magis, quam offerre adipem arictum: quoniam quasi peccatum hariolandi est, repugnare: & quasi scelus idololatriae, nolle acquiescere. Haec sunt verba Samuelis Prophetae. Si ergo inobedientia tam enorme peccatum est in vnoquoque credentium, quantum magis in religiosi, qui Altissimo & eius vicarijs obedientiam solemniter promiserunt? Porro obedientia virtus est, castitate & paupertate praestantior: & obedientiae votum alijs duobus votis est dignius atque sublimius. Quia per obedientiam offert & subijcit religiosus Deo & eius vicis gerenti seipsum, scilicet propriam voluntatem & intellectum. Est enim obedientia virtus, per quam homo spontè subdit seipsum Superiorum suorum praecipis, & primum Deo, deinde vices eius gerentibus propter Deum. Debetque obedientia ista ex charitate exhiberi ac fieri, quemadmodum beatissimus princeps Apostolorum loquutus est, dicens: Castificantes animas vestras in obedientia charitatis. Nam & praesidentes sunt specialiter diligendi, atque ex corde synceriter honorandi, secundum quod vas electionis horatur, dicens: Rogamus vos fratres ut noueritis eos, qui laborant inter vos, & praesunt vobis in Domino, & monent vos, ut habeatis illos abundantius in charitate, propter opus illorum, pacem habete cum illis. Hoc utique ad bonum pertinet subdi-

Obedientia quae.

1. Pet. 1.

1. Tim. 5.

tum, praesertim religiosum, adhibere diligentiam grandem, ne sua duritia, rebellione, pertinacia, aut tarditate obediendi contristeret aut grauet suos superiores, aut conuentuales conturbet, sed potius alacritate obedientiae suae ipsos laetificet atque edificet. Hinc quippe ad Hebrgos scribit Apostolus: Obedite prepositis vestris, & subiaceat illis: Ipsi enim peruiigant, tanquam ratione pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes: Hoc enim expedit vobis. Itaque religiosus obedire tenetur suo superiori ex promptitudine cordis, & suam voluntatem subijcere voluntati spiritualis patris aut matris. Et non solum propriam voluntatem, sed & iudicium proprii intellectus debet subijcere iudicio praesidentis, ne sit immanius aut pertinax. Idcirco conari non debet ad hoc, ut voluntatem superioris retorqueat & inflectat ad acquiescendum suae voluntati, vel ut id sibi iniungatur à praesidente, ad quod ipse magis afficitur: immo haec obedientiae contrarian tur, prout sanctus Basilii in regula sua, & alij sancti Patres testantur. Hinc quotiescunque religiosa persona precepto sui superioris non obedit spontaneè propter Deum, aut propositum firmum seu deliberatum habet non obediendi, si sibi aliquid praecipetur, propriae voluntati contrarium, vel superiorem suam importunè, iniuste & irrationabiliter trahit, aut trahere nitit, ad acquiescendum suae propriae voluntati, toties contra votum obedientiae agit, & valde mortali ter peccat. Dicitur autem voluntas propria, quae sic est volentis, quod non est Dei, nec cordis, id est, nec voluntati Dei, nec ordinis est conformis. Porro si religiosus superiori suo obediat, non tamè tam libenter & promptè, ut decet & regula docet, peccatum est veniale. Similiter si tenetur de peccato inobedientiae, nec resistat satis citò ac forrriter non tamen plene consentiat, aut voluntatè superioris sui nitatur inflectere ad acquiescendum suae voluntati, aliquantulum importunè, non tamen inflexibiliter aut incorrigibiliter, peccat in hoc venialiter tantum, nisi forsitan consuetudinem habeat ita agendi. Itaque religiosus voluntatem suam & intellectum, quos sollemniter vouit, consecrauit ac obtulit Creatori, nequaquam sibi resumat, retrahat aut vsurpet, ne fiat sacrilegus, id est, abutens re sacra, videlicet voluntate sua & intellectu, consecratis oblatijs deo. Alioquin spirituale furum pessimamque rapinam committeret. Obediat quoque suo superiori, non quia sibi placet & conuenit, quod

Hebr. 13.

Inobedientia quando fit mortalis culpa, aut uenialis.

Voluntas propria quae dicitur.

Sacrilegium spirituale.

et in.

ei iniungitur: sed quia sic placet superiori, cuius voluntati suam conformare voluntatem tenetur. Postremò ad obediendum promptissimè inducere debet omnè religiosum, immo & omnem Christianum, quod ait Apostolus: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: Non est enim potestas, nisi à Deo. Quæ autè à Deo sunt, ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Hinc quoque Spiritus sanctus per Moysen est loquutus: Anima que per superbiam aliquid commiserit, quoniam aduersus Dominum rebellis fuit, peribit de populo suo.

Quam feruide & frequenter sancti patres exhortati sint religiosos, ad obediendum libenter ac promptè.
 Articulus XIII.

Iohan. 6.



Descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Hęc sunt verba Filij Dei. Religiosę ergo personę, quantum est Christum perfectius ac specialius imitari, quam secularium hominum, nequaquam inniti debent, immorari, aut adherere proprijs consilijs, proprijs iudicijs, aut voluntatibus proprijs, contra doctrinam & iussionem superiorum suorum regulariter conuersantium: sed seipsum in cunctis humiliare, subijcere, frangere, omnemque singularitatem ac pertinaciam euitare, ne eis conueniat, quod ait sanctus Iudas Apostolus. Hi sunt, qui segregat semetipsos, animales, spiritum non habentes. Itaque beatissimi Patres, scientes vniuersos labores & obseruantias religiosorum sine obedientia, non solum non habere beatam mercedem, sed etiam sempiternam adipisci damnationem, specialissimè ac feruētissimè exhortati sunt cunctos religiosos ad obediendum promptè in omnibus. Hinc etenim gloriosus Hieronymus ait in regula sua: Hortor, admoneo, & exoro vos charissimę ac dilectissimę filię, quę iam mortuę & sepultę estis cum Christo, quę iam carne & omni gloria eius contempta, ad nouitatem vitę spiritus estis renatę, ut tanquam peregrinas & aduenas abstineatis vos à carnalibus desiderijs, quę militant aduersus animam, subijciant vos in omni obedientia & timore & reuerentia præpositę matri vestre, ut iam omninò nil liceat velle aut nolle aliter, quàm Abbatisa seu mater domus mandauerit, nihil graue aut importabile videatur, quam-

Iud. 1.

Hieronymus.

Coloss. 2.

1. Pet. 1.

uis iussum non concordet proprię voluntati. Verè obediens, & qui pro Christo caret omni voluntatis suę arbitrio, nihil nouit difficile, nihil iniustum. Memento charissimę, quòd in religionis ingressu omnem volendi aut nolendi licentiam ac libertatè pro christo dimissistis & abnegastis, nisi quę Christus ordinaret de vobis, per gerentes vices ipsius. Obeditis nanque certissimè christo, cum obeditis præpositę matri. Tūcque Sponso cœlesti magis gratę, magis estis placentes, citiusque meremini duci ad thalamum eius supernum, ut cum omni iucunditate adstringamini beatissimis atque mundissimis eius amplexibus, dum studetis obedire eius mandatis in sua vicaria. Honor enim vicarij redundat ad dominum. Aemulamini semper in hac Dei æmulatione, ut certatim adinuicem vna conetur aliam excedere in obedientia. Non est monasterium, nõ religiosi, nec moniales, vbi subditis deest obedientia erga prælatū, de qua Hieronymus: Nondum viuunt Deo, nondum attigit semitas religionis ac Christi monialis, quę non efficitur ita simplex & pura, ut quicquid sibi mandatum fuerit per præpositam matrem, putet angelico ore transmissum. O quam aduertendum ac metuendum est verbum hoc monialibus vniuersis. Nam denuò protesta- tur Hieronymus: O quam felix & abundas gratia est obedientia, summa virtutum causa. Nam simplici gressu hominem ducit ad Christum: & mens non solum excusatur à reddenda ratione pro subditis, sed nec etiã obligatur reddere de seipsa. O summa libertas, qua obrenta, vix possit homo peccare. Præterea sanctus Benedictus scribit in regula sua: Primus humilitatis gradus est obedientia absque mora, quę conuenit veris religiosi, qui mox ut aliquid iussum fuerit à superiore, sine mora obediunt, ac si diuinitus imperetur: qui relinquentes quę sua sunt, & voluntatem propriam deferentes, mox exoccupatis manibus, & quod agebat, imperfectum relinquentes, vicino obedientię pede, iubentis vocem factis sequuntur. Obedientia nanque acceptabilis erit Deo, & dulcis hominibus, si quod iubetur, fiat & impleatur non trepidè, non tardè, non tepidè, neque cum murmure, nec cum responsione nolentis. Nam obedientia quę superioribus exhibetur, Deo offertur, qui suis vicarijs loquitur: Qui vos audit, me audit. Ideo bono animo eam exhibere oportet. Si enim malo animo, aut cum murmuratione obe-

2. Corin.

Hieronymus

Obedientia simplex & pura.

Hieronymus

Benedictus

Bernardus

1. Pet.

1. Corin.

1. Pet.

1. Pet.

1. Pet.

1. Pet.

Bernardus

1. Pet.

1. Pet.

obediat subditus, et si impleat iussionem: tamen acceptum Deo non erit, quia cor respicit murmurantis. Et pro tali facto nullam consequitur gratiam, immo murmurantiū poenam meretur. In super Eusebius Emisse nus fatetur: Omnia detrimenta animę ex inobediencię vitio oriuntur. Obedientes autem & humiles multas tribulationes atque labores æquanimitè sustinent, & in suum profectum conuertunt. Sciendum est enim, quod quanto humiliores & obedientiores fuerimus, tantò iugum Domini super nos leuius ac dulcius sentiemus, quanto obedientiores fuerimus patribus & superioribus nostris, tantum Deo obedit orationibus nostris. Videamus quàm acceptabilia sint Deo opera vel ieiunia eorum, qui potius obsequuntur voluntatibus suis, quàm superiorum suorum. Clamant illi: Quare ieiunauimus, & nescimus? (id est, non approbati) humiliamus animas nostras, & non adspeximus? Ad quod Deus respondet: Quia in diebus ieiuniorum vestrorum inuenitur voluntas vestra, id est, propriam facitis voluntatem. Videmus propter inobedientiam opera animarum non respici, ieiunia non acceptari, vota non suscipi. Idcirco nos potius sectemur mandata illius, qui ad hoc ad nos de cœlo descendit, ut non solum redimeret nos pretio suę mortis, sed etiam edificaret exemplo cõuersationis, & cum illo dicamus: Ego non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me, Patris. Ire autè post proprias voluntates, tam perniciosum est, ut hoc Dominus iratus, pro poena peccati irroget, dicens: Dimisi eos secundum desideria cordis eorum. Quamobrem qui vult opera sua esse tuta & recta in cõspectu Dei, nihil obediencię præferat, nihil penitus anteponat, siue iunior siue senior: immo quòd senior est, eò ædificationi & perfectiõni plus studeat, nullum sibi faciat finem proficiendi. Denique his consonat, quod sanctus ait Bernardus: O quam pauci inueniuntur in hac perfectę obedientię forma, qui ita perfectę suam abijciunt voluntatè, ut omni hora requirant, non quod ipsi, sed quod Dominus vult, dicentes cum Paulo Apostolo: Domine, quid me vis facere? Multorum pulillanimitas & peruersitas hodie exigit, ut ab eis quęri oporteat: quid tibi vis faciam? Nõ ipsi quęrunt, Domine, quid me vis facere? Cõsiderare necesse habet vicarius Christi, quid sibi præcipi veint: non ipsi considerat, quę sit præceptoris voluntas. Discernunt & dicant, eligentes, in quibus obediunt imperanti: immo in quibus præceptorem suum

necesse sit obedire voluntati eorum. Nõ eorum obedientia plena, non in omnibus parati sunt obsequi. Non per omnia sequi proposuerunt cum, qui nõ suam, sed Patris venit facere voluntatem. Hinc iterum loquitur sanctus Bernardus: Quicunque aperte vel occultè satagit, ut id, quod ipse in sua habet voluntate, hoc ei spiritualis pater iniungat, ipse se seducit, si sibi de obedientia bladiatur. Neque enim in illa re ipse obedit prælato, sed magis prælatus ei. Quòd si quis obediatur quidem ad oculum, murmuret autè in corde, falsa est obedientia. Sola etenim charitas est, quę obedientiã gratam facit & acceptabilem Deo: verus obediens dat suum velle & nolle. Hinc dicit beatus Gregorius: Obedientia non seruili metu, sed charitatis affectu seruanda est: non formidine poenę, sed amore iustitię. Religiosus ergo non se excuset ab adimplerone eius, quòd sibi iniungit superior, quasi melius aut sublimius quid acturus: quia ut ait Bernardus: Nec stultum bonę actionis, nec quies contemplationis, nec lachryma contritionis extra obedientiam placet Deo. Qui iterum protesta- tur: Verus obediens mandatum non procraftinat: sed statim parat aures auditui, linguam voci, pedes itineri, manus operi, seque totum colligit intus, ut mandatum impleat præidentis.

Gregorius

Bernardus

1. Pet.

1. Pet.

Obligatio professionis

indi.

De varijs causis & motiuis, quę omnem religiosam personam inducere debent ad fortem impletionem voti obedientię, & aliorum, quę in sua professione ac regula continentur. Articulus XIII.



Quęcumque vouit, reddam Domino pro salute. Ad indefessam atque idoneam impletionem suę professionis inducere debet quemlibet religiosum ipsa obligatio permaxima suę solennis promissionis, quam fecit Altissimo: quę maior ac fortior est, quàm obligatio iuramenti, ut dictum est. Videmus autem quòd etiam homines seculares, ruteri, & militares ac bellatores, & qui Deum non metuunt, tantum abhorrent violationem suę promissionis ac iuramenti, propter vitandam humanam diffamiam, ut cum capti fuerint, & sub iuramento seu promissione redeundi infra tempus taxatum demissi, extiterint, reuertantur: quamuis sciant se diro carceri mancipandos, aut aliter puniendos, vel etiam occidendos. Quantò magis satagere debet religiosus, ut ea, quę Deo vouit aut iurauit, fideliter

II. Enormitas peccati.

III. Consideratio aternalium tormentorum.

III. Beatitudo bonorum religionum quanta.

Hominum genera Deo placentium quatuor.

Obediencia Christi. Phil. 2. Matt. 23

indilateque impleat, ne coram Omnipotente & omnibus Sanctis eius inueniatur & sit perfidus, diffamis, damnabilis? Secundo ad hoc incitare debet religiosum ineffabilis magnitudo atque enormitas peccati, quod in transgressione professiois consistit, quod periurio grauius est. Ideo ne religiosus tam abominabilis, vilis & impius coram Deo reddatur, debet incessabilem diligentiam adhibere, vt professionem suam persoluat. Tertio ad hoc religiosus debet induci, ex consideratione & horrore aternalium tormentorum acerbissimorum, quae violatoribus suarum professionum infliguntur: qui praeteris in inferno tantum acrius intolerabiliusque torquentur, quanto eorum scelera sunt enormiora. Similiter consideratio & paucorum rigerosissimi iudicii Dei eis imminetis, qui sua vota transgrediuntur, ad executionem vtorum virilem accendere debet omnem religiosum. O quali vultu adspiciet sponsum caelestis, iudex supremus animas religiosorum, praesertim monialium, quae sibi fidelitatem non seruauerunt: sed cum vae montibus spiritualiter fornicatae sunt, aut corporaliter quoque cum amatoribus alienis. Quarto ad hoc prouocare debet ceterum platio gloriosissimae beatitudinis, quae obseruantibus suam professionem promissa est ac praestanda. Quanto enim in hac vita seipsum plenius offerunt Deo, & eius seruituti se mancipant, tanto in regno caelesti deus seipsum plenius, clarius, atque suauius reddet, coniunget & applicabit ipsis. Et quanto plus propter Deum suas fregerunt ac abiecerunt voluntates, & quod per obedientiam profundius humiliauerunt seipsum, eo in paradiso caelesti deus omnipotens gloriosius adimplebit voluntatem ipsorum, eosque sublimius collocabit. Hinc in Vita patrum narratur, quod quidam sanctorum Patrum in ecclesiis positus, vidit quatuor genera hominum Deo placentium. Vnum fuit infirmorum, qui in suis infirmitatibus patientiam habent, & Deo regratiantur. Secundum fuit eorum, qui hospitalitatem & opera misericordiae exhibent. Tertium fuit omnino solitariorum. Quartum cenobitarum, qui sub spiritualis patris aut matris regimine seruiunt Deo. Hi erant maiores in gloria, & torquibus vti aureis videbantur, quia praeteris propriam voluntatem propter Deum integratius dereliquerunt. Quinto ad idem inducere debet consideratio Saluatoris, qui propter nos factus est obediens Patri vsque ad mortem, & passioni proximam dixit ad Patrem: Non quod ego volo, fiat, sed quod tu.

Et antea: Sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Consideratio quoque obedientiae sancti Abraham, & omnium religiosorum Sanctorum, qui in magnis & arduis fidelissimae atque promptissimae obediunt. Sexto, quia Deus omnipotens per multa preclara miracula ostendit, sibi obedientiam esse gratissimam, vt patet in eo, qui ad iussione[m] abbatis filium suum infantulum proiecit in fornacem ardentem, & mansit ibidem puer ilegus. Similiter in discipulo Pauli abbatis, qui ad iussione[m] sui abbatis, cingulo proprio ligauit draconem, & ligatum duxit vsque ad claustrum. In fratre quoque, qui mortuum suscitauit merito obedientiae suae. Atque in sancto Mauro discipulo beatissimi Benedicti, qui cucurrit super aquas quasi super terram, & puerum, nomine Placidum, submersum extraxit de aqua. Septimo, quia diuina scriptura & omnes Patres sancti, exemplo & verbis ac scriptis obedientiam maximam laudauerunt. Octauo, quoniam obedientibus & veris religiosis dat Deus multiplicem consolationem, mentis tranquillitatem, conscientiae serenitatem, & copiosum in omni gratia ac virtute profectum. Etenim quanto plus amore Dei sperant ac vitant solatia carnalia & mundana, & timorati sunt in iugi cordis custodia, tanto copiosius promerentur consolationes spirituales, internas, diuinas. De talibus quippe Propheta loquitur Deo: Quam magna multitudo dulcedinis tuae Domine, quam abscondisti timentibus te: perfecisti eis qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum. Proteges eos in tabernaculo tuo a contradictione linguarum. Abscondes eos in abscondito faciei tuae a conturbatione hominum. Itaque monialis reclusa, & omnis religiosa persona, cupiens in creatam & infinitam sponsi eterni dulcedinem experiri, ac futuram beatitudinem dulciter praegustare, vanas & viles consolationunculas spernat, loquacitatem & rumores seculares deniuet, custodia sic corde, & sollicita iugiter coram Deo, ne offendant in aliquo. Nono, quoniam tanta est obedientiae virtus, vt Deus omnipotens dicatur obedientibus obedire, id est, per modum obedientis se circa illos habere, preces & desideria eorum celeriter exaudiendo: sicut patuit in Iosue, de quo ait scriptura: Non praeuertit Iosue de vniuersis mandatis Domini, ne vnum quidem verbum. Et de eodem viro ait Scriptura diuina: Dixit Iosue Soli, contra Gabaon ne mouearis, & luna, contra vallem Hailon: Steterunt itaque sol & luna in medio caeli, spatio vnus diei, obediendo

Marc. 14. Ioban. 14. Gene. 22.

VI. Obediencia quam sitile gratissimum.

VII.

VIII.

Psal. 26.

IX. Obediencia virtus quanta.

Iosue. 10.

diente Deo voci hominis. Decimo & maxime debet religiosa persona implere fideliter sua vota ex puro dei amore potius, quam intuitu praemiorum, aut timore suppliciorum. Et quanto ille sponsum, cuius sapietia, nobilitas, pulchritudo, dulcedo, excellentia, perfectio, felicitas finem prorsus non habet, gratiosus & amorosus se habuit circa eam, tanto & ipsa religiosa persona infatigabilius debet conari, vt sit grata, fidelis, ac toto corde intenta, atque vnita sponso superno. Haec de obedientia tractata sunt, quae est quantum punctum, in professione regularissimum praefata contentum. Praeterea si queratur, cui monialis magis obedire teneatur, suae Abbatissae seu matri spirituali, an confessori? Respondetur, quod quantum ad ecclesiastica sacramenta, magis obedire tenetur Rectori & confessori. In his vero, quae ad obseruantiam pertinent regularem, magis adstricta est obedire matri spirituali, cui & obedientiam vouit. Sicque obedientia illa essentialis est suae professioni, & maior, quam obedientia, quam confessori tenetur.

De clausura perpetua, & magnitudine praemij eius, ac de causa eius finali. Articulus XV.



Abcondit me Dominus in tabernaculo suo in die malorum, proxit me in abscondito tabernaculi sui. Ex his, quae supra octauo articulo dicta sunt de proprietatibus mulierum, facilliter potest perpendi, quam periculosum sit monialibus egredi claustrum, vagari per mundum, inter seculares homines conuersari, viros, iuuenes ac adolescentulos intueri. Sunt enim naturaliter molles, instabiles, fragiles, atque ex intuitu obiectorum concupiscibilem mobiles valde. Idecirco earum compunctio, deuotio, recollectio & amor ad sponsum caelestem, citò atque facilliter dispergantur, impediuntur ac pereunt, nisi indefinenter custodiantur. Immo nisi omnis peccandi occasio eis praescindatur, protinus mens earum mundanis ac sensualibus inficitur ac repletur affectibus. Hinc sancti Patres instructi ac moti à Spiritu sancto, saluberrime ac sapientissimè ordinauerunt, vt vniuersae moniales perpetuò clausae sint, & ab exordio omnes fuerunt clausae. Porro, quod ad tantam lapsae sunt calamitatem, relaxationem ac vanitatem, quod iam multae earum passim monasteria sua egrediuntur, venit ex negligentia & vitioso Superiorum suorum regimine: qui ab obserua-

tia regulari miserabiliter damnabiliterque collapsi, subditas quoque eis personas permiserunt corrumpere, & non solum ad istam mundanitate venire, qua exeunt claustrum, immo etiam ad damnabilissimum istum statum permiserunt descendere, quod proprietariae sunt: atque dum ad visitandum homines seculares inaniter exeunt, tam pretiosae & curiosae se vestiunt, vt nisi diligenter inspiciantur, vix moniales esse noscatur, nisi forsitan ex tenui velo aut modico scapulari. Sicque suo vestitu pandunt se potius esse filias Babylonis, adulterasque Diaboli, secundum quod sanctus doctet Augustinus, quam filias Dei & Sponsae Christi. Quamuis autem in regulis quorundam Patrum sanctorum, de monialium clausura perpetua nihil dicatur, quia videlicet regulae illae primò à sanctis Patribus datae sunt monachis: postea tamen, dum & foeminae ceperunt regulas illas assumere, sancti Patres tunc existentes, inter cetera pro monialium conseruatione instituerunt, vt vsque ad mortem sint in monasterio clausae. Et hoc manifestè iubetur in regula gloriosi Hieronymi, quam sanctus vir ille monialibus dedit & scripsit. Hinc Bonifacius Papa octauus, volens vniuersas moniales ad pristina clausuram reducere, dedit de hoc generale mandatum, prout sexto decretalium continetur, hoc modo: Cupientes salubriter prouidere periculoso ac detestabili statui quarundam monialium, quae laxatis honestatis habenis, & monastica modestia ac verecundia sui sexus impudenter abiectis, nonnumquam discurrunt extra monasteria sua per habitacula secularium hominum, & intra monasteria sua frequenter admittunt suspectas personas, in grauem illius offensam, cui suam integritatem & castitatem voluntate spontanea deuouerunt, & in religionis opprobrium ac scandalum plurimorum, praesenti constitutione perpetuè irrefragabiliter vultura sanximus, vniuersas ac singulares moniales praesentes atque futuras, cuiuscumque sint ordinis, debere manere sub perpetua monasterij sui clausura: nisi tali ac tanto morbo earum aliqua laboraret, quod non posset cum alijs absque graui periculo commorari. Nulli etiam inhonestae personae, nec honestae pateat accessus ad moniales, absque speciali Superioris licentia, & nisi fuerit manifestae & rationabilis causa: quatenus moniales sic separatae à publicis ac mundanis conspectibus, valeant Deo seruire liberius, eisque diligentius custodire corda sua & corpora in omni sanctimonia, omni opportunitate laetificandi sublata. Ecce in hac constitutione

Augustinus

Hieronymus

Bonifacius Papa

Clausura monialium perpetua.

ne asserit p̄t̄ifex summus, quod vsus ac status monialium, sua monasteria egredientium, sit periculosus ac detestandus, & quod moniales, sic exeuntes, laxant honestatis habenas, hoc est, contra virtutem & frenū honestatis debite agunt: ac impudenter abijciunt religiosam modestiam ac verecundiam, ad sexum scemineum potissimè pertinentē: quod item per hoc grauius Deū offendūt, ac Sponsū cœlestem, cui suam integritatē vouerunt: atq; quod exirus ille cedit in sanctæ religionis opprobrium ac scandalum plurimorum. Idcirco moniales exēdo cœnobium, non excusantur à grauculpa per dispensationem & licentiam Superiorū suorum, cum dispensatio & licentia illa iustam & rationabilem causam nō habeat: propter quod dissipatio iuris est & abusus. Vnufquisque quoque fidelium, tam religiosus quam secularis, magis tenetur obedire pontifici summo, videlicet domino Papæ, quam cuiuncque inferiori prælato: quemadmodum super secundum Sententiarum Doctores concorditer scribunt. Amplius, in constitutione prætacta tangitur causa finalis, propter quam moniales iubentur ac obligantur esse reclusæ, videlicet, vt omnis occasio incontinentiæ eis penitus auferatur, & tantò purius ac liberius seruiant & inhaerent Sponso cœlesti, in omni castitate & sanctitate mentis & corporis, quantò plūs separatae sunt ab humanis aspectibus ac mundanis consortijs. Porro quanta scelera & scandala oriuntur ex monialium egressione de claustris suis, quid necessè est scribere & probare, cum tumentes vteri & argumenta super terram gradientia, satis & plūs quam satis hoc protestentur? Aliæ quoque dissolutiones & vanitates quàm plurimæ inde sequuntur. Ideo deuotæ & timoratae moniales in suis claustris libenter ac hilariter manent, & quicquid à contemplatione, amore & amplexu Sponsi cœlestis, quicquid à puritate interna & spiritali profectu, atq; à stabili recollectione mentis in Deo, impeditiū est, horrent ac vitant. Et si (quod absit) absque iusta & rationabili causa exire optarent, aut exeundi licentiam procurarēt, nequaquam à grandi excusarētur peccato. Denique huius spontaneæ ac perpetuæ clausuræ, ineffabiliter magna gloriaeque merces est apud Deum in cœlis. Nec dubium, quin religiosæ personæ suā clausurā fideliter conseruant, tantò iucundius post hanc vitā volabūt per longitudinē latitudinēq; cœli Empyreici, quantò nunc propter Deum in strictiori se continent loco. Veruntamen quoniam pa-

Causa finalis clausuræ monialium.

Claustrum perpetuæ merces gloriosae.

rum aut nihil confert clausura exterior corporalis, nisi mens clausa, custodita & munda sit à cogitationibus vanis & vilibus, ab imaginationibus scēdis, à vitiosis affectibus, ab inquietudine passionum, à sollicitudine mūdānorum, à secularibus occupationibus, curiofitatibus, fabulationibus, atque seculi rui moribus, ideo religiosa persona reclusa, indefinenter conetur de die in diem magis ac magis, pura, stabilita, quieta, illuminata, ac feruida esse in Deo: Ab otiosis & superfluis caueat verbis: in cibo & potu moderantiam seruet, & necessitatem quærat, non voluptatem. Discretionem tamen seruet in omnibus, & iuxta Superiorum suorum informationem procedat. Consuetudinem faciat sibi, vt in omni loco & tempore adspiret ad Deum, & mentem suam leuet, ad ipsū: considerando infinitam bonitatem, sapientiam, pulchritudinem, suauitatem ipsius, & omnem charitatem, pietatem ac liberalitatem eius circa genus humanum. Atque in horū consideratione vehementer accendatur diuino amore, & gloriatur in suo Creatore, congratulando infinitæ excellentiæ, omniq; perfectioni & beatitudini eius. Sicq; requiescat in ipso, vt ex sententia dicere queat: In pace in idipsum dormiam & requiescam. Et rursum: Oculi mei semper ad Dominum. Itemque: Memor fui Dei, & delectatus sum. Et in meditatione mea exardescet ignis.

De aliquibus rebus, in quibus religioso personæ debent se prudenter habere.

Articulus XVII.



Abeo aduersum te, quod charitatem tuam primā reliquisti. Hæc sunt verba Christi ad quemdam, qui à primo suo seruore corruerat. Et idem impropere Dominus vnique negligenti religioso, qui pro eo, quod de die in diem deberet in charitatis seruire, & in omni virtute, puritate ac stabilitate proficere, paulatim negligentior, repidiorque efficitur. Sicque immemor fit sue professionis, ex qua coram Altissimo obligatur quotidie ad perfectionem conari ac tendere. Ideo omni tali religioso, valde horrendum est, quod Dominus Iesus Christus ait ad quemdam: Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus. Vtinam frigidus esses (saltem seruilis timore D E V M timendo) aut calidus (charitatis ardore) sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Primum ergo, in quo religiosa persona debet se caute ac sapienter

piet̄er habere, est, vt à primo suo seruore & prompta voluntate atque laudabili dispositione, ex quibus religionem intrauit & in ea Deo seruire cepit, non solum non deficiat, sed etiā in eis crescere studeat incessanter. Certè magnus exitit seruator, quo vnuerfos propinquos, amicos, confortes, totumque mundum & cuncta quæ habuit, aut habiturus fuit, propter Deum reliquit, & religionem ingressus est. Perpendat, quàm verecundus, obsequiosus, taciturnus, obediens, agilis fuerit in exordio sue conuersionis, & talis permaneat: immo quotidie perfectior fiat talis. Sed contra hoc agunt, qui paulatim fiunt adaces, inuerecūdi, verbosissimi, dissoluti, atque ad inobedientiam proni. Nōne multi inueniuntur magis procliuēs ad impatientiam, iram, detractionem, suspensionem, murmurationem, gulositatem, rebellionem, superbiam, dissolutionem, postquam multis annis fuerunt in ordine, quàm in sue conuersionis & professionis suæ exordio? O quanta damnatio imminet eis, nisi condigne peniteant & emendent. In taliū persona ait Eusebius Emisenus: Interdiximus nobis diuersas seculi voluptates, ad relinquendos parentes & cognatos charissimos fortissimi fuimus, & nūc abstinere nō possumus à venenatis passioibus superbiz, inuidiæ, iræ, impatiētiz, in quibus nihil est, nisi quicquid amaritudinis est & rancoris. Ad declinandum negligentias, ad vincendum leuissima vitia debiles sumus: pro rebus vilissimis indignamur, & in lites ac iurgia concitamur. Hinc, sicut in Viti patrum narratur, quidam senior sanctus interrogatus à fratre, qualiter habere se deberet in religione, respondit: Vide qualis fueris primodie tuæ conuersionis, & sic iugiter viuere. Secundum, in quo religiosa persona prudenter habere se debet, est, ne aliquem temerè iudicet aut contemnat: sed proprios defectus semper intueatur, ponderet, desinat & emendet: peccantibus verò compatiatur, & culpas eorum, quātum potest, alleuiet, propriamque fragilitatem perpendēs, vereatur & dicat: Ille cecidit hodie, ego cras. Hinc in Ecclesiastico scriptum est: Memor esto iudicij mei, sic enim erit & tuum. Mihi hodie, & tibi cras. Vnde Apostolus: Considera, inquit, teipsum, ne & tu tenteris. Verum sunt quædam religiosæ personæ, immo peruersæ & irreligiöse, quæ ad obseruandum, aggravandum & accusandum defectus aliorum, sunt vigilantes, acutę & celeres: ad considerandum verò propria vitia cæcæ sunt, nec equanimiter ferunt si increpentur. Porro

Epist.

II.

Eccl. 10.

Eccl. 6.

Apoc. 2.

bon⁹ religiosus, quicquid virtuositatis cernit in alijs, studet sectari: culpas verò aliorū piè pertransit, salua correptione fraterna. Tertium est, ne ex aliorum negligentia, dissolutione, verbositate & prauis consortijs aut exemplis fiat remissus. Sed indefinenter attendat causam animæ suę, quam habet cum Deo, & qualiter citò iudicabitur ab eodem, immo ex aliorum damnis fiat peritior. Quartum est, vt ea quę agit in Dei obsequio, agat quotidie cum diligentia ampliori. Quidam enim ad tempus deuoti videntur, & horas suas atque confessiones ac consimilia proferunt ac persolunt attentè, sed postea cum arida quadam consuetudine. Quintum est, ne aliquem scandalizet, sed omnes, quātum valet, ædificet. Deo namque debemus conscientiam puram, proximis exemplaritatem & bonam famam. Vnde dixit Saluator: Væ homini per quē scandalum venit. Et denud: Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est. Apostolus quoque hortatur: Videte, ne ponatis fratri offendiculum aut scandalum. Sextum est, vt totam conuersationem suam fundet in vera & profunda humilitate, atque in stabili Dei timore, in quibus duobus iugiter crescere ac firmari conetur. Ideo sanctus vir Abbas Pastor diseruit, quod religiosus debet tam indefinenter humilitatem ac Dei timorem mente reuolueret ac tenere, quàm incessanter attrahit sibi ærem ore. Hinc loquutus est Christus: Discite à me, qui mitis sum & humilis corde. Itemque: Nolite timere eos qui corpus occidunt: sed eum timete, qui habet potestatem corpus & animam perdere in gehennā ignis. Septimum est, vt omnia agat cum discretione: quia vt beatissimus pater Antonius docuit, discretio compendiosius ducit religiosum ad perfectionem. Octauum est, vt circa superiores suos semper se habeat reuerenter, pacificè, obediētē & gratè: verba quoque eorum & facta interpretetur in melius.

III.

III.

V.

Matt. 8. Matt. 5.

Rom. 10.

VI.

Abbas 14. flor.

Matt. 23.

Matt. 10.

VII.

Antonius.

VIII.

De aliquibus documentis sancti Hieronymi ad moniales pertinentibus.

Articulus XVII.



Anctus Hieronymus in regni sua multa scribit saluberrima documēta: quæ quamuis specialiter scribat monialibus ordinis sui, nihilominus ad omnes pertinent moniales. Itaq; primò admonet eas ad synceram & integrā charitatem,

Hieronymus

D. DIONYSII CARTHUSIANI

tem, pacem atque concordiam in omnibus obseruandas, sicut allegatum est supra secundo articulo. Neinde eas hortatur ad omnem proprietatem vitandam, dicendo: Aedificat fatuus ille in zabulo, qui in religione quaerit temporales diuitias. Hic attendite o filiae diligenter, hic periculum omne est, hic interitus, hic mors aeterna. Qui iam ex voto renunciauerunt omnibus quae possidebant, promiserant praeter Christum, nihil temporale & terrenum possidere, neque appetere ea quae dimiserunt. Idcirco obtestor vos omnes & singulas coram Deo, ut argentum & aurum, & terrena substantia mentem vestram nulla ratione seducat, ut nitatur aliqua vestrum mentri Spiritui sancto, retinendo apud se, quantumcumque; minimum temporale, ultra ea, quae ex necessitate portantur, ne hoc, nisi ex licetia matris. Ideo haec obseruatio in vestro monasterio perpetua maneat, quod nulla omnino tangere, aut aliquo modo retine re audeat per horam, censum aut obulū seu aliud quantumcumque; minimum: quāquam à matre aut sorore mittatur. Insuper admonet eas: Nulla in vestibus pretiositas, nulla melioritas sit, ut vna videatur ancilla, alia domina: sed in omnibus aequales existat, quae vni sponso nuptae, communi voto professae sunt. Nec filia Regis, militis filiam pauperis excedere velit. Pompis terrenis, dignitatibus & nobilitatibus carnis spiritualis vita non indiget. Nobiliores impleant quod ait scriptura: Quātō maior es, humilia te in omnibus. Nunquam inter vos disputetur aut cōtendatur de carnis nobilitate. Nō nobilior, sed virtuosior praefertur. Omnis vanitas, mollities, pompa, superfluitas vestimentorum contemnatur & abijciatur à vobis. Virorum consortia fugite. Zelotypus valde est sponsum vester, nullatenus patitur sponfas suas proferri in publicum, ne concupiscantur ab amatoribus seculi huius. Semper vult solus amari atque amplecti, neminem vult admittere ad solatium. Tam iustus & nobilis est, quod si alium quaesieritis amatorem, statim recedet, & dissoluet omne coniugium. Idcirco, o dominae mea, quia sponsa Domini mei, omni custodia vosipsas seruate, ne sponsum separetur à vobis. In monasterio vestro velut in thalamo maneatis cum sponso. Feruetissimè quoque; admonet eas hieronymus ad linguę refrenationem: In refrenatione, inquit, linguę, beatitudo consistit: ut detur intelligi, quod Deus, qui est beatitudo, in multiloquio haberi non potest, nec intueri. Linguas domate, ut beate esse possitis, nec conuertantur ad lites, nec iurgia, con-

Matt. 7. Proprietas quam sit de testam. Luc. 14.

Actu. 1.

Eccle. 3.

Zelotypus sponsum coelestem.

Lingua ut refrenanda sit.

tentiones, rixas & scandala resonent. Inter vos nunquam disputetis de vita alterius, maneat diuino examini omne iudicium. Delicta vestra cognoscite, delicta vestra plorate, vosipsas vniuersis existimate peiores. Si quae audieritis alicui detrahentem, procul fugientes, dimittite eum velut serpentem, ut verecundia victus, discat de aliorum factis silere. Praeterea, qualiter castigandae sint durae & inuerecundae sorores, docet Hieronymus, dicens: Contumax, praesumptuosa & superba mulier, in vestro sancto consortio, quae dedignatur esse subiecta, suisque libitibus ac iurgijs scandalum praebet quieti sororum, & inobedientiae monstrat exemplū, arduis crebrisque ieiunijs castigetur, cum resistit mandatis. Si eam ieiunia non castigant, superbia eius dometur verberibus, confusionibus & grauius disciplinis, ut discat, quod nisi obediat Superiori, partem cum Christo habere non poterit in regno caelestium: quantumcumque etiam mandata, ei iniuncta, videantur extranea nec consona rationi. Si autem nec sic fuerit emendata, cum apostatis angelis expellatur: quod nunc est in carcerat. Insuper de Simonia vitandam in receptione sororis, saluberrimè iubet, dicens: Detestabilem heresim Simoniam, quam communi prauitate Diaboli, moniales asfuetae committunt, etiam in auditu horreat & deuiter sancta societas vestra. Pœna Giezi, quem lepra impleuit, & prauitas Simonis, quem beatissimus Petrus Apostolus maledixit, vos terreat. Vox sacratissimi Petri, summi vicarij Christi ad Simonem dicta, nunquam exeat de auribus vestris. Pecunia tua sit tecum in perditionem. Existi-masti enim donum Dei pecunia possideri. Ad vos venientes sorores ad Christi nuptias suscipite gratis: praepnatur sanctitas pecuniae, exquiratur bonitas vitae, non generositas carnis, non utilitas mundi. Nulla omnino pactio, nulla conuentio aut conditio, quae metis puritatem perturbet, praeniat. Sapientia clamat, eum esse beatum, qui excutit manus suas ab omni munere, & qui post aurum non abiit, nec sperauit in thesauris pecuniae, quae subuertit iudicium. Si qua sororum ex sua abundantia, inopiam sororum cupit supplere, omnia det ad vsum communem, & fiat sicut vna ex minimis. Nec murmuret, si sibi sumptuosius non ministretur, quam his, quae ex paupertate venerunt. Nec extollatur, & ceruice erecta, more femineo, improperet caeteris, se tantum ex suis facultatibus attulisse. Plus etenim attulit soror pau-

Castigari uideantur.

4. R. 13.

Actu. 6.

Esai. 33. Eccl. 10.

pauperula, quae ingrediens religionem, affectum habendi dimisit, quam quae multum apportans, superbiam domui intulit. His gloriosi Hieronymi verbis per omnia consonat constitutio Vrbanus Papae quinti. Quam & Gregorius Papa vndecimus legitur confirmasse. In qua constitutione & bul-la Vrbanus ille sub horribilibus poenis iubet religiosus, ne à persona recipiente, aliquid exigant directè aut indirectè, neque per se, neque per alios, nec vestem nec prandium, nec aliquid quantumlibet paruū aut magnum, nec ante receptionem personae, nec in receptione, neque post eam.

De aliquibus documentis, ad religiosos spectantibus, ex libris Ioannis Casiani. Articulus XVIII.

Homo homini seruat iram, & à Deo querit medelam? Hoc est quod Dominus Iesus Christus ait in Euangelio: Cum stas ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem, ut & Pater vester caelestis dimittat vobis peccata vestra. Quod si non remiseritis, nec Pater vester caelestis dimittet vobis peccata vestra. Cumque doctrina haec ad omnem pertineat Christianum, quanto magis ad religiosas personas? Hinc loquitur Casianus: Religiosus ad perfectionem tendens, ab omni vitio irae & indignationis alienus consistere debet. Et si proximum delinquentem velit corripere, tam charitatiuè, mäsuetè, iuste ac discretè id faciat, quod non laedat seipsum per iram, impatientiam, aut rancorem, nec alios scandalizet. Etenim eum, qui alterius vitium vult curare, oportet spiritualiter sanum esse, ne ei dicatur: Medice, cura te ipsum. Quid ergo dicemus de his, qui iram & impatientiam aut indignationem multis diebus portant in corde? qui et si dicant se non irasci, tamen re ipsa & opere indignari atque irasci proximis suis probantur: quia nec solita affabilitate illis loquuntur, nec congruenter eos appellant, nec amicitiae signa eis ostendunt: immo sua tacurnitate & Prattatione interdum plus prouocant illos, quam si eis cor suum effunderet. Praeterea, si quis ad tantam mentis obdurationem & insipientiam labatur, ut ex vehementia passionum suarum ab Ecclesiasticis sacramentis retrahatur atque abstineat, talis ineffabiliter errat, & victus est ac defensus, & acriter puniendus, cum tanta impicitas in secularibus quoque hominibus intolerabiliter magna, grauis, damnabilisque con-

not.

not.

not.

Luc. 4.

sistat. Hinc, ut asserit Casianus: Non solum foris refrenanda est ira à verbis & factis prauis, sed est etiam ab arcanis pectoris funditus eruenda, ne eius caligine obscurati, à susceptione salubris consilij ac salutaris scientiae impediatur, nec templum Spiritus sancti esse possimus. Qui enim iram portat in corde, etiam si mortuos suscitet, Deo placere non valet. Cohibitus quoque iracundiae motus in corde, quamuis eos, qui assunt, homines non offendat, attamen splendidi simū lumen Spiritus sancti impedit & excludit à mente, ac si effunderetur in publicum. Nec vult Saluator iram ad momentum in corde manere, qui nec spiritalia orationū nostrarum sacrificia permittit nos sibi offerre, si alium aliquid contra nos habere cognoscimus. Praeterea, quidam tam diu patientes & humiles esse videntur, quando non contingit eis aliquid voluntati eorum contrariū. Si verò occurrat eis aduersitas aliqua, aut aliquid commotionis occasio, apparebit, quae longè à vera humilitate, patientia & mansuetudine distent. Tūc enim erumpent passionnes ac vitia quae latebant, & tanquam equi indomiti otio longiore nutriti, in damnū miserorum acrius surgunt. Idcirco passiones sunt radicibus extirpandae, ita ut nec contra irrationabilia prouocemur ad iram. In super vitanda est omni religiose personae vana gloria, quae est vitium periculosum & inquietū, quod religiosos verè deuotos solet multū vexare, & quod magis deijcitur, magis insurgit. Sed hoc vitium vincit, qui omne bonum Deo indefinenter cum omni humilitate & gratiarum actione ascribit, & propria pensat peccata: se quoque aduertit esse incertum, an in charitate existat, & an finaliter sit saluandus.

Matt. 5.

Vana gloria quomodo vincenda.

De aliquibus uerbis doctrinalibus Ioannis Climaci. Articulus XIX.

Onfusio maxima est, post primam vocationem, qua vocauit nos deus & non homo, de aliquo alio curare aut sollicitari, nisi quod possit nobis prodesse ad conuersationem hac vocatione & professione condignam, hoc nanque est retrò respicere. Non corruamus à primo nostro seruire, sed in eo crescamos quotidie. Cœnobium est celum terrenum: ideo sicut angeli sancti in caelo deseruiunt Deo cum omni charitatis ardore, puritate ac reuerentia: sic religiosa persona, quantum sibi possibile est, Deo seruire debet cum omni custodia, reuerentia & seruire. Consi-

Iohannes Ch. macus.

Luc. 9.

derare non cesses profunditatē & immensitatem ignis æterni, immanissimosq; minifros, & implacabilem iudicem, atq; immensum chaos flammæ infernalis. Subterraneū quoq; & terribilem locum, vbi impij æternaliter ac acerbissimè puniuntur. Omnium horū memoria, omni vespere cœnet ac dormiat tecum, & tecum pariter furgat, & non dominabitur tibi negligentia aut somnolentia in diuino officio. Qui genas suas rigat quotidie lacrimis ex recordatiōe mortis & culparum suarum, stabilitur in Deo. Multiloquiū est vanæ gloriæ cathedra, porta detractiōnis, origo mendacij, resolutio compunctiōnis, impedimentum diuinæ illuminationis, mater acedię, exterminatio interioris custodię, frige factor feruoris, obscurator orationis, scurrilitatis in deuotiōnis quæ causa. Qui peccata sua attendit, linguam suam refrenat: Amās silentium, Deo propinquat: Et orans ac laudans Deum, illuminatur ac inflammatur ab eo. Acedia & ociositas dispergunt vniuersarum virtutum diuitias. Acediosus & piger semper cogitat de lauta ventris sui repletionē, & querit exteriora solatia, ac vana colloquia. Num manducas & bibis, cogitare non cesses qualiter Rex tuus pro te aceto & felle potatus est: & sobrius eris, nec delectationem sensualem in cibo ac potu queres. Non cessemus nos ipsos quotidie examinare, considerare & diiudicare per comparationē ad sanctos Patres, qui præcesserunt: & tunc inueniemus, nos nondum calcaſse aut inchoasse diligentis ac dignæ conuersationis exordium, sed adhuc quasi in seculari vita esse dentes. Superbus religiosus nō indiget Dæmone se tentante, ipse enim sibipſi factus est Dæmon & impugnator. Verè humilis atque obediens semper abominatur propriam voluntatem, & seductricem. Ranam cum aqua haurimus, quando opera bona cum negligentia & torpore efficitur. Si quis cupit Deo exhibere corpus castum, & cor mundum, integrè seruet seipſum in impassibilitate & sobrietate, sine quibus omnis labor noster est inutilis. Sicut qui portat aromata, etiam nolens depræhenditur: ita spiritum Dei habens & verè virtuosus ex verbis & actibus suis cognoscitur. Sicut ignis non producit, sed dissipat niuem: ita qui in præfenti vita proprium quærit honorem, iucunditate futuri honoris cœlestis priuabitur. Quemadmodum nemo viuere potest sine esca: ita nunquam conuenit, eum qui vult saluari, dare negligentiam locum. Dæmones in omnibus bonis tres foueas nobis suffo-

diunt. Nam primò conantur, vt à bonis agendis impediatur nos. at quando in hoc vincuntur, conantur vt non secundum Deum fiant opera ipsa, id est, non recta intentione & cū debita diligentia. Cumque in hoc fuerint superati, nobis nequiter adulantur, vt de bonis peractis stolidè extollamur, aut inaniter gloriemur. Quemadmodū impossibile est, serpentem suam antiquitatem exuere, nisi intrando per angustum foramen: ita & nos non poterimus veteres nostras consuetudines prauas, & solitas vanitates dissolutionesque cordis abijcere, nisi pergendo per arctam viam pœnitentiæ ac salutis. Quemadmodum radius solis domum ingreditis, illuminat eam, & tenuissimos pulueres eius volitantes in aère, facit videri: sic illuminatio Spiritus sancti, timor Dei, mentem illustrant ad intuemdum & considerandum omnia eius peccata etiam minima. Sicut cancri velociter procedere nequeunt, quia nunc antè, nunc retrò cedunt, propter quod facilliter capiuntur: sic homo quandoq; ridens, aliquando lugens, interdum custoditè, interdum dissolutè se habens, parum aut nihil proficere potest. Sicut Regi terreno abominabilis est ei assistens, & vultum ab eo auertens, eiusque hostibus loquens: ita abominabilis est Deo, qui in oratione cogitatiōes immundas admittit.

Breuis formula vitæ virtuosæ ac spiritualis profectus. Articulus XX.



Vitodi temetipsum & animam tuam ^{Deum.} sollicitè. Ars artium est, viuere Deo, ^{ars artium.} & compediōse proficere. Si ergo vis citò copiosum obtinere profectum, Deum stude super omnia semper diligere: & teipsum non ames, nisi purè in Deo, hoc est, omnia illa desideres & acceptes, quæ tibi magis expediunt ad complendum Deo, atque ad obtinendum felicitatem æternam, id est, aduersa & aspera, correptiones & correctiōes pro tuis peccatis, abstinentias, ieiunia, disciplinas, vigiliis. Ama nesciri, opta subesse: honores, promotiones, laudes, adulationes abhorre. aduersarios & persecutores tuos cordialiter dilige, tanquam purgatores & locupletatores animæ tuæ. Nullam horulam temporis tibi concessi, instructuosè expendas. Ante orationem & psalmodiam, atque horarum resolutionem, cor tuum recollige, propriam vilitatem, defectuositatem & vitiōsitatem attende: Creatoris quoque Altissimi maiestatem, dignitatem excellentiamq; immensam considera. Et ita cum omni humilitate,

ilitate, attentione, timore, & reuerentia ac feruore Omnipotentem adora, lauda & cole. Ab eius inuocatione & laude nunquam, quantum possibile est, cesses. Antequam eas dormitum, recogita qualiter diem expenderis, quid boni in eo miseris, quid mali commiseris: tunc reprehende & disciplina teipsum, veniam pete, emendationem propone, confiteri intende, satisfacere stude: Deum iugiter ora, vt in omni virtutè & gratia te confirmet, perficiat & conferuet. In diuino amore te exercitare non desinas, contemplando, quam perfectus & infinitus sit Deus æternus & gloriosus, in omni bonitate, amabilitate, pietate, dulcedine, pulchritudine, felicitate, iustitia, sanctitate, sapientia, potestate, libertate, perfectiōne & gloria. Atque in horum contemplatione accendatur cor tuū præualidè in ipsius syncerissima charitate. Adspira & ingemisce ad Deum, dicendo: O Deus omnipotens, o suauissime & incomparabiliter bone, amabilissime ac gratiosissime Deus, quam diu manebō in hac me imperfectiōne, negligētia, frigiditate & defectuositate? Quando te toto corde ardentè amabo? quando in tuæ dilectionis feruore stabiliter permanebō? O fons omnis bonitatis, dulcedinis & decoris, accende me tuo sancto & puro amore totaliter: Fac me tibi quotidie magis deuotum, gratum, perfectum. Indescinenter posside totum cor meum: Fac me corā te quotidie magis custoditum, timoratū, sollicitum, & in omni conuersatione mea magis syncerum, ac tibi complacitum, atq; in tua laude, contemplatione, dilectione & cultu quotidie iucundiorē ac fortiorē.

De comparatione monasticarum professionum ad iudicem. Articulus XXI.



Reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea. Forma professionis regularissimarum, saltem quarundam, supra Articulo tertio est descripta. In qua, sicut ibi expositum est, puncta sex continentur. Porro forma professionis secundum regulam sancti Benedicti, hæc est: Ego frater N. promitto stabilitatem, & conuersionem morum meorum, & obedientiam coram Deo & Sanctis eius, secundum regulam beati Benedicti in præsentia N. Abbatis. Et iuxta hūc modum diuersi religiosi diuersas habent formas suarum professionum. Communiter tamen promittunt obedientiam cum quadam limitatione, videlicet, secundum regulam suam.

Porro Carthusienses videntur in hoc cæteros religiosos excedere, quod promittunt obedientiam absolute, dicendo: Ego frater N. promitto stabilitatem, obedientiam & conuersionem morum meorum. Vnde videtur peritis, quod sicut se habet tale secundū quid, ad tale simpliciter: ita se habeat aliorū religiosorum professio ad professionē Carthusiensium. Idcirco Carthusiensibus sanctus scripsit Bernardus: Altissima est professio vestra, cælos penetrat, par angelis est, angelicæ similis puritati. Nō enim solum promissis omnem sanctitatem, sed & omnis sanctitatis perfectionem, & omnis consummationis finem. Itaque quæ in isto opusculo dicta sunt de intellectu & expositione prædictæ professionis regularissimarū, applicari possunt facillimè ad omnium quoq; cæterorū religiosorū professiones & conuersatiōes.

Exhortatio ad matrem regularissimarum, immo & presidentes quorumlibet religionum. Articulus XXII.



Ipsū præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in virtute. Ex præhabitis innotescit, quantæ virtuositatis & illuminationis esse debeant regularissimæ, atque ad quam magnam perfectionem tendere obligentur ex sua professione. Sed spiritualem matrem earum oportet esse tantæ excellentiæ, in Dei virtute & gratia, in vera discretionē & sapientia salutarī, in exercitatione interna, in vera pietate & æquitate, in charitatis feruore atque virili constantia, vt de plenitudine suæ virtuositatis & discretionis, de exuberantia suæ perfectionis, de abundantia suæ constantiæ possit suis filiabus & confororibus communicare, influere, prouidere, & totum conuentum, sibi commissum, dignè dirigere, salubriter gubernare, sollicitè custodire, vniuersas ac singulas, publicè & priuatim hortari, instruere, ædificare: sicque sponsas Christi virtutibus adornare, spiritualibus profectibus decorare, ac Sponso cœlesti eandem quotidie pulchriores mente, complacentioresque exhibere. Eas quoque, quæ negligenter aut peruersè se habent, nec à scemincis leuitatibus abstinent, seriosè corripiat: prout magis aut minus sunt culpabiles, & prout eas viderit posse sufferre. In qua re indiget magna discretionē. Cū enim, iuxta præhabita, in sceminis communiter sint multæ defectuositates, immo & in quibusdam magnæ peruersitates, oportet matrem filiarum tam

Mm 4 diuer-

diuersimodè dispositatum, esse excellenter discretam, feriosam, mansuetam & patientem, charitativam ac piam, vt sciat defectuosas & onerosas taliter tolerare, charitatiuè, piè ac mitè, vt tamè hortetur, informet, & corripiat eas discretè. Quòd si aliqua fuerint (quod Deus auertat) incorrigibiles, pertinaces, rebelles & induratae, debet mater cum consilio prudentiorum & meliorum, paci communi totius conuentus providere & turbatrices communitatis ac gregis dominici ita corrigere, vt cedant alijs in exemplum & timorem, nec similia audeant attendere: ne totus grex vna, aut paucis infectis oibus, immo pessimis feris, inficiatur: pro ut supra ex verbis sancti Hieronymi est probatum. Sit itaq; mater congregatiõis, re & nomine mater, & priorissa seu abbatisa: ita vt maternaliter foueat, spiritaliter pascat, piè supportet, diligèter custodiat, sollicitè regat spõsas ac amicas & filias Dei, & omni modo sibi possibili, ad spiritalis profectus dirigat eas: pro ipsis dic ac nocte cum gemitu & lachrymis exorando, eas sapienter & feruidè exhortado, exemplariter coram ipsis incessabiliter conuersando, & sine personarum acceptione procedendo in omnibus, excluso omni humano timore, scemineoq; furore. Sicq; in cunctis intentionem habeat rectam, discretum rigorem, virilem constantiam: & sua charitate, pietate, prudètia, virtuositate, & perfectione, filiarum suarum defectuosarum, seu peruersarum malitiam, duritiã, insipientiam, defectuositatemq; vincat, expellat, reformet. Insuper mater spiritalis inde sinenter inuocet & exoret directionem & opem, atq; præcipuam illuminationem Spiritus sancti, vt ab ipso dirigatur, iuuetur ac doceatur in omnibus ad præsidendum, & gubernandum condignè sibi commissas. Sit in omnibus timorata & humilis, immo tantò timorator humiliorq; consistat, quòd grauius ac terribilius iudicium imminet ei, quòd pro pluribus reddere rationem teneat, quòd maiori auxilio indiget Spiritus sancti, & quòd cæteris virtuosior esse atq; perfectior obligatur. Consideret ergo quotidie, immo quolibet die sæpè magnitudinem sui periculi, onus iuncti officij, distributione diuini iudicij, & qualiter sorores sibi commissæ se habeant circa Deum, & circa se inuicem ac suos superiores. Ad mutuam charitatem, pacem, concordiam, ad humilitatè, diligentiam & spiritalis profectum, ad deuotissimam diuini officij persolutionem, ad indefinentem cordis custodiam, ad linguæ refrenationem eas assidè exhortetur,

et vt orèt omni hora feruenter pro cõmuni bono totius ecclesiæ, pro viuic ac mortuis, pro parentibus, propinquis & benefactoribus suis, pro infidelium repressione & conuersione, pro fidelium reformatione, pro vniuersorum salute. Aduertat mater, quod sanctus Hieronymus ait ad matrem spiritualem: Attende mi Domina, quàm grauis tibi imponitur sarcina, quæ de subditarum animabus & corporibus, de verbis earum ac moribus obligaris apud diuinum examen. Caue, quæso, ne de te leuis suspicio possit oriri, aut haberi in malo. Ne dispergas & perdas, quas saluare & colligere, quantum in te est, obligaris. Sic ordinata & conformia mandata cunctis proponas, vt etiam deprauata superbaq; mentes animentur ad obedientiam vias. Sic dulcis & mitis sit sermo, vt non iram, duritiam aut impatientiam excitet, sed mitiget suscitatas. Sic erga inobedientes virilis sit animus, vt omnis muliebris discedat mollities. Nihil quippe periculosius est in præsidente, quàm vana humilitas ad correctionem circa delinquentes, præsertim circa proteruos superbosq; subditos. Immo, vt sanctus asserit Benedictus: Christus iudex à spiritali patre ac matre requireret, quicquid minus de virtuositate in subiectis personis inuenerit. Rursus ait gloriosus Hieronymus. Caue quæ præes, ne ex regendi officio eleuere ad alta, vt agas illicita, quæ sunt importuna & inquieta subiectis. Non enim ambulat in via Dei, qui in administratione regiminis proprios honores & vtilitates exquirunt. Nò efficeris domina, sed ministra. Nec data est tibi potestas, vt inter sorores & filias hanc eleues, hæc deprimas, sicut velis, sed quid tibi à Deo iniungatur, attende. Silicitudine enim & custodia omnium rerum ac fororum monasterij tibi committitur, quatenus cæteris sororibus dormientibus, te deceat crebrò in somnes ducere noctes, pro rebus vtilibus ac necessarijs domui providendis. Hæc igitur vniuersa adimpleat strenuè mater spiritalis, & omnis qui præest: & suum officium cū omni sancta sollicitudine & feruore semper adimplere conetur. Ad laudem & gloriam Omnipotentis, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus.

Amen.

APPENDIX: QUAM sit fructuosum de profes- sione facta gaudere.

Senten-

DE PROFESSIONE MONASTICA.

417



ENtentiã est Bernardini aliorumq; multorum doctorum: Quotiescunq; Religiosus suæ recordat professionis, & hanc esse factã gaudet, aded vt si illam nò fecisset, adhuc nei amore motus faceret, hoc est, mundo cunctisq; vitijs eius denuò abrenunciaret, vt ei, qui se propter hominem exinanuit, formam serui accipiens, quiq; venit non ministrari, sed ministrare, sese in hostiam ac seruitutem perpetuam offerre paratus esset: Hoc, inquam, modo suæ professionis quicunq; fuerit memor, indulgentiam omnium peccatorum suorum plenam assequitur. Quod hoc probatur modo: Deus etsi non minus sit iustus quàm inferiores (quippe cui omnes virtutes in sunt modo incomprehensibili & infinito) magis tamen exercet misericordiam, vt potè quæ suæ naturæ vicinus arridet, quàm iustitiam, dicente Propheta: Suavis Dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Ad stipulantur ad hoc lex, Arrianus, ff. de actib. & oblig. & l. fauorabiliores. ff. de regul. iur. vbi dicitur: Quòd faciliores & fauorabiliores sumus ad absolendum, quàm ad condemnandum. Quam sententiam Alexander de Hales, in tertia parte summæ in explanatione decalogi confirmat. Itaque si homines vitijs & peccatis dediti, pleni iniquitate & impietate hoc faciunt, quid de deo sententièdum est, cuius misericordia plena est terra? Iacò igitur hoc fundamentum, illud in fertur: Homo qui post peccatum gaudet de eodè scelere à se patrato, paratus iterum hoc peccatum facere, si possit: hic tamen sinequeat iterare peccatum propter malam tamen voluntatem (cui non deest peccatum) commeteretur à Deo tot gradus pœnæ, quot antè commuerat, quando peccatum opere consummauit. Testatur hoc Alexander in tertia parte summæ, in tractatu de prohibitione concupiscentiæ. Ratio huius est: quia mala voluntas apud Deum pro opere cõputatur, de pœni. distin. prima cap. homicidiorum. cap. omnis nunquid. cap. noli. & cap. si propterea. ergo diuerso, quoties aliquis facit vnum bonum opus, vt postea de eo gaudet, ita rursus illud faceret si possit, quamuis non possit amplius illud facere, Deus dabit illi tot gradus meriti & præmij essentialis ratioe huius bonæ voluntatis, quot prius dare debuit, quãdo bonum illud fecit: quia bonum est potentius malo, primo Ethicorum. Cùm ergo in professione acquirat religiosus indulgentiam plenariam omnium

suorum peccatorum, conficitur quòd etiam quotiescunq; gaudet se fecisse professionem, ita vt rursus ipsam faceret, si non fecisset, eãdem indulgentiam plenariam absq; dubio cõsequitur, quam in professione habuit. Et hanc potest renouare omni tempore, quoties voluerit, sola bonæ voluntatis renouatione. Cæterum hoc non solum in professione, sed in omnibus operibus locum habet, vt quicunq; deliberato animo statuit peccatum aliquod committere, ipso solo consensu meretur pœnam illi peccato debitam, sicut Christus dicit: Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Et eregione qui ex Dei amore proponit aliquod opus bonum suo tempore perficere, si impeditur ex rationali causa, non negligentia spontanea, nihilominus bona voluntas ei apud Deum computabitur pro opere. Vnde liquet, quàm vite sit bonis exerceri desiderijs. Nam qui se exercet deuotis ad spirationibus & desiderijs ad Deum, cupiens ex toto corde suo & ex totis viribus suis Deum amare, laudare & glorificare, etiam supra quàm ipse aut quacunq; creatura opere possit implere, bona hæc voluntas (vbi deest facultas) pro opere coronabitur. Quoties autem homo, etiam secularis, sese per amorem toto corde ad Deum conuerterit, & suam voluntatem propriam funditus abnegatã, diuino beneplacito plenissimè subiecerit, conformauerit & resignauerit, atq; in Deum transfuderit, paratus Deo, Ecclesiæ, superioribusq; suis, & rectè rationi suæ à Deo illuminatæ, in prosperis & aduersis constanter obedire, toties plenariam à Deo consoquitur indulgentiam omnium peccatorum, quum hæc sit verã professio cuiuscunq; hominis Christiani sæpius renouanda: quam etiam nemo est qui facere nò possit. Pro hac obtinenda quilibet Christianus totis viribus niti, Deumq; assiduis precibus pulsare debet. Nam licet facillè dicere possit, Resigno me in voluntatem dei: tamè nò nisi maxima Dei munificencia, summoq; labore perfectè obtinebit, vt in omni aduersitate & pressura (quæ veram resignationem probat) Deo adhaerens, gratus & obediens vsq; ad mortè persistere, patione (quæ suas vitiosas vsq; ad sanguinem resistendo mortificare, Deiq; honorem & beneplacitum in omnibus quærere valeat, amore proprio (qui semper & vbiq; ad se reflexus est, seipsum quærens) penitus extincto.

De professione religiosorum finis.

D. DIO.

418
DIONYSII
 CARTHUSIANI DE REFORMATIONE
 MONACHORVM LIBER VNVS.

Præfatio.

2. Cor. 14.

Isidorus.

Thomas.



MNI A honeste & secundum ordinem fiant in uobis. Quemadmodum ait beatus Isidorus, honestum dicitur, quasi status honoris: honor autem debetur uirtuti: idcirco honestum uocatur, quod honore est dignum. Ex hoc sanctus Thomas secunda secunda questione 145. concludit, quod omne uirtuosum sit honestum. Hortatur ergo diuinus Apostolus, ut omnia nostra fiant honeste, id est, uirtuose, quatenus uniuersa que agi-

mus, procedant ex diuino amore, ex uera deuotione, ex recta & prouida ratione. Porro quod dicitur, secundum ordinem, quamuis multipliciter possit exponi, tamen hoc loco per ordinem intelligo obseruantiam regularem in conuersatione claustrali, in qua omnia ordinatissime fieri debent, iuxta statuta & resulas Patrum sanctorum. Propter quod claustralis religio antonomastice dicitur ordo, ab ordinando: quoniam secundum ordinationes à Patribus beatissimis institutas, claustrales in omnibus uiuere habent, iuxta quod in Prouerbis Salomon loquitur: Non transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui. Conuersatio quippe monastica debet omnino esse angelica. Propterea, sicut in angelis nullus angelicorum spirituum aliquid agere præsumit ultra legem sibi diuinitus præstitutam, ut libro de Angelica hierarchia seraphicus Dionysius scribit: sic claustrales seu monachi contra regulam sibi à Patribus latam nil agere debent: Claustrum namq; à claudendo nomen sortitum est, quoniam habitantes in eo, ab omni inordinatione mundana debent esse seclusi, atq; à secularium inuolutionibus separati, tanquam in summi Omnipotentisq; Dei præsentia constituti, & maiestati gloriæ eius intenti, quemadmodum anagogicus ille Dauid de eis cecinit Deo: Abscondes, inquiens, eos in abscondito uultus tui à conturbatione hominum. Proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum. Itaq; quamuis ad omnem Christianum pertineat honeste & ordinate se in cunctis habere, secundum Euangelicam legem ac diuina præcepta uiuendo, istud nihilominus tantò singularius atq; sublimius ad monachos spectat, quando ex sua professione ad plura & altiora ac perfectiora tenentur. Ut enim quinto Ecclesiasticæ hierarchie capite Dionysius tangit, monachi à quibusdam per excellentiam cultores & famuli Dei uocantur, quia se totos ad diuina obligauerunt obsequia. Hæc proæmialiter tacta sint: nunc uerò causam scripti huius breuiter tangam. Complacuit namq; paternitati tuæ reuerende Domine Pater, qui celeberrimi atq; in temporalibus opulentissimi cœnobij Abbas es, ut de cœnecernentibus reformatione uitæ claustralis, quæ in monasterio tuo in aliquibus uidetur collapsa, aliqua tuæ prouidentie scribam: quod libens & lætus accepto

Religio monastica cur ordo uocetur. Prouer. 22.

Dionysius.

psal. 30.

Monachi cultores & famuli Dei dicuntur.

atque

atq; incipio, immensam adorandi Paraclæti pietatem exorans, ut me taliter scribere præstet, ea quoque quæ scripsero, cordi tuo sic sapere donet, quatenus tam præclari cœnobij reformatio concupita adipiscatur effectum.

Qualis esse debeat conuersatio monachorum.

Articulus I.



Hristus in Euangelio ait: Estote perfecti, sicut & Pater uester cœlestis perfectus est. Denique, perfectio hominis in actu uirtutum consistit. Cum igitur uirtutum imperatrix, vertex, immo & finis sit charitas dei, dicente Apostolo: Finis præcepti est charitas de corde puro. Et rursus: Plenitudo legis est dilectio. Item que: Si linguis angelorum loquar & hominum, charitatem autem non habeam, nihil sum. Vnde & ipsemet Christus testatur: Primum & maximum mandatum est: diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. Hinc perfectio uitæ humanæ in actu diuinæ charitatis essentialiter sita est, utputa in actuali dilectione Dei, immo realiter est ipsa dilectio pura, seruens & plena, quantum huic uitæ existit possibile. Propterea uniuersa quæ Christus docuit, consuluit & præcepit, ad hoc finaliter ordinauit, ut Deum toto corde, tota mente, tota uirtute totaque anima diligamus. Vnde in Enchiridio Augustinus facetur, quod omnium Euangelicorum consiliorum & præceptorum finis est, ut præceptum illud altissimum, de amando Deum, perfecte adimpleamus: Charitati namq; diuinæ aliqua directè & penitus contrariantur, & illa Christus per præcepta prohibuit ut sunt peccata mortalia: aliqua uerò impediunt hominem à profectu seruoris & perfectione charitatis, ut sunt temporales diuitiæ, carnales deliciae & mundani honores, uoluntatiq; propria: & de talibus euitandis, despiciendis & abiiciendis Christus dedit cõsilia. Quæadmodum ergo laicorum & secularium est, omnia deuotare, quæ charitati contrariantur: sic religiosorum est, cuncta fugere atque despiciere, quæ distrahunt, impediunt seu elongant mentem à proficiendo in charitate diuina. Itaque monachorum est, transitoria cuncta contemnere, & toto mentis conatu cum indefinente cordis custodia ad diuini amoris incrementum ac perfectionem ascendere, ad cœlestium contemplationem oculos

interiores erigere, omnem animæ affectionem in Deo simpliciter ac figere. Hinc quinto capite Ecclesiasticæ hierarchie Dionysius asserit: In monachis esse debet sollicitudo interna pro proprii cordis pura & incessanti custodia, mentisq; eleuatio ad superna: Quia ipsorum est Deo semper uniri, & corde ad cœlestia adunari, ut ad nihil terrenum inclinetur affectus eorum: ab omnibus enim carnalibus appetitibus debent esse purgati, quoniam omnibus secularibus conuersationibus & phantasibus renunciant, ut Deo in uera & intima simplicitate ac sinceritate deseruiant, omni fictione, simulatione & duplicitate abiectis. Denique circa hæc beatissimi Dionysij uerba scribit Albertus magnus, quod monachorum est renunciare, nõ solum secularibus rebus, quantum ad possessionem seu adeptionem earum, sed & cogitationibus affectionibusque earum, ut non sit eis pro temporalibus aut uitæ necessarijs cura, quatenus puro ac libero mentis ascensu ferantur in Deum, & in eo quiescant. Postremò id aduertendum, quod ista dicuntur de monachis, quantum ad supremum gradum & statum eorum, uidelicet quod ad summum quod conuenit eis in uita præsentis: nõ tamen omnes monachi tenentur esse ita perfecti, sed ad perfectionem tendere obligantur per quotidiana exercitia uirtuosa, iuxta tenorem regulæ suæ, & secundum exigentiam suæ professionis.

De tribus principalibus Christi consilijs, in quibus fundantur tria uota religiosorum, quæ sunt de essentia cuiuslibet religionis. Articulus II.



Sicut præactum est, illa Christus uitare consuluit, per quorum amorem, curam & occupationem homo à diuina charitate retardatur ac impeditur. Horum autem triplex est genus: Nam quædam illorum sunt penitus extraneos, ut bona terrena: quædam uerò illorum sunt aliquo modo nobis coniuncta, uidelicet

Tripliciter sunt quæ à diuina charitate impediunt.

delicet carnis propinquitatem seu communione aut propagatione, sicut cognati, vxor & proles. Porro alia sunt intra nos, vtpote propria voluntatis libertas. Primum ergo fundamentum totius veræ religionis, consistit christus omnium terrenarum rerum seu diuitiarum aut possessionum abdicatio, hoc est, voluntariam paupertatem, dicens: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia que habes, & da pauperibus, & veniens, sequere me, & habebis thesaurum in celo. Secundum consuluit Christus perpetuam castitatem atque carnalium affectionum extirpationem, apud Lucam, dicens: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & fratres & sorores, vxorem & filios, non potest meus esse discipulus: Hi enim sunt odiendi, non secundum id quod sunt, sed in quantum in via Dei nobis obstitunt, & in quantum amor carnalis diuinam impedit charitatem. Tertium Christus consuluit sui ipsius seu propriæ voluntatis abnegationem: Nam præallegatis verbis apud Lucam Euangelistam adiunxit: Adhuc autem & animam suam: Apud matthæum quoque loquitur: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. In his tribus consiliis fundatur tria vota religionis: nempe in primo fundatur votum paupertatis: in secundo, votum castitatis: in tertio, votum obedientiæ. Insuper generalis ratio horum trium consiliorum est: Certum est enim, quod humanum tantum integritas atque intensus fertur & afficitur circa vnum, quantum plus à multis reuocatur, recolligitur siue abstrahitur: Nam virtus vnita, fortior est, quam dispersa: Estque verbum commune: Pluribus intentus, minor est ad singula sensus: Propterea Augustinus disseruit: Impar quisque; inuenitur ad singula, dum in fusâ mente diuiditur ad plura. Et iterum: Nequaquam homo in vniuersumque operis ratione colligitur, dum mens eius per diuersa partitur. Consuluit ergo æterna, increata & infinita sapientia Dei Christus Saluator, vt ab omnibus præinductis nostrum abstrahamus affectum, quatenus toto corde moueamur in Deum, & accedamur, stabiliamur ac perseueremus in eo. Præterea specialis ratio primi consilij est, quia temporalium rerum & diuitiarum possessio mentem hominis à diuino amore multipliciter impedit ac retardat: ex huiusmodi siquidem possessione generatur in homine inordinatus & superfluus amor ad eas, qui auaritia appellatur, que ab apostolo idolorum seruitus dicitur, multaque vitia ex auaritia oriuntur. Multiplex etiam cura & occu-

Math. 19.

Luc. 14.

Math. 16.

Augustinum.

1 Cor. 1.

Gal. 5.

patio ex rerum possessione sequuntur. Et apud Marcum ait Saluator, quod diuitiarum deceptio verbum Dei in homine fructificare non sinit. Præterea quam vehementer Venerea delectatio animi hominis à diuinae charitatis perfectione præpediat, non est opus demonstrare. Propria quoque voluntas innumerabilium vitiorum origo est, nisi per superiorem aliquem refrenetur ac dirigatur. Idcirco religio forum est, vt spiritali patri per obedientiam votum se subdant, cuius informationi ac iussioni obtemperent exemplo Christi, qui non propriam sed Patris venit facere voluntatem, cui obediens factus est vsque ad mortem. Vnde & religiosus cum Christo dicere debet suo superiori: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.

De definitionibus monachi secundum Climacum. Artic. III.



Ohanes Climacus abbas montis Sinai, cui alius abbas scripsit: Supermirabili æquali angelo Patri Patrui & Doctori superexcellenti: hic, inquam, Climacus in libro suo quinque definitiones seu potius notificationes monachi ponit, quarum prima est hæc: Monachus est, qui solum quæ Dei sunt agit, cogitat, loquitur, Christo vnitus omni tempore, loco & negotio. Hæc descriptio datur de monacho secundum completam monasticam vitam perfectionem: quia ad hoc ordinatur & tendit institutio regularis atque professio monachalis, vt monachus, quantum possibile est in hac vita, transcendat & deserat vniuersa carnalia, transitoria & mundana, omnes suas actiones, cogitationes, affectiones & locutiones, secundum legem diuinam & regulam suam aut statutorum tenore dirigens & disponens, sicque solum quæ Dei sunt, id est, quæ Deo sunt placita ac diuina, agit, cogitat, loquitur, Christo vnitus actualiter aut saltem habitualiter in omni loco, tempore atque negotio: quoniam taliter se habendo, non peccat: & quamuis venialia, non tamen mortalia conuersationi suæ miscentur. Denique, quamuis non sit possibile fragilitati humanæ in vita præsentia actualiter Deo vniri in omni loco, tempore, & negotio, propter instabilitatem cordis humani, ad hoc tamen quotidie conari & tendere debet monachus, & negotio actualiter intentus & vnitus sit Deo, quantum possibile est, per meditationem, contem-

diuina.

Inhabet.

Philipp.

Luc. 9.

Monachum.

secundum.

Triu.

contemplationem & dilectionem Dei, & rerum diuinarum, spiritalium atque celestium, distractionibus & euagationibus suæ mentis viriliter ac sollicitè resistendo, præsertim tempore orationis ac diuini officij: Mentem quoque suam vbique & in omni actu frequenter ad Deum leuando, per meditationem, aspirationem, compunctionem & orationem internam, tam in mensa, quam in via ac lecto & labore, studio atque colloquio: & ad hoc debet sibi consuetudinem optimam facere: qua adeptus, erit sibi hoc ipsum valde facile & iucundum, immo dulcissimum: hoc quippe agendo, sentiet sæpè intrinsecus suauissimam consolationem à Deo, saluberrimamque compunctionem & feruendam inflammationem in eo. Vt autem ad hanc consuetudinem sanctam perueniat, pro continuo adiutorio gratiæ Dei Creatorem suum instanter exoret. Præterea secunda descriptio monachi à Climaco posita, hæc est: Monachus est violentia naturæ indefinens, & custodia sensuum indeficiens: in qua descriptione abstractum ponitur pro concreto, vt sit sensus: Monachus est violentator indefinens, sui ipsius. Cum enim dicat Saluator: Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, id est, qui sibi ipsius salubrem violentiam inferunt, superando inordinatos affectus & vincendo seipsum, regnum cælestem merentur: Arcta nanque est via, angustaque porta quæ ducit ad vitam beatam. Hinc constat, quod quantum monachus præ ceteris magis abnegauit seipsum ac propriæ voluntati renunciauit, tantò plus tenetur superare naturam suam in omnibus, proprias libertates & concupiscentias abijciendo, omnemque iram, impatientiam, pigritiam, vanam lætitiã, animositatem & carnalitatem penitentis euellendo, quod est in principio non parum difficile, sed tempore procedente & auxiliante Deo fit facile. Insuper dicitur monachus custodia sensuum indeficiens, id est, indeficiens custos sensuum suorum interiorum & exteriorum, oculos, aures, gustum, tactum, olfactum iugiter refrenando & gubernando, ne per eos hauriat animæ mortem: inutiles quoque imaginationes ac phantasias apprehensiones & occupationes vitæ, amplius, tertia descriptio est: Monachus est sanctificatum corpus, expurgatum os, & illuminata mens: In qua descriptione ponitur pars pro toto, vt sit sensus: Monachus est homo habens corpus diuino cultui consecratum, & à carnalibus inquinamentis mundatum: habens etiam os à verbis illicitis purum, ac sancto silentio decoratum,

mentem quoque illuminatam à Deo, ad contemplandum cælestia & æterna. Quarta descriptio est: Monachus est mœrens & dolens anima indefinente mortis memoria: in qua rursus descriptio ponitur principalis pars hominis pro homine ipso. Ad monachum equidem pertinet, esse in quotidiana no mœrere & dolore: Primum, propter sui ipsius & aliorum peccata, vt non solum sua, sed & totius mundi mala deplangat, & pro omnium saluatione sepius ac fidelissimè deprecetur: Secundum, præ desiderio regni cælestis, vt cum Psalmista decantet: Quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Itemque: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: Atque cum Paulo Apostolo: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Tertio, ex compassione Christi, omnia quæ Christus pro nostra salute fecit & pertulit, cordialiter reuoluendo: Interdum verò, qui verissimè monachus est, lachrymatur ex abundantia spiritalis lætitiæ, & ex incomparabili atque dulcissima complacentia Dei, quia supergratiosissimus & superamoenissimus Deus complacet sibi in contemplatione theoricâ, qua rapitur ad superna. Debet autem monachus vitæ huius breuitatem & mortem ita cessabiliter propinquantem, indefinenter perpendere. Postremò, quinta descriptio est: Monachus est ordo & consistentia incorporealis, in corpore materiali & fordido consummatus: vbi rursus abstractum & substantiuum, concretiuè & adiectiuè sumendum est, vtpote ordo pro ordinatus vel ordinato vel ordinatè, & consistentia pro consistens, vt sit sensus: Monachus est ordo & consistentia incorporealis, id est, homo ordinatus & consistens insular angelorum in corpore materiali ac fordido: quia in carne non carnaliter, sed spiritaliter viuere debet, atque angelicam ducere vitam in terris, laudibus, orationibus & contemplationibus; Dei iugiter insistendo, vt illud Apostoli dicere queat. Nostra conuersatio in cælis est. Hæc de præinductis descriptionibus monachi tetigi, non secundum scholasticam subtilitatem, sed secundum monasticam simplicitatem, vt ad præmemoratas monachalis vitæ perfectiones quilibet monachus fideliter properet. Qui autem de his descriptionibus scholasticè veller inquirere, haberet in eis aliqua suppledo ad ijcere, & quomodo multiplex sit descriptio declarare: quod non est speculatio nis præsentis.

Quarta

Monachus in quotidiano mœrere esse debet.

Psalm. 111.

Psalm. 119.

Rom. 7.

Quinta

Phil. 3.

De uarijs considerationibus & motiuis, quæ Abbatibus & superiores monachorū inducere debent ad reformationem monasteriorum, atq; sollicitam gubernationem monachorum suorum. Articulus IIII.



Vantò alicui imminet maius periculum, maius damnum, grauiorq; damnatio de negligentia & impia vita sua, tantò (nisi omnino amens & cæcus sit) mente sollicitior esse debet, vt diligenter & iustè se habeat. Porro quòd prælati altioris est prælationis & dignitatis, & quòd pluribus præest, quantò etiam districtius iubetur. multipliciūque tenetur ad vitam iustam, diligentem & timoratam, tantò enormius ac damnabilius peccat, si negligenter & iniquè se habeat. Nunc ergo patres monachorum aduertant, præcipue Abbates ordinis beatissimi Benedicti, quorum vni præcipuo specialiter hæc scribuntur, quàm seruantes, iusti & diligentes esse sint obligati in regèdo seipos & sibi commissos, in corrigendo peccata, in reformando collapsa, in conseruando & perficiendo quæ bona sunt. Ait enim in regula sua vir sanctissimus, re & nomine Benedictus: Sciat Abbas culpæ pastoris incumbere, quicquid in ouibus suis Christus minus utilitatis poterit inuenire. Et denuò: Meminisse debet Abbas, quia cui plus committitur, plus ab eo diuinitus exigitur: sciatq; quàm difficilem & arduam rem suscepit, vtputà regegere animas, vt vnumquemque secundum suam capacitatem & indigentiam instruat, corripiat & emendet: ante omnia, ne dissimulans aut paruipendens animarum sibi commissarum salutem, maiorem gerat sollicitudinem de rebus transitorijs & terrenis, quàm spiritalibus & internis: sed semper cogitot, quòd animas suscepti regèdas, de quibus redditurus est rationem: & quantum sub cura sua habere nouerit numerum fratrum, agnoscat pro certo, quia in die iudicij ipsarum omnium animarum redditurus est rationem. Altissimo, addita sine dubio & animæ suæ ratione: & ita timens semper futuram discussionem pastoris de creditis ouibus, cū de alienis ratiocinijs cauet, redditur de suis sollicitus: & cū admonitionibus suis emendationem alijs administrat, ipse efficitur ad vitijs emendatus. Itaq; primò inducere debet quemcunq; Abbatem ac præfidentem ad diligentissimam sui ac suorum reformationem, gubernationem atque indefinitem ac formidolosam custodiam,

Quoniam seruantes & diligentes debent esse monasteriorum rectoris.

Benedictus in regula

ENC. 12.

Et ib. 13.

magnitudo & velut immensas quædam sui periculi, sui peccati, ac damni infernalis & æternalis supplicij, nisi fecerit. quod in se est, id est, debitum officij sui impleuerit: Quicquid etenim vitiositatis in subditis fuerit, ei imputatur, nisi debitam diligentiam pro illorum emendatione effecerit. Vnde in libro Sapientie sapientissimè ac terribiliter aliorum prælati ac iudices admonentur, dum dicitur: Audite qui præestis populis, quoniam data est vobis à Deo potestas, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes vestras scrutabitur: citò & horrendè apparebit vobis, quia non rectè iudicastis: iudicium nanque durissimum in his, qui præfunt, fiet: & potentes, potenter tormenta patientur. Hinc quoque beatus Hieronymus in regula sua capite septimo scribit Abbatissæ Eustochio, quod & cuilibet Abbati non minùsest attendendum: Attende inquit, diligenter, quàm grauis tibi imponitur sarcina, quæ de subditorum animabus atq; corporibus, de verbis ac moribus obligaris apud diuinum examen. Caue, quæso, ne de te etiam leuis suspicio in malo possit oriri: ne dispergas quos saluare teneris. Sic ordinata & discreta præcepta subditis proferas, vt etiam deprauata superbaque mentes animentur ad obedientiæ semitas: sic dulcis ac mitis sit sermo, vt non duritiei furorem suscitet, sed frangat exortum. Veruntamen vitia viriliter in primordio excidantur: nil quippe periculosius in rectore, quàm vana humilitas & negligentia ad corrigendum superbos proteruosq; subditos. Hinc rursus in regula sua capite decimoquarto sanctissimus ait Hieronymus: Caue (quæso) qui præes, ne ex regendi officio eleueris ad alta, & agas illicita & subditorum scandalizatiua. Attende frequenter, & stilo ferreo in corde conscribe, quod CHRISTVS in cena nouissima dixit discipulis: Qui maior est in vobis, fiat vt minor: & qui præcessor est, sicut ministrator. Disce igitur à magistro tuo Iesu officium tibi impostum, ne in eo limites tradita tibi potestatis excedas. Certè non efficeris dominus, sed minister: vnus est Dominus. Et si reliqui fratres tibi vt ad ministratori & vicario Christi obediunt, ob id non est tibi potestas, vt inter fratres & filios hunc eleues, hunc deprimas sicut velis, sed quid tibi iniungatur à CHRISTO institutore regiminis, diligenter attende: Omnium enim rerum monasterij & fratrum sollicitudo & prouidentia in administratione tibi iniungitur, vt cæteris dormientibus, te deceat

Dreletoria negligentia periculi est.

Sap. 6.

Hieronymus

Luc. 22.

Deut. 6.

Mat. 23.

Exph. 4.

1. Tim. 4.

Inferum diligentij prælatum meriti & gloria quanta.

Baruch. 1. Sep. 2.

deceat noctes crebras in somnes peragere, pro vtilibus & necessarijs domui prouidentis. Itaq; non tantum tibi honor, quantum onus imponitur: & si feceris sicut decet, præmium maximum consequeris. Deinceps scribit Felix & gloriosus Hieronymus: Nò tibi, obsecro blandiaris de Domini pietate, qui tam diu peccatores sustinet in peccatis. Nam etsi diuturna sit expectatio, non minus formidandum de vindicta: quæ tantò durior erit, quantò longius tempus in sustinendo præcessit. Idcirco si aliter egeris quàm teneris, periculum expauescas: nec ideo minus, si statim diuinum non incurras iudicium: Dominus enim tuus, qui te suis ouibus administratorem, & in sua posuit vinea te custodem, à te vult de singulis etiam occultis exigere rationem. Et si quidem eum defraudaueris, te Diabolus tradet, & in carcere infernali poni iubebit, vbi æternus est stertus & dentium stridor, vt sustineas quicquid doloris & pœnæ potest excogitari, quousque debitum vniuersum reddideris. Sed si fortè de restituendo debitum còfidis, ò te fatuum: nam pro minimo quoque delictum non habent vnde restituant homines simul vniuersi: nisi ipse remittere velit, cui est restitutio facienda. Felices itaque magisque securi sunt qui subsunt, quàm qui præfunt: Nam & quantò altior est ascensus, tantò durior est descensus. Ex his concludit Hieronymus: Hæc ideo dixerim, vt aduertas qui præfides, quantis sis periculis expositus, & quanta te prouidentia oporteat ambulare in via Dei, ne capiaris ab inimicis, & pereas cum tibi commissis. Prætereà Abbatem & quemlibet præfidentem, ad agendum iustè ac feruidè iuxta præhabita, prouocare debet ineffabilis magnitudo gloriæ sibi diuinitus conferendæ, si condignè peregerit debitum sui adimplendo officij: etenim quòd maior erit sua damnatio, tam in proprijs quàm pro subditorum peccatis, si fuerit negligens, eò maior erit ipsius beatitudo, merces & gloria, tam pro proprijs, quàm pro subditorum meritis atque virtutibus, si fuerit iustus ac diligens. Quemadmodum enim subditorum demerita in negligentem, sic eorundem merita in diligentem redundant prælatum. Insuper ad idem inducere debet præfidentem amor Christi & pretium sanguinis eius & omnia quæ vnigenitus Dei pro hominum fecit perutilitque salute: non enim negligere, debet prælati oues sibi commissas, pro quarum saluatione incarnatus, in mudoq; conuersatus, atq; amarissima morte occisus

est Dei filius verus Deus. Hinc deuotissimus ille Abbas sanctus Bernardus, timore concussus, exclamatorie dixit: Heu me miserum, quòd me verè, si pretiosum istud depositum, vtputà gregem mihi commissum, pro quo pretiosissimus ille sanguis effusus est, custodiero negligenter? Deniq; ad idem inducatur, qui præest, ex amore fraterno atque paterno spiritaliū filiorum suorum, quorum condemnationi æternæ, quæ eis horribiliter imminet, si irregulariter viuunt, cordialissimè compati obuiareq; debet, incommo parabiliter vtq; magis, quàm corporali eorum læsioni damnoq; temporali. Porriusimè autem induci debet ad hæc Abbas & præfidentis, ex syncerissimo Dei amore & zelo diuini honoris, cū Deus sublimis & benedictus sit vniuersis & singulis infinitè melior, amabilior & honorabilior. Postremo, quòd præ subditis suis Abbas & præfidentis maiora & plura à Deo sortitus est bona & dona, tantò gratior & pro diuini cultus augmento sollicitior esse debet: immo & quòd maior fructus ex iusta conuersatione Abbatis & præfidentis exoritur, quòd item maior ruina eius negligentia nascitur, eò diligentior esse tenetur ad bona agenda, itemq; ad mala cauenda.

Bernardus

Exhortatio ad Abbates & præfidentes. Articulus V.



Celestias. X. legitur: Secundū iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis est rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. Ex his verbis sancti Patres còcludunt, quòd præcipua causa ruinæ subditorum, est negligentia atque peruersitas prælatorum, sub quorum præfidentia, vel virtuosa subditorum conuersatio cadit & perit, vel eorum, qui dudū iam lapsi sunt, deformatio ac ruina durat ac perueuerat. Hinc apud Hieremiam scribitur: Quia stultè egerunt pastores, & Dominum nò exquiesierunt, propterea omnis grex eorum dissipatus est. Ad hoc possent quæsi innumerabilia ex scriptura canonica & dictis Sanctorum testimonia introduci. Meritò ergo sanctus pater Benedictus in regula sua tam vberit tamq; affectuosissimè exhortatur Abbates, dicendo: Abbas qui præest monasterio dignus est, semper meminisse debet quòd dicitur, & nomen maioris factis implere. Ideo Abbas extra præceptū Domini nihil debet docere, constituere, iubere aut agere, sciens quia & suæ doctrinæ ac vitæ atq; discipulorum seu monachorū suorum obedientiæ, in tremèdo Dei iudicio facièda erit discussio.

Ruina subditorum causa præcipua que.

Hierem. 10.

Benedictus.



Quantò quis perfectius viuere obligatur, tantò vitiosior est conuersatio eius, si, vt tenetur, viuere non conetur: sicque de die in diè magis ac magis in anima excecatur, indu ratur, totusque in sensibilibus ad diuina & carnalis efficitur: intantum, vt nec propria peccata sentiat vel attendat, neque æterna dâ nationis pericula sibi quotidie propinquâ tia expauescat, sed vanè & intimorâtè se habet: & hoc iusto Dei cõtingit iudicio: Quoniam peccata nostra non solum sunt peccata, sed etiam pœne peccati: præcedenti nanque peccato meremur cadere in sequens, quando de præcedenti peccato statim non pœnitemus. Ideo ait Gregorius: Peccatum quod per penitentiam non deletur, suo mox pondere trahit ad aliud. Itaque quantò religiosi & monachi altioris & perfectioris sunt ordinis, tantò grauioribus multiplicioribusque quotidie inuoluuntur peccatis, si ad obseruantiam regularem non fuerint diligentes. Merito ergo fatetur sanctus Augustinus: Sicut non vidi meliores his, qui in claustris profecerunt: ita non vidi deteriores his, qui in claustris virtuosè se habere non studuerunt. Immo, vt rursus Hieronymus in regula sua restatur: Sine spiritali charitate (quæ vtique sine humilitate, mansuetudine, paciëntia, iustitia, & alijsque virtutibus non habetur) claustra sunt tartara: & habitantes in eis, sunt Dæmones: cum charitate verò, sunt paradisi in terris, & habitatores sunt angeli. Præterea, sicut præhabitu est, religiosi ad castitatem, paupertatem & obedientiam cum voto se obligant: Votum autem, secundum Thomam in Secunda secunde, magis obligat, quàm iuramentum, & maxime votum solenne, quale est votum monachorum. Monachi ergo qui proprium habent aut incontinenter seu inobedienter viuunt, contra vota sua quotidie enormiter peccant, & periaris peiores redduntur: immo in quolibet actu, quo proprietate vtuntur, vel contra aliquod votorum suorum agunt, grauius crimen incurrun, quàm sit ipsum periarium, sicut Doctores concorditer scribunt, videlicet sanctus Thomas, Petrus de Tharentasia, Alexander de Hales, & alij viri doctissimi ac deuoti. Insuper, secundum Augustinum: Qui ad vitandum peccata venialia non extat sollicitus, nequaquam diu esse sine peccatis mortalibus potest: Nam & diuina ait scriptura: Si non in timore Domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua, id est, mens seu conscientia tua per peccatum mortale repente deijcitur. Quâ

uis autem multa contineantur in regulis aut statutis religiosorum, ad que non tenetur de necessitate præcepti, ita quòd statim mortaliter peccent, quando in aliquo illorum fuerint negligentes, vt est obseruatio silentij, surgere alacriter ad matutinas, otiositates vitare, inutiliter hinc inde discurre atque similia: veruntamen consuetudo excedèdi seu assiduitas delinquèdi in istis, & non curare nec emendare, non potest à mortali excusari peccato. Propterea religiosi deformati, in quibus parua aut nulla est rigoris aut disciplinæ obseruantia, qui carnaliter viuunt, & mundanis vanitatibus pleni sunt, otiositati & loquacitati vacantes, innumerabilia prorsus incidunt vitia: non venialia solum, sed & mortalia quoque: immo tota vita eorum est quasi quoddam peccare continuum, præsertim quia & hæc ipsa bona, quæ agere videntur, tam negligenter, irreuerenter & tepidè, tam inordinatè atque indebitè agunt, vt magis sit offensiuum dei, quàm honoratiuum ac reconciliatiuum ipsius. Tales enim, qui in facibus suis iugiter manent, qualiter confitentur, qualiter celebrant, qui se in nullo emendant, immo de multis, quæ mortalia sunt, nullam sibi conscientiam facere comprobantur? Porro quæ vera sint hæc, ex verbis Patrum sanctorum facile est probare: Dicit enim ille doctissimus & deuotus Eusebius Episcopus Emisenus in Homilijs suis ad monachos: Ait quodam loco beatus Apostolus: Videte vocationem vestram fratres. Quapropter & nos dilectissimi videamus vocationem nostram: Non enim prodest ad locum hunc claustralem venisse, si tales hic sumus, quales in seculo fuimus: nã vt ait scriptura: Qui multa promittunt, necessè est vt multa repetantur ab eis. Quid enim nobis habitatio claustralis prodest, quando tyrannico dominatu in nobis malitia regnat, quãdò ira superëquitat, quando maiorem metum in nobis humanus oculus, quàm diuinus indicit, quãdò nos claustrales, qui extra mundum esse nos credimus, mûdum intra nos per varias vanitates & iniquitates clausum tenemus? Ideoque videte vocationem vestra fratres. Venire quidem ad claustrum, summa perfectionis exordium est: sed non perfectè in monasterio viuere, summa damnatio est. Iterum ait: Habet hoc infelix consuetudo peccandi, vt quantò amplius quis peccauerit, tantò minus peccata ipsa intelligat: & tãtò plus eum peccare delectet, vt eueniat illi quod ait Propheta: Non est Deus in conspectu eius: Auferuntur iudicia tua à facie eius: Nn 3 Etenim

D. DIONYSII CARTHUSIANI

Hinc iterum ait: Ergo cum aliquis suscipit nomen abbatis, duplici debet doctrina suis præesse discipulis, & omnia opera bona ac sancta factis amplius quàm verbis ostendere, vt bonis discipulis mandata Domini verbis proponat: durtis verò corde & simplici ribus, diuina præcepta factis suis demõstret, ne alijs prædicans, ipse reprobus inueniatur. Insuper dicit: In doctrina sua Abbas Apostolicam semper debet obseruare formã illam, qua dicit Apostolus: Argue, obsecra, increpa, miscendo terroribus blanda: quoniam indisciplinatos & inquietos durius debet arguere: obedientes autem & mites ac patientes, vt in melius proficiant, obsecrare: neque dissimulè peccata delinquentium, sed mox vt cõperint oriri, radicitiis ea, vt præualeat, amputet. Nec ab Abbate persona in monasterio dicitur natur, nec vnus plus ametur ab eo, quàm alius, nisi quem actibus & obedientia viderit meliorem. Adhuc idè Dei electus beatissimus Benedictus hortatur: Omni sollicitudine curam gerat Abbas circa fratres delinquentes: quia nõ est opus sanis medicus, sed malè habentibus. Et ideo omninò habere se debet Abbas vt sapiens medicus, atque immittere quasi occultos cõsolatores, videlicet fratres sapientiores & seniores, qui quasi secretè consolentur & instruant fratrem fluctuantem, ac reuocent eum ad humilitatis satisfactionem, ne absorbeat abundantiã tristitia, sed charitas confirmet in eo secundum Apostolũ, & orecur pro illo ab omnibus: Magnoperè enim sollicitudinem gerere debet Abbas, & omni sagacitate ac industria curare, ne aliquam de ouibus sibi creditis perdat: Nouerit enim infirmarum suscepisse se curã animarum. Idcirco pastoris boni imitetur exemplum, qui relictiis nonagintanouem ouibus in montibus, abiit querere illam quæ perierat ouem: cuius infirmitati intantum compassus est, vt eam sacris suis humeris dignaretur imponere, sicque reportare ad gregem. Præterea sciens illuminatissimus & discretissimus pater Benedictus, totam congregationis salutem & claustrum statum laudabilem, ex regimine dependere Abbatis, denudò vigilantissimè admonet, dicens: Abbas cogitet semper quale onus suscepit, & cui redditurus est rationem villicationis suæ, sciatque oportere se prodesse fratribus potius quàm præesse. Oportet ergo eum esse doctum in lege diuina, vt sciat vnde profert noua & vetera: castum, sobrium, humilem, misericordem, vt & ipse misericordiã consequatur. Oderit vitia, diligit fratres: in

ipsa autem correptione prudenter se habeat, & ne quid nimis: ne, dum cupit eradicare eruginem, vas frangatur: suamque propriã fragilitatem semper attendat, atque meminerit calamum quassatum non conterendũ. In quibus non dicimus vt vitia nutrirı per mittat, sed cum discretione & charitate amputet ea, prout viderit cuique expedire, & studeat plus amari quàm timeri. Non sit turbulentus aut anxius, vel obstinatus aut excelsius, neque zelotypus aut nimis suspiciosus, quia sic nunquã quieteret. In suis imperijs sit prouidus & consideratus: sitque seruens & discretus in omnibus. Postremò cõpèdiõssimè ait: Abbas nõ cõturbet gregem sibi commissum, nec quasi libera agens potestate, aliquid iniustè disponat, sed cogitet semper, quia de omnibus iudicijs atque operibus suis Deo redditurus est rationem. Denique cur Abbas magis conari debet vt diligatur à subditis, quàm vt timeatur, Hugo super regulam augustini ostèdit, dicendo: Quia prælatus quantò plus diligitur, tantò libentius auditur: Et magis placet DEO illa seruitus, quæ ex voluntate & amore fit, quàm illa, quæ fit ex timore: propterea dulcis magister suis discipulis loquitur: Nam nõ dicam vos seruos, sed amicos. Nõ enim vult Deus vt eum timeamus timore seruili, vt serui Dominum, sed vt eum diligamus vt filij Patrem, & vt præcepta eius faciamus, non timore pœne, sed amore iustitiæ. Itaque ex præinductis colligitur, quòd quantò maioris authoritatis & prælationis est Abbas, tantò oportet eum esse sollicitorem, humiliorem & exemplariorem, quatenus sicut alios præcedit ordine, ita & sanctitate, vt eius exemplo discant subditi, quomodo viuere debeant: quoniam Abbas est velut signum, in quod fratrum oculi diriguntur: vnde ex eo vel scandalizantur vel ædificantur. Ideo loquitur Augustinus in regula: Circa omnes semetipsum bonorum operum grebeat exemplum: corripiat inquietos, cõsoletur pusillanimes, suscipiat infirmos, paciens sit ad omnes. Hinc de sanctissimo Abbate Pachomio, cui angelus de celo regulã monachorum in tabulis scriptã attulit, legitur, quòd districtiõni regulæ se ipsum in omnibus subdidit. Vnde & ipse Pachomius dixit: nos ipsi quæ alijs præcipimus, cum ingenti sollicitudine adimplemus.

Quam periculosa sit vita religiosorum, negligenter irregulariterque viuentium.

Articulus VI.

Quantò

1. Cor. 9. 1. Tim. 4.

Matt. 9. Marc. 1. Luc. 5.

1. Cor. 2.

Matt. 18. Luc. 15.

Luc. 16. Matt. 13.

1. Tim. 4.

Gregorius.

Augustinus.

Hieronymus.

Augustinus.

Titum.

Pachomius.

Augustinus.

Eccl. 17.

Proneb. 14.

Etenim quando subrepti peccandi delectatio, statim die futuri iudicii abscondit obliuio: Contra, quantum quis sollicitior circa se fuerit, tanto plus metuit, sicut ait scriptura: Sapiens timedo declinat a malo, Sapiens ergo in compunctione semper est & in metu: & sicut de preteritis malis poenitet ac suspirat, ita de futuris periculis peruiugili sollicitudine cotremiscit. Rursus testat: Id professio nostra a nobis requirit, ut contra proprias concupiscentias & reprobas voluntates, sed & contra oem amositatem, carnaliter atque acedia iugiter repugnemus: Certumque est, quod nisi quotidie hec implere, vniuersasque passionis & inobedientias quotidie viriliter eradicare conemur, multo peiores in clauetro effici mur, quam eramus in seculo: & fiunt nouissima nostra peiora prioribus. Præterea sanctus Cæsarius presul in Homilijs suis ad monachos loquitur: Sicut nauis postea quam de pelagi fluctibus euaserit, si in portu sentinata seu custodita non fuerit, de minutis guttis impletur ac mergitur: Sic & monachus deuietis huius mundi criminibus, quasi periculosos fluctibus, cum ad portum monasterij aduenerit, si ibi subrepentia minuta & quotidiana peccata de animæ suæ sentina exhaurire neglexerit, in ipso portu monasterij crimine incurrit naufragij. Sed dicit aliquis: quo modo potest anima a peccatis minutis & paruis quotidie emundari? Potest utique, orando, ieiunando, vigilando, veram humilitatem, veram charitatem, veramque obedientiam exhibendo. Iterum ait hic sanctus: Cum summa humilitate & ingenti sollicitudine admodum nemus, ut non solum peccata criminalia caueamus, sed & paruas negligetias quotidie quasi venena diaboli respuamus. Sunt enim nonnulli, qui post religionis professionem nimia securitate solentur: & impletur in eis sententia, qua dicitur: Utinam calidus esses aut frigidus: nunc autem quia tepidus es, incipiam te euomere de ore meo: Hoc est melius tibi esset aut in seculo remansisse, aut in monasterio esse feruentem: nunc autem quia & de seculo recessisti, & tamen ex negligentia tua spiritalem feruorem non apprehendisti, tepidus factus, ex ore Domini euomeris. Insuper dicit: Sicut gaudendum est de monacho, qui ad monasterium ueniens, mansuetudinem, humilitatem, patientiam, mitis, humilitatisque exhibuit: ita lugendum est de illo, qui corpore tantum exisse videtur de seculo, corde autem in mundo mansisse probatur: qui pro humilitate profert superbiam, pro patientia iracundiam, pro obedientia contemptum, pro charitatis dulcedine uenenum ma-

Math. 12.

Cæsarius.

Appl. 3.

litia. Talibus competit illa beati Petri Apostoli uera & multum timenda sententia: Melius illis fuerit non cognoscere uiam iustitiae, quam post cognitionem reuerti retrorsum. Et rursus: Canis reuersus ad vomitum suum: & sus lota in uolubro luti. Non est tamen de talibus desperandum, quonia tenens est Deus scintillam compunctionis in eis accendere, omnemque seculi uoluptatem ac uanitatem quasi spinas tribulosque malitiae salubri igne consumere: de quo igne loquitur Christus: Ignem ueni mittere in terram. Postremo testat: Qui sola capitalia crimina cogitat, & contra ipsa tantum pugnare contendit, atque de paruis peccatis paruam aut nullam sollicitudinem gerit, non minus incurrit periculum, quam si maiora committeret crimina. Non ergo paruipedamus peccata nostra, quia minuta sunt, sed timeamus, quia multa sunt. Nam & pluiarum guttae minuta sunt, sed quoniam plures sunt, flumina implent, domosque subruunt, atque interdum impetu suo etiam montes trahunt. Hinc scriptum est: Qui spernit modica, paulatim decidit, & iterum: Delicta quis intelligit: Quis enim dinumerare ualet peccata, quae quasi parua & nulla reputatur a nobis, cum tamen scriptura diuina grauius nos pro illis puniedos testetur? Ideo iuxta Salomonis sententiam, Omnia custodia custodiamus cor nostrum, ut si minuta peccata ad integrum vitare non possumus, saltem tardius & rarius ab eis proueniamur: quotiesque uicti fuerimus, purgare illa suspirijs atque gemitibus cum Dei adiutorio festinemus. Hinc sanctus Pachomius in regula sua ait: Aestimant fratres, quod traditiones, quas didicerunt, humanae sint: & nesciunt quia pro contemptu & minimi mandati, magna negligentes pericula maneant.

2. Pet. 2.

Proneb. 14.

Luce. 12.

1. Pet. 2.

Eccl. 9.

Proneb. 14.

Pachomius.

Exhortatio religiosorum, qui lapsi sunt ad reformationem, praesertim propter mirabilem spiritus & uirtuose uitae dulcedinem. Articulus VII.



Um ergo tam periculosissimum, tamque damnabilissimum sit, esse in ordine, & regulam ordinis non seruare, meritò religiosi qui stant, cauere debent, ne cadant. Porro qui lapsi sunt, festinare debent ut surgant, & suae reformationi sponte ac prompte consentiant, ut non solum & tantam damnatione euadant, sed etiam ut ineffabilem beatitudinem sortiantur, praesertim cum si fecerint hoc, particeps erunt omnium meritum suorum, quibus uiam salutis parauerint, & salua-

1. Cor. 10.

& saluatiõis causam praebuerint. Sed forsanterrèrre propter regularis uitae rigorem, & quia difficile est consueta relinquere. Veruntamen in hoc ueram informationem & consolationem ac animationem recipiant. Quamuis enim in principio sit difficultas, tamen si ad modicum tempus uiriliter egerint & constanter processerint, protinus supernam consolationem experientur, & diuinam ac spiritalem dulcedinem sentient, dum scilicet ceperint diuino amore accendi, in uirtutibus radicari, ac desuper illustrari ad considerandum uanitatem & incertitudinem uitae praesentis, pericula impiorum, districtiõnem diuini iudicij, acerbitatem inferni, inestimabilem felicitatem caelestis palatii: & quanta sit amatorum huius mundi fatuitas, quanta excæcatio eorum, qui suae reformationi resistent, qui esse sub iugo Diaboli & seruitute peccati non uerentur, qui propter hæc caduca & uilia perdunt bona caelestia & æterna. Cum itaque ceperint ista attendere & gustare, & mente tranquillata ac serenata in Deo quiescere, cordialissimè de sua reformatione gaudebunt, infinitasque Deo gratias agent, quod ad reformationis gratiam misericordissimè eos perduxit. Præterea spes praemij minuit uim flagelli, ut in libro Sapientiae legitur: Bonorum laborum gloriosus est fructus. Quamuis ergo in principio seu deinceps sit labor & difficultas, tamen consideratio multiplicis & ineffabilis fructus laboris illius, faciet illum laborem equanimiter ferri atque cum gaudio sustineri. Et nonne incomparabiliter melius est, iam ad modicum tempus propter Deum in eius obsequio laborare, sicque tot mala euadere & tot bona acquirere, quam nunc infelicitèr gloriari & illicitis desiderijs consentire, atque per hoc tot mala incurrere, & tot bona amittere? Hinc sanctus Benedictus ait in regula sua: Constituenda est a nobis dominici schola seruitij, in qua institutio nil asperum, nihilque graue constituturos nos speramus: sed & si quid paululò restrictius, distantè a uirtute ratione, propter emendationem uitiorum & conseruationem charitatis, processerit, non illicò pauore perterritus, refugias uiam salutis, quæ non est nisi angusto initio incipienda: processu uero conuersationis & si dei, dilatato corde, inenarrabili dilectionis dulcedine curritur uia mandatorum Dei: ut ab eius magisterio nunquam discedetis, in eius doctrina usque ad mortem in monasterio perseuerantes, passionibus Christi per patientiam communem, ut regni eius mereamur esse confor-

Eccl. 9.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

tes. Insuper asserit: Dum duodecim gradus humilitatis ascenderit monachus, mox ad charitatem Dei perueniet illum, quæ perfecta existens, foras mittit timorem: per quam uniuersa, quæ prius non sine formidine obseruabat, iam absque ullo labore uel naturaliter ex consuetudine incipit custodire, non timore gehennæ, sed Christi amore & delectatione uirtutum. Hinc quoque sanctus Cæsarius, Cæsarius Episcopus loquitur: Orationi & psalmodiè insistere, lectioni uacare, uigilijs, ieiunijs, cæterisque exercitijs uirtuosis inhærerè, quousque in consuetudinem uertatur, laboriosa esse uidentur: cum uero in consuetudinem uersa sunt, & non humanis uiribus, sed auxilio gratiæ Dei impleri creduntur, non dura nec laboriosa, sed leuia atque suaui sentiuntur: quemadmodum Dominus ait: Iugum meum suauis est, & onus meum leue. Denique, cum gaudium seu delectatio oriatur ex unione potentiae animæ cum obiecto conuenienti, & præstantissimi vires animæ sint intellectus & uoluntas, Deus quoque sit obiectum infinite excellentiæ in omni bonitate, dulcedine, pulchritudine, sapientia, omni que opulentiæ & perfectiõne, certum est quod anima uirtuosa in unione, qua Deo quotidie iungitur per contemplationem & dilectionem, per orationem, psalmodiam, lectionem ac cæteros actus uirtutum, uehementer & summè delectetur in Deo: ita ut nil ei sit dulcius, quam in diuinis iugiter occupari. Quelibet quoque uirtus habet delectationem propriam sibi annexam: ideo quum fuerit quis in uirtutibus roboratus, delectabiliter ualdè exercet actus uirtutum. Deus etiam quosdam gratiosissimè prouenit, implet, consolatur, accendit: ita ut uniuersa quæ Dei & ordinis sunt, promptissimè quasi currendo uolandoque impleant. Non ergo sint monachi collapsi ad suam reformationem tardi aut timidi: & illis libertatibus, uanitatibus ac delectationibus, quibus nihil periculosius, nihil nocentius, nihil damnabilius eis est, libentissimè careant, professionisque suæ satisfacere non morcentur, & Patrum suorum sanctorum non differant sequi uestigia, si cum illis beatificari optant in patria.

Cæsarius.

Math. 12.

An liceat monachis habere proprium aut peculium, & quid nomine peccatorum designetur. Articulus VIII.

Peculiū quid

Primò videndum, quid dicatur peculium: siquidem ignorantes vim terminorum, facilliter decipiuntur. Itaque Brito sic ait. Peculium dicitur pecunia de pecudibus habita: vel, vt verius dicit hugutio: Peculium est paruus citra matrimonium census, positus in potestate filij aut serui: & super peculium non habet paterfamilias potestatem, sed tantum ille, cuius est: & adeo proprium est peculium, quòd licet de eo facere filio quicquid vult, præter Patris voluntatem. Porro si ita accipitur peculium, quæstio ista magnam non habet difficultatem, quòd enim religiosus habere nil licitè possit ad eò sibi propriū, vt de eo sibi facere liceat quicquid voluerit, etiam præter sui spiritalis voluntatem Patris, apud sapientes certissimum est. Item non refert, quòd ad difficultatem præsentem, vtrum peculium (quod quidam religiosi habere se licitè arbitrantur) sit de pecoribus, aut de blado seu vino, aut aliunde. Oportet ergo de significatione peculij plenius loqui. Itaque in Tractatu de expositione vocabulorum iuris, satis plenè hinc continetur, quo legitur: Peculium clericorum, est patrimonium clericorum: peculium namque, Patrimonium appellatur. Stricto tamè modo, & vt communiter seu vsualiter dicitur, peculium est filiorum & seruorū, quod Pater filio & Dominus seruo concedit. Sicque peculium isto modo est pusilla substantia à rationibus separata, seu substantia Patris aut Domini, data siue permissa seruo aut filio. Dicitur autem peculium à pecunia, totum enim quod homines habent, pecunia appellatur. Pecunia quoque à pecudibus nomen sortitur, quoniam quicquid antiqui habebant, in pecoribus consistebat. Pecora quippe erant eorum diuitiæ, secundum Augustinum libro de doctrina Christiana. Peculiorum verò aliud est profectitium, aliud aduētitiū. Profectitium dicitur, quicquid ex rebus Patris aut Domini proficiscitur, & filio aut seruo datur, vt in eo negotietur: & est Patris aut Domini, quòd ad proprietatem, filij autem vel serui, quantum ad vsufructū. aduentitium autem peculium nuncupatur, quod filio ab auo paterno seu materno aduenit, vel ab altero, vel ex propria fortuna, vt ex testamentis agnatorum vel cognatorum: & quod sic filio aduenit, est ipsius, quòd ad proprietatem: Patris autem, quantum ad vsufructum. Sic & in clericis dici potest, vt peculium profectitium clericorū sit, quod de bono Ecclesiæ procedit, vel Ecclesiæ contemplatione acquiritur: aduentitium autem,

peculium duplex.

quod acquiritur ex opera, vel aliàs prouenit intuitu personæ. Insuper, peculiorum aliud est castrense, aliud quasi castrense. Castrense dicitur, quicquid filius in castris militando acquirit: & illud est filij pleno iure, tam quòd ad proprietatem, quàm quòd ad vsufructum: sed quasi castrense peculium nominatur, quod aduocati in causis, quibus patrocinium præstant, vel magistri in scholis acquirunt. His consonant quæ in Summis Doctorem, theologorum ac Iuristarum de peculio conscribuntur. Itaque quæstione qua quæritur, an monachis liceat habere peculium, sumendum est peculium pro peculio profectitio, non aduentitio: quoniam monachis nequaquam licet proprietatem habere substantiæ sibi à superioribus assignatæ, sed vsus eis conceditur. Et quicquid hic de monachis scribo, de omnibus personis religiosis, quæ se voto ad tria substantialia ordinum obligauerunt, cuiuscunque sint sexus, intelligo. Itaque religiosorum quidam sunt de stricta obseruantia, qui peculium nec habent, nec licenter posse habere se sentiunt: alij sunt penitus deformati, lapsi & obtenebrati, qui de proprietate conscientiam sibi non faciunt, sed propria habent, habere plius cupiunt, & licitè habere se putant aut fingunt, quia oppositum scire & audire contemnunt, aut certè non curant. Porro alij medio modo se habere videntur, qui habentes peculium, de proprietatis vitio se excusant, dicentes se habere non propria, sed appropriata, qui de licentia abbatis aut superioris talia habent, seq; ad resignandum iuxta superioris præceptum assenserunt preparatos. Denique, quidam doctores conantur tales religiosos à proprietatis vitio excusare, dummodo superioribus suis nihil occultent, nec sibi concessis abutantur, & ad præctam parati sint resignationem. Nunc ergo diligenter inquirendum & ostendendum est, quid in hac quæstione veritas dicat. Itaque quòd habere peculium sit religiosi illicitum, & sanctæ religioni vehementer contrarium, immo religiosi status atque monasticæ vitæ lamentabiliter destructiui, & contra sanctissimorum Patrum, qui ordines instituerunt, intentionem, doctrinam & prohibitionem, iam quantum fons sapientiæ verbum Dei in excelis præstiterit, demonstrabo. Et primò, quòd sit contra scripturam canonicam, id est, contra Christi consilia in Evangelica lege contenta: Secundò, quòd sit contra decreta generalium conciliorum: Tertio, quòd sit contra decreta summorum pontificum. Quarto, quòd sit contra inten-

eccle. 1.

DE REFORMATIONE

CLAVSTRALIVM.

intentiones & præcepta Patrum sanctorum, qui ordines instituerunt: Quintò, quòd sit contra Doctores scholasticos.

Quòd religiosum habere peculium aut proprium, sit contra Evangelica Christi consilia.

Articulus IX.

DE religionis administratione pro bono communi cœnobij non habentibus, intelligenda sunt in introducenda, vt infra clarius innotescent. Præterea secundum expositores Catholicos, Christus in Evangelio dūdecim dedit consilia: quorum primum est, de voluntaria paupertate, qua omnia reliquuntur, vt Deo liberius perfectiusque vacetur. Hoc autem consilium Christus in pluribus Evangelij locis proposuit, præsertim Matthæi 19. vbi dixit: Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, & da pauperibus &c. Itemque Luc. 14. Qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Præterea, quem in his verbis sensum intenderit Christus, & quomodo intelligenda sint ea, nec certius nec verius scire valeamus, nisi ex verbis & factis eorum quos Spiritu sancto plenissimos fuisse non dubitamus, videlicet Apostolorum, & eorū qui cum Apostolis conuersati noscuntur. Deinde ex dictis & factis sanctissimorum virorum & Patrum, qui ordines instituerunt, vt patet Hieronymi, Augustini, Basilij, Antonij, Pachomij, benedicti atque similium: deinceps ex commentarijs & expositionibus fidelissimorum expositorum. Itaque quòd christi intentio fuit, in verbis præactis perfectam consulere paupertatem, omne peculium excludentem, primò constat ex eo, quod sicut in Actibus Apostolorum describitur: Misso in die Pentecostes Spiritu sancto, & aliquot millibus Iudeorum ad fidem conuersis, statim vniuersi illi Ecclesiæ primitiæ fideles vitæ cōmunè ducere inceperunt, nec quisquam illorum aliquid propriū possidebat, sed erant eis cuncta communia. Quod eos ex informatione Apostolorum, potius autem ex monitione Spiritus sancti fecisse, dubitare non licet, eò quòd Christus talem paupertatem docuerit. Nec quisquam illorū, cui administratio commissa non fuit, peculium habuit, sed omne pretiū quod pro rebus quas vendidit, sumpsit, ante Apostolorum posuit pedes, diuidebaturque singulis per eos, quibus Apostoli commiserunt administrationem illam, prout cuique necessarium fuit. Amplius, beatus Dionysius, quamuis ordinem nullū fundauit, tamen V. cap. Ecclesiasticæ Hierarchiæ ritum consecrationis monachorū, quo in primitiua Ecclesia cōsecrabatur, describens atque exponens, apertissimè docet, quod monachi ab omni re temporalis, ab omni solitudine seculari, ab omni terrena affectiōne & occupatione debet esse nudi, liberi & abstracti, quod glongè sit à monachis, rem peculiare habentibus, intelligenti luce clarius innotescent. Et quis pig mētis potest ambigere, doctore illū altissimū diuinū Dionysium, de hac re nō solum à Spiritu sancto, sed etiā à magistro suo Paulo Apostolo atque sancto Hierotheo, vt Dionysius personaliter sepius innuit, fuisse instructū? Deinde Patres sanctissimi atque doctissimi, qui ordines instituerunt, monachorūque regulas conscripserunt, certissimè credēdi sunt clarissimè intellexisse ex inspiratione diuina, quo sensu Christus voluntariam cōsuluerit paupertatem: & ipsi secundum eundem sensum, quo Christus illam cōsuluit, eandem strictissimè præceperunt his, qui se ad ordinis obseruantiam voto constringunt spontaneo. Præfati verò Patres in regulis suis paupertatem sic monachis præceperunt, quòd peculium prorsus prohibuerunt, ita quòd quidam eorū, potissimè Augustinus & Benedictus, expressè & nominatim illud prohibuisse monstrantur: quod quia infra diligenter ac lymphidè ostēdetur, nūc supponatur. At verò idem ex Catholicorum dictis expositorum abundantissimè potest deduci: Si quidem super illud Matthæi: Si vis perfectus esse, &c. Beda, Rabanus, Albertus, Nicolaus de Gorra & alij dicunt, quòd in voluntaria paupertate consistit perfectio dispositiue: quia per omnium temporalium abiectionem, aufertur cura eorum, quæ à dilectione Dei impediunt animum. Vnde & Origenes ait ibidem: Non est intelligendum, quòd in ipso tempore, quo quis bona sua tradit pauperibus, fiat perfectus: sed quòd ex illa die incipiat in eo speculatio Dei, adducens eum ad omnes virtutes. Theophilus quoque scribit illo in loco: Christus dicendo, vende omnia, summā paupertatem consuluit: si quid enim restiterit, illius seruus est, scilicet ille qui alia vendidit: Summa verò paupertas repugnat peculio. Denique, cum (sicut ostēsum est) Christus paupertatem consuluerit, ne per curam & occupationem circa rem temporalem ac propriam prouisionem, impediatur homo à perfectione charitatis diuinæ, à qua perfectione religiosus plurimū impeditur, habēdo peculium: quia ex eo, vt infra patebit, multa & grauia sepius vitia oriuntur, prout experientia docet, & viri prudentes multipliciter proba-

Christi consilia dūdecim

Religiosus multipliciter

eccle. 1.

Dionysius

Matth. 19.

Origenes

Theophilus

proba-

probauerunt, ritè concluditur & verè elicitur: Quòd Christus Euangelicam paupertatem ita consuluit, quòd intentio eius fuit, peculium prorsus excludere. Hoc quippe se ita habere cõuincitur, tam ex perfectissima dilectione Christi ad nos, quàm ex summa sapientia eius, qua orientia charitatis impedimenta præuidit, & vitanda esse consulere voluit. Qui enim alicui præstat consilium, quòd eum plus diligit, & quid ei magis expediat, clariùs conspicit, eò dat ei consiliù magis proficuum. Cùm ergo multò vtilius, tutius atque salubrius sit, paupertatem absq; peculio obseruare, certum est, Christum, vtpatà Dei sapientiam, talem paupertatem in consulendo intendisse: nam & Dei perfecta sunt opera, secundum scripturam. Atque, vt asserit Augustinus, ideo Christus prohibuit te iurare, quia noluit te super ripã ambulare, ne pes tuus in angustio positus, labatur in præceps: cùm tamen iurare non sit illicitum in se, sed quia vsus iurandi est periculosus. Multò plus ò monache, Christus non vult peculium te habere, ne affectus tuus tantam habeat occasionem & incitamentũ ruine: immo vult te liberum esse ab omni temporalium visco. Hinc prælegati expositores loco, quo supra, testantur, quòd consilium paupertatis, includit contemptum diuitiarum affectu: quoniam valde difficile est: quin habens diuitias siue pecunias, amore earum aut detineatur, aut distrahatur & impediatur à perfecto Dei amore, ne Christum liberè & expedite sequatur. Nam qui diuitijs implicatur, pedes suos mittit in rete, ne possit coram Deo ambulare perfectè.

Quia diuitiæ viscosiores sunt visco, & vix euellitur animus occupatus ab eis. Rursus, super illud Luca: Qui non renunciat omnibus, quia integra debet esse renunciatio, quantum ad sua, & quantum ad suos, & quantum ad se. Similiter super illud in Luca, Bonum est sal, dicunt. Eum qui vult esse discipulus Christi, oportet omnibus renunciare, ne per amorem temporalium euanescat: quemadmodum sal bonum est in seantequam euanescat, quòd si euauerit, ad nihil est vtile: ita de monacho proprium peculium hæc habente.

Quòd monachum habere proprium aut peculium, sit contra decreta generalium conciliorum. Articulus X.



Niuerſalium synodorum intentio ab exordio fuit & est. Quicquid ad fidei rectitudinem & Christianè vi-

tè veritatem pertinet, conseruare & cõsummare: vel si opus fuerit, reformare, vt omnia fiant in Dei Ecclesia ordinatè. Itaque quòd monachi soli Deo debeant esse intenti, mudoque mortui, & ab omni carnali ac seculari sollicitudine liberi & abstracti, proprium nil habendo, & omne terrenum penitus abdicando, innotescit ex his, quæ in gestis primi atque sanctissimi Nicæni Concilij trecentorum decem & octo Episcoporum scribitur, & partim in decreto causa 16. q. 1. continentur. Sic etenim in gestis illius synodi legitur: Placuit omnibus residentibus in acta. 4. acta. synodo Nicæna, vt monachorum cõuersatio ab omnibus discrepet, discreta sit & abstracta: Monachus enim Græcè, Latinè dicitur singularis. Vnde monachum per omnia oportet singulariter agere, id est, ab omnibus exterioribus seipsum abstrahere, cunctisque abdicatis, soli Deo viuere, intendere & vacare, vt glossæ testantur. Insuper Eugenius Papa in generali Concilio: Placuit, inquit, communi nostro Cõcilio, vt nullus monachorum pro lucro terreno de monasterio nefandissimo ausu præsumat exire, nec quibuscumque se negotijs implicare. Sit clauſtro suo contentus: quoniam sicut piscis sine aqua caret vita, ita sine monasterio monachus. Sedeat itaq; solitarius & taceat, quoniam mundo mortuus est, Deo autem viuuit. Agnoscat nomen suum: Monos sicut Græcè, Latinè dicitur vnus: & achos Græcè, Latinè dicitur tristis: vnde dicitur monachus, id est, vnus tristis. Sedeat igitur tristis, & officio suo vacet. Hinc secundum Hieronymum, officium monachi est lugere, vtpatà propria & aliorum peccata. Amplius Alexander Papa II. sic ait: Iuxta Chalcedonensis optimi tenorem Concilij, monachis ad normam sancti Benedicti intra clauſtrum morari præcipimus, vicos & ciuitates peragere prohibemus, quatenus vtiq; iuxta regulæ suæ censuram ab omnibus absoluti, & ab omni proprietate totaliter expediti, Deo conscientia pura vacent. Hinc in sacro chalcedonensi Concilio legitur: monachos placet nobis quieti operam dare, ieiunia obseruare, orationibusque vacare, & nulli seculari actioni se implicare: immo vtiq; à se cuncta abdicare terrena. Porro, quàm præceptorè hæc dicantur, constat ex eo, quòd subditur: Prætereuntes verò hæc, decernimus extra communionem esse, ne nomen Domini blasphemetur. Postremò, de his in Lateranensi concilio plenius atque expressè scribitur, cuius Decreta in sequenti ponentur articulo, nam quidam Decreta illa ascri-

ascribunt summo Pontifici, quidam synodo generali, & vtrumque secundum bonum intellectum verificatur.

Quòd monachum habere proprium aut peculium sit contra Decretales summorum Pontificum. Articulus XI.



tertio Decretalium, Titulo de statu monachorum & canonicorum regularium, cap. Monachi, habetur ex determinatione Lateranensis Concilij: monachi nequaquã habere permittantur peculium, id est, aliquid eis proprium: qui verò peculium habuerit, nisi ei ab Abbate pro administratiõne fuerit iniuncta permissum, à communione altaris remouetur: & qui in extremis in peculio fuerit inuentus, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres accipiat sepulcrum: quod etiam de vniuersis religiosis præcipimus obseruari. Abbas verò, qui ista non impleuerit diligenter, officij sui iacturam se nouerit incursum. Dicitur quoque in eodem Concilio: Monachi pro pretio non recipiantur in monasterio: si quis autem exactus, pro sua receptiõne aliquid dederit, ad sacros ordines non ascendatis verò, qui cum receperit, officij sui suspensione mulctetur. Hæc & alia multa ibidem habentur. Et in clementinis cap. Ne in agro dominico. Titulo de statu monachorũ: denique infra in Decretalibus, eodem tit. cap. Cùm ad monasterium, Innocentius I I. Papa ait: Prohibemus districtè in virtute obedientiæ, sub attestatione diuini iudicij, ne quis monachorum proprium aliquo modo possideat: Et si quis habuerit proprium aliquid, in continetè resignet: si verò post hæc proprietatem aliquã quis habere fuerit deprehensus, regulari monitione præmissa de monasterio expellatur, neq; vltèrius recipiatur, nisi pœniteat secundum monasticã disciplinam. Quòd si proprietatem apud quemquã fuerit inuenta in morte, cum eo in signũ perditionis extra cœmeterium in sterquilinio subterretur, sicut beatus Gregorius in Dialogo se narrat fecisse. Vnde si quicquã alicui fuerit specialiter destinatum, non præsumat illud accipere: sed Abbati seu Priori vel Celario assignetur: nec æstimet Abbas quòd super habendo proprio possit cum aliquo dispensare: quoniam abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, ad eò est annexa regulæ monachali, vt contra eam etiam nec summus Pontifex possit licentiam indulgere. Præterea Clemens Papa sanctissimus in Epistola I I I. & habetur in Decreto, causa

duodecima ait: dilectissimis fratribus & cõdiscipulis Hierosolymitanis, cũ charissimo fratre & Cõepiscopo Iacobo habitatibus, salutè. Cõmunis vita omnib; scilicet clericis, necessaria est, & maxime his, qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt, & vitã apostolorũ & discipulorũ eorum imitari volunt. Amplius S. Gregorius Papa Augustino Anglorũ scribit Episcopo: Quoniã tua fraternitas monasterij regulis erudita, seorsum fieri nõ debet à clericis suis, in Ecclesia Anglorũ hanc debet instituere cõuersationè, quæ in initio fuit in Patribus nostris, in quibus nullus propria habuit, sed erãt illis cõstita cõmunia. Quicquid verò necessitatibus superest, in causis pijs & religiosis erogandum est, Christo dicente: Quod superest, date eleemosynã, & omnia munda sunt vobis. Si verò quis dicat. Hęc atq; similia esse per dispensationè sublata & immutata, verũ dicit, quantum ad clericos, qui se per votũ religiõis nõ adstrinxerunt ad paupertatè, vt sunt canonici seculares: sed quantum ad monachos, nõ solũ nõ reuocata, sed & districtissimè sunt innouata, & iterũ iterũq; præcepta. Vnde Urbanus Papa: Quicquid; vestrũ cõmunè vitã suscepit, & vouit se propriũ nil habere, videat ne pollicitationè suã faciat irritã: sed quod Deo pollicitus est, fideliter impleat, ne damnationè sibi acquirat: quoniã melius est nõ vouere, quàm vota non perficere. Gregorius quoq; Felici scribit Episcopo: Vbi cunq; religiose personę inuentę fuerint, districtè atq; canonicè viuant. Et secundum Gratianũ, ad regularem vitam cogendæ sunt, si resistant.

Quàm diligenter & inuolubiliter obseruanda sint generalium Conciliorum atque summorum Decreta Pontificum. Articulus XII.



ilarius Papa ait: Nulli fas sit, sine cõsentu status sui periculo diuinas cõstitutiones vel apostolicę sedis decreta temerare: quã nos, qui summi sacerdotij administramus officia, trãgressiõnis culpa respiciet, si in causa neci delides inuenti fuerimus, qui meminimus, qualiter de cõminetur negligentię sacerdotum. Si quidẽ maiorĩ reatu delinquit, qui honore fruitur potiori: & grauiora facit vicia delinquentiũ sublimitas peccantium. Deniq; Leo Papa scribit Anatolio præfuli: Quæ ad perpetuã generaliter ordinata sunt vtilitatè, nulla commutatione varientur: nec ad priuatũ trahantur commodum, quæ ad bonum cõmune sunt præfixa: Sed manentib; terminis, quos constituerunt Patres, nemo vsurpet illicitum:

1. Cor. 1.

Deut. 32.

Matt. 5.

Diuitiæ visco viscosiores res. Luc. 14.

Eodem.

Nicænum Concilium.

Throno.

Throno.

Throno.

Throno.

Throno.

Throno.

Throno.

Gregorius

Actu. 4.

Luce. 11.

Urbanus Papa.

Eccl. 5.

Hilarius Papa.

Leo Papa

Deut. 19.

Deut. 27. Prouerb. 22. Damascus

Zosimus

Marcellus

Hadrianus

Gregorius

Leo papa

Gregorius

illicitum: sed vnusquisque prout poterit, in latitudine se exerceat charitatis. Insuper Damasus Papa scribit: Violatores sacrorum canonum grauius ad sanctis Patribus iudicantur, & ad spiritum sancto, cuius instinctu editi sunt, damnantur: quoniam Spiritum sanctu blasphemare noscuntur, qui contra eosdem canones, non necessitate compulsi, sed libenter aut proteruè aliquid agunt. Præterea Zosimus Papa fatetur: Contra statuta Patrum aliquid condere vel mutare, nec huius, scilicet Apostolicę sedis, potest autoritas. Marcellus quoque Papa effatur: Nequaquam quod contra constitutionem sanctorum Patrum factum fuerit, stabit. Hinc Hormisdas Papa testatur: Prima salus est, restat fidei regulam custodire, & ad cõstitutis Patrum nullo tenens deuiare. Adhuc autem & Hadrianus Papa: Generali, inquit, decreto constituimur, vt execrandus & anathema sit, & velut præuaricator fidei Catholicę apud Deum semper reus existat, nec sacris ministrare altaribus, nec communionem accipere dignus sit. Præterea Leo III. affirmat: Ideo Domino permittente pastores hominum sumus effecti, vt quod Patres nostri statuerunt, minime excedere debeamus: Contra eorum quippe saluberrima agimus instituta, si, quod ipsi diuino statuerunt consilio, intactum non conseruamus. Vniuersę auctoritates istę etiam in Decreto habentur, causa 27. q. 1. Et in eadē causa q. II. Leo Papa Martino Augusto: Dispensatio, inquit, nobis est credita: & ad nostrum tendit reatum, si paternarum regulę sanctionem, nobis consentientibus vel negligentibus, violentur. Item Gregorius: Institutionis nostrę decreta sine vlla constitutione refragatione seruari, nec ad quoquam pontificum in toto vel in parte, quacunq; occasione conuelli decreuimus vel mutari. Idem quoque Vigilio Arelateni scribens Episcopo: Curandum est, ait, vt quę pro quiete religioſę conuersationis sunt ordinata, nec dissimulatio negligere, nec præsumptio aliqua valeat perturbare: sed scit hoc, quod ratio exigebat, vtiliter obtinuit diffiniri, ita quod diffinitum est, non debet violari. Porro hæc omnia, secundum Gratianum, sunt intelligenda, nisi occurrat rationabilis causa mutandi seu dispensandi in his, quę cadunt sub dispensatione. Rationabilis autem causa dispensan-

di est, vrgens necessitas aut vera & manifesta vtilitas, prout Leo Papa & Gelasius Pontifex summus, ceterique Doctores & Patres concorditer asserunt.

Contra quosdam, peculium monachorum periculosè & imperite excusantes.
Articulus XIII.



Vemadmodum quidam Doctor in tractatu suo de ista materia recitat, nonnulli Doctores excusant peculium monachorum & monialium ad vitio proprietatis, dummodo superioribus suis, videlicet Abbati aut Abbatissę, nil celent, & ad reddendum, seu dimittendum paratę sint, iuxta superiorum voluntatem, nihilque recipiant vel expendant sine illorum licentia. Denique, ad ea, quę supra inducta sunt ex Concilio Lateranensi & constitutione Domini Papę, respondet: Quod prohibitio illa de habendo peculio aut proprio, intelligenda sit, quod monachus non debet aliquid possidere aut habere peculium nomine proprio. Nō autem ibi prohibetur monachus aliquid possidere nomine abbatis, & de expressa permissione ipsius. Similiter dicunt, quod cum monacho non potest dispensari vt habeat proprietatem nomine suo, sed potest cum eo dispensari, vt habeat aliquid peculiare nomine abbatis aut monasterij. Istud videtur inconsideratissime dictum, in ipso nanque Concilio Lateranensi decreto, peculiu luce clarius monachis administrationem communem non habentibus prohibetur. Et abbati sub pena absolutionis a suo officio districtè præcipitur, vt non permittat aliquem monachorum suorum habere peculium, nisi ratione administrationis, quod item habentes peculium & morientes in eo, secundum determinationem concilij puniat. Quomodo ergo monachus nomine abbatis potest habere peculium, cum abbati prorsus prohibitum sit peculium monacho dare, immo & permittere vt habeat illud? Præterea quæro ab illis peculij monachorum excusatoribus, quomodo intelligunt id, quod dicunt, monachum nomine abbatis posse habere peculium. Si nanque ita intelligant, nomine abbatis, id est, ex parte seu concessione vel licentia abbatis, iam patuit quod hoc prohibitum sit abbati hoc ipsum concedere, licentiarie siue, permittere, si autem intelligant, nomine abbatis, id est, in quantum est abbas vel repræsentat abbatem, constat hoc fatuum risuque dignu esse. Siquidem simplex

Monachus nomine abbatis posse habere peculium, quomodo intelligendum.

plex monachus nō est Abbas, nec repræsentat eum in aliqua publica administratione, peculio seu pecunijs indigente. Et loquor nunc de monacho in monasterio sub cura Abbatis viuente: quia de monacho ad studiū misso, vel pro alia rationabili causa ab Abbate emisso, aliud est. Præterea Abbas dare vel licentiarie non potest monacho istud, cuius monachus non est capax, & quod voto suo, immo essentia religionis, repugnat. Iam autem in præinductis ostensum est, & infra plenius ostendetur, quod habere peculium, impugnat voto paupertatis, & paupertati monachicę, quę est de religionis essentia. At vero monachi tenentur ad paupertatē eo modo & sensu, quo sancti Patres, qui ordines instituerunt, monachos ad paupertatē obligare intenderunt: Præcepta etenim prælatorum obligant subditos, non tam secundum formam superficiali quę verborum, quam secundum intentionem præipientiu, quę est formale in præcepto secundum Alexandrum de Hales, Thomam, Albertum, Bonaventuram aliosq; concorditer. Certum est autem omni homini veraciter illuminato, quod Patres sanctissimi ordinum institutores, peculium monachis non admiserunt, nec admisisent, si monachi id petissent, sed penitus prohibuissent, immo & nominatim atque clarissime prohibuerunt, vt infra ex verbis & regulis Hieronymi, Augustini & Benedicti patebit: nō ergo nomine vel permissu Abbatis licet monacho habere peculium. Adhuc autem in omni præcepto superiorum consideranda est ratio præcepti: sed Patres sancti, qui monachis proprietatem tam distinctissime prohibuerunt, non ideo hoc egerunt, quia proprietates seu rerum possessio sit mala in se, sed quia ex vsu, amore & occupatione rerum propriarum seu diuitiarum impeditur homo a perfectione diuini amoris, atque a libera & quieta vnione mentis suę cum Deo. Sed siue monachus habeat peculium aut proprium nomine suo, siue nomine Abbatis, certissimum est, eum occupatione, vsu, amore, cura & varia occasione peculij sui multipliciter impediri a spiritali profectu & charitatis seruire, contemplationisque puritate, otio & quiete. Elucescit itaque, præceptum de paupertate seruanda & peculio non habendo sic monachos obligare, quod nomine Abbatis suorum non licite queant peculium habere aut proprium. Præterea, secundum Doctores præcipuos, specialiter secundum Thomam & eius sequentes: Quando in lege aut in præcepto clarè exprimitur intentio legislatoris seu

præceptoris, non potest dispensari contra legem aut præceptum, lege illa seu præcepto manente. Cuius ratio patet ex dictis Guilielmi Parisiensis, Ramundi & aliorum, qui dicunt, quod quamuis dispensatio videatur esse contra verba legis aut præcepti: non tamen est cõtra mentem seu intentionē legislatoris vel præceptoris, qui vtiq; cõtra vrgentem necessitatē aut verā vtilitatem præcipere nil intendit. Cum ergo in præallegato decreto Lateranensis Concilij clarissime exprimat intentio Patrū de cõcilio, prohibentium illud peculium, vtputa ne Abbates permittat monachos suos habere peculium, certum est, quod Abbatibus non licet oppositum, vt scilicet monachi nomine Abbatum habeant peculium. Rursum, cū in præallegato synodali decreto cõtineatur, quod monachis nō, nisi ratione administrationis pro bono communi eis iniunctę, liceat habere peculiu, cõsequens est, vt alijs id nullatenus liceat. Denique, statui monachorū omnino repugnat, vt quilibet eorū manēdo in claustro, sui ipsius habeat in temporalibus administratione & curā: quia per hoc innumera rabilia sibi acciderent impedimēta spiritalis profectus: estq; cõtra intentionē Patrū sanctorum, qui præceperunt, vt superior claustrum cõmunem habeat curā, administrationē & prouidentia monachorum, præsertim in claustro degentiū. Et quamuis forte in aliquo casu excogitabili posset ad tēpus aliter expedire, propter hoc nō est communibus regulis, legibus & præceptis contradicendū aut derogandū. Amplius, cū prima mater dispensationis sit vrgens necessitas, deinde vera euidentisq; vtilitas, attendat, qui monachis præest, quid eum cogat ad dandū peculium monachis suis, & quę eis vtilitas inde proueniat: immo si diligenter pēsauerit, videbit quod multiplex inutilitas ac ruina monachis ex peculio generetur, & quod sibi non sit necessē illud cõcedere, sed ex negligentia, consuetudine praua & alijs causis nō bonis introducū est peculiu monachorū. At verò, secundum domini Guilelmum Antisiodorēsem, quę Albertus super Sētentias vocat magnū Doctore, in Sūma sua, Religiosi seu monachi nō solū tenentur ad viā meliorem, sed etiā securiorē: Cū ergo securius sit monacho carere peculio, tenetur illo carere. Iterum secundum Augustinum, qui se cõmittit discrimini, peccat mortaliter: Cū ergo Doctores deuotiores & viri religiosiores cõmuniter reprobat peculiu monachorū, quāuis aliqui illud aliquo modo excusent, videtur se ad minus discrimi-

ni cōmittere monachi habentes peculium. Rursus, quāuis monachi non teneātur esse perfecti, tenentur tamē quotidie ad perfectionē redere & conari. Sed videmus ad oculū, quōd religioſi habētes peculium, non solum proficiūt, immo de die in diem magis ac magis declinant & ruunt. Præterea, secundū Hieronymū, cassianum & alios, immo sicut experiētia quotidie docet, nisi amor habēdi fuerit de cordibus monachorū funditus eradicator, frequēter magis crescit & inflātur in eis circa parua & minima, q̄ in multis secularibus circa maiora & plura: periculosissimū ergo est monachis habere peculium, etiāsi aliudē nō esset eis prohibitū. Ampli⁹, vt in Genesi habetur: Sēsus & cogitatio cordis humani proni sunt in malū ab adolescentia sua: nō ergo expedit circa peculium monachorū loqui remissē, illudq; colorare, & quodāmodo excusare: quia ex hoc religioſi ad peculium proni, capiūt occasionē magnæ ruinæ, audaciāq; se excusandi, etiā multo plūs q̄ ab aliquo Doctore notabili excusent. Præterea, in præallegato Decretali summi Pontificis prohibetur, sub attestatione diuini iudicij, ne quis monachorū proprium aliquo modo possideat: ergo nec nomine Abbatis hoc potest, præsertim cum dñs Papa diffiniat, non licere Abbati, immo nec summo Pontifici, quōd dispēset super habēda proprietate cū aliquo monacho: Si verō quis religioſus peculium habens, respōdeat se nō habere propriū, sed appropriatū, dicēdū ei: quōd etiā appropriatus talis est verē illicita, & voto paupertatis repugnans, intentioni quoq; sanctorū Patrum, qui ordines instituerunt, cōtraria, & multorū vitiōrū occasio, ac spiritalem profectū vehemēter impediēs. Vnde nō dubiū, quin intētio generalis cōcilij fuit eā prohibere: generalium nēpe Cōciliorū, quę diriguntur à Spiritu sancto, intētio est, illicita cōdēnare, collapsa reformare, & ea, quę delinquendi præbēt fomentū, & speciē habent mali, auferre. Veruntamē agnoscendū, quōd est quędam proprietatis ciuilibis, quōd ad dominiū rei & vsū, qua quis absolute dicere potest: Hoc est meū: alia est proprietatis peculiaris, qua aliquid conceditur alicui ad vsū, remanente principali proprietate seu domino apud aliā personā seu cōmunitatē. Et quāuis prima proprietatis magis repugnet voto paupertatis q̄ ista secūda, tamē & ista ei repugnat, vt parū & patebit. Si autē rursus quis monachorū taliū dicat: Necessitas me cōpellit habere peculium, quoniā Abbas aut superior me⁹ de necessarijs nō prouidet mihi, nō dando mihi peculium, per quod de-

Gen. 8.

Glo. et tex. in ca. secundā, extra de statu monachorum.

Concilij in Genio.

cessarijs prouidēā mihi: si talis rogaret humiliter suū superiorē, vt alicui administrationē cōmunem habentiū cōmitteret prouisionē ipsius, forsitan superior acquiesceret petitioni ipsius. Vel si quis videt se non posse esse securum in clauſtro aut ordine, quo est, pergere potest vbi viuat securius, seu aliquo modo potest suæ prouidere salutē. Postremo, & id mihi obijci potest, quia tā districtē cōtra peculium monachorum scribēdo, quasi innumerabiles diuersarū religionū personas in statu dānationis cōstituo, fateor, cōsideratio ista aliquos terruit, & ad scribendū de ista materia nimis remissē induxit. Quid igitur respondebo? Vtiq; pro presenti aliud pro responsione non occurrit, nisi quōd zelo Dei & sanctę Religionis hæc scribo, atq; in genere loquor, & viam securiorē ostēdo. An verō aliqua religioſa personā habētes peculium, secundum modum, quem quidā Doctores excusant, excusentur in speciali ex aliqua causa occulta, secundum quod aliqua sunt mortalia in genere, quę tamen in specie excusantur à peccato mortali, propter actus modicitatem vel subreptionē, hoc ego interim diuino committo iudicio: securior autem via amplectenda est religioſo.

Quōd monachum habere peculium sit contrā intentionem & iustionem Patrum sanctorum, qui ordines instituerunt. Articulus XIII.



Noniam Abbas ille non parū authoritatis, cui specialiter ista scribuntur, est ordinis S. Benedicti, ideo ex eiusdem beatissimi regule Benedicti, ad demonstrationē propōiti sumam exordia. Ait itaq; in sua regula Benedictus: Præcipue hoc vitium proprietatis radicatus de monasterio amputetur, ne quis præsumat aliquid dare vel accipere sine iussione Abbatis, neq; habere proprium, nullā omnino rem, neque codicem, neq; tabulas, neque graphium, sed nihil omnino, quippe quibus nec corpora sua nec voluntates licet habere in propria potestate, sed omnia necessaria à Patre monasterij sperare oportet, omniaque sint omnibus communia: nec quisquam aliquid suum esse dicat aut præsumat. Quōd si quisquam hoc nequissimo vitio deprehensus fuerit delectari, admonetur semel & iterum: si non emendauerit, correctioni subiaccat. Iterum ait in Regula: Nullatenus liceat monacho nec à parentibus suis, neque à quoquam hominum, nec sibi inuicem literas vel eulogias, vel quęlibet munuscula dare vel accipere

Benedictum.

pere, sine iussione abbatis sui, quōd si etiā à parentibus suis quicquam ei directū fuerit, nō præsumat suscipere illud, nisi primò indicatum fuerit abbati. Quōd si iusserit suscipi, in abbatis sit potestate, cui iubeat illud dare. Et ne contristetur frater cui directum fuerit, ne occasio detur Diabolo. Qui aliter præsumperit, disciplinæ regulari subiaceat. Insuper dicit in Regula: Stramenta lectorum sufficiant, matta, sagum, lena & capitale: quę tamen frequenter ab abbate scrutanda sunt, propter opus peculiare, ne inueniantur: & si apud aliquem inuentum fuerit, quod ab abbate non acceperit, grauissime subiaceat disciplinæ. Et vt hoc vitium peculiare radicatus amputetur, dētur ab abbate omnia, quę necessaria sunt, id est, tunica, cuculla, pedes, calig, brachilæ, cultellus, graphium, acus, mappula, tabula, vt omnis excusatio auferatur necessitatis: à quo tamen abbate semper consideretur illa sententia actuum Apostolorum: Quia dabatur singulis prout cuiq; opus erat. Ex his verbis sancti Benedicti, præcipui legislatoris, Patris & institutoris monachorum, probatur, quā diligētissime ac districtissime prohibuit monachis suis omne proprium atq; peculium, intantum, vt nec tabulam neq; graphium permitteret haberi vt proprium. Quo igitur pacto putandum est, quōd pecunias, prædia aut similia permisisset vt peculium à monachis suis haberet? Deniq; peculium nominatim & expressē prohibuit, non igitur licet abbatibus sui ordinis contra præceptum hoc agere aut dispensare, dando peculium, cum subiecti sint regulæ illi & præcepto seu legi, non supra illa, nec à potestate superiori, putā Papali, permissa, sed potius manifestē prohibita est eis dispensandi potestas de dando peculium, vt iam abundanter deducit. Rursus, ex hoc quōd re aliquo monacho missam, voluit sanctus Benedictus potius alteri dari, quā illi, cōcluditur, quā seriosē & integre volebat omnem à suis proprietatem peculiumq; excludere. Præterea beatus Basiliius, quem benedictus in regula sua sanctū suū Patrē appellat, dicit in regula sua: Huic, quod est habere aliquid propriū, cōtrariū est, quod in Actibus apostolorum habetur: Erant illis omnia communia. Vnde cōcludit: Si quis inter fratres aliquid suū esse dicit, absq; dubio alienū se facit ab electis Dei & charitate Christi. Sanctus verō Hieronymus in regula sua de hac materia plenissime & sapientissime scribit, dicendo: Aedificatus ille in zabulo, qui in vita Apostolica & religionis proposito temporales appetit

Abba.

Abba.

Abba.

Hieronymus

diuitias. Hic attendite diligenter: Hic periculum omne est, hic interitus, hic mors eterna. Qui iam omnibus quę habebant, renūciauerunt, concurrentes ad imitandum patrem Christum, qui non habuit vbi caput suum reclinaret, hi ex voto promiserunt nihil temporale, nihil terrenum habere, præter ipsum solum Iesum Christum, sed nec etiam appetere quę iam dimiserunt. Hinc Christus mandauit Apostolis, non portare sacculum neq; peram, vt ex hoc intelligant sectatores vitæ eorū, quōd nihil propriū in monasterio licet habere: certè non tunicam, quę ex necessitate portatur: non caligam, nec aliquid minimum quodcunq;: ita & vos charissimi. Et si liceat habere aliqua temporalia ad victum & regumentum, quę duo sufficiunt Christiano, nihil horum alicuius sit vestrum, sed commune sit omnibus, etiam minimū. Insuper in regula sua ait Hieronymus: Itaq; obtestor vos omnes & singulos coram Deo & Iesu Christo, qui iudicaturus est omnes, vt aurum & argentum & pecunia citò pertransiens, nulla ratione cōr vestrum seducat, retinendo apud se quantumcunq; minimū temporale, vltra ea, quę ex necessitate portantur: nec tamen hoc nisi ex licentia superioris. Nudus Iesus nudos querit sectatores. Quōd si ipsum sequi temporale aliquid appetendo volueris, oneratus grauedine nudum sequi non poteris. Hinc dicitur beati pauperes spiritu, vt sciamus quōd non sufficit cuncta temporalia in mundo relinquendo ad claustrum accedere, si mens miserrima appetit quę reliquit. Melius est, in seculo cum alijs diuitibus temporalibus rebus insistere, quā in monasterio eas appetere. Propter quōd volo, hortor & moneo vos charissimi, vt hæc perpetua in vestro monasterio obseruatio maneat, quod nullus omnino tangere aut aliquāliter retinere audeat per horam censum aut obolū seu aliud quodcunq; minimū, quantum à sorore aut matre mittatur. Rursus ait sanctissimus iste Hieronymus: Sic sponte Iesum adstringite mentibus mundis à terrenorum cōtagione: quoniam secum in habitatione nihil permittit esse terrenum sic, sic proiecite peras, vt neq; marſupia ex latere pendeant, neq; opus sit clauibus, vt iam ex ipsis monstretur exteriorum indicij, quōd nihil habetur extrinsecum præter Iesum, quōd nihil est clauſum, quod est deditum vsibus hominum. Præterea, de hac religionum communitate & paupertate etiam in regula sancti Augustini notabilia continentur, intantum, vt etiam vestes in voto

Gen. 8.

Gen. 8.

Gen. 8.

Gen. 8.

loco communi sub vno custode vel pluribus iubeantur haberi, ne aliqua vestis potius videatur esse vnius quam alterius. Vbi & inter cetera scribitur: Nullus vestrum sibi aliquid operetur, sed omnia opera vestra in communi fiant, maiori studio & frequentiori alacritate, quam si vobis singulis faceretis propria: Charitas enim, quæ non querit, quæ sua sunt, sic intelligitur, quia communia proprijs, non propria communibus, anteponit. Hinc in principio regulæ suæ hortatur: Ante omnia sit vobis cor vnum & anima vna in Domino, & non dicatis aliquid proprium, sed sint vobis omnia communia. Quod autem Augustinus per hæc peculium velit excludere, constat ex his, quæ in sermone ad Sannianum disseruit, dicens: Rem peculiarem omnino fuge. Vide quantitas & quales de hoc pestifero morbo peculiaritatis perierunt: de peculiaritatis nanque radice oriuntur hæc vitia, superbia, inobedientia, auaritia, vana gloria, voracitas, mendacium, loquacitas atque luxuria. Infertq; Augustinus: Illum morbum habendi peculium voco morbum pestiferum & illecebrosus, quem te oportet relinquere, si non vis beatitudinem sempiternam amittere. Hinc quidam notabiliter ait: Væ vobis monachis, qui diuites esse cupitis in pecunijs, & per hoc regnum cælorum amittitis: Qui sponte nouissis Deo obseruare normam Patrum sanctorum, quorum exemplo radicamini in regno cælorum, modo per cupiditatem & secularibus negotijs dediti, intrabitis ignem æternum. Nescio quomodo contra proprietatem & peculium monachorum aliquid clarius, districtius aut feruorius dici possit, quam hi Patres sanctissimi contra illa locuti sunt & scripserunt. Quid ergo querimus euasione decipiētes nos ipsos, vt æternaliter pereamus?

Quod monachum habere peculium, sit contra Doctores scholasticos. Articulus XV.

SVper materia hac legi tractatum cuiusdam Doctoris in Theologia, quem noui, eoque tempore, quo in Colonia studii, fuit Cancellarius vniuersitatis illius: eratq; Doctor ille nomine Theodoricus de Monasterio, vir vita, scientia atque facundia clarus, sed & præcipue mitis & pius. Itaque in sui tractatus capite septimo, ostendens quæ personæ religiose sint indubitanter proprietarij, aliquas ponit conclusiones, quarum prima est ista: Monachus aut monialis habens pe-

*W. Theodori
ci de monaste
rio conclusio
155.*

cuniam aut aliam rem sine permissione sui superioris, proprietarius est censendus. Secunda conclusio est: Persona religiosa habens pecuniam aut alium peculium, quod superiori suo occultat, vel occultare proponit, proprietaria est censenda. Tertia conclusio: Persona religiosa habens pecuniam aut aliam rem, quam non vult dimittere ad requisitionem sui superioris, est proprietaria. Quarta conclusio: Personæ religiose cogentes superiorem suum per se aut per alios ad hoc, quod det eis licentiam habendi peculium, proprietariae sunt dicende. Quinta conclusio: Superior non potest licite pro suo libito voluntatis tradere conuentualibus suis peculium siue pecuniam, illis præsertim, qui non habent administrationem siue officium in conuentu, quod officium sine pecunijs exercere non possunt, quoniam hoc est superiori prohibitum per iura canonica, vt patuit supra. Sexta conclusio: Quando superior, transgrediendo præcepta & statuta papalia, a signat alicui peculium, ipse quidem grauiter peccat: & recipiens tale peculium, similiter peccat, & proprietarius est censendus, quoniam habet peculium contra prohibitionem Papæ, qui est super Abbatem & Abbatissam, præpositum & priorem, cui etiam magis obedire tenentur personæ religiose, quam alicui prædictorum seu aliorum. Harum conclusionum probationem & declarationem dimitto, quoniam conclusiones istæ apud intelligentes per se notæ & certæ sunt. Has quoque conclusiones ait Doctor præfatus à duobus Theologicis Doctoribus egregijs & deuotis, qui & ordinis sancti Benedicti fuerunt, approbatas & politas.

De vitijs monachorum, quæ ex peculio & proprietate sequuntur. Et quomodo proprietatis sine usu minus noceret, quam usus absque proprietate. Articulus XVI.

Doctor præfatus in sui tractatus capitulo quarto ait: Si scire delectat, quare proprietatis siue peculium tam rigorose prohibetur, attendite vitia, quæ inde sequuntur: Quæ prudentissimi, expertissimi ac deuotissimi viri, qui religiones instituerunt, considerauerunt, & per experientiam etiam didicerunt: considerauerunt enim quod ex proprietate seu peculio, tanquam ex venenosa radice, multa peccata proueniunt, vtputa contumacia, superbia, contumelia, partialitas, auaritia, vana gloria, inuidia, mendacium, luxuria, occupatio infructuosa, cura super-

*Religio
proprietarii
censendi est
sine*

*Papæ magis
obedire tenentur
religiosis
quam iustis
superioribus.*

*Proprietatis
quæ mala se
quantur.*

superflua, multiplex dissolutio, varia metis distractio, acedia, negligentique diuini officij persolutio, atque familiaritas: quoniam abundantes in peculio, ad resistendum suis superioribus sunt audaces, nec disciplinæ & correptionem patienter suscipiunt, partialitates efficiunt, & interdum comestationibus & ebrietatibus vacat, ex quibus ad vitia carnis labuntur, & votum suum de castitate seruanda, sceleratissime frangunt, sicque ad diuina sunt pigri & acediosi, opusque Dei negligenter persolunt, atque innumerabiles defectuositates damnabiliter incidunt, non obseruantes silentium, & sæpe neque ieiunium, nec ad commune refectorium veniunt, sicque quotidie magis excæcantur & obdurantur. Contingit quoque frequenter, quod habentium peculium vnus multo plius habet quam alius: quod non videtur consonare iustitiæ, cum bona monasterij extant communia: tamen secundum iustitiam vnicuique secundum indigentiam suam est tribuendum. Cum ergo tot vitiorum peculium sit origo, iustissimum valdeque necessarium est, vt religiose secundum decreta Conciliorum & decretales summorum Pontificum sanctorumque Patrum regulas, penitus auferatur. Et si religiosi libenter permitterent se à corporali purgari veneno, incomparabiliter libentius debent habere, vt ab hoc spiritali veneno, æternam damnationem inducente, purgētur. Insuper probat hic Doctor, quod magis nocet religioso habere vsum peculij sine proprietate ciuili, quam habere proprietatem sine vso: Proprietas namque in se non est peccatum, nec ad peccandum inducit, nisi per vsum rei. Eius exemplum est, quod puero vel furioso non noceret proprium habere cultellum, dummodo non haberet libertatem & facultatem vtendi illo cultello: sed habere libertatem vtendi ad placitum communi cultello, esset furioso seu puero valde periculosum. Quemadmodum ergo stultum & derisibile esset, si quis pater familias prohiberet filio suo habere proprium cultellum, ne cum illo se læderet, nihilominus daret sibi licentiam vtendi ad placitum communi cultello domus: sic stultum videtur & derisibile, si pater spiritualis filio suo spiritali prohibeat possidere aliquod proprium, & nihilominus assignat ei aliquam portionem de communibus bonis conuentus, conceditque ei vsum illius portionis. Quia libertas vtendi illa portio est sibi magis periculosa, quam esset ei proprietatis eiusdem portionis sine vtendi licentia: quæ vsum peculij, propter quem vitandum sancti Patres prohibuerunt proprietatem,

est propinquior libertati vtendi, quam proprietati possidendi: immo quantum ad progressum de malo in malum, parum aut nihil refert, an habeatur vsum sine proprietate vel cum proprietate. Præterea quod amplius est, facile est considerare, quod monachi habentes peculium, sæpe immoderantiis illi vtuntur, quam seculares & coniugati proprijs rebus: Coniugati quippe ob curam statui suo annexam, rebus suis frequenter satis moderatè multumque parcè vtuntur: monachi verò habentes peculium, quia huiusmodi cura & onere non grauantur, nec quod restat eis, in hereditatem suis relinquere possunt, rebus sibi concessis valde multoties immoderatè profus vtuntur.

Quod ex dictis præfati Doctoris sequitur, peculium monachorum esse illicitum. Articulus XVII.

Sicut paulò antè inductum est, Doctor prædictus inter cetera ponit has duas conclusiones: Superior non potest pro libitu suo suis conuentualibus tradere pecuniam siue peculium, illis præsertim, qui administrationem pecunia indigentem non habent. Item: Quando superior transgrediendo præcepta & statuta papalia, assignat alicui peculium, grauiter peccat: recipiens quoque peculium, grauiter peccat, & proprietarius est censendus. Cum ergo in superioribus sit ostensum, quod superior conuentuali tradendo peculium, non habenti officium, quod sine pecunia exerceri non potest, nec in itinere posito vel ad studium missio, sed in claustrò degenti, agat contra decreta synodalia, & contra statuta papalia, itemque contra sanctorum Patrum, qui ordines instituerunt, intentionem, regulas & præcepta, concluditur quod enormiter peccet, & recipiens à proprietatis peccato non excusetur, præsertim cum Doctor iste in sui tractatus capitulo nono affirmet: Sancti Patres, qui religiones instituerunt, talem modum viuendi nullo modo volebant in monasterijs suis admittere, sed toto conatu excluderunt tanquam plenum periculum. Palam est autem, quod præcepta maiorum obligant subiectos secundum intentionem maiorum. Veruntamen Doctor iste consequenter videtur satis remisse loqui de ista materia, immo remissius quàm verè religiosis placet atque, vt intellexi, etiã quibusdam doctoribus secularibus, oculatis Theologis non placet, quantum ad hoc, eius tractatus. Videtur tamen mihi, quod Doctor iste possit in hoc aliquantulum excusari: quia in talibus

loquitur magis recitatiuè, dicta scilicet aliorum narrando, vel opiniuè, quâ assertiuè: Nec immeritò eû excuso, cum & ipse in suo tractatu tam reuerèter & fauorabiliter scribat de ordine Carthusiensiu, vñdecimo capite dicens: Insuper attendite quòd ille religiosissimus ordo Carthusiensium, ab exordio suo vsque in hunc diem inconcussè seruauit modum habendi omnia in communi: & per illum modum profecit in spiritualib⁹ & in temporalibus: aliâ verò religioes, quòd ad conuentus innumerabiles, per peculia defecerunt, & quotidie magis decrescunt in spiritualibus & temporalibus, vt flebilis experientia docet. Insuper scribit: Sæpè accidit, quòd aliqui conuentus ordinis Carthusiensi per sterilitates aut bella aut alia infortunia depauperantur, non tamen modò viuendi de communi dimittunt, sed ipsum firmiter tenent, quacûque paupertate nõ obstante. Alia quoque laudabilia scribit de ordine Carthusiensium, & tandem subiungit: Nemo ægrè ferat, quòd specialem facio mentionem de ordine Carthusiensium: nã hoc ideo facio, quoniam propter regularem vitam & disciplinam in eo vigentes, ipse est rectè regula & mensura aliarum religionu. Quoniam teste Philosopho decimo Metaphysicè, primum in vnoquoq; genere, primum scilicet in perfectione, est mensura aliorum in eodem genere. Hæc Doctor præfatus. Fateor apud quosdam religiosos quasi prouerbium esse: monachus habens obolum, non valet obolum.

Ordinis Carthusiensium laus.

Ordo Carthusien. regula aliarum religionum.

Quòd monachorum ordinis sancti Benedicti & aliorum communiter, dempns solitariam vitam agentibus, debeat esse mensa communis cum lectione ad refectorium. Artic. XVIII.

Benedictus.



Antus Benedictus ait in regula sua: Ad horam refectionis, qui ante versum non occurrerit, vt omnes simul dicant versum, & orèt, & simul accedat ad mensam: qui ergo per negligentiam suam aut vitium non occurrerit, vsque ad secundam vicem, propter hoc corripatur: si denuò non emendauerit, non permittatur ad communis mensæ refectionem, sed sequestretur à cõsortio omnium, reficiatur solus, ablata ei portione sui vini vsque ad satisfactionem & emendationem. Similiter patiat, qui non fuerit præsens ad versum, qui post cibum dicitur. Et nullus præsumat ante statutam horam aut postea quicquam cibi aut potus accipere. Iterum ait: Qui proculpis leuib⁹ excommunicantur tantum à

mensa, in oratorio satisfaciât vsq; ad iustionem abbatis. Ex his cõstat, quàm serio sè & feruidè beatus pater Benedictus voluit monachos suæ religionis ad vnam refici mensam, & simul accedere, simulq; exurgere: Nam & à cõmuni mensa separari, excõmunicatio quædam est secundum eû, & tanq; pœna pro culpa infligitur. Deniq; de lectore refectorij facit specialem mentionem: & vult, quòd talis legat ad mensam, qui sua lectione possit ædificare edentes. Considerandum verò est, quàm periculosum esset frequenter à mensa communi se sine rationabili causa subtrahere, nec tamen pœnâ pro hoc præfixam atq; iniunctâ in regula subire & adimplere. Præterea in regula sancti Basilij sic habetur: Cùm necesse sit omnes venire ad horam prædij, si quis remanet absens, & post prandium venit, quid faciemus? Respondet sanctus Basilius: Si necessitate loci vel operis remaserit absens à mensa cõmuni, examinabit & agnosceret qui præest: si verò cum possit occurrere, nõ fati egit vt veniret, fateatur culpam negligentia suæ, & maneat absque cibo vsq; ad illam horâ, qua cõuenitur ad cibum in posteru diem. Ecce quâ districtè ille sanctus Basili⁹ instituit fratres venire ad refectoriu simul: quàm item dire non venientes puniuit. Augustinus quoq; ait in regula sua: Cùm acceditis ad mensam, quousq; inde surgatis, quod vobis legitur, sine tumultu audite, ne solæ fauces sumant cibum, sed & aures esuriant Dei verbu. Hieronymus etiam scribit in regula sua. Vt semper pro posse oretis, dum corpus reficitur cibo, saturentur animæ lectione: non est fas etiam secularibus simul cibum terere, & inania verba ructare. Hora refectionis mens vniuscuiusque sobria, intenta sit dulcedini verbi Dei. Postremò ex priuatis & separatis religiosorum refectionibus atq; conuiujs multa & magna ac periculosa vitia oriuntur: videlicet ingurgitatio, loquacitas, dissolutio, saturitas, delectatio sensualis, cõsolatio carnalis: ex quibus sequuntur concupiscentia & inflammatio corporis, fastidium diuinorum, somnolètia, scurrilitas, leuitas, perditio temporis infructuosa, immo & vitiosa, atq; in deuota & negliges per solutio operis Dei, quod solum maledictione meretur, sanctissimo Hieremia dicente: Maledictus qui facit op⁹ Dei negligeter. Omnino ergo curet religiosus iuxta regulæ suæ tenorè, ad communem pergere mensam: quia & hoc fraternam fouet dilectionè, & suspiciones abscondit sinistras: Oppositum verò tanquàm detestabilem consuetudinem fugiat.

Benedictus.

Reg. 21.

Monachi uinum non bibunt.

Reg. 19. Silentium magis est admodum esse obseruandum.

Augustinus.

Hieronymus.

Quæ vitia priuatis refectionibus sequuntur.

Hier. 41.

De

De sobrietate, silentio & alacritate in Dei obsequio conseruandis. Articulus XLIX.

Benedictus.

Reg. 21.

Monachi uinum non bibunt.

Reg. 19. Silentium magis est admodum esse obseruandum.

Reg. 21.

Bernardus.

Beatus Benedictus in regula: Remoueat, inquit, præ omnibus crapula, vt nunquàm subripiat monacho indigeres: quia nihil sic cõtrarium est omni Christiano vt crapula, sicut ait Saluator: Videte ne grauentur corda vestra crapula vel ebrietate aut curis seculi huius. Iterum ait: Legimus vinum omnino monachorum non esse: tamen quia temporibus nostris hoc monachis persuaderi non potest, saltem vel hoc consentiamus, vt non vsq; ad fatietatem bibamus, sed parcius: quoniam vinum apostatate facit etiã sapientes. Porro de obseruatione silentij scribit: Omni tempore silentio studere debent monachi, maxime tamè nocturnis horis, & post completorium nulli sit loquendi licentia. Faciamus quod ait Propheta: Dixi, custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Vnde si à bonis eloquijs interdum propter taciturnitatem tacendum est, quantum magis à verbis malis? Scurrilitates autem & verba inania in risum mouentia, æterna clausura in omnibus locis damnanda, & ad tale eloquium discipulum aperire os non permittimus. Præterea dicit: Ad horam diuini officij mox cùm auditum fuerit signum, summa cum festinatione & alacritate curatur, omni tamen tempore maturitate seruata: & operi dei nil preponatur. Oratoriũ sit id quod dicitur, nec aliud quid ibi agatur. Omnes superuenientes hospites tanquàm ipsemer christum suscipiantur, quia ipse dicitur: Hospes fui, & non collegistis me. Ait iterum Benedictus: Hanc regulam volumus sæpè in cõgregatione legere, ne quis fratrum de ignorantia se excuset.

Contra irreligiosos religiosos, ex dictis sancti Bernardi. Articulus XXX.



Doctor præcipuus monachorum beatus Bernard⁹ ait: Video quod magis doleo, post spretam seculi pompã, nonnullos in schola humilitatis, hoc est, in claustro, superbiã magis addiscere, ac sub alis mitis humilissq; magistris grauidis insolescere, & magis impatientes heri in claustro, quàm fuisse in seculo: quodque magis peruersum est, plerique in domo Dei non patientur se haberi contemptui, qui in sua domo non nisi contemptibiles esse potuerunt. Video & alios, quod nõ

sine dolore videri debar, post aggressam Christi militiam, rursus secularibus implicari negotijs, rursus cupiditatibus terrenis immergi, cum magna cura erigere muros, & negligere mores. Itãne mundum sibi, & se mudo crucifixerunt? Nec aliunde hæc omnia mala contingunt, nisi quia illam, qua mundus deserendus est, humilitatè derelinquentes, dum denuò facta sectantur secularium, efficiuntur canes reuersi ad vomitum. Nullus ordo recipit quippiam inordinatum: quod vero inordinatum est, ordo non est. Vnde non aduersus hominem, sed pro ordine disputare putandus ero, si non ordinem in hominibus, sed hominum vitia reprehendero. Dicitur, & veraciter creditur, sanctos Patres vitã monachorũ instituisse, & vt in ea plures saluarentur, vsque ad infirmos regulã temperasse rigorem. Absit autem vt eos credam tantas, quantas video in plerisque monasterijs, vanitates ac superfluitates præcepisse aut concessisse. Miror etenim, vnde inter monachos tanta intemperantia in commessionibus & ebrietatibus, in vestimentis & lectisterijs, & constructis ædificijs & equitarius inolescere potuit, quatenus vbi hæc studiosius voluptuosius atque effusus sunt, ibi ordo melius teneri dicatur. Ecce enim parcitas reputatur auaritia: sobrietas, austeritas creditur: silentium, tristitia iudicatur. Econtrã, remissio discretio creditur: effusio, liberalitas: loquacitas, affabilitas: cachinnatio, iucunditas: mollities vestimentorum & equorum fastus, honestas: lectorum superfluis cultus, mundicia: cùm quæ hæc alterutrum impendimus, charitas appellatur. Ista charitas destruit charitatem: hæc discretio, discretionem confundit: talis misericordia crudelitate plena est, qua videlicet ita corpori feruitur, vt anima iuguletur. Quæ etenim charitas est, carnem diligere, & spiritum negligere? Quæ discretio, totum dare corpori, & animæ nihil? Qualis misericordia, an cillam reficere, & dominam interficere? Nemo pro huiusmodi misericordia putet se consequi misericordiam, quæ misericordibus promittitur. Bona misericordia, misereri animæ tuæ: nec potest misericordiam non mereri, qua fit, vt placeas Deo: aliàs non est misericordia, sed crudelitas: non est charitas, sed iniquitas: nõ est discretio, sed cõfusio inutilis, carnis concupiscentijs in seruire, & animæ excolèdis virtutibus nullã operã dare. Quis in principio, cù ordo cõcepit monasticus, ad tantã crederet Monachos inertã deuenire? O quantum distamus ab his, q in dieb⁹ fuerit

Gal. 6.

Prouer. 16. 2. Pet. 1.

in Monachorum luxum.

Matth. 5. Eccl. 30.

Antonij: Siquidem illi, cum se inuicem per tempus ex charitate inuiferent, tanta ab inuicem auuiditate panem animarum sumebant, ut corralis cibi penitus oblit, diem plerumque totum ieiunij ventribus, sed non mentibus, transigerent. Et hic erat rectus ordo, uando digniori parti, scilicet animarum, prius inscriuebantur. Hæc summa discretio, hæc charitas vera, ubi animarum, quarum amore Christus mortuus est, tanta sollicitudine refocillabantur. Nobis autem conuenientibus in unum, ut verbis Apostoli utar, iam non est dominicam cenam manducare. Panem quippe celestem nemo est qui requirat, nemo qui tribuat. Nihil de scripturis, nihil de salute agitur animarum, sed nugæ & risus & verba proferuntur in ventum. Inter prandendum, quantum fauces dapibus, tantum aures pascuntur rumoribus: quibus totus intentus, modum nescias in edendo. Interim autem fercula ferculis apponuntur: & pro solis carnisibus, à quibus astinetur, grandia corpora piscium duplicantur. Cumque prioribus fueris satiatus, si sequentia attigeris, videberis tibi nondum gustasse pisces: Tanta quippe accuratione & arte cocorum cuncta parantur, ut quatuor aut quinque ferculis deuoratis, prima non impediatur nouissima, nec fatietas minuat appetitum. Transitur meta necessitatis, sed necdum delectatio superatur. Quis enim dicere sufficit, quot modis, ut cætera taceam, sola oua versantur & vexantur? quanto studio euertuntur & subuertuntur, liquantur, durantur, diminuuntur: & nunc frixa, nunc assa, nunc facta, nunc mixta, nunc singularim, sicque stomachus obruitur magis quam reficitur. Iam verò de aqua potu quid dicam, quando nec vinum aquatum admittitur, & fortiora vina præliguntur, immo & uina delibuta melle, pigmentorum resperfa pulueribus? quod ad nihil aliud valere video, nisi ut vel amplius, vel delectabilius poterit: sed cum uenæ vino fuerint ingurgitata, toto in capite palpitantes: sic surgenti à mensa quid aliud libet nisi dormire? Si autem ad uigilias surgere cogis indigestum, non cantum, sed planctum potius extorquebis. Cum verò ad lectum uenero, requisitus incommodum plango, non crapulæ excessum, sed quod manducare non queo. Quid de ipso monastico habitu dicam, in quo non calor, sed color requiritur, magisque cultui vestium quam virtutum insistentur? Queritur ad induendum, non quod utilius, sed quod subtilius inuenitur: non quod repellat frigus, sed quod superbire compellat: non denique iuxta regulam quod uilius

compari potest, sed uentius, immo uanius ostentari. Hæc me miserum qualemcunque monachum, cur adhuc uiuo, cui videre contigit ad ista deuenisse ordinem monachalæ, quo nullus in terra similior angelicus fuit ordinibus? Fusi iam sumus exterius, & de regno Dei, quod intra nos est, non curantes, relictis ueris, æternis ac spiritalibus bonis, foris querimus uanam consolationem de uanitatibus & insanijis falsis: ac iam religionis antiquæ, non solum uirtutem amissimus, sed nec speciem tenemus. Miles & monachus ex eodem partiuntur panno sibi cucullam & chlamydem: & habitus noster, qui esse solebat humilitatis insigne, iam à monachis nostri temporis in signum gestatur superbia: sicque exterior superfluitas & curiositas, interioris uanitatis indicium est. Mollia uerimenta, animi molliem indicant. Non tantum curaretur corporum cultus, nisi prius neglecta fuisset mens inculta uirtutibus. Væ semel, & uæ iterum religionis superbis, qui Christi humilitatem non sequuntur. Duplici contritione coteruntur qui huiusmodi sunt: quia & hic pro temporalis gloria temporaliter se affligunt, & pro interiori sua superbia in futuro ad æterna supplicia pertrahuntur. Insuper sanctissimus iste Bernardus contra negligentiam ait Abbatum: Miror, cum regula dicat, ad magistrum pertinere, quicquid à discipulis delinquitur, quomodo Abbates nostri talia fieri patiuntur: nisi forte, si audeo dicere, nemo confidenter reprehendit, in quo se esse irreprehensibilem non confidit. Siquidem humanitatis est omnium, unde sibi quisque indulget, alijs non uehementer irasci. Dicam dicam, præsumptuosus dicam, sed uerum dicam. Quomodo lux mundi obtenebrata est? Quomodo sal terræ infatuatum est? Quæ enim, ut cætera taceam, species humilitatis est, cum tanta pompa & equitatura incedere, tantis hominum stipari obsequijs? Hæc pauca ex dictis magni & diuini Bernardi, de his multa saluberrimè conscribentis, sunt sumpta: quæ dignanter ab his, quos conuertunt, cupio legi, ut præ oculis Deum habentes, uitæque huius breuitatem pensantes, iuxta sanctorum Patrum doctrinas ac regulas se emendent.

De modo quo, qui præest seu Abbas, procedere debet ad reformationem claustrum seu gregis sibi commissi. Articulus XXXI.



Voniam sine auxilio gratiæ Dei nil meritorie agere possumus, immo nec cogitare: quod maior res est reformatio

formatio cõmunitatis, eò amplius depedet à Deo, & tantò plus necessarium est speciale subsidium directionis & cooperationis Spiritus sancti. Abbas ergo siue superior, ad reformationem subditorum suorum uerè & ordinatè uolens procedere, imprimis humiliter se profundissimè coram Deo, propriam insufficientiam ex totis precordijs cõfiteus adiutoriumque diuinum lachrymose, affectuosissimè & indefinenter exorans, ut se illuminet, dirigat & confortet ad exhortandum salubriter, ad agendum exemplariter, ad consummandum feliciter, subditorumque corda dignetur misericordissimè intueri, mollificare & aperire ad audiendum & consentiendum ac perficiendum, quod eis suaderet & dicitur, ad quod tenent. Porro si Abbas uiderit se proficere, nequaquam inaniter gloriæ, sed Deo humilimè regratietur, totumque pietati adscribat diuinæ, ex intimo corde, ut Deo semper gratus ac subiectus consistat, & ipsum semper in cunctis glorificet. Secundo, quia ut sanctus Dionysius docet, Prælati tantæ debet esse perfectionis & gratiæ, ut ex plenitudine sua subditis suis communicet: Et plus est docere exemplum seu factis, quam uerbis duntaxat: prædicatio quoque illius non reputatur, cuius uita despicitur: hinc superior debet seipsum in omnibus exemplarem subditis exhibere, & uitam honorabilem imitabilemque præbere, ne ei dicatur: Medice, cura teipsum. De hoc superius multa sunt allegata, ex regula sancti Benedicti, qualem se debeat Abbas exhibere coram Deo & monachis. Abbas ergo ex dei amore & zelo salutis fraternæ humiliter seipsum & subditis suis se humiliter applicet, affabile reddat, amorosum ostendat, & tam uerbis, quam factis prouocet eos ad uiam salutis. Hinc ad Timothæum scribit Apostolus: Esto exemplum fidelium in uerbo, in conuersatione, in charitate. Prælati namque est quasi signum, in quod subditorum oculi diriguntur: Atque ut Seneca protestatur: Nil in tantum ducit subditos ad uirtutes, ut exemplaris uita maiorum. Tertio, Abbas seu præsidens considerare debet eos, qui melioris uidentur esse uoluntatis ad reformationem, & illos alliciat sibi & astringat ac roboret, & tamper se, quam per illos procedat ad exhortationem aliorum seorsum & secretè, & primò illorum, de quibus est sibi maior spes quod debeant consentire: qui si statim non consentierint, patientiam habeat, nec irascatur, sed oret pro eis, nec cesset. Præcipue quoque laboret inducere seniores ad consentiendum reformationi: qui merito tantò libentius

consentire debent, quò se uident uiciniore ad mortem, & quò Deus eis pepercit diutius: Senioribus quippe consentientibus, iuniores facilius inducuntur, & minus audent resistere. Deinde superior incipit subditos, & Abbas conuentum generaliter, pijsimè atque dulcissimè exhortari ad emendationem, ad uirtutes, ad professionis impletionem: legatque Abbas monachis aliqua uerba ex regula, quam sunt professi, potissimè ea quæ pertinent ad tria uota omni religioni substantialia, & exponat eis quam periculosum atque damnabile sit, uotum in professione factum non satisfacere. Præterea, si Abbas uiderit sibi necessarium esse, uocet ad se aliquos uiros religiosos, timoratos & sapientes, præsertim Abbates ordinis sui, qui cum ipso admovent monachos ad reformationem, & consilio atque auxilio sibi assistant. Si autem aliqui essent ita rebelles & duri, quod Abbas uideret se maiori & potentiori indigere auxilio, posset episcopi sui aduocare subsidium, maxime si sciret Episcopum ex corde uelle succurrere, & nec precibus neque muneribus flecti debere. Si uerò hoc timet, impetret aliquos Deum timetes atque idoneos, quibus episcopus uicem & auctoritatem suam committat: qui uenientes, fideliter astent & cooperentur Abbati. Denique, teste Dionysio, à distanti in distans non fit motus, nisi per medium: & de uo extremo non uenit ad aliud, nisi medium pertranscundo: Nemo quoque repente fit summus: & paulatim longius itur: Hinc Abbas omnia discretissimo atque pijsimo moderamine agat, non statim in principio totum ordinis rigorem monachis imponendo, sed infirmitatibus imperfectorum condescendat, eosque paulatim ad perfectiora trahere enitatur, ita ut in primis ad obseruantiam substantialium inducantur, deinde pedetentim ad alia. Et quia qui timet Deum, nihil negligit, atque amanti nihil difficile est, hinc Abbas seu quicumque superior, magis conetur sibi commissos inducere ad Dei timorem & amoris spiritalis feruorem, quam ad exteriores obseruantias rigorosas: Nempe cum cooperentur Deum timere atque diligere, spiritalisque uitæ suauitatem aliquantulum degustare, ex seipsis mouebuntur ad obseruantiam eorum, quæ ordinis sunt, & pro salute sicut solliciti. Vnde nonnulli uolentes alios reformare, magis destruant eos, quia indiscretè procedunt, & ab exteriori rigore corporali que obseruantia sumunt exordium: sicque subditi instar rei, quæ

1. Cor. 11.

Monachorum nostri temporis luxus.

1. Tim. 4.

Eccles. 7.

Bernardus

Apost. 1. Tim. 4.

1. Tim. 4.

Prælati subditorum uicem seipsum esse.

Superioris siue Abbatis officium.

Rebelles quo pacto corrigendi.

Dionysius

Discrete ut procedendum sit ad reformationem subditorum.

Eccles. 7.

Ad Dei timorem inducens diuinos.

Aliunde aduocandos, qui monasticæ uitæ exempli præbeant.

quæ violenter mouetur, trahuntur, coguntur & tribulantur: nec tamen proficiunt, quia non habent intra se principium motionis ad bonum, ut patet timorem Dei aut charitatem. Præterea, reformatione incepta, potest Abbas aliquos sui ordinis monachos multum deuotos & exemplares, ex aliquo alio cœnobio impetrare, qui ad tempus in suo sint claustrò, ut monachis suis nondum exercitatis in obseruantijs ordinis, ostendant verbis & factis modum monasticæ conuersationis, formam spiritalis profectus, exercitium deuotionis internæ, regularisq; obseruantiam disciplinæ. Gregem etiam reformatum Abbas cum diligentia summa custo-

diat, ne recidiat: sed & regulam suæ professionis frequentius legat, ut sciat quomodo eum oporteat in omnibus loqui & operari, & perseueret fortissimè vsque in finem, inuocetque quotidie beatissimam virginem Mariam in adiutricem, & ceteros Sanctos, eos præcipuè, ad quos magis afficitur, & ordinis sui institutorem, ut sanctum Benedictum vel alium, si est canonizatus: ut & ipse tandem post huius uitæ decursum, Sanctorum mereatur cœtibus adunari, & tantò gloriosius coronari, quòd plures per eum fuerint reformati. Ad laudem & gloriam Omnipotentis, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

Libri de Reformatione claustralium finis.

D. DIONYSII CARTHVSIANI DE REFORMATIONE MONIALIUM DIALOGVS.

ARTICVLVS I.

Cont. 5.



Mox Sponsi Christi: Aperi mihi soror mea sponsa: Te alloquor & exhortor ô monialis, quæ in tua professione consecrata, oblata & desponsata es mihi, ut prier & extra me, nullum adspicias amatorem, & solenni voto te obligasti adhærere & seruire mihi inuolabiliter vsque ad mortem in vera paupertate, in sancta mentis & corporis castitate, atque in spontanea obedientia: & quamuis vota ista non impleas, tamen sororem te uoco & Sponsam: sororè, propter communionem naturæ humanæ in me & re: sponsam quoque, propter spiritalem desponsationem, qua desponsata & dedicata es mihi, & meis mancipata obsequijs, iuxta tenorem regulæ tuæ: & etiam ideo, quatenus tam amorosis & dulcibus nomini bus nominata à me, accendaris meo diuino amore, atque celerius conuertaris ad me tuum Creatorem, Saluatorè ac Spòsum. **M O N I A L I S.** magna fatcor & ineffabiliter magna est ista dignatio, quòd tu Domine Iesu Christe vnigenitus Dei Patris, æterno Patri equalis, verus Deus & homo in vnitate personæ, dignaris me fragilem creaturam vocare tuam sororem ac sponsam: tantæ quoque dignationi teneor esse grata. Veruntamen hoc contristat me & affligit, quòd asseris me

non implere vota, quæ tibi in professione mea promisi. Ecce enim, nonne in claustrò maneo, habitum mei ordinis porto, chorù die ac nocte uisito, horas persoluo canonicas, abbatissæ meæ obediò: nec aliquid habeo, nisi de voluntate ipsius, nec virum cognosco. Nunquid parua aut nulla videntur tibi hæc omnia? Nunquid tantus labor erit inutilis, cum tamen dicat scriptura: Bonorum laborum gloriosus est fructus? **C H R I S T V S.** Quoniam emollitum & compunctum est cor tuum ex dignatione mea & amorosa uocatione, qua te nominavi sororem & sponsam, ideo ut amplius inflam meris charitate bonitatis ac dulcedinis meæ diuinæ ac infinitæ, uolo te cõsequenter sub nomine spòsi alloqui & hortari, & uolo ut tu sub nomine sponsæ respondeas mihi. **S P O N S A.** Hoc facere non audeam, nisi tu ipse ô gratiosissime sponse præciperes. Non ergo presumptioni, sed obedientiæ ascribatur, quòd te nomino sponsam meum, & me sponsam tuam. **S P O N S V S.** Ita fiat: Sed respondere tibi nunc uolo super hoc, quòd dicis te contristatam que afflictam, eò quòd dico te tua vota mihi promissa non adimplere: & probò tibi, quòd nullum eorum quæ modo dixisti te obseruare, obserues eo modo, quo obligaris. **S P O N S A.** Dixi imprimis, quòd in claustrò maneo, quod patet ad oculum.

S P O N S A

S P O N S V S. Corporaliter manes in claustrò, sed mente vagaris per mundum, & mundum, quem corporaliter reliquisti, intra te habes clausum, vana & secularia cogitando ac appetendo. Interdum quoque exis de claustrò, & uisitas tuos propinquos, & quæris mundana solatia: sæpius quoque optas exire, cum tamen deberes in claustrò sub perpetua clausura manere, atque implere quod Spiritus sanctus per prophetam loquutus est tibi: Audi filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum Patris tui. **S P O N S A.** Multa obijcis mihi, & in multis accusas me, quæ negare non possum, nec audeo, quoniam omnia nuda & aperta sunt oculis tuis, & cordium intueris secreta: Sed vnum dixisti quod admiror & horreo, quod & valdè difficile mihi esse videtur: Nam dicis, quòd deberem in claustrò sub perpetua clausura manere, quod non habetur in regula. Et cur moniales potius essent sic clausæ, quàm monachi existentes ordinis eiusdem cum ipsis? Aliquos tamen monachos clausos esse cognosco, ut Carthusienses: idcirco nec miror, quòd moniales ordinis Carthusiensis sint clausæ. Veruntamen & ipsi Carthusienses ex speciali suorum superiorum licentiâ aliquando exeunt & uisitant suos. **S P O N S V S.** Ad hæc tibi respondebo plenariè in sequenti articulo.

Quòd uniuersæ moniales debeant permanere sub perpetua monasterij sui clausura. Articulus II.

S P O N S V S.



Hoc scias, quòd vnusquisq; fidelis & Christianus, tam religiosus quàm secularis, magis teneatur summo Pòtifici obedire, quàm alicui inferiori prælato in omni casu sine exceptione, sicut & Doctores Catholici super secūdum Sententiarum describunt. Nunc ergo aduerte, quid vicarius meus Bonifacius octauus Pontifex summus sexto Decretalium ordinasse ac præcepisse legatur: Cupientes salubriter prouidere periculoso ac detestabili statui quarundam monialium, quæ laxatis habenis honestatis, & impudenter abiectis monachali modestia ac verecundia sui sexus,

nonnunquam discurrunt extra monasteria sua per habitacula secularium hominum, & frequenter infra monasteria sua admittunt personas suspectas, in grauem offensam illius, cui suam integritatem uoluntate spontanea deuouerunt, & in religionis opprobrium ac scandalum plurimorum, præsentis constitutione perpetuè irrefragabiliter ualitura sancimus, vniuersas & singulas moniales præsentis atque futuras, cuiuscunque sint ordinis, debere manere sub perpetua monasterij sui clausura, nisi tali ac tanto morbo aliqua earum laboraret, quòd non posset cum alijs absque graui periculo aut scandalo commorari. Nulli etiam inhonestæ personæ nec honestæ pateat accessus ad moniales sine speciali licentiâ superioris, & nisi fuerit manifesta & rationabilis causa, quatenus moniales, sic separatæ, omninò à publicis ac mundanis conspectibus, valeant **D E O** seruire liberius, & custodire ei diligentius corda sua & corpora in omni sancti monia, omni oportunitate lasciuiendi subblata. Considerasne in his uerbis, quòd statum ac usum monialium exeuntium claustra sua Pontifex summus uocat periculofum ac detestandum, atque quòd moniales, sic exeuntes, laxant habenas honestatis, id est, contra frenum ac uirtutem honestatis debitæ agunt, ac impudenter abijciunt religiosam modestiam ac uerecundiam ad sexum fœmineum præcipuè pertinentem: quòd item per hoc offendunt grauiter **D E V M** & me sponsum cœlestem, cui uoluntariè promiserunt suam integritatem & castitatem: quòd etiam exitus talis cedit in opprobrium sanctæ religionis, & in scandalum plurimorum? Si igitur credis me in Euangelio uere dixisse: Væ homini per quem scandalum uenit: Et rursus: Quicumque scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris: si ergo tam graue atque damnabile est scandalizare vnum pusillum, quàm uitiosum ac damnabile putas esse, plurimos scandalizare? Intuere itaque quàm multipliciter exitus ille de claustrò uituperetur & offensiuus sit **D E I.** **S P O N S A.** Considero ista, & terreor ac contristor. **S P O N S V S.** Cur ex dictis terreris & contristaris? **S P O N S A.** Partim ob hoc, quia frequenter peccasse monachali modestia ac uerecundia sui sexus, quia

444

444

444

444

444

444

444

444

444

Lucæ. 17
Matt. 18

quia tam sæpè & sine necessitate exiui: magis tamen ob hoc, quia res ardua est & multum difficilis, sub perpetua hac clausura manere. SPONSVS. O mulier mala, cur tibi videtur ita difficile semper in claustrum manere, nisi quoniam diligis mundum & ea que mundi sunt? nec desideria cordis tui figis in me, sicut tua requirit professio? Propinquos quoque & amicos tuos seculares diligis non pura & spirituali, sed potius sensuali affectione. Porro, si toto corde diligeres me, & verè deuota ac spiritalis esses & diligens in custodia cordis tui, ac feruida ad proficiendum in omni virtute, prout pertinet ad omnem religiosam personam, tunc nihil amplius abhorres, quam de claustrum exire, & iucundissimum tibi esset in claustrum semper manere: quia sentires quotidie spirituales delicias, & experientia propria te doceret, quam verè dulcissimum sit ac salubre, Deo pura mente vacare, & cum tranquilla ac bona conscientia ei esse vnitum, & occupari in orationibus, laudibus ac contemplationibus Dei, atque internis, spiritalibus ac mundissimis amplexibus, cõsolationibus, illuminationibus & visitationibus sponsi cœlestis frui & recreari: quibus gustatis, mundus & ea que mundi sunt, vniuersa solatia vana, carnalia gaudia ac omnia impedimenta spiritalis profectus, & diuini amoris atque internæ deuotionis & puritatis verteretur tibi in naufragium & horrorem ac tædium. SPONSA. Hæc vera esse credo ac fateor: sed quis potest ad istam perfectionem venire? SPONSVS. Non vides quam multæ sint adhuc verè deuotæ moniales, præsertim Regularissæ in patribus istis & quedam Clarissæ, quæ in sua clausura perpetua libentissimè manent, & spiritalibus cõsolationibus cœlitus refouentur, quibus tam molestum esset suam clausuram exire, quam graue est tibi in claustrum semper manere? Si ergo vis mihi acquiescere, docebo te breuiter, qualiter mea gratia adiuuante, possis ad præctam perfectionem pertinere, & in clausura cum gaudio perseverare. SPONSA. Obtemperare tibi intendo, sed scire desidero, an ne ante præinductam constitutionem Bonifacii Papæ erant moniales reclusæ vel ad clausuram perpetuam obligatæ: & cur in regulis Patrum sanctorum non sit mentio ista de clausura: cur etiam monialibus magis quam monachis iniungitur hæc clausura: & itè, qualiter res ad hoc deuenit, quod moniales iam passim & quasi vbiq; exeunt claustrum frequenter ac pro facili causa. SPONSVS. Multa interrogas satis vtili-

ter, quamuis partim fœminea curiositate, ad que omnia tibi in sequenti articulo ac postea respondebo.

Quod moniales à principio suæ institutionis fuerunt clausæ, & de causis huius clausuræ, & qualiter ad violationem clausuræ ipsi sint lapsæ. Articulus III.

SANCTI Patres beatissimi institutores ordinum diuersorum, Antonius, Pachomius, Basilius, Augustinus, Benedictus, Fraciscus, Dominicus & alij quidam, regulas suas primò instituerunt pro viris & monachis, non pro monialibus: idcirco in regulis Patrum illorum non sit mentio de monialibus nec de earum clausuris. Postmodum verò ceperunt non solum viri, sed etiam puellæ ac virgines assumere ordines à sanctis Patribus institutos: & tunc religiosi Patres Rectores monialium ordinis sui, fecerunt quasdam speciales ordinationes pertinentes ad gubernationem monialium salutarem, inter quas ordinationes vna de principalioribus fuit, quod clausuræ essent. Aliqui verò Patres sancti regulas suas primò & directè instituerunt pro monialibus, vt gloriosus Hieronimus: & in illorum regulis continetur de monialium clausura perpetua, vt manifestè patet in beati Hieronymi regula. Porro, Bonifacius Papa, qui iussit moniales esse iugiter clausas, non diù defunctus esse videtur constat, quod multis & diuturnis temporibus ante ipsum moniales fuerunt clausæ, sed per aliquot annos ante ipsum Bonifacium fuerit lapsæ à sua clausura, sicut & modò sunt, ideo dedit generale mandatum, vt vniuersæ moniales sint clausæ: quod mandatum fuit renouatio ac confirmatio ordinationis Patrum sanctorum de clausura monialium. Et quia præceptum summi Pontificis maxime ligat, ideo post constitutionem illam Bonifacii Papæ magis obligatæ sunt moniales ad clausuram, quam antè. Quemadmodum autem ex negligentia superiorum suorum atque ex propria fragilitate, & peruersitate lapsæ sunt, & paulatim deuolutæ ad transgressionem votorum suorum & aliarum obseruantiarum multarum, ad quas tenentur, sic ad violationem suæ clausuræ miserabiliter deuerunt & corruerunt. Insuper cur monialibus magis, quam monachis generaliter iussa est clausura perpetua, facile est pensare, quia videlicet fœmineæ sunt specialiter ac naturaliter multum instabiles, fragiles, molles ac debi-

Cur monialibus magis quam monachis iniungitur clausura.

debiles ratione: ideo periculosissimum est monialibus inter seculares homines, præcipuè inter viros apparere & conuersari, ipsosque inspicere, alloqui & audire: nec solum monialibus, sed & viris hoc ipsum periculosum est valde, quod totum experientia, pro dolor, frequenter edocuit, & quotidie monstrat. Nec aliqua lingua potest exprimere, quanta peccata & scandala orta sint atque assidue oriuntur ex hoc, quod moniales claustra sua egrediuntur & personas visitant seculares, viros quoque permittunt ingredi sua claustra, & loquuntur cum ipsis. Vtinam tumentes vteri & argumenta currentia super terram, non demonstrarent hoc ipsum. Præterea moniales specialiter consecratæ sunt, benedictæ & oblatæ sponso cœlesti, ideo oculos suos debet auertere ab omni alio amatore, & omnem occasionem infidelitatis & violationis vitare. Certum est quoque, quod multò indecentius sit mulieres ac virgines in publico apparere, quam viros. SPONSA. Ad omnia quæ interrogavi, intelligo mihi esse responsum, nec potest his contradicere: ideo precor edoceri, qualiter possim ad tantam spiritualitatem & deuotionem atque internam cõsolationem pertinere, vt nunquam desiderem claustrum exire, nec personam viri adspicere, sed toto corde in cœlesti sponso quiescam. SPONSVS. De hoc te libèrè docebo: sed prius volo te clarius informare de causis præfatæ clausuræ, & de proprietatibus fœminarum, vt cognoscas te ipsam, sicque humilior fias, & scias, quam necessaria sit monialibus hæc clausura, & viro- rum vitare colloquia, consortia & aspectum.

Quam necessaria & fructuosa sit monialibus clausura perpetua. Articulus III.

SPONSVS.

Idelis & prudens seruus meus Hieronymus cum centum esset annorum, scripsit regulam monialibus ordinis sui, in qua tangit, qualis communiter sit naturalis dispositio mulierum, & ait: Debilis est nimium sexus quem geritis, fragilis ac mobilis, si suo relinquatur arbitrio: & quamuis virtuosus sit animus mulieris, tamen nisi regatur, nisi dirigatur continue, citò deiecitur à sancto proposito. Ideo mulieri, quamuis religiosa, non sit stricta familiaritas nec incauta collatio cum Patre spirituali, verè non tacebo infelicè miseriam muliebris conditionis sub feruore spiritus, sub charitate nimium stricta, nisi custodia grauitatis ponatur ori: si præbea-

tur loquendi videndique copia, statim libido carnis de spirituali nascitur charitate. Ideo hortor charissimæ filiæ, vt que Christo desponsatæ estis spirituali coniugio, cui vouistis omnem fidelitatem castitatis, & nullum amatorem cognoscere præter ipsum, vt que raris effugere intuitum faciei cuiuslibet viri, quauis ornatus sit sanctitate, etià si æqualis sit sancto Iohanni Baptistæ in meritis. Credatis experto: Nihil periculosius est viro quam mulier, & mulieri quam vir, vterque ignis, vterque palea. Dicà audacter: Proh dolor, Dei templa, vasa Spiritus sancti & ædificia Deo dicata, fiunt prostibula, nisi diligenti seruentur custodia: & auferuntur tam nobile depositum, tam pretiosus thesaurus, & heu irrecuperabile decus virginitatis auferuntur, si incessabilis insidiator Diabolus valet infigere intuitum per tenuem rimulam alicuius dilectionis ineptæ: ideo omni custodia cor seruetur. Credite mihi, turba sacerdotum aut religiosorum circumuenientium seu circuncuentium, omnem sanctitatem expellit à consortio mulierum. Ideo si sacerdos circa aliquam sororum videtur inepta familiaritate adstringi, non sinatur oriri, quod non sine magno scandalo remoueri potest exortum. Corripiatur à superiori: si correptus, ab incipitis non cessat, remoueat, quantumcunque vtilis videatur. Impudici pedes limina monasterij nunquam terant. Lingua viri, ignita sagitta Diaboli est mulieri. Labia viri, venena mulieribus præbent, per que Diabolus vulnerat miserum cor mulieris sagittis tentationum. Vir, cuiuscumque cõditionis existat, aut nunquam appareat coram vobis, aut visus terreat visum vestrum velut horridum monstrum. Propter ea volo, vt si cum viro omnino loqui oporteat, velum in fenestra trahatur abscondat faciem vnus ab alio, nec liceat videri, quod concupisci non licet. Sanctus Dauid videndo capitur, & tota scriptura testatur, quod victoria non speratur in isto certamine, nisi ex fuga. Secreta verbum la suspicione non carent. Idcirco præcipio, vt nulla sororum loquatur alicui extraneo sine præsentia Abbatissæ, aut sororum. Inter vos nunquam habeatur mētio de viro, si possibile est. Vltra quam creditur, exultat Diabolus, si in corde fœmineo viget memoria viri. Proh dolor, infelix conditio sexus vestri: sanctior mulier si viro adhæreat, quantumcunque spirituali affectu, inclinatur tandem ad nefas, si in viro virtus deficiat. In fortunatissimum genus mulierum: nam o capiuntur vt pisces, ad macellum conducuntur vt bestiæ, proteræ sunt & fictitia cupiunt,

subornata verba deposcunt, fabulas non fastidiunt. Credite charissimæ, credite seni penè omnia experto: non possunt iugiter claudi sensus nostri exteriores in tumultibus hominû: Ideo solum in silentio & quiete vitantur cogitationes peruersæ: propterea hortor, vt non nisi sanctarum mentium verba audire velitis. Tam rarè coram vobis vir appareat, tam rarè inter vos mentio habeatur de viro, vt puellæ vestræ penè virilem sexum ignorent; sic consortia hominum fugite, vt ad vos nequaquam perueniat quicquid agatur in seculo. Solus sponsus vester Iesus Christus constringatur & fruatur à vobis strictis amplexibus: sola cum solo sponso loquamini lectionibus sacris, orationibus laudibusque deuotis, aut meditationibus sanctis: zelotypus valdè est sponsus vester, nullatenus vult sponsas suas venire in publicum, ne concupiscantur ab amatoribus seculi, & ne ipsæ concupiscant ea, quæ mundi sunt. Semper vult solus sponsus vniri, neminem vult admittere ad solatium. Quod si alium queritis amatorem, statim recedit, protinusque dissoluit omne spiritale coniugium. Idcirco in monasterio vestro quasi in thalamo maneatis cum sponso. Extra monasterij limitem nulli vestrum liceat ire: hæc lex, hæc norma, hæc summa professio sit omnibus vobis, vt quæ semel intrauerit, post professionem nunquam permittatur exire. Hæc omnia sanctus Hieronymus scribit in Regula sua. Et quamuis specialiter scripserit ea monialibus ordinis sui, nihilominus ad omnes pertinent moniales. Ex eis patet, quàm utilis & necessaria sit clausura perpetua monialibus vniuersis; & quanta existat fragilitas sexus fœminei, & quàm defectuosæ sint proprietates fœminarum communiter ex natura, quæ tamen per gratiam Dei & virtutes reformari possunt ac perfici. SPONSA. Documentis & assertionibus tam antiqui sancti & experti viri Hieronymi est credendum, nec dubito quin magni sit meriti apud Deum, pro eius amore in clausura perpetua permanere. Sed moniales consuetæ exire & libertate sua gaudere, atque interdum mundanis consolationibus recreari, qualiter poterunt ad hoc induci, vt permittant se claudi? & quomodo poterunt ad tantam spirituale ac perfectionem pertingere, vt non cupiant de claustro exire? SPONSA. Ad hæc tibi in sequenti articulo respondebo.

Clausura perpetua monialibus utilis.

Qualiter inducendæ sint moniales ad clausuram & obseruantiam regulæ, sicut professæ sunt & tenentur. Articulus V.

SPONSVS.



Icut tactum est proprietates fœminarum communiter est, appetere prohibita & negata: idcirco cum fuerint cõsuetudinibus prauis infectæ & deformatæ, valdè difficile reformantur, nec in formationibus rationabilibus faciliter acquiescunt, sed reclamant, plorant, & suis carnalibus conqueruntur amicis. Veruntamen quia omnipotenti Deo facile est corda ipsarum illuminare, compungere, emollire, conuertere, imprimis orandum est pro eis feruidè & instanter, deinde admonendæ & instruendæ sunt pie & seriosè, vt benè considerent, quid Deo in sua professione promiserint: quàm enormiter peccent quotidie contra suam professionem agendo, ac regulam in multis transgrediendo, & quàm grauissimam per hoc damnationem promereantur: Idcirco perpendant rigorem diuini iudicii, & breuitatem atque incertitudinem vitæ præsentis, & quàm grauè ac intolerabile eis erit æternaliter claudi, torqueri & vri in carcere infernali, quæ modò non volunt per modicum tempus propter Deum manere intra clausuram cœnobij. Insuper exhortandæ sunt, vt sapienter aduertant, quàm ineffabiliter magnam gloriam merentur, si spontè in sua clausura & obseruantia regulari manerent: quântum quotidie crescerent in omni virtute, dono & gratia Spiritus sancti: quàm dulciter visitarentur & consolarentur à sponso cœlesti: ita quòd desuper illustratæ, maximè abhorerent exitum de clausura, & omnè Dei offensam ac regulæ transgressionem, potissimè in his, quæ sunt contra tria vòta omni religioni claustrali substantialia. Si autem nõ acquieuerint his & cõsimilibus exhortationibus pijs, compellendæ sunt à superioribus suis per viam rigoris, per debitas pœnas Ecclesiasticas & censuras, ad obseruantiam sui ordinis & clausuram. Propter quod & fautores earum informandi sunt seorsum prudèter de periculositate status monialiû attentiû eis. SPONSA. Boni essent isti processus, sed maiores ac visitatores nostri ad deformationè sùt lapsi, & viuut sicut & nos. SPONSVS. maioribus, prelatis, Archiepiscopo atque Episcopis iussu est in constitutione Bonifacij Papæ præallegata, reformatiõni monialiû operâ dare, verti circa hoc eadè facere potes obiectionè. SPONSA. Quid igitè restat? SPON-

Moniales exhortationibus non acquiescentes, ac cõsimilibus iussu sunt exhortandæ.

SPONSVS. Deficiente humano auxilio, ad diuinum oportet confugere. Monialis itaque cupiens iuxta regulam suam ducere vitam salubrem, si hoc in monasterio proprio deformato agere nequit, ingrediatur aliud claustrum ordinis sui, in quo regularis obseruantia viget: & si tale inuenire nequieuerit, intret cœnobiû alterius ordinis, in quo virtuosa est vita: & si hoc sine dispensatione facere prohibetur, dispensationem per veros amicos adipisci conetur. Interim verò inter suas consoreos conuersetur meliùs quòd potest, offerendo Omnipotenti promptum affectum pro opere, & dolèdo de eo, quod opere non potest implere. Id quoque quod ei à spiritali matre conceditur, habeat non vt proprium, neque vt domina rei illius, sed tanquam sibi aliquo modo appropriatû pro sua sustentatione, & tanquam procuratrix sui ipsius de licentia superioris, & re illa vtatur moderatè ac sobriè, nec faciat inde eleemosynam aut aliam erogationem, nisi de superioris licentia, sitque semper toto corde parata resignare ad manus superioris, dum ipsa voluerit, quicquid habet. Et si plures essent huiusmodi moniales in vno cœnobio, possent inter se viuere in communi: itaque ita se habeat, quousque poterit locum acquirere in monasterio virtuosè regulariterque viuendum. SPONSA. Sanum consiliû, sed inter peruersas & proprietarias religio se viuere & saluari, valdè videt difficile. SPONSVS. Ita est, sed gratia adiuuante alleuiatur. Gratiofium autem & copiosum auxilium datur postulatibus illud seruenter ac incessanter. SPONSA. Multum periculosa & vitiosa apparet vita monialium, quæ vota sua non implent, nec regulariter conuersantur. SPONSVS. De hoc consequenter clariùs te informabo.

De auxilio postulantibus non negatur.

Quàm periculosissima, vitiosissima & damnabilissima sit vita monialium irregulariter conuersantium, nec sua vota implentium.

Articulus VI.

SPONSVS.

Infringere iuramentum vitiosius est quam peccare.



Gnosce & diligenter perpende, quòd solennis professio religionis personæ plus obligat, quàm iuramentum, ita quòd vitiosius est, votum quodcumque; talis professionis infringere, quàm peccare, vt sanctus Thomas declarat: Sicque monialis quotiescumque; aliquid agit contrarium suæ professioni, toties peccat enormi, & magis mortaliter, quàm peccat

rans, & tamen periurium est tam graue peccatum, etiam secundum reputationem iuris ciuilibus, quòd periuri sunt omni honore indigni, & maximè coram omnibus confunduntur, quàmuis semel duntaxat peierent. Quàm vitiosa ergo, detestabilis atque damnable est persona claustralis, quæ non semel duntaxat, sed quotidie, immò multoties quolibet die suam violat professionem, habendo proprium, & proprio illo multis modis ac frequenter vtendo? Nam quotiescumque tractat & exponit rem illam peculiarè, seu aliquo modo vtitur ea, toties agit contra votum paupertatis, & peccat, non solum mortaliter, sed & mortalissimè, & enormi, quàm si peieraret, violando suam professionem: & idem iudicium est, si agat contra votum castitatis aut obedientiæ, seu contra alia, quæ præcipiuntur in regula, vel in professione formaliter cõtinentur. SPONSA. Heu quid audio, quàm enormiter sæpè excessisti? SPONSVS. Audi plenius: quid festinas? In religionibus approbatis excommunicantur à præsidente aut regente in die palmarum aut cœnæ Domini personæ monasterij proprietariæ, à qua excommunicatio absolui non queunt, quandiù manent proprietariæ. Quàm vitiosa ergo & damnanda conuersatio est earum, quæ in proprietate & excommunicatione illa manentes, in die Paschæ & postea cõmunicare presumunt, atque in tantis manent flagitijs usque ad mortem? Amplius, sicut Doctores Catholici fideliter probant & dicunt, religiosæ personæ regulam non seruantes, sed vitiose viuentes, nihil iuris habent in bonis cœnobij, quæ deputata sunt obseruantibus regulam, & vitam verè religiosam ducentibus, non transgressoribus regulæ: ideo quicquid moniales proprietariæ & sua vota præceptaque regulæ violantes consumunt, & in suos vsus conuertunt de bonis claustris, hoc totum est furtum & sacrilegium ac rapina, & ad restitutionem tenentur. Insuper multa continentur in regula, quæ quamuis prima facie nõ obligat ad mortale peccatum, si aliquando non seruentur, dummodò persona religiosa suam culpam inde recognoscat, pœnitentiamque; assumat, ac impleat iuxta ordinem consuetudinem & tenorem seu institutionem: si autem frequenter & passim violentur, nec per recognitionem culpæ & satisfactionem emendentur, nequaquam excusari possunt à culpa mortali, vt sunt fractio silentij, absentia à diuinis, omisio ieiunij regularis aliquo die ex fragilitate humana, vel ex dispensatione præsentis, non existente

Religiosi pœnitentiarum, quòd tantis excommunicantur.

Nota lectoris

Leuia etiam vitia mortalia sunt, si frequenter committantur.

causa rationabili, ad dispensandum sufficien-
 ti. Cum ergo in talibus multis excedant fre-
 quenter moniales, vota sua & regulam institu-
 ta non implentes, certum est, quod ineffabi-
 ter & innumerabilia multa magna vitia inci-
 dant: quia nec abstinent ab esu carniū, pro-
 ut regula continet: & in vestium curiositate
 ac transgressione suae clausurae, multaque
 alijs peccant assidue: nec horas canonicas
 cum debita gravitate, deuotione & obserua-
 tia temporis cantant & soluunt. SPONSA.
 Si haec ita se habent, immo quia haec vera
 sunt, videtur vita tam vitiosa atque damnabi-
 lis in hoc mundo non esse, vt vita religio-
 rum vtriusque sexus, sua vota & regularia in-
 stituta non obseruantium. SPONSVS. Sic
 vtique est: Nam & sancti Patres Hierony-
 mus, Augustinus ac alij protestantur, quod
 sicut non viderunt meliores ijs, qui in reli-
 gione monastica profecerunt: sic non viden-
 rent peiores & obstinaciores ijs, qui in eade
 non profecerunt, nec sua vota ac debita per-
 soluerunt. SPONSA. Nisi tales essent omni-
 no excacati & grauiter obstinati, compun-
 gerentur & terrentur ex verbis iam habi-
 tis. Et nunc quae doce me, qualiter possim
 ac debeam ad tantam virtuositatem & spiri-
 tualem caelestis sponsi degustationem per-
 tingere, vt non optem claustrum exire, aut
 mundanas consolationes habere. SPON-
 SVS. Tam pio ac salubri desiderio satisfac-
 iam modò.

Non est vita
 nictiosior, quã
 religiosorum
 maliorum.

*Qualiter monialis possit ad tantam virtuositatem
 atque tam dulcem caelestis sponsi degustationem
 venire, ut non cupiat exire conuicium,
 nec habere aliquod munda-
 num solatium. Arti-
 culus VII.*

SPONSVS.

Vota religio-
 sorū tria quã
 do uiolentur.



RIA sunt quae omnes religiosi
 principaliter uouet: Primum est
 paupertas, id est spontanea abne-
 gatio totius proprietatis in reb-
 opibusque terrenis: & haec paupertas est virtus,
 ad quam non sufficit, proprium nil habere,
 sed non optare nec uelle aliquid proprium
 possidere. Ideo quotiescumque religiosa per-
 sona cupit aut nititur habere aliquid proprium
 aut utitur illo, nisi forsitan in extrema neces-
 sitate, toties agit & peccat contra hoc uotum,
 & contra hanc uirtuosam ac uoluntariam pau-
 pertatem. Secundum uotum est, obseruatio ca-
 stitatis perpetuae, quae est uirtus refrenans
 concupiscentias carnis indefinenter: ideo re-
 ligiosa persona non solum frangit hoc uotum

per commixtionem carnalem, sed etiam quan-
 documque; ex deliberatione rationis consentit in
 talem commixtionem, aut in delectationem
 Veneream, aut appetit eam. Tertium est obe-
 dientia, quae est uirtus, per quam religiosa
 persona propter Deum abnegat propriam uo-
 luntatem, atque ex corde sponte se subdit ac
 obtemperat suo superiori. Idcirco ad hoc quoque
 religiosa persona impleat uotum hoc, non suf-
 ficat, quod exterius ac corporaliter agat & im-
 plet, quod sibi à superiori suo iniungitur,
 sed tenetur illud implere libere ex animo.
 Ordinantur autem haec tria uota principali-
 ter ac finaliter in hac uita ad dilectionem pu-
 ram & perfectam. Tria sunt enim, quae ad perfe-
 ctam dilectionem Dei praesertim impediunt: Pri-
 mum est, amor, sollicitudo & occupatio cir-
 ca terrenas diuitias, & hoc impedimentum
 expellit praefata paupertas. Secundum est
 uoluptas carnalis, & amor sensualis paren-
 tum ac propinquorum: quod impedimentum ex-
 pellit castitas perpetua iam praedicta, quae sen-
 suales reprimit ac refrenat affectiones. Ter-
 tium est, propria uoluntas & eius libertas, qua
 homo iuxta libitum suum vadit, intrat, exit, lo-
 quitur & operatur: quod impedimentum ex-
 pellit obedientia. Porro perfectio nostra in
 uita praesenti, in pura & seruida Dei dilectio-
 ne consistit. Ita que uia, per quam religiosa per-
 sona potest & obligatur ad perfectionem ire
 ac peruenire, est adimpletio uotum trium uoto-
 rum, ut scilicet omnes sensuales & carnales af-
 fectiones concupiscentiasque de anima sua ex-
 tirpet, abijciat ac deuoret, nec ad aliquam rem
 terrenam habeat proprietatem, nec curam aut
 inordinatum amorem, nec uoluntatem suam
 in aliquo praefertat uoluntati Dei aut eius vi-
 carij seu sui superioris. Et si ista impleuerit,
 erit aptissima ad sincerissimum Dei amo-
 rem, nec aliter potest religiosa persona per-
 duciat ad diuinum amorem, nisi implendo haec
 tria, quae uouit, & ad quae praecipue obliga-
 tur. Etenim ingratum est Deo quicquid ei
 obtulerit homo, neglecto eo, ad quod tene-
 tur, cum & Iacobus dicat Apostolus: Si quis
 totam legem impleuerit, offendat autem
 in uino, factus est omnium reus. Unde & Sa-
 lomon loquitur: Qui, inquit, in uino dereli-
 querit, multa bona perdet. Insuper manife-
 stum est, quod unicuique sit delectabile, u-
 niri & adhærere ei, quem maxime diligit, &
 esse, loqui & occupari cum illo. Molestum quo-
 que est ei, elongari ac separari ab ipso, & desi-
 deratis amplexibus eius priuari. Ideo quatenus
 plerumque religiosa persona in amore dei profice-
 rit, inflammataque fuerit, tandem iucundius erit
 in solitudine & silentio, in quiete & claustro,
 in lo-

Tria dile-
 ctioe Dei
 praedant.

perfectio in
 uita in quo
 consistat.

Ecclj.

DE REFORMATIONE CLAVSTRALIVM.

in loco secreto esse & loqui cum sponso cae-
 lesti, & occupari cum ipso, ipsum orando,
 laudando, recogitando & contemplando,
 & ipsum intra se brachijs charitatis amoro-
 se ac dulciter constringendo & amplecten-
 do, considerando infinitam & incompara-
 bilem bonitatem, suauitatem & pulchritu-
 dinem eius, atque incircumscriptibilem & im-
 mensam sapientiam, pietatem, beatitudinem,
 perfectionem ac desiderabilitatem & ama-
 bilitatem ipsius prorsus deliciosissimam.
 Cum itaque religiosa persona ita adhaerit &
 coniuncta fuerit sponso caelesti, tunc copiose
 gustabit aeternam & infinitam dulcedinem
 eius, & frequenter, immo assidue illumina-
 bitur, accendetur, implebitur & iustificabi-
 tur à sponso adorando & glorioso: sicque uer-
 rissimè ac promptissimè spernet omnia uana,
 carnalia, mundana, praua ac uilia, & ab-
 horrebit exire ac apparere in publico, tæ-
 dio sumque erit ei cum hominibus fabulari
 & tempus infructuose expendere. Suauissi-
 mum uero erit ei sponso caelesti uniri, & cum eo
 miscere colloquia, orando, psallendo, legē-
 do ac meditando salubria & diuina: & tunc
 hilariter ac experimentaliter dicet: quam ma-
 gna multitudo dulcedinis tuae Domine.
 Itemque: O quam suauis est, nomine spiritus
 tuus in omnibus. Et rursus: Mihi adhærere
 Deo bonum est: Deus cordis mei & pars mea
 Deus in aeternum. SPONSA. Verè bona &
 sapientialis doctrina, sed ardua. Ego autem
 quae hucusque uixi in proprietate & dissolu-
 tione & absque obseruantia regulari, sum to-
 ta defectuosa & fragilis, nec possum citò aut
 faciliter ita de corde meo abijcere uniuersas
 sensuales affectiones, inordinatos terre-
 narum rerum amores ac propriam libertatem,
 nec possum meisam in omnibus sic abne-
 gare & frangere. Quid ergo actura sum? quò
 me uertat? SPONSVS. Noli diffidere, nec
 pusillanimis esse, aut infideliter formidare.
 Nonne ego ueritas summa in Euangelio dixi:
 Petite, & accipietis: querite & inuenietis:
 pulsate & aperietur uobis: Omnis enim qui
 petit, accipit: & qui querit, inuenit: & pul-
 sati aperietur? Nonne Apostolus ait: Omnia
 possum in eo, qui me confortat? Et tu ergo
 cum profunda humilitate, cum cordis fidu-
 cia, cum ingenti affectu, cum perseuerantia
 forti inuoca meum auxilium, directionem
 & gratiam Spiritus sancti: Inuoca Deum in-
 definenter, ut mentem tuam purget, illumi-
 net, roboret & accendat, gratiose immutet,
 atque in omne quod placet ei, ipsam uertat ac
 firmet: fac tu quod in te est, te ad gratiam dis-
 ponedo, peccata praeterita recolledo, detesta

Ps. 10.

Sp. 11.

Ps. 72.

Math. 7.

Mat. 11.

1 Cor. 10.

1 Cor. 14.

Phil. 4.

do ac cõsistendo, & Deum (vt dictum est) inuo-
 cando, & ipse te pie exaudiet. SPONSA. Do-
 ce me aliqua, ex quorūm consideratione
 possit mens mea incitati, roborari ac inflam-
 mari ad complendum tria uota praefata, ac
 caetera, quae uilia aut necessaria sunt ad ob-
 tinendum perfectionem ac diuini amoris
 feruorem ac puritatem. SPONSVS. Salu-
 bris, pia & prudens petitio repositione me-
 retur condignam & sapientem.

*De multis rebus, ex quarum consideratione debet
 religiosa persona induci ad executionem effi-
 cacem suae professionis. Articulus VIII.*

SPONSVS.

SCRIPTURA ait: Memorare nouissimam
 tuae, & in aeternum non peccabis. Si er-
 go & tu diligenter pensaueris tua illo-
 uissima, qualiter mors amara, periculosa, in-
 certa tibi celerimè & indefinenter propin-
 quet: quam districtè à iudice summo iudica-
 beris, mox ut anima tua corpus tuum exie-
 rit: qualiter tunc aeternaliter condemnaberis,
 nisi professionem tuam impleueris: atque
 aeternam & ineffabiliter magna felicitate pri-
 uaberis, nisi in uita ista ambulaueris dignè
 Deo, iuxta exigentiam tuae uocationis ac pro-
 fessionis: Si, inquam, ista profundè ac fre-
 quenter perpenderit, incipies omnia uicia
 abhorre, peccata tua desinere, ad omnem
 poenitentiam peragendam corroborari, car-
 nales affectus & mundana solatia detestari,
 nec aliquid uidebitur tibi difficile, per quod
 poteris metuentissimum dei iudicium, tam
 in morte, quam in nouissimò die euadere,
 ab aeterna damnatione & acerbissimis infer-
 ni supplicijs eripi, atque perpetuam beatitudi-
 nem adipisci. Considera qualiter religio-
 sae personae sua uota non implentes, inae-
 stimabiliter praeter ceteris in inferno grauissimè
 puniatur, sicut earum peccata extant grauissi-
 ma: & tu tenera mulier, quae nunc pati uix
 potes morsum pulicis, quomodo poteris
 sustinere Daemonum crudelissimos ictus,
 morsus & punctiones, supercalidissima in-
 fernalis ignis incendia, ac caetera innumera
 bilia & aeterna in ferni tormeta? Intuere pru-
 denter, quanta stultitia sit, pro parujs & bre-
 uibus, uitijs ac uilibus huius momentanea-
 neae uita delectationibus, perdere aeternas
 caelestis paradisi delicias, superbeatissimam
 Trinitatis uoluptuosissimam fruitionem,
 claram ac iucundissimam uisionem diuini
 vultus, sanctorum angelorum & omnium
 beatorum societatem amoenissimam atque

Eccl. 7.

nonisimorū
 frequens illa
 moria quã
 sit salubris

Col. 1.

dignissimam: & ultra hæc omnia, infernalis-
 bus flammis perpetuè cruciari, horribilissi-
 mas ac turpissimas Dæmonum facies pœna-
 lissimè intueri, amarissima desperatione re-
 pleri. Hoc etenim scias, quòd damnati non
 ita pœnaliter torquentur ab illo callidissi-
 mo igne inferni, quàm tantum torquentur in
 mente, dum cogitant se in tantis supplicijs
 æternaliter permanuros. Secundò incitare
 te debet ad virilem votorum tuorum imple-
 tionem consideratio tuæ professionis, quæ
 est solennissima promissio, facta Deo in sa-
 cro loco, in diuinæ Missæ officio coram ex-
 cellentissimo Sacramento. Cùm ergo in-
 honestissimè sit terreno principi promissio-
 nem factam non adimplere: nõnne incom-
 parabiliter inhonestius ac vitiosus est,
 tam solennem professionem Deo factam
 non implere, immo quotidie violare ac frã-
 gere, nec velle se dare ad eius impletionem?
 Ecce homines seculares, & qui Deum non
 timent, intantum abhorrent frangere prom-
 missionem, vt vnus ab alio captus, & sub
 promissione redeundi ad tempus dimissus,
 infra præfixum redeat tempus, quàmuis
 sciat se durè incarcerandum, puniendum,
 aut forsitan occidendum: & nisi iuxta prom-
 missionem suam rediret, semper esset infa-
 mis, & reputaretur omni fide indignus.
 Quantò magis persona religiosa, quæ suam
 professionem quotidie violat impudenter,
 abominabilis, contemptibilis, infidelis ac
 damnabilissima est coram Deo vero, omni-
 potente & sancto! Ideo ait scriptura: Si quid
 vouisti Deo, ne moreris reddere, displicet
 enim ei stulta & infidelis promissio. Tertio
 ad idem inflammare & roborare te debet
 consideratio tuæ desponsationis, qua despon-
 sata es mihi sponso cœlesti, vnigenito filio
 Dei Patris, ac Virginis matris, & oblata ac
 consecrata es mihi per celeberrimam prom-
 missionem: ideo turpissimum ac sceleratis-
 simum tibi est coram Deo & omnibus San-
 ctis eius, quòd me relicto, & violata fide-
 litate mihi promissa, conuertis te ad vana,
 carnalia, secularia & immunda, ad consolatio-
 nes indignas, ad delectationes nefarias, ad
 auersiones à me: sicq; nobilissima & cœlesti
 desponsatione abiecta & contaminata, das
 te ad coniunctiones adulterinas, fœdas, vil-
 lissimas, ad fornicationes abominabilissimas
 spirituales aut etiam corporales. Hoc nanq;
 eatum spiritua volo te scire, quòd omne mortale peccatū,
 his est fornicatio & potissimè omnis fractio voti solennis,
 est fornicatio spiritualis: ideo verè dictum
 est ab Augustino, quòd omnis anima Chri-
 stiana, est vel Christi sponsa, vel Diaboli a-

II.

professio sua
ut cuiq; reli-
gioso confide-
randa sit.

Eccle. 5.

III.

Desponsatio
nis spiritualis
consideratio.

Mortale pec-
catum spiritua
lis est fornicatio.
Augustinus

dultera. Si enim per fidem, charitatem & iu-
 stitiam Deo adhæret, sponsa est Christi: Si
 autem Deum reliquens, consentiat Diabo-
 lo, & seruiat ei in vitijs, adultera ei est, quia
 per impiam voluntatem ei vnitur ac com-
 miscetur: quantò magis monialis cœlesti
 sponso infidelis, & grauissimis peccatis se
 maculans, atque per suæ professionis viola-
 tionem diabolo se prosternens, coniungens,
 subiiciens & conformans, reputanda est &
 vocanda adultera Diaboli! Porro si ad tantã
 infidelitatem, impudentiã, amentiamq; cor-
 ruerit, vt & carnaliter fornicetur, iam infinita
 est ingratitude, turpitude & vilitas eius.
 Talis quoq; fornicatio rectè sacrilegiū ap-
 pellatur, id est, abusus rei sacræ, quoniam
 corpore suo consecrato sponso cœlesti, tam
 impudenter, & viliter ac impijssimè est abu-
 tēs. Ecce si nobilissimus atq; pulcherrimus
 filius Regis terreni, & ex sua benignitate
 desponsasset sibi vnã puellam pauper-
 lam, nõnne vilissima & stolidissima esset il-
 la puella, si ingrata tantæ dignationi filij re-
 gis, ipsum relinqueret, ac vilissimo ribaldo
 se commisceret? Quãtò magis proflus vilis-
 sima, insipientissima, ingratisima atq; tur-
 pissima est monialis desponsata vnigenito
 Filio Dei, speciosa forma præ filijs hominū,
 quæ sponsum illum infinitæ dignitatis ac fa-
 pientiæ & decoris relinquit, contēnit & ab-
 iicit, sicq; Diabolo prebet consensum, & me-
 te fornicatur cum rebus caducis, vanis ac vi-
 libus, quibus magis adhæret quàm Creato-
 ri altissimo? SPONSA. Diutius tacere non
 valeo, quia iam clarè cõspicio quàm infelix,
 vitiosa & condēnabilis sit conuersatio mo-
 nialium sua vota transgredientium. De præ-
 teritis quoq; excessibus meis erubesco ac
 doleo, & me in omnibus emendare propo-
 no, & vtinam vehementiùs erubescerem ac
 dolerem. Idcirco precor te Domine, meam
 adiua & conforta imbecillitatem, & doce
 me plenius, qualiter aptius possim meam
 implere professionē. SPONSVS. Benè & fa-
 lubriter agis exhibendo te docilem, flexibi-
 lem, pœnitentem, idcirco de modo proficiē-
 di in formare te volo. Veruntamē priùs tibi
 adhuc tangam vnã considerationem, quæ
 meritò incitare te debet ad viuēdum in ob-
 seruantia regulari abiq; proprietate.

Quod moniales in communi & regulariter cõuer-
 santes, multò delectabiliorem dulcioremq; uitam,
 immo & sufficientiorem refectionem
 habent, quàm ille, quæ propria
 habent, & preparant sibi.

Articulus IX.

51

S P O N S V S.



I male sceminæ istæ, videlicet mo-
 niales proprietariæ & irregulari-
 ter conuersantes, scirent aut cre-
 dere vellent, quàm quietam, dul-
 cem, pacificam & iucundam habeant vitam
 moniales veræ deuotæ, regulariterq; viuen-
 tes, nequaquam diutius in sua irregulari &
 periculossima vita manerent, neq; quies-
 cerent, quousq; existerent reformatæ. Quid
 enim iucundius suauisque pace pectoris,
 tranquillitate mentis in Deo, securitate con-
 scientiæ bonæ, omni sollicitudine tempora-
 rum rerum carere, absque propria occupa-
 tione sufficientiam victus & vestitus habe-
 re, charitatiuè atque pacificè conuersari, &
 à sponso cœlesti de super visitari, illumina-
 ri, accendi & consolari, meditationibus san-
 ctis & contemplationi Dei sincere vacare,
 in studijs lectionum & orationibus, & psal-
 modijs ex charitatis seruire assidue occupa-
 ri? Hæc autem monialibus sacris verè deuo-
 tis in communi obediēter & castè viuēti-
 bus insunt, & cõpetunt, quæ etiã in resecto-
 rijjs suis meliùs habent quàm aliq; & claustra ea-
 rum in temporalibus ac spiritualibus prospere-
 rant, dum vniuersæ & singule quærūt bo-
 num commune, & ea, quæ Iesu Christi sunt,
 non commodum proprium & priuatū. Porro
 moniales proprietariæ & irregulariter
 conuersantes, habent varias tentationes,
 inquietudines, curas, suspiciones, contētio-
 nes, murmuraciones contra se inuicem, &
 contra suos superiores, & molestum est eis
 durare in claustro, surgere ad matutinas, oc-
 cupari in diuinis officijs. SPONSA. Hæc om-
 nia experiētia docet, & ego ipsa experta sum
 quanta vitia ex proprietate nascantur. Mo-
 niales etenim tales parum aut nihil curant
 de obedientia obseruanda, & prone sunt ad
 indignationes, elationes, rebelliones, partia-
 litates, comestationes, potationes, fabulatio-
 nes & ludos. Sunt etiam acediosæ, dure, au-
 daces, mundanis affectibus, curiositati-
 bus ac varijs mentis distractionibus plenæ.
 Rarè quoq; carent ira, inuidia, & concupis-
 centijs prauis, & diuinum officium negligē-
 ter, cur foris & corruptè perfoliunt. SPON-
 SVS. Vnum peccatū trahit ad aliud, & quãtò
 quis spiritalior ac virtuosior esse tenetur,
 tantò ad enormiora & abominabiliora crimi-
 na labitur, dū ea, ad quæ obligatur, adim-
 plere non nititur. SPONSA. Nuncigitur
 gaudeo atq; regrior de gratia illuminatio-
 nis mihi factæ, per quam ab huiusmodi vita
 separare me cœpi, & precor nunc edoceri,
 qualiter ad charitatis perfectionem pertin-

gitur. SPONSVS. Iam dixi tibi, quòd spirita-
 les personæ ad eam peruenire non queunt,
 nisi tria principalia vota sua implendo: sed
 & alia plurima exiguntur, videlicet cõerci-
 tio linguæ à verbis illicitis: propter quod
 sancti Patres inter obseruantias regulares
 præcipuè ordinauerunt obseruationem silen-
 tij, ne persona religiosa loquatur sine li-
 centia. Nam vt ait scriptura: Qui custodit
 os suum & linguam suam, custodit ab angu-
 stijs animam suam, & qui moderatur labia
 sua, prudentissimus est. Qui autem inconsi-
 deratus est ad loquendum, sentiet mala: &
 qui multis vitur verbis, lædit animam su-
 am. Hæc autem refrenatio linguæ & obser-
 uatio silentij, tantò plus necessaria est mo-
 nialibus, quantò scemine naturaliter pro-
 niores sunt ad fabulandum, necessaria quo-
 que est sensuum exteriorum custodia & val-
 dè necessarium est moniali volenti in om-
 ni virtute proficere, & ad charitatis diuinæ
 puritatem approximare, oculos ab incauto
 ad spectu reprimere, potissimè in diuinis, ne
 mens distrahatur & pacem internam amit-
 tat. Refrenare quoque oportet auditum,
 ne verba detractoria aut discordiæ semi-
 natia, aut murmuratia, seu alio modo il-
 licita libenter audiat. Similiter refrenandum
 est gustus, ne in cibis & potibus quærat de-
 lectationem, sed solum necessariam resectio-
 nem: nec in speciebus aut comestationibus
 delectetur, nisi forsitan pro medicina. Spe-
 cialissimè verò refrenandus est tactus ab
 omni incauto contactu, ab amplexu & oscu-
 lo. Insuper in cibis & potibus moderantiam
 obseruare oportet, & implere quod ait
 Saluator: Videte ne grauentur corda vestra
 crapula aut ebrietate vel curis huius seculi.
 Omnia verò hæc ordinantur ad cordis
 custodiam, vt illud seruetur immune ab om-
 ni iniqua cogitatione, & ab omni affectio-
 ne iniusta. SPONSA. Quis potest hæc om-
 nia adimplere? SPONSVS. Si quis faciat si-
 bi consuetudinem salutarem cogitandi in-
 descinenter presentiam Dei, ita vt assuescat
 in omni loco & tempore, in omni actu &
 negotio cogitare DE VM omnipotentem,
 omnia inruentem ac iudicantem, esse præ-
 sentem, implebit, Deo auxiliante, ea quæ di-
 ximus in vera cordis stabilitate ac reco-
 llectione in Deo proficiet, cunctaq; vitia
 abhorrebit, & quoties senserit mentem suã
 esse distractam, statim reuocabit eam ad cõ-
 siderationem diuinæ presentia. Porro vt
 hæc facilius possit implere, imprimat cor-
 di ac memoriæ suæ verba illa Helia, dicen-
 tis: Viuit Dominus, in cuius conspectu

Proverb. 21.
Proverb. 10.
Eccle. 20

Sensuum ex-
teriorum cu-
stodia quàm
sit necessaria

Lucæ. 21.

1. Reg. 17.

sto hodie: & verba illa assidue meditetur, vt quoties coeperit distrahi mente, mox verba illa recogitet: sicque in praesentia Dei erubescet se male habere, turpiter cogitare, illicita affectare, & erit custoditus ac timoratus in omnibus. Praeterea oportet vt religiosa persona conscientiam suam quotidie examinet diligenter, & de seculo consideret, qualiter diem expendit, quid boni in eo omiserit, quid mali commiserit: sicque de suis peccatis culpae, & quotidie magis ac magis custodita, timorata, virtuosa esse conetur, totamque vitam suam in profunda humilitate & DEI timore fundet firmissime. Hoc quoque saluberrimum est, vt passionem Iesu Christi omni die diligenter perpendat, & diuinum officium a horas cum omni diligentia semper perfoluat. Ecce per ista & consimilia poteris ad diuini amoris perfectionem pertingere. SPONSA. Certè compendiosa & optima documenta, quae auxiliata gratia tua adimplere pro posse conabor.

Contra exteriorem ornatum monialium in vestibus. Articulus X.
SPONSVS.



Antiqui Patres ordinauerunt ac praeeperunt, vt religiosae personae abiectione & vili habitu tegerentur, quatenus in earum vestimentis contemptus seculari monstraretur, & ipse personae religiosae per simplicitatem incultam humilemque figuram habitus sui ostenderent se mortuas esse mundo, & omnem seculi huius decorum contemnere. Hinc capitibus monialium ordinauerunt nigrum velum esse superponendum, ad insinuandum, quod absconditè debeant esse mundo, crucifixae cum Christo. Quae cum ita se habeant, quae est ista infamia monialium multarum temporis huius, quae vestibus curiosis & strictis, pretiosis, plicatis incedunt vestite, vt à domicellabus, mundanis secularibusque puellis discerni vix queant, nisi forsitan ex curioso subtilique velo seu modico scapulari? Nunquid moniales istae quaerunt, intendunt & cupiunt complacere sponso caelesti, contra cuius doctrinam & iurisdictionem ita se vestiunt & exornant? Nonne moniales tales sunt filiae Babylonis ac Dæmonum, quae amatoribus mundi quaerunt placere, & hominum adspicium in se prouocare? Quae & extra claustra sua sic euagantur, intuendumque eas concupiscentiam magis inflammant, quam puellae & foeminae seculares: nec solum monialibus, sed & seculis

laribus personis talis ornatu penitus prohibetur: quia vt sancti viri verè loquuti sunt: Vir aut mulier se ornans, hominumque adspicium in se prouocans, quamuis nullum malum inde sequatur, tamen aeternum supplicium patietur, quia venenum praebuit, si quis fuisse qui biberet. SPONSA. In his me grauiter excessisse fateor ac poeniteo, nec ignoro quantam in talibus habeant vanitatem. SPONSVS. Audi tu, & audient ceterae omnes, quid sanctus dicat Hieronymus, cuius verba vniuersas moniales concernunt. Imperfectissimum mulierum affectus semper in vestibus vult placere, & semper in ornamentis exterioribus gloriam quaerit. Affectant proculdubio, vt oculi virorum ornamenta inspicientes, tandem figatur in faciem, quatenus oculorum suorum nutibus facilius ad libidinosum incendium prouocent. Quid, o communis meretrix, in talibus ornamentis & in pulchritudinae tuae extollis & gloriaris? Quid est omnis caro, nisi foenum & cinis, atque vt verius dicam, massa putredinis, cibus vermium & foetidissimum sterco? O si teipsam intus inspiceres vilissima insensataque mulier, quantum verecundareris de corpore tuo, quod tanto cultu extollis? Heu cor infelicissimum, mens infortunatissima, quae non attendit nec meditatur metuendissimum Dei iudicium. Et si illud meditatur, fatuissimum est, si appetit quicquam de seculo & pompis ipsius. In illo enim iudicio caelum pauebit simul cum terra, & omnes virtutes caelorum mouebuntur, angeli tremunt simul cum sanctis. Tunc singulorum vita discutietur. Semper tuba illa terribilis sonet in auribus vestris: Surgite mortui, venite ad iudicium. Ecce Rex in manu potenti veniet exigere rationem ab omnibus: etiam de minimis cogitationibus, atque de otiosis ac leuibus verbis, & si paratè non fueritis reddere de omnibus rationem, proijciemini in carcerem infernalem, & audietis à Iudice: Ite maledicti in ignem aeternum. Si ista dignè attenditis, delectabit vos abiectione vestium, cuius tegit mulierculas fatuas, & rusticanus abiectione pannus preponetur bysso ac purpure, & grossa ac rudia velamina existimabuntur ex leuicis. Ista decet moniales, non strictis manicis & compositis pannis, subtili velamine eleuatisque supercilij, cor meretricum pretendere aut habere: histrionibus & lusoribus regum ac principum relinquenda sunt mollia seculi. Pudeat nomen religiosi habere, & cultu verisimè, volo vos seculo mortuas, procedere ist

re in veste tam incompressa ac deformi, quod si impudicis oculis liceret vos intueri, potius prouocaretur risus quam cogitatio mala. Fateor illas mentiri, quae gloriantur aut dicunt se castitatem mentis & corporis conseruare, & in vestibus lubricitate ostendunt. SPONSA. Vtinam moniales ista aduerterent, certe formidarent se cum ornatu mundano viris atque iuuenibus demonstrare, & per mūdū vagari: & dato, quod nihil vanitatis aut carnalitatis esset in corde ipsarum, tamen talia deuitarent, ne animas in tentium scandalizarent, spiritaliterque necarent. SPONSVS. Benè consideras, cum & Apostolus dicat: Nolite conformari huic seculo, & ab omni specie mala abstinete. Et rursum dicat scriptura: Nolite diligere mundum, neque ea, quae in mundo sunt: quod totum implere, potissimè spectat ad religiosas personas. SPONSA. Habentne Abbatissa auctoritatem dandi licentiam monialibus, vt habeant pecunias aliquas, & quaedam similia ad propriū usum, ex quibus prouideant sibi? SPONSVS. Nec Pontifex summus potest monialibus dare licentiam talem vt habeant propriam, seu talia sic eis appropriata, sicut multae moniales nunc habent: nec fuit intentio Patrum sanctorum, talem proprietatem aut appropriationem & prouisionem suis ipsius admittere, sicut iam passim admittitur, nec vnquam aliquis Patrum sanctorum talia admisit, aut modo aliquo admisisset. Cum igitur praepcepta superiorum accipienda sint & seruanda secundum formalem intentionem ipsorum, constat quod nec Abbas nec Abbatissa, nec alius possit talem dispensationem peragere, aut talem licentiam dare contra ea, quae sancti Patres in regulis suis & alijs libris apertissimè & districtè prohibuerunt, prout hoc in tractatu de reformatione claustralium plenius est probatum.

Quam grauiter peccent religiosae personae obedientiam non seruantes. Articulus XI.

SPONSVS.



Ine obedientia nemo potest saluari, quoniam vnusquisque tenetur suis superioribus obedire in his, quae pertinent ad iurisdictionem & cathedram praesidentiamque: illorum: immo in omni credente, tam graue peccatum est inobedientia, vt Samuel Propheta veraciter sit loquutus: Melior est obedientia quam victimae, & auscultare magis quam offerre ad ipem pinguium: quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare, & quasi scelus idololatriae,

nolle acquiescere. Quod cum ita sit in vnoquoque credente, maxime tamen in religiosi personis, quae ex solenni voto ad obedientiam praecipue obligantur. SPONSA. Ex hoc elicio, quam enormiter peccent moniales, quae ex facili causa, & dum aliquid eis ab Abbatissa seu Priorissa negatur, indignantur, irascuntur, murmurant, detrahunt & rebellant: & quamuis Abbatissa aliqua eis preciperet, ita tamè dispositae sunt corde, quod non obedirent. SPONSVS. Tales sunt peruersissimae, & periculosissimè stant, immo grauissimè peccant, ac iuxta auctoritatem praetactam ariolis atque idololatriae comparantur: sed & furum, rapinam sacrilegiumque committunt, quoniam voluntatem suam, quam per votum solenne obtulerunt & subiecerunt Deo & Abbatissae, retrahunt & usurpant sibi, ac ea vtuntur contra votum suum & contra voluntatem Dei ac vices eius genentis. SPONSA. O quam metuenda sunt ista, & quam periculosa ac damnabilis est vita monialium, suam professionem non adimplentium, quae & suae reformationi pernaciter obuiant & resistunt, aut certe resistunt, si eis proponeretur. SPONSVS. Quemadmodum ex sua professione tenentur esse multo meliores & virtuosiores secularibus foeminis: ita ex sua peruersitate, inobedientia, pertinacia sunt multo deteriores & obstinaciores quam foeminae seculares.

Exhortatio monialium ad poenitentiam & reformationem. Articulus XII.

SPONSVS.



Tradite & videte vocationem vestram o religiosae personae, considerate vestram professionem o moniales, mihi celesti sposo oblatam & consecratam. Venire ad monasterium, & assumere ac profiteri sacram religionem, exordium est & via summè perfectionis: sed in monasterio irregulariter viuere, in timorata & seculariter se habere, nec professionem sacram implere, summa danatio est. Nolite me spernere, hoc est, nolite mihi carnalem sponsum praeponeere, nolite alienam amorem admittere, nec terrenum aliquid mihi praefertis, non ego sum vniuersis & singulis creaturis infinitè & incomparabiliter melior, amabilior atque suauior, nobilior, pulchrior, sapientior, potètiior, ditior, fidelior, & in omni perfectione, felicitate & gloria excellètiior? Quid ergo displicet vobis in me, ita vt me derelicta, vertatis corda vestra ad vana, carnalia & caduca, in quibus non est salus vera, nec quietatio desiderij vestri, sed deceptio, iniquitatio & aeternalis danatio aiarum vestrarum? Cur peculiū vestrum

strum præferis mihi bono immenso, & potius vultis habere pecuniam modicam ac proprium temporale, quam diuitias gratiæ meæ, dona Spiritus sancti, & spiritalem profectum in omni virtute? Cur propter vanas & viles ac modicas consolationes externas priuatis vos ipsas in vita hac omni consolatione mea interna spiritali, angelica ac cœlesti, immo perfecta ac sempiterna felicitate & gloria? O quàm infinita est excæcatio & insipientia vestra, quod ita negligitis vestrâ salutem, quod ista sensibilia & terrena, vana & citò peritura, præferis vestro Creatori ac Saluatori, & cunctis spiritalibus bonis eternaliter permanens, quod non consideratis nec abhorretis, neque desletis periculosissimum & vitiosissimum statum, in quo estis, in quo vota vestra quotidie violatis, & ad æternam damnationem non solum itis, sed etiam festinatis & curritis, nec solum ad dânationem æternam, sed etiam ad acerbiora & intolerabilissima tormenta inferni. Certè quantò in vita hac vestram emendationem patientius ac longanimius præstolor, quantò nunc benignius ac frequentius vos exhortor, tantò post vitam istam breuissimam acrius vos torquebo, & intolerabilius vos æternaliter condemnabo, nisi adimpleueritis vota vestra, & dignè Deo vixeritis, iuxta exigentiam vestræ vocationis & professionis, de præteritis quoque excessibus vestris dignos pœnitentiæ fructus feceritis. Quare differtis conuerti & reformari, pœnitere & satis facere Deo, cum ignoratis diem & horam? Aperite oculos cordis vestri, & considerate magnitudinem ac multitudinem culparum vestrarum, & intolerabilia inferorū supplicia, quæ indefinenter appropinquant ac imminet vobis, immo & quæ quotidie ineffabiliter vobis augetis, quæ omnia ego cognoscens ac pensans, còdoleo vobis. Ideo vos tam clementissimè modo exhortor & obsecro, vt respiciatis à laqueis inimici, à captiuitate Diaboli, à seruitute peccati, quibus iuxta voluntatem Dæmonum estis circumdatæ, vincatæ, oppressæ & obtenebratæ. Quid vobis cum hoc mundo immundo, quem corporaliter reliquistis, sacram religionem intrando: spiritaliter quoque relinquere promissistis per solennem professionem, vos obligando ad regulæ vestræ obser-

Coloss. 1.
Tit. 3.
Luc. 3.

Matt. 25
Marc. 13
Luc. 22.

1. Tim. 2.

uationem, ad virtuosam & verè religiosam conuersationem, ad fidelitatem ac puritatem cœlesti sponso inuolubiliter obseruandâ? quid vobis cum hoc seculo nequam, in quo quicquid est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ: quæ tria vouistis abnegare, vitare, abijcere per vota castitatis, paupertatis & obedientiæ. Libenter ergo amore mei perseverate in claustro, vbi me melius, iucundius ac salubrius inuenire potestis. Nolite cum curiosa & fatua Dina exire ad videndum seculares personas, alioqui corrumpemini mente & forsitan etiam corpore. Nolite temporalia bona claustrum indignè consumere, sed tam iustè & sanctè viuatis, vt dignè sitis ea in vsum vestrum communem vertere, efficaciterque orare pro illis, qui ea claustro dederunt pro sobria sustentatione personarum religiose regulariterque viuentium, quatenus orent pro ipsis. Alioqui cum sceleratissimis furibus iniustissimisque raptoribus æterna inferorum acerbissima recipietis incendia & tormenta grauissima, tanquam abutentes spiritalibus bonis. Cessate ab insipientia vestra. Cur corpora vestra mortalia sordibus & fætoribus plena, curiose vestitis & vitiose ornatis & immortales ac nobiles animas vestras negligitis atque turpissimè maculatis, quæ promissistis vos placitas exhibere sponso cœlesti, qui interiorum ornatu gratiæ ac virtutum, sanctorumque operum requirit à vobis? Nunc ergo acquiescite his exhortationibus meis, & quæ mihi promissistis, implete: inuocate auxilium gratiæ meæ, & libenter ac copiosè vobis succurram: adherete & seruite mihi fideliter vt vouistis, & post modicum istum laborem dabo vobis coronam vitæ beatæ, & coniungam vos mihi in nuptijs gloriæ eternalis per beatificâ vultis mei visionem, per suauissimam Deitatis meæ fruitionem, per plenissimam desideriorum vestrorum quietationem & contentationem immobilem. Ad laudem & gloriam Omnipotentis, qui est super omnia DEVS sublimis & benedictus, Amen.

Dialogi de Reformatione monachialium finis.

D. DIA-

D. DIONYSII

CARTHVSIANI DE VITA IN- CLVSARVM LIB. VNVS.

Præfatio.



*Q*UAM magna multitudo dulcedinis tuæ Domine. Hæc sunt uerba beatissimi David Regis atque Prophetæ, qui fuit electissimum organum Spiritus sancti, quia per ipsum ardentissima & sententiosissima uerba locutus est Spiritus sanctus. Itaque sacratissimum uas illud misericordie Dei Rex David, diuinæ consolationis suauitatem copiosè expertus, atque in diuitias gloriæ Dei raptus, & ibidem quàm uerè & incomparabiliter ac penitus infinite in seipso dulcis sit Deus noster, per experientiam doctus, ex admiratione diuinæ pietatis, liberalitatis ac dignationis circa suos electos stupens ac deficiens, cum seruore & gratiarum actione ac gaudio exclamauit: *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine. Si enim tanta inuenitur dulcedo in rebus istis inferioribus & terrenis, in melle & floribus, in cibis & potibus, in speciebus & herbis, in unguentis, in quibusdam etiam lignis & gemmis, quanta credenda est esse dulcedo omnium Creatoris? Quicquid enim bonitatis, amabilitatis, perfectionis & suauitatis est in creaturis sparsim atque finitè & imperfectè, hoc totum est in Deo creatore unitim, perfectè & infinite: idcirco in Deo est infinita dulcedo, immo magis propriè ueriusque loquendo, Deus sublimis & benedictus, essentialiter est infinita suauitas, ita quod sua incircumscripcta essentia, est dulcedo prorsus immensa. Sed quemadmodum Deus omnipotens & æternus, est in seipso ineffabiliter simplicissimus spiritus, non solum omni corporali substantia, sed etiam omni spiritu creato incomparabiliter simplicior: sic eius dulcedo, cum sit spiritualissima atque purissima, non nisi ab hominibus spiritalibus & purgatis in hoc mundo gustatur, percipitur & sentitur degustatione frequenti, experimentali, perfectè. Interdum tamen misericordissimus Deus incipientibus & imperfectis dat aliqualem suæ suauitatis saporem, ut eos sibi alliciat & confortet, consoletur & doceat ad quid tendere debeant, & quàm bonum atque salubre sit Deo altissimo obsequi, qui etiam sibi deseruientes in hac peregrinatione, in hoc exilio, in præsentī certamine & labore, tam benignissimè uisitat, tam dulciter recreat, & quid in futuro adepturi sint seculo, iam eos tam abundanter prægustare concedit: quatenus sicut cantat Ecclesia, ex perceptione præsentium munerum, certa sit expectatio futurorum. Certum ergo est, quod quantò fuerit homo ab omni carnali affectu purgator, à multimoda euagatione collectior, à multiplicibus uarijsque occupationibus simplicior, tanto capacior est consolationis diuinæ, experimentalisque degustationis suauitatis supernæ, immo & intro missionis in sanctuarium Dei, ut illustratus, eleuatus & raptus in Deum, in participatione suæ tranquillissimæ pacis & infinite quietis obdormiat, in abyssis*

Psalm. 20.

1. Pet. 2.

Deus simplicissimus est spiritus.

ciis

1. Ioan. 4.

1. Sal. 30.

cis immense suauissimè demergatur, ex uehementia amoris diuini à seipso totaliter alienetur, atque in Deum, qui essentialiter charitas est, transformetur: sicq; tam ingenti diuine dulcedinis perfunditur sapore, ut cum sancto Dauid exclamet: Quam magna multitudo dulcedinis tue Domine.

De motiuo huius tractatuli. Articulus I.



VP ER mihi charitati tuæ breuem epistolam ò uenerabilis ac deuota atque in Christo charissima Mater: & quia epistola illa tibi cò placuit, supplicasti ut aliquid ampliùs tibi scribā: ad quod me prorsus in idoneum ex corde profiteor, nec tuā personam uenerando senio decoratam, in spiritali conuersatione tot annis exercitam, meis arbitror exhortationibus aut informationibus indigere: còfido naq; quòd vnctio Spiritus sancti doceat mentem tuam de omnibus, & dum à me defectuoso ac in deuoto informationem optas, paruitatem meam tua humilitate non mediocriter ædificas atque instruis: sed sicut de beatissimo Hilario scribit sanctus Hieronymus, quòd ille appropinquante iam tempore suæ resolutionis ex senectute decrepita, quando alij solent tepidiùs agere, quotidie maiori flagrabat desiderio spiritalis profectus: ita & tu sancti illius uestigia sectari conaris: sed ne immoderata laude animam tuam affligā, tantundem tetigisse sufficiat, præsertim cū scriptum sit: Ne laudes hominem in uita sua. Veruntamen ueraciter uirtuosi, cū se laudari percipiūt, nequaquā inaniter gloriātur, sed deo omne bonum cum gratiarū actione & humilitate adscribūt, & seipso magis humiliant, certissimè cognoscentes, quòd nostra merita sunt dei dona, & quòd nò solum bona operari ac loqui, sed etiā uelle & posse à Deo habemus, sine cuius inspiratione, charitate & gratia nihil est meritorium, nihil sanctum: hinc de suis uirtuosis actibus non solum nò extolluntur, sed & intimè ac humilimè desent, quòd bonis sibi desuper misericorditer datis, tot mala, tot defectuositates, distractiones, negligentias atq; pigritias admiscuerunt, ita quòd uniuersæ uultitū nostræ panno menstruato assimulantur. Itaq; cū in uita hac nemo sit ita mundus, ita perfectus, ut non sit magis magisq; mundandus ac perficiendus, eò quòd tota hæc uita sit uia, cursus & peregrinatio ad uitam beatam futuram, in qua uia non progredi, regredi est: hinc desiderio tuo satisfacere studui, & de uita inclusarum, non tam pro

1. Ioan. 3.

1. Eccl. 31.

1. Phil. 1.

1. Sal. 64.

tua persona sene exercitata, quàm pro iunioribus & incipientibus ista conscripsi.

De initio uitæ emendatioris in reclusorio. Articulus II.



QVONIAM initium operum bonorum, confessio est malorum, hoc omni Christiano se emendare uolenti cò mune est, ut imprimis de uniuersis suis peccatis cordialiter doleat, tantò intensiùs, quātò grauiora fuerint sua peccata, ut magnitudo doloris, magnitudini uictorum proportioetur. Deinde, integraliter confiteatur, & pœnitentiam sibi inuictā persoluat. Insuper, diuina obseruet præcepta, mandata quoque Ecclesiæ & superiorum suorum. Deinceps, secundum exigentiam uocationis seu professionis suæ, dignè Deo conuersari conetur. Persona ergo reclusa, sapienter aduertat, cur corporaliter à cunctis se abstrahat & recludat. Ideo utiq; ut omnium mundanorum, quātum possibile, obliuiscatur, quatenùs diuinorum iugiter reminiscatur: idcirco mentem suam à phantasij & imaginibus rerum sensibilem purget, à curis secularibus eam euacuet, ab inutilium rerum memorijs mundet, ut dicere ualeat cum Propheta: Oculi mei semper ad Dominum. Itemque: Mihi autem adherere Deo bonum est. Sed quia hoc ipsum in principio adimplere nò est potestatis humanae, præsertim fragilitatis ac instabilitatis mentis scemineq; hinc primò necesse est personæ reclusæ, diuinæ pietatis gratiosum subsidium incessabiliter cum omni fiducia humilimè inuocare, consuetudinem orandi sibi efficere, & manus ac oculos simul cum corde ad Deum leuare, quemadmodum Hieremias hortatur: Leuemus corda nostra cū manibus ad Deum in cœlos. Veruntamen, quoniam Deum laudare, est actus altior, cœliformior magisq; angelicus, quàm orare, propterea reclusa tempore procedente & ipsa in spiritalibus proficiente, affluiscat in dei laudibus occupari, in hymnis & psalmis se exercere, immo ex proprio corde, prout Deus cõcesserit & deuotio instigauerit, uerba amorosa atque dulcissima diuinæ laudis proferre, infinitam Dei bonitatem, pietatē, omni-

Coloss. 4.

1. Sal. 72.

1. Thren. 4.

1. Sal. 103.

1. Sal. 33.

1. Sal. 17.

1. Ier. 9.

1. Ier. 31.

1. Ier. 31.

1. Ier. 31.

1. Ier. 31.

1. Ier. 31.

1. Ier. 31.

1. Ier. 31.

omnipotentiam, sapientiā, beatitudinē colaudādo, eiusq; beneficia recolēdo, ut dicere possit illud Prophetæ: Cantabo Domino in uita mea, psallā Deo: meo quàm diu sum. Et rursum: Benedicā Dominū in omni tēpore, semper laus eius in ore meo. Si in his exercitijs se cum diligētia humili & cordis sui custodia peruigili ad modicū vsitauerit tempus, statim experiri incipiet spiritalis delicias, cõsolationes internas, & quàm uerè dulcissimū sit in cordis puritate cū Christo miscere colloquia, familiariter loqui cū Deo, rore Spiritus sancti perfundi. Præterea quædam sunt orationes laudibus Dei permixtæ, quales sunt multæ in libro Psalmorum: & illis insistere, existit tam salubre, ut dicat Psalmista: Laudans inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluus ero.

Quam saluberrimum sit, passionem Christi stabiliter insigere menti. Articulus III.



ICUT testatur scriptura: Corp⁹ quod corrupit, aggregat animā, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitatē. Hinc mēs humana in hoc miserabili statu nò diu manet actualiter fixa in Deo, neq; in cœlestib⁹ stabiliter perseuerans: immo quod lamētabilis est, etiā tēpore orationis & laudis diuinæ ac meditationis internæ, toties & tā citò distrahitur, in imadilabitur, in uilissimis euagatur: idcirco ut affluiscat citò resurgere, seq; in deo colligere, & in diuinis quotidie magis stabilis esse, oportet ut aliquid salubre homo cordi suo firmisimè imprimat, indelebiterq; insigat, quatenùs quotiescūq; distrahi aut tentari uel mēte lædi se percipit, mox ad illud mēte recurrat, illud inspiciat, ac per hoc ad Deū se erigat, immo illud tā tenaciter cordi suo inhæreat, ut nò facilius nec diū ipsummet permittat vagari. Porro, non uideo quid salubriùs posset quis cordi suo tam fixè insigere, ut passionem Iesu Christi: sed quomodo potest homo hanc cordi suo tā firmisimè irremouibilerq; imprimere, ut est actum? Potest hoc utiq; si de ea quotidie bis aut ter attentè & morosè, quasi eam præsentialiter cerneret, meditetur, & Christo pro se passo affectualiter cõpatiatur, sicq; ex consuetudine taliter meditadi, imprimetur memoriæ suæ imago crucifixi, per quam quasi indefinenter aspiciet oculo interiori Christum uelut in cruce pendentem, seu tanta ac talia patientem, & ita cum interna compaf-

sione pensabit, quales dolores sustinuit Christus, dum pedes eius sanctissimi ac manus dignissimæ clauis perforabantur: dum caro eius uirginea atq; tēnerrima lacerabatur flagellis, & distendebatur in cruce, vsq; ad ossium dissipationem, neruorum quoq; & uenarum diruptionem, sicut ait in Psalmō: Foderūt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea: dum sacratissimum caput ipsius coronatum est spinis, & arundine cēsūm. Itaque si quis hæc Christi imaginem cordi suo ita impresserit, omnem cordis duritiā, uanitates & rursus superfluos superabit: Renuet anima eius in exterioribus & carnalibus consolari, sicq; merbitur diuinarum consolationum particeps fieri, etiam copiosè atq; multoties in presentati, quemadmodū Paulus ait Apostolus: Scitote, quoniam sicut focij passionum estis, sic eritis & consolationis. Et denud: Sicut abundant passionem Christi in nobis, ita per Christum abundat consolatio nostra. Denique quidam sanctorum, pro aliquo salubri, secū dum modum præfatum, menti salubriter ac firmiter imprimendo, elegerunt sibi aliquè uersiculum affectuosum ex Psalmis, uidelicet, Deus in adiutorium meum intende. Vel, Cor mundum crea in me Deus &c. sed non uidetur mihi aliquid salubriùs posse insigere memoriæ, quàm imaginem passionis Dominicæ. Ex cuius quotidiana recordatione etiam accenditur homo diuino amore: discit se humiliare, aduersa hilariter tolerare, pro malis bona impendere, operibus pœnitentiæ libenter insistere, delectabilia carni horrere, & propria ac aliorum peccata deslere. Iustuper circa Christi passionem primò pensandum, quis sit qui patitur, utputà quòd ille, qui pro nobis occisus est, sit Vnigenitus Filius Dei, uerus Deus uerusque homo. Secundò pensandum est, qualis sit, scilicet innocens, mitissimus, pijsissimus, dulcissimus. Tertio, quantus sit, quia ipse Rex Regum & Dominus Dominorum, qui secundum suam dignitatem est maiestatis immensæ: secū dum humanitatem uerò suam, dignior est toto mundo. Quarto, quare passus est, scilicet non pro suis, sed pro nostris peccatis: pro nostra redemptione à pœnis infernalibus & æternis. Quintò, propter quid, scilicet pro nostra saluatione in regno æterni cœlesti. Sextò, à quibus, putà à populo suo peculiari & proprio, pro quorum salute specialiter missus fuit. Septimò, à quibus, utputà ab atrocissimis, sceleratissimis ac uilissimis peccatoribus, qui tanquàm ferocissimi lupi irruerunt in mansuetissimum

1. Sal. 21.

1. Sal. 70.

2. Cor. 1.

2. Cor. 1.

1. Sal. 69.

1. Sal. 50.

Circa Christi passionem octo sunt pensanda.

I.

II.

III.

1. Apoc. 19.

Deut. 10.

III.

V.

VII.

VIII.

mum ac innocentissimum agnum. O & aud, à quantis, videlicet à multis millibus Iudæorum atque gentilium, qui in die Parasceues passioni Christi interfuerunt, eumque multipliciter deriserunt, quemadmodum per sanctum David prædicitur: Omnes videntes me, deriserunt me, locuti sunt labijs, & moverunt caput. Omnia ista valeat ad meditandum de Christi passione cum præcordiali compassione & vehementiori affectu inflammatione, præsertim quia hæc vniuersa pro nobis pertulit Christus, ex nimia sua dilectione ad nos, testante Apostolo: In fide vivo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. In quibus sancti Pauli verbis id intuendum, quia quæ pro toto genere humano Christus generaliter pertulit, Paulus quasi pro se solo specialiter ipsum reputavit perpeffum: ideo dicit Chrysostomus: Hic est affectus serui fidelis, ut quod pro omnibus passus est Dominus, quasi pro se solo reputet esse passum: quoniam & reuera antequam Saluator, quantum in ipso est, quenquam perire permetteret, adhuc pro eo solo potius pati vellet. Itaque pia ac deuota sapiensque reclusa, quotidie certis vicibus ponat se coram Christo seu eius imagine, & secundum formam iam tactam, mente recollecta cogitet de passione amarißima Christi, & quantum dilexit nos, quanta pro nostra salute assumpsit, fecit ac passus est: quæ omnia attentè ac amorosè pefando, gratias cordialissimè agat, in amore proficiat, virtutes, potissimè humilitatè patientiamque addicat, immo pro posse Christo studeat conformari, eius vestigia sequendo, & omnes suas affectiones stabiliendo in ipso: ut præter eum nil amet, nil appetat, nil fermidet, nil curet, nisi in quantum sibi vitale ac necessariū est ad hoc, quod Christo compleat: sicque libentissimè erit in cella. Postremò securè id dico, quod nunquam sponsus sponfam suam tam amorosè & libenter est amplexus, quam amorosè & libenter Filius dei pro nobis amplexatus est columnam, ad quam flagellabatur, ascenditque crucem in qua suspēdebatur. Simus igitur grati mente & ore & opere.

De finali causa reclusionis ac solitariae mansionis. Articulus IIII.



Mbulantem siue currentem scire oportet, quod ambulare seu currere debeat: operantem quoque & laborantem oportet agnoscere, ad quid opera-

tionem suam atque laborem debeat finaliter ordinare. Cùm ergo tota hæc vita sit peregrinatio quædam & ambulatio siue cursus ad aliam vitam in futuro, nec solum hoc, sed interactus virtutum, quibus itur aut curritur ad vitam futuram, est ordo, ita quoddam est aliquis actus virtutis, ad quem aliarum virtutum opera sunt finaliter ordinanda. Hinc & conuersationis abstractæ, solitariae & reclusæ est aliquis finis, non solum in futuro, videlicet beatitudo regni cælorum, sed etiam in præsentia. Porro, charitas DEI est omnium summa virtutum: idcirco omnium Christianorum exercitia virtuosa, ad actualement DEI dilectionem, tanquam ad finem, in vita præsentia sunt referenda. Ab actuali verò dilectione DEI impeditur homo per occupationem in exterioribus, per dispersionem animi sui in multis, per humana colloquia, per sensibilibus rerum tumultum & nouitatum occursum, per inquietudines passionum & varias curas: quantum autem plùs abstrahit se homo ab omnibus istis, ut DEO adhaereat & intendat, tantò aprior est ad diuinum amorem feruentem & stabilem: Etenim virtus vnita, fortior est quam dispersa: & cor humanum tantò fortius vni rei infigitur, quantum amplius à multis abstrahitur. Itaque quod persona inclusa ab vniuersis præactis amoris diuini impedimentis perfectius seauerit, elongat, abstrahit & recludit, eò ad puriorem, stabiliorem, liberiorè & ardentiorè DEI amorem se dare debet: Nam huiuscemodi amor DEI, est causa finalis suæ inclusionis ac solitudinis in hac vita: idcirco ad talem diuinitatis dilectionem quotidie tendere debet, & omnia opera sua ordinare ad illum: aliter frustra ac insipienter esset in cella seu reclusorio suo. Præterea dilectio DEI, cognitionem eius includit ac præsupponit: quia quod prorsus ignotum est, amari non valet. Cognitio autem DEI, ad quam sequitur feruens & meritoria dilectio eius, non est qualiscunq; cognitio DEI, sed illa, quæ est actus doni sapientiæ, quæ sapientia est primum & summum donum inter septem dona Spiritus sancti, & dicitur sapientia, quasi sapida scientia, id est, cognitio DEI amorosa, habens gustum internum, dulcem sibi annexum: idcirco siue dicatur feruens, eminens ac stabilis dilectio DEI, finalis causa inclusionis, siue contemplatio DEI sincera, excellens & fixa, quantum huic vitæ possibile est, redit in idem: Nam vnum horum sine alio esse

psal. 21.

gal. 2.

chryso.

me'usis quid potissimè cogitandum sit.

omnia Chri. stiani recti ita ad charitatem sunt referenda.

psal. 149.

Corpus anime obedire debet.

Luc. 21. L'utile in vniuersum querenda.

Hora refectionis anticipanda.

esse non potest: & quantum quis proficit in diuino amore, tantum crescit in dono sapientiæ & contemplatiõe diuina. De hoc iam tantundem tetigisse sufficiat, ut sciat persona inclusa, ad quid iugiter exercitia sua debeat ordinare, ad quid respicere, tendere & currere habeat: de contemplatione verò & dilectione diuina, infra Deo præstante aliquid plenius scribam.

De moderamine cibi & potus ac somni. Articulus V.

ANIMA rationalis coniuncta est corpori suo, non solum ut carceri, iuxta illud in Psalmo: Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: sed etiam sicut ancillæ ad præcipiendum, & in strumento ad bene vtendum. Corpus igitur debet animæ obedire, & ad omnia expeditiõ animæ esse paratum, præsertim cùm corporalia ordinentur ad spiritualia, sicut media ad finem. Hinc naturalis ratio dicit, tantum concedendum esse corpori de cibo, potu, vestimentis & somno, quantum expedit animæ ad bene agendum, vt scilicet corpus nec magis nec minus recipiat de prædictis, quam naturalis requirit necessitas eius. Sed secundum Euangelicæ legis doctrinam, animæ naturali necessitati corporis aliquid moderatè subtrahendum est de cibo, potu, somno & vestibus, vt homo corpus suum asfigendo satisfaciat pro peccatis, compatiturque Christo, atque ad gratiam disponatur maiorem. Hinc ait Saluator: Videte ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate: videlicet ne tantum impleamus nos cibo & potu, quod corpore fatiatur, anima à spiritualibus impediatur operibus. Nec sunt querenda cibaria & pocula nimis pretiosa & lauta, quæ si interdum assint, non est in eis transgredienda mensura, nec expetenda voluptas, sed sustentatio sola naturæ, ad seruiendū Altissimo. Quod si in cibi ac potus sumptione sentiat quis aliquam delectationem saltè naturalem, quia ex vnione potentiæ cum cõueniente obiecto oritur naturalis quædam delectatio: non est tamen in tali delectatiõe sensibili & carnali sistendum vel quiescendum, sed ordinanda est ad debitum finem, ad spiritalem profectum, ad gloriam Dei, qui omnia nobis largitur. Rursus, non est congrua reficiendi hora anticipanda, nec refectioni diutius immorandum, sed deuota benedictione præmissa, cū lectiõe atque memoria diuinorum est manducandum sobriè & modestè ad gloriam dei, sicut docet Apostolus: Omne quodcūq; facitis in verbo aut opere,

omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite; gratias agentes Deo Patri per ipsum. Hinc post refectionem legendæ sunt gratiæ, Deo de omni beneficio suo cordialiter regratiando. Itaq; desideria carnis sunt refrenanda, moderanda, & rationi in omnibus subiicienda: & quod de cibo ac potu iam dictum est, de somno & vestimento est proportionabiliter intelligendum: vehemeter enim nocet somnus superfluus, quoniam grauat naturam, hebetat sensum, torporem accediamque inducit, & in ipso tempus miserabiliter perditur, atque tot sancta exercitia omittuntur. Hinc sancti Patres immoderatum somnum præcipuè detestabantur. Nam & gentilis ille Poëta filio suo præcepit.

Plus vigila semper, nec somno deditus esto: Nā diuturna quies vitijß alimenta ministrat. Propterea dicit Apostolus: Spiritu ambulatè, & desideria carnis nõ perfricietis: Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Itemq;: Curam carnis ne feceritis in desiderijs: Qui aut sunt Christi, carnem suam crucifixæ cum vitijß & concupiscetijs. Beatissimus quoq; princeps apostolorum Petrus: Obsecro, inquit, vos, tanquam aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam. Veruntamen in corporis castigatione moderamen est obseruandū, ne nimis debilitetur: auxiliuq; gratiæ semper est inuocandū & directio Spiritus sancti, ne homo sub specie boni decipiat ab hoste antiquo.

De discretione in omnibus obseruanda.

Articulus VI.

AD hoc quod opus sit virtuosum & meritum, non sufficit ut sit bonum secundum suam naturam, vel secundum substantiam actus, sed oportet quod fiat cū circumstantijs debitis, vtputa congruo loco & tempore apto, ac recta intentione & debito modo, atque vt personæ agentis conueniat. Hæc autem omnia docet prudentia seu discretio obseruare, ne quid magis fiat vel minus, sed ordinatè ac moderatè omnia fiat. Persona ergo inclusa iuxta formam seu regulam sibi præscriptam, vnumquodq; opus suum congruo loco & tempore, modo & fine adimpleat, nunc orando, nunc psallèdo, nunc meditando, nunc legendò, nunc scribendo, aut opus aliud manuum exercendo: nunc comedendo, nunc quiescendo, ne tædio afficiatur: ideo ait Apostolus: Omnia honestè & secundum ordinem fiant in vobis. Et item: Rationabile obsequium vestrum: vnde sicut charitas est motrix cæterarum virtutum,

Coloss. 3.

somni superflui in com. modo.

Sener. 4.

Gal. 5.

Rom. 13.

Gal. 5.

1. Pet. 2.

1. Cor. 14.

Roma. 12.

simil.

tutum, sic discretio dicitur auriga earum: quoniā sicut auriga dirigit currum ne ruat in præceps, sed rectè procedat: ita discretio ostendit modum & ordinem obseruandum in actibus vniuersarum virtutum, & docet quid profequendū, quid euitandū, ideo sine discretione cæteræ virtutes labuntur & corrumpuntur. Ideo secundū Bernardū conuertuntur in vitia. Per discretionem verò fit homo amabilis familiarisque Deo, quæadmodū ait per Hieremiā: Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meū eris. Et iterū Hieremias fatetur: quia plūs fecit quàm potuit, idcirco perijt. Per Moſen quoq; Dominus iussit: In omni sacrificio offeres sal, per quod discretio designatur. Vnde & christus in Euangelio loquitur: Habete in vobis sal, id est, prudentiam: quoniam omne opus virtutum, quod Deo offerimus, discretione oportet condiri ac decorari. Hinc sanctus Antonius dixit, discretionem matrem esse virtutum. Abbas quoq; Agathon, & Abbas Pastor, idcirco celerius ad perfectionē venisse leguntur, quia in omnibus discretionē seruare laborauerunt, quam virtutem beatissimus pater Macarius breui sermone beatissimè docuit, dicens: Sic viuere debet homo quotidie, quasi quotidie moriturus, & quasi centum annis victurus. Hinc secundū beatum Bernardum, Operatio nostra debet consideratione præueniri: quia antequàm aliqua peragamus, cōsiderare atq; discernere debemus, quādo & qualiter illa agere debeamus: quāobrè dixit Apostolus: Sine præiudicio, id est, præiudicio, nihil facias.

Hiere. 15
Hiere. 48.
Leuit. 2.
Marc. 9.

1 Thimo. 5

De custodia cordis. Articulus VII.



Icut prædictum est, initium vitæ melioris in cella & in clauſtro, est, vt persona inclusa studeat obliuisci omnium mundanorum, & mentem suam expurget ab imaginibus, phantasijs & occupationibus terrenarū atq; carnaliū rerum, quatenus corde quieto, seruenti ac fixo vacet & inhæreat Deo. Quid ergo prodesset inclusa in reclusorio corporaliter residere, si quotidie aut frequenter rumores perciperet seculares, si loquacitati vacaret? Per hoc nanque memoria mundanorum renouaretur in ea, mensque inanibus imaginibus depingeretur, ita quòd nec in oratione, nec meditatione, nec in laude aut contemplatione diuina esset stabilis, feruida & sincera. Confabulatio enim talis spiritalem extinguit feruorem, & quadam inertia percutit mentem, fastidium spiritualium

exercitiorum inducit, tempus viliter perdit, dissolutionem, risum, vanitates variasq; parit ruinas: Ideo Salomō loquitur: In multiloquio peccatum nō deest. Et iterum: Qui custodit os suum, custodit & animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendū, sentiet mala. Itemq;: Sicut vrbs patēs & absque murorum ambitu, ita homo qui nō potest in loquendo cohibere spiritum suum: quemadmodum enim vrbs aperta & muros non habens, ab hostibus facilliter capitur atque destruitur: ita qui irrefrenatus est in loquendo, ab inuisibilibus hostibus multipliciter vulneratur in anima, occiditurq; in ea. Hinc rursus Salomon protestatur: qui custodit os suum & linguam suam, custodit ab angustijs animam suam. Vnde in Ecclesiastico scriptum est: Qui multis vtitur verbis, lædit animam suam: Qui autem odit loquacitatē, extinguit malitiam. Idcirco persona inclusa, volens Christo corpus offerre, non facilliter ad loquendum se offerat, si rationaliter possit vitare: & dum alicui loquitur, nequaquam inania proferat, nec inutilia aut nociua verba aduertat, immo à talibus se auertat, incautè loquentem modestè corripiat. Denique aduenientibus, quorum colloquium non potest vitare, loquatur verba saluberrima cum seruiore, verba sapientiæ cum mensura, verba competentia cum proprijs cordis custodia: quoniam in Ecclesiastico scriptum est. Verba prudentium in statera ponderabuntur. Et denuò: Sapiens seipsum in verbis amabilem facit. Econtrā Salomon loquitur: Totum spiritum suum profert stultus, sapiens differre & reseruat in posterum. Itemq;: Vidisti aliquem velocem ad loquendum, stultitia magis speranda est quàm illius correctio. Itaque sicut vasculum seu amphora operculo carens impletur pulueribus, maculatur, & contentum in ea fœdatur: sic homo, cuius os silentij caret operculo, vitijs adimpletur, fordidatur, inſicitur. Veruntamen valde difficile est linguā totaliter refrenare, nec in verbis excedere: propter quod in Ecclesiastico legitur: Est qui labitur in lingua sua, sed non ex animo: quis est enim qui non deliquerit in lingua sua? Iacobus quoque ait Apostolus: Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Quoniam ergo refrenatio linguæ, tam necessaria est, tamque difficilis, ita vt sapiens dicat: Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum, vt non cadam ab ipsis & lingua mea me perdat? & Iacobus. Vniuersitas, ait, iniquitatis lingua constituitur

Proverb. 10

Proverb. 11

Proverb. 14

Proverb. 21

Eccle. 19.

Eccle. 21.

Eccle. 30

Proverb. 29

Eccle. 28.

Eccle. 29.

Eccle. 19.

Iacob. 3.

Eccle. 28.

Iacob. 3.

7/10.140

11/10.16

Formine
opus necess.
iuria est lin.
guae custodia

Proverb. 28.

Linguam frenat, quid

Eccle. 21.

tuitur in membris nostris: necessè est, vt vnum instanter oremus, quatenus virtutem & gratiam refrenandi gubernandique linguam nobis conferre dignetur, quemadmodum orauit Propheta dicendo: Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantia: labijs meis. Salomon quippe ait: Hominis est animum præparare, & Domini gubernare linguam. Vnde & cum ad loquendum accedimus, proponamus nos custodire in verbis, inuocemusque Deum, vt gratiæ suæ donet auxilium, & linguam nostram gubernet. Ex custodia siquidem linguæ innumerabilia vitia oriuntur, contentiones, iræ, inuidiæ, detractiones, mendacia, iudicia temeraria, seminaciones discordia: quæ omnia vitat, qui ori suo ponit custodiam. Præterea quòd fœminæ naturaliter proniores sunt ad loquendum, eò plūs necessarium est eis linguam restringere, si velint proficere: sicut & euilibet singulariùs necessarium est contra illa præliari peccata, ad quæ ex natura vel consuetudine proniorem se experitura. Postremò, si contingerit personam inclusam aut religiosam verbo aut scripto percipere de negotijs seculi, de bellis aut similibus calamitatibus mundi, non debet in talibus insipienter vagari, sed illis sapienter ac salubriter vti, compatiendo afflictis, orando pro pace & pro in periculo constitutis, atque regratiando Altissimo, quòd se de hoc seculo nequam eripuit, & de varijs mundi periculis miserijsque abstraxit. Veruntamen immoderatam securitatem sibi nequaquam promittat, sed tunc semper, quoniam beatus homo qui semper est pavidus. Hoc quoque sciendum, quòd linguam frenare, est immoderatum loquendi affectum reprimere: & antequàm quid dicatur, attendere, an loqui expediat, vel quid expediat loqui, ne quicquid ascendit in corde, statim sonet in ore, voliterque in aère, vt insipientibus solet contingere: quemadmodum in Ecclesiastico legitur: In ore fatuorum cor illorum, & in corde sapientium os illorum.

De debito reclusorij seu cellæ ac solitudo. Articulus VIII.



apientissimus ille gentiliū Aristoteles verisimè dixit: Homo solus, est vel Deus vel bestia, id est, diuinus vel bestialis: cū enim homo naturaliter sit animal ciuile ac sociale, constat quòd vita solitaria non sit humana: Itaque si persona inclusa sic vixerit sicut cella requirit, faciendo in cella, ad quod in-

stituta est ipsa, tūc est superior hominē, estq; diuina: sicut etenim homo audax dicitur leo, & homo gulosus dicitur lupus, propter similitudinē proprietatis & actionis cū bestijs illis: sic homo contemptiuius, diuinus vocatur: quia diuine naturæ proprietates & actiones aequaliter imitatur, vt infra patebit. Ad hoc ergo ordinata est cella & habitatio solitaria, vt in ea agat homo solū, quæ Dei sunt, id est, operationes, quæ Deo cōueniunt, vel quæ cōplacent Deo: operationes verò, quæ Deo cōueniunt, sunt cōtemplari, diligere, misereri, iustitiā exercere, bonitatē suā alijs cōmunicare. Porro operatiōes, quæ cōplacent Deo, sunt omnes actus virtutum, præsertim credere in Deū, sperare in eo, ipsum amare, cōtemplari, orare, laudare, glorificare, pro ipso pati aduersa. In his igitur atq; similibus iugiter occupari debet inclusa, Deū sinceriter cōtemplādo, ardēter amādo, deuotè orando, iucūdè laudādo, efficaciter honorādo, alijs sua merita cōmunicādo, pro vniuersis cordialiter exorando, miseris cōdolendo. Hoc ergo est præcipuū solitarij opus, vt quantū est possibile fragilitati humanæ, incessanter Deo cōiunctus sit actualiter, siue orādo, siue psallēdo, seu cōtemplādo, meditādo aut diligēdo, quatenus memoria Dei cordi suo tam tenaciter ac amoroſè inhæreat, vt in nullo opere, loco vel tēpore obliuiscatur ipsi: sed siue comedat, siue bibat, siue aliud quid agat, semper mēs sua intenta sit Deo. Nec hoc impossibile reputeſ, cū videamus quosdā carnali amore sic infatuatos & victos, vt in omni loco, actu & tēpore recorderentur personæ dilectæ: & nōne Deus, cuius natura est bonitas pura & incircunscripta, vniuersis ac singularis in finitè amabilior cōmemorabiliorq; consilii? Ex multis autem actibus nascitur cōsuetudo, quæ est velut altera natura. Ideo sicut igni ex sua natura ratione suæ leuitatis facilimū est accendere, & terræ descendere: sic homini veraciter virtuoso, in Dei amore præseruido, in meditationibus diuinis assuesfacto, in sanctis exercitijs habituato & stabilito, facilimum, immo superfacilimū & iucūdū est, se ad deū erigere, in ipso quiescere, in eo accendi, in ipso familiariter occupari: immo in laudibus Dei sic delectatur, vt fatigari vix possit aut fatiari: orat quoque cū affectu suauis. Et sicut in sensatissimi amatores seculi huius totum diem expendunt in crapulis & fabulationibus vanis absque tædio, corde in feliciter læto, quia repleti sunt amore mundano: sic persona inclusa virtutibus perornata, totum diem expendit in laude diuina, in oratione

Cella ad quid ordinata.

Operationes Deo placētes

Solitariorum opus præcipuum.

simile.

tione deuota, in meditatione salubri, in contemplatione cœlesti, in amore superno absque fastidio, immo cum gaudio. O quam felix est talis cellita, si tamen in istis permanferit in omni humilitate atq; profectu vsq; in finem. Deniq; sicut sanctus testatur Bernardus, cum tali incluso ac cellita ita libenter sunt angeli, sicut in cœlo: discurruntq; iugiter inter cellam, in qua talia peraguntur, & cœlum. Veruntamen talem cellitam oportet esse prudentem, vt si nonnunquam contingat diuine consolationis infusione ad tempus, Deo sic dispensanti, priuari, & solita alacritate destitui, tentationibus examinari, infirmitatibus varijsq; aduersitatibus exerceri, tunc patientiam veram exhibeat, gratias agat, viles consolationes despiciat, in Deo confidat firmisimè, eumq; inuocet indefinenter atque fidisimè, maioribus tribulationibus se reputat dignam, & Christum incessanter attendat pro se tanta perpessum. Aduertat insuper, quam saluberrimum sit, æquanimiter pati aduersa, & quòd DEVS quos amat, arguit & castigat, impleatq; quod in Ecclesiastico dicitur: In die bonorum ne immemor sis malorum: & in die malorum ne immemor sis bonorum. Videat ergo inclusa, ne in cella sua torpori aut acedia præset locum, ne otiositatem admittat: otia nanque dant vitia: & vt sapiens loquitur: Multa mala docuit otiositas: quæ secundum Hieronymum, omnium mater est vitiorum, & varias tentationes gignit in homine: idcirco summè vitanda est omni inclusa. Erubescat solitaria & cellita in summi Dei præsentia viliter se habere, inutilia cogitare, illicita affectare, opus Dei negligenter persoluere, mente per mundum discurrere, infructuose tempus expendere, reclusorio debitum suum non exhibere, apud homines famam sanctitatis habere, apud Deum verò & angelos eius negligentem existere, Demonibus opprobrium fieri, & in diuino iudicio cum amatoribus huius mundi confundi. Hæc erubescencia salutaris est pudor castus, & sapientia proles, virtutum fomentum, vitiorum fugatrix, de qua ait scriptura: Est confusio adducens gratiam & gloriam: qui hoc pudore ornatur, dicere potest cum sancto Helia: Viuit Dominus in cuius conspectu sto hodie, & cum Propheta: Seruau mandata tua & testimonia tua, quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

De modo orandi atque psallendi.
Articulus IX.

M Ecclesiastico legitur: Ante orationem præpara animam tuam. Porro, ante orationem præpara animam ad orandum, est cum debita reuerentia ad orandum accedere, vt scilicet, antequam coram Deo cor suum homo effundat, precesq; offerat, diligenter attendat propriam indigentiam atque miseriam, propriam defectuositatem, vitiositatem, & ad omnia vitia pronitatem, pericula quoq; quibus expositus est: deinde Dei maiestatem immensam, dignitatem sanctitatemq; infinitam, pietatem, omnipotentiam, liberalitatem & opulentiam interminatam, omnem etiam charitatem & gratiam Dei circa genus humanum: sicq; ex consideratione propriæ vilitatis & indigentia, atq; ex consideratione maiestatis ac pietatis diuinæ accedat ad orationem, & oret cum humilitate profunda, cum ingenti cordis custodia, & cum ardenti affectu & filiali timore: item cum magna fiducia, cum incessanti instantia & stabili mente. Et quoniam taliter Deum orare laboriosum est satis, nisi singularis abundantia gratia Dei animam piè præueniat, impleat & confortet, idcirco Abbas Agathon dixit: Non est labor, sicut orare Deum. Et sicut orandum est, ita & psallendum. Idcirco si Deo orationes & laudes continuas ac deuotas offerimus, nequaquam extolli debemus, sed indignissimos nos putare, vt coram Deo adstemus, vt coram eo os aperiamus, vt nomen eius exprimamus, vt eum laudemus: Non enim est speciosa laus in ore peccatoris, vt ait scriptura. Peccatori quoq; dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas? Quòd si aliquid veræ deuotionis & acceptabilitatis in orationibus & laudationibus nostris est, hoc donum est Dei, & attribuendum est ei, & de eo quod accepimus, nequaquam gloriari debemus, quasi non acceperimus, sed à nobis ipsi habuerimus illud. Præterea, sicut sancti & doctissimi Patres Basilus, Casianus ac alij docent, homo ita debet proferre verba Psalmorum & orationum, quasi ex proprij cordis intellectu, & affectu formet & exprimat ea: ita quòd sicut gustus corporalis vnamquamq; buccellam cibi singulatim accipit, masticat, saporemq; percipit: sic gustus interior singula verba diuina distinctè debet attendere, & cum interno sapore proferre, vt delectet eum, in definenter orationibus laudibusq; diuinis insistere. Præterea, quamuis non sit humanæ fragilitati in hac vita possibile, indefinenter psallere, orare per talium actuum continuationem, sed

Eccl. 11.

Animam te orationem præpara, quid sit.

Orare, quomodo sit libere.

Eccl. 11. Psal. 49.

Orationes & psalmi quo modo profertur.

Bernardus.

Hebr. 12.

Apoc. 3. Eccl. 11.

Otium inclusa maxime fugiendum. Eccl. 33.

Eccl. 4.

5. Reg. 27.

Psal. 118.

sed congruis loco & tempore, consuetudinem tamen sibi facere debet cellita breuius & affectuosius oratiuiculis, in omni etiam exteriori occupatione, in mensa, in lecto, in colloquio operam dare. Iterum, quoniam persona inclusa debet in charitate Dei & proximi esse præcipua, penitus decet, vt iugiter oret pro bono communi Ecclesiæ, pro vniuersis ordinibus, pro viujs & mortuis, pro cunctis propinquis, benefactoribus, commissis & charis, pro pace terrarum, pro tentatis, afflictis & captiuis, pro aduersarijs quoque, pro infidelium conuersione, pro fidelium reformatione, pro vniuersorum salute, pro emendatione collegiorum & monasteriorum totiusq; cleri, & vt Deus pro videre dignetur Ecclesiæ suæ de veris & condignis ac fructuosius pastoribus & prælatis. Bonum enim commune dignius est bono singulari ac proprio: ideo diuinius est orare pro bono communi. Inclusa quoque debet esse omnino succensa zelo diuini amoris & honoris, vt ardētissimè cupiat Deo ab vniuersis debitum impendi honorem. Postremò, sicut bonitas Dei vndiq; se communicat & effundit: sic virtuosa inclusa Deum imitando, virtutem & gratiam sibi concessam ad omnes debet pro posse extendere, pro vniuersis orando, & modis sibi possibilibus omnibus succurrendo.

Descriptio vnius diei pro exemplo in solitaria vita. Articulus XX.

Vando ad matutinas surgendum est, persona inclusa statim cum alacritate & gaudio surgat, & mentem leuet ad Creatorem, & aliqua deuotissima proferat verba se induendo, signoq; crucis deuotè se muuiat. Deinde matutinas incipiat cum feruore, & legat ac impleat cum attentione atq; dulcore: quibus finitis, secundum quòd vires suæ ferre possunt, occupet se in exercitijs sacris, meditando, orando, magis aut minus diu. Postmodum, si natura requirit, dormire potest quousque surgat ad primas legendas. Porro dū ad dormiendum se ponit, distractiones abijciat, & in bonis meditationibus aut orationibus studeat obdormire. Surgēs verò ad primas, legat eas feruide ac attētè, vt cum Esaia dicere possit Deo: De mane vigilabo ad te. Et cum Psalmista: Manè astabo tibi & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es: vt auditam faciat ei Deus manè miseriam suam, & sole visibili radios suos su per terram projiciente, sol inuisibilis Deus

æternus, sol sapientiæ ac iustitiæ, splendore gratiæ immitat & augeat in animam eius. Deinde alias horas, secundum modum præscriptum, persoluat præfixis temporibus: in tempore quoq; intermedio occupet se fructuosius spiritualibusq; quòd potest, secundum regulam vel consuetudinem suam. Qualiter verò in sumptione cibi ac potus habere se debeat, dictum est. Post prandium autem ad tempus operi manuum vacet, in quo tamen à spiritualibus actibus nunquam longè debet recedere: immo in opere manuali cor suum frequenter debet ad Deum dirigere orando ac meditando. Postea vespere dicat cū deuotione interna: & si cenādū est, debet se in cibo & potu valdè tēperatè habere, ne somno grauetur superfluo, acediamq; incurrat, & somnolentiam patiatur tempore exercitij spiritualis. Sanitas nanq; animæ & corporis, est tēperata refectio. Postremò, completorium cum deuotione legat præcipua, quo factò, in spiritualibus tantum se occupet: & antequam pergat ad quiescendum, diligentissimè inuestiget, consideret atque examinet qualiter diem expenderit, quomodo persoluerit opus Dei, quomodo se habuerit singulari horis, & in cibo ac potu aut verbis, quid mali commiserit, quid boni omiserit, quousq; peruenerit, aut quantum defecerit: tuncq; de suis defectibus ac peccatis cordialiter veniam deprecetur, disciplinam accipiat: sicq; deceterò custoditijs habere proponat firmisimè, fortiterq; conetur, & inuocet Deum, vt in ipsa nocte se custodire in cunctis dignetur. Deinde se signans ac Deo commendans, ad dormiendum se colloquet, & euagationes deuotans meditatio salubria seu orando, dormire nitatur: in lectulo quoq; tanquam in sepulchro se ponat, & memor sit, sepultureq; Christi, immo Christum in suo sepeliat corde, dicens cum sponsa: Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Itemq;: Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur: quacunque enim hora noctis euigilauerit, statim ad Deum se eleuet orando aut meditando, vt rursus cum sponsa dicere queat: In lectulo meo per noctes quæsiui, quem diligit anima mea. De mane autem faciat apud se inuestigationem & examinationem qualiter noctem expenderit, sicut iam dictum est de examinatione facienda desero: & tota die timoratè ac infructuose se proponat habere. Ecce sic se debet habere inclusa quotidie, immo omnia iam prædicta quotidie facere debet cum ampliore perfectione, quia in via Dei

Eccl. 1.

Eccl. 31.

Cōscientia us persecutādo.

Cant. 5.

Cant. 11.

Cant. 3.

464

D. DIONYSII CARTHUSIANI

on proficere, quid est, nisi decrefcere? Ideo bona quæ agimus, non ex arida conſuetudine facere debemus, ſed quotidie cum maiori diligentia & feruore.

Quomodo perueniatur ad perfectionem. Articulus XI.



D proficiendum in via & gratia Dei, atq; ad obtinendam ſpiritalem perfectionem, ſcire expedit & oportet, qualiter ſit incipiendum & procedendum. Imprimis ergo oportet, vt homo propriam inſirmitatem, fragilitatem, culpam, inſufficienciamq; aduertat & iugiter penſet, ac intimo corde fateatur ſe ex ſe non habere, niſi deficere & peccare: ſicq; ad Deum confugiat, & totam ſpem ſuã ponat in ipſo, dicens cum Propheta: In Deo ſalutare meum, & gloria mea, Deus auxilij mei, & ſpes mea in Deo eſt. Ex hac conſideratione duę virtutes radicantur in homine, ſcilicet humilitas & timor Dei. Per humilitatem ſub Deo inclinatur ſe: per timorem vero ſollicitus eſt, ne Deum offendant, eò quòd ad omnia mala procliuſ eſt. Timor enim Dei retrahit hominem à peccato, & diligentia parit: propter quod Salomon loquitur: Qui timet Deum, nihil negligit. In Prouerbijſ quoque habetur: Per timorem declinat vnusquifq; à malo. Et denuò: Timor Domini ſons vite, vt declinet à ruina mortis. Hinc volens proficere, ſpecialiſſimè indiget, vt in humilitate & timore Dei totam conuerſationem ſuam fundet & ſigat, quatenus in omnibus timoratus humiliſq; permaneat. Idcirco Abbas Paſtor aſſeruit, quòd quàm indefinenter attrahit homo anhelitum ſuum, ita inſeſſanter debet timorem Dei & humilitatem ſeruare in corde: quia per hoc creſcit in omni gratia, vitat peccata, ſuperat tentamenta. Secundò oportet volentem proficere, imprimis ea ad quæ tenetur, cum diligentia adimplere, & ſic per ſupererogationem quotidie aliqua bona adijcere, & corã Deo in ſpiritualibus ſeipſum ſecretius exercere: quia vt ait ſanctus Bernardus, Ingratũ eſt Spiritui ſancto quicquid obtuleris, neglecto eo, ad quod teneris. Tertio oportet exteriores ſenſus cuſtodire, linguam & ventrem frenare, ne per immoderantiã loquendi, comedendi, bibendi peccetur. Quarto oportet præſentiam Dei omnia intuentis, vbique attendere, & ſic coram eo omni cultu cor proprium à vanis cogitationibus ac prauis affectionibus cuſtodire. Quintò oportet proſpicere, ne ex conſuetudine & diuturnitate

ſal. 61.

eccl. 1.

eccl. 7. prouer. 14.

Bernardus

Prouer. 4.

nitãtẽ benẽ agendi, & eadem operandi fiat homo negligentior atq; remiſſior: ſed quãtò diutius ac frequentius eadem agit bona, quotidie illa ardentius ac perfectius agere ſatagat. Sextò oportet ſeipſum quotidie examinare, diiudicare & caſtigare, ſecundum modum in præcedenti articulo poſitũ. Denique, ſaluberrimum eſt, vt homo ſeipſum non amet in ſe, ſed tantũ in Deo, videlicet omnia illa appetendo & amplectendo, quæ ſibi expediunt ad complacendum Domino Deo, ad proficiendum in gratia eius, ad obtinendam perfectionem virtutũ: ſicq; aduerſa omnia cũ gaudio patiatur, paſſioni Chriſti ſe conformare conetur, delectabilia carni reſugiat, in operibus penitentiæ delectetur, in aſpernationibus gaudeat, atq; in hiſ uſq; in finem fortiter perſeueret.

Math. 23.

De ſpirituali ſuperbia & uana gloria fugienda, & de humilitate ſemper ſummè ſeruanda. Articulus XII.



Matores & filij huius mundi, de temporalis opulentiã, de nobili genealogia, de multitudine propinquorũ, de frequentia ſubditorum & miniſtrorum, de ſeculari prudẽtia, de eloquentia, de præſediãtia, de honore & fama humana ſoliti ſunt ſuperbire. Porro religioſis & virtuoſis, cum propter Deum omnia illa contempſerint atque reliquerint, ſolet quãdam ſpiritualis ſuperbia acrius, ſubtilius, periculoſiusq; inſtare, inſidiari, nocere: immo & illis, qui ceteris ſeruentiones videntur, vt ſcilicet homo cũ Deo diũ & deuotè ſeruierit, incipiat ſibi in ſe complacere, de ſuo profectu ſeipſum extollere, inaniter quã de ſua fama gaudere, ceteros quali ſub ſe poſitos & defectuoſiores æſtimare, temerariè iudicare, & proprio ſenſui nimium credere, & ita immanſiuus & indocilis redditur, quod peſſimum eſt vehemens, & cum ſuperbo illo Phariſæo quodammodò dicit: Gratias ago tibi Deũ, quia non ſum ſicut ceteri hominũ. Itaque contra hanc callidiſſimam prauiſſimamq; vulpeculam neceſſè eſt, hominẽ Dei prudentiſſimè vigilare, & ſuperbiam iſtam viliffimam funditus extirpare, veram quocunq; & profundiffimam humilitatem in ſe inſuperabiliter conſeruare: ad quod agendum conſiderationes plurimæ valent. Primò, vt homo profundè conſideret, quòd neſciat an amore ſit dignũ, an odio: an ſit reprobus, an electus: an perſeueraturus in bonis uſq; ad finem, an non: immo & ſi ſciret qualis ſit hodiè, qualis cras erit, ignorat. Attendat

Luc. 18.

Contra ſuperbiam conſiderationes diu.

Eccl. 7.

Auguſtinus

1. Cor. 14.

1. Tim. 2. 2. Tim. 2.

1. Pet. 2.

tendat ergo, quod ſanctus Auguſtinus teſtatur: Vidi, inquit, cedros libani cecidiſſe, de quorum caſu non magis verebar aut ſuſpicabar, quàm de ruina Hieronymi atq; Ambroſij. Secundò, vt conſideret illud Apoſtoli: Quid habes quod non accepifti? ſi autem accepifti, quid gloriaris, quali non accepifti? Quemadmodum igitur omne bonum, præſertim ſupernaturalia gratiã dona, à Deo habemus: ita debemus ea nõ nobis, ſed Deo cum omni humilitate & gratiarum actione adſcribere. Tertio, quòd omnia, quæ habemus, intantum à Deo dependent, quòd nõ poſſunt vno momento in nobis manere, niſi Deo eadem conſeruante. Quid ergo de viribus noſtris præſumimus, aut de propria gloriatur conſtantia? Quarto, quia quantum plura à Deo dona ſuſcepimus, tantò plũs tenemur ei eſſe ſubiecti & grati, maiuſque nobis inſtat periculum, ſi ingrati fuerimus aut ſuperbi. Cui enim plũs datum eſt, plũs requiritur ab eo. Melius quoque eſt (vt princeps Apoſtolorum fatetur) non agnoſcere viam iuſtitia, quàm poſt agnitionem retrorſum reuertĩ. Quintò, quòd de proximo ignoramus qualis futurus ſit cras, & qualis ſit in prædeſtinatione diuina, in qua forſan multò felicior nobis ac melior eſt. Non ergo quempiam fatuè contemnamus aut condemnemus, neque noſiſpõs alicui ſtolidè præferamus: immo omni momento poteſt Deus quemcunq; conuertere peccatorem. In ſuper, ſi penſemus quanta ſit vitia & immunditia noſtra in corpore & anima, quanta peccata commiſimus, quot bona omiſimus, quàm proni ſumus ad mala, quàm vehementer ac inſeſſanter gratia indigeamus diuina, quot operibus noſtris bonis quotidie negligentia immiſceantur, quot diſtractiões, quot defectuoſitates, ita vt eſaia propheta teſtante, Omnes noſtrę iuſtitia quafi panis mèſtruatæ: quorũ quotidiè venialiter ſaltem peccamus, quot periculoliſ ſumus expoſiti, quot laqueis quoque circumdati: ſi iſta atq; ſimilia ponderemus, inſelicem illam ſuperbiam & gloriã vanam, Deo auxiliante, faciliter exuſſabimus, in vera humilitate ſapienter manebimus, & ad magnum gratiæ apicem pertingemus.

Quomodo incluſa ad ſpiritualem patrem & conſeſſorem habere ſe debeat. Articulus XIII.



Iri perfectiores ſunt ſceminis in naturalibus donis communiter, vtpuãta fortiores in ratione, animo conſtantiore, cõſilio prudentiore: idcirco A-

poſtolus prohibuit mulierẽ docere, iuſſitq; ſceminas cõiugatas à viris ſuis docere ac gubernari. Hinc incluſa Patri ſuo ſpirituali & conſeſſori occultare nil debet, præſertim in cõfeſſione, ſed oẽs quas patit ſuggeſtiões, tentationes, imaginationes & affectiones eidem ſimpliciter atq; humiliter pandere, eiuſque informationibus, conſilijs ac præceptis acquieſcere debet: immo in omni religioſo, in omni etiã Chriſtiano, placere Deo volente, hoc præcipuè Demones deijcit, gratiam impetrat, ad profectum adducit, ſi cordis ſui ſecreta ſpiritualibus Patribus, exercitatiſq; viris aperiant, vt inſormentur ac dirigantur, ne fortè ſub ſpecie boni fallantur. Iſtud verò ſpiritualibus ſceminis, præſertim incluſis, ſingulariter expedit. Docet quoq; ſanctus Hieronymus, quòd virorum memoria ſoleat deuoris ſceminis valdè eſſe nociua: Idcirco ad nullum virum aſſici debent, niſi ſpiritualiter valdè, nec cogitare de viro vt viro, ſed vt religioſo ſeu deuoto, vel vt benefactore, vel alio modo honeſto, per abſtractionem à ſexu. Corda nanq; ſceminæ nimis inſtabilia eſſe ſolent ac mollia: idcirco oportet vt ſemper inuocet gratiam Dei, quæ corda earum ſtabiliat, rationem confortet, animum donec robuſtum, ne inutilibus cogitationibus aut illicitis affectionibus immorentur: ſed dum talibus ſe tangi ſentiunt, mox ad meditationem paſſionis dominicæ ſe conuertant, atq; ad cætera viciniora ſaluti, ne puritas earũ foedetur. Mulieres tamen communiter humiliores ſunt viris, ſecundum Doctores, & ad deuotionem ac compũctionem ex naturali diſpoſitione magis diſpoſitæ.

1. Cor. 14.

Coloſſ. 3.

Heb. 6.

De præparatione mentis ad contemplationem. Articulus XIII.



Ita perſonæ incluſæ tantò excellentius debet eſſe contemplatiua, quò ab exterioribus eſt magis abſtracta, & à conuerſationibus negotijsq; humanis plũs elongata. Porro vita contemplatiua, eſt ſummæ & increata veritatis agnitioni moroſe inſiſtere, diuinorum ſpeculationi vacare, æternæ ac adorandæ Trinitatis beatitudinem ſpeculari, ſummi boni amore ſuccendi, in Deo percõtemplationem & dilectionem quieteſcere. Hæc autem vita deiſormis atque clariſſima eſt, idcirco mens humana non eſt ad eam apta & digna, niſi fuerit à paſſionibus vitijſq; purgata, virtutibus exercitata, ad illuſtrationes diuinas benè diſpoſita. Paſſiones vero animæ nõ ſunt, niſi quædam affectiones

Vita contem. platiua.

appe-

perfecti debeant Deum amare, non solum propter bonitatem, sed etiam propter beneficia eius data aut danda. Pro cuius quaestio nis solutione multa subtilia ac difficilia pos sent induci, quae hoc in loco sunt magis o mittenda. Sed iam breuiter atque facilliter respondendum, quod beneficia & promissa Dei considerari possunt dupliciter: Primo, vt sunt vtilia ei in se, qui recipit ea: secundo, vt sunt ei necessaria ad hoc, quod Deo ple ne deseruiat siue inhæreat, eumque laudet in omnibus & honoret. Primo modo con siderando beneficia Dei & promissa, repu gnat puro amori Dei, diligere eum propter beneficia & promissa ipsius: secundo autem modo non repugnat, immo pertinet ad ple nio rem & perfectiorem amorem Dei, dili gere eum propter beneficia & promissa ip sius: quia sic totaliter ordinantur ad Dei a morem, laudem, cultum & gloriam. Prete rea, quamuis secundum Augustinum, om nis anima Christiana sit, aut Dei Sponsa, aut Dæmonis adultera: quia si Deo præcunctis adhæret, in ipso sibi finem constituens, spõ sa est Dei: si autem in mortali extat peccato, adultera consistit Diaboli, cui per volunta tis communionem miscetur, & per consen sum vnitur, atque ad malè agendum ab ipso infeliciter suggestione pestifera fœcunda tur, vel potius impletur: Veruntamen inclu sa tantò eminentius esse debet sponsa spon si æterni excellsi, quantò perfectius vniuer sa carnalia & caduca deserit & contemnit, vt tota ac libera affectuosaque mente cœlesti sponso intendat, vniatur, adhæreat: ideo de bet Deum castissimis sanctę dilectionis bra chijs intra se stringere, eumque in medio cordis sui seruenter amplecti, solerter tene re, immobiliter conseruare actū vel habitū, vt illud in Canticis Canticorum dicat vera citer: Ego dilectio meo, & ad me conuersio eius. Sic enim dignatur amplecti: immo ad hoc horratu r sponsus supernus, dicendo: Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachia tua: quia fortis est vt mors dilectio tua. Nil ergo adspiciat, nil admittat, nil cupiat deuota inclusa, quod à sponsi huius dignissimi amore purissimo, sincerissimisque amplexibus impedit: il lum solum cogitet, diligat atque possideat, eius semine (id est, verbo Dei & lumine Spi ritus sancti) interius fœcundetur, vt fructi ficet Deo in sanctis operibus. Spiritalem for nicationem (hoc est, adhæsiōnem mentis cū rebus caducis) abhorreat, cum Propheta de cantans: Quid enim mihi est in cœlo? & à te quid volui super terram? Deus cordis mei &

pars mea Deus in æternum. Et iterum: Mihi ad hærere Deo bonum est, ponere in Domi no Deo spẽ meã. Sic enim ait & Hieremias: Pars mea Dominus, dixit anima mea, pro pterea expectabo eum. Bonus est Dominus sperantibus in se, animæ quærenti illum. Bo num est præstolari cum silētio salutare Dei.

Quomodo anima personæ incluse de beat Deo assimilari. Ars titulus XVIII.

DEVS omnipotens & æternus, cuius natura est bonitas, cuius pietas est immensa, cuius dignitas infinita, sicut ad imaginem & similitudinem suam homines condidit in natura, dando eis naturales potentias, per quas capaces sunt Dei, & participes fieri possunt beatitudinis eius, videlicet memo riam, intellectum & voluntatem: ita vult homines sibi sublimius assimilari per su pernaturalia dona, putà per dona & opera gratiæ in præsentī, atque per dona & opera gloriæ in futuro. Hinc in Euangelio Chris tus loquitur & hortatur: Estote perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est. Itemque: Estote misericordes, sicut & Pater vester cœlestis misericors est. Per Mo sen quoque Dominus dixit ad filios Israël: Sancti eritis, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester. Et iterum Moyses ait: Perfectus & absque omni macula eris coram Domino Deo tuo. Similitudo enim est causa amoris & ratio vnionis. Si ergo Deo placere & ama ri ab eo, atque eidem feliciter vniri optamus, studeamus assimilari eidem, non qualitercunque, sed ordinatè secundum volun tatem ipsius. Nam & princeps tenebrarum voluit Deo assimilari, quum dixit: In cœ lum ascendam, super astra cœli exaltabo solium meum, & ero similis Altissimo. Con siderandum est igitur, in quibus debemus Deo velle assimilari, & in quibus non licet nobis similitudinem DEI appetere. De hac tamen materia non est in isto tractatu lo profundè scribendum, quia materia alta est, sed simpliciter superficialiterque tan gendum. Itaque quædam conueniunt DEO ratione suæ maiestatis & excellen tiæ, in quantum est primum, æternum, in creatum, independens & summum ens, vt putà cæteris præesse & dominari, nulli subesse, liberrimè agere, de nullo cura re. In his atque similibus non licet nobis velle DEI assimilari. Sic quoque prin cepe

ceps tenebrarum, qui est Rex super omnes filios superbiæ, DEO assimilari volebat: quem iniquissimum imitantur filij eius, videlicet ambitiosi, superbi, inobedientes, rebelles ac discoli. Porro alia conueniunt DEO ratione suæ bonitatis & sapientiæ, vtputà esse pium, clementem, dulcem, veracem, purum, iustum, sanctum, amorosum, liberalem ac simplicem: in his Deo assimi lari debemus atque iubemur. Denique, cum Deus sit essentialiter, verè ac proprie amorosus ac sapiens, immo potius amor & sapientia ipsa (Iohannes enim Apostolus ait, DEVS charitas est. Et Paulus Aposto lus: Soli, inquit, DEO honor & gloria) hinc per charitatem ac sapientiam atque per actus carum DEO præcipuè assimilamur, vi delicet DEVM contemplando ac diligen do. Hinc contemplatiui dicuntur diuini: & tantò vnusquisque est melior atque diuini or, quantò in DEI amore maior siue fer uentior. Insuper vnumquodque maximè assimilatur ei, cuius opera amplius imita tur. Vnde innocentes & mansueti, oues vocantur: nocentes verò & iracundi, dicuntur canes seu lupi: feroces quoque & audaces, nominantur leones: & callidi, vulpes. Cùm ergo vita & operatio DEI altissimi, in seipso sit sui ipsius amorosa contempla tio & contemplatiua amatio, constat quòd illi præcipuè Deo assimilantur, qui ei per contemplationem & dilectionem intenti sunt: & quantò plus homo ab amore & con sideratione ac occupatione rerum tempo raliū ac carnalium se abstrahit, tantò dei formior præstantiorque efficitur. Præte rea, cùm Deus vniuersis ac singulis bonis & malis, gratis & ingratīs, bonitatem suam communicet, naturalia dona præstando & conseruando, ac vitæ necessaria largiendo, alia quoque diuersa dona tradendo, immo & supernaturalia gratiæ munera, quantum in ipso est, offerendo, & angelos sanctos ad custodiam hominum deputando, seque ad iugosendum iniquis paratissimum exhibendo, intantum vt dicat: Quacunque ho ra peccator ingemuerit pro peccatis suis, omnium iniquitatum eius amplius non recordabor: hinc per liberalitatem ad omnes, & per misericordiam ac ignoscenciam su per forefactores, Deo non parum salubriter assimilamur, dum & inimicos diligi mus, & odientibus & persequentibus bona pro malis rependimus, orantes pro ipsis, ad quod nos in Euangelio hortatur Saluator. Diligite, inquit, inimicos vestros, & orate pro persequentibus & calumniantibus

vos, vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est: qui solem suum facit oriri super bonos & malos, & ceter. Propter quod docet Aposto lus: Imitatores DEI estote, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, Amplius, per zelum iustitiæ Deo non parum assimilamur, dum intantum amamus iustitiam & virtutes, quòd quasi in affectum iustitiæ transformamur, & quicquid contra iustitiam est detestamur, inordinato proprij commodi affectu extincto. Veruntamen sicut Deus operibus suæ iustitiæ misericordiam miser: ita & nos iustitiæ cir ca alios misericordiam admiscere debemus, sicut & nobis Deum misereri optamus.

De contemplatione Dei. Arti culus XIX.

Beatitudo & merces Sanctorum in Regno cœlorum, est clara, im mediata ac fructiua cognitio di uinitatis, videlicet beatifica visio diuinæ essentiæ in seipsa clarissimè sine me dio & absque velamine: & visio illa est super beatissimè Trinitatis intuitio gloriosa, quoniam Pater & filius & Spiritus sanctus sunt vna essentia, vnius DEVS, vnumque sum mum bonum, quo solo fruendum est. Porro visio illa beatifica, est ineffabiliter gau dio sa atque dulcissima, replens totaliter & quietans desiderium Beatorum. Propter quod Propheta loquitur Deo: Adimple bis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextra tua vsque in finem: Et iterum: Satiabor quum apparuerit gloria tua. Quan to enim res aliqua est maioris pulchritudi nis ac decoris, tantò delectabilius est clarè eam adspicere, præsertim si diligatur, eius que præsentia appetatur. DEVS autem est pulchritudinis penitus infinita: immò ipse essentialiter est pulchritudo inuariabilis, summa, incircumscrip ta atque purissima, splendidissima, conuenientissima ac amœnissima, à quo omnis pulchritudo creatura rum fontaliter fluxit, infiniteque deficit. Quid enim pulchrius veritate? quid purius sanctitate? quid splendidius sapientia? Deus autem est veritas prima in se subsi stens, sanctitas æternalis, finem non habens: sapientia fontalis, cuius non est mensura aut numerus. Ipse ergo verè essentialiter, incomparabiliterque pulcherrimus est in seipso & delectabilissimus ad inspiciendum: sancti quoque in Regno cœlesti ardentissi mè diligunt eum: Idcirco cum in æstimabili iucunditate eum adspiciunt, ita quòd nil

Dei beneficia dupliciter considerantur.

Canti. 7.

Canti. 8.

Psalm. 72.

10. 41

1. 10. 4. 1. Tim. 1.

11. 1.

1. 10. 16.

1. 10. 16.

Beatitudo sanctorum in quo consistit.

Psalm. 118.

Psalm. 62.

amplius cupiunt. In super constat quod quã
 rã aliquid maioris in seipso extat dulcedi-
 nis, maiorisq; bonitatis ac perfectionis, tan-
 tã deliciofus est ipso frui. Deus verò est bo-
 nitas summa, dulcedo immensa, perfectio
 interminata, cuius diuitiã atq; delicia in ip-
 so sunt penitus infinita. Iucundissimum er-
 go & prorsus dulcissimum est, frui increata
 dulcedine, illimitataq; bonitate Dei, & hæc
 beatificac fruitiua cognitio Dei: est omni-
 bus est ipsa diuinitas æternaq; Trini-
 tas. Deniq; in hoc consistit profectus noster
 & perfectio nostra in hac via, vt præfata vi-
 sioni beatificac & contemplationi fruitiua
 dei quotidie, quãtũ est possibile, propin-
 quemus, prægustemusq; eam aliquo modo,
 suscipiendo desuper cõsolationes internas,
 delectationesq; spirituales ex contemplatio-
 ne & dilectione Dei per fidem & sapientiã
 donũita vt cum Propheta psallamus, & ex
 sententia dicere valeamus: Cor meum & ca-
 ro mea exultauerunt in Deum viuum. Pos-
 sumus igitur & debemus etiam in hac vita
 Deo aliquo modo frui, inhærendo ei finaliter
 propter seipsum. Iam quoq; possumus eum
 aliquo modo contemplari, non tamen perfe-
 ctẽ, sed vt ait Apostolus: per speculum in æ-
 nigmate, vtputã per formas similitudinesq;
 creatas, secundum quod per eas & in eis re-
 præsentat relucetq; Deus. Interdũ aut fit
 hoc per similitudines corporales, interdum
 per formas imaginarias, interdum verò fit
 hoc sublimi, purius atq; diuini per species
 & radios intellectuales, hoc est, per solã in-
 tellectuale illuminatione, & spiritalis spe-
 ciei aut luminis infusionem: sicq; continge-
 re solet personis perfectis, heroicis, ac diui-
 nis, quæ sepe inopinatis excessibus ferun-
 tur seipsum rapiuntur in Deũ, qui frequẽ-
 ter benignissimẽ sic subitõ & improuise præ-
 uenit mentes illarũ, quod absq; proprio co-
 namine mirabiliter illustrantur & inflam-
 mãtur à Spiritu sancto, tamq; suauissimẽ re-
 plentur & consolantur ab ipso, vt ineffabilẽ
 Dei circa se charitatem, pietatem, liberalita-
 tem ac dignationẽ nequaquam mirari suffi-
 ciant; atq; tam validẽ eleuantur & afficiun-
 tur in Deũ, vt præclaritate contemplationis
 & præ feruore dilectionis diuinæ deficiant,
 & à seipsis alienentur ac corpore infirmen-
 tur, vndaq; gratiã desuper influentis ferre
 vix queant: sicq; Deo suũ in eos cõtinuante
 influxũ, à seipsis penitus defluunt, atq; in a-
 bysso lucis æternæ, in fonte diuitiarum glo-
 riæ infinitæ demerguntur ac absorbentur,
 & igne amoris diuini quodammodo con-

profectus &
 perfectio ho-
 minis in hac
 vita.

Psal. 83.

1. Cor. 13.

sumuntur, sicq; dulcissimẽ in Deo obdor-
 miunt, feliciterq; repaasant & cõquiescunt,
 quousque hæc gratia tanta tollatur, & sibi-
 ipsi relinquantur, atque ad solita exercitia
 remittantur. Tales tam electi à Deo cum
 Propheta dicere valẽt: Quia inflammatum
 est cor meum, & renes mei commutati sunt,
 & ego ad nihilum redactus sum, & nesciui.
 Itemq;: Defecit caro mea & cor meum, De-
 us cordis mei, & pars mea Deus in æternum.
 Et rursus cum sanctissimo Hieremia: Fa-
 ctus est sermo Domini in corde meo quasi
 ignis exæstians, claususq; in osibus meis:
 & defeci, ferre non sustinens. Itaque, cõ-
 ad charitatem perfectã, prout huic vitæ pos-
 sibile est, peruenerit homo, donũ quoque
 sapietiã in ipso perficitur: & per illud fit ho-
 mo velut consiliarius & secretarius Dei, sub-
 ueniente Spiritu sancto: dispositissimus est
 ad suscipiendum vberimẽ ac sapiensimẽ il-
 luminaciones diuinas, inflamaciones inter-
 nas, cõsolationes supernas, ita quod nihil
 sibi facilius est, nihil suauius, nihil familia-
 rius, quã per contemplationem feruidum
 que amorem se ad Deũ leuare, in ipso qui-
 escere magis aut minũ diũ, prout Spiritus
 sanctus concesserit. Contempletur ergo ele-
 ctã inclusa Dominum Deum suum, quomo-
 do ipse in seipso simplicissimus est, & infini-
 tẽ, incompræhensibiliter, incomparabiliter
 quẽ perfectus, ita quod suã bonitatis ac sa-
 pientiã, suã felicitatis & gloriã, suã amabi-
 litatis & excellentiã, suã dulcedinis ac opu-
 lentie, suã nobilitatis & omnipotentia, suã
 pulchritudinis atq; clementiã nullus est fi-
 nis, nullus numerus, nulla mensura: sicq; præ-
 cordialissimẽ congaudeat Deo de omni
 hac proprietate ipsius. Præterea, cum om-
 ni humilitate, affectu & reuerentia contem-
 pletur supergloriosissimam ac superdigi-
 nissimam Trinitatem, quomodo Pater æ-
 ternus & Vnigenitus eius superpulcherri-
 mus ac superdulcissimus paracletus Spi-
 ritus sanctus, se inuicem ardentissimẽ dili-
 gunt, iucundissimẽ inspicunt, beatissimẽ
 perfruuntur: quomodo quãlibet diuina
 & increata persona tam infinito & superar-
 denti amore diligit alias duas personas di-
 uinas, sicut seipsum. Ideo cum infinita
 prorsus lætitia se mutuo intuentur, cum
 immensa quoque dulcedine se inuicem
 perfruuntur, & cum inexcogitabili delecta-
 tione se mutuo complectuntur, atque
 in se inuicem sunt, manent & conquies-
 cunt. Amplius contempletur, quomodo
 vnigenitus Filius Dei, Deo patre volente, &
 Spiritu sancto cooperante, ex nimia sua pie-
 tate

Psal. 78
 Ibidem.
 Hier. 12.

Cõtemplati-
 onis Dei.

Trinitatis.

incarnati-
 onis Dei.

tate & charitate ad nos, factus est homo pro-
 nobis: & quomodo eodem instanti quo ani-
 ma Christi creata est, mox vnita fuit æter-
 no verbo seu filio Dei personali vnione, &
 eodem instanti impleta fuit omni gratia, vir-
 tute & dono Spiritus sancti, beatifica quoq;
 visione diuinæ essentia. Eodem etiam instã-
 ti formatum fuit corpus Christi sanctissimũ
 ex purissimo sanguine virginis sanctæ
 Spiritus sancti virtute, & vnita fuit ei eo-
 dem instanti anima Christi, ita quod tunc a-
 nima & corpus simul iuncta, pariter vnita
 fuerunt verbo æterno: sicq; filius Dei fa-
 ctus est homo, & permanet Deus & homo
 in vna persona. Præterea contempletur om-
 nium beatorum in regno cœlesti pleham fe-
 licitatem & gloriam, mentis in Deo feruorẽ,
 mutua charitatem, deliciofissimã fo-
 cietatem, æternam securitatem. Contem-
 ple tur ordines angelorum, quã pulchri ac

splendidi, quã elegantes, potentes ac glo-
 riosi sunt illi angelici spiritus, quã innu-
 merabilis sit eorum exercitus, quomodo
 millia millium angelorum Deo ministrant,
 & decies millies centena millia ei assunt.
 Contempletur demum beatissimã virgi-
 nem Mariam, quã inæstimabilis sit beati-
 tudo & honor ipsius, eò quod sit veri Dẽi
 genetrix vera. Insuper Patriarcharum, Pro-
 phetarum, Apostolorum, Martyrum, Con-
 fessorum ac Virginum, omniumq; Sancto-
 rum gloriam contempletur: & quomodo vn-
 uersa triumphans Ecclesia, omnipotentĩ
 nomino, vni ac trino, incessanter æternali-
 terq; intenta sit, quã reuerenter ei deser-
 uiat, quã gratissimẽ cum laudet, quã ina-
 uertibiliter ei inhæreat, qui est super om-
 nia Deus sublimis & benedictus.

AMEN.

DE VITA INCLVSARVM FINIS.

D. DIONYSII

CARTHYSIANI DE VIA PURGATIVA.

PER QUAM QUILIBET AD AMICITIAM DEI, POST
 LAPSVM, COMPENDIO REVERTI POTEST.
 LIBER VNVS.



Olens purgari de peccatis, gratiam impetrare, &
 indulgentiam consequi salutare, in scripturisq; il-
 luminari, & tandem Christo totus inardescere, vt
 hic in eo Dominus Iesus resideat vt in thro-
 no, resulgeat vt in Cherubin, & ardeat sicut
 in Seraphin, ac etiam vt sic simuletur throno
 Cherubin & Seraphin, hoc modo incipiat:
 Ponat se ad locum quietum & occultissimũ,
 & maximẽ nocturno tempore, si po-
 test, semel saltem per diem & noctem, vel a-
 liã in die in silentio, ne si pluriẽ fecerit, cap-
 ut doleat, maximẽ si fuerit fenex aut debi-
 lis. Et faciem suam dirigendo in cœlum, vel
 cum Maria Magdalena & Publicano submit-
 tendo in terram, recolat decem vel duode-
 cim vel infra, de peccatis suis maioribus, ma-
 gis ipsum in conscientia pungentibus, eaq;
 coram Deo quasi ipsi loquendo enumeret,
 & enumerãdo suspiret, ipsum Deum in om-
 nibus exaltãdo, & se in omnibus deprimen-
 do, prout poterit: leuiter tamen & quasi cur-
 sorie transcundo, ne Diabolus sibi de eisdẽ

peccatis propter moram delectationem in-
 ferat, de quibus debuit habere medicinam:
 vel, ne cogitationem sanctam alienet. Et in-
 cipiã sic, vel quocunq; modo meliũ sibi
 placuerit, loqui humilimẽ sua materna lin-
 gua: vel meditari, si tãdet loqui: Domine
 Iesu Christe, ego sum ille peccator nequif-
 simus, miserrimus infelicio, nequissimis a-
 bominabilior, qui tuam maiestãtẽ tot & tan-
 tis criminibus offendi, vt enumerari non
 possint, sicut nec arena maris præ multitu-
 dine, &c. O pie Iesu, tu nosti quã miserẽ
 ego in tali loco, tali tempore & cum tali per-
 sona, & tali occasione, & quã abominabi-
 le peccatum ibi commisi, &c. Et sic transeũ-
 do quodlibet, ad singula suspirando, euilã-
 do, lamentando & stendo, si Deus dederit,
 & in capite pari poterit: quia sicut quãlibet
 limæ confricatio rubiginem auferit ferri, sic
 & gemitus seu suspirium peccati. Tameã
 non excedatur modus in nimia tristitia cor-
 dis, propter dementia, quã multis capite
 debilibus posset & solet euenire. Adjiciet
 etiã talia vel similia: Bone Domine Iesu,
 licet in illo peccato & illo tantum te offen-

peccatoris
 peccato hũ-
 milis.

exercitãtia
 spei cõtra deũ
 sperationem.

Rr 3 derim,

derim, & ita abominabiliter egerim, ut meritò me terra absorbuisset, vel ignis tuæ vindictæ, tamen in æternum non desperabo: imo semper sperabo, quòd mihi misericordiam facies & remissionem, qui tunc non vindicasti: sed ad istam contritionem, quam etiam mihi das, seruasti. Et scio quia maior erit ex hoc gloria tua, si mei misereberis, sicut misericors fuisse Petri, Zachari & Pauli, qui gloriosiores surrexerunt poenitentes: ita de me futurum non dubitabo in æternum. Talia & similia semper iocalia & socialia intermiscet ad quodlibet peccatum, propter recreationem spirituum & virum suarum, dicendo: Bone Iesu, Mariæ Magdalenæ & Mariæ Aegyptiacæ poenitentia, agnitio & confidentia latronis, reuocatio Petri, conuersio Pauli, Dauid, Chananae & Publicani, ac talis & talis N. & N. mihi poenitentia uadaciam dant veniam petendi. Rogo ergo pie Domine, da mihi contritionem de peccatis, & remissionem, & tui familiaritatem. Et sic magis ac magis anima se purgans, ad perficienda, quæ ratio non inuestigat, vel in tellectus speculatur, diuino subsidio vel desiderio eleuatur. Et ut plùs doleat de peccatis, ad sui confessionem & humiliationem beneficia sibi à Deo tanquam ingrato collata, attentissimè coram Deo ibidem & ubique semper præsentem, prout melius poterit, recolat. Primò generalia, deinde specialia, dicendo sic: Etiam Domine Iesu, quomodo non esset mihi occasio sperandi, quia tot & tam gloriosa beneficia mihi contulisti? Nunquid enim, quòd ad spiritum, de nihilo nobilem creaturam me creasti, rationabilem super omnes creaturas corporales post angelicas, ad imaginem tuam cum aptitudine hic tenendi te gratiam, post hanc autem vitam contemplandi & videndi facie ad faciem per gloriam? O ergo miserum, quòd te Creatorem sic offendi & quotidie offendo. Miserere ergo Domine, miserere: aliàs enim mihi misero non nasci profuisset, quam sic natum offendisse Dominum creatorem meum, & pro peccatis condemnari. Fac ergo misericordiam pauperi tuo & abiecto. Sed multò magis mihi dolendum, quòd contra tam pium Dominum peccando superbiui, qui se intantum propter me humiliavit, quòd licet esset Rex regum, & Dominus dominantium, in quem angeli prospicere gaudent, nihilominus pauper effectus, tanquam pauper, exul & peregrinus mundi huius dolores pro me ferre dignatus est, & finaliter turpissima morte occubuit, ut me sibi que cre-

Mat. 26.
Luc. 19.
Act. 9.

Spes uenire ex diuinorum beneficiorum consideratione.

Gen. 2.
Beneficium creationis.

Apoc. 19.
2. Pet. 1.
Esa. 51.

derentes ab æterna morte redimeret. Ista ergo beneficia mi Domine, creationis scilicet, incarnationis, passiois & mortis spem mihi faciunt obtinendi peccatorum indulgentiam. Sed valde meritò turbor ex eo, quòd licet ista pro me feceris, ego tamen econuerso intantum offendi te, ut totus mundus iustè contra me pugnare possit. Itaque bone Domine desidero (quia uerè dignus sum) ut insurgant omnes creaturæ tuæ in me, & uiscerentes Creatorem suum, qui pro me homo factus, paupertatem sustinuit. De passione cogita, quòd vix fuerit aliquod membrum, quin conculcatum fuerit & punitum à planta pedis vsq; ad verticem capitis. Etiam Domine propter hoc sperabo, quia te diù de me non vindicasti, sed expectasti conuersionem meam, atque ad ordinem hunc sanctum locumque vocasti, & inter bonos seu solitarios collocasti. Secundò, quòd multos digniores, potentiores & ad gratiam preparatiores tenebris seculi reliquisti, & me miserum lumine gratiæ tuæ circudedisti. Denique, quòd multos infernus iam deglutituit vel purgatorum detinet, qui minùs peccauerunt quam ego. His Domine peiorem me, superflitem seruasti. Sic quoque cogitet de alijs beneficijs Dei specialibus & proprijs, ut quòd subdiaconum vel diaconum aut presbiterum fecit, & de periculis multis saluauit. Et sic de omnibus tanquam confusus dicat: Ah mi Domine, ista beneficia tua tot & tanta mihi impensa, totum me confundunt, immo minorem nihilò, si possibile esset, facerent, quòd Dominum tam beneficium sic prouocauit. Heu me, nunquam possem respondere tibi de beneficijs tuis, etiam si totus resolveret, & multò minùs pro peccatis emendare, nisi per gratiam tuam omnia remittas. O bone IESV, quid ergo de cæterò faciam, quia dignus sum, immo conscientia me dignum iudicat pessima morte. Sed quia id mihi non licet, tu me interfice, vel angelus tuus. Si uerò hoc tibi non placet IESV bone, ego quantum in me est, offero me latronem pessimum & immundissimum peccatorem tibi perpetuò seruiturum. Et cætera similia cogitet vel dicat, prout Dominus dabit, profernatque se humiliando quantum ualet, & quantum humilius tantò melius. Et sic tantò citius ac abundantius gratiam diuinæ misericordiae prouocabit. Tunc equidem pijsissimus ille Iesus dabit illi dolorem de peccatis, vel saltem dolorem quia non dolet. Tamen si fecerit istud per tempus, & Dominus ipsius dili-

Esa. 2.
Beneficium gratiæ re-
pitiuonij.

2. Cor. 13.
Mich. 7.

diligentiam & patientiam probauerit, dabit gratiam sine dubio, quam optat. Postea ablineat ab his, quæ conscientia iudicat offensua DEI, & assuescat in orationibus & meditationibus, in scripturis & studijs manuumque operibus semper suspirare, dicendo amatoria & inflammantia nomina: ut, dulcissime IESV, amabilissime & amantissime Deus; misericordissime, pijsissime, ò mitissime IESV, charissime Domine, misericordissime, dulcissime, summe, benignissime &cet. sicut Deus dederit semper sua lingua. Et recursum specialem habeat ad beatissimam virginem Mariam, ut pro ipso intercedat: Et sic cauens à peccatis, & vacans Deo, quotidie magnam obtinebit agilitatem in verbis & factis, omnique conuersatione: semper namque Deum offendere timebit: Nisi enim in Dei timore omnia sua faciat, citò Dominus recedet ab eo, eritque peccator quemadmodum & antè. Stet ergo ut uir, uiriliter agens, & oret, non solum pro se vel sibi familiaribus ac specialibus, sed in communi pro omnibus in uera charitate existentibus, quos Christus suo sanguine redemit. Et ante omnia sit exemplaris, quoniam hoc Domino multum placet: sic enim sanctimoniam, sanctosque mores in eo alij legunt. Et sciat quicumque se in his exercuerit, nec ea spreuerit, quia puerilia videntur, quoniam speciale familiaritatem experietur de Domino Iesu: immo per dolorem de peccatis, uelut per osculum pedum, & per recordationem beneficiorum, uelut per osculum manuum, pertinget ad osculum oris, adhærendo Domino in æternum. Postquam autem hæc per tempus fecerit, tunc sicut fit in fabricis pontium superædificatis lapidibus diuini amoris, deijcere debet lignea facta, continuam scilicet recordationem & tristitiam de peccatis: sed rarè, in septimana semel vel aliquando leuiter, ne grauet cerebrum. Delicietur autem quasi gratias agens Domino de beneficijs suis quotidie occurrentibus, & laudet eum in quolibet. Si bona audierit de aliquo, benedicat Deum in donis suis: si uerò mala, oret ut parcat atque ignoscat. Vnde Bernardus in Canticis: Suedeo uobis amicis meis, reflectere interdum pedem à molesta & anxia recordatione uiauum uestrarum, & ire in itinera planiora sereniore conscientie memorie beneficiorum Dei, ut qui in uobis confundimini, ipsius intuitu respiretis. Est quidem dolor de peccatis necessarius, sed non sit contiuiuus. Et postea: Ideo, inquit, iu-

Quid facies
si post huius
uendi spem
et conquis
tionis gra
tiam.

1. Ioh. 30.

1. Tim. 3.

Promittitur
fructus egen
tibus present
terreum.

De amore di
uino & dulce
dine spiritua
li.

Bernardus su
per Canticis.

dolor de pec
catis qualis
esse debeat.
1. Ioh. 17.

stus non continuò, sed in principio accusator est sui. Veruntamen si qui sint, qui ex charitate (quia Deum offenderunt) peccata continuò plangere uelint, faciant hoc leuiter cum quodam suspirio, in generali dicendo: O bone Iesu, heu quòd te offendi, quemadmodum tu Domine nosti, sicut enim quælibet lima confratio aliquam ferri aufert rubiginem: sic gemitus suspiriumque peccati delet maculam: sed non amaritudine animi nimia hæc fieri debent, quoniam in bonis factis modus quoque seruandus est. Post hæc autem Dominus dabit quandam confidentiam & spem indulgentie, quæ sensibilibiter omnem timorem excludet, ita quòd dicet: Domine, ex tui illuminatione me tam uehementer peccasse cerno, ut æterno me supplicio iustissimè torque- re posses: sed precor Domine, inueniam gratiam coram te: iam nempe confido, quòd mihi scereberis mei, eò quòd dederis mihi ista orare: hancque contritionem & fiduciam concedere dignum duxeris: & iam certus sum quòd mecum sis, quoniam per tuam gratiam vitam emendare propono. Mane igitur benignissime Domine mecum, ego que tecum, nec separemur in æternum: Etenim sine te bone Domine nec stare neque proficere ualeo, quia nihil boni à me est, nec in me, neque per me, sed omne bonum à te æternaliter est IESV benedictè. Da præterea Domine, ut tibi uiuam, & mundi pompis moriar: tibi uigilem, & om- Adulterius
nibus alijs rebus dormiam. Moriantur delectatio.
sensus mei in me, qui adulterinam mihi delectationem afferunt. Videam te crucifixum, audiam atque cognoscam. Si exercitium
ante diuino
rum celebra
tionem.
Mat. 22.

Da præterea Domine, ut tibi uiuam, & mundi pompis moriar: tibi uigilem, & om-
nibus alijs rebus dormiam. Moriantur delectatio.
sensus mei in me, qui adulterinam mihi delectationem afferunt. Videam te crucifixum, audiam atque cognoscam. Si
autem celebraturus fueris, prosterne mentem tuam ante Dominum IESVM, tractans mente vel uoce talia: O Domine, accedam ad mensam tuam: ubi uelut mea nuptialis? heu Domine ea careo: Ideoque formido, quòd si accessero, ne in tenebras exteriores proijciendus sim. Quid itaque agam? si enim non accessero, uæ mihi, quia spirituali fame deficiam. Porro, si indecenter irreuerenterque accessero, quid nisi peccatorum restat aggrauatio. Heri & pridè, frequenterque accessi: sed heu, ubi est pinguedo mea? famelicus accedo, & inanis recedo, vitam non emendans postea, uel nec antè. Pro alijs preces fundo: sed nec ego placeo. Eheu mi Domine, ut iam cerno, erraui & erro: Sed seropem Domine, quia cor, linguam & mores custodire intendo, ne te denudò perdam atque eijciam. Mane ergo

Simile.

Adulterius
nibus alijs rebus dormiam. Moriantur delectatio.

Mat. 22.

Mat. 25

necum Domine, nec amplius me deseras. Ego in reliquum tibi ingrata cauebo, & sub hoc proposito Domine ad te accedere volo. Ex quo enim mihi officium dedisti, si non egero, seruus torpens ero. Da ergo Domine contritionem & confessionem, emendationemq; vitam, suscipe sacrificium, quod offeram ante omnia pro peccatis meis, & pro peccatis omnium viuentium & defunctorum, pro vniuersali statu Ecclesie, pro secularibus & religiosis, pro amicis & inimicis. Fundatque proces pro omni defectu in mundo existenti: & nunc speciales pro his, quos forte in canone propter moram nominare non potest. Et oret, vt hæc iteratio oblationis sit pro omnibus omnium peccatis, sicut erat in cruce, prout Dominus dederit & occurrerit. Tunc accedat, & pro viribus ad singula attentus sit, prout poterit. Post Missam autem iterum ad Dominum Iesum se conuertens, dicat: Domine mi, nullatenus tibi gratias referre sufficio de tuis beneficijs: recitetque quæ occurrunt: Rogo ergo Domine, vt sit tibi gratum hoc sacrificium, quod tibi obtuli ad honorem nominis tui, beatæ Mariæ virginis, talis vel talis Sancti, & omnium electorum tuorum: pro salute viuorum ac mortuorum, atque pro his, pro quibus ab Ecclesia vel ab ordine institutum est. Et da per hoc viuus gratiam, defunctis requiem, Ecclesie pacem, & nobis hic ambulantibus pro viatico spem, & fidem & charitatem, & finaliter vitam æternam. Et sit in super cautus valde in omni sua conuersatione, ne rursus Deum inhonoret, quem semper pro modulo suo præ oculis sibi statuat in verbis, factis ac cogitationibus. Et si quid offensionis commiserit, plus quam antè pœniteat, etiã de minimis, quatenus purè Deo viuat: & sic sapiùs accedere poterit. Si verò sint aliqua, in quibus ex antiqua consuetudine, & quasi ex modica conscientia vel ficta ignorãtia facile delinquit, vt loqui, audire, inquire & percipere vana ac secularia, rumores alijs intimare, facile suspicari malum de fratre, pro modico turbari, leuiter loqui vnum verbum vel duo sine necessitate, mente tractare facta seculi, & de paruis rebus murmurare, quæ munda cõscientia verè sentit denigrare spiritum, & Deo aliquo modo displicent. Talia & consimilialiter aliquando non nimium lædant in genere peccati, sunt tamen neglectiones temporum, & in diuinis potissimè occurrunt, vehementerque spiritualis vite profectum impediunt. Talia enim inutilia facit Diabolus hominem concipere ad hoc, vt ea

inter horas Deo debitas pariat & tractet. In his, inquam, restringat se, in quantum potest, auferendo occasiones, vt vitando colloquia vel consortia fabulorum & casualiter vulnerantium pauperem animam inque curet ea, quæ necessaria vel multum vtilia non sunt, vt non respiciendo personas superuenientes, nec quærendo de eis aut statu eorum, vel dicendo: Quid notat ille? quid facit ille? quia talibus omnibus renuntiat monachus propter Deum. Si fortè sæpè cadat in talibus, tandem stringat asinum suum, dicendo: Verè si non caues de hoc & illo, & nisi cum deliberatione vtiliterque loquutus fueris, tu leges pro qualibet vice lapsus tui, vnum psallum: & sic tandem quasi atædiatus de legendo, citius caucbit. Aut etiã dicat: Tu relinques vnum haustum in amphora pro emenda: Tu carebis medio tempore colloquio: Tu leges, Placebo: Tu pro qualibet vice casus tui vnum agè iustum recipies. Et speret quia Dominum iuuante, citò erit homo sincera vitæ. Et si adhuc sæpè ceciderit, quia hoc est humanum, sufficiat sibi sic dolere, & quasi militare quotidie contra vitia & impuritatem. Et sit pars sua in hoc seculo sic portare crucem cum Domino, videlicet cum tali amaritudine & dolore casuum & pœnunculis illis: quia si non curauerit de talibus cauere vel facere conscientiam, quotidianumque dolorem, sciat quòd erit & remanebit rudis & crudus religiosus, nec Deo neque hominibus, sed necessarijs proficiens. Et certè graue experietur de illis purgatorium, testimonio Sanctorum. Et hæc præcipua causa, quare tam pauci reperiuntur veri religiosi ac amatores puri, & non adulterini, quia certè æstimantes se aliquid esse, cum nihil sint, vel forte aut fecisse aliquid in ordine, non respiciunt actus suos, nec vigilant circa se, facientes multa, quæ si sciuisent Patres, verè inhibuisent. Sed quia æstimabant, religiosum se debere purificare, & proficere quod est, ideo pauca statuerunt. Sed alij abutentes, faciunt multa, quæ non prohibuerunt, credentes per hoc tenere ordinem, vt dormire faciliter, loqui vana & inutilia, & inquirere plura talia. Quis vquam credidisset quòd religiosus, se ad cellam ponens vt mollificet domino Iesu, tam citò dilaberetur ad propinandum abstinthium verborum inutilium ac secularium, concupiscentiarumque puerilium? Quando exit cellam, timendum est, ne non eructet cor eius verbum bonum: ideo quod non dicit opera sua Regi, sed quia audit alios talia facere & dicere, credit quia impossi-

Homo sibi asinum reputat, quoniam cor vitium habet.

Mat. 16

Causa cur pauci in religione proficiant. Gal. 6.

psal. 44.

psal. 44

scribere & non consentire merito habet.

neque minus inferenda.

bile est abstinerere. Non est ita, cum Dominus dicat: De quolibet verbo otioso &c. immo de gratia Dei, quam semper implorare oportet, homo dirigere potest verba & facta, cogitationes quoque in bonum & sanctum opus. Denique, si Diabolus, caro vel mundus ingerat importunè cogitationes vanas homini vacanti Deo: si vigilat mente, sufficit tales rejicere, nec ludere cum eis. Immo ad gloriã tunc faciunt homini ad meritum, nõ ad peccatum, si nõ consentit, licet sentiat. Sed reuera sicut quodlibet opus nouum discere est difficile, sic in principio laboriosum erit hoc modo viuere: sed sicut quando ars scitur, faciliter operamur: sic vtique si quis huic puritati studeret, & Dominum Iesum inuocaret, mirabilem fructum sentiret: immo superuenientibus quibuscumque extraneis & aduersitatibus, ipse tanquam peruigil atque in Dei schola eruditus, æquè immobilis permaneret in omni euentu. O quantum expevitur profectum, qui vel vno mense hanc sibi sanctam in ferret violentiam. Nec dicat quisquã: multum vexat caput, sic Deo quotidie verbo aut mente vacare. Dicat ille: cur non vexat eum continuè de vanis rebus cogitare? quia non est homo sine cogitationibus: immo quando homo non cogitat de Deo, de his cogitat, quæ geruntur in Anglia & Hispania, aut in Aegypto sua. Cur vtique hoc contingit, nisi quia Diabolus hæc inligat, caroque iuuat ac præteritorum reminiscentia? Ita que si Deo vacare satageret, Deus quoque assisteret, & ipsius angeli succurrerent, totaque cœlestis iuuaret militia. Quòd si istud difficilius, quoniam non visum, & Dæmon resistit: amplius tamen meritorium est: Christo nanque cruci sic configitur. Rursus, tota die de regum seculariumque potentijs atque diuitijs, pompis ac crapulis loqui, nec vexat, nec tedium est: sed psallere vnum Psalmum aut Placebo, multum cædet. Verè Diabolus est in olla, si negligimus tempus, & non proficimus. Et hinc quidam antiqui se in deuotos sentiant in spiritu, (nec curo de laboribus) quoniam non faciunt vt in nouitiatu suo. Et non sunt miracula, quæ per Patres olim fiebant, cum tamen proculdubio per nos quoque Deum illa vtique faceret, si eius sinceri essemus amici. Respicamus igitur in Domino quotquot sumus qui puritati studemus, curantes semper ne offendamus. Quòd si offenderimus, non essemus dolere & cauere, & sufficit Deo. O si aduerteret homo, quam candidi ac sancti sibi sint angeli celebranti vel communicanti, aut quodlibet opus bonum agentis:

minimam etiam maculam, quæ illis magna apparet, propter eorum candorem cauere, & à sua conscientia tergere niteretur. Verūtamen id illi non aduertunt, qui quotidie dicente conscientia, de vanis rebus puerilibusque concupiscentijs, velut de nigredine quadam consentitur: nec tamen cauent immo in colloquijs sic se habent, tanquam de talibus confessi non essent, aut certè confitendum non esset, vel habenda conscientia: Immo nec verentur loqui de viuorum defunctorumque peccatis. Meditemur ergo & loquamur de diuinis, & ne cogitando fortiter doleamus caput (vt quidam asserunt) saltem cursum & leuiter de his occupemur: Sanctius nanque est, si parum quid de vita Christi cogitemus, quam si totum diem in alijs deducamus. Si cui tamen de alijs ac exterius cogitare committitur, debet hoc obedienter profectui, quoniam in tali casu huiusmodi sunt facta Dei: nihilominus tamen semper ad faciem Dei reuerti conetur, etiam in laboribus diuina reuoluendo, quemadmodum Carthusienses ad iaculato. *Contra negligas breuesque orationes semper recurrere. Gen. 38.* iubemur. Volens ergo sic viuere, ante omnia assuescat vt cogitet dominum Iesum vbique sibi præsentem, & omnes suos actus semper conspicientem, ac si prope se staret, vocetque, vbicumque fuerit, locum suum: *Gen. 38.* DOMINVS VIDET. Et cogitet eum vibrasse gladium suum super eum: sic enim sentiet in omnibus quæ agit, se anxium atque sollicitum, ne offendat: immo quasi cum vocis defectu verba formabit, humiliabitque se in omnibus. Et si irredetur, patienter ferret, eò quòd Iesus pro ipso irrisus sit: aliàs *Ioh. 19.* caueat ne dicat: Ego derisus sum propter te, & tu non propter me. Erit silentium tenens, mansuetus, obediens, patiens, modestus, pacificus. O quantum valet hæc præsentia domini Iesu cogitata, qui verè vbique præsens est. Si esset Episcopus aut quispiam alius reuerendus dominus præsens, qualiter mensuraremus & ponderaremus verba factaque nostra, ne offenderemus? multò magis ergo propter Iesum hoc decet, qui omnium virtutum speculum est atque exemplar. Cæterum si interrogetur vel loqui oporteat, habeat semper dominum Iesum in ore in quinto verbo, & hoc assuescat: queratque in mente semper silere, quod dictum est de scripturis sanctis, ponderosè & morosè loquendo: nec vratur tribus verbis, si duo sufficiant, prout spiritus docebit, postquam incœperit. Postea quando libet cogitare, cogitet de Biblijs, de Psalterio, de histo-

Altaris sacrificium pro quibus offerendum.

Missæ præfatio officio quid agentium

Puri Deo qualiter uiuendum.

Esai. 15.

478

D. DIONYSII CARTHUSIANI

historijs, cantu & hymnis, collectas quoque & capitula meditando: vt, Qui timet Deum, faciet bona, dicendo. Verè ita est, bone Iesu, da mihi timorem tuum, vt bona faciam: & similia. Et ante omnia, quomodo ipse Deo, & Deus ipsi placeat: etiam cogitet quado placeat, quid faciendum est in Ecclesia, quid in sequenti hebdomada, de quali Sancto quid renendum. Et hæc ante horas præcogitet, ne propter improuisionem, truncatum deo officium reddat. Discat præterea auctoritatem aliquam, & interim dum eam memoriter apprehendere nititur, aliæ cogitationes deferent eum. Et sit semper in opere, & in memoria sancta se exerceat: Sed sine dubio afficitur interdum tædio, quia Diabolus obstat quantum potest, ne Deo vacet: sed si perseuerat, Deus utique non deerit, sed iuauabit eum gloriose. Præter hæc omnia, quæ quotidie in scripturis sacris legit & audit, potest ista vigintiunum facta Iesu Christi cogitare: Primo septem de primordijs in humanitate, vt sunt hæc: Conceptio, natiuitas, circumcisio, apparitio, oblatio in templo, fuga in aegyptum, & educatio. Deinde alia septem conuersationis, quæ sunt: Baptismus, tentatio, conuictus, conuersatio, discursus, prædicatio, & legis æmulatio. Postremò septem consummationis, quæ sunt: Cæna, oratio, comprehensio, illusio, crux, mors & sepultura. Ecce tot poteris cogitare de die, ludendo cum Iesu puero, solatiando cum Maria, cum Magis & Apostolis, prout dominus dabit. Et ultra ista potest mente conscendere in cælum, & cogitare, quantum Iesus irradiauerit, de gloria electorum, sacram salutatio Virginem, eiusq; beatitudini cordialiter congratulando. Demum visitando angelorum ordines, Seraphin, Cherubin ac Thronos, & precari vt pro se intercedant, & cælestia præstent munuscula. Deinde ad Patriarchas, Prophetas, Legis doctores, apostolos, Euangelistas, Discipulos Domini, Martyres, Confessores, Virgines, viduas & continentis, & alloqui Petrum, dicendo: O Petre, quanta est gloria tua? Tu negasti, & ego negaui: intercede pro me &c. Ita ad Paulum & Iohannem & cæteros, illos quæ præcipuè, quorum festiuitas agitur, solatiose loquendo, gaudiose & precatorie. In talibus diem peragere, sanctum est, si non restat opus inunctum, quod tamen adhuc in opere fieri potest. Et postea, dum licet, debet de istis cogitatis ciam loqui: Ista ergo potest facere quando placet, sedendo in oratorio vel spatiando. Semper etiam oret pro defectibus aliorumque criminibus. Si viderit fratrem

21. Christi facta sedulo cogitanda.

peccare, dicat: Domine Iesu, ignosce illi. Si audit aliquem mortuum, pro illo celebret vel oret, dicendo: Placebo, vel Agendam: vel aliquem grauius peccasse infirmum, vel etiam moriturum iusticia publica. Pro tribulatione terrarum, pro defunctis in bello aut periculis, etiam pro periculis futuris ne veniant, vt pro seditione ciuium, & dicat in charitate Missas pro tribulatione, pro peccatis, pro inimicis, pro omni statu Ecclesia, pro familiaribus, prout Ecclesia sancta instituit: si verò non fuerit sacerdos, dicat orationes priuatas pro præmissis, & lætabitur vespere, peracto die, in tali seruitio christi. Sed sciat vir iste desideriorum, quod Diabolus multipliciter tentabit eum auellere à proposito multis tædiorum affectionibus, vanis occupationibus & similibus: quia valde dolet de hoc, quòd quis ad fontem suæ salutis primordiale, scilicet ad contemplandam faciem Dei (saltem per speculum in ænigmatem) & præsentiam eius, per sacra desideria enititur: Nempe quoties faciem Dei desiderat, toties redit ad statum, à quo Diabolo procurante, homo eiectus est. Sed resistit viriliter, confidens in Domino, & affuescat irridere tentantem. Continget quoque, quòd Diabolus varios libros religioso procurabit, quatenus illis cursim inhians, tempus interim infructuose expendat, desuescatq; esse cum Deo, & mores suos sanctos negligat, atque vt antè, vanus fiat: sentiunt enim dolorose experti, quid prosit, immo nocuerit, nunc hunc, nunc illum quaterionem percurrisse: plus nãque valeret, quòd homo vni virtuti insisteret se in ea exercitando, vt humilitati, obedientiæ aut patientiæ, quam mille libros perlegere, & sine fructu viuere. Sicut monachus delicatis cibus propter Deum renuntiauit: ita lecturis, nisi illis, quibus disceret bene viuere. Multi plura legunt & sciunt, sed pauci bene viuunt. Sed o quomodo punientur, qui legunt, Fac hoc, & non faciunt? Stude tu omnibus diebus vitæ tuæ humilis fieri in veritate, & sufficere licet tamen legere, non solum vt lectio deleat, sed vt spiritus impingatur, doceatur, nutriatur & proficiat. Desidera ergo semper loqui cù Christo, nec exeat os tuum nisi Christus & ad Christum pertinens: neque interis colloquijs, nisi vbi audias Iesum. Omnia refer ad Iesum: bona, quia facit mala, quia patitur. Etiam vir desideriorum agnoscat, quod nunc aptiorem, nunc verò difficiliorem se ad meditando reperiet. Quod interdum accidet ex parte sui, quia videlicet vanitati se donans, reliquit Iesum, tunc mox doleat, atq; se emendat: aliquando ex parte Dei, quia se subtrahit, ne extollatur homo, ardentiusque querat & tunc dicat: Domine, trahere me post te: Tu enim misericordia mea & refugium meum. Quando dignabitur Dominus meus reuerti &c. vbi cunq; fueris, stude conuerti in te, animaduertendo quemadmodum stas cum Domino tuo, vt sis patiens in his quæ tibi oblique eueniunt, tanquam de oblati à Domino. De paucis, nisi iussus, te

Delede. tra Diab. ca tentem. sa præstia. Dan 9.

Prædictum breuis epilogus.


se emendat: aliquando ex parte Dei, quia se subtrahit, ne extollatur homo, ardentiusque querat & tunc dicat: Domine, trahere me post te: Tu enim misericordia mea & refugium meum. Quando dignabitur Dominus meus reuerti &c. vbi cunq; fueris, stude conuerti in te, animaduertendo quemadmodum stas cum Domino tuo, vt sis patiens in his quæ tibi oblique eueniunt, tanquam de oblati à Domino. De paucis, nisi iussus, te

intromittas. Esto quietus in animo. Parce delinquentibus in te. Dubia in melius interpretare. Itaque si sic in patientia, obedientia humilitateque vixeris, scito quòd tu Dei sis, & quod suum est, assumet Deus, & non peribis, sed visitaberis à Spiritu sancto, & Psal. 38. stabilieris in iudicio, virtute & moribus. Viriliter igitur age & confortare: Ama Deum, & diliget te deus, qui est benedictus in secula, Amen.

Libri de via Purgatiua finis.

D. DIONYSII CARTHUSIANI DE LAVDE ET COMMENDATIONE VITAE SOLITARIAE LIB. VNVS.

Præfatio.



Ixit Iesus discipulis suis: Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum. Fons totius perfectionis sapientia increata, uerbum æternum, unigenitus Dei propter homines homo factus, & cum hominibus conuersatus, uarios modos uiuendi instituit ac monstrauit, uniusq; modum altero esse excellentiorem uerbis edocuit nel exemplis. Triplicem quippe continentiam commendans atque distinguens, continentiam uirginalem laudauit potissimè, cui non auream tantum, sed aureolam quoque spondit. Continentiam etiam prætulit uidualem coniugali. Pariformiter uitam contemplatiuam actiuæ præposuit uitæ, & uitam religiosam Euangelica consilia adimplentè, uitæ prætulit seculari. Porro solitariam uitam uerbis & exemplis eminentissimè approbavit. Etenim quamuis ipse in omni loco ac tempore sui incolatus in seculo isto, æquè aptus & potens esset ad quemcunq; actum uirtutum, attamen ut nos suo informaret exemplo, quosdam præcipuos, spiritaliores, diuinioreq; actus uolens explere, solitaria adijt loca, iuxta quod legitur apud Marcum: Egressus est Iesus in desertum locum, & ibi orabat. Itemq; apud Lucam: Exijt Iesus in montem solus orare. Denique, passione sua imminente Patrem ter oraturus, non solum ab undecim prædilectis sibi Apostolis, sed à tribus quoq; sibi familiarioribus se retraxit discipulis, estq; auulsus ab eis quantum iactus est lapidis, ut intentissimè exoraret, atque paternæ dispositionis arcanum & item humanæ redemptionis mysteria profundissimè ponderaret. Denique, quasi agrè ferens turbæ tumultum, & quanta internæ occupationis cum Deo multitudo inducat obstacula, immuens: O generatio, inquit, incredula, quam diu apud nos ero? quam diu

Marc. 6.

1. Cor. 1.

Iohan. 1.

Baruch. 3.

Lucæ 10.

Solitariam uitam ut Christus uerbis & exemplis commendauerit.

Marc. 1.

Matt. 14.

Lucæ 6.

Lucæ 10.

Matt. 17.

Marc. 9.
Iohan. 18

Matt. 2.4.
Matt. 2.6.
Marc. 1.4.
Luc. 22.
Marc. 6.

Psal. 23.

Eccl. 15.

Philip. 3.

Psal. 103.
Sapient. 5.
Iob. 13.

uos patiar? Rursus, ut sanctus Euangelista Iohannes testatur, Iesus cum suis discipulis frequenter etiam nocturnis temporibus uenit in hortum quo captus est, est que probabile quod tunc orationibus insistebat ibidem, & sicut passione instante, ita & ante consuevit se ab ipsis aliquantulum elongare, ut oraret abstractè. Quante ergo perfectionis & eminentie est solitaria uitam continuè exercere, & usque in finem perseverare in ea, quam filius Dei uicibus interpolatis tam singulariter commendauit atque exercuit? Nunc igitur uniuersa uitae solitariae professores, uenite seorsum, hoc est, à seculari tumultu, ab humano aspectu, à mundanis rumoribus, à confabulationibus uanis, ab omni mentis euagatione, ab inordinatarum inquietudine passionum, à fluctuatione ac strepitu insipientium cogitationum & imaginationum inanium procul recedite seorsum in locum desertum: id est, ad contemplationis secretum, à carnalibus & extraneis hominibus derelictum, qui ea quae Dei sunt, non sapientes, in cordis unione tranquilla, suauis ac fixa, cum incomprehensibili & superdulcissimo Creatore quiescere non nouerunt: & requiescite pusillum ab occupationibus, quae circa creatura uersantur, in quibus tanquam in rebus ex se uariabilibus & caducis, ueram, salutarem & finalem non poteritis inuenire quietem. Nempe cor uestrum propter summi boni contemplationem fruitionemque conditum, permanet inquietum, quousque summo illi, superdesiderabilissimo bono fuerit iunctum. Praeterea, quies, qua in hac exuli uita quiescere possumus in hoc bono, permodica est & ualde pusilla, respectu dulcissimae quietis & omnem sensum exuperantis beatorum in patria. Veruntamen quies ista uitae praesentis in Deo, quantumlibet parua, melior est super millia inquietudinum mundanarum, occupationumque externarum. Haec namque quies est pax peioris & delectatio spiritualis seu ipsa contemplatiua fruitio, qua in praesenti per fidem & charitatem, per cordis munditiam ac sapientiae donum coniungimur Deo, & repausamus ac delectamur in eo. In hoc loco deserto commoratur, quiescit & deliciatur sponsus caelestis cum anima solitaria, solitudini suum debitum persoluentis in hymnis & psalmis ac laudibus Dei, in orationibus feruidis, meditationibus sacris, in compunctione assidua & lachrymarum profusione deuota. Altissimo seruentis, uacantis, & ipsum intra se omni hora affectuosissimi amplectentis, sua & proximorum peccata quotidie deplorantis, pro communi totius Ecclesiae bono sollicitè deprecantis, omni-que modo sibi possibili infatigabiliter laborantis. Ad huiusmodi conuersationis uerè ac dignè solitariae exercitia & quietem, solitudinem & secretum uenite, o ueri solitarij, perseverando, perficiendo, & quasi quotidie cum recenti feruore incipiendo in ipsa, iuxta quod scriptum est: Quum consummauerit homo, tunc incipiet. Et denudò: Quae retrò sunt obliuiscens, in ea quae ante sunt, extendo me ipsum. Qui uerò hactenus negligentes fuistis & desides, omni excusso torpore, sine dilatione uenite, praeteritas negligentias expiando, & uitam fortiter emendando: sicque illa exercitia alacriter assumendo, quae etiam ad omnem religiosum fluctuatis, uitiorumque fluctibus estis operati, qui lassati estis & adhuc sepe lassissimi in uia iniquitatis & perditionis, ambulatisque uias difficiles, quamuis interdum uobis uideantur dulces ac faciles, quia esse sub sentibus reputatis delicias,

cia, uenite, infelicissimum atque uilissimum iugum uitiorum seruitutem? Deemonum prorsus abijciendo: uenite, inquam, seorsum fugiendo de medio Babyloniae & Aegypti ac Sodomae, de societate, communiione & actibus hominum mundanorum atque carnalium, potissimè religiosorum & clericorum non regulariter & honestè, sed irregulariter ac lasciuè uiuentium, in quibus regnat uitiorum confusio & caligo, fœda quaeq; petulantia carnis, qui tanquam uacca lasciuens declinant à regulis, iustioribus & canonibus Patrum in locum desertum, ad sacram religionem, ad luctus ac poenitentiae domum, ad solitariam uitam, ad cellae secretum: & requiescite ibi pusillum, suauè iugum Christi tollendo, & uitam uerè monasticam subeundo, continuando ac consummando.

Quid sit solitaria uita. Articulus I.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.



Moses accessit ad caliginem in qua erat Deus. Quemadmodum rationalis creatura ad imaginem & similitudinem sui est condita Creatoris: sic sua reformatio, profectus, perfectio, finis, beatitudo & gloria, in assimilatione actuali, conuersione, reductione, adhaesione & plena coniunctione cum suo productiuo ac saluatiuo consistit principio, quod in Apocalypsi testatur: Ego sum & & principium & finis. Porro assimilatio ista & participata foelicitas, & reduciua mentis creaturae ad suae salutis fontem obiectum & causam Deum excelsum conuersione, in actibus illis principaliter essentialiterque consistit, qui superdignissimo Deo intra se & quod ad seipsum conueniunt: qui utique actus sunt operationes & emanationes adintra ipsius intellectus ac voluntatis, uide licet plena & comprehensua diuinæ & increatae ueritatis cognitio, aeterna quoque & perfecta diuinæ ac summæ bonitatis dilectio: sed & generatio uerbi aeterni ex Patre, & emanatio spiritalis amoris ex utroque, summa etiam, perfectè ac penitus intensiue infinita delectatio & complacentia in actibus illis. Itaque quantum in his actibus mens creata amplius conformatur suo factori, tantò plus reformatur, proficit, perficitur, atque praclarior ad Deum suum reducitur, conuertitur & unitur, immo & transformatur, & tandem quasi totaliter absorbetur in ipsum, ac per hoc futuræ beatitudinis præcipuè appropinquat, & suauiter ualde prægustat eandem, ita quod ex sententia & experientia grata gratulabundaque mète dicere habet: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine. Praeterea contemplatio summæ ueritatis est elicitiuè ac propriè actus doni sapientiae, id est, sapientie salutaris, supernaturalis, infuse, qua Deum

per affectum charitatum & gustum internum cognoscimus: quæ inter septem dona Spiritus sancti est primum atque dignissimum: praefata uerò dilectio bonitatis diuinae actus est charitatis. Quod igitur in sapientia ista non ster plus crescit atque perficitur intellectus, & quæto in sancta charitate perfectior fit nostra uoluntas, eò de propinquo magis dispositi sumus ad actualè & sinceram assimilationem cum Deo: quod autem ipsum summum bonum, unum ac trinum Deum sincerius & amorosius contèplamur, sapientialius feruentiusque diligimus, eò perfectius ei actualiter conformamur, & magis diuini ac deiformes efficitur, in futura quoque beatitudine erimus altiores. At uerò, sicut Pater aeternus seipsum clarissimè intuendo ac perfectissimè cognoscendo sui ipsius contemptum & uerbum intra se profert ac gignit, Pater quoque & uerbum, quod est Unigenitus Patris, se inuicem cum infinita complacentia diligendo producit aeternum, increatum spiritum amorem, ueritatem Spiritum sanctum, qui est amor Patris in Filium, & eòtrà amor Filij in Patrem, quoniã in Patre & Filio una numero est uoluntas, à qua amor ille procedit, secundum quod est in ipsis tanquam in uno principio spiritali: ita & intellectus noster Deum pro uiribus contèplando, quandam conceptum & uerbum tanquam suæ notitiæ prolem, de Deo intra se format ac profert, sic & Deum amando, zelum quandam seu feruentem affectum ad ipsum, quasi spiritum intus producit. Insuper, sicut Deus adorandus & gloriosus, seipsum intelligendo ac diligendo, cætera cuncta in seipso cognoscit, & quantum ad id, quod ab ipso habet & sunt, amat: sic nos quoque Deum contèplando atque amando, cætera in ipso tanquam in causali origine noscimus, & quæ diligenda sunt, ordinatè ac cõsequenter diligimus. Ecce in istis consistit reformatio & profectus, perfectio,

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Marc. 6.

Math. 23.

Tob. 1.

Solitaria mo-
nastica: q; ui-
tae scopus.

Etio, reductio, conuersio, salus & assimilatio nostra ad Deum: atq; ad hoc & propter hoc instituta est eremitica, anachoretica, omnifque monastica & solitaria vita, vt in hac assimilatione mentis nostrae cum diuina & increata mente, quotidie copiosius proficiamus, & ad eius perfectionem expeditius, celerius ac eminentius perducamur. Multa quippe in vita ista occurrunt obstacula proficiendi, & impedimenta diuini amoris ac sapientiae salutaris, quae cuncta vitare existit difficile: multa quoque proueniunt occasione vitae communis ac socialis ex mutuo condomesticorum consortio, aspectu, colloquio, cooperatione, auditu & consimilibus multis, propter quae uitanda multi Patrum sanctorum elegerunt solitariam vitam, vt tantò quietius, stabilius ac liberius Deo in desinenter essent intenti, quātō longius à societate conuictus; hominum remoti erant. Ita que solitaria vita est conuersatio ab humana societate abstracta, & soli Deo, quantum humanae fragilitati possibile est, intenta, ad plenam assimilationem cum Deo, prout in hac vita fieri valet, finaliter ordinata, de qua diffusius infra tractabitur.

Quod uita solitaria duplex est, utputa pure solitaria, & uita sociali admixta.

Articulus II.

Prover. 18.



Rater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma: Solus Deus sibi, in se & per se sufficit penitus & omnino. Porro, omnis creatura, aliter eger auxilio. Certum est enim, omne creaturae omnipotentis Creatoris conseruatione & ope incessabiliter indigere, intantum quod sine superglorioso Conditoris assistentia ac manutentione nec ad momentum posset consistere aut durare: homo autem in vita hac est creatura vehementer defectuosa & fragilis, ad omne malum ex seipso procliuus, ab acie vitiorum, ab inclinationibus fomitibus, ab aëris potestatribus, callidissimis hostibus, impugnantioribus indefessis, ac amplioris esse indigentiae perhibetur, nec obstat quod natura paucis minimisque contenta esse censetur, quoniam de virtualibus id constat esse prolatum: Verum ut ait scriptura: Nō in solo pane uiuit homo, sed in omni etiā uerbo quod procedit de ore Dei: Indiget quippe humana ignorantia instructioe multiplici, sicut & infirmitas nra eget auxilio proximi: in multis quoque sumus ambigui, quod magis expedit, meliusue consistat. Sed & consolatione indigemus & assistentia in aduersis atque periculis. Nec latet quod facillime sub specie boni fallamur,

1. Ioh. 12.

Carthuf. ordo
ex sociali &
solitaria uita
emittit.

mit semper ac uescitur, festiuis demptis diebus, in quibus in refectorio fratres simul uescuntur: horas quoque persoluant in cellis, matutinis uesperisque; exceptis in festiuis autē cantant eas in choro, completorio dempto, quod nunquam nisi in cellis dicunt. Denique diebus festiuis tenetur eis capitulum, & habet post nonam ad uesperas usque colloquium. Caeteris diebus degunt in cellulis, quas sine speciali licentia egredi eis illicitum est, nisi horis ex ordine institutis. Ingens apud eos est quies & grande silentium, nisi quoddam interdum ab extraneis uisitantur: nec tanta eis est solitudo, qui in necessitate, oportunitate tentationeque graui, ad praesentem & ad se inuicem ex praesentis licentia uel statutis habere queant recursum. Hinc non immeritò solitarij appellantur, & scribitur eis in Epistola, quae sancto Bernardo ascribitur: Fratibus de Monte Dei, orientale lumen & antiquum illum in religione feruorem Aegyptium inferentibus, occiduis tenebris & Gallicanis frigidibus, solitariae scilicet uita exemplar, conuersationis caelestis formam. Praeterea sunt nonnulli uitam omnino solitariam transigentes, ad quam nihilominus uerus & discretus Carthusiensis etiam in ordine suo persistens, potest pro maxima parte contingere & aequare, solitudinis atque silentio operam dando, quom ex ordinis sui permissione licet ei cellam exire & interesse colloquio: uerū in hoc quoque est conseruanda discretio.

De periculo solitariae uita, & cur uita illa non congruat nisi perfectis. Artic. III.



Melius est duos simul esse: habet enim emolumentum societatis suae: si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Animalia quaedam bruta naturaliter solitudine gaudent & amant eam, quibus à natura ita prouisum est, ut paucis indigeant, & per se ea possint acquirere sibi: At uerò homo, sicut inter uniuersa animalia praeminet dignitate, ita & amplioris esse indigentiae perhibetur, nec obstat quod natura paucis minimisque contenta esse censetur, quoniam de virtualibus id constat esse prolatum: Verum ut ait scriptura: Nō in solo pane uiuit homo, sed in omni etiā uerbo quod procedit de ore Dei: Indiget quippe humana ignorantia instructioe multiplici, sicut & infirmitas nra eget auxilio proximi: in multis quoque sumus ambigui, quod magis expedit, meliusue consistat. Sed & consolatione indigemus & assistentia in aduersis atque periculis. Nec latet quod facillime sub specie boni fallamur,

Carthuf. ad solitarij

Num. 27

apostolus

uult. 4.

uult. 6.

DE LAVDE VITAE SOLITARIAE LIB. VNVS. 483
lamur, & quantum varijs tentationibus periclitemur, nisi aliunde instruamur ac adiuuemur. Et quamuis omnipotens, omniscies, & ubique praesens Deus, per se & per angelos sanctos ac ciues supernos, in omnibus his ualeat plenè succurrere, attamen naturale & connaturale est homini, per eos quoque, qui sibi similes sunt in natura, & eiusdem secum sunt status, utputa uires, dirigi ac iuari, doceri & gubernari intantum, ut serui Dei dicatur esse, quasi oues sine pastore, & sicut grex sine custode, nec diu posse durare, nisi huiusmodi sibi similem in natura ac statu passibili, quem possent uidere & alloqui, habeant directorem ac praesidentem. Hinc etenim sanctus Moses mortem sibi conspicies imminere, in Numeris legitur exorasse: Prouideat Dominus Deus spirituum omnis carnis, hominem qui sit super multitudinem hanc, & possit exire & intrare ante eos, ne sit populus Domini sicut oues absque pastore. Denique experientia docet istud, naturalisque ratio attestatur. Propterea subtilissimus ille indagator naturae, Aristotelem loquor, in Politicis ait: homo naturaliter est animal sociale, politicum. Et rursum prudenter fatetur: Homo solus est Deus aut bestia, id est, diuinus aut bestialis. Itemque Ethicorum octauo: Duo, inquit, simul uiuentes, ad intelligendum & agendum sunt potentiores. Consonat his, immo & rationem horum assignat sapientissimus Salomon, dicens: Ve soli, quonia cum ceciderit, non habet subleuantem. Et si dormierint duo simul, mutuo fouebuntur: vnus quomodo calefiat? Et si quisquam preualuerit contra vnum, duo resistent ei. Quod totum quam uerū est, experimur assidue: Nemp cum homo, potissimè imperfectus, nō sit in omnibus bonus Iudex sui ipsius, indigemus mutuo corripere, admoneri, accedi: & ne quis subito ab hoste callidissimo elidatur ac prosternatur, indiget uehementer à bono adiutore, amico ac socio erigi, confortari; consolari & instrui: cumque plures oculi uideant plus quam vnus, expedit homini plurima ignoranti, nec uniuersa & singula, ut oportet & expedit, simul considerare ualentem, habere suae militiae commilitonem ac socium, adiutorem ac duces. Praeterea istud profundè aduertit uir sapiens, in Ecclesiastico loquens: Amicus fidelis, protectio fortis: qui inuenit illum, inuenit thesaurum. Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri, & argenti contra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis, medicamentum uitae & immortalitatis: & qui metuunt Dominum, inueniunt illum. Porro his destituatur bo-

nis, his consilijs, auxilijs solatijsque; priuatur, qui prorsus solitariam ducit uitam. Amicus nanque relatiue dicitur ad amicum, tãquam ad suum correlatiuum, quemadmodum pater ad filium. Hinc uita solitaria fertur periculosa & ardua, praesertim pusillis & imperfectis, nondum exercitatos sensus habentibus, ad discretionem boni ac mali, qui in suis passionibus necdum sunt reformati, nec in suis affectibus stabiliter ordinati: propter quod satis facillime conturbatur ac fluctuat, unde & indigent sustentari fideli consorte atque discreto pastore: quia Rex sapiens stabilimentum est populi, & bonis amici consilij cor dulcoratur. Talium quoque corda nondum sunt satis depurata, tersa, polita ad recipiendum continuè illustrationes superuenientes diuinas, directiones, consolationes, corroboraciones, inflammationes ac informationes in cunctis à Spiritu sancto. Unde necesse est ipsis humanitas etiam edoceri, corripere, corrigi, gubernari. Idcirco S. Pater Hieronymus in Regula sua fatetur, se satis expertum solitariae uita pericula. Conformer uir gratia Benedictus & nomine, in sua asserit Regula, solitariam uitam his solummodò conuenire, qui primò in uita sociali monastica sunt laudabiliter conuersati, & se frangere didicerunt, ac contra omnia tela hostis nequissimi ignea edocti sunt preliari. Hoc ipsum preclarissimi uiri Basilius & Bernardus testantur. Hinc diuinitus Abbas Hilariò à magno ac ueteri formi Antonio plenariè institutus, probatus ac praemunitus, de praepceptoris sui licentia anachoreticam & omnino solitariam uitam feliciter est aggressus. At uerò uiri heroici ac perfecti, qui de statu incipientium ac proficientium, iter perfectiois attingere iam ceperunt, stabiliti in gratia, armati, habituati ac roborati in domino, instar Ahud ambi dextri, inter prospera & aduersa regiam uiam incederitè instructi, ad uitam penitus solitariam idonei & cõdigni sunt, quibus humana praesentia frequentior plus affert impedimenti, quam emolumentum: quorum mentes ab omni negligentia ac torpore prorsus purgatae, queunt quantum humana permittit fragilitas) incommutabili Deo iugiter esse inteti, immo quotidie cum maiori seruore. Verum tamen per hec nequaquam praestigiorum lex omnipotenti & superliberrimo Deo, omnem rerum naturam ac speciem, legem, cursum & ordinem incoarctabiliter transcendenti: Ideo quamuis nunc dicta, regulariter communitè loquendo, sint uera, nihilò minus omnipotentia Spiritus sancti, ubi, quã-

Vita solitaria
periculosa est
pusillis.

Prover. 27.

Solitaria uita
ta quibus conueniat.

Iudicum. 3.

1. Ioh. 5.

do, quantum & qualiter vult spirat, mouet ac operatur, & eos, qui præfato nunc modo nequaquam ad solitariam conuersationem extant dispositi, ad solitariam vitam quædo & quos vult, trahit, perducit, atq; in ea cõseruat, tuetur, consolatur, & ad omnẽ huiuscemodi professionis perfectionem apicemq; perducere cõdignatur. Immo quod reuera prorsus mirabilissimũ esse cognoscitur, sceleratissimos quosdam in omni inquinatiõẽ & facinorositate habituatissimos, repente ad eremiticam ac solitariam transtulit vitã, & ipsos in illa fecit ita conspicuos ac præfulgentes, quã vitiosos ac sordidos antè erant præ cæteris: in quibus eminenter impletum est illud Apostoli: Vbi abundauit iniquitas, superabundauit & gratia. Quocirca hoc denudò summè consistit mirabile, quòd non solum in sexu virili, sed in fragilibus itidem fœminis nonnunquam id egit, quemadmodum primo libro Vita patrum gloriosus refert Hieronymus de Abbate Mutio ac alio quodam, de beatissimis quoque Maria Aegyptiaca atq; Pelagia verax narrat historia.

De fine solitariæ uitæ. Articulus III.

Coloss. 3.



Væ sursum sunt, quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, nõ quæ super terram. Nihil in seculo isto felicitis Christiano, cui cœlestis promittitur regnum, de qua sanctorum mentes fidelium ad vnum suspirant ac proficiscuntur beatitudinis finem, ad vnam veram æternam salutem, de qua sanctus loquitur Hieremias: Verè in Domino Deo nostro salus Israël. Deniq; ipsemet Dominus Deus noster, est beatitudo, finis ac salus nostra, quemadmodum ait scriptura: Salus populi ego sum, dicit Dominus, de quo in Deuteronomio fertur: Ipse est vita tua, & longitudo dierum tuorum. Deus nanque dupliciter appellatur beatitudo, salus & vita nostra: Primò, quoniam ipse est totius beatitudinis, salutis ac gloriæ nostræ obiectum, propter quod dicitur beatitudo & salus ac gloria obiectalis: quia in ipso tanquam in summo & immediato obiecto, tota nostra beatitudo & gloria principalis, quæ est præmium essentialis, consistit: Secundò quoniam ipse est causa nostræ felicitatis & gloriæ. Porro visio eius fructiua immediata & clara per seipsum, est beatitudo, salus, vita & gloria nostra formalis, mètè beatæ inherens. Insuper Deus in seipso essentialiter, in dependenter & infinitè beatus est, & beatitudo ipsa separata per

Esierc. 30.

Sal. 34. Deuto. 3.

Deus salus nostra dupliciter dicitur.

se subsistens, immensa itaq; omniũ electorum beatitudo obiectalis, vna est & eadem numero, vtputà Deus simplex, Trinitas adoranda: Beatitudo autem formalis omnium nostrum, ad quam stillat oculus noster, ingemiscit, inspirat, tendit & festinat mens nostra, est vna ac eadẽ specie, designata per diurnum denarium, quem singuli accepisse operarij describuntur. Nempe in domo Patris cœlestis multæ sunt mansiones, id est, diuersi gradus præmiorum, correspondentes diuersis gradibus meritorum, quæ merita sunt actus virtutum atque beatitudinis viæ, de quibus Saluator: Beati, inquit, pauperes, beati qui lugent: beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Insuper, beatitudo hæc patriæ, finis est cõsummatas in futuro adipiscendus, non solum solitariæ vitæ, sed omnis quoque conuersationis monasticæ, immo & actiõis cuiuslibet virtuosæ: diuersis verò religionibus, secundum quod ad maiorem aut minorem ordinantur ac tendunt perfectionem in vita præfata, maior aut minor beatitudo patriæ correspondent. Quamuis autem cunctis religionibus sit commune, tria substantialia vota includere componere, nihilominus in alijs multis vnus ordo seu vna religio differt ab alio in obseruantijs acturatis, secundum quod vna religio continet statuta plùs ardua, & ad obtinendum perfectionem magis accommodata, seu etiam maioris perfectionis introductiua: vt sunt perpetua reclusio, atq; omnimoda ab estu carniu abstinencia, habitatio quoq; solitaria segregata per cellas, iuge silentium, & cõsumilia quædam corporis castigamenta, illud redigètia in spiritus seruitutem, vt vsus cilicij durioris que strati. Denique non solum in his minùs principalibus & accidentalibus vnus ordo ab alio differt: verum etiam aliquo modo in ipsis substantialibus votis, secundum quod vnus ordo eminentiùs se adstringit ad vota illa, quàm alter: sicque ordo, qui promittit simpliciter obedientiam, non cõtrahit, vt ordo Carthusiensis, censetur perfectior ordinibus promittentibus obedientiã limitatè, videlicet quantum ad contenta & expressa in regula. Conformiter ordo promittens paupertatem omnimodam in generali ac speciali, iudicatur (quantum ad hoc) perfectior ordinibus paupertatem vouentibus tantum in speciali: & quòd ad id, ordo sancti Francisci præfulgere videtur. Artamen quoniã inter tria substantialia vota, votum obedientiæ extat sublimius, apparet quòd ordo ad hoc votum perfectiùs se cõstringens, meritò (absolutè loquendo) perfectior atque sublimior

Mat. 23. Ioh. 14. 4.

Mat. 11.

Deut. 6.

Mat. 23.

Ordinem diuini.

Vitæ solitariæ in hoc seculo.

1 Pet. 3.

mior appelletur. Ampliùs, religiosi reclusi in hoc quoque (quantum ad votum castitatis) primatum quemad videntur sortiti, quòd non solum ab actu & consensu, sed ab adpectu quoque & colloquio, omniq; adpectu se segregat fœminarum. Itaque quòd vita solitaria professionis est altioris, magisq; ardua includit statuta, maioris perfectionis introductiua, atque compendiosius ad perfectionem producentia concupitum, intentã, præfixam, eò finis eius in vita hac est maior perfectio, hoc est, perfectior afsimilatio mētis humanæ cum summa, diuina, adorandaque mente: quæ afsimilatio in cõtemplatione ac dilectione deitatis consistit, immo realiter est ipsa superaltilissima Dei contemplatio purior, dilectioque feruentior. Omniũ quippe Euangelicorum Christi consiliorum finis est, perfecta impletio præcepti charitatis diuinæ, vt scilicet, quantum in præfata fieri valet vita, Deum indefinenter toto corde, totaq; mente ac viribus totis actualiter diligamus, quòd absque afsidua, pura ac stabili eius contemplatione nequit impleri, cū non nisi cognitum diligatur, atque ad actualem dilectionem actualis, præuia ac pariter durans intuitio requiratur, præsertim cū voluntatis obiectum sit bonum intellectũ, id est, intellectualiter apprehensium seu cognitũ. Hic ergo est finis solitariæ vitæ in seculo isto, Deum excelsũ & benedictum tam purè ac stabiliter contemplari, tanque feruentè & indefinenter diligere: & hoc solitariorum professio proprium habet, Deo tam perfectè atque afsidue adherere, affici, frui, amplecti, sicque vitam angelicam & cœlestem inchoare in terris, tam copiosè & experimentaliter futuram beatitudinẽ in isto exilio prælibare, tam dulciter prægustare, quàm dulcis est Deus, supergloriosissimæ Trinitati tam gratiosè afsimilari, tam perfectè configurari, immo sic vnum fieri & esse cum ipsa.

Deut. 6.

Mat. 23.

Vitæ solitariæ in hoc seculo.

1 Pet. 3.

Quòd ista finalis solitariæ uitæ perfectio, sit omni solitario iugiter appetenda, afsidue intucnda, indefessiq; studio exquirenda. Articulus V.

1 Pet. 3. Simile.



Edebit solitarius & tacebit, quia leuabit se super se. Prudens viator, pergens per iter obstaculis plenum, periculisque repletũ, & crudelissimis fortissimis ac callidissimis hostibus circunuallatum, cum grandi pergat formidine, circumspectit vndique, & quò tendit, afsidue re-

Deut. 31.

cordatur: Ita & tu solitarie in hoc nequam seculo peregrinans, in hoc loco horrores ac vastæ solitudinis, in quo est serpens statu adurens, dipsas ac scorpio degens, contra quem inuitibiles hostes fremunt, tacebunt, milleque modis insidiantur ac præliantur, esto coram Deo iugiter formidolosus, in omnibus circumspectus, omni virtutum armatura munitus, ad bella doctissimus ac semper paratus. Attende in definenter, quid Deo promiseris, qualiter vota tua hucusque impleueris, iam præactam solitariæ vitæ perfectionem finalem oculis tuæ mentis proponere incessanter: Aduerte quantum ad eam appropinquasti, quantumque distes ab ea, acutissimè intueri, perpende, inquire, considera: hoc superne vocationis brauium contemplari non cesses: eius desiderio viriliter age, & dignam quotidie diætã exerce. Non desistas proficere: quicquid boni vsque in præfens egisti, pro modo reputa, immo vt nihilum paruipende, tibi nil inde attribuendo, nisi quod admixtum est mali, quatenus ad intentam & concupitam à te ac tibi præfixam hanc perfectionem, omni hora propinques. Nequaquam per negligentiam & torporem, per cordis dissolutionem & charitatis infrigidationem retrocedas & deues, nec instar cancrorum nunc progrediaris, modò retrogrediaris, sed illud perpende ac imple Apostoli: Quæ posteriora sunt obliuiscens, ad ea verò quæ anteriora sunt, extendens me ipsum, ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis. Enimuerò omnis ars ac disciplina, omne officium, omnis ordo atque religio, ad aliquem tendit fructum & finem, cuius intuitu & amore æquamiter fert laborem, strenuamque impendit conatum ad adipiscendum huiuscemodi fructum ac finem, quemadmodum in militantibus, negotiatoribus, agricolis & verè studiosis studentibus palàm conspicimus, in quibus omnibus spes præmij, fructus laboris, consideratio & desiderium boni optati seu finis intentus accendit, animat & confortat ad laborandum, immo & vim laboris climinuit. Cùm ergo in solitudine efficaciter conuersari, fructuosè peragere, & contra inuitibiles atque visibiles animæ hostes victoriam præliari, sit verè ars artium, scientia scientiarum, sapientia maxima, gloriosum officium, nobilissima practica, celeberrimumque Dei ac angelorum spectaculum, oportet ò solitarie Christi miles incessabiliter intueri, sapienter pensare, ob quæ finem arripueris hoc ipsum negotium, cur

Philip. 3.

ad talem venisti vocationem, ad quid te tua adstringat professio, quid vouisti ac tenearis Altissimo. Hoc igitur age, & sicut bonus Saluatoris tui miles labora. Non fatigetur cor tuum, etiam si nonnunquam fragilis caro lassescat. Si hæc tua professio & tuæ professionis finalis perfectio, atque vtriusque retributio sempiterna, gloriosa ac certa in corde tuo, & meditare de eis in domo & cella tua sedens, ambulansque in claustris, & dormiens ac confurgens: moueantur quoque inter oculos tuos, & scribas in tabulis mentis tuæ, immo & in materiali charta, membrana ac litera, quâ in oratorio tuo coram te figas. Postremò, quicquid ad hanc perfectionem obtinendam expediat, necessariumue consistat, aduerte, exequere, & imple: & sicut in themate tangitur huius articuli, sede ab exterioribus quiescendo, teque in cunctis humiliando, & tace, non solum à filij fractione, omni que oris loquacitate cauendo, sed intus quoque à strepibus cogitationibus, inquietis affectibus, imaginationibus quoque phantasticis penitus abstinendo: & leua te super te, contemplan do diuina, æmulando Charismata meliora, atque in assiduâ præactâ perfectionis (ad quam adipiscendam teneris) considerationem figendo cordis tui intuitum & affectum.

De impedimentis præfata perfectionis.
Articulus VI.

Esaiæ. 59

Ecce non est abbreviata manus Domini, ut saluare nequeat: neque aggravata est auris eius, ut non exaudiat: sed iniquitates vestra diuiserunt inter Deum vestrum & vos, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis. Si fideliter intueamur, quàm infinita & incomprehensibilis sit bonitas, liberalitas, misericordia Dei nostri, & quàm ineffabilis sit charitas ad genus humanum, quàm frequenter & seriosè in scripturis hortetur ad confugiendum ad ipsum, ad inuocandum se, ad sperandum in ipso, quoties quoque promiserit pietatis suæ effectum implorantibus eum & confidentibus in ipso, ambigere non valeamus, quin ipse superbonus & superpijsissimus Deus paratissimus sit nobis succurre, concupitam gratiam omnemque desideratam (quantum in ipso est) conferre perfectionem. Verùm defectus ex nobis est: quoniam à Dei offensionibus non cessamus, impedimenta gratiæ non vitamus, neque nostrum ad gratiæ infusionem sollicitè aperimus. Oportet ergo imprimis aduertere,

quæ sint prædictæ perfectionis impedimenta: quæ nisi noscantur, non cauentur. Denique dictum est, quòd vniuersa Euangelicæ legis consilia ad diuini amoris ordinem perfectionem: Caritas namque summa & perfectissima virtus est, ad quam ceteræ cunctæ referuntur virtutes. Quicquid ergo charitati contrariatur, præfata perfectioni penitus aduersatur. Certum est autem, omne mortale peccatum charitati contrariari, ita quòd simul cum ea nequit haberi, sed eâ expellere perhibetur. Directè verò atque formaliter charitati contrariatur rancor, odium siue inuidia, prout (teste Philosopho) vnum vni opponitur. Cæterorum autem mortalium vitiorum vnumquodque, vnam aliquam habet virtutem aut actum virtutis sibi directè contrarium: sicut superbia, humilitatè: auaritia, liberalitatem: mititas, irâ. Insuper charitati valdè repugnat amor priuatus, siue (ut asserit Augustinus) cupiditas, quæ (ut ait) venenum est charitatis: quod quamuis etiam de auaritia & carnali amore quolibetque mortali verifietur peccato, nihilominus dum cupiditas appellatur charitatis venenum, cupiditas sumitur propriè pro vitio generali, quod est amor priuatus, quo homo diligit se in se: quemadmodum amor spiritalis seu caritas est, quo super omnia amat Deum, & seipsum ac alia ex charitate diligenda, amat in Deo. Hic itaque amor priuatus, omnium radix atque origo iniquitatum, sanctæ extat charitatis venenum. Minoratio demum illius detestandi amoris, est charitatis profectus & incrementum: Mera verò prauis improbi que illius amoris eradicatione, est charitatis perfectio. Idcirco si cupis ad charitatis perfectionem attingere, oportet te priuatum amorem de animæ tuæ visceribus funditus extirpare, ut nullatenus diligas te in te, appetendo aut acceptando ea, quæ tuæ naturæ ac propriæ voluntati in se ipsa sunt delectabilia, vtilia seu honorabilia: sed ea duntaxat, quæ tibi necessaria siue accommodata sunt per respectum ad veram salutem, & ad appropinquandum ac complendum Altissimo, atque ad honorandum ipsum in omnibus ad quod complendum necessè est omnia Dei offensiuæ ac inhonoratiuæ totis viribus, omni cum diligentia euitare, non solum mortalia vitia, quæ charitatem prorsus corrumpunt, sed venialia quoque pro posse, quæ charitatè aliquantulum lædunt, debilitant atque infrigidant, ipsius minuen do feruorem. Præterea dictum est, solitarii vitæ finalem perfectionem, non solum in feruenti, sincero ac stabili Dei amore consistere,

Charitas perfectissima virtus.

Cupiditas charitatis venenum.

sistere, sed item in contemplatiõe ipsius pura & fixa, quæ est actus doni sapientiæ secundum gradum doni illius perfecti: qui vitæ gradus sapientiæ exigit mentem valdè reformatam, politam, purificatâque esse, immo ad tantam deuenisse perfectionem, ut iam habeat fidem cum rationibus credendorum, atque cum purificatâ intelligentia mētis: cui perfectioni multa repugnant, quæ prorsus vitare oportet. Huic quippe sapientiæ salutaris contrariatur prudētia carnis, quæ mors est secundum Paulum Apostolum: Item sapientia impiorum, quæ contra se inuicem contendendo ac præualendo, gloriantur se esse sapientes, de qua Iacobus dicit Apostolus: Si zelum amarum habetis, & contentiones sunt inter vos, nolite gloriarī: Nō est sapientia ista defursum descendens, sed terrenâ, animalis, diabolica. Immansio quoque proprii sensus, huic sapientiæ valdè opponitur. Et breuiter, huic finali solitariæ vitæ perfectioni aut contrariatur, aut aliquo modo aduersatur seu nocet omne peccatum, omnis negligentia, pigritia, omisio, omnis quoque incustodia sensuum, excessus verborum, cogitationes inutiles ac peruerse, affectiones illicitæ & iniustæ: præsertim quoque carnalis voluptas & sensualis affectio, contra quas dedit Saluator consilium relinquēdi uxorem, parentes, cæterosque propinquos: & item diuitiarum possessio seu auaritia, cōtra quas cōsuluit omnia propria vēdi, relinquere, & egenis conferri: Propria item libertas, contra quam consuluit abnegare seipsum, & superiori parere: quæ sunt tria principalia Euangelicæ legis consilia, in quibus tria monasticæ religionis vota fundantur. Itaque sicut candidissimæ bysso omnis macula, quantumlibet parua, aliquo modo repugnat, & candorem obfuscat: sic omne peccatum, quantumcunque minutum, aliquantulum obest, aduersatur, ac maculam parit purissimæ perfectioni præfata.

Rom. 8.

1 Cor. 13.

1 Cor. 10.

Matth. 19.

1 Cor. 9.

simile.

De requisitis ad eiusdem perfectionis adaptionem, & de remedijs contra impedimenta nunctata. Articulus VII.

1 Cor. 6.

Exite de medio eorum, & immundum ne tetigeritis. Quātò homo ex se ad omne peccatum est pronior, atque in ordine intellectuum creaturarum inferior: quātò etiā præfata solitaria vitæ finalis perfectio existit sublimior, tantò difficilior est homini ad ipsam pertinere, indigetque cōtinuò Spiritus sancti auxilio gratiofo, cuius benignitate &

gratia quātò exuberantiùs præuenitur, iuuatur, accenditur, & intus afficitur ac reficitur, tantò faciliùs ei est ad illâ perfectionem quotidie propinquare, ipsam in breui acquirere, immo & in acquisita assiduè crescere ac firmari & perfici: quoniam ipsa latitudinem habet magnâ, suntque in ea gradus diuersi, secundum quod inter solitarios & sanctos vnus alio sanctior perfectiorque fuisse cognoscitur. Præterea constat ad obtinendum perfectionem illâ imprimis requiri omnium impedimentorum ipsius, in præcedenti articulo positorum, remotionem, potissimè vniuersorum mortalium vitiorum: venialia quoque oportet quotidie deplorare, & ea in seipso punire per disciplinas & actus pœnitentiæ, atque cum incessanti diligentia fugere ac vitare, stædo indefinēter super cordis custodiâ, & semper quasi tumentes super se fluctus, & tanquam gladium molarem lapidem proprio capiti imminentem, timendo restrictissimè Iudicem omnia intuentem. Vnde & conscientiam oportet frequenter discutere, expurgare, quotidianas culpas synceriter cum dolore ac pleno emendationis proposito confiteri, ac deinceps earum omnium occasiones ac iterationes, sicque pro quotidianis excessibus, culpis, negligentijs, omisionibus, pigritijs sæpissimè tundere pectus, ingemiscere, adspirare ad Dñm, cordialiter deprecari, seipsum in cunctis vehemētissimè humiliari, aspernari, deslere, accusare, omnem etiam correptionem patientissimè ferre, cunctam aduersitatè cū gaudio tolerare, immo grauioribus increpationibus & castigationibus se semper dignum cognoscere ac fateri. Insuper in cibo, potu, somno, vestitu necesse est, nō solum vitare excessum, verū etiam in eisdem corpus domare, aliquid necessitati naturæ subtrahere, tamen cū vera discretione. Potissimè quoque opus est reprimere linguam, oculos ab euagatione cōpescere, motus ac impetus passionū penitus refrenare, mentem à vanis & vilibus cogitationibus prauis que affectibus seruare immunem, carnalia abhorre oblectamenta, & omne opus cultus diuini cū ampliori custodia, sollicitudine ac feruore quotidie adimplere, omni demū tērationi strenuè reluctari, de seipso nil prorsus presumere, totaque mēte sperare in Dño, & eius auxiliū iugiter inuocare, ipsum deuotissimè collaudare, magnificè colere, filialiter formidare, affectuosè diligere, superioribus quoque corde prōptissimo obedire, pro cōmuni bono Ecclesiæ, pro viuis ac mortuis, pro propinquis, cōmissis & benefactoribus, pro infidelium

10b. 31.

Abac. 2.

conuersione, pro vniuersorum salute, pro pace & omni causa rationabili occurrere la- chrymosas, precordiales, assiduas Omnipotentis offerre ac fundere preces. Hæc & consimilia ad obtinendam præfatam perfectionem necessaria censentur, & ista consistunt saluberrima prorsus remedia contra ipsius impedimenta: sic fugere, quiescere & tacere, atq; in solitudine permanere, & in eadeo taliter militare. Veruntamen verè & omnino omnipotens ac superliberrimus & benignissimus Deus, potest hominem etiam in medio hominum cõuersantem, immo & in prælatione aut principatu cõstitutum, ad omnem sanctitatem ac præfatam perfectionem (prout ei placuerit) eleuare, perducere ac transferre: sicut & fecit in sancto Põtifice Nicolao, in sanctissima Elizabeth filia regis Hungariæ Lantgrauia Thuringiæ, alijsq; quibusdam, quod valde priuilegium, singulare, rarum ac superpijsimum fuisse non ignoratur, immo mirabilissimum extitisse certissimè scitur.

De modo & ordine ascendendi ad finalem solitariæ conuersionis perfectionem.
 Articulus VIII.



Xpoliatè vos veterè hominè cū actibus suis, & induite nouū, qui renouatur in agnitione Dei. Deus omnipotès & æternus, per dona gratiæ suæ in diuersis hominibus diuersimodè operatur: nempe nonnullos in suæ conuersionis exordio tã gratiosissimè præuenit, utq; gubernat, ut directiõe & informatione humana parum aut nullatenus videantur egere: qui & mox, ut conuerti ceperint, ita absorbentur in Deū, & ad spiritualia efficiuntur tam validi tamq; interni, & in spiritali consolatione efficiuntur tam redūdantes, ut cum adhuc (quantum ad tempus) videantur esse in statu ac numero incipientium, quantum ad deuotionis eminentiam, computari valeant, non solum de numero proficientium, sed etiam perfectorum: quales constat fuisse Dei electos, Augustinum, Gregorium, & Bernardum, immo & innumerabiles alios. Hi communi legi non fuerunt subiecti. Ceteri non tam subito, nec tã sublimiter profecerunt, neque proficiunt: qui primò sunt instruendi, qualiter corpus suum debet regant, ne crapula aggrauetur, nec somnolenti sint extraordinariè, aut in diuinis: exteriores quoq; reprimat sensus, potissimè in diuinis, ne hauriant vanitates, distractiones aut tentationū materiã. Moribitè foris cõpositi sint, & intrinsecibus ex-

plares, à præteritis culpis fortiter abstinentes, easq; integre confitentès, in ingressu ac motibus corporis ordinati, maturi, atque in cæremonialibus obseruantijs diligentes: sicq; iuxta Apostolum curam carnis faciant, non secundò desideria seu cõcupiscentiam sensualitatis, sed iuxta imperium rationis: neq; deceterò exhibeant membra sua arma iniquitatis peccato, sed arma iustitiæ Deo; & in operibus pœnitentiæ exercitent se discretè, carnem suã rationi subdentes, hoc est, in seruitutem spiritus redigentes: & corpus suum loco atempore opportuno moderatè reficientes cibo, potu ac somno. Hæc omnia ad incipientes ac animales, & ad viã purgatiuam ac seruos fideles pertinere censentur: in quibus cum nouus solitarius & religiosus nouellus fuerit exercitatus, fundatus, expertus, statum proficientium & rationalium, illuminatiuamq; viam ingredi debet, hoc est, circa reformationem mortuorum affectionūq; animæ esse sollicitus ac studiose intentus, satagendo ad hoc, ut vniuersas passiones & affectiones partis sensitiuæ, rationi ac Deo sint subditæ, quatenus de nulla re corporali, sensibili, de nullo euentu, de nullo defectu, de nulla aduersitate aut profperitate delectetur, tristetur, timeat, expectet, extollatur aut afficiatur, nisi secundum Deum & legem diuinam rationemq; rectã: sicq; in omni virtute morali, in iustitia atq; prudentia, in intelligentia scripturarū crescere enitatur assidue, in omni planè humilitate, patientia, temperatã, mansuetudine, fortitudine, obedientia, quæ est pars iustitiæ: in vera quoq; discretionè, quæ est actus prudentiæ, & in custodia ac erudita eloquutione, quæ est bonum præcipuum. Hæc est exercitatio status proficientium ac rationalium, illuminatiuamq; viæ, quæ solitarijs valdè est necessaria, ad obtinendam immobilem mentis tranquillitatem in omni euentu, nisi ut de malis culpæ tam suis quàm alienis doleant vehementer. Oportet quippe cellitam in humilitate, patientia, mititate prorsus esse fundatum ne facilliter conturbetur, tristetur, irascatur, amaricetur aut indignetur: quia per talia cõsolatio spiritalis, deuotio actualis, interna tranquillitas, cordis stabilitas, spiritalis profectus plurimū interpolatur, impeditur ac minoratur. Præterea, in his iam fortiter exercitatus solitarius seu cellita, vel quicunq; religiosus aut virtuosus viam introeat perfectiua, hoc est, statum & gradum spiritalium perfectorum seu contemplatiuorum, qui ab omni iniquitate, impuritate, impetu & cõmotione passionum

tionum iam plenariè reformati, in omni humilitate, patientia, mititate, temperantia, obedientia, discretionè firmiter stabiliti ac cõsummati, omni dono Spiritus sancti sublimiter perornati, charitate prorsus accensi, iam per internam munditiã, per charitatis ardorem, per sapientiæ claritatem, per inuiolabilem iustitiæ zelum Deo sunt proximi & quasi secretarij & consiliarij eius effecti, & mente stant quasi in contactu continuo solis iustitiæ ac sapientiæ increatæ, ad recipiendum ab illo quotidie stillicidia gratiarum, illuminationum fluentia, charitatis ardores, opulentiam spiritalem, visitatione secretam, vnctionem dulcissimam, alloquutionem occultam. Cumq; ad ista peruenerit solitarius tam electus, vitam angelicã ac celestè ducit in terris, & verè in pace in idipsum dormit, & obdormit in Domino, & requiescit in suæ salutis fonte, & sic oculi eius sunt semper ad Dominum, benedicitq; Deum in omni tempore, nec fatiari potest psalmis & laudibus Creatoris, meditationibus sacris, affectionibusq; diuinis. In his omne tempus breuissimum sibi videtur, & vacat Deo in iubilo.

Quid à solitario exigat solitudo.
 Articulus IX.



Cce elongauit fugiens, & mansi in solitudine. Quemadmodum tatum est, ad hoc finaliter solitaria vita est instituta, quatenus solitarius tantò quietius, liberius, stabilius atque perfectius vacet, deseruiat & vnitus sit Deo, contemplando synceriter, diligendo ardentè, orando deuotè, laudando assidue, ac consimilia spiritalia exercendo, quanto plùs est ab hominibus elongatus, & humanis colloquijs aspectibusq; abstractus. Hoc ergo à solitarie requirit à te solitudo, seu potiùs tua vocatio, tua professio, immo potissimè Deus & ludeus tuus, ut vel talis consistas, aut certè si nondum es, ad hoc dignè & indefinenter tēdas, coneris, aspices, ac omni die propinques. Absit ergo in æternum à te, ut vnq; inquietudo maligna, cõlluctatio passionum, strepitus vitiorū, fluctuatio mētis, phantasia inutilis, suspicio vana, formidè inordinata, tristitia secularis, quæ mortem operatur, in tuo versetur corde, & si pulset, erumpat aut oriatur, nullatenus immoretur, sed protinus exuffletur, & mens Dei sui aduertens præsentiam & aspectum, cõfessum erigatur in ipsum, & Christi passionem considerans, salubriter occupetur,

oretq; animo æquo & pfallat, atq; Diabolū cum suis susurrijs irrideat & contēnat, illud Hieremiæ attendens: Vsq; quò morabūtur in te cogitationes noxiæ? & quod per Michæ comminatur Dominus iustus: Væ qui cogitatis inutile. Et rursum quod iussit per Esaiã: Auferte malum cogitationum vestrarū ab oculis meis. Nempe quemadmodum spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, ita se aufert à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. Increata quoq; sapientia per Salomonem testatur: Eruditis interlum cogitationibus. Tu ergo o solitarie erubescè corā Deo inutilia cogitare, viliter occupari, mētis inquietudine agitari. Deniq; quod Deo propitio post huius momentaneæ vitę curriculū, æternaliter es acturus in cœlo, iã pro virib; & si non continuè, tamen assidue exerce in cella: assuesce te ipsum quoridiè cum sancta discretionè ad exercitia ista spiritalia ac interna, sicutq; tibi omni die suauiora, & magis delectabit te talibus inhærere. Abhorrebis colloquia vana, verba superflua, visitationes humanas, occupationes externas, nisi in quantum obedientia charitas & fraternitas exigat eas. Itaq; mundum quem corporaliter reliquisti, noli deceterò intra te clausum tenere, neq; per temporalia inaniter euagari, neque mundana recollere, nec aliquo modo ad talia affici. Intuere ergo frequenter, & imple fideliter quod hortatur, immo & affectuosissimè deprecatur Apostolus: Obsecro, inquiens, ut dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate. Si ista impleueris, similis erit superior portio animæ tuæ celestium regioni sphaerarum, in quibus nonquam cõtinentur meteorologicæ impressiones: ut sunt tēpestates, venti, tonitrua, fulgura, imber, nix, grando ac cõsimilia, quæ in elementari accidunt regione. Quàmuis ergo in inferiori & sensitiua animæ tuæ parte, siue ex fomite, siue Dæmonum suggestionè, aut humana tentatione exurgant morus inordinati, concupiscentiæ prauæ, impetus passionum: nequaquam tamen per cõsensum attingant rationem aut voluntatem. Sic quoque agendo, rectè viro assimilaberis sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram, id est, habitaculum sui cordis stabilivit in Christo, de quo ipsemet Christus affert: Omnis qui audit verba hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapiētī, qui ædificauit, &c. Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domū illā, & nō cecidit: fundata enim erat supra petrã. *Et eniro*

Col. 3.

*Quam grati-
ose aliqui
præuenian-
tur à Deo.*

2 Mc. 22.

*Status inci-
pientium ex-
ercitatio.*

Phil. 7.

Phil. 24.

Phil. 31.

Phil. 34.

1 Cor. 7.

1 Mc. 5.

Hier. 4.
Mich. 1.

Esai. 1.

Sap. 7.

Prover. 9.

Eph. 4.

Matth. 2.

De reformatione interna. Articulus XI.

Renouamini spiritu mentis vestrae, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate. De multiplici ternario, quo de infimo ad summum, de via ad patriam, de imperfectione ad perfectionis brauium peruenitur, diuersi Patres ac deuoti Doctores diuersimodè videntur loquuti: attamen dicta eorum in idem redire videntur. Etenim quidam hunc ponunt ternarium statum incipientium, statum proficientium, statum perfectorum. Aliqui istum statum animale, statum rationale, statum spirituale. Nonnulli hunc Viam purgatiuam, viam illuminatiuam, viam perfectiuam. Ceteri istum Virtutem politicam, virtutem purgatoriam, virtutem purgati animi: & redeunt ista in idem. Status quippe incipientium, est in recessu à malo, & primordiali accessu ad bona virtutum: status proficientium, est inchoatum boni strenuè profectus, & crescere in eodè, quod est interius reformari, in intellectu illuminari, & perfectionem efficaciter cupere. Status perfectorum est, per contemplationem gustare, quam dulcis est Dominus, atque per feruentissimum charitatis ardorem ad mysticam Theologiae secretum pertingere, quod est introire in sanctuarium Dei, incerta & occulta sapientiae Dei per vnitatem ac flammigeram sapientiae donum, & item per actualem desuper in fusam irradiationem fulguream, vibratiuam conspicere. Ad primum horum pertinet, status animalis viae; purgatiua, & virtus politica seu moralis: ad secundum, status rationalis, via illuminatiua & virtus purgatoria: ad tertium, status spiritualis, via perfectiua, & virtus purgati animi seu virtus heroica. Denique, ad animale pertinet statum, corpus in animae redigere seruitutem, exteriores reprimere sensus, foris esse compositum, obseruantias caeremoniasque; forinsecus custodire, per fidei quoque veritatem ab omni haeretica prauitate ac infidelitatis errore, discedere, atque per charitatem cunctis creatis ac sibi ipsi Deum praeferre, & ei finaliter adherere. Ad rationale verò pertinet statum, reformationi interiorum virium principaliter insudare, sensitiui appetitus affectiones & passiones per rationis iudicium, & per virtutes refrenare, moderari ac rectificare morales, intellectu scripturarum intendere, & per donum intellectus rationes & argumeta sacre fidei cõpetenter agnoscere.

ephe. 4.

status incipientium, proficientium & perfectorum.

1. pet. 2. 7. ad. 7. 2.

Status animalis.

Status rationalis.

A. 8.

spurcicia? Talibus insipientissimis solis imminet maledictio Iudicis summi, qui scribis & pharisaeis loquens: Vos, ait, estis qui iustificatis vos coram hominibus, Deus autem nouit corda vestra. Et rursum: Vobis hypocritarum, qui parietis hominibus iusti, intus verò pleni estis hypocritis & iniquitate. Geminina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennae? Sciamus ergo parum aut nihil nobis prodesse, si corpora nostra ieiunij, abstinentijs, vigilijs, disciplinis, veste aspera duriorique, stati reclinatorio affligamus, & animas nostras à vitijs, ab inquietudine passionum, à superbia, ira, impatientia non purgemus. Quid prodest corporalis afflictio, si linguam & mentem deturpet detractio? Nonne omnis labor noster in nihil redigitur? Quam periculosum est, cellam inutiliter occupare, in qua uis fructuose demoraretur, suisque meritis & precibus fundatori & benefactoribus ac alijs multis auxiliaretur. Heu quam impium atque damnabile est, patrimonium crucifixi, eleemosynas pauperum, beneficia fundatorum indignè consumere, ingratis suscipere, iniuste expendere. Nonne scholares ad studendum alicubi missi, parum aut nihil proficientes, ac parentum suorum patrimonium dilapidantes, ad suos regressi parentes, aegre & indignanter aspiciuntur? Qualiter ergo iudex ille caelestis te suo tribunali, mox post vitam hanc praesentatam aspiciet, qui in schola virtutum, hoc est, in claustro, in quo ad proficiendum te collocauit, post menses & annos, post tempus & tempora, parum aut nil interius profecisti, nec tuae satisfacisti professioni? Aduerte ergo & valde formida quod ait scriptura: Si quid uouisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei stulta & infidelis promissio: quo constat, illam promissionem reputari à Deo stultam & infidelem, quam promittens non nititur iuxta vires sine mora implere. Denique, si quis adhuc secularis aliquid deo promittat, absque determinatione temporis certi, tenetur hoc ipsum, quam citò facultas affuerit, adimplere: quanto magis religiosus, mox ut professionem emisit, eandem executioni mandare tenetur? Aduerte hoc solitarii, qui morum suorum conuersionem spondit Altissimo, qualiter id impleuit, nec cesset solitudine ceterisque praetactis proficiendi instrumentis ac medijs prudenter uti ac fructuose, crescendo per ea assidue in interiorum suorum reformatione, in mortificatione salubri, in abnegatione obedienciali, in conuersatione perfecta.

Luc. 11. Math. 23.

1. Cor. 13.

Eccl. 3.

D. DIONYSII CARTHUSIANI

Prover. 10. Eccl. 27.

1. Cor. 13.

Etenim scriptura testante: Iustus quasi fundamentum aeternum, & homo sapiens in sapientia manebit ut sol. Ad quod hortans Apostolus: Stabiles, inquit, estote & immobiles, abundantes in opere domini semper. Talis sine dubio fuit sacratissima Christi sponsa ac martyr Agatha, quae immundissimis eam tentantibus dixit hominibus: Mēs mea super petram solidata est, & in Christo fundata: uerba uestra uenti sunt, promissiones uestrae pluuiae sunt, tortores uestri flumina sunt, quae quāuis me impugnent, fundamentum tamen domus meae cadere non ualebit. Postremò in his tanquam in speculo contemplare te ipsum tu solitariè degēs, perpende an adhuc pro modicis causis, pro paruis ac uilibus rebus, pro leui uerbo, iniuria parua, aut (quod turpius esset) pro correptione charitatiuae & iusta turbetur & inquitetur cor tuum: quod si ita est, uide quā pusillus, pauper ac defectuosus existas, quā modicè profecisti, quā longè à tuae professionis finali perfectione sis distans. Idcirco poenitentiam age, deplora te ipsum, in uoca Deū, renoua salubre propositum, aggredere contra te praellium, repræhede & irride te, dicēs: Vbi est timor tuus? fortitudo tua? patientia tua? & perfectio uiarum tuarum? Sicque proponere firmisimè te in omnibus emendare, patientiam deceterò, non solum in paruis, sed in maioribus etiam aduersis seruare, neque de aliquo cõtristari, nisi quo elõgaris à Deo & displices ei.

Iob. 4.

De solitudine fructuosa & infructuosa. Articulus. X.

Luc. 13.



Secunde siculneam, ut quid occupat terram? Verè fructuosa, nobilis & praecleara est solitudo, seu potius solitaria uita, in qua solitarius habet se, sicut in praecedenti continetur articulo, hoc est, ut exigit solitudo & solitariae conuersationis professio. Denique, iste est solitarius sapiens, qui medijs sibi concessis uirtut congruenter, ad obtinendum solitariae uitae perfectionem finalem, uniuersa media illa ad finem hunc ordinando, eisque taliter & intantum utendo, prout expedientius sibi est, ad acquirendum huiusmodi finem. Porro, media ista, sunt ipsa exterior solitudo, reclusio, abstinentia, ieiunium, disciplina, lectio, studium, scriptio, cilicium, atque conformiles corporales exercitationes, in seipsis ad modicū uiles, nisi ad pietatē, ad cultum Dei, ad sapientiae actum, ad perfectionē internam congruè referantur. Qui ergo omnia ista exercet humiliter ac prudenter, quantum mereatur per ea maiorem à Deo gratiam adipisci, intus purgari, ad reformationem interiorum suorum proficere, in sua uocationis ac perfectionis appropinquare, sapienter se habet ac ordinatè, Deum incessanter exorans ac feruidè deprecans, totisque uiribus ad hoc ipsum cooperans ac laborans, ut per media illa quotidie spiritalior, purior uirtuosior, atque in omni uirtute (praesertim in dono sapientiae & charitatis feruore) fiat perfectior. Talis interea totam suam conuersationem in uera ac forti fundat humilitate ac Dei timore, quas duas uirtutes debet omnis religiosus, praecipuè solitarius, tam indefinenter mente reuoluere, quā incessanter persequi anhelitum narium aere ipsum attrahere, ut sanctus edocuit Abbas pastor. Porro, qui media illa & exercitia corporalia in seipsis reputat magna, & insitit in ipsis, ardeat & superficialiter ipsa exercens, neque per ea intus mundari, proficere, perfici satagēs, indiscretus ac stultus est, sine fructu & gustu interno laborans, similis ei, qui habet scalam, nec tamen ascendit per eam: & nauem, nec utens ea ad transfrandum: & medicamenta, quibus ad sui curationem, cum tamè aegrotet, non utitur: immo similis habet panem & potum, & tamen ex fame sitiisque morienti. O quā miser & imprudens est talis. Praeterea, de tali solitario uel potius solo, solitudini suum debitum non soluente, neque per aptissima, quae habet proficiendi media, proficiente, optimè in suis loquitur Homilij Eusebii Emisenus, quem inter viros illustres sanctus ponit Hieronymus: Quid, inquis, nobis prodest habitationis huius secretum, quando tyrannico dominatu in nobis malitia regnat, ira superequitat, maioremque metum, reuerentiam atque custodiā nobis inuitit humanus oculus, quā diuinus, dum nos, qui extra mundum esse nos credimus, & mundum nos reliquisse praesumimus & iactamus, mundum intra nos per diuersarum uitia passionum, per imagines phantasticas, & cogitationes inanes clausum tenemus? Quid prodest, si locus quietus solum corporaliter teneatur, & in quietudo in corde uersetur? Quid, inquam, prodest, si in habitatione silentium fit, & in habitatoribus uictorū tumultus & colluctatio passionum? si exteriora nostra ornet serenitas, & interiora cõturbet tēpestas? Nonne similes sumus sepulchris dealbatis, quae (iuxta Saluatoris eloquiū) à foris apparent hominibus speciosa, intus uerò plena sunt ossibus mortuorum, uermibus, serpentibus & fetore ac omni spurcicia?

Matt. 23.

Corporales religiosi exercitationes, quantum uiles sunt.

Statu spiritali.

At verò ad spiritualementem statum, Deo glorioso ac adorando sincriter adherere, per contemplationem sapientialem intendere, & per purgationem serenissimam; amorem in ipso quiescere, corpore animæ iam subiecto, sensitivæque parte rationi. Præterea, per originale peccatum deformata multipliciterque infirmata ac læsa natura humana, sensualitate fomite prorsus infecta, ratione etiam obscurata, & voluntate per malitiam vulnerata, necesse fuit hominis reformationem inchoari in parte sensitiva per virtutes morales infusas, in ratione per fidem, in voluntate per spem & charitatem: sicque; initium reformationis intellectivæ potentia, vtpotè rationis est, sine ambiguitate simpliciter credere, iuxta scripturas & doctrinam ecclesie; Profectus rationis est, rationes credendorum competenter perspicere, in scripturarum intellectu succrescere, atque; in lege divina die ac nocte sollicitè meditari ad obediendum eidem: Perfectio rationis est, ea quæ fidei sunt, claro quodam intuitu intelligenti penetrare, & delectari in consideratione huiusmodi, argumenta etiam fidei omnemque; nexum, consonantiam ac ordinem credendorum lympha mentis acie speculari, altitudinem consilij ac sapientia Dei super modo redemptionis generis humani sobriè admirari: sæpè quoque per raptum & celsissimam in divitiis gloriæ Altissimi eleuari, ac absorberi in totius sapientia infinitum ac supersplendissimum fontem. Insuper, initium reformationis voluntatis est, per spem ad futura inuisibilia aequaliter erigi, beatitudinemque; celestem fideliter prætolari, & item per charitatem summo bono præcæris cohærere, & omni peccato charitati contrario repugnare ac dissentire: Profectus voluntatis est, inferioribus virtutibus cum efficacia imperare, omnes quoque; affectiones ac motus sensitivæ partis habere assidue magis ac magis sine rebellionem subiectas: Perfectio voluntatis est, cunctis affectionibus alijs reformatis, simpliciter, ac adunatis seu ordinatis, Deo per ardentissimam charitatem totaliter applicari, inseparabiliterque uniri, immo & transformari in ipsum omnino. Præterea, de reformatione memoriæ dicunt nonnulli, quod reformationis eius initium sit, a distractionibus cor ad Dei recordationem laboriosè reducere. Profectus vero ipsius sit, meditationibus, contemplationibus, orationibus ac laudibus Dei cum notabili stabilitate faciliter inhærere, sicque; in latitudine cordis cum Deo, quasi in paradiso, deambulare. Perfectio autè ipsius sit,

psal. 1.

Voluntatis reformatio.

Memoriæ reformatio.

sic Deo esse immersum, vt cæterorum omnium, immo & suis ipsius ac proprii adus obliuiscatur, nil horum actualiter attendendo, præ nimia & intentissima occupatione ac defixione memoriæ in superamabili incomparabili Deo. Veruntamen secundum Philosophos atque; Theologos, memoria & intellectus seu ratio, realiter idem sunt, ita quod intellectus, in quantum locus & cõseruator est intelligibilium specierum, nuncupatur memoria. Postmodò & hoc scire oportet, quod distinctio huius triplicis status, nõ est accipienda præcise, videlicet per exclusionem omnimodam vnus status ab alio, immo vnus eorum aliquid participat de actibus status alterius: Qui enim in statu est incipientium, eo ipso quod recedit ad malo, & aliquid agit boni, atque; ad meliora conatur, est aliquo modo proficiens, præsertim cum in via Dei non proficere, dicatur deficere: sic & proficiens aliquid perfectionis proficiendo attingit paulatim. Porro, perfectus, quando viator est, tãtò plus omnino proficit die, quanto perfectior extat in charitate, cum totius profectus ac meriti, charitas sit origo ac radix.

Exhortatio ad indefinentem feruidumque; præfectum. Articulus XII.

Sic currite, vt apprehendatis. Nõ immeritò ait scriptura: Homo cum in honore esset, non intellexit. Hinc ingrati & negligentes efficiuntur, quoniam magnitudinem & excellentiam donorum ac beneficiorum nobis desuper collatorum ac promissorum, nõ condignè aduertimus, nec profundè pèsamus. O quanta est gratia ista, quam speciale beneficium, quam maximum donum, quod tibi ò religiose ac solitarie est concessum, quod sequeltrauit & retraxit te Deus à conuentu malignantium, à multitudinem operantium iniquitatem, & ad tam singulariter sanctum & excellentem solitariorum ordinem te perduxit, quod te abscondit in abscondito vultus sui conturbatione hominum, teque; protexit ac protegit in tabernaculo suo in solitario loco à contradictione linguarum. Cur ergo Deo tuo vicem non reddis? cur negligis temetipsum, nec cum timore ac tremore tuam operaris salutem? neque; cum metu & reuerentia, sed cum torpore & negligètia feruis ei, cui angelorum exercitus cum tremore assistunt, sub quo curuantur, qui portant orbè, de quo faretur Propheta: Maledictus tuus, qui opus dei facit negligenter? Nõne olim

Statum reformationis.

1. Cor. 5. 2. psal. 46.

psal. 6.

psal. 137.

psal. 137.

1. Cor. 10. 2. psal. 137.

Leui-

Nom. 1. 6

psal. 4.

1. Cor. 5.

Solitariae dignitate conuersus. Quis nobilitas.

Leuitis, circa carnalia sacrificia ministerium quoddam exhibentibus, loquutus est Moses: Nũ parum est vobis, quod separauit vos Dominus à populo, & iunxit sibi, vt seruiretis ei in cultu tabernaculi? Si ergo tam magnum fuit, Deo seruire circa sacrificia typica illa, in se nihil sanctitatis formaliter includentia, quàm incomparabiliter maius est, sacerdotum esse Dei viuētis in Ecclesia Christi, & corpus ac sanguinem consecrare, tractare, ministrare ac lumere Saluatoris, immo totum Christum Deum & hominem, æterni Patris ac sacratissimæ Virginis vnicum Filium, Sanctum sanctorum, Deo Patri offerre, contrectare, accipere? Nõne angeli sancti super tam supernaturalissimo ac præclaro stupent spectaculo? Cur ergo iuxta tanti sacerdotij dignitatè non ambulas dignè Deo? Quare villo cessas momento considerare, quæ magnificè atque pijsimè Dominus egerit tecum? Nunc igitur respicite, & omni negligentia, carnalitate ac torpore exclusis, profundè aduerte, quanta sit dignitas, pulchritudo, nobilitas, splendor ac gloria solitarij omnisque; religiosi, suæ professionis debitum idoneè persoluentis. Vide, si potes, ad quantum eminentiàs culmen, ad quàm præclarissimas, prærogatiuas ac gratiosissimas appellationes, per efficacem tuæ professionis impletionem, virtuosam & verè solitariam vitam promouearis. Nõne per charismata gratiarum, per sapientia claritatem, per virtutis decorem, per puritatem internam, per custoditam, fructuosam & contemplatiuam coram Deo conuersationem, per odium vitiorum, per ardentem deitatis amorem efficieris, uon solum feruus Dei, immo & filius adoptiuus, secretus amicus, hæres regni cœlestis, increata sapientia sponsum, amantissimus Dei, & tanquàm consiliarius ac secretarius Creatoris? Intuere quàm Dificum & præclarum consistat, cum Deo assidue miscere colloquia in orationibus ac laudibus eius: ipsum quoque tibi loquentem audire in lectionibus scripturarum, in inspiratione occulta, in manifestationibus abditorum: Insuper, Deum intra se brachijs sancti amoris omni hora constringere, deo seculari, amplecti, nec ab eo velle aut posse auelli. O quàm superdignissimum est, Deo Patri omnipotentis vnigenitum ac supercharissimum Filium eius quotidie immolare, immo spiritualiter omni hora offerre pro generali bono totius Ecclesie, pro viuus ac mortuis, pro parentibus, propinquis, commissis ac benefactoribus, pro fidelium quoque; reformatione ac infidelium conuersione: immo & seipsum

Deo offerre in holocaustum, diuino cultui micipadè deuotissimè ac iucundè se totum. Hæc perpendat, cõtemplatur ac penetret, qui id potest. Ego autem non valeo, sed mirabilis facta est scientia horum magnalium, magnificentia, munificentia & omnipotentia tuæ ò Deus mihi, & ex me cõfortata est, & nõ potero ad eam. Præterea, sicut beneficia tãta ac talia cõprehendere nõ valemus: ita nec possumus regratiari condignè: nihilominus quem admodum pro viribus regratiari tenemur, ita & hæc pro posse considerare ac speculari debemus. Amplius constat, quod quanta est dignitas solitarij sic viuētis, tãta est vilitas, turpitudine, iniquitas in solitudine residentis, nec taliter, sed impiè conuersantis. Talis nanque est seruus peccati, minister Diaboli, mēbrũ Antichristi ac Sathanæ, Deo odibilis ac rebellis, omni bruto deterior, omni cloaca atque; cadauere turpior, indignus pane quo vescitur, terra quã calcatur, aère quẽ respicit, immo omni vsu & obsequio creaturæ. Cùm itaque; in isto breuissimo vitæ tuæ residuo, ad tã supernaturalè & inenarrabilè nobilitatè & excellentiã queas pertingere, tãquàm in æstimatione in æternitate beatitudinè promereri, tantã quoque vtilitatè, scditatè, iniquitatè ac condemnationè euadere, noli negligentiã in te locum præbere, noli remissius agere, immo quotidie accendatur cor tuum, & cõualescat spiritus tuus: & si nõ solo ac puro Dei amore ad ita conuersandũ alliceris, saltè per dictorum bonorũ desiderium pariter te inflammet. Præterea, vigilanter aduerte, quæ miserabilè ac miserũ arbitris præliatorè, qui post inclytos cõgressus ac triumphos arduis bellis foris adeptos, paulò post in proprio loco, in paruis ac leuibus pugnis turpiter vinceretur, & penè sine resistètia se traderet hosti? Nõne miserabilior ac infelicio tibi videtur religiosus, præsertim solitarij, qui cū in adolescentia aut iuuetute sua, adhuc in seculari vita degens, robustissimus fuit ad relinquendũ simul totũ hoc seculũ & cuncta quæ habuit, charissimos quoque; parentes, cognatos, amicos ac proximos, deinde seipsum, nũc post professionè monasticã ac diuturnã in cœnobio mansionè, cum deberet esse magister spiritualis militiae propter tempus, superatur in minimis, pro vno verbo cõmouetur ad irã, pro parua re sibi ablata, læsa aut prædita, grauiter contristatur, atque; in patetia spiritus velut ebrius agitatur, pro beneficio charitatiuæ ac iusta correptione: (quæ cum gratiarũ actione & gaudio merito sustineret) indignatur proteruèque; loquitur, & mala pro bonis largitur. Quãdo aut quomodo ta

psal. 137.

1. Cor. 6.

1. Matt. 23.

1. Heb. 5.

dam Altissimo, subiectione & abiectione gaudebis, in tui aspernatione & omni humilitione ac persequutione tanquam in cunctis diuitijs exultabis. Hæc est vera religionum Philosophia, hæc sanctorum Patrum doctrina, qui etiam contestantur, quod in eremo seu solitudine non perfectè conuersari, summa existat damnatio.

Quod Christus in suis præceptis ac documentis omnem superbiendi & vanè gloriandi occasionem, omnem quoque præsumptionem atque iactantiam abstulit seruis suis. Articulus XIII.

Vm feceritis quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus: Quemadmodum ait Saluator: Primum omnium mandatum est: Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Ecce hoc primū principalissimumque mandatum, cuius impletionem Iudex cælestis primò ac principalissimè à nobis requirit, atque dum eius fuerimus tribunali præsentati, requirit. Quis iam poterit gloriari aut ceruicem extendere? quis audebit de meritis suis præsumere, seque iactare aut alteri præferre, vel magnum se reputare, cum ignoret, an primum istud præceptum impleuerit, immo cum nesciat, an quoad minimum gradum adimpleuerit illud, quippe qui nec de hoc certitudinem habet, quod habeat charitatem? Denique, dato quod de hoc certitudinem haberemus, & verè sciremus nos efficaciter profecisse, nūquid in nobis ipsi inaniter gloriari possemus? Nonne Saluator loquutus est: Sine me nihil potestis facere? Atque Apostolus: Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Denique, tot & tanta beneficia contulit nobis, quod pro eis nequaquam sufficimus Deo condignè regratiari, aut id oncum rependere cultum, neque æquiuales reddere ei: potissimè eum & merita nostra sint dona ipsius: propter quod quantum plūs in omni virtute proficimus, quantum maiores effecti fuerimus, tantò plūs deo omnipotenti, pio, iusto ac liberalissimo grati, subiecti ac humiles esse tenemur. Hinc Saluator sapientissimè docuit: Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: serui inutiles sumus. Insuper, bonorum nostrorum non indiget Deus: ideo quicquid egerimus, nulli ei, sed nobis ipsi vtilitatem afferimus, sicut & beatus Iob ait: Si peccaueris, quid ei nocebis? Porro, si

iuste egeris, quid donabis ei? Homini, qui similis est tui, nocebit impietas tua, & Filiū hominis adiuuabit iustitia tua. Hinc circa iam tacta scribit Hieronymus: Quamuis longa macerent ieiunia, licet abiecta sit vestis, & longa officiorum ac operum series producat: si intus desit charitas, nondum ad infimū religionis gradum peruentum est. Nulla pro certo vita deterior, quàm simul degere corpore & non mente. Et verè infelices sunt, quibus non vna, sed diuersa inest voluntas: Sit itaque vobis semper vnus affectus, vna fraternitas, vna voluntas, vna proportio morum, vna iucunditas, vna tristitia, ne quod placet vni, displiceat alteri: neque quo vnus letatur, alter tristetur. Quem, quantum libet religiosum, non perterreat verba ista? Quis tam perfectus in charitate, quis tam concors suis conuentualibus, vt sit ei semper cum illis vna, non diuersa voluntas, vna proportio morū, nec vni complaceat, quod displicet alijs: nec vnus letetur, quo alter tristetur? Ecce quantum timere habemus, ne (quod absit) vita nostra sit pessima atque à sincera charitate disticiens, quam optimam esse confidimus. Postremò (teste Apostolo) charitas patiens est & benigna, non emulatur, non inflatur, non agit perperam, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt. Quis audet asserere talem se gerere ad proximos charitatem? Timeamus ergo & humiliemus semper nos ipsos, totisque viribus conemur proficere.

De actuali mentis eleuatione ad Deum assidua, immo & quantum possibile extat, continua. Articulus X.

Vit Dominus, in cuius conspectu sto hodie. Ad hoc toto conatu indefinenter tende & stude o religiose, & tu præsertim solitarie, vt quantum fragilitati tuæ possibile est, in omni actu, loco & tempore, saltem dum vigilas, cor tuum sit actualiter super glorioso, incircumscriptibili ubique præsentissimo Deo intentum, suspirando ad ipsum, gemendo, peccatus tundendo, manus sincere leuando, potissimè dum es solus: diuine quoque pietatis viscera affectuosissimè inuocando, pro teipso & pro toto mundo, pro viuis ac mortuis, & specialiter pro his, pro quibus magis tibi incumbit: Insuper, super infinita Dei excellentiam, maiestatem, iustitiam, misericordiam intendendo, beneficia ac promissa ipsius pensando, sed & bonitatem eius purissimam & immensam diligendo feruent-

Matth.

lis implebit quæ ait Saluator: Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persequuti vos fuerint, & dixerint omne malū aduersum vos, mentietes propter me, gaudete in illa hora, & exultate? Respondeo: Ergo à tanta infamia, à tā cōfusibili vita, à tā graui æternæ damnationis periculo. Denique, nonne in sensatū ac fatuū reputares agricolam, vindemiato rem seu hortulanum, qui se grandi exhauriret labore, arando, vitem colendo, hortum pungendo, attamē nullum ex ijs acquireret fructum? Sic rudes & excæcati cæsentur, qui in corporalibus exercitationibus, quæ instrumenta ac media sunt virtutum, seipso extenuant & affligunt, nec tamen per hæc ad interiorum emendationem, ad virtutum sinceritatem, ad saporem ac sensum internum, ad intentam perfectionem appropriant aut pertingunt: immo, quod perniciosissimum periculosissimumque consistit, ad obloquendum aut indignandum, ad murmurandum, ad retribuendum malum pro malo, atque ad similes passionem manent procliuem, ita, quod nondū inter bonos seculares computari merentur.

Quam periculosum atque damnabile sit, in solitudine & cœnobio non proficere omni die. Articulus XIII.

Vi multum datum est multum quæretur ab eo: & cui plus commendatū est, plus requiretur ab eo. Manifestatum iam est, quàm multa, magna, præclara & gratiosa contulit beneficia Deus his, quos eduxit de hoc seculo nequam, & in obseruantia posuit regulari, in solitaria vita, per quod ipsos ab innumerabilibus retraxit ac præseruauit peccatis, atque aptissima profectus & perfectionis ac sempiternæ salutis instrumenta ac media prouidit ac contulit ipsis: quæ quantum maiora sunt, tantò sunt grauiores excessus abutentium eis. Porro, omne peccatū vitæ præfentis & peccatum, est in se & pena peccati, in quantum homo prioris peccati de merito, quod mox per contritionem non tollitur, incidere promeretur, ac incidit sequens peccatū. Vnde dixit Gregorius: Peccatū, quod per penitentiam non deletur, suo mox pondere trahit ad aliud. Cum etenim homo peccat, à deo omnino recedit, aut ab ipso aliquo liter se elongat: sicque iuste à Deo relinquitur taliter aut in parte meretur, & ita relictus mox labitur, nisi rursus à Deo misericorditer præueniatur. Hinc solitario periculosum omnino est, non iugiter super suam stare custodiam, & beneficijs Dei medijsque salutis

sibi collatis abuti. Insuper, asserit Christus: Seruus qui cognouit voluntatem Domini sui, & non facit, plagis vapulabit multis. Ex hoc innotebit, quantum ex hac parte grauetur negligentia, in gratitudinem, duritia religionum & solitariorum, se prauè habentium, qui cum indefinenter die ac nocte audiant, legant, agnoscant scripturas ac documenta Sanctorum, ita quod natant in ipsis, nec compunguntur timore, non accenduntur amore, nec strenuè operantur, & quod damnabilius extat, ex sua interdum sciētia (quàmuis pusilla) inflammantur ac suos tunc errorum, & contra corripientem acrius inuehuntur. Hæc est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum, propriam culpam excusare, non recognoscere ac fateri. Præterea, iuxta Doctores, professio, præsertim solennis, obligat vehementer, & non solum plūs quàm simplex præceptum, immo etiam magis quàm iuramentum. Quamuis autem status religionis non sit status perfectionis ac quietis, sed acquirēdæ, propter quod religiosi non tenentur mox esse perfecti, sed de die in diē proficere, ad perfectionem condignè tendēdo, ad spirando, conando: idcirco damnabile est eis remissius agere, tepescere, dissolutionem admittere, profectū differre: præsertim cum dictū sit, eum qui aliquid vouit Deo, tempus certum non determinādo nec exprimendo, obligari ad voti impletionem citius, quod conuenienter hoc potest, iuxta quod Salomon loquitur: Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. Vnde scriptū est: Quod semel egressum est de labijs tuis, obseruabis, & facies, sicut promisisti Domino Deo tuo. Hæc aduertant, qui morum suorum conuersionem Deo vouerunt: omnes quoque religiosi, qui ex sua professione, quàmuis multiplici ac diuersa, ad perfectionem idoneæ tendere altrungunt, nec differant hoc implere. Hinc sancti Patres testati sunt, eos, qui in sacra religione non discunt, nec assuescunt, & satagunt seipso quotidie frangere, abnegare, subijcere, obedire, multo detiores in cœnobio effici, quàm erant esse poterant in vita & habitu seculari. Necesse est ergo, vt tu qui sanctæ religionis assumpsisti militiam, primū in teipsum sis feliciter violentus, & vincas in cunctis teipsum, propriam animositatem, vehementiam, carnalitatem, duritiam: quod gratia adiuuante faciliter adimplebis, si discas & assuescas te in Deo duntaxat diligere, vt que ad tuipsius contemptum: sicque amplecteris, gratanter ac lætanter suscipies omne, quod expedit tibi ad complacendum

Enc. 13.

Gregorin.

hab. 2. Enc. 13.

10h. 34.

Eccl. 5. Deut. 17.

10h. 13. 1 Cor. 14.

10h. 17. 10h. 15.

10h. 35.

Hieronymus

1. Cor. 13.

1. Reg. 17. 4. Reg. 5.

ter, pfallendo & laudando Creatorem tuum alacriter. In his omne tempus tuum expe-
de, nec in comedendo, laborando, aut cum alijs conferendo cesses ab istis: immo nullū inutile verbum cum visitantibus seu alijs habeas, memor Archiapostolici verbi illius: Si quis loquitur, quasi sermones Dei. Denique, vbi maior est occasio incidendi aliquā culpam cordisq; dissolutionem, vt in delicatioribus alimētis, in charorum aduentu, in exitu ad aduenientes extraneos, ibi sis magis custoditus, timoratus, sollicitus, & mente ad Deum suspenfus. Ita q; quicquid egeris, quocunq; te verteris, à Dei commemoratione, alloquutione, oratione & laude nō cesses: nec astitimes tibi istud impossibile, prae-supposito gratiæ Dei auxilio in solitario loco: nec in aliorum regimine ac dispositiōe fornicatus occupato, quod sanctus rex David in tot & tantis regni negotijs occupatus, in regali impleuit palatio: Providebam inquiring, Dominum in conspectu meo semper: Et item: Oculi mei semper ad Dominū. Consuetudo tanquam altera est natura: nec aliquid ita difficile, quod non facilius fiat vlti. Assuesce ergo cor tuum ad ista, dic animæ tuæ: Benedic anima mea Domino, & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto eius. Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Et rursus: Mihi adherere Deo bonum est. Omne tempus te perdere iudica, quo nō egeris ita. Aduerte quantum incurras dispendium, quantum in commodum, dum cogitas quid inane, dum per inutilia euagaris, quando in fructuose te occupas aut otio vacas. Tūc quippe nequissimo hosti aditū præbes ad impugnandum te fortiū, ad suggerendum peiora, ad præsentandum tuæ imaginationi vana ac friuola, ad reuoluendum in tua memoria illatas tibi iniurias, vt contra proximum accendaris & vlcisci te cupias, aut certè aliorum defectus, vt proximos tuos cōtemnas, diiudices & sine fraterna compasione indigneris, amariter, ac sinistrè suspiceris de ipsis. Hæc sunt germina pessima, simulachra maledicta depictionesq; cordis turpissimæ, quibus puritas cordis fœdatur, celestisq; sponsi thalamus inquinatur. Si ergo anima sancta, sponsum illū supernū superdignissimū cupis in cordis tui cubiculo iugiter habere præsentem, eius in inspiratione doceri, suis amplexibus frui, in diuini amoris incendio crescere, non cesses te ad ipsum dirigere, in ipso quiescere, actibusq; præcæcis strenuè occupari, atq; ab omni offensiuo ac inhonoratio præsentie tantū spōsi, ac

maculatio sui cubiculi diligentissimè abstinerere.

De peruigili ac perenni cordis custodia.
Articulus XVI.



Vstodi temetipsum, & animam tuam sollicitè. Certè, vt ait scriptura: Beatus homo qui semper est pauidus. Quis enim in medio ambulans laqueorum, non timeat vehementer? Attende quàm circumspectè, custoditè, sollicitè gradiatur mercator, pretiosas deferens merces per campum raptoribus, laetronibus, insidiatoribus solum incurfari. Tu ergo religiose cellita, noli vnquam vana securitate resolui: non te putes pericula euasisse: immo hoc scito, quod solitarijs inuisibiles inimici acrius, incessabilius, inuidiosiusq; insiliunt, insidiantur ac irruunt. Itaque, quod prætiorsiora tibi à Deo collata sunt munera gratiarum, quod meritis plus abundas, quod diuturnius deseruisti Altissimi, & pro regno laborasti superno, cōcircumspectior esto & timoratio coram Deo, ac magis sollicitus in teipso, ne te iacula tangant ac feriant inimici, ne tentationū sagittis lædaris, ne sub specie boni fallaris, ne spiritui malo succumbens, id est, peccato consentiens, omni tua spiritali opulencia spolie ris: ne gaudeat super te inimic⁹, & dicat, præualui contra eū. Indefinenter ergo aduerte & recole, quod in præsentia summi Dei vbi que & semper sis, degas & ambules, qui vniuersos gressus tuos dinumerat, qui cor tuū scrutatur tuasq; omnia clarissimè intuetur, & pro omnibus his in iudicium te adducet. Hunc igitur incōparabiliter time, eius adorandam superdignissimamq; præsentiam deuotissimè venerare, ab omni eius offensa diligentissimè caue, & sic feliciter adimplebis, quod hortatur scriptura: Omni custodia custodi cor tuū, quia ex ipso vita procedit. In corde quippe est charitas Dei, quæ vita est animæ, radix merendi, forma & motrix virtutum. Denique, cor tuum castrum est & fortalicium spirituale, templū Spiritus sancti, habitaculū Saluatoris. Quemadmodum ergo in castro ac templo pretiosissimo materiali adhibetur diligens ianua custos: ita in ostio cordis tui stet instar custodis per uigilias, timor Dei ingens ac indefessus, omni iniquitati, negligentia ac torpori introitum perhibens, diuitias cordis sollicitè seruās, ab omni vanitate, laxatione indiscretio neq; retrahēs: scriptū est enī: Si non in timore Dei tenueris te instāter, citò subuertetur domus tua. Porro, si dicas, Quis in vita hac potest

potest sic custodire cor suum ad mala tam proum, tam instabile, defectuosum ac miserum? Audi Apostolum protestantē: Omnia possum in eo, qui me confortat: & quod fatetur Psalmista: Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur. Ideo confidenter ac iugiter inuoca Deum, eius implora auxilium, ipsius adiutorio, nō tuis viribus aut meritis, innitaris, & in ipso quiescas, & ipse te proteget ac iuuabit. Fac quoq; fideliter quod tuū est: & sicut sagittarij ad lignum assidue dirigent suum visum, ita tu cordi tuo imprime aliquid vtile ac salubre, & assuesce illud frequenter recolare, diligenter pensare: & quotiescunq; mens tua diltrahitur, aut distractum te sentis, protinus sine mora ad illius intuitum reuoca & attolle cor tuū, & potes ad hoc assumere verbum præcæctum, quod sacratissimi vates Helias ac Hælisæus toties protulerūt: Viuit Dominus in cuius conspectu sto hodiè. Hoc etenim verbum recolendo, protinus eleuatur mens tua ad diuinæ maiestatis omnibus præsentis considerationem, dicendo: Viuit Dominus, qui solus propria & participata autoritate vniuersis & singulis dominatur: atq; ad suæ sapientiæ ac prouidentia perfectionem immensam, addendo, in cuius cōspectu sto hodiè: & ita sis memor diuini iudicij, quo ab illo es iudicandus sicq; diuine concuteris, sapientiali quoq; replearis pudore, quia ex horum aduertentia, erubescis te in eius præsentia indignè inutiliterq; habere, & ita custodis cor tuū, cauens & metuens coram summi Iudicis cūcta vitia prohibētis aspectu peccare, hoc est, omnipotenti super sanctissimo Deo in sanctitate & iustitia deseruire. Hinc verbum illud præcæctum, Viuit Dominus, & c. corde ruminare non cesses, vt sis animal mūdum, & mirabilem celeriter indēs senties fructū. O quàm felix ac meritoria hæc est iugis ac timorata cordis custodia, vereq; sapiens est, qui ad eam assidue ordinat cuncta exteriora & corporalia exercitia sua: miser verò & stolidus est, qui forinsecus remanens, per diuersa hinc inde phantasmata rapitur, negligentius operatur, in diuinis diltrahitur, & inde quasi securum se arbitrat, quoniam aliquantum temporis expendit in claustro aut cella, & corporalia magnipendens, exercitia sua monastica, similis sancto Brictio, qui adhuc impariens ac superbus, à sanctissimo Martino iuste & piè correptus, mox iracundia inflammatus, virum illum eximie sanctitatis acrius repræhēdēs: Ego, inquit, ab infantia mea Deo seruui: tu verò in mili-

taribus actibus à pueritia fordisti, & delin-
ceps in apparitionibus quibusdam phantā-
sticis occupatus, tempus tuum inaniter cō-
sumpsisti. Ex quibus verbis Martinus satis-
ctissimus nequaquam turbatus, sensibiliter
vidit Diabolum ex aduerso Brictij stantem,
& ipsum ad proferendum talia instigantem.
Simus ergo incessabiliter custoditi, & qua-
tò diutius Deo seruimus, quod magis in scho-
la virtutū profecimus, eō custoditiores, so-
licitiores timoratioresque simus, exemplo
sancti Iob, protestantis: Cogitationem Dei
nemo auertere potest, & ipse quodcumque
voluit, fecit: Idcirco à facie eius turbatus sum,
& considerans eum, timore sollicitor. Deni-
que, sic custodiuit cor suum sanctus Prophe-
ta Habacuc, loquēs: Super custodiam meam
stabo, & figam gradum meum super muniti-
onem, & contemplantor, vt videam quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me. Sacratissimus etiā Esaias: Super speculam, dicens, Domini ego sum stans iugiter per diem, & super custodiam meā ego sum stans totis noctibus. Tales item sine dubio extiterūt homines illi cœlestes, electissimi & sacratissimi Patres anachoretæ, Antonius, hilarion, Macarius, Paphor, Arsenius, & eis conformes, vitam angelis proximam in terris ducentes. Postremò, de hac ipsa materia atq; de omni vana, detestabili ac periculosa securitate excludenda, pulchrè loquitur præallegatus Eusebius: Saluberrima, in-
quiens, multumq; necessaria est recordatio futuri iudicij ac infernalis supplicij: præteritorum quoq; commemoratio ac deploratio delictorum. Quod si quis sibi de præteritis suis meritis blandiatur, ac innocentē se aestimet, ideoque posse esse securum, pendat quàm incerti & lubrici sunt exitus vitæ, de qua legitur: Ne laudaueris hominem in vita sua: quod cum perspexerit, etiam si de præterito putat se non habere quod lugeat, de futuro inueniet se habere quod timeat: nemo ergo de præteritis sit securus. Tanti laquei obiecti sunt & extensis ante pedes animæ nostræ, tam innumeri hostes iter nostrū obseruant, tantæ foueæ, tot prærupta, tantæ rerum difficultates latent inter finē nostrum & nos: viaq; ipsa per se arcta & ardua, tantis infernalium & inuisibilium hostium insidijs obsidetur, tantos nos scopulos tantq; fluctus transire necessè est, antequam ancorā optato in littore collocaemus: & putamus nos de præteritis esse debere securos, & absq; quotidianis cura, timore, ac tremore diem debere transigere? Quis transiens per arcissimi pontis angustias super p̄ os

1. Pet. 4.

2. Sal. 16.

2. Sal. 24.

1. Sal. 102.

2. Sal. 72.

Deut. 4.

Prover. 14.

1. Sal. 4.

2. Sal. 9.

1. Reg. 17.

4. Reg. 5.

1. Sal. 17.

1. Sal. 31.

1. Sal. 41.

1. Sal. 1.

Prover. 4.

1. Cor. 5.

1. Cor. 5.

1. Cor. 5.

1. Cor. 5.

fundam fluminis procellosi, etiam si maiorem partem inoffenso transferit pede, credat se iam euasisse periculum, cum in ultimo pontis spatio, si paululum titubauerit, casum incurrat, quem in medio timuit? Ita & nos, quamuis iam magnam vitæ huius partem transferimus innocenter, nullatenus præsumamus, nec incustoditi securiue simus, cum adhuc periculū pars extrema minetur. Quis in acie positus, ante finem certaminis aut ante securitatem triumphī, arma deponat, aut tutum se arbitretur?

De stabilitate mentis in Deo.
Articulus XVII.



Primum est gratia stabiliri cor. In inferioribus istis vix aliquid cor de humano virtutibus destitutum instabilis reperitur, quod expertus fuit, qui dixit: Cogitationes meæ variæ succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur. Vnde non immeritò cor hominis comparatum est molæ, cui si nihil imponatur, motu suo consumit se ipsam: sic planè nisi mens humana salubre aliquid intra se tractet ac speculetur, in distractione sua assidua cogitationumque inanium volubilitate cōtinua, in mortalia tandem peccata dilabitur, quod animæ intimatorē solet iudicio Dei iusto contingere, sicut ipse testatur: Aueri faciem meam ab ea, & abiit vaga in vanitate sua: ideo ait Propheta: Ad me ipsum anima mea turbata est. Itemque: Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Itaque in se & ex se fit homo vagus, instabilis & turbatus: In Deo autem & ex Deo efficitur fixus, constans, tranquillus. Denique, instabilitas mentis humanæ, conuenit ei partim ex naturalibus suis, quia in intellectualium catena ac ordine substantiarum est infima: partim ex corpore, quoniā corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam: & deprimit terrena inhabitatio sensum, id est, intellectum, multa cogitantem. Etenim corporis necessitudines, à spiritalibus, interioribus ac diuinis sæpissimè retrahunt mentem. Vnde & Plato in Phædone disseruit: Quandiu gestamus hoc corpus, & anima nostra conglutinata fuerit huic malo, nunquā plenè sufficienterque; adipiscemur quod exoptamus. Decies enim mille nauationum (id est, contemplationum) impedimenta nobis inde proueniunt. Tertiò prouenit menti instabilitas ista ex virium animę multiplici- tate: nempe quòd creatura extat simplicior in sua natura, ed quoque in viribus & actibus suis simplicior esse cognoscitur: quòd au-

tem magis composita est in natura atque; pe- tentijs, ed in actibus suis multiformior & magis diuersa ac diuisa consistit. Et quauis homo, quantum ad suas partes essentielles, non sit compositor cæteris mixtis & materialibus rebus, quoniam constat ex corpore & anima solū: attamen, quantum ad vires suas & actiones, omni creatura compositor ac multiplicior perhibetur: vnde & omnis creaturæ nomine designatur, Creatore ipso dicente: Prædicate Euangelium omni creature: quia cum omni creatura aliquid habet commune. Quartò, ex fomite ad vitia iugiter inclinante. Quintò, ex passionum sensualitatis vehementia, multiplicitate ac impetu, quæ mentem nondum perfectam, in vtranque partem multis ac miserabilibus modis inclinant, trahunt & agitant. Sextò, ex magnitudine & multitudine vitiorum, quæ lumen atque acumen intellectus vehementer obtenebrant, debilitant & ofuscant, iuxta illud: Excæcauit illos malitia eorum, Septimò, ex suggestionibus, tentationibus ac infestationibus Dæmonum, qui infirmorum corda non sinūt figi in vno, nec in Deo quiescere. De harum causarum instabilitatis mentis humanæ sexta, potissimè scriptura testatur, sicut iam fertur Threnorum primo: Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est. Hieremias quoque: Si abstuleris offensacula tua à facie mea, dicit Dominus, non commoueberis. Hinc iuxta scripturas, stultus (id est, peccator) mutatur vt luna: & impij tanquam puluis, quem projicit ventus à facie terræ: & In circuitu impij ambulat: & Præcordia fatui tanquam rota carri, & quasi axis versatilis cogitatus illius. Vnde scriptum est: Si iniquitatem, quæ est in manu tua, abstuleris, stabilis eris. Et iterum: Iustus quasi fundamentum æterni: impius verò quasi tempesta transiens. Cum itaque tot & tantæ sint causæ instabilitatis mentis humanæ, non mirū, quòd difficile prorsus sit eam stabiliri & simpliciori in Creatore, & quòd viribus suis ad hoc peringere nequeat. Præterea, contra has causas instabilitatis istius (potissimè contra sextam, quæ est maxima inter ipsas) præcipuè valent ac prævalent gratia gratum faciens, virtutes & dona Spiritus sancti, assuesfactio quoque ad bona, & præfata cordis custodia, sed & instinctus diuinus, assistentia & in spiratio angelica, lectio scripturarum. Charitas demū intantum cōfortat ac stabilis cor in Deo, vt dicat Apосто: Quis nos separabit à charitate Dei? Virtutes itē morales, cōtra passionū inquietudinem, vehementiam ac feruorē, valent non

non parum: sed & sapiens vera & saluari sapientia manet vt sol: passio natus verò, vndique commouetur. Si ergo vis stabiliri ac roborari in Deo, insiste spiritali profectui, totisque viribus reformationi internæ, refrenationibus passionum, expulsionique vitiorū, charitatis feruori, sapientiæ salutari, habitationi virtutum, assuesfactionibus exercitiorum bonorum, atque præinductæ cordis custodia, recollectioni & conuersationi internæ, vt scias Patrē adorare in spiritu & veritate, & cum ipso in cordis tui charitatiua latitudine ambulare, immo in omni euentu aduersitatis ac prosperitatis in luce veritatis & in virtutum splendore persistere. Itaque pro hac stabilitate obtinenda, æternū & inuariabilem Deum totis inuocemus præcordijs, & faciendo quod in nobis est, conemur & cooperemur ad obtinendum eandem toto conatu medijs iam præactis. Estremò, in diuinis, in horis persoluentis, & tempore orationis ac celebrationis, meditationis ac salmodiæ, simus potissimè custoditi & recollecti, distractionumque occasiones sollicitè deuitemus: visum & cæteros sensus frenando, nec aliam occupationem, laborem, considerationemque impertinentem assumendo, exercendo vel admittendo, immo tunc maxime diuinæ maiestatis præsentiam attendendo ac honorando.

Quam timoratos & humiles nos esse oporteat, præsertim propter incomprehensibilia Dei iudicia & ob nostra occulta peccata, quæ & frequenter latent nos ipsos.
Articulus XVIII.



Oli altum sapere, sed time. Solitarij multipliciter, callidissimè atque nequissimè insidiari tentationēque ingerit hostis antiquus, & interdum nititur eis persuadere, vt ipsi metales se reputent, quales ab hominibus æstimantur, videlicet sanctos seu multum deuotos, ac cæteris meliores. Accidit quoque nonnunquam, vt tantò facilius se extollant, quantum minus ab hominibus repræhenduntur. Itaque, sicut solitarijs negligētibus frequenter molesta est valde tentatio pigritiæ ac torporis, quos & præsertim delectat visitatio seu confabulatio hominum atque in glauies sic solitarij diligentibus ac feruidis solet se importunè ingerere impugnatione spiritalis superbiæ & gloriæ vanæ: immo sicut (secundum Auicennam aliosque) Philosophos in relationibus rationis itur in infinitum:

ita tentatio ista infinitum extendit, quia dicitur quis tali impugnationi superbiæ inanisque gloriæ viriliter reluctatur, & cum aspernatione deicit eam, mox de tali resistentia ac triumpho resistentem impugnat: propter quod Climacus: Quocumque, inquit, proieceris tribulum istum, stat erecto aculeo. Augustinus quoque testatur: Cum viceris prælia omnia, persuadet tibi inimicus: Euge euge quantum potuisti, quam fortiter dimicasti, quis comparabitur tibi? Denique, spiritalia vitia quantum plūs latent, & quantum minus percipiuntur, tantò periculosius tentant atque secretius ingrediuntur: Hinc necesse est solitario, immo & omnī homini bono, iugiter formidare & exorare: Ab occultis meis munda me domine. Vnde timor Dei vocatur corona iustitię, quoniam instar coronę supponitur omni actui bono, prout sanctus Iob fassus est: Verebar omnia opera mea. Nunquàm ergo solitarius se extollat, nunquàm inaniter glorietur, nunquàm se præferat cæteris, cum Apostolus dicat: Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum: sic & beatus Iob dixit: Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Rursus, quòd minus adest solitario humanum auxilium, ed plūs habet vereri, ne aliqua culpa sua occulta, vanitates aut extollentia fiat diuino indignus subsidio. Præterea, cum humilitas sit virtutum omnium fundamentum, gratiæ receptaculum, sinus propiciationis diuinæ, quantum maior virtutum perfectio, gratiæ augmentatio, miseratio Dei solitario necessaria sunt, tantò in profundiori, firmiori & præcordia liori humilitate totā suā fundare debet conuersationem. De hac re sancti & venerabiles Patres, religiosorum ac solitariorum præcipui illuminatissimique Doctores, Bernardus, Climacus, Eusebius, Cassianus, sapientissimè sunt loquuti: ait quippe Bernardus: In veritate didici, nil æquè efficax esse ad gratiam promerendam, recuperandā ac retinendam, quā si omni tempore inueniaris coram Deo non altum sapere, sed timere. Dum gratia tibi inest, time & caue, ne eam amittas: cum amiseris, time ne percas, sed ora & satage, vt ipsam recuperes. Cum recuperaueris, time ne reciduum incurras: stat firmum Dei positum, & pacis sententia super timentes eum, dissimulans eorum peccata, & remunerans bona, vt miro modo bona & mala cooperentur eis in bonum. Insuper, de humilitate ait electus Dei Bernardus: Solet semper diuinæ gratiæ virtus familiaris esse humilitas. Nimirū gratiæ cōseruandæ humilitatis

Feb. 13.

Job. 20.

Cordis humani ad molam comparatio.

Psalm. 57.

Psalm. 41. Psalm. 28.

Instabilitas cordis unde procedat. Sap. 9.

Plato.

Mer. 16.

Hier. 20.

Eccle. 19.

Psalm. 137.

Eccle. 12.

Job. 11.

Prover. 10.

Stabilitas mentis in Deo quomodo obtinetur.

Roma. 8.

Job. 37.

hinc 4.

Climacus. Augustinus.

Job. 9.

1. Cor. 4. Job. 9.

Virtutū suarū damentū habet militas.

Bernardus.

Roma. 12.

Roma. 8.

Bernardus.

litas, diuina solet pietas ordinare, vt quanto quisq; plus proficit, eò minus se reputet proficille: nam etsi quis vsq; ad supremum spiritalis exercitij gradum profecerit, aliquid ei de primi gradus imperfectiõe relinquatur, vt vix primũ sibi videatur adeptus: Nitentem nanq; ad altiora, oportet humiliter sentire de se, ne dum attollitur supra se, cadat à se, subtus se, nisi in se firmiter per veram humilitatem fuerit solidatus. Sola humilitas est, quæ exaltat, quæ ducit ad vitam. Hæc via, nec preter eam est alia: qui aliter vadit, cadit potius quam ascendit. Præterea, his concordans Eusebius: Hæc est, inquit, spiritalium ratio proprietatisq; bonorũ, vt dum ea summo labore conseruet acquiri, tam facile pereant, vt vix possit intelligi. Et inde est, quod interdum nos sanctos putamus, quoniam secundum mentem suam laboris nostri nos proficisse putamus, & detrimenta subsequētia deprehendere vix valemus. O quam frequenter temerarij iudicij culpam, vanitatis atque inconstantie morbum, dum non sentimus, incurrimus. Porro, quando quisq; sollicitior circa se fuerit, tantò plus metuit: quæ admodum ait scriptura: Sapiens timendo declinat à malo. Sapiens ergo semper in compunctiōne & metu est, & sicut de malis suspirat præteritis, sic de futuris periculis peruiigili sollicitudine contremiscit. Anxij ergo sumus, ne fortè præterita vitia minus desueuerimus, & veteribus iniquitatibus nouas addidimus. O quam magni ac diuturni labores subito pereunt, quanta bona iam acquisita, de manu nostra multoties rapiuntur, dũ id quod adipisci studimus, custodire negligimus, sicq; concessam compunctiōnem, deuotionem & alacritatem per negligentiam, loquacitatē & cordis distractionem amittimus. Postremò, in Epistola ad fratres de monte Dei, monetur: Absit à corde & ore vestro omnis altitudo, quoniam altũ sapere, mors est: & facile est, in alto se conspicientem, obstupescere, cadere ac periclitari de vita. Nomen humile professioni vestræ imponite, feras indomitas, incauatasq; bestias, quæ aliter domari non poterāt, vos æstimate & appellate. Ecce notabile verbũ, quod tibi solitario ac recluso est obseruandũ ac adimplendũ: nõ Eremita non Anachoretã, nec contemplatiũ, aut cæteris præfulgentem aut magis electũ, sed duræ ceruicis mancipium, in domabile brutum, feram indomitam, bestiamq; esse te repta incaueatam.

De lumine discretionis obseruando in cunctis.
Articulus XIX.



Vicquid obtuleris sacrificij, sale condies, nec auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo, sed in omni oblatione offeres sal. Hoc sal est discretio, de quo Christus hortatur: Habere in vobis sal: & sicut cibaria absq; salis admixtiõe communiter extant insipida: sic opera bona, nisi discretionē condiantur, sunt Deo nõ placita. Quæ enim à Deo sunt, ordinata sunt, non confusa & perturbata. Deniq; ad hoc quod sit opus virtuosum, necesse est vt debitis circumstantijs vestiatur, hoc est, vt suo loco ac tempore fiat, ex bona radice, & recta intentione, ac decet modo. Ad quod monens Apostolus: Omnia, inquit decenter & secundum ordinem fiant in vobis. Itemque: Rationabile obsequium vestrum. Sic ergo solitarij vnũ quodque agat cõgruo loco & tempore, apto seu instituto, cum prudenti consideratione & maturitate, sine præcipitatione & festinantia immoderata. Certè (vt Salomon loquitur) qui sic agunt cõsilio, id est, inquisitione debita, de agendis reguntur sapientia. Vnde in Ecclesiastico legitur: Fili, sine consilio nihil facias, & post factũ non penitebis. Apostolus quoque: Sine præiudicio, inquit, hoc est, sine iudicio prauo nihil facias, in alteram partem declinando. Hinc (vt Aggæus moraliter Propheta) necesse est vt ponamus corda super vias nostras, id est, per rationem consideremus assidue, & discutiamus actus nostros, an fiant discretè, non plũs aut minũs, & ne quid ultra vires attentemus, nec citra vires nobis parcamus, immo & vires nostras paulatim experiamur: & si quid supergrediens vires nostras aggressi fuerimus, cum senserimus nos illud continuare non posse, inde censemus, cum scriptum sit: Quia plus fecit quàm potuit, idcirco perijt. Præterea Dominum quotidie toto deprececur affectu, vt veræ discretionis radio mentem nostram illustret, vires naturæ per vigorem gratiæ roboret, atque ad agendum in omnibus discretè, moderate, prudenter, cõstanter ac seruidè, nos semper pijsimè dignetur dirigere, sicut orauit vir sanctus: Gressus meos dirige secundum eloquium tuum. Amplius (prout sancti & expertissimi Patres edocuerunt) nulla virtus tam expedite celeriter hominem facit proficere, & ad concupitã perfectionem pertingere, sicut discretio, prout & præclarissimus solitariæ vitæ athleta deprompsit Antonius. Insuper ad veram spectat discretionem, vt hoc ipsum, quod quotidie ex debito ordinis agimus, vt sunt horæ, celebratio, officium pro defunctis, confessio

sessio, satisfactio, cum præcipua diligentia exoluamus, nec arida quadam consuetudine, sed quotidie magis deuotè, seruidè & attentè. Vnde quod supererogamus, simili attentione cum humilitate exhibeamus, & vnique parti diei ac noctis suum exercitium, opus aut occupationem deputemus ac compleamus, nec per incõstantiam fluctuemus, sed præfata regamur discretionē, quæ (vt sanctus & gratiosus ait Bernardus) optimè circuncidit, superflua refecat, corporalia ad spiritalia refert. Hæc veneranda & semper commendanda salubris ac prudentialis discretio, omni virtuti ordinem ponit, modum præfigit, decorem per seuerantiamque largitur. Estq; discretio non tam virtus, quàm moderatrix & auriga virtutum, ordinatrix affectuum, morum doctrix & consummatio perfectionis. Tolle hanc, & virtus vitium erit. Iustitia quippe dum modum excedit, in crudelitatem conuertitur: & quod zelus feruentior ac vehementior spiritus, charitasq; profusior, eò vigilantiore opus est discretionē: Nam zelus & feruor sine discretionē præcipitant: immo interdum valde nociuè ac prauè sub specie & colore excellentis boni ingerunt se & fallunt. In desinenter itaq; Dominum exoremus, vt ipse nos dirigat, moderetur ac ordinet, mentesque nostras luce discretionis dignetur semper perfundere, quæ totam animæ irradiet domum, vt cuncta ordinate, tranquille, fructuosè debilitabiliterque agamus.

Qualiter diem expendere inchoemus, & de surrectione ad matutinale officium.
Articulus XX.



Onsurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum, & effunde sicut aquã cor tuum ante conspectum Domini Dei tui: leuad eum manus tuas, & miserabitur tui. Quid dignius, quid salubrius, quàm totum vitæ præsentis tempus in deitatis cultu expendere? Et quamuis impossibile nobis sit, sine interruptione Deo vacare, orationi, laudi, meditationi, contemplationi, & actuali charitatis seruari sine interpolatione esse intentum, immo interdum oporteat necessitatibus corporis occupari, corporalia operari, refectioni & somno partem temporis deputare: attamè dum in corporalibus istis modus seruatur, & ipsa prudenter ad spiritalia ordinantur, haud dubium, quin totum Deo acceptum sit, atq; ad eius spectet obsequium. Denique admonet nos Saluator, vt primò regnum Dei quaera-

mus & eius iustitiam: ideo diem vnũ quemque à diuino inchoare debemus seruitio, præsertim ab oratione, laude & gratiarum actione. Rursus, quoniam modicus error in principio, fit magnus in fine, immo & processu augetur, satagendum est nobis conatu & cura peruiigili, vt matutinale officium cingenti deuotione, puritate & alacritate incipiamus, prosequamur & cõpleamus. Itaq; solitarius & omnis verè religiosus, post moderatum ac sobrium somnũ dulciter degustatum, & frequenter puris atq; subtilibus meditationibus plenũ, aut etiã supernis reuelationibus decoratũ, expergefactus, præmissa oratione Dominica & salutatione angelica, aut certè & illa antiphona, Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda &c. vel sua ui illo versiculo, Veni creator Spiritus, mentes tuorum visita, imple superna gratia, &c. immo & præparatoria cordis eleuatione ad Deum per meditationes sinceras, iuxta quod scriptum est: Ante orationē prepara animã tuam: continuo oris sui cultodem inuocat Deum, quatenus ipse Omnipotens per gratiam suã taliter seruuli sui os aperire dignetur ad orandum, p̃allendum ac prosequendũ Creatoris sui præconia, quod verè complaceat ipsi omnium cordium inspectori, hoc est, ita reuerenter, recollectè & amorosè: Domine, inquit, labia mea aperies, neque vt in hoc exaudiatur celerius, mox suum subiungit pium propositum, apertiorisq; talis fructum insinuans, ait: Et os meum annuntiabit laudem tuam. Protinus quoque propriam infirmitatem aduertens, cum, à quo omnis descendit potestas, in suũ deprecatur subsidium aduenire, neque in hoc tardare, eò quod periculũ sit in mora: Deus, dicens, in adiutorium meum intende &c. quibus nimirũ verbis propriam imbecillitatem in sufficientiamque faretur, & omne bonum, præsertim meritorem, à Deo cõferri. Hinc confestim sacrificium laudis immolat ei, dicendo: Gloria Patri & Filio, &c. Tali demum munitus præambulo, ac tali præmissa exordio, sciens id requiri à se, vt quod suum est faciat, seipsum & omnia interiora sua intellectualia excitat & intuat, hortatur, accendit & animat ad laudandum, adorandum, deprecandum, benedicendum & magnificandum Altissimum, atque ad gloriantium in ipso: & tanquã parum sit hoc, etiam ad gaudendum ineffabiliter in eodem: Venite, inquit, exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro &c. quod dicèdo, studeam? toto intellectu & affectu, stabiliq; memoria eleuari & ferri in Deum, accendi,

Eusebius.

Proverbia. 14.

Bernardus.

Remarques.

1. Cor. 14. Rom. 12.

Proverbia.

Ecclesiasticus. 1. Tim. 3.

Aggæus.

Hier. 48.

Psal. 119.

Discretio est effectus, et eius consummatio dicitur.

Thom. 2.

Mat. 4.

Dies supponit orationem, nei laudibus gratiarum actione excipere debemus.

Ecclesiasticus.

Psal. 50.

Psal. 94.

accendi, gloriari ac figi in ipso, & sic reliqua profsequamur, quatenus in ipso celeberrimo matutinali officio tam gratiosè visitemur, consolemur ac robaremur à Domino, atque tam validè illustremur, accendamus ac impleamur ab illo, quod totum deinceps diurnū deitatis obsequium alacrius ac perfectius exoluamus. Itaq; ad matutinas, omni excusso torpore, alacriter ac iucundè surgamus, atq; audito summi Regis signo, sufficientis pulsi, quasi ad epulas nuptiasq; vocati exiliamus à loco miseris lectulo nostro, sepulchri imagine, in quo velut exanimis sopiti iacuumus, & diuinarum initia laudum hilariter inchoemus. Non frigus nos retrahat nocturnum, non instans terreat labor, sed gaudeant labia nostra Creato ri psallendo, & recedente corporea luce diurna, fulgeat & redundet in mente lux interna. Nempè quòd tempus illud nocturnū ab omni exteriori inquietudine, sono ac strepitu extat liberius, eò ad synceriorem mentis ad Deum eluationem, deuotissimā psalmodiam & orationē feruentem est aptius: tunc nanque sensus exteriores minus à suis immutantur obiectis, vnde & interiores sensus & imaginatio tunc magis quiescunt: idcirco non solū tunc homines ad illuminationes supernas reuelationesq; propheticas, verū & bruta ad recipiendū impressiones quasdam cœlestes tunc dispositiones consistunt, propter quòd scriptū est: Per somnum in visione nocturna, quando sopor irruit super homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina. Hinc illuminatus & eloquens scribit Bernardus: Maximè dū profundum nocturnus sopor inducit silentium, liberior erit oratio ac purior psalmodia. Quam secretè tunc ascendant, solo arbitro Deo & angelo sancto, qui eas suscipit superno presentandas altari: quàm gratè ac lucidè verecundo coloratè rubore. De hoc Chrysostomus in libro de Compunctione, ambrosius quoq; libro de Officijs tractant.

De modo, attentione ac reuerentia in psallendo, orando, ac horis cæteris persoluendis.

Articulus XXI.



Res quasi ex vno ore laudabant & benedicebant Deo. Hoc ad literam de tribus pueris, Deum in fornace ardente concorditer glorificantibus, scriptum est: quo exemplo docentur viri religiosi concorditer psallere Deo, qui inhabitare facit vnus moris in do-

mo, quemadmodum & Apostolus nos hortatur: Vnanimè vno ore honorificetis Deum. Si enim in omnibus, quantò magis in diuinis detestanda est discordia, dissonantia, displicentia mutua, confusio, scandalum & offensa? Denique, optimum modum psallendi edocuit nos Bernardus, dicendo: Moneo vos dilectissimi, purè, semper ac strenuè laudibus interesse diuinis: strenuè quidem, quatenus sicut reuerenter, ita & alacriter Domino assistatis, non pigri, non somnolenti, non oscitantes, & vocibus non parcentes, non præcidentes verba dimidia, nec integra transilientes, non fractis remisissiq; vocibus muliebre quiddam balba de nare sonantes, sed virili (vt dignum est) sonitu & affectu voces sancti Spiritus deponentes: Purè verò, vt nil aliud dum psallitis, quàm quod psallitis, cogitetis: nec solūm cogitationes otiosæ & vanæ tunc sunt vitandæ, sed etiam illæ, quas fratres officiatii pro communi necessitate frequenter admittere compelluntur: immo nec illas tunc consulo admittendas, quæ paulò antè ex librorum inspectione inerant menti, quæ, quamuis salubres, non tamen tunc salubriter admittuntur. Etenim Spiritus sanctus tunc gratum nõ recipit, quicquid aliud, quàm debes, neglecto illo, quod debes, obtuleris. Notanda sunt singula verba ista. Veruntamen ex literali sensu in se aliquando arido, licet tunc mentem raptim ad spiritalē ac mysticū erigere intellectum, sicque sugere mel de petra, oleumque de saxo durissimo, non tamen literalem intelligentiam penitus omittere. Interim quoque dum alius chorus suum decantat versum, expedit mentem ad alia leuare, sic tamè, vt sensus versus illius pensetur. Quòd si quis gratia præueniente & superliberrimo Deo intus secretius radiante, absque proprio conamine rapiatur ad altiora, non subest in hoc legi communi. Præterea, quàm attentè, humiliter & compunctè debeamus Altissimum inuocare, docemur exemplo reorum criminis capitalis, qui si habuerint spem aliquam impetrandi veniam à iudice temporali, videmus quantum se coram illo humiliēt & prosternant, quàm lachrymabiliter deprecantur, quantum satisfactiōem spondeant & emēdam, & hoc totum pro temporali vita seruanda: quantò magis nos multipliciter rei, pro eua denda damnatione ac pœna æterna, pro obtinendis charismatibus Spiritus sancti in vi ta presentī, & pro adificanda inæstimabili felicitate ac gloria sempiterna, debemus Deum Deorum, quem polus, tellus, p̄tūsq; con-

contremunt, & ipsa vniuersi machina perhorrescit, coram quo & ipsa numina cū formidine prosternuntur, humilimè, affectuosissimè, compunctissimè exorare, laudare atque extollere? Itaque ex consideratione infirmitate bonitatis, maiestatis & excellentiæ Dei, ex intuitiōe quoq; totius miseris, vilitatis, culpæ ac indignitatis nostris, exhibeamus nos Deo in omni suo obsequio, in oratiōe, præsertim & psalmodia, maximè verò in celebratione, cū omni ac profundissima humilitate, compunctiōe, reuerentia, attentione, custodia ac seruore: & ante horarum, orationum & psalmodiæ inceptionem recolligamus cor nostrum, & simplicem ac stabiliamus illud in Deo, eius incircumscriptibilem dignitatem, præsentiam, misericordiam, iustitiamq; psallendo, proprias quoq; miseris & offensas efficaciter ponderando & aggravando, & ita singula verba sacra, quasi ex proprio affectu cum attentione & gustu interno distinctè pronuntiemus. Deniq; sic esse orandum, sanctus quoq; instruit Benedictus in regula sua: Ex hoc, quòd serui principum seculi huius tam attonitè suis regibus obsequuntur, cum omni promptitudine, inclinatione reuerentiali que apparatu, quibus etiā cum grandi attentione, custodia ac reuerentia solent loqui: quantò magis Regi vniuersorum, Principi excellentiæ penitus infinitæ, cuius cōparatione totum vniuersum est quasi minutissimum milij granum, oportet nos iugiter obsequi, loqui, assistere, supplicare ac psallere cum omni nobis possibili veneratione, humilitate, attentione & charitate, præsertim cū, & teste scriptura, maledicti sint, qui opus Dei faciunt negligenter? O quàm peruersum, vile, damnabile est, coram tam superaltilissimo & superpræstantissimo Deo se negligenter, torpenter, incultoditè, indeuotè habere, nec tantum incomparabilis Dei, sed angelorum quoque sanctorum inhonorare, offendere, contristari præsentiam, de quibus præclarissimus protestatur Bernardus: O si quis oculos haberet apertos, videret qua cura, quo gaudio, quanto tripudio sancti angeli interfunt psallentibus, assunt orantibus, interfunt meditantibus, superfunt quiescentibus, ordinantibus & procurantibus præsent. Certè agnoscunt suos conciuēs, & pro ijs, qui hæredita tunc capiunt æternæ salutis, sollicitè congaudent, confortant, instruunt & prouident eis. Hinc ergo attendite angelos, cū stitis ad orandum atque psallendum. Ipsi sine dubio deuotionem vestram in caelos ferunt, & vobis gratias referunt. Nihil in militanti Eccle-

sia ita representat Ecclesiam triumphatē, sicut chorus psallentium concorditer ac deuotè. Si ergo o frater (quod absit) somnolentia in Dei præconijs venerit tibi, à reclinatorio te auerte, & si fieri potest, ita prorsus erectè, faciem frica, laua, te moue, & omnem somnolentiam atque acediam prorsus repelle. Postremò ita sanctorum verborum sensus intentus, & proprias defectuositates sic intueri, vt de aliorum dissonantia aut errore non citò turberis, proximorumq; defectus & onera æquanimitè foras.

De sanctis exercitijs cellæ, & qualiter debeat solitariū tempus diei ac noctis occupare atque expendere.

Articulus XXII.



Emulamini charismata meliora, & adhuc excellentiorem viā vobis demonstro. Exercitiorū cellæ quædam sunt debita, quibus & præfixæ sunt certæ partes seu horæ diei ac noctis, quando fieri debent: quorū etiam quædam corporalia sunt, quædam spiritualia: Spiritualia sunt, horas & officia sanctorum persoluere, celebrare, & consimilia quædam: Corporalia sunt, corpus somno, vestitu, alimentis fouere: Alia exercitia cellæ non sunt ita determinatè præfixa & debita. Porro, ferre cilicium, disciplinare corpus, ieiunare & abstinere, duro lecto quiescere, inter exercitia corporalia ac spiritualia medio modo se habere videntur. Horum quoque exercitiorum non debitorum, sed magis spontaneorum, quædam sunt spiritualia, vt meditari, contemplari, diligere, orare, psallere, studere ac legere: alia corporalia, vt ieiunare, abstinere, disciplina, vigilia, ad supererogationem spectantia. Itaque exercitia debita, tam corporalia quàm spiritualia, suis sunt horis ac temporibus peragenda: quod autem superest temporis, quantum plus in spiritualibus exercitijs occupatur, tantò felicius laudabiliusq; expenditur, obedientia semper salua: quoniam si ali cui externum opus à superiori suo iniungitur, debet libenter parere. Veruntamen si illo grauaretur, & à spiritualibus multum impeditur, posset humiliter præfidentis fuggerere, vt velit se inde supportatum habere: quod si non voluerit præfidentis, patientiam obedientiamque exhibeat. Præterea, quantum vires permittunt, decet solitariū ad hoc niti & attentare, vt tota die, dū spiritualib' potest vacare, intētus sit psalmodiæ orationibus & laudib' Dei, meditatiōi, contemplatiōi feruenti, seu contemplatiuo chari-

Quo pacto excitandus sit somnolentia animus

1. Cor. 12. exercitia cellæ diuersa

Nocturnum tempus quam aptum spiritualibus exercitijs.

Iob. 35.

Bernardus

ROMAN.

Bernardus psallentium dicit optima.

Bernardus

Deut. 32.

Hier. 49.

Bernardus

Iob. 35.

pete, ac praeueni ipsum in beneuolentia charitatis ac opere pietatis, æquitatis & humilitatis: alioqui mane sequente ante diuini celebrationem mysterij age hæc. Non occidat sol super iracundiam nostram: immo nec super aliquam mentis inordinationem culpabilem. Cumque interiora tua sic fueris perscrutatus, ac ueniã deprecatus, adhibita disciplina, & pro communi totius Ecclesiæ bono, pro uiuis ac mortuis, pro parētib, propinquis, commissis & benefactoribus, pro infidelium refrenatione & conuersiōe, pro fidelium reformatione, pro uniuersorum salute ardentem & lachrymosè oraueris, teque diuine commissis pietati, completorijs deuotissimè persolutis, atq; Dominica passione affectualiter rememorata, & firmiter cordi tuo impressa, ipsoque Domino Iesu Christo, in intimis animæ tuæ uisceribus iam sepulto, ac sine donec mundæ conscientia in uoluto, ingredi lectulum, memor quemadmodum paulò pòst deponeris in monumentum: sicque in sacris meditationibus seu orationibus, in pace pectoris in idipsum obdormias, in inuariabili superdulcissimo deo quiescens, ad quem protinus, cum euigilaueris, mentem reducas, mox surgens, aut si opus est, rursum in ipso obdormiens: quòd si ad placitum tuum nequiueris obdormire, noli tibi per impatientiam aut tædiū inquietudinem fastidiumq; augere, sed cogitationibus indignis exclusis, meditare diuina & ora. Porro, si carnale quid tuæ occurrat aut ingeratur imaginationi, inde cor tuum confestim auerte, & Christi passionem atq; nouissima tua ad meditandum protinus apprehende. Omnis inordinata & praua affectio & concupiscentia sensualis, ex aliqua præuia cognitiua seu sensitua apprehensione oritur ac procedit. Si ergo affectionem illicitam concupiscentiamq; carnalem cupis effugere, abijcere, vincere ac vitare, non moreris apprehensionem seu cogitationē, ex qua orta est, de tuo expellere corde, quam meliù expellere non ualebis, nisi conuertendo cor tuum ad meditandum intentè salubria, cõpunctiua, diuina. Denique erubescat solitarius & omnis religiosus tunc lecto incumbere, torpori vacare inertem, somno locū præbere, dum sui confratres ad Creatoris surgunt obsequium, & corda sua simul cū manibus leuant ad Dominum. Vsq; quòd piger, uilis ac negligens, dormies? quando de damnoso ac damnabili somno confurges? O mercator inhiptis, qui pretiosum nocturnarum tempus uigiliarum sic perdis, in quo cõfratres tui lucrosè negotiantur, & super-

Eph. 4.

Psal. 4.

Tren. 3. Prouerb. 6

nobilissimum illud obiectum Deum æternum, uiuum & sanctum, intra se ardentissimè atque nobiliter complectuntur, & tu interim tãto bono priuaris, & te hostibus tuæ salutis Dæmonibus irridèdum exponis, immo ludibrium facis: Angelum etiam tuum sanctum offendis. Erubescere coram Deo & angelo tuo admittere, agere ac negligenter omittere, quod coram homine reuerendo vitares. Itaq; sicut in cibo & potu, ita in somno timeamus ac uitemus excessum, & temporis desicemus iacturam. Qui operator est, superfluum odit somnum. Feruētissimi Patres nullum tempus ita conquirebantur se perdere, sicut quod dormiendo expendere. Et quid dixit Arsenius? Sufficit, inquit, monacho una hora pro somno, si tamè operarius est: Verùm hoc mirari possumus, non sectari. Nihilominus uerū manet quod Climacus dixit: Sicut multa potatio consuetudine tollitur, ita & multa dormitio. Veruntamen commendabilis est, horis quieti ex ordine deputatis dormire, quàm tunc uigilare, & tempore diuini officij somnolentia uinci, aut extraordinariè dormitare: optimum quippe est, ut omnia ordinatè fiant in ordine. Postremò, in epistola illa ad fratres de Monte Dei, hinc multa subtiliter ac spiritaliter magis quàm imitabiliter conscribitur: Cauere, inquit, ò serue Dei, ne totus aliquando dormias, ne sit somnus tuus non requies lassus, sed sepultura corporis suffocati: non reparatio, sed extinctio spiritus tui. Suspecta res somnus, nilque temporis ita de nostra deperit uita, sicut quod somno deputatur. Sobrium cibum ac sobrium sensum sobrius sequitur somnus. Porro carnalis ille & brutus, atque (ut dicitur) Lethæus somnus, seruo Dei uitandus est. Iturus in somnum, aliquid tecum defer in mente, in quo placidè ac deuotè obdormias, sicque faciliè euigilabis, & surgens agilis eris, faciliè quoque redibis in id, unde non totus discelsisti.

De moderamine obseruando in exteriori & corporali labore, ne per illum incurratur detrimentum interne deuotionis, sancti seruis, ac spiritalis profectus. Articulus XXXV.



aboras sicut bonus miles christi. 2. Tim. 2. Exerce te ipsum ad pietatē: nam corporalis exercitatio ad modicū uilis est, pietas uerò ad omnia uilis

uilis est. Ad exteriorē & manuales laborem, qui ex ordine aut præfidente iniūgitur, omnis religiosus etiam solitarius debet pro uiribus esse promptus. Porro qui in cella degit, nec ad exteriorē laborem habet specialē commissionem, sapienter & ordinatè se debet habere, ne tali labore se occupet immoderatè, aut affectu nimis intenso, ita ut obliuiscatur in ipso labore mentem suã ad Deū frequenter erigere, orando, meditando & adspirando ad ipsum: Hoc quippe generalis est regula: quòd omnia exteriora & corporalia ad spiritalia & interiora sunt ordinanda: sicut media referuntur in finē. Idcirco si illis laboribus ampliù quis insistat, immoretur ac ferueat, quàm ad uirtutum expedit incrementū, ad deuotionis feruorē, ad stabilitatem & tranquillitatem internã, ad cordis custodiam, ad contēplationis synceritatem, non dubium, quin non ceat atq; culpabile sit: immo sicut in cibo ac potu, sic in tali labore contingit excedere, præsertim si in rebus curiosis, superfluis, inutilibusq; uersetur & expèdatur. Enim uero etsi labor in se uituperabilis non consistat, tamen in religioso ac solitario potest omninò uituperabilis esse, inquantum maioris boni est impeditiuus. Solitarij nanq; non est circa communia lægures, sed meliora ac uiciniora salutem exercere ac quarere incessanter. Potissimè demum uidentur in isto excedere, qui nec signo diuini officij auditò, à labore tali desistunt, uel ab oratione & spiritali se expediunt actu, ut rursus ad laborē huiusmodi celerè reuertantur: & item qui post celebrationem ad cellas reuersi, mox ad exteriora talia se effundunt, quibus consultius atq; salubrius esset, usq; ad prandiu spiritalibus occupari, uel indefinenter psallendo, orando seu meditando: uel si caput hoc ferre non ualeat, aut nondū tanta concessa sit gratia, nunc studendo, nunc scribendo, nunc rursus orando &c. Studento quoque & scribendo frequenter eleuandū est cor cum oratione, seruiore, laude ac meditatione ad Deū, omne cor incessabiliter inuentem. Hinc in prælegata fertur epistola: A spiritalibus exercitijs in corporalia nūquam longè recedatur, neque in totum, immo ad spiritalia semper de facili redire animus assuescat, quatenus dū se corporalibus mutat, spiritalibus semper inhæreat. Corporalia enim sunt propter spiritalia, nõ e contra. At uerò post prandium & Nonã apertius tempus est laborandi, sic tamè, ut in primo pulsu ad uesperas, aut parum antè cessetur, & ex tunc Spiritus ad Dominum dirigatur, sed & infra ipsum laborem frequenter

ad Deum adspirare oportet. Qui autem immoderato & indiscreto se fatigant labore, & Horas persoluunt animo imparato & uago, hincinde per diuersa phantasmata discurrunt, miserabiliterq; perdit, lædunt, negligunt semetipsos.

Quòd solitarius omnisq; monachus præcipuè debet uitare ac abhorreere temeraria & incauta iudicia, nec alios aspernari, neq; faciliè indignari, nec irasci. Artic. XXXVI.



Nexcusabilis es ò homo omnis, qui iudicas: in quo enim alium iudicas, te ipsum condemnas. Quemadmodum in libro de ecclesiastica hierarchia magnus Dionysius profundè ac deuotissimè docet, monachus nominatur à monade, id est, unitate, quoniam debet esse custos unius, uidelicet sui ipsius: nec eius, inquantum est monachus, est aliorum curam præfidentiamque habere, neque alios ex officio purgare, illuminare, perficere, iudicare aut disciplinare. Hinc sancti & timoratissimi Patres in eremo, uehementissimè abhorruerunt proximos iudicare, præsertim in dubijs, atque in ijs, quæ fieri queunt animo bono, aut ex se indifferentia sunt, & in quibus latet agentis intentio. Denique, dato quòd in terdum liceat unicuique de actu alterius iudicare, sicut dum actus in seipso & ex genere ac circumstantia seu specie uitiosus consistit, neque recto fieri animo uales, tamen de ipso agente iudicare incautum est, nisi forsitan pro tempore illo, quo actualiter intentus est operi euidenter & inexcusabiliter uitioso, non postea, cum possit omni penitentiæ momento, iudicium quoque ex uehementi & uolenta suspitione extat fallibile, ut si inueniatur simul in lecto nuda cum nudo: quantò magis ex leui & incerta suspitione iudicare, est fatuum & iniurum? quod & cõmuniter ex praua & infecta procedit radice, atque frequenter uitium est mortale, præsertim dum quis ex tali iudicio ad proximi sui contemptum, detractionem, diffamationem procedere non ueretur, & ipsum a affirmatiuè accusare præsumit aut punit, uel punire procurat. In hoc quidam melancholici, passionati, amari, superbi & stulti, audaces, sibijpsis placet, inconsiderati & indiscreti periculosissimè habet se: qui quantò ex sua perueritate, insipientia, auerisione ac huiusmodi iudicia, ad indignationes ac uarios passionum motus sunt proniores, tãtò plus necessariū eis est ad salutē, ut cõtra hæc uitia diligētissimè prælietur, & discat ac assuescat quotidianè,

rom. 8.

iudicium te. merarium quam sit esse peccatum.

2. Pet. 2.

tidie, immo assidue considerare, cognoscere, diiudicare, aspernari, accusare, humiliare, disciplinare seipsum: & tam interiorē quam exteriorē oculum suum reprimant & refrenent à consideratione proximorū superflua ipsi impertinētē, aduertētēs quod scriptū est: Qui obseruator est malorū, opprimitur ab eis. Porro viri timorati, prudētēs, scientes quā multipliciter possit homo decipi iudicādo de alijs, eō quōd iudicare sit actus prudentiæ, in quo multa sunt attendenda, maximē horruerūt alios, potissimē sibi non commissos, diiudicare, sicut de hoc in Vitiis patrum multa doctrinalia recitantur exempla. Vnde quidā Patrum frequenter orasse leguntur: Domine, mortifica me à proximo meo, id est, ita custodi atq; præserua me ab incauto proximorū iudicio, ac si iam mortuus essem. Præterea, cū Saluator vniuersis communitē fidelibus iusserit: Nolite iudicare, & non iudicabimini: quantō magis religiosi & maximē solitarijs incumbit hoc adimplere? Hinc circa hoc verbū Theophilus & Cyrillus testantur, quōd Christus hoc documento præseruauit nos, quantum in ipso est, à pessima peste ac vitio, à quo etiam per paucos religiosi inueniuntur in toto immunes. Deniq; ut vitia ista sollicitius caueamus, pensemus intentē quā multoties ac diffidētē in scripturis prohibeantur. Etenim præter id, quod nunc tactum est, rursus in Euangelio ait Christus: Nolite secundū faciem iudicare. Apostolus quoq; Tu, inquit, quis es, qui iudicas alienum seruum? suo Domino stat aut cadit. Tu ergo quid iudicas fratrem tuum, aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi, & vnusquisq; nostrum pro se rationem reddet. Non ergo amplius inuicem iudicemus, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri aut scādalum. Insuper, cū dicat Saluator, Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis: itemq; In quo iudicio iudicaueritis, iudicabitur de vobis: acerbissimi & celeres suorum iudices proximorū merētur à Christo districte diiudicari, & sicut fecerūt, fiet & eis. Propter quod ait Chryostomus, quōd nūquam suorum scelerum indulgentiā cōsequetur, qui tam inclementer suos iudicat proximos. Propter quod de nōd ait apostolus: Existimas tu o homo, qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis ea, quōd tu effugies iudicium dei? Hoc est, quod & Iacobus sanctus disseruit: Iudiciū sine misericordia fiet illi, qui nō fecerit misericordiā: Et rursus: qui iudicat fratrem suum, iudicat legem: si autem iudicat legem, nō est factor

legis, sed iudex. Certē qui hæc & consimilia scripturarū testimonia nō aduertit, nec inuenitur neq; veretur, miserabiliter ac damnabiliter surdus & cæcus est, immo & insensibilis ad ea, quæ Dei sunt ac suæ salutis. Hinc in præacta sæpē epistola dicitur: Cauene quos imitari non vis, dānes. Hoc age in egritudine tua, quod egit sanissimus ille, qui dixit: Venit Iesus Christus peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Qui enim perfectē examinando seipsum intelligit, suo peccato nullius peccatum par estimat, quod non sicut suum attendit. Non arbitris cōmunē nō lucere solē, nisi in cella tua, & nulli esse serenum, nisi penes te. An solitariorum Deus tantū? Malo te æstimare, vbi que esse serenum, præterquam apud te, & peius sentire de te quam de alio aliquo. Postremō, hoc ad verum solitariū pertinet, immo ad omnem Christi fidelem, peccantibus condolere, imperfectos piē portare, ad vniuersos charitatiuē atq; synceriter affici, pro cūctis fideliter deprecari, nō spernere proximum, cū scriptū sit: Væ qui spernis. Nōne & ipse sperneris? Age quod docet Eusebius: Ipsi, in quibus, nosmet ipsos castigemus, diu dicemus, & quotidianam vitā discutiamus, dicatq; vnusquisque in corde suo: Videan diem hunc sine peccato transigē: hodie plus risi & fabulatus sum, fratrem scādalizauit: iracundus, impatiens, leuis in moribus fui: in cibo, potu ac somno excessi, otiosus & negligēs extiti, minūs orauit & legi, quis mihi reddat hunc diem, quem in vanis fabulis totq; defectibus perdiidi?

De oris custodia ac diligenti silentio, & de forma loquendi. Articulus XXXVII.

SI quis putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducēs cor suum, huius vana est religio. Quā necessaria ac salubris sit omni religioso refrenatio linguæ, hinc innotescit, quōd omnes sancti Patres institutores religionum seu ordinum, concorditer ordinauerunt professores regularum suarum, non solum à verbis vitiosis, otiosis, illicitis, sed etiam à verbis bonis, fructuosis ac licitis ora sua reprimere, silentium obseruare, nec sine licentia loqui, ne occasione prolationis verborum vitium misceantur illicita. Insuper, quā seriōse voluerunt hoc obseruari, & quā graue reputauerunt id violari, hinc elucescit, quōd pro nulla communi quotidianaque culpa statuerunt tam grandem pœnam inligi-

gi, sicut pro fractione silentij, vtpotā dorso nudato, à præside publicē in capitulo disciplinari, cū in seculo non nisi pro magnis criminibus soleat huiuscemodi vltio fieri. Amplius, inter ea, quæ in libris sapientibus frequentius atque seriōsius iniunguntur, docentur, suadentur, præcipiuntur, est linguam frenare, loquacitatem vitare, sapienter ac parcē loqui, custoditūque esse proprii oris, in qua re perfectio & salus hominis pro maxima cōstituitur parte: immo quā necessaria & fructuosa sit ista linguæ custodia omni homini Deo placere optanti, ac salutem consequi cupienti, docet clarissimē in sua Canonica Apostolus Iacobus, dicens: Lingua ignis est, vniuersitas iniquitatis lingua, id est, per linguam constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflamat rotam nativitatē nostræ, inflammata à gehenna. Hinc loquitur Christus: Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Hoc est quod in Prouerbij Salomon dixit: Mors & vita in manibus linguæ. Vnde ad linguæ refrenationem volens nos Iudex summus inducere: De omni, inquit, verbo otioso, quod loquuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij. Hinc ait Scriptura: Si quis non est lapsus in verbo, hic perfectus est vir. Etenim: Qui custodit os suum & linguam suam, custodit ab angustijs animam suam. Lingua placabilis, lignum vite: quæ autem immoderata est, conteret spiritum. Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est. Sicut vrbs potens & absque murorum ambitu, ita homo qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Denique, sicut silentium & moderamen parcitasque sermonis, signum est sapientiæ & effectus prudentiæ, iuxta illud Iob: Vtinam taceretis, vtpotā remini esse sapientes. In Prouerbij quoque: Stultus si tacuerit, sapiens reputabitur: Ita loquacitas autem verbositas ex insipientia oriuntur & eam ostendunt, prout scriptura loquitur veritatis: Vidisti aliquem velocem ad loquendum? Stultitia magis speranda est, quā illius correctio. Itemq; Totum spiritum suum profert stultus, sapiens differt & reseruat in posterum. Præterea, sicut in cæteris actibus bonis, sic in locutione debita: circumstantiæ sunt reuerentiæ, videlicet oportunitas loci, congruitas temporis, modus loquendi, recta intentio, & cui loquamur, immo & quid. Corruptum enim mores bonos colloquia mala. Vnde & sanctus loquitur Benedictus: Verba scurrilia & in risum mouentia, perpetuo anathemate vbiq; dam-

namus. Potissimē quoq; cauendum, ne post vesperas seu completorium & ante primam frangatur silentium: quod sicut diligenter seruare est multum exemplare & causa magnæ quietis, custoditio puritatis, conscientiæ munimentum, ac timorati iudicij cordis, euitatio culpæ multiplis, ac veræ sapientiæ signum: ita silentij fractio, loquacitas, & esse præcipitem ad loquendum, est fatuitatis indicium, intimatori cordis prodigiū, insipientiæ opus, turbationum origo, iniquitatis fomentum, inquinatio mentis, effusio gratiæ, perditio animæ. Hinc Sanctus Iacobus Apostolus exhortatur: Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Si igitur cupis in religione proficere, atque in cella cum pace & profectu quiescere, hoc saluberrimo oris operculo, id est, silentio, claudere & signa os tuum: quoniam sicut vas non operatum, immunditijs adimpletur: ita homo ore incustoditus, intus multipliciter inquinatur ac læditur: nec vitat diū verba detractio nis, contentionis & similia profus mortifera, qui non satagit verba cauere superflua minūs illicita. Fac saluberrimam violentiam tibi, quousque in consuetudinem ducas integram obseruationē silentij, & de hoc quotidie discute conscientiam tuam. Quōd si transgressus fueris, fortiter ingemisce, castigate ipsum, accusa & accipe disciplinam, ac emendationem toto corde propone, & inuoca Deum in adiutorem, quoniam Domini est gubernare linguam. Hoc itidem scito, quōd omnis oratio intelligibilem habens sensum, prolata sine licentia, fractio extat silentij. Denique, in colloquio indefinenter custodi cor tuum, & time ac fuge excessum verborum. Cum visitantibus quoque sic loquere, vt impleas illud Apostoli: Omnis, inquit, sermo malus ex ore vestro nō procedat, sed qui bonus est ad ædificationem, vt det gratiam audiētī. Noli rumores inquirere, nec in talium perceptione læteri, nec secularium dissensionum & inquietudinū recorderis, nisi ad deprecandum intentē pro omni causa & communi bono Ecclesiæ.

Quam dignum, gratum, saluberrimūq; consistat, Dominicam passionem quotidie, immo assidue, intentē & affectuosē reuoluere, pertractare ac reminisci. Artic. XXXVIII.

CHristo confixus sum cruci. Vivo autē iam non ego, viuit verō in me Christus. Quōd autem nunc vivo in carne, in fide

silentium ob seruandum.

Iacob. 11.

Prouer. 16.

eph. 4.

Gala. 2. Quomodo Christo confixi debet mus cruci.

Prouerb. 11.

Matt. 7.

Iohann. 7. Rom. 10.

Matt. 7. Marc. 4.

Luce. 9. Chryosto.

Roma. 2.

Iacob. 2.

ibidem.

1. Tim. 1.

Iacob. 2.

Matt. 11.

Prouer. 18.

Matt. 22.

Eccl. 21.

Iacob. 3.

Prouer. 21.

Prouer. 15.

Prouer. 17.

Prouer. 25.

Iob. 13.

Prouer. 16.

Prouer. 29.

ibidem.

1. Cor. 15.

1. Ioh. 31. Eusebius.

Iacob. 16.

Lingua refrenatio quem sit necessaria & salubris.

uiu filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Ecce verba prorsus dulcissima, valde amoroſa, maximè instructiua. Conſigamur cruci clauis fidei & amoris ac imitatione cruciformis conuerſationis Chriſto, id est, ad laudem & gloriam eius, ad Dei honorem ac noſtram ſalutem, ita vt iam nõ ipſi viuamus, id est, non ſecundũ propriam inclinationẽ, naturam ac improbam voluntatem cõuerſemur, ſed iuxta Chriſti doctrinam, exempla, cõſilia ac præcepta, vt diuino cultui totaliter dediti ſimus, & Deo in holo caustum oblati, igne diuini amoris totaliter inſlammati, & hoc est, Chriſtum in nobis viuere, noſq; in ipſo per amorofam, plenã ac indefinentẽ transformationem in ipſum, & ita viuamus vita gratiæ in fide filij Dei, & quod ipſe pro oĩbus aſſumpſit, fecit ac pertulit, quilibet noſtrũ, quali pro ſe ſolo ipſum aſſumpſiſſe, feciſſe ac pertuliſſe, perpendat, ſic quippe pro oĩbus paſſus eſt, quod quantum in ſe fuit & eſt, maluiffet ac mallet adhuc pati pro vnoquoq; , q̃ aliquem permetteret condemnari, ſicut & magnus, diuinus ac feruentiſſimus præful, doctor ac martyr Dionyſius, ſenior venerandiſſimus, in epiſtola ad Demophilum recitat Chriſtũ dixiſſe ad S. Carpum . Tañta ergo dilectio filij Dei ad nos, inextinguibiliter nos inſlamet, tã acerbiffima & ignominioſiſſima paſſio, quã pro nobis ſuſtinuit vniſigenitus Patris æterni, verus Deus, in omni perſecutione, afflictione & aduerſitate, in omni rigore pœnitentię ac diſcipline faciat nos penitus patientes, conſtantes ac hilares, eod quod capiti noſtro aliquoſiter cõformamur, & aliquantulã ei reddimus vicem. Nẽpe ſi Regis ac capitis noſtri humilitatem, patientiam, charitatẽ & amariffimã paſſionẽ ſincerẽ ac profundẽ perſpicimus, in omni depreſſione, correptione, caſtigacione, perſecutione gratias Altiffimo referemus, omnia illa leuia ac modica arbitantes, reſpectu eorũ, quẽ Deo propter nos incarnatus, pro nobis pati dignatus eſt. Si efficaciter intuemur, qualiter pro nobis in cruce aceto ac felle reſectus eſt, fatebimur nil condignũ nos poſſe ei rependere, etiã ſi mille annis in pane & aqua abſtinẽamus. Itaque quacunq; tentatione impetitur, ad Dominicę paſſionis recordationẽ mox fugiamus: ſi memoria aut delectatio Venereorũ aut guſtus aut tactus nos cõperit impugnare ſeu tãgere, cõfeſſim nõ ſine ingenti cõpaſſione intueamur, in quali & quanto dolore, anguſtia & mœrore pendit Dominus vniuerſorum, innocens atque mitiſſimus agnus Dei, pro nobis in cruce ab hora ſexta vſq; ad no-

Chriſtus quã do uiuat in nobis.

1. Pet. 3.

1. Ioh. 19 Paſſionis Chriſti memoria cõtra tentationes vemedium.

1. Pet. 1.

nã, violentiſſimẽ vſq; ad venarũ rupturam, oſium dinumerationẽ, totiuſq; ſacraſiſſimi corporis ſui diſſolutionem diſtẽtus, clauis diris ac groſſis crudeliſſimẽ perforatus, quando & dolor cõpaſſionis ac mœoris de ingratitudine ac perditione innumerabiliũ hominũ, maior atq; pœnaliõr fuit in eo dolore omni ſuã corporeã paſſionis, dum & ſuã amantiſſimã ac prorfus benigniſſimã matri adſtãti, cuius doloroſiſſimã vidit mẽrẽ, in æſtimabiliter condolebat. Si in ſenſata ambitio, diabolica elatio tentat nos, protinã atredamus qualiter Dñs & Saluator propter nos corã populo eſt nudatus, colũnã alligatus, flagellis laceratus, ſpinis coronatus, arũ dine caeſus, conſputus, irriſus, blaſphematus, cõtemptus, atq; in omnibus pleniffimã humilitatem, obediẽtiam, paupertatẽ, & quod corpori extat moleſtiũ, prælegit, exhibuit docuit, commendauit. Porro ſi ira, impatiẽtia, rancor, inuidia nos cõperit impugnare, indilate penſemus, quẽ ad modũ filiuſq; ei in cruce pro ſuis interfectõrib; blaſphematoribus ac crudeliſſimis hoſtibus fudit præcẽ, atq; illorum pro poſſe excuſauit tranſgreſſionem. In ſuper, qualiter tanquam ouis ad occiſionẽ ductus eſt, & ſicut agnus corã ton dente obmutuit: qualiter ſtetit coram Pilato & Herode vultu in terrã fixo, ore ſilente, mitiſſimo corde, ad totã tantã mendofã obiecta tranquillũ ac patiens. Prætereã, ſi accidia, pigritia, negligentia, vanitas, & diſſolutio cordis quẽpiã tentet, mox aduertat, quãta ſit hominis cauſa cum deo, quãm pöderoſum negotiũ, quãm ſublimis ſit finis humanæ cõditionis, pro qua cauſa expediẽda, pro quo negotio terminando, pro quo ſine recu perãdo ac obtinendo ipſemet ſuperſapientiffimus vniſigenitus Dei factus eſt homo, cõuerſatus in mũdo, ſuſpẽſus in ligno: ex quorum cõſideratione excitetur, accendaturq; homo viator ad agendũ viriliter, ad patientiã libenter, atq; ad perſeueranter, ſeruetẽr ac inſatigabiliter laborandum pro euãgiõẽ infernalis damnationis, pro adeptione æternæ ſalutis, pro impetrandis chariſmatibus gratiarũ, pro deiectione aduerſariarũ in uiliſimum poteſtatũ & omniũ ſuã ſalutis inimicorum. Itaq; paſſionẽ Dñi noſtri Ieſu Chriſti quotidiẽ, immo ſapiffimẽ recolamus corde recollecto, & per charitatis ſeruorẽ Chriſto vniti, tamq; attentẽ, ac ſi præſentialiter ipſum pro nobis pati conſpiceremus, & quãtũ affigeremur, ſi nos, quamuis viles ac rei, talia pateremur: ſic, inquam, Chriſti totalem paſſionem & compaſſionem recogitemus maturẽ, diſtinctẽ, plenariẽ: primò, ad reco-

1. Ioh. 19

1. Ioh. 19

1. Ioh. 19

1. Ioh. 19

1. Ioh. 19

1. Ioh. 19

1. Ioh. 19

1. Ioh. 19

1. Ioh. 19

1. Ioh. 19

1. Ioh. 19

1. Ioh. 19

1. Ioh. 19

1. Ioh. 19

1. Ioh. 19

1. Ioh. 19

recognoscendum, quod ipſe pro noſtra redemptione ſuſtinuit vniuerſa, ne ſimus ingrati: ſecundò, ad compatiendum, in quantum innocẽter ſine ſuo demerito pertulit cuncta: tertio, ad imitandum eius veſtigia & omnem virtutem, quam in ſua exhibit paſſione: quarto, ad gloriãdum, in quantum paſſio Saluatoris fuit tam fruſtuofa: quinto ad admirandum, quod omnium vominus tot & tanta pro nobis indignis vermiculis facere ac perpeti voluit: ſextò, ad regratiandum pro omnibus illis & pro beneficijs tantis: ſeptimò, ad reſiſtendum omni tentationi, vt tactum eſt: octauò, ad inſtammandum, quatenũs conſideratione charitatis, paſſionis, beneficiõrum, promiſſionũq; Chriſti, quotidiẽ ſancta dilectione fortiũs accendamus: nonò, ad contẽplandũ charitatem, miſericordiam, iuſtitiam, ſapiẽtiam ſuper glorioſiſſimẽ Trinitatis, quẽ perper huiuſcemodi modum decreuit ac voluit reparare & ſaluare genus humanum. Sic quoque in omnibus ijs penſemus, quis, qualis & quantus ſit, qui pro nobis hæc tolerare dignatus eſt. Denique hoc ſciat omnis, qui Deo placere & proficere ac ſaluari deſiderat, quod nulla eſt cõpendioſior, virtuoſior ac ſalubrior via vincendi omnem tentationem ac vitia, & proficiendi in omni virtute & gratia, quã modo nunc tacto Chriſti paſſionem recolere: ipſa eſt liber omnis ſapientiæ ac virtutis, exemplar altiſſimæ contemperationis & eius commemoratio, iã præſata, in ſeipſa eſt maximè meritoria, Deoq; grata & placita.

Quod electiſſimam & incomparabilem uirginem Dei matrem iugiter contempleri, delectabiliter inueneri, & poſt Deum ſummẽ venerari debemus. Articulus XXXIX.

Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum. Inſinita bonitas, inæſtimabilis charitas, liberaliſſima pietas Dei, exuli & indigentiſſimo generi humano in iſto exilio copioſiſſimẽ prouidere ac ſubuenire dignata eſt. Nẽpe quia indigni & inepti eramus per noſipſos immediatẽ ad Deum maiestatis immenſæ accedere, & eius nos vultui præſentare, quẽ tam dirẽ offendimus, & cui per noſipſos plenẽ reconciliari nequimus, prouidit ac contulit nobis mediatorẽ efficaciſſimum atq; piſſimum, noſtræ naturę conſortem, & noſtrẽ mortalitatis participẽ. Verũ quoniam iſte mediator non ſolũ eſt Saluator atq; miſerator piſſimus, ſed etiã iuſtiſſimus iudex, cuius humanitas Dei-

tati eſt in vnitate perſonæ coniuncta, per quod & eiũ humana affectio eſt miro modo deificata, id eſt, conſormiſſima Deo facta, ac diuinæ iuſtitie aſſimilatiſſima, immo & verus Deus ſecundũ principalem & propriam ſuam naturam, non ſolũ ſynceriſſimẽ diligendus, ſed & vehementiſſimẽ metuendus eſt nobis: ideo indigemus etiã perſona mediantẽ & aduocãte ad ipſum pro nobis, quẽ ſit prorfus miſericordiſſima, omninò piſſiſſima atq; dulciſſima, immo in viſcera charitatis & benignitatis totaliter queſi conuerſa & affluentiffimẽ transformata: hæc eſt vnicaila, quam Pater æternus vniſigenito & ſuperdulciſſimo Filio ſuo prorfus ſibi equali, conſubſtantiali & coæterno præparauit in verã & præſtantiffimã matrẽ, quam ſuper munificentiſſimus Spiritus ſanctus tanta gratiæ exuberantia, tanta adimpleuit, vt deſcendit adimpleri illius genetricem, à quo & ipſemet Spiritus ſanctus verẽ eternaliterque procedit: Hæc eſt, quam ſuperpulcherimus & ſuperſapientiſſimus ac ſuper-nobiliffimus filius Dei ab æterno ſibi præelegit in matrem. O glorioſiſſima domina, puriſſima virgo, prædigniſſima mater, Maria dulciſſima, in quanta celſitudine, felicitate & gloria cerno te poſitam. Ecce enim ò omnium feliciſſima, præclariffima & admirabiliſſima creaturarum, ecce tu es Patri æterno verẽ comparentalis, eundem numero ſecum filiũ habens. Tu vniſigeniti filij Dei excellentiſſima parens, tu ſingulariſſimum tabernaculum adorandi paraclæti Spiritus ſancti, & mater illius, à quo ille emanat. Tu ſupereſſentialis & ſuperbeatiffima Trinitatis familiariffima es amica, ſumma ſecretaria, immò totius regni & gloriæ eius cõſors altiſſima. Talem ac tantam, tam præamabilem ac perfectã fecit te artífex primus, opifex Deus, quod ipſemet tuum decorem ac ſpeciem concupiuit. Venit ad te, nõ locum mutando, intrauit in te in medium cordis tui, omni gratia, virtute ac perfectiõẽ illud copioſiſſimẽ adimplendo, atq; in mediũ virginẽ ſupercaltiſſimi vteri tui. ex puriſſimo ſanguine ſibi humanę carnis ſubſtantiam ac corpus ſanctiſſimum fabricando, formando ac aſſumendo: habitauit & requieuit in ventre tuo puriſſimo menſibus nouem, tanquam in throno digniſſimo pudoris, aula regia, cœlica cella ſanctiſſima: & qui eternaliter fluxit & natus eſt ex corde incomprehenſibilis & in circũſcriptibilis Patris, temporaliter natus eſt ac proceſſit de ventre tuæ dei formis ſœcunditatis, tanquã ſponſus de-

Maria uirgo mediatrix & aduocata noſtra.

Felicitas & gloria beatiſſimæ Mariæ ut contemplantur de ſiſt.

1. Pet. 1.

thalamo, geminæ gigas substantiæ, Deus ve-
rus & homo, perfectus in vnitæte personæ.
Hunc Regem cœlorum, Dominum Ange-
lorum, omnium Creatorem, ex te natum fo-
uisti in gremio, lactasti sacris vberibus, con-
tractasti dignissimis manibus, tamq; fami-
liariter cum ipso es cœuerata in seculo isto
annis triginta, quousq; prædicare exorsus
est, atq; exinde secuta es ipsum, quousq; in
cruce suspensus est. Quis nunc ô suauissima
virgo capere queat, quantam gratiæ exube-
rantiam, quantam diuinorum charismatum
affluentia dederit tibi filius tuus verus Deus
& Creator tuus in omnibus istis? Certè
hoc constat, quòd tantum ac taliter te præ-
vniuersis decorauit & sublimauit electis in
in cunctis donis & beneficijs suis, quantum
& qualiter decentissimum fuit matrem, Re-
ginam sponsamq; singularem decorari, im-
pleri & sublimari præ cunctis famulis & an-
cillis ipsius. Ecce ô præamabilissima ac præ-
uenerrandissima Domina, eo ipso, quo facta
es Deo Patri comparentalis, veriq; Dei ma-
ter, es quodammodo infinitæ dignitatis. Tu
iure ac priuilegio huius diuinæ maternita-
lis authoritatè habes præcipiendi omni crea-
turæ in esse creato, subsistenti in cœlo & ter-
ra. Et quid dico, omni creaturæ, cum & su-
per Deum verum ex te natum, videaris au-
thoritate quandam habere secundum ip-
sius humanam ex te sumptam naturam, se-
cundum quam fuit subditus tibi, teq; adhuc
& in æternum honorat vt præstantissimam,
fidelissimam, & dilectissimam suam matrè?
Tuam ô Domina dignitatem, sanctitatem
& gloriam comprehendere non valemus,
te contemplari sumus indigni, tibi condig-
nè obsequi nullatenus possumus, sed hoc fa-
temur, q; sicut Creatorè ex creaturis aliqua-
liter cognoscere possumus in hac vita, quic-
qd pfectionis ac bonitatis est in rebus crea-
tis, ei supereminētissimè adscribèdo, omni
imperfectiōe seclusa: sic te ô Maria dulcissi-
ma, ex cæteris feminis cōtemplamur, quic-
quid pfectionis, sanctitatis & excellentiæ
est in illis, tibi præclarissimè attribuèdo, om-
ni defectuositate, vilitate & imperfectione
sublata. In quibusdam illarum splendet vir-
ginitas, sed deest fecunditas: tu autem ma-
ter & virgo: sed cuius mater? mater vtique
tui ac omniū Creatoris. In quibusdam ful-
sit fecunditas, sed corruptioni libidiniq; obnoxia.
In nonnullis sublimiter & cum admiratione laudatur in coniugio seruata
virginitas, in quibusdam castimonia vidua-
lis. Tu autem ô Domina, in coniugio in-
tacta mansisti: Vidua quoque effecta, alteri

non nupsisti, nec in delicijs vnquam vixisti:
Nunquam fomitis motum sensisti, atque in
terris viuens, omnem angelicam mentè pu-
ritate ac dignitate vicisti. Porro translata de
via ad patriam, nunc in cœlis gloriosissima
es effecta, tantò in cunctis supernis ciuibus
beatior atq; sublimior constituta, quantum
deciit matrè summi Dei, eius miniltris præ-
ferri. Quis demum considerare præualeat,
quàm etiam glorificata sit sanctissima virgi-
nè, immo Christiferæ ac Deiferæ matris ca-
ro, cuius portio vnita est hypostaticè verbo
æterno, & in qua quieuit hoc verbū incarna-
tum, cuius vbera suxit, à qua tot ac tanta ac-
cepit obsequia? Hanc itaq; felicissimam Do-
minam nostram, mediatricem, miseratricè;
matrem & aduocatam nostram, & post Deū
vnicum nostrum refugium, per quam Deus
vult nos desuper obtinere, quicquid ab ipso
adipiscimur virtutis & gratiæ: Hanc, inquā,
post Deum feruentissimè diligamus, reuer-
entissimè veneremur, deuotissimè inuocemus,
primò, quoniam Deus eam talem fecit
ac tantam, & quoniam honor matris, honor
est filij eius ac Dei Patris, & quoniam in sei-
psa talis & tanta est, & quoniam tot & tanta
bona per eam sortiti sumus, & indefinenter
suscepimus, & quoniam eius miseratione ac
ope incessabiliter indigemus, & quia in regno
cœlorū eius præsentia & aspectus tam ineffabiliter auget accidentale
præmium beatorum. Ipsam assidue laudemus
ac salutemus, eius beatitudini præcordialiter
congratulemur, in ea & per eā benedicamus,
laudemus, & gratias referamus Altissimo,
qui omnipotentiam suam & omnem charitatem,
munificentiam, pietatem & sapientiam suam
tam excellentissimè declarauit in hac optima
incomparabiliq; Maria, & toties gloriatur
cor nostrum, quoties reminiscimur eius. In ipsa
post Deū sit iugiter præcipue cōsolatio nostra:
Horas ipsius deuotè hilariterq; legamus, de ipsa
deuotissimè celebremus. Tu optima Domina,
miserericordissima aduocata, affectuosissima
mater, nos incessanter tuere, adiutrix, rege,
conferua, deduc & perduc ad portum salutis
æternæ.

De studio fructuoso & ordinato.
Articulus XXX.

Solatio habemus sanctos libros,
qui in nostris sunt manib'. Quid
est sacra scriptura, nisi doctrina
ad nos de cœlo missa? cuius singu-
li libri sunt quasi epistolæ Spiritus sancti, ad
vos

Scriptura di-
gentissime
legenda.

1. Ioh. 5.

Rom. 15.

1. Tim. 5.

Gregorius.

Stultitia sacre
scripture q;
fit fructuo-
rum.

Hieronymus

Hugo.

nos desuper destinatè. Ideo dum studemus,
Deus loquitur nobis: & valdè videtur par-
uipendere alium, qui ipsius Epistolam ad se
missam legere non dignatur, aut superficialiter
legit. Hinc scripturas & earum exposi-
tiones diligentissimè decet nos legere, &
quæ nõ intelligimus, ab eruditioribus quæ-
rere, cum dicat Saluator: Scrutamini scriptu-
ras: Quod quàm fructuosum sit, pandit A-
postolus, dicendo: Quæcunq; scripta sunt,
ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per
patientiam & consolationem scripturarum,
spem habeamus: & alibi: Omnis, inquit, scri-
ptura diuinitus inspirata, utilis est ad docen-
dum, ad corripiendum, ad erudiendum in ius-
ticia, vt perfectus sit homo ad omne opus
bonum. Denique, de fructuositate studij hu-
ius ait Gregorius: Sacra scriptura oculis no-
stræ mentis quasi speculū quoddā opponi-
tur, vt in ea nostra interna facies videatur:
ibi scæda nostra, ibi & pulchra nostra conspi-
cimus: ibi sentimus quantum proficimus,
quantum uè à profectu distamus. Hæc à car-
nalibus ac terrenis mētem ad cœlestia leuat,
prigritiā negligentiaq; repellit, ad pœnitē-
dū ac laborandū inducit, charitatè accēdit.
Hinc fatur Hieronymus: Vtere lectione di-
uina pro speculo, vitia corrigendo, virtutes
discendo, pulchra conseruando, pulchriora
aggēdo: & rursus: Pinguis sumus, ait, sermo
diuinus, omnes in se habet delicias: quic-
quid volueris, ex diuino sermone nascitur,
sicut tradunt Iudæi de manna, quod secun-
dum vniuersiuisq; sapuit voluntatem. Sint
ergo diuinæ scripturæ tibi semper in mani-
bus, ac mente iugiter reuoluantur. Hugo
quoq; hinc protestatur: nihil in hac vita sen-
titur sua uis neque audiuis sumitur, quàm
scriptura, quæ mentè ab amore mundi præci-
pue separat, contra tentationes confortat.
Verum (vt idem fatetur) ad sacre intellectū
scripturæ opus est intima cōpunctione ma-
gis, quàm profunda inuestigatione, suspirijs
quàm argumentibus copiosis, lachrymis q;
commentis, oratione quàm lectione. Itaq;
in lectione & studio sacre scripturæ & in
scriptis Sanctorum, præsertim quoq; in de-
uotionalibus libris occupet se horis con-
gruentibus solitarius, non principaliter
ad sciendum, sed ad virtuosius conuersan-
dum, ad discernendum inter bona & mala,
inter vera & falsa, inter syncera & ficta: &
quæ salubriter legit, applicet sibi ipsi, im-
primis se increpando, excitando & inflam-
mando. Veruntamen principalis, salubri-
atque diuini est, orationibus, psalmis, me-

itationibus immorari, contemplationi &
charitatis feruori insistere, internæ exerci-
tationi & purgationi vacare, quàm legere ac
studere. Principaliora ergo & salubriora
ac magis diuina, principalius, frequentius,
diuturniusq; uegantur: & quæ ad illorum
profectum plus conferunt, opportuno le-
gantur in tempore ordinatè, nec quæ magis
delectant, sed quæ magis expediunt, sunt
legenda. Præterea in Epistola illa ad Fratres
de Monte Dei, hinc legitur: Certis horis
certè lectioni vacandum est: Lectio nan-
que fortuita ac varia, & quasi casu reperta,
non edificat, sed animū reddit instabilem,
leuiterque admissa, leuius recedit à memo-
ria. Certis ergo ingenijs est immorandum,
& salubrioribus assuefaciendus est animus.
Nempè quo spiritu scripturæ sunt editæ,
etiam sunt legendæ. Nunquam etenim in-
gredieris in sensum Pauli, donec vsu bonæ
intentionis in lectione Epistolarum ipsius
& studio meditationis assidue spiritum e-
ius imberberis. Nunquam intelliges David,
quousque per experientiam ipsos Psalmo-
rum affectus indueris. Ex lectione forma
salubrem affectum, orationisq; formam,
& ipsam lectionem ac studium frequenter
interrumpat oratio. Lege ergo & stude,
non vt tempus deducas, nec sic, vt memoriā
laceres, sed vt proficias & spiritum in noues,
memoriam in Deo recolligas & charitatem
accendas. Lege quod proposito bono con-
ueniat, intentioni deferuiat, animum que
detineat, vt aliena cogitare non libeat. Po-
stremò consonat præinductis, quod 4. libro
loquitur Damascenus: Pullsemus in opti-
mū Paradisum scripturarū, qui dulcissim-
speciosissimus omniū deiferarū volucrū cā-
tilenis circumsonanter aures nostras demul-
cet, qui tangit cor nostrum & contristatum
consolatur, qui mentem nostram facit as-
cendere ad præclaras & instar auri fulgidas
theorias. Hauriamus ex huius Paradyli fora-
te perennes atque purissimas aquas, salien-
tes in vitam æternam, & in satiabiliter vo-
luptuemur in eo: inconsumptibilem enim
possidet gratiam. Vnde in eodem libro de-
nuò Damascenus: Optimum, inquit, & vti-
lissimum est inuestigare diuinas scripturas.
Sicut enim lignum secus decursus aquæ
rum plantatum: ita & anima diuini irrigata
scripturis impinguatur, & fructū tempora-
neum tribuit, ac superuenientibus folijs, id
est, acceptabilibus Deo actionibus, decora-
tur. Ad actionē etenim virtuosam & imma-
culatam contemplationem ex scripturis di-
rigimur.

bernardus.

Damascenus.

psalm.

Quod

Quod uita solitaria contemplatiua sit excellenter suauis, nobilis ac diuina. Articulus XXXI.

Exp. 2.



Ntrans in domum meam conuiescam cum sapientia. Non enim habet amaritudinem conuersatio eius, nec tedium conuersatio eius, nec tedium conuersatio eius, nec tedium conuersatio eius...

Augustinus.

Uictus eius, sed gaudium & læticiam. Essentiale præmium beatorum in patria, correspondet perfectioni & magnitudini charitatis, non difficultati laboris, diuturnitati uero temporis, nec multitudini actionis, quemadmodum asserit Augustinus: Non numero fitas operum, non diuturnitas temporum, sed maior charitas, meliorque uoluntas auget præmium. Porro, quanto quis in charitate plus proficit, & in ea perfectior fit, atque feruentior, tanto delectabilius seruit Deo, & exercitiam etiam ardua & imperfectis laboriosa sunt sibi faciliora. Talis ergo multo plus apud Altissimum promeretur per actus sibi delectabiles, faciles ac iucundos, quam imperfectus, piger & negligens per actus sibi laboriosos ac arduos. Denique, hoc ad solitariam ac omnem spectat religiosum, ut per uniuersa quæ agit opera bona, studeat in charitate proficere, ad charitatis quoque perfectionem pertinere, ac per hoc Creatori suo promptius ac delectabilius ministrare: atque (ut constat ex præinductis) ad solitariū pertinet perfectio charitatis, & eminentia quædam sapientiæ salutaris, quæ donū est: Actus uero doni sapientiæ, ex sua natura est dulcis, & tanto suauior, quanto sapientia exat perfectior. Præterea uita solitarij sita est in actibus circa Deum immediate aut directè uersantibus, præsertim in actibus sapientiæ & charitatis, hoc est, in contemplatione & amorosa mētis cū Deo unione, qui actus ex sua natura iucundissimi esse noscuntur. Delectatio nanque consurgit ac oritur ex unione potentiam cum obiecto cōueniente: Deus autem conuenientissimus est obiectum, incomparabiliter pulchrum, bonum, delectabile & amœnum. Intellectus quoque & uoluntas, nobiliores sunt animæ vires. Idcirco quod vires istæ purius, clariùs & amorosius Deo iunguntur, eò in tali sancta unione delectatio maior consistit ac melior. Deinde uita contemplatiua specialiter sita est in actibus latriæ, putà in orando & Deum laudando ac offerendo: qui etiam actus circa Deum uersantur, & ex sua natura delectabiles valdè existunt, ac menti benè dispositæ, purgatæ, amorosæ sunt valdè iucundi. Eremita ex apprehensione & intuitione summi,

infiniti & superpulcherrimi boni, à quo habemus quicquid sumus & possidemus, atque ex consideratione beneficiorum ac promissionum ipsius gaudiū oritur spiritale & magnum. Cumque consideratio & cognitio ueritatis, ex se delectabilis sit & iucunda, certū est, quod contemplatio summæ & increatæ ueritatis, & eius præcipuorum effectū, sit eximie gaudiosa. Et quid in hac uita potest esse iucundius, quàm superamabilissimo & super omnia charissimo Deo, tranquilla ac syncera mente vacare, adherere, & in ipso à mudi tumultibus, secularibus, curis, amarissimis passionibus, iræ, impatientiæ, timoris, metroris liberum esse, cœlestem conuersationē in cella inchoare ac ducere, sicque futurę felicitatis delicias in uita hac prægustare? Ideo ait uir sapiens: Sapientia erit allocutio cogitationis & tēdij mei. Si nanque oriatur in solitario cogitatio uana aut fœda, aut tēdij prauum, debet mox per sapientiam & charitatē cor suum ad Deum erigere, & in ipso ac spe felicitatis futurę consolari, gaudere, ac alacer fieri & laudare: propter quod Iacobus dixit Apostolus: Tristatur aliquis ex uobis? oret æquo animo & psallat. Interea patet, quod perfectio, nobilitas & deificatio hominis, sita sit in elongatione à rebus carnalibus & mundanis, & in appropinquatione ad bona spiritualia ac diuina, cœlestia & æterna: immo in amorosa & contemplatiua coniunctione cum Deo, quod totū per præactos fit actus. Sed quoniam (diuino Dionysio protestante) omnium diuinorum diuinissimū est, Deo cooperari in reductione animarū ad ipsum, proximis quoque communicare bona sibi de super præstita, iuxta illud: Unusquisque, sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrans: & proximos purgare, illuminare, perficere: ideo ne solitarij ista penitus priuauerit aut careat perfectiōe, debet tantò feruentius, instantius, sollicitius die ac nocte inuocare viscera misericordię Dei pro bono communi Ecclesię, pro cunctis hominibus, pro uiuis ac mortuis, pro omni causa & necessitate Ecclesię, quanto minus alijs eundem gelizat: uenientes quoque ad se prudenter ac feruiddè exhortari: atque ut copiosius exaudiat, studeat Deo indefinenter toto corde adherere, totisque uiribus ipsum insatiabiliter honorare, ac iuxta suę exigentiam uocationis dignè Deo cum profectu assiduo ambulare: quod agēdo promeretur multis gratiam conuersionis, & plures forsan merebitur quam plurimi predicant. Propter quod S. Franciscus dicere cōsueuit fratribus, quos ad predicandum direxit, ut fructum predicationum

tionum suarum ascriberent orationibus pauperculorum fratrum, qui domi manebant.

De laude solitariae uitae, ex uerbis & exemplis Sanctorum. Articulus XXXII.

Exp. 3.



Vcam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Quemadmodū cella & cœlum in literis uoce & sono communicant, ita in actibus: quia (ut patuit iam frequenter) ad hoc instituta est solitaria & cella uita, quatenus Deo in desinēter, quantum in uita hac fieri uolet, in hreatur per actus, qui perfectè & sine interruptione fiunt in cœlo: in cella autem imperfectè, respēctū perfectionis supernæ, & cū frequēti interpolatione. Unde in præallegata fertur epistola: Sicut cella & cœlum habent ad inuicem cognationem nominis, ita & pietatis. A celando etenim utrunque nomē fortitur, & quod celatur in cœlis, hoc & in cellis: quod geritur in cœlis, hoc & in cellis, ut patet Deo uacare, Deo fruī: quod dū fecidum pietatē ac ordinē fideliter celebratur in cellis, audeo dicere, angeli sancti cellas habent pro cœlis, & æquè delectantur in cellis, ac cœlis. Nā cum in cellis iugiter actantur cœlestia, cella & cœlum similitudine Sacramēti, pietatis affectu, conformitateque operis fiunt similia: iamque spiritui exoranti, aut etiam de corpore exeunti, à cella in cœlum, non longa est uia, neque difficilis. A cella quippe in cœlum sepe ascenditur: uix autem aut nunquā à cella in infernum descenditur, nisi cogitando de pœnis inferni. Moriēs autem uix unquam aliquis à cella in infernum descendit, quia uix unquam aliquis, nisi cœlo prædestinatus, in ea uique ad mortē persistit, quoniam filium gratiæ cella tanquam fructum uentris sui fouet, alienū uero citius abijcit ueluti abortiuum: uel si aliquādiū in ea durauerit, non uirtutis constantia, sed pertinaci miseria, sic ei est cella quasi carcer. Præterea in tractatulo quodam, qui sancto Basilio adscribitur, de huius uitæ fertur nobilitate: Solitaria uita cœlestis doctrine est schola, diuinarumque artium disciplina. Illic uerus est ueritas quæ discitur, & uita ad quam tenditur, uia qua itur, atque ad summam ueritatis notitiam peruenitur. Eremita est paradysus deliciarum, in qua tanquam redolentiū species pigmentorum ac redolentium flores aromatum, ita fragrantia spirant odoramenta uirtutum. In solitaria ac eremitica uita, rosæ charitatis igneo rubore flammascunt: Lilia castitatis niueo splendore candescunt: ibi & humilitatis uiole, dum imis contentæ sunt, nullis superbiæ passionum flatibus

uultu paromalia cœli q. cella.

Sap. 4.

1. Cor. 9.

Perfectio hō mōis in qua consistit.

Dionysius.

1. Pet. 4.

Coloss. 4.

impelluntur: Ibi myrrha perfectæ mortificationis abundat, thus quoque assidue orationis emanat. O eremus sanctarum delectatio mentium, gustusque intimi in exhausta dulcedo: tu caminus ille Chaldaicus, in quo sancti pueri vires feruentis incendij orationibus reprimunt, & ardore fidei crepantiū circa se flammarum globos extringunt, ubi & nexus vruntur, & ardorem membra non sentiunt, quoniam & peccata in eo soluntur, & in hymnum laudis diuine anima prouocatur: Disrupisti, in quies, Domine uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis: Tu fornax, ubi summi Regis uasa formantur, & ad nitorem perpetuum malleo poenitentia percussa, ac lima salutiferę correptionis erasa perueniunt. O cella negotiorum cœlestium apotheca, in qua illarum mercium summa reconditur, quibus possessio terræ uiuentium comparatur. Felix commercium, ubi terrenis cœlestia, transitorijs æterna mercantur. O cella spiritualis exercitij mirabilis officina, in qua anima sui Creatoris in se restaurat imaginem, & ad suæ redit originis puritatem. In te breui carnis afflictione ac fletu exiguo cœleste conuiuium, æternusque uisus ac iubilus acquiruntur. O cella sacræ militiæ tabernaculum, præcinctio Triumphatoris exercitus, castra Dei, turris Dauid, mille clypei pendentes ex te, omnis armatura fortium: tu campus diuini prælij, area spiritualis certaminis, angelorum spectaculum. O cella mors uictorum, fomes & uita uirtutum, te lex attollit, Propheta miratur, & qui cunquæ ad perfectionis culmen perueniit, tuum nouerunt præconium. Tibi o eremitica uita Moses debet legis acceptę decalogum: per te Elias cognouit Domini pertransientis excursus: per te Elias duplex magistri fortis est spiritus. Et quid amplius dicam? cum & mundi Saluator suum præcursorem atque Baptistam sanctissimum tui constituit accolam, & ipsemet quadraginta diebus te inhabitare dignatus est: Tu scala Iacob, quæ homines uelis ad cœlum, & angelos ad humanum deponis auxilium: Tu aurea uia, quæ homines ducis ad patriam. Cella est conciliabulum Dei & hominum, secretarium in carne degentium & spirituum supernorum: illic nanque superni ciues ad colloquia humana descendunt: ibi non tam linguæ carnis uerba componunt, quam sine uocis strepitu sacunda mentium arcana patefcunt. Cella conscia est secreti consilij, quod cum hominibus habet DEVS: Quam pulchra rerum species, cum frater in cella constitutus, nocturnas

Daniel. 8.

Psal. 109.

Cant. 4.

Exod. 30.

3. Reg. 19. 4. Reg. 20.

Mat. 11.

Luc. 1. 4. Gen. 28.

nocturnas peragit psalmodias, & quasi pro diuinis castris militares custodit excubias? Contemplatur in caelum cursus aethrorum, decurrit quoque per os eius ordo psalmodiarum. Iste psallendo intrinsecus ad inaccessiblei bilem tendit lucem, illa sibi inuicem succedendo exterioribus oculis reparant diem. O cella, tu de superbis efficis humiles, de iracundis mites, de gulosis sobrios, de crudelibus pios, de lubricis castos, de leuibus & iocosis maturos ac timoratos. Tu metuenda es malignis spiritibus: tu animarum es speculum, in quo mens humana perspicaciter in tuas, quod minus est, impleat, quod superfluum, reprimat, quod obliquum est, dirigat, quod deforme, componat. Tu nuptialis es thalamus, in quo Spiritus sancti arara tribuitur, caelestique sponso felix anima foederatur: quamuis ignorantibus te amara videaris in cortice, magnum tamen est atque dulcissimum, quod intrinsecus latet in te, cum peruentum fuerit ad suauitatem medullae. O vita Eremitica, vita benedicta atque angelica, tu viuarium animarum, exedra gemmarum caelestium, spiritualium curia senatorum: odor tuus cunctorum aromatum fragrantiam superat, sapor tuus super omnia mella cordis palatum illuminat & obdulcat: quicquid de te dicitur, tuae dignitati non aequatur: quoniam lingua carnis nullatenus exprimeret sufficit, quod de te spiritus inuisibiliter experitur & sentit: qui per vestigia tua nunc graditur, peracto vitae huius cursu, ad societatem sine dubio gloriosam prouehitur. Insuper de praecipuis eremiticis ac solitariis vitae in statutis ordinis Carthusien. pulchre inducitur: Nolite, inquiunt, in veteri nouoque testamento omnia penes maiora & subtiliora secreta, non in turbis, sed cum soli fuerit Dei famuli, esse reuelata, ipsos Dei famulos, dum vel subtilius meditari, aut liberius exorare, vel a terrenis per mentis excessum cuperet alienari, ferè semper multitudinis impedimenta vitasse, & solitudinis captasse commoditates. Hinc legitur Isaac egressus in agrum ad meditandum: Iacob quoque cum solus remansisset, benedictionem dignioremq; appellationem est consecutus: Denique quantum Moses, Elias, Eliseus & Hieremias solitudinem quaesierint, docet scriptura: Beatissimus etiam Iohannes, repletus Spiritu sancto in utero matris, mox, ut rationis usum sortitus est, in solitudine fugit: immo & omnium Dominus Iesus Christus solitaria saepe adiit loca. Hinc innumerabiles Patres sancti, Antonius, Hilarion, Macarius, Pachymius, Pastor,

Gene. 24.
Gene. 27.
Ibidem. 32

Luca. 7.

Arsenius, Benedictus, solitudinem auidissimè elegerunt: quorum virtutes imitando, experiemini suauitates psalmodiarum, studia lectionum, feruores orationum, subtilitates meditationum, excessus contemplationum, baptismata lachrymarum, nulla re magis quam solitudine posse iuari. Postremo, cum tam ineffabilis & penè incomparabilis sit solitariae dignitas vitae, erubescamus vehementer in cella ac solitudine viliter, ne gligenter, pigre aut carnaliter nos habere, immo indefinenter conemur in ea coram Altissimo caeliformiter conuersari, & quantum permittit communis fragilitas, angelicam imitatuè ducere vitam, atque in omni puritate, sapientia & feruore, in omni tranquillitate, gratia ac virtute, incrementa adipisci assidua.

De diligenti cellae custodia, & quam difficulter sit egrediendum ex ea. Articulus XXXIII.



Ede in domo tua, & esto contentus gloria: quid pronocas contra te malum, ut cadas tu & Iudas tecum? Cella incipienti nondum purgato, & cura quotidiana egentis, valitudinarium est, apotheca sanantium emplastrorum, & hospitale quoddam aegroti: in quo utique loco expedit residere, medicique visitationem aequanimiter expectare. Occasiones quoque, recidui atque ruinæ & lationis internæ, diligentissimè præcauere: quæ omnia extra cellam ex sensuum obiectis, humano colloquio & occursum frequenter occurrunt, intantum, quod vnus etiam huius seculi sapientium testatus est: Quoties inter homines fui, minor homo redij. Vnde & desuper magno Arsenio est prolatum: Si vis saluari, fuge, tace, quiesce. Qui & in solitudine degens, & interrogatus à Patribus, cur à communi quoque conuentione & colloquutione sic abstineret, respondit: Ignoscite mihi, scit Deus quod diligo vos: sed cum Deo & hominibus simul loqui non valeo. Porro, proficenti cella est schola virtutum, magisteriumque caeleste, ubi vnctio docet de omnibus, & Dominus dat intellectum ei, qui propter Deum syncerè se segregat ab externis solatijs, humanis colloquijs, & cunctis suæ salutis obstaculis. Ideo vnus differuit Patrum: Sede in cella, & ipsa cella te instruet. Maximus quoque Anachoreta Antonius: In quo cunque, inquit, sederis loco, non cito mouearis de illo. Hinc demum in exercitio illo

Memoria
Armenij
Iscenij

Carthusiano, reuera valde salubri, immo & tantò plus sapientiali ac magistrali, quantò superficieret simpliciori, quod incipit, Volens purgari, asseritur: quando solitarius exit cellam suam, sine rationabili videlicet causa (proh dolor) timendum est, quod non eructauit cor suum verbum bonum, eò quod non dicat opera sua Regi, id est, Christo nõ fatetur neque pronũtiat actus suos, exemplo sancti Iob, dicentis: Vias meas in conspectu eius arguam, & ipse erit Saluator meus: atque Psalmiste, qui loquitur: Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Dño. Quod quam fructuosum sit ac salubre, pandit subiungens: Et tu remisisti iniquitatem peccati mei. Itemque: Delictum meum cognitum tibi feci. Ita planè si solitarius coram Deo ritè pensaret ac fateretur, quoties & quam dirè egressio cellæ fuerit sibi occasio multiplicis culpæ, à tali abstineret egressu, præsertim cù & ipse circumeundo, non solum excedat, sed & Iudæ quoque (id est, fratri suo contenti Domino) fiat ruinæ occasio verbo aut signo seu factò, aut certè ad osium eius sine necessitate pulsando, & illum à sua forsàn deuotione impediendo, immo ad minus ipsam interrompendo. In qua re quidam incultoditi, intimatori, inquieti & garruli, sunt miserabiliter defectuosi atque culpabiles, quorum societas familiaris cum sit nocua, extat vitanda. Insuper, perfecto contemplatiuo heroico cella est domus salutis, thronus internæ quietis, consistorium contemplationis supernæ, habitatioque caelestis, locus aromatum, solium exuberantium consolationum, immo paradisi voluptatis in terris Verisimè ergo signifer ille solitariorũ Antonius dixit, quod sicut pisci aqua est necessaria, sic monacho cella, extra quam sine necessitate tardando, moritur sicut piscis in sicco, nunc denuò saluberrimè factus est quidam: Fons & origo omnis boni est monachum in sua cella iugiter permanere. Hinc verus cellita, exercitationis internæ cù Deo peritus, ac solitariae vitæ fructum dulcedinemque expertus, egredi cellam veretur: quam dum ex rationis recta celsura est egressurus, oratione se munit, cruce signat, excundo orat, tãquam qui hostium suum exit & castrum, in quo ab hostibus existit securior, ad vnionem cum Deo potentior, & ad profectum habilior. Idcirco in statutis ordinis Carthusienis docetur: Cellam incolam diligenter atque sollicitè oportet inuigilare, ne quas occasiones egrediendi machinetur siue recipiat, demptis causis generaliter ab ordine institutis: sed potius sicut aquas pisci-

Psal. 14.
Iob. 13.
Psal. 101.
Iob. 14.

bus caulasque; quibus, sic cellam suæ vitæ necessariã reputet ac salutem. In qua quantò diutius, tantò libentius commoratur: quam si libenter & ex leuibus causis exire insueuerit, cito habebit exosam. Fac igitur tibi consuetudinem bonam, & mane cum sapientia increata in cella, quasi in thalamo cù sponsa: tibi amplexibus eius fructu concupiscis, cõtemplare pulchritudinem eius immensam, & solus cum sola delectare stabiliter, quoniam ipsa ludit in orbe terrarum, & deliciae eius esse cum Filijs hominum, præoccupat eos qui se concupiscunt, statque ad osium mentis & pulsar, & ad aperientem gratiosè ingreditur, atque cum ipso deliciose reficitur. Molestissimum ergo sit tibi, à lumine tanto auelli, tam diuinis occupatiõibus defraudari, à tam salutari adunatione in Deo, & amorosa coniunctione cum ipso retrahi & auerti, ac foris dispergi.

Proverb. 2.
Apoc. 3.

De quotidiana fructificatione, ordinato praesens, & iugi custodia solitarij. Articulus XXXIII.



Vm quaeseris Dominum Deum tuum, inuenies eum: si tamen toto corde quaeseris eum, & tota tribulatione animæ tuæ. Quid est Deum quaerere toto corde, nisi totis viribus intellectus ac voluntatis? Quid rursus est Deum quaerere tota tribulatione animæ, nisi cum ingenti formidine, sollicitudine quoque peruigili, cum graui afflictione & poenitentiã dolore, quod toties atque tam grauius ipsum offendisti, inhonorasti, reliquisti, spreuisti? Vnde habes vehementer metuere occulta eius iudicia, ne forsàn te aspneretur, & impleatur in te, quod Salomon protestatur: Considera opera DEI, quod nemo possit corrigere quem ille despexerit. Time ne poenitentia tua contritio non fuerit vera, cum contritio sit dolor maximus, qui est in rerum natura, sicut & Dei dilectio, est fortissima in natura consistens affectio: & præsertim, quia hucusque fuisti ad reciduum tam pronus, tam incustoditus, leuis ac negligens, cum utique poenitere, sit præterita mala desistere, & deslenda non rursus committere. Hinc valde notabiliter scribit in Homilia quinta Eusebius: Qui de præteritis anxius est, id se cum cogitat & reuoluit, ne forsàn in insufficienter & nimis parum deplanxerit præteritas culpas, ne fortè nondum satis fecerit pro innumeris debitis suis, ne fortè ad veteres iniquitates noua sibijpsa infixerit vulnera.

Deut. 4.

Querere Deum toto corde & tota tribulatione, quid sit.

Eccles. 9.

Eusebius.

Interdum sufficere nobis putamus, quòd ad locum istum separatim conuenimus, & statum habitumque mutauimus, quòd aliquanto hic viximus tempore, aut plurimis annis in Dei seruitute: ac sic perniciosà nos ipsos persuasione fallentes, putamus de omnibus nos debitis satisfecisse, quasi putantes, quòd excessus nostri spatio temporis euauerunt. Et quia nos illa obliuimus, credimus quòd de memoria æquitatis diuinæ elapsa sint, sed non est ita. Omnia apud illum collecta, omnia apud illum reperta atque signata sunt, quemadmodum sanctus Iob (qui contra Diabolum tam singulariter dimicauit) loquitur Deo: Signasti quasi in sacco peccata mea. Et ipsemet Deus: Nónne, inquit, hæc collecta sunt apud me, & signata in thesauris meis? Nón putemus tã facile posse remitti semel inusta peccata, profundoque vulnere impressa visceribus animarum: multo opus est fletu, multoque gemitu, & multo cordis dolore & ad sanandos cordis interitus ac languores. Tota insistendum est spiritus contritione, vt vetusta vitia, multotiesque vulnera repetita, tanquam sagittæ profundius ingesserit, de conscientia euellantur. Non sufficit summis labijs dicere: Peccati parce, remitte. Saul dixit, peccavi, sed nõ obrinuit veniam illam, quam Dauid vna penitentia voce promeruit. Quare? quia confessione nuda verba magis, quam veri gemitus exprimebant: quoniam compensabatur cum magnitudine criminis, lenta confessio supplicantis. Non leui agendum est contritione, vt debita redimantur, quibus mors æterna debetur: nec transitoria opus est satisfactio pro vitijs, quibus præparatus est ignis æternus. Si intelligere cupimus, quàm graues apud se faciat iudex noster hominũ culpas, respiciamus ad pœnas. Nónne pro vno, immo & minimo mortali peccato infligit æterna dånatio? Ex his innotescit, quòd omnis resolutio cordis incauta, omnis securitas vana, omnis præsumptio immoderata de venia sint vitanda, cum & Salomon contestetur: Est generatio, quæ sibi munda videtur, & tamen nõ est lota à sordibus suis. Nempè (vt sanctus fatetur Hieronymus) necessè est, vt multitudini magnitudiniquè excessuum adæquetur cõrritio. Prætereà, quàm instanter & affectuose, perseueranter & formidolosè oporteat Omnipotentè inuocare, protestatur præfatus Euzebius: Non vult Deus noster bona sua, videlicet charismata gratiæ & muneris gloriæ, nimia inueniendi facilitate vilescere. Præfata & concupiscibilis merx cupidum amator èuidumque negotiatorem requi-

Iob. 14.
Deut. 32.

1. Reg. 15.
2. Reg. 13.

Proverb. 30.

Deus muneris
sua vilescere
non vult.

rit. Ergo ille tantorum munerum repromissor non vult neque acceptat in suo cultu ac opere tepidum, despicit fastidiosum, recusat coactum, respuit indeuotum. Etenim lentè & parum grate querere gratiam diuini muneris, maxima est iniuria remuneratoris. Ideo quàmuis totis animæ & corporis laboribus desudemus, licet totis obedientiæ viribus exerceamur, nihil tamen condignum pro celestibus bonis meritò compensare & offerre valeamus. Veruntamen nisi cum bona voluntate & auiditate atque lætitia opera Dei egerimus, Deo nos perire nouerimus. Idcirco in spe celestium promissorum tanto incitemur studio, & tanto inardescamus affectu, vt cum præmiorum ac gloriæ dignitate, desideriorum magnitudo cõcordet. Oportet igitur adimplere, quod ait scriptura: Seruite domino in lætitia. Itemque: Gaudete in Domino semper. Hoc itaque maxime studeamus, vt illa, quæ in Dei honore agimus, cum claro agamus animo, cum fidei gaudio, atque cum deuotæ voluntatis affectu. Sic ergo indefinenter Deum queramus & inuocemus, ita nos ipsos quotidie discutiamus, nostrasque culpas etiam minimas desleamus, non quòd aliquam culpam debeamus modicum reputare, sed minimam dico, comparatiuè loquendo respectu maiorum. Porro, si Domino Deo nostro infinite & essentialiter sancto, in sanctitate & iustitia (vt nostra requirit professio) obsequi cupimus, sic vnicuique quasi mortalia declinemus ac deploramus. Qui enim negligit modica, paulatim decidit. Nõ valeamus ad perfectiorem pertingere, nisi indefinenter coram Deo sumus solliciti in omni obseruatia regulari, in sincera cordis custodia, in cõsideratione & examinatione totius conuersationis nostræ quotidiana, immo assidua, & (quantum fieri poterit) continua. Idcirco in omnium exteriorum interiorumque sensuum coërcitione, in lingue refrenatione, in omni cogitatu & affectu custoditi sumus & circumspècti, in silentio stricti, & dicitur in verbis, exemplares in omnibus, moderati quoque in cibo, potu, vestitu ac somno, nec curiosi in aliquo. Quicquid egerimus, quocumque ierimus, Deo semper vnitissimus orando, meditatio, aut simile quid salubre agendo. Insuper, ea, que quotidie agimus, nequaquam arido vsu & superficialiter, sed magis ac magis deuotè agamus: omnè priuatũ, ad se reflexũ, impudicũ: amorè, cum vniuersis suis gemitibus, maledictis effectibusque dånandis, à nobis funditis extirpemus: & quantum in nobis est, ab omnibus corripimus, despiciamus, deprimimus affectum, sic tamè, vt nihil scãdalo-

Phil. 4.

Luc. 11.

Eccl. 10.

1. Reg. 15.
2. Reg. 13.

sum, nihil inhonestum, in exemplare, reprehensibile operemur. Hinc iuxta sanctorum Patrum doctrinam, hoc à religiosis & eremitis peculiariter eorum requirit professio, nihil in hac vita consolationis carnalis requirere, nihil quietis terrenæ, nec velle recipere bona in vita sua, immo honores refugere, subiectione & abiectione gaudere, paupertatem studio querere: nec solum facultates, sed ipsas quoque cupiditates, omnesque inordinatas & indecentes affectiones è cordibus prorsus eradicare. Habendi etenim amor nisi ad integrum reseretur, ardentior est in paruis, & plus torquet in minimis: & nisi ex corde pauper sis & affectu, paupertas ipsa non virtus, sed miseria est censenda. Ita que iuxta præfata quotidie aliqua hora pone te in cella tua in loco quieto, iuxta omnem practicam præfati libelli, qui incipit, Volens purgari: & coram Deo cor tuum effunde, dicendo isto aut simili modo: Ecce domine Deus sancte, æterne, omnipotens, ego sum peccator ille vilissimus, nequissimus, miserimus, qui bonitatem, maiestatem, & charitatem tuam immensam tam frequenter atque enormiter in honoravi, qui tuam sanctitatem & iustitiam tam innumerabilibus vicibus heu offendi, qui beneficijs tuis extiti tam ingratus, qui in sancta religione hucusque tam parum profeci, tam negligens, inexteplaris, passio-natusque fui, qui circa Sacramenta tua dignissima ac pauenda tam irreuerenter me habui, qui proh dolor adhuc quotidie in omnibus tam defectuosus existo, tam carnalis, piger, incustoditus & negligens sum, tam distractus & indeuotus in horis, in psalmodia, in cantu, in omni diuino officio, & quod summè mihi desèdum est, etiam in celebratione, ad quam nec condignè me præparo, atque in ea inattentus & frigidus maneo. Postea quoque ingratus, incustoditus ac leuis cõsisto: In verbis item excedo & in omni somno & tempore mihi concessum infructuosè deduco: multa quoque omitto quotidie bona. De eis ac cæteris meis peccatis ac culpis me coram te toto corde accuso, veniam precor, propono omnino emendam. Ignosce mihi ò Domine, veram confer contritionem, plenam emendationem ac dignum profectum, & ad celebrandum me apta. His dictis puni & disciplina te ipsum, atque ad emendationem idoneam exhortare & excita te, dicendo: Caue ne in illis & istis emendes: alioqui sustinebis tales & tales punitiones. Sic agendo in breui multum proficies, illuminaberis & vngeris à Spiritu sancto, discretiorisque radius

te docebit: Ad chorũ maturè ac deuotè procedes, in diuino officio tanquam in Omnipotentis præsentia timorath, humiliter, attentè, reuerenter ac seruidè te habebis: sicque, alacriter ac custoditè ad cellam redibis, non circumspectus, non ridebis, non quempiam alloqueris, non eris leuis, nec dissolutus ac leuibus fratribus morem geres: sed dissimulabis & pertransibis: nec ex humano fauore, neque inordinato alicuius timore peccabis, nec cordis tui rigorem custodiamque laxabis: sic igitur omnem deceterò diem expende, immo in his quotidie profice. Postremò, quantò ita agendo copiosius desuper illustraris, ac diuino amore magis accenderis, tantò lymphidius etiam minutissimas culpas quotidianas cernes, considerabis, magisque exaggerabis, deslebis, vitabis.

De modo & practica proficiendi in diuino amore. Articulus XXXV.

T nunc Israel quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas eum, & ambules in vitijs eius, & diligas eum, ac seruias ei in toto corde tuo, & in tota anima tua? Sicut præ habitum est, charitas est virtus dignissima, cæterarum finis, vertex, vita ac forma virtutum: ideo ad perfectam adimplerionem præcepti diligendi Deum toto corde, cætera vniuersa ordinantur præcepta: cuncta quoque Euangelicæ legis consilia, omnia documenta & cuncta exercitia nostra. Vnde Christus de suis discipulis loquitur Deo Patri: Notum feci eis nomè tuum, vt dilectio tua in eis sit. Primum ergo medium proficiendi in charitate, est assidua ac intentè hoc ipsum considerare, & omnem suam conuersationem, occupationem, cogitationem, locutionem, affectionem, intentionem & operationem ad charitatis referre profectum: Nempè ad sanctæ charitatis incrementũ, ita in omnibus adspirare, & pro illo tam fideliter laborare, actualiterque illud sic incessanter adspicere, meretur præcipuum diuini amoris augmentum: quoniam spiritualiter ad aliquid ire & appropinquare non est aliud, quàm ad illud feruidè affici & coronari, & hoc diligenter cupere adipisci: immo hoc est, nõ solum ire & propinquare, verum etiam currere ac volare ad Deum, ad profectum, ad gloriæ incrementum, & ad veram perfectionem sic affici & conari, tanquam diligenter velle seu cupere charitatis augmentum. Hinc quippe ait Iosephus: Quotidie addamus ad merita, nec de nobis aliquid præsumamus, quoniam Dei est omne quod possumus. Simus ergo indeficientes

Iob. 17.

I.

ficientes in opere Dei, atq; assidue ad meliora tendamus. Ipsa nanq; apprehendendi auiditas, ipsa consuetudo proficiendi, semper nos ad meliora prouocabit: & ubi uiderit Deus animi deuotionem ardentio rem, infinuabit, faciet & ostendet affectum. Et quantum nos addiderimus ad conatum, tantum ille apponet subsidium: quantum nos appouerimus ad diligentiam, tantum ille addet ad gratiam, quemadmodum ait: Habenti dabitur, & abundabit. Gratia ergo de gratia nascitur, maior uidelicet de minori, & profectus profectibus feruiunt, & lucra lucris, & merita meritis lucra efficiunt, ut quãtò plus quis acquirere cœperit, tantò plus conetur ac deleatetur acquirere, ut acquisitionis lucrum acquisitionis nutriat appetitum. Quæ ramus igitur vsq; in finē: Si enim ponamus quotidie in cordibus nostris ascensus proficiendo, & profectum semper maiorem opitando, nulla in firmitate, nulla ætate lassari, & à spiritali ascensu poterimus impediri.

II. Secundum medium proficiendi in charitate diuina est, frequenter ac diligenter considerare ea, quæ ad diuinũ inflammant amorem. Cognitio nanq; est quasi via, incitamentum ac ratio ad amorem, ostendens uoluntati bonitatem amabilitatemq; sui obiecti seu uoliti, ex qua uoluntas instigatur, mouetur atque accenditur ad amandum. Porro ad Dei amorem nil ita accendit, ut pura & infinita bonitas eius: quæ utique quãtũm ex se est, incomparabiliter magis ad deitatis amorem inflammatiua, quàm aliud aliquid. Itaque contemplari, quòd Deus in se ipso est bonitas superpurissima, prorsus immentia pulchritudo, dulcedo, sapientia, perfectio, beatitudo, pietas, sanctitas, iustitia, liberalitas penitus infinita, superessentialis, separata, superdeliciosa ac delectabilissima, in se simplicissimè æternaliterq; subsistens, vehementer auget & accendit amorem ad ipsum: deinde quòd ipse prior dilexit nos: deinceps diligenter perpendere cuncta ipsius beneficia generalia ac specialia, corporalia & spiritalia, naturalia & supernaturalia, incomparabilia quoque ac præstantissima ipsius promissa, quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, neq; in cor hominis ascenderunt. Si ergo tam amabilia sunt quædam creata, aut ob suam bonitatem, uirtuositatem & sanctitatẽ, aut ob suam ingeniositatem, & sapientiam atq; sciẽtiã claritatem, aut ob suam pulchritudinem ac decorẽ, aut ob suam liberalitatem ac beneficẽtiã, aut ob suam dulcedinem, pietatem, charitatem, iustitiam uel consimilem rationẽ, quãtò ama-

biliior aut desiderabiliior est Deus omnipotens & æternus, in quo omnia ista superplenissimè continentur, immo substantialiter vnum sunt, & vnum simplicissimum, perfectissimum ac incircumscribibile esse, ita quòd omnium rerum creatarum bonitates, amœnitates, dulcedines, sapientiã, scientiã, beatitudines, uirtutes, liberalitates, iustitiã, pietates ac perfectiones, potestates & pulchritudines non sunt, nisi riuiuli paruuli, radij modici, participationes pusille bonitatis in creatã, lucis fontanæ, superexuberantissimi fontis, superpulcherrimæ & supersplendidissimæ deitatis, atq; superamoroisissimæ trinitatis? Ex horum cõsideratione in Dei amore totaliter accendamus, & ipsum super omnia integro corde desideremus & amplectamur. Tertiuũ mediũ est, multoties adspirare, suspirare & eleuari ad Deũ cum uerbis amorosis, querulosis & deprecatorijs, hoc aut simili modo, dicendo: O benignissime Deus, quãdo te toto corde amabo? O superpulcherrime Dñe, quando tibi pura & affectuosa mente indefinenter ac feruide adheretubo? O Deus dulcissime, quãm diũ in meo torpore, tepore, frigiditate manebo? Hęcq; dicendo, tundere pectus, plorare, ac intueri in cœlum, & addere: O Deus maiestatis immentis, tua sancta dilectione mentẽ meã vehementer & incessanter accede. Quarta uia est, ex charitate iam habita, mentem ad Deum frequenter erigere cum actuali dilectione. Habitus quippe ex actibus sepe iteratis augentur, complentur, inualefcunt, immo & generari dicuntur. Quocirca sciendum, quòd diligere est alicui bonum uelle: hinc Deũ diligere, est ei uelle omne bonũ, quòd ipse est, & omnem honorẽ, amorẽ & cultũ, qui ei à creaturis debentur, ipsum præ cunctis desiderare & cupere secum esse, de eius inhonoratione dolere, uniuersq; beatitudini, perfectioni ac gloriẽ eius præcordialissimè congaudere, ipsius uenerationem toto posse in omnibus procurare, orando, docendo, hortando, corripiendo, scribẽdo, exemplariterq; uiuendo. Itaq; per hos actus ferri in Deum frequenter, attentè, non lentè, ualde auget, confortat ac perficit charitatẽ, præsertim si homo toto conatu feratur in Deũ, se ab alijs retrahendo, & quod in se est, extremè agendo, tamque intense se ad Deum eleuando ut potest: quod faciendo, mox uti que crescit in charitate. Quinta uia est, Deum directè ac diffuse rogare, quatenus in se diuinam suam charitatem dignetur perficere, roborare, augere, formando etiam ad hoc obsecrationes ex proprio corde ualidas ac

das ac feruentes, isto aut modo consimiliter: Obscuro te Domine De, naturaliter, infinite & incõparabiliter bone, supernaturalis, superpulcherrimè & superpijsissime, ut propter tuam infinitam bonitatem, dulcedinẽ, pietatem digneris me in sancto tuo amore incessanter accendere, totaliter adimplere, omni hõra firmare, augere, conseruare, possidere, perficere. Et tu ò superaltilissima, superessentialis & supergloriosissima Trinitas, ob omnem tuam adinuicem mutuam, superardentissimam dilectionem, & complacentiam superdulcissimam atque immensam, fac me tibi iugiter magis ac magis placentem, & in tuo amore quotidie magis feruidum, stabilem & perfectum. Sexta uia seu medium est, intuitu & amore Dei omnes prauos illicitosq; affectus, charitati contrarios, aut aliquo modo nocentes, & cuncta peccata diligenter semper uitare, cordeque custoditum, timoratum, sollicitum consistere coram Deo. Sola nanq; peccata nostra inter Deũ & nos diuidunt, & faciem eius à nobis abscondunt, prohibentque dona eius à nobis. Propterea loquitur Esaias: Iste omnis fructus, ut auferatur iniquitas. Si in his uitijs ac medijs te ipsum strenuè ac perseueranter exercitaueris, celeriter sine dubio ad grandem charitatis profectũ, ac paulò post ad magnam eius perfectionem deuenies, & uerè fructuosissima erit tua religiosa ac solitaria uita.

De contemplatione. Articulus XXXVI.



Os autè reuelata facie gloriã Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam à Domini spiritu. Qui iuxta iam introducta fuerit à uitijs expurgatus, in passionibus reformatus, in exercitatione interna fundatus, in charitate syncerus, stabilitus, perfectus, protinus in se feliciter ac copiose experiatur, quòd uerè liberalissimus atq; ad dãdum exuberatè paratissimus sit Deus bonus, adorandus ac infinitus, qui uniuersum seculum suam inluit præparationem, dignitatem & capacitatem. Menti igitur taliter reformatæ, ac instar splendoris speculi fulgidæ & ornatæ, fons opulentia, munificentiæ & dilectionis penitus infinitæ, Deus gloriosus, naturaliter bonus, essentialiter pius, incomparabiliterq; magnificus atq; beneficus, ostendet per donum sapientiæ, per illuminatissimam fidem, per illustrationem theoricam

seipsum & infinitos suarum diuitiarũ (id est perfectionum) thesauros, omnem incircumscriptã eminentiã, plenitudinẽ, immensitatẽ suã æternã, superpurissimã bonitatis ac ueritatis ac super simplicissimã ueritatis, increata felicitatis & gloriã, super splendidissimẽ pulchritudinis, interminabilis suauitatis, illimitatæ sapientiæ, omnipotentie, pietatis, iustitiæ ac superferenissimæ sapientiæ, amœnitatis, gratiositatis & conuenientiæ. Itaque mens purgata, contemplatiua ac feruida sic desuper illustrata, eleuabitur super se, & contemplabitur Dominum Deum suum tam infinite perfectum, & tam perfectè ac perfectionaliter infinitum, tam purè ac naturaliter bonum, tam summè & prorsus incomparabiliter amabilem, & superamabilem, & superdesiderabilissimũ, tam infinite dulcissimum, serenisimè gratiosum, & supergratiosissimè conuenientem, serenum, acceptum, tam gloriosè & infinite beatum, & superbeatissimè gloriosum, tam interminabiliter sapientem, omnipotentem, benignum, iustum, dignũ, nobilem, honorandũ, Cumque Deus excelsus & benedictus sit in seipso summè & absolute penitus simplex, ueritè purus actus, separatissima forma, omnia formans, nihil informans, in quo non est materia limitans, nec potentialitas contrahens, nec differentia finiens seu coarctans, constat, quòd omnia ista iam tacta & cætera diuinæ essentiæ attributa, sint in supergloriosissimo Deo realiter idem & substantialiter vnum simplicissimum esse, in se omnino perfectum ac infinitum, indepẽdens, æternum, idale ac separatum, in quo cum omni moda identitate, absq; omni compositione & additione est omnium bonorũ & pulchrorum ac desiderabilium infinita possessio. Cumq; mens taliter eleuata ac Deo contemplatiuè intenta, conspexerit Deũ in omni perfectione, sanctitate & gloria esse tam infinitum, & per consequens prorsus omni menti humanæ ac uiatrici, immo etiam omni menti angelicæ ac beatæ incomprehensibilem atque in infinitum transcendentem ac superantem omnem mentis creatæ capacitatem, unitur & intenta est Deo, tanquam prorsus ignoto, quantum ad id, quòd est: sic que cognoscit, quòd uniuersa, quæ Deo describimus, conueniunt ei per modum infinitè eminentiorem & perfectiorem, quam nos capere & intelligere in uita hac ualeamus. Ideo dicit ea uerius auferri & abnegari de Deo, quam conuenire eidem: quia uidelicet non competit ei per modum nobis notum aut comprehensibilem, sed in-

Mentem enim contemplatiuam eleuari super se.

VI.

III.

III.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

V.

Math. 23. Luc. 19.

Psal. 56.

II.

1. Iohan. 4.

1. Cor. 13.

Dionysius.

Comparatio-
nes pulchræ
de Oceano &
sole.

Quid Diony-
sius mysticæ
appellet theo-
logiam.

Psal. 4.

æstimabiliter inenarrabiliterq; sublimioré, & hoc diuinus Dionysius vocat intrare caliginem, id est, superdulcissimam in se, sed nobis ignotam & incomprehensibile, Dei claritatem, plenitudinem, regionemq; lucis & veritatis ac sapientiæ Dei prorsus immensam, & fieri in ignorantia Dei, & per inuisibilitatem & incomprehensibilitatem ipsum videre atque cognoscere, hoc est, intelligere ipsum omnino inuisibilem & incomprehensibilem esse: velut si quis stans in littore totius Oceani, hoc est, ei Oceanum ipsum videre, videre se non posse illud totum visu attingere, metiri, finire: & sicut si quis in ipsam solis lucem, in sole formaliter existentem, suum defigat visum, hoc est, ei lucem illam conspiciere, conspiciere se non posse eam in sua virtute & puritate oculis irruerberatis conspiciere. Sic igitur contempletur Dominum Deum nostrum, & interiorum mentis oculum figamus in ipsum, cum omni humilitate, reuerentia & amore absq; audaci & curioso scrutinio, & intueamur quod ipse est esse purum, simplicissimum, in circumscriptionem, bonitas infinita, veritas in creata, vnitas summa, superbeatissima vita, sapientia prorsus immensa, virtus omnipotens, superliberrima quoque voluntas, pulchritudo separata & interminata, dulcedo illimitata, sicque deceteris perfectionibus eius. In horum contemplatione inflammetur cor nostrum, & diuini amoris ardore totaliter succendatur, sicque Deo profundius vnietur, ac abditè, tanquam ignoto lucidè pariter & obscurè feruentissimè infigatur, quod magnus Dionysius mysticam nominat Theologiam, quæ fertur secretissima & feruentissima mentis cum Deo locutio, ad quam sincerissimæ charitatis æluantissimum desiderium introducit. In hac contemplatione, lumine diuini menti contemplatiuæ clariùs insulgent, charitatis quoque ardore valenter prædominante, mens ipsa paulatim præ admiratio ne maiestatis ac serenitatis Dei altissimi defluit ac deficit à seipsa, atque in diuitias rapitur gloriæ Dei omnipotentis, & in deitatis pelagus absorbetur, in abyssum luminis sempiterni demersa, ac igne amoris Seraphici eam penitus depurante, subtiliante ac transformante, & quasi deglutiente, in superdulcissimum Deum verum transit, omnino alienata à se, & obdormit in dilecto, dulciterque requiescit in pace in idipsum, translata à rerum tumultu ad gaudia interni ac cœliformis silentij, ad serenissimum & tranquillissimum diem, ad superpurissimum lumi-

nis regionem, vbi à suo superbenignissimo Creatore dignantissimè amplexatur, deosculatur, exhilaratur, vnigitur, cœcundatur, & de sua acceptatione pro tunc certificatur, ac ea, quæ fidei sunt, certissima acie intuetur. Ipsa quoque econuerso sponsum illum cœlestem brachijs charitatis amplectitur & adstringit, atq; in superbeatissimæ Trinitatis mutuo nexu, amore & osculo se mediam inuenit. Eodè quippe nexu, amore & osculo, quo superadorandæ & superglorificandæ tres personæ se inuicem mutuo diligunt, stringunt & amplexantur, vnuerfos quoque prædestinatos pariter amant & complectuntur, æternaliter vtique, inuariabiliterq; omnino (quàmuis viatoribus hoc nõ pandant, nisi quibusdam, vt placet) modo nunc tacto aut alio. Insuper, ad contemplationem huiusmodi pertingit viator interdum ex creaturarum consideratione, quoniã quicquid perfectionis, amabilitatis, dulcedinis, pulchritudinis, sapientiæ, potestatis & gloriæ inest effectibus & creatis diuisim & imperfectè, in comparabili & superpræstantissimo cõuenit Creatori, simplicissimè & perfectè cõ excellentiã penitus infinita. Eminentiùs verò pertingit mēs ad contemplationem hanc per anagogicam illustrationem & purè intelligibiles formas, per supernaturalia & diuina charismata, per sapientiam vnitiuam, charitatem flammigeram & fidem rationibus creendorum purificatæque mentis intelligentia decoratam. Præterea, nonnunquam mens absque suo conatu improuise repente ad contemplationem hanc & mysticæ Theologiæ intuitum, raptū & ecstasim eleuatur, pietate Dei immensa per præuenientem præstringentemq; gratiam misericordissimè eam præueniente, ipsamq; apicem affectiuæ & verticem intellectuæ potentie immediatè tangente, illuminante & inflammante tā validè, vt imbecillis creatura confestim & quasi instantaneè defluat & deficit à seipsa, & super se mirabiliter ac gratiosissimè transferatur, intantum, vt nõ queat (quàmuis velit) reniti, vt quæ libertate arbitrij iam quasi ad horam suspensa atque sopita. Et hæc est verè pia ac felix prostratio, qua mens creata Omnipotentis succumbit, & supergratiosissimo vincitur sponso, cuius amoenitate, complacentia, pulchritudine & amore prorsus deijcitur, irreluctabiliter superatur, non violenter opprimitur, sed suauissimè ac prorsus amorose allicitur, fructuose coniungitur, intimè sociatur: idq; tam diu, quousq; placuerit sponso eam dimittere ac sibij remittere: quæ sibi

Ad contem-
plationem
mysticam
modo præ-
mittit.

Dionysius.

apla.

Productio-
nem verbi
æterni, vel
generationem
appellari.

sibi relicta, præ solito clariùs cernit propriam imperfectionem, defectuositatem & calamitatem, ineffabilem quoque sponi æterni circa se charitatem, dignationem & pietatem: ideo diligentius nititur se purgare, purius conuersari, gratior reperiri, vt ad degustatos amplexus aptior fiat & complacentior sponso. Interdum autem ad contemplationem hanc mysticam perducitur anima munda ac amorosa ascensorijs gradibus, ipsa se præparante per abstractionem à materialibus rebus, & per eleuationem theoreticam, per sinceram orationem, ardentissimumque puræ dilectionis affectum, prout hoc primo capitulo mysticæ Theologiæ ac deinceps ibidem docet Seraphicus ac illuminatissimus Dionysius ille.

De contemplatione superessentialis & supergloriosissimæ Trinitatis.
Articulus XXXVII.



Ater gloriæ det vobis spiritum sapientie in agnitione ipsius. De vnitus summi & in circumscriptione dei contemplatione multa vera atque subtilia dixerunt & conscripserunt Philosophi. Porro superexcellentiissimæ Trinitatis non habuerunt notitiam, saltem ex lumine naturali. Quamuis etenim ad ponendum emanationem in Deo ad intra, personarumque pluralitatem in simplicissima deitate, quædam probabiles rationes ac pulchræ persuasiones, non tamen demonstratiuæ argumentationes ex lumine naturali queunt induci, quamuis nonnulli sint aliter opinati. Porro diuina scriptura desuper reuelata, atque in supernaturali lumine ritè fundata, ac inuolubiliter stabilita, nos edocet sic in superincomprehensibili Deo cõsistere essentie vnitate, simplicissimamque naturam, vt nihilominus sit in ipso vera Trinitas superstarum & superuenerabilium personarum: quæ cum sint eiusdem numero essentie, merito cum substantiales, coequales, & coæternæ creduntur ac afferuntur. Nempè quemadmodum Deus est bonitatis penitus infinitæ, ita & cœcunditatis immensæ. Hinc Pater æternus seipsum plenissimè & superclarissimè intendo, suij ipsius conceptum ac verbum intra se profert ac gignit: cuius verbi productio, rectè generatio appellatur, cum sit productio consimilis sibi germinis in natura ex sua substantia, secundum similitudinis rationem ac proprietatem. Hinc & verbum illud æternum, Vnigenitus Dei Patris verissimè nuncupatur. Hæc est gene-

ratio æternalis, intellectuæ, inuariabilis, superpurissima, & emanatio naturalis, origo, causa & fons vnuerse generationis, paternitatis, productionisque naturalis in cœlo & terra. Porro Pater æternus & Vnigenitus eius se inuicem æternaliter intuentur & penitus comprehensiuè intelligunt cum charitate, iucunditate ac complacetiã omniformiter & omnifariè, intensiuè & perfectionaliter infinita: sicque se inuicem intendo ac diligendo, ac taliter sibi mutuo complacendo, æternaliter, inuariabiliter, concorditerque producant quandam eis communi zelum, seu vehementissimum, singularissimum, feruentissimumque in se subsistentem amorem, qui dicitur amor spiratus, ab amore inspirato Patris ac Filij, & ab amoru cõcordissimo & vna numero voluntate, vt in eis est immediatè procedēs, qui non Filius, sed Spiritus sanctus vocatur, quamuis Patri ac Filio consubstantialis existat, quoniam non secundum proprietatem & rationem similitudinis, sed amarosâ cuiusdam zelationis atq; tendentiæ & impulsio in aliū profluit & emanat, cum sit amor spiratus Patris in Filium, & econtrâ. Hinc meritò nominatur amor & spiritus, nexus & vnio, pax, osculū, suauitas & amplexus Patris ac Filij. In hac igitur superdignissima & superfeliciissima Trinitate, vnaqueque diuina & increata persona tam diligit seipsam, quàm alias duas personas, superdulcissimo, superferuentissimo, penitusq; intensiuè infinito amore: & quoniam vnaqueque earum plenè & splendidissimè aliam intuetur, ipsaq; fruitur, constat, quod mutua illa dilectio infinite delectabilis sit, & breuiter qualibet increata persona seipsam aliamque vtranq; cum infinita lætitia inspicit, super suauissimè fruitur, & superæstantissimè amat. Ecce, hæc est vita, beatitudo & gloria superexcellentiissimæ Trinitatis: his charitatis delicijs, his mutuo dilectionis amplexibus, his alternæ atque communis fruitionis supergaudiois suauitatis nil dulcius, nil tranquillius, nil felicius potest excogitari. Denique, in hac superbenedicta Trinitate est omnis sanctæ mutue dilectionis & cõplacetiæ virtuosissima & superuberantissima ratio, cū vnaqueq; superuenerada & superamada persona sit bonitatis ac sapientiæ & pulchritudinis penitus infinitæ. Estque inter eas summa propinquitas, immo & substantialis identitas, realis absolutaq; vnitas, clarissima quoque cognitio, plena communio, societas summa, familiaritas maxima, cõsistentia sempiterna. Hęc omnia dulciter ac sobriè contemplerur,

Quibus nomi-
nibus nomi-
netur Spiritus
sanctus.

in his amorosè syncriterq; lætemur, tam infinitæ beatitudini Domini Dei nostri totis congratulemur præcordijs, ipsū honorem indefessè viribus totis: in eius crescimus amore, in sapientiali cognitione, in puritate métalī. Non solum temporalia & carnalia ac terrena spernamus, sed omnē quoq; inordinatum ad ea affectū prorsus eradicemus, immo & nos ipsos tandem totaliter relinquamus, ita vt tam amorosè ac validè eleuemur, transformemur ac figamur in a-

byssum lucis & veritatis aternæ, quod nec proprium actum, neque nos ipsos, nec quicquam attendamus aut reminiscamur creatum: & ita erimus vnū cum domino: quod vt obtinere possimus, in solo Deo purissimè nos amemus, omni prorsus euulso priuato amore: & sic omnē illud optemus & cōplectamur, quo Deo placere, appropinquare & vniri queamus. Ad laudem & gloriā Omnipotentis, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus. Amen.

De laude vitæ Solitariæ finis.

D. DIONYSII


CARTHUSIANI DE VITA ET FINE SOLITARIÆ LIBER I.

Præfatio.

1. Pet. 5.

1. Pet. 5.

1. Pet. 5.
1. Pet. 7.5.



*S*per per quem requiescet spiritus meus, ait Deus benedictus, nisi super humilem & quietum, & trementem ad sermones meos? Deus quippe superbis resistit, humilibus autem gratiam præstat. Denique, in pace factus est locus eius. Pax verò quies est mentis atque tranquillitas. Ideoq; quietam, tranquillamq; mentem inhabitare incircumscriptibili complacuit Deo. Porro beata mens nimumq; felix animus, cuius tu intima ò bone Iesu inhabitas. Sed unde ò Rex Messias, ò Altissime Christe, hoc nobis, ut tu vnigenite Dei, qui es in sinu Patris, immo qui in corde, itemq; in luce paterni intellectus æternaliter incommutabiliterque tanquam gignenti consubstantiali germe subsistis, ad nos quoque descendere, atque in cordibus nostris manere digneris? Fatemur tibi redemptor Domine cæli & terræ, quoniam non vtiq; ex operibus iustitiæ nostræ hoc efficis, sed quoniam tu Domine suavis & mitis, propterea magnificasti facere nobiscum. Enimuerò quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, nedum enim ò Altissime ac superexaltate Princeps, ad homines venire non horres, quin & delicta tuæ esse cum filiis hominum. Stas nanq; ad ostium & pulsas, quatenus ad aperientem ingrediens, cum eo cœnes atque quiescas. Præterea propter nimiam charitatem, qua dilexisti nos, descendisti ex fonte summæ mentis, vsque in medium dulcissimi virginisq; ventris. Et post hæc in terris visus es, & cum hominibus conuersatus. Quid est, ò Dominator æternæ, quem laudant astra matutina, & iubilant omnes filij Dei, in cuius aspectu nec cæli mūdi sunt, cælorumq; columnæ contrémiscunt? quid, inquam, quid utique est homo, quia uisitas eum, quia magnificas eum, quia sic zelus eius salutem? Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Nunc equi-

1. Pet. 5.

1. Pet. 5.

1. Pet. 5.

1. Pet. 5.

1. Pet. 5.

1. Pet. 5.

1. Pet. 5.

1. Pet. 5.

1. Pet. 5.

1. Pet. 5.

1. Pet. 5.

1. Pet. 5.

1. Pet. 5.

1. Pet. 5.

dem ò Omnipotens mundanæ molitionis opifex, uerè clareq; cerno, quia nō propter nos nostræ merita hæc nobis impendis, quippe qui propter temetipsum omnia condidisti. Qui cunctis affluenter gratisq; tribuis, & ob te solum scelera nostra deles. Tu nempe ò sancte & adorande præceptor, naturaliter & item independentè bonus es. Estq; ipsa tua super simplex semper splendensque essentia, bonitas pura, incircumscripita atque simpliciter quomodolibet perfecta. Et scimus quia omne bonum sui utique diffusiuum est. At verò quod melius, sui amplius communicatiuum censetur. Tu autem Deus sabbaoth, præstantissima omnisque penitus inuidiæ expers bonitas, vitæ laudaris. Ideoq; non igni tam naturale est incendere, nec fonti riuos effluere, nec soli huic sensibili diurnum iubar emittere, vt tibi Domine Deus uirtutum, Deus Israel, diuitias gloriæ tuæ communicare, gratiam emanare, clementiæ opem præbere: & vt omne dicam, misereri semper & parere. Denique euidentis huius signum ipsa est desperationis detestatio, quam tu ò benignissime Deus, eatenus odis, ut eam nunquā ignoscas. O infelicem, ignobilem, sceleratamque animam, quæ te, ò dulcis amabilisq; Iesu, excluso atque contempto, facta est habitatio Dæmoniorum, domicilium peccatorum, uilium fortentium rerum amatrix, & propriarum demum passionum seruitrix. Etenim cum in honore esset, non intellexit, comparata est iumentis insipientibus, & similis facta est illis. Sæpè mi charissime frater Iacobe, aliquid tibi à me scribi rogasti, quod iam optatam denuò sortitus quietem, letanter (vt quini) effeci. Porro opportunitatem adeptus, quod diu aggreddi concupiui, nunc orsus sum.

De quo præfens intendat editio, & præsumptionis
insuper excusatio. Articulus I.



*Q*UE Madmodum decimo de Trinitate Augustinus induxit, quæ prorsus ignota sunt, nec amari, nec appeti queunt. Nil enim voluntas desiderat, nisi quod ei intellectus repræsentat. Deniq; quod nec amamus, neq; concupiscimus, non vtiq; fortiri molimur, nec adipisci contingit. Ideoq; de vita ac fine solitarij, vtputa quemadmodum ei uiuendum sit, & item ad quid cuncta sua exercitia ordinare, referre; debeat, pro viribus profari, magis autem scrutari conabor. Enimuerò nunquàm vtiq; solitariæ mansiones finem conquire, si vel finalem veramq; conuersationis huius perfectionē, aut certè media pertingendi ad eā ignores. Ei enim qui proficiscitur quò nescit, itineris labor anxius fructus nullus existit. Sed mox nescio quis aduersum me fortassis murmurabit atque obijciat: Cur, inquis, quòd vires tuas eatenus transuolat, tam inconsultè attentas? Siquidem de hac re con-

scribere, non vtiq; quorumlibet, sed illustrissimorum duntaxat atque in omni perfectione fixorum opus est. Denique quemadmodum mysticam Theologiam, sic solitariam vitam, nemo vtiq; non dicam docere, sed nec intelligere valet, nisi qui accipit & sapit, expertus est atque exercuit. Itaque quo vtiq; pacto qui solitariæ vitæ, nedum fastigia, sed nec vera quidè primordia hætenus apprehendisti, de hac ipsa perfectione docere tractareq; satagis? Enimuerò non iam à doctrina, sed ab opere ordiri par est: Cæpit (ait Lucas) Iesus: quid vtiq; facere, inquit, demum autem, docere. Præterea, vt Hieronymus asserit, monachi præfertimque solitarij opus, non docere, magis verò lugere censetur. Fateor, respondere non possem, si hæc docendi mente congrederer. Potro si (vt est) ob id potius hæc edo, vt me imprimis interim fructuosè iucundeque occupans, exhortans atque erudiens, tuo vnà desiderio satisfacere queam, non cerno cur reprehendi oporteat.

Ve-

Veruntamen (vt Cicero consulit) à pio iteq; discreto corrigi nō dedignor: sed sunt qui, quicquid non intelligunt, aut nondum legerunt, irridere atque contemnere, quàm venerari & discere paratiores sunt, prius quis fecerit & sciscitantes, quàm quid fecerit, explorantes.

Quòd pura & excellentissima diuinæ uitæ imitatio, sit finis uitæ solitarij.

Articulus II.

Esaiæ. 40.



Anchoriti, qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assumunt pennas vt aquilæ.

Quoniam quidem creaturæ perfectio in hoc sita est, vt Creatori pro viribus conformetur (omnia enim aliquam diuinæ perfectionis participationem, vt Dionysius ait, sortita sunt: perficiuntur autem eò amplius, quòd alsimilitatio hæc ad Deum vehementiorem fuerit intentionem adeptæ) hinc reor elucefcit, quoniã rationalis quoque mentis perfectio in conformatione ipsius ad increatam æternamq; mentem locanda sit. Ideoque per Moſen Deus sublimis & felix: Estote, ait, sancti, sicut & ego sanctus sum. Et denique Vnigenitus Dei nos orſus affari: Estote, inquit, perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est. O verè benignus & essentialiter bonus Dominus: nedum enim dignatur, sed iubet insuper vt illi similes simus. Ineffabilis certè dignatio, quia superexaltatus, incircumscriptibilisq; vniuersorum Conditor, Rector & Princeps, creaturæ suæ similis esse & dici non despicit. Porro quemadmodum id ipsum inenarrabilis fore Creatorem dignationis demonstrat, sic indicibilem æquè generositatem idem ipsum nobis offert atque imperit. Vtinam propriam congeneramque ò homo, nobilitatem agnoscas. Non enim Deus, Dominus & plures tuus, te diuitem aut famosum, potentem siue longeuum, aut talem, quales sunt, qui secundum fallacissimam mundi huius censuram, magni effantur, esse iussit, sed sibi te conformari, vniri, approximare præcepit. Nempe quòd ipse maior atque præstantior, eò id tibi gloriosius (si tamen intelligis) extat. Sed heu homo, quum in honore consistat, non sapit, sitque tanquam equus & mulus, quibus non est intellectus. Ideoq; Dominus: Assimilauit, ait, te, & non cognouisti me. Et nunc filij hominum vsquequo graui corde? vt quid diligentis vanitatem & quæritis mendacium? Redit te quæso præuaricatores ad cor, intelligite

1. eul. 11. 29.

20.

Matth. 5.

Matth. 22.

Psal. 48. 31.

Esaiæ. 45.

Psal. 4.

Esaiæ. 46.

hæc, qui obliuiscimini Deum, ne quando rapiat & arguat, & statuat vos contra faciè vt. Psal. 46. stram, nec sit qui eripiat. Innotescit deniq; (opinor) ex his, quoniam quòd supersingulari soliquè Deo solitarij viciniore est, itemque conformior, eò præclariorem ipsius imitationem sortitur: est autè proximus Deo: Sin autem in vanum utique ab omnibus loco se segregat, si non vitam quoque pariformiter à cunctis elonget, eamq; liberio rem ac fœucriorem possideat. Igitur verè solitarij hæc altissima atque finalis vitæ perhibetur perfectio, quatenus purè, & vt nomen eius locusque insinuant, excellentissimè atque similetur Deo adorando & sancto.

De uita primi vniuersitatis principij, Dei utiq; incommutabilis, simpliciterq; perfecti.

Articulus III.

Scit Deus Pater habet vitam in semetipſo, sic dedit & Filio vitã habere in semetipſo. Porro Deus spiritus est, & scimus quoniã immortalis & inuisibilis. Nempe solus puram atque omnimodam immortalitatè habet. Et Deum nemo vidit vnquam, quippe qui de seipſo ad Moſen: Non videbit me, inquit, homo, & viuere. Deus ergo spiritus est, mens seu intellectus. Denique, actio vitæq; mentis, contemplatio dilectioque censentur. Diuinæ igitur & increate mentis vita, ipsa est contemplatio, qua Deus excelsus se propriamque naturam (quæ super substantialis, fontana & item exemplaris vniuersæ veritatis veritas est) inuariabiliter atque in ipſo æternitatis momento perfectissimè cõprehendit: & ipsa demum dilectio, qua illã suam immensam supersplendentemque bonitatem æternaliter complectitur & amat. Enimuerò cum sit gaudium diffusio animi in conceptione boni, quemadmodum diuina essentia purissima est atque plenissima veritas, & infinita quoque, superpulchra, incomparandaque bonitas: sic in ipsius vitæq; speculatione, illa præsertim, qua eam diuinus intellectus intuetur & diligit, incomprehensibilis & immensa, plena itemq; perfecta consistit lætitia. Ideoque quemadmodum Aristoteles quoque in Ethicis ait: Deus gloriosus voluptuosissimam ac felicissimam vitam ducit: nec ineptè Rex gloria dicitur: eum nanq; omnis decet honor & gloria, quippe à quo bona cuncta procedunt atque dependent. Adhuc autem, hæc primæ diuinæque animi vita, purissima est atque liberrima: quippe cui contrarij aut alieni nil

1. ioh. 1. 4.

1. Tim. 1. 4.

1. ioh. 1. 4.

1. ioh. 1. 4.

Exod. 34.

1. ioh. 4.

ni nil penitus commiscetur, & quæ præterea ab alio non dependet, neque alterius eget. Ipsa siquidem simplicissima est, prima, & sibi per se, in se, & ex se, omnino sufficiens. Ideoq; Psalmographus: Dixi, inquit, Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorū meorum non eges. Et Deus ipse: Ego sum, ait, Deus, & gloriam meã alteri non dabo. Nōne etenim manus eius fecit hæc omnia? At verò vita hæc summæ rationis, nobilissima est atque sanctissima. Nobile enim est, quod à dignitate principiorum suorum nusquã degenerat. Cumq; diuini intellectus actio ei conuenientissima connaturalissimaq; sit, quippe quæ impediri nequit, & ex proprijs profluit, lucet, ni fallor, quoniã & nobilissima extat. Præterea, sanctum, vt Dionysius ait, mundum est, immaculatum & virtuosum. Cum igitur Deus superexaltatus non utiq; aliud sit, quàm lux incommixta, interminabilis ac indicibiliter simplex, palàm, quoniã vita eius sanctissima est, vitæ certè cuncta sanctificans, puritatis origo & luminis radix. Enimuerò hæc iam nunc inducta vita, toti sanctæ summæque Trinitati & singulis quoque eius hypostasibus communis est. Vnde alia insuper viuenti adorandæque diuinitati actio est, non vitæque sic communis, sed aut singularis, aut quibusdam increatis personis specialis ac propria: Ipsa est emanatio illa adintrã, qua à Patre Filius, & ab utroque diffunditur Spiritus sanctus. Veruntamen ne præsentem articulum nimis prolongem, de hac Dei vita altius orditi par est.

1. ioh. 1. 4.

1. ioh. 1. 4.

1. ioh. 1. 4.

1. ioh. 1. 4.

1. ioh. 1. 4.

De emanatione diuinarum personarum adintrã. Articulus IIII.

1. ioh. 1. 4.



Vnquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam, dicit Dominus? Si ego, qui ceteris generationem tribuo, sterilis remanebo, ait Dominus Deus? Paulò antè (si ritè meminero) communicabilitatis ratio & fecunditatis origo, bonitas appellata est: ideoque si Dei summi & veri bonitas pura immensa est, constat utique, quia infinita quoque fecunditas ei cõueniat. Porro fecunditas hæc se continere, & item in se sterilis remanere non valet. In tribus nanque, quemadmodum Plato differuit, est vnumquodque ad operandum idoneum, in scire, posse, & velle. Quoniam quidem itaque Dei scientia inobtenebrata est, clara atque certissima, potentia verò omnipotens & non impedita, voluntas autem merè bona, & ab omni lon-

1. ioh. 1. 4.

gè distans inuidia, palàm, ni fallor, nil prolius obstare, quin immensa illa diuinæ naturæ fecunditas in proportionale sibi germen procedat. Denique, cum creata omnis essentia necessarid finita sit, vtputà in numero & pondere & mensura consistens, infinita DEI communicabilitati proportionari correspondereque nequit. Propterea præter eam emanationem, qua à Deo benedictio creaturæ fluxerunt, est in diuinis interior quædam processio, qua ab infinito infinito procedit. Porro emanatio adintrã, in diuinis non aliter, quàm per intellectum itemque voluntatem esse potest. Operatio autem intellectus, est cognoscere: voluntatis verò, diligere. Denique, cognoscens ipſo suo cognito actu, internum intellectualeque verbum de cognito format. Ita que secundum Christianæ traditionem theoriæ, est in Deo intellectualis generatio. Vt enim decimoquinto de Trinitate Augustinus edisserit: Pater tanquam seipsum dicens atque intelligens, genuit verbum sibi æquale & cõeternum. Non enim seipsum plenè ac perfectè dixisset, si vel minus aut amplius esset in eius verbo, quàm in seipſo. Enimuerò diuina natura plurificari propter ipsam suam supereminentem & omnino plenam perfectionem non valet. Vna ergo in utroque essentia perseuerat. Vnde quinto de Trinitate Hilarius: Ex DEO, inquit, DEVS est, ex virtute naturæ in eandem naturam natiuitate subsistit Filius. Et denuò septimo de Trinitate: Per natiuitatem, ait, viuents naturæ ex natura viuenti, per effluxum viui ex viuio, dum res in natura non differt, DEI natiuitas non degenerat. Hoc paternæ mentis verbum, Dei Patris Vnigenitus est: quoniam intellectus operatio in similitudine perficitur atque consistit. Denique, quum in Filio quicquid Patris est, plenissimè splendeat, ritè utique Filius, inuisibilis appellatur Patris imago, splendor paternæ gloriæ & candor lucis æternæ. Hinc nempe Filius: Omnia, inquit, quæ habet Pater, mea sunt. Amplius autem, videns Pater Filium, Patremque Filius, mutud sibi complacent, atque in se inuicem gaudent. Et ex hoc ab utroque amor quidam emanat, qui mutua Patris & Filij dilectionis suauissimus nexus est, insolubile vinculum, plena communio & tranquillitas summa. Fateor, Damascenum laudo & diligo: sed in hoc nec laudo nec diligo, quod ait: Spiritus sanctus Patris Spiritus est & procedit à Patre: Filij quoque Spiritus est, sed non procedit à Filio.

Sapient. 28.

Intellectus est cognoscere, voluntatis diligere.

Hilarius 5. de Trinitate.

Hebr. 1.

Sapient. 7.

1. ioh. 1. 4.

Taxatur erroris Damasceni.

D. DIONYSII CARTHUSIANI

328

1. Th. 1. ca. 10. S. Th. 1. par. te S. arti. 2. ad 3. ar.

Athanasius Chrysostomus Cyrillus Didymus.

1. Cor. 11.

Gen. 2.

1. Cor. 13. 7.

Institia originalis quid sit.

Gal. 3.

Sap. 9.

Filio. Et rursus: Proce- dit, inquit, à Patre, & quiescit in Filio. Miror quid vti- que tibi ò magne Theologe, sic loqui conuenit. Hoc nempe asserens, nedum à Romana Ecclesia & sanctis Latinorum doctoribus, sed ab excellentissimis demùm sanctissimisque Græcorum Doctoribus recessisti: Athanasium, Chrysostomum, Cyrillum & Didymum lo- quor: Hi quippe concorditer Spiritum sanctum ab utroque procedere fatentur. At verò operationes istæ diuinæ, vel quæ actiuè vel passiuè designantur in Deo, à præinductis actionibus, quæ absolute de Deo dicuntur, distinctæ sunt, sed modaliter, non reali- ter. Non enim aliud censenda est paterna ge- neratio, quam diuina cognitio, neque rur- sus aliud perhibenda actiua spiratio, quam diuina dilectio: quemadmodum quoque sa- pientia genita, & sapientia, vel gignens vel ingenita, vna in Deo substantialiter sapientia, quæ est diuina essentia, extant. Rursusque; amor spiratus & amor spirans, vnus in Deo amor sunt, quæ est diuina natura: deus enim absolute & amor est & sapientia. Denique, & Trinitas summa amor est & sapientia. Nec tamen in Deo gignens est genitum, vel spi- rans spiratum, neque sapientia genita est sa- pientia gignens, quemadmodum nec Pater est Filius, & tamen & Pater & Filius & tota insuper Trinitas vna essentia sunt, vna vir- tus, vnus intellectus, vna voluntas.

De imitatio illa assimilatione, qua diuinæ ni- te assimilatur vita humana, præfer- tim vero solitarij uitæ. Articulus V.



Reauit igitur Dominus Deus ho- minem ad imaginem & similitu- dinem suam. Fecit nempe Deus sanctus hominem ab initio re- ctum, quippe cui originalem concreauit ius- titiam. Liuidi autem machinatione Diaboli, Trinitatis homini indita ac impressa ima- go, deformata est. Enimuerò originalis ho- mini connata protoplasto iustitia, perfecta erat subiectio inferiori animæ virium sub- summa eius virtute, vt videlicet sensualitas rationi, & voluntati rationali sensitiuus ap- petitus promptè parerent, neque rebelles vsquam existerent: quo stante ordine, nec caro concupisceret aduersus spiritum, nec opprimeret terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Nunc autem præuarican- te protoplasto, rectissimus ille ordo subuer- sus est. Sunt nanque diuinæ ratio censura, diuinæ legi voluntas, & rationi ipsi ac ratio-

nali appetitui sensus & item sensualis ap- petitus rebelles effecti. Hinc insuper non iam duntaxat corpus, quod corrumpitur, aggra- uat animam, sed & graue heu iugum super filios Adæ inductum est: quoniam quidem ipsum, quod immortale fuisset, infirmitatis, pœnæ, miseræ atque ad extremum mortis necessitudini obligatum efficitur. Emisit quoque atque eiecit Deus iustus Adâ & Euâ, & in ipsis omnem ipsorum posteritatem ac sobolem de paradiso voluptatis, vt opera- rentur terram, de qua sumpti sunt. Et collo- cauit ante paradisum voluptatis Cherubim & flammeum gladium atque versatilem, ad cu- stodiendum viam ligni vitæ. Denique, vt nō transgrediente primo parente in posteros fuisset transfusa originalis iustitia, sic mo- do, vice versa, originalis cum semine trans- funditur culpa: & facti sumus natura filij ire, qui eram gratia filij gloriæ, sed & prius sumus peccato obnoxij quam geniti, prius damnati quam nati. Hæc igitur vera est no- stra felicitas, summa perfectio ac vltimus fi- nis, diuinæ nobis concreatæ imaginis refor- matio plena atque perfecta. Porro quædam- dum in tribus animæ viribus, memoria vide- licet, intellectu & voluntate, Trinitatis in nobis consistit imago: sic in triformi aequè mentis decore, contemplatione scilicet, di- lectione & stabilitate, hæc ipsa diuinæ ima- ginis reformatio sita est. Etenim huc refor- mationis huius sortitus decorem, diuinæ vi- delicet assimilatione vitæ adeptus est. Hæc est igitur Deiformis vita, & sicut Dionysius ait, Deificatio nostra, vt sit mens diuinorum speculationi synceræ intenta, voluntas eorundem ardore ignita, atque in his memoria stabilita & firma. Hæc perfectio sublimis est, neque repente neque facilliter adipisci- bilis possidendaque extat. Ab imo siquidem vsque in summum scandere, nō subito nec sine labore contingit. Sed de his in sequen- tibus plenius differendum est.

Quid cum cæteris fidelibus commune habeat solitarius. Articulus VI.



I vis ingredi ad vitam, serua man- data. Hoc vniuersis dictū agnos- cimus: nempe absque mandatorū obseruantia nemini salus repo- nitur. Denique, consilia his duntaxat tradū- tur, qui singulare aliquod sanctimonie cul- men adipisci festinant. Quoniam quidem ergo mandata, non consilia, de necessitate salutis censentur, ad omnium adimpletio- nem præceptorum singuli obligati sunt. Porro consiliorū obseruatio nemini in toto induci-

Indicatur, nec cuiquam omnium suadetur consiliorum assumptio: non enim eidem sta- tui cuncta competere queunt. Quibusdam- hanque iniungitur sanctæ prædicationis of- ficium, aliis quibus verò secretioris vitæ arca- num exercitium. Vnde secundum multipli- ces atque diuersos perfectionum gradus, va- ria perhibentur consilia: & qui Deiformio- rem sibi eligit vitam, altiora oportet assu- mat consilia. Enimuerò in domo Patris cœ- lestis mansiones multæ sunt, quemadmodū & electorum multifarij status. Sunt autem consilia quædam singulis, qui religiosam mo- nachalemque vitam profitentur, cōmunia. Hæc verò illa sunt, quæ tribus correspon- dent virtutibus, quæ de vniuscuiusque reli- gionis ac ordinis integritate consistunt: pau- pertatem, castitatem, & obedientiam loquor. Nempe virtutes hæc sic de religionis essentia sunt, vt sine eis ordo vtiq; nullus subsistat. Præterea consilia ista, tria sunt: Vnum, quod exterioria ac temporalia bona relinquenda suadet, vt est: Si vis perfectus esse, vade, ven- de omnia, quæ habes, & da pauperibus. Et in hoc certè consilio fulcitur paupertas. Por- ro alii carnales libidines & concupiscen- tias, passionisque carnis sperandas indu- cit, quemadmodum Dominus: Qui non o- dit, inquit, patrem & matrem, & fratres, & so- rores, & uxorem, non potest meus esse disci- pulus. Hæc equidem nobis quodammodo coniuncta sunt, & tanquam vnum nobis- cum existunt, & ad carnis demum concupi- scentias potissimum pertinent; & in consilio isto castitas ipsa consistit. Sunt insuper plura in Euangelio sacro ad hoc consilium ordinata. Denique, tertium consilium sui- ipsius plenam atque omnimodam abnegatio- nem requirit, vt propria quoque libertas propter Dei amorem deferatur. Vnde Vni- genitus Dei: Qui vult, ait, venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie. Denique, his tribus virtuti- bus atque consilijs, tres quoque abrenuntia- tiones correspondent: quarum prima qui- dem diuitiarum est ac exteriorum bono- rum: Secunda, propriarum concupiscen- tiarum & passionum inordinatarum: Tertia deinde voluntatis propriæ spontanea ac pu- ra abiectio, & omnibus omniumque deside- rijs spretis, vnus summi boni vera inhaesio. Hæc tria nostræ quoque professioni ac ordi- ni cum aliorum religionibus communia censentur, sed in modo diuersitas est. Sunt equidem quorum paupertas nostram pau- pertatem transcendit, quippe qui necin communi quidem propria possident. Ve-

runtamen in castitatis splendore (quæ dum perfecta est, nedum carnalem copulam, sed omnem quoque carnis affectum, & propter tutelam carnis quoque conuictum atque con- spectum depellit) solitariorum videtur præ- pollere professio.

Castitas in quibus per- fectior.

Quid singulare habeat solitariorum inten- tio atque professio. Ar- ticulus VII.

Sedebit solitarius & tacebit, quia leua- bit se super se. Denique, ne timoris at- que superbiæ intelligatur eleuatio illa: Po- net, inquit, in puluere os suum, si forte fre- spes. Si prædeterminatorum memineris, in- notescit vtiq; quia humanæ mentis & om- nis demum creati intellectus vera ac sum- ma perfectio, aliud prorsus non est, quam diuinæ imitatio vitæ, & similitudo cum in- creata æternaque mente. Veruntamen, imi- tatio ista varia est, atque secundum diuer- sos status, professiones & ordines, multiformis & distans. Etenim qui minor est in re- gno cælorum, id est, infimus angelorum, maior est illo, id est, Iohanne Baptista, im- mo & quolibet viatore. In quò id nobis Christus insinuat, non posse præsentis vitæ statum, quantumcunque perfectum, statui gloriæ esse æqualem. Vt enim Dionysius ait, supremum inferioris ordinis, cum infimo ordinis superioris magnam quandam conuenientiam habet, non tamen attingit. Præterea, aliter assimilationem hanc Dei- formem intendit, qui præceptis contentus est: aliterque, qui insuper consilia suscipit atque adimplet. Et denud, diuersi ordines, secundum varium atque multiplicem insti- tutionum suarum tenorem, statutorumque obseruantiam, nunc effatam Dei similitu- dinem multiformiter fortiri concipiunt. Nempe qui eam plenius, itemque syncerius adipisci desiderant, haud dubium, quin plus arduum propositum, ordinemque distri- ctorem introeant. Elucescit itaque, quoni- am vti solitariorum institutio districtissi- ma est, sic vtiq; singularissimam diuinæ perfectionis præterdit imaginem. Enim- uerò statuta seu regulæ ordinum, media sunt ad veram atque præintendam ordinis perfectionem ac finem. Itaque quò media hæc, ea, quæ ad Deificatam vitam conferunt, plenius complectuntur, & item illa, quæ Deiformis conuersationis impeditiua sunt, vehementius tollunt, eò vtiq; præstan- tiora censentur, & ad diuinorem perfe- ctionem præclarius deducunt. Talia autem,

1. Th. 1. ca. 10.

1. Cor. 11.

Luc. 7.

Dionysius.

Solitariorum institutio, di- uinæ perfe- ctionis præ- terdit imagi- nem.

Solitariorum Carthusien- sium enco- mium.

ni fallor, sunt solitariorum, Carthusien- sium que statuta. Nempe quid utique eatenus à iu- gi ac perenni diuinorum contuitu, vt cum hominibus conuictus, ac circa multa cordis distensio, mentem elongat & distrahit? Porro quid sic præteritorum itemque secularium ac temporalium rerum obliuionem inducit, quemadmodum solitudo? Eò nanque liberius atque stabilius vni intēdimus, quò longius à multis disiungimur. Solitudo autem maximè à cunctis elongat, ideoque ad puram & diuturnam diuinitatis speculationem potissimè confert. Propterea in præo- stenensis non utique qualiscunque, sed pura & excellentissima diuinæ imitatio vitæ, solita- riorum finis ac scopus appellata est, quate- nus præteritorum ac secularium mens ipsa oblita, & à curis expers, atque inutili formi- dine tuta, tranquillo securoque animo diui- nis inhereat, ipsisque fixa, & (vt fas est atque possibile) iugi & incessabili conuersione in- tendat, quatenus cum sancto dicere possit:

Esaiæ. 26. Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritus meus in præcordijs meis sitiuit in te. Rursusque: Nomen tuum & memoriale tuum Domine in desiderio animæ. Dicitque cum Mose Deo: Si inueni gratiam coram te, ostende mihi faciem tuam: itemque; cum spō- sa: Trahe me post te. Et cum P salmographo: Mihi autem adhærere Deo bonum est.

Diuinæ uitæ imitatio, soli- tatorum est finis.

Esaiæ. 26.

Exod. 3. Cant. 1.

P sal. 72.

De nexu & ordine abrenuntiationis tri- sariæ. Articulus VIII.

Rom. 13.



Væ autem à Deo sunt, ordinata sunt. Porro in subordinatis (vt Dionysius ait) semper ex bonitate superioris, omnis dependet infe- rioris virtus & bonitas: quemadmodum & sine spiritu caro nihil prodest, & sine chari- tate fides atque scientia inanes sunt. Paulò antè triforem fore abrenuntiationem fa- tebar: Primam exteriorum temporaliumque bonorum, dum videlicet cuncta illa pro Christo lucrando vt stercora arbitramur. Denique secunda, earum, quæ in nobis sunt concupiscentiarum & vitiorum, nobisque carnis propinquitae iunctorum abscisio est, quum scilicet iuxta propheticum apo- stolicumque mandatum, abstinemus à car- nalibus desiderijs, quæ militant aduersus spiritum, & secundum diuini David consi- lium, obliuiscimur populi nostri & domus Patris nostri. Præterea tertia, propriæ liber- tatis atque sui ipsius mera puraque religio diffinitur. Huius abrenuntiationis tripar- titæ nexu, habitudo & ordo tantus talisque

Iohan. 3.

Philipp. 3.

1. Pet. 2.

P sal. 44.

confistit, vt in profitentibus eam sine secun- da nil conferat prima, atque sine tertia nec prima, neque secunda, sed nec simul ambæ quippiam profint. De hoc illustrissimi pa- tres nostri Iohannes Caspianus & Eusebius Emisenus, venusto sermone atque præcla- ro nimis eulogio effati sunt: Certissimè no- ueris, ò monachalis vitæ professor, eremice- que institutionis amator, nil utique tibi pa- trocinari, agros pecuniasque spreuisse, si non gula atque superbiam, & omnis demum circa transitoria affectio nis superflue motum impetumque contemnis, si non pas- sionum inordinationem coërces, & sensua- les quoque appetitus rationis censuræ sub- ijcere studes. Denique, nec exteriora spre- uisse, & carnis quoque passionumque in- cursus frenasse inclytum atque sufficiens reputes, nisi intellectu cum in super mentique affectum per fidei sinceræ constantiam, & item amorosam diuinorum contempla- tionem, diuinæ voluntati & sapientiæ in- creati animi subdere fatagas. At verò, quid penitus expedit, immobilia itemque mo- bilia bona iecisse, si eorumdem denuò vili ac immoderato affectu animum conquinari non pudeat? Et rursus, quid magna multa que odisse conducit, dum paruorum atque paucorum appetitu vincimur atque vincimur? Enimuerò cuncta pro Christo spontè contempsimus: & tamen heu sic mo- dicis, curiosis, superfluisque rebus colliga- mur atque immergimur, vt antequam eas relinquamus, & nobis, & proximo detri- mentum dispendiumque afferamus salutis, prius scandalizemur & scādalizemus, prius pacem puritatemque animi, cuius cuncta sunt agenda intuitu, in proprijs fratrumque mentibus & turbari & extingui sinamus. Miserabilis prorsus euentus & dispositio misera. Nempe amplius utique confert, cum paucorum minimorumque contemptu bo- norum, omnem vnà temporalium affectio- nem odisse, quàm plurima atque immensa fugisse, & minimis nihilominus vitiose im- mergi indiscreteque affici. Fateor mi di- lecte, & proh dolor, quia fateri oportet im- perfectum nostrum: Si quidem sic vbertim concessis, atque in cellis nostris existentibus, & ipsis præterea cellis abutimur, vt pe- tentibus vix ea accommodare dignemur, interdumque prælato vehementer (quod dicere pudor est) irascamur, si horum quip- piam auferat aut auferri permittat. Non est utique mens talis ab omni prorsus proprie- tate sincerè expers, veraciterque immu- nis. Et nunc fratres, hodie si vocem istam audie-

Iohannes Caspianus Eusebius Emisenus

Religiosi scripti cuncti

Alterum ubi dicitur est à nicio.

Affectus il- lorum est

P sal. 44.

num. 21.

1. reg. 17.

Esai. 16.

P sal. 77

1. reg. 132.

Num. 25.

1. corinth. 10.

Exod. 16.

Augustinus

1. reg. 15.

Matth. 23.

audieritis, nolite obdurare corda vestra, quemadmodum Patres nostri, qui prostrati sunt in deserto. Et cur utiq; prostrati sunt, nisi quia corde redierunt in Aegyptum? & quoniam ollas carniū esurierunt, dicen- tes: Anima nostra naufeat super cibo isto le- uissimo, & quia sederunt manducare & bi- bere, & surrexerunt ludere, & quoniã mur- murauerunt aduersus Dominum & Mosen seruum eius: & quia non crediderūt in Deo, nec sperauerunt in salutari eius, & diffide- bant vero fidelique Deo: & quoniam adora- uerunt vitulum aureum atque conflatilem, & quia fornicati sunt cum filiabus Madian. Hæc omnia in figura continebant eis, scri- ptæque sunt propter eruditionem nostram, ne communem operibus ipforum in- quis. Enimuerò, quos religionis cædet, qui vel animo tantum, aut certè corporaliter quoque apostatant, nonne ingratisimæ illi plebi, quæ post tam ineffabilia Dei dona, tamque stupenda portenta, in Aegyptum denuò remeare cupiunt, similes censendi sunt nisi quòd illis in super deterioris exi- stunt, quippe qui non iam de Pharaonica, sed Diabolica seruitute ducti, ad terrã non typicam ac temporalem, sed veram atque æternam vocati sunt. Denique, qui pristinas alimoniarum amant delicias, quibus vel cel- licus vel cælicus panis leuis est & item con- temptibilis, nonne populo illi carniū de- siderio flagranti atque dicenti, Bene nobis erat in Aegypto, dum sedebamus supra ol- las carniū, & comedebamus panem in sa- turitate, conformes veraciter perhibentur? At verò dum cibo potuque repleti, ad vani- loquos prouoluimur sermones, ad detra- ctiones, ad cōtentiones, nonne ad instar in- fidæ gentis consurgimus ludere? Porro dū rebelles sumus & inobedienter profamur, indignanterque agimus contra Dominum, eius quoque vicarium prælatum murmura- mus, hoc verè grauiusimum extat. Nempe vt Augustinus disseruit: Nullo peccato eate- nus, quemadmodum murmuratione, plebs illa Hebræa Deum offendit. Et scimus quoniam quasi peccatum ariolandi sit, repugna- re, & tanquàm scelus idololatriæ, nolle ac- quiescere. Prorsus abominandum nobis est facinus tam enorme, ne nos audire contin- gat, quod Dominus ad Iudæos ait: Murmu- ratores, inquit, Filij murmuratorum, imple- te mensuram Patrum vestrorum. Itemque quod eisdem martyrum ait primicerius, Staphanum loquor: Vos, inquit, semper relictistis Spiritui sancto. Etenim optimè utique Patri spirituali, cui non paremus, &

contra quem murmuramus, cum Mose con- testari incumbit: Non aduersum me, sed ad- uersum Dominum est murmur vestrum. Præ- terea, increduli diffidentesque ori diuino, quos, nisi nimis sollicitos, nimiumque pusil- lanimes, & spem certam atque immobilem in Deo non habentes, figurant? Sperandum nobis est, quia qui nos de mundo in eremū istam induxit, non utique derelinquet nos neque proijciat, magis autem, quoniam e- mittet lucem suam & veritatem suam, qua- tenus nos inducat atque deducat in motem sanctum suum. Amplius autem, quorum Deus venter est, nonne tibi per idololatrias illos aptè omninò præsignati videntur? & rursus, qui toto die cum inflammato corpo- re meant, qui vruntur, & exteriorem inco- nquinationem sibi sufficere putant, & nec sobrietati neque internæ castimonie stu- dent, quod utique fecdisimum infelicitissi- mumque genus est, per fornicatores illos (ni fallor) ostensi sunt. Si horum mores ge- stusque assequimur, quemadmodum illi ter- ram repromissam introire nequibāt, sic nec nos cœlestem Ierusalem, & vti illis non con- tulit intrasse desertum, conformiter nobis nil proderit in troisse cœnobium, cellam vel eremum.

Exod. 17.

Esai. 41

1. salm. 43.

Philipp. 3

Quòd uniuersa solitariorum intentio, in con- templatione huius eorum finis perfectionis incessabiliter di- rigenda sit atque figenda. Articulus IX.



Væ autem posteriora sunt obli- uiscens, ad ea verò, quæ anteriora sunt, me ipsum extendens, ad des- tinatum persequor, ad brauium vocationis supernæ. Finis, vt ab Aristotele suscepimus, primum quidem est in inten- tione, vltimum verò in executione: ideoque; infatigabiliter utique speculandum remi- niscendumque nobis est, ad quid venimus, hoc est, quid sit finis & summa vltimataque ratio atque perfectio, ob quam obtinēdam cuncta nos reliquisse letamur, eremumque ingredimur & cellam incolimus. Enimue- rò, si quominus, quomodo utique attinge- mus, aut qualiter perueniemus, non atten- dentes quò currimus, neque quò proficisci mur contemplantes? De hac re venerandis- simus pater noster Iohannes Caspianus ele- ganter atque facundè ex ore sancti Anacho- retæ Abbatis Mosis disseruit atque conscri- psit. Nempe vt fallus jest atque edocuit, om- nes artes & disciplinæ, præsertimque om- nis

Philipp. 3

*solitariorum
scopus & fi-
nit.*

nis ordo itemq; religio, *αρετις & πλῆθος* fortitæ sunt. Denique, finis, huius obtentu atque conceitu, vniuscuiusque artis industrius appetitor, religionisque ardens zelator, cunctos labores & pericula atq; dispendia victoriosissimè suffert, & libenter æquanimitereque sustinet, quemadmodum in agricolis, in negotiatoribus, in militantibus quoque cernere palàm est. Nos igitur, vtrputà altissimæ professorum Theosophiæ, zelatoresque perfectionis diuinæ, & Deiformis demùm intendentes imaginem vitæ, hanc mētibus nostris indefinenter imprimere, reminisci atq; infigere perfectionem oportet, si eam vsipiam adipisci eueniet: quatenus iugiter quid profecerimus, quantumue neglexerimus speculemur, & in super ad eam toties mentis nostræ reducamus intuitum acieque & contemplationem, quoties nos ab ea deuiare sentimus. Et id quoque nobis lætitiæ causa sit, huic propinquasse perfectioni ac fini, catenusque doleamus, quantum ab ea nos deficere ac elongari attēdimus. Hęc sancta lætitia, & ista tristitia vera, de profectu gloriari in Deo, de defectu autem contristari in nobis. Nunc ergo te hortor, qui diligens eremiticæ es institutionis discipulus, scrutare quotidie & indefesso corde in teipso rimare, quid quantumq; profecisti, quousque peruenisti, & quàm vehementer finalitæ perfectioni propinquasti. Si tempore longo ac multo cellam occupasti, & nihilominus vel parùm vel nihil internæ atq; diuinæ perfectionis adeptus es, contristare & luge, quia reuerà miser es & miserabilis, pauper, cæcus & nudus. Itaque penitentiam age, & vide vocationem, qua te Deus vocauit: atque condignos penitentię fructus efficiens, vide vnde cecideris: & id cuius venisti causa & gratia, apprehendere satage & adipisci festina. Vnde apostolus: Sic, inquit, currite, vt apprehendatis. Etenim qui ita peregerit, æquissimè prorsus cum Apostolo dicere habet: Ego sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem verberans. Porro secundum præinductorum Cassiani intentionem verborum, scopus seu destinationis professionis nostræ, cordis existit munditia: *καθαριότης* verò & finis, regnum cælorum. Sed in præhabitis de sine intrinseco, præsentisque vitæ perfectione finali, sermo defluxit.

De duplici sine, biformiq; beatitudine. Articulus X.



Vnc autem liberati à peccato, serui verò facti Deo, habemus fructum nostrum in sanctificationem, sinem verò vitam æternam. Hęc equidem est voluntas Dei, sanctificatio nostra, & ipsa vniuersi nostri exercitij omniumque laborum fructus est ac summa perfectio. Porro, quæ vita æterna aliud prorsus nihil sit, quàm diuinitatis fruitio, dicente ad Patrem Vnigenito: Hęc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum: visio autem Dei, cordis synceritati respondet, contestante Christo: Beati mūdo corde, quoniam ipsi Deum videbunt: cōstat, quoniam sanctificationis nostræ merces sit Dei visio. Sed forsitan dices: In præinductis iam traditum est, quoniam diuinorum præsentis vitæ possibilibus contemplatio, institutionis nostræ finis appellata est: quomodo ergo nunc futuræ vitæ agnitio, propositi nostri finis censetur? Respondendum, quia in intellectualibus beatitudo & finis coincidunt. Beatitudo nempe vltimatum finaleque bonum existit, vnde conformis est beatitudinis ac finis distinctio. Est autem beatitudo duplex: vna vitæ, quæ est visio Dei per speculum fidemque in ænigmate: Alia verò patriæ, quæ per spem exrat. Et denuò sic quoque bipartitur felicitas, vt sit vna formalis atque intrinseca, estq; menti in hærens perfectio, vt amor & visio. Alia demùm obiectalis est itemque extrinseca. Ipsa quippe est summum bonum, Deus benedictus, & fons felicitatis. Pariformiter itaque & finis valet distingui, sed in prædeterminatis de sine informante atque intrinseco præsentis vitæ sermo transiuit. Denique Aristotelis diffinitio, quam in Ethicis introduxit de felicitate, & Boethij quoque descriptio de formali felicitate, suscipienda videtur. Est in super vitæ huius felicitas, futuræ inchoatio beatitudinis. Si quidem quò vtique nunc ampliore mentis munditiam adipiscimur, eò vtique in patria plenius clariusque contemplabimur. Enimvero, idem nunc aio diuinæ vitæ imitationem, cordis munditiam, finalemque perfectionem, atque præsentis vitæ beatitudinem, præhabitæ demùm beatitudinis diuisionem, memorię donandæ sunt. Interdum nanque Deus, interdum verò visio Dei, animi beatitudo vocatur.

Quòd cunctis, præsertimq; solitarijs, sit discretio summæ necessaria. Articulus XI.

Si

Mat. 23.



I separaueris pretiosum à vilis, quali os meum cris. Quid est virtus, ait aristoteles, scrutamur, nõ vt sciamus, sed vt boni efficiamur. Denique, quemadmodum summus solitariorum Philosophus (Antonium inuuo) adstruit, omnium virtutum nutrix & mater discretio extat. Ipsa nanque tanquàm magistra, cunctis certè virtutibus modum statuit, ordinemque præfigit. Sed quispiam forsitan obijciat: Cùm enim de ratione virtutis sit, secundum debitam rectamque sapientis censuram peragere, quod fieri nequit, si non ordo modusque seruentur, & cunctarum circumstantiæ teneantur virtutum, vt videlicet vniuersa tunc, taliterque & ibi & ideo agamus, quando, quomodo, vbi & quare agenda sunt: Si itaque sic est, quid opus est cæteris in super virtutibus discretionem adijcere atque adesse? Sed dicendum, quoniam sæpè vtique discretio proprietatem, conditionemque quandam insinuat, quæ cunctis est cõmunis virtutibus. Tunc quoque specialis non asseritur virtus, vt instantia illa conuincit. Nūc autem discretionem virtutem appello, qua inter bonum malisq; discernimus, & quid, qualiterque vbi que operandum sit dijudicamus. Et sic vtique, ni fallor, specialis virtus est, cunctisque virtutibus efficaciam præstat: Nempè, si omnia tempus habent, sitque ridendi tempus atq; plangendi, tempus vescendi atque abstinenti, vigilandi & dormiendi, loquendi & tacendi, ambulandi & quiescendi, operandi & vacandi, meditandi itemque scribendi: si inquam, sic est, discretione certè opus opinor, qua quid cuique temporis tribuendum deputandumque est, intueamur, atque intueudo rectè ac discretè agamus, & item in omni virtutum actu rationabiliter sapientialiterque viuamus. Enimvero vt Augustinus inducit, sine discretione charitas ordinem non seruat, humilitas nimis se deijcit, frangiturque ob id regendi authoritas. Denique sine discretione præsentia fit obedientia stulta & cæca, vbi libet atq; in discretè in malis quoque obediendum existimās: largitas etiam se nimis effundit, timor in desperationem, & in præsumptionem spes ipsa conuertitur. Porro solitarii virtus hæc summè necessaria scitur. Etenim, quò conforate extrinsecoque amplius caret doctore, eò vehementius aduertere habet, quid in ipso loquatur Dominus Deus, & vt vnctio cum de cunctis edoceat, atque ab ea, quæ in se latet, discretione regatur, quemadmodum scriptum recordor: A sapiēte (id est, propria

Quid per discretionem hoc loco intelligatur.

2. ad. 3.

2. ad. 13.

1. Ioan. 2.

7. ad. 4.

aut certè alterius illuminata ratione) require consilium. Proinde rationabile esse nostrum obsequium, virtus hæc imbuta, & vt ad pietatis profectum, corporalis ordine tur exercitatio, consultit: ne sic corpus conteramus, vt spiritui amplius deseruire, pareteque nequeat: neque ficutursum carnem alamus, vt spiritui insolescēs repugnet. O quot per indiscretionem, dum nimium videbantur seruere, in nihilum redacti sunt, sicut Baruch testatur: Quoniam, inquit, non habuerunt sapientiam, perierunt propter suā insipientiam. De hoc in libris Cassiani exempla multa scribuntur, quæ hic inferere prohibet breuitas, cui studeo, & experientia ipsa, quæ vtinam non tam euidenter nobis pateret. Nempè & hi quoque interdum, in quibus præualere feruor apparet, propter discretionis carentiam, citius prolabantur atque deficiunt. Et cur vtique hoc, nisi quoniam medijs ad virtutem (vigilias atque ieiunia, solitudinem itemque silentium, & reliqua demùm ad virtutem ordinata exercitia loquor) indiscretè vtuntur, vti temporum vitæ suæ horas ac vicissitudines, congruentibus debitisque occupant exercitijs, sed prout improbus feruor & imperus proprius mouent, procedunt aguntque. Denique ob id felicissimos Patres nostros, nedū vehementer profecisse, sed & celeriter in super per vniuersæ perfectionis arcem sortitos cognouimus, quoniam secundum discretio nis radiosum dictamen vixerunt, & secundum ipsius ducatum cunctos vitæ atque virtutis suæ actus ordinauerunt, quemadmodum de sanctissimis certè viris Macario, & quem prænominauem Antonio, Agathone atque Pastorete, o dilectè, legisse non dubiro. Hoc equidem verè discretiōi incumbit, vt per eam secundum summæ, vltimatæque perfectionis nostræ exigentiam & congruentiam, omnia ordinentur atque agantur. Etenim sine discretione nulla perfectè virtus inhæret. Virtutes nanque catenus concatenate sunt, quemadmodum Plato & post eum Platoniorū profundissimi, Plotinus, Macrobius & Apuleius, & demùm Aristoteles & Andronicus Peripateticus falsi sunt, vt sine altera vna haberi non possit.

Discretio quidam doct.

Baruch. 3. Indiscretio quid multos deceperit.

Vnde ad Deiformem uitæ diuinæ imitationem suspiranti solitario sit ascensus, institutionisq; huius assumendum exordium. Articulus XII.



Icut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Lapsus in ima ab alto resurgere satagentem, hinc primùm, resurrectionem ordini par est, ubi substitit casus. Porro, in protoplastorum præuarcatione vniuersi ab originalis iustitiæ summo vertice, vsque in originalis culpæ profunda cecidimus. Vertex deniq; originalis iustitiæ, subiectio erat intellectus portio animæ sub Deo: profundissimum verò originalis culpæ, ipsa est lex consistens in membris nostris, reluctans legi nostræ mentis. Ideoq; si verè resurgere, si perfectus esse, si ad originalis conformitatem iustitiæ denuò remeare festinas, hinc inchoandum agnosce, vt spiritui seu animæ caro per omnia obsequatur atq; obediat, ne aduersus spiritum amplius concupiscat: in instar bonæ ancillæ, imperante ratiõ, mox prompteq; pareat, quatenus ad Ceterionis illius imaginè ratio dicere possit: Dico huic vade, & vadit: & veni & venit: & ancillæ meæ fac hoc, & facit. Enimuerò subiectio ista in hoc consistit, vt necessitatibus corporis non concupiscibiliter, sed rationabiliter prouideatur, ne curam carnis in desiderijs perficiamus. Et in super, vt in omnibus quæ ad virtutem, puritatemque animi necessaria sunt siue vtilia, carnem affligere, & item exercitare nunquam cessemus in ieiunijs atq; vigilijs, in labore, in disciplinis, in silentio, in solitudine, in refrenatione crapulæ atque luxuriæ, in asperitate vestitus & ceteronijs multis, in maturitate incessus, in compositione omnis corporei gestus. Hæc spiritualis ædificij atque internæ reformationis initia extant. Nempe si hæc implere obseruareq; renuis, contestor, quoniam perfectionem illam verissimam, quam (si ritè recolo) in antehabitis solitariæ vitæ eremiticæq; institutionis finem causamq; factus sum, nõquam vtiq; obtinebis, neque continges. Agnouit hoc magnus ille Arsenius, qui se somni necessitudine opprimi cernens: Veni, inquit, serue male. Itemq; sufficit, ait, monacho, si tamen operator existit, horæ somnus vnus. Veruntamen quia durus est hic sermo (siquidẽ quis potest eũ audire?) propterea Patres nri in Aegypto, in Schyti, in Cellia, in Thebaida, in Nitria, in Mesopotamia, vniuersaliolem clementioremq; regulam elargiti sunt. Tres enim, vel si addere opus est, quatuor dixerunt monacho pro somni quiete horas sufficere: Post matutinalem

verò synaxin, somno nequaquam indulgentem sanxerunt. Porro posteriores Patres nostri in Carthusia, antiquum illorum feruorem atque rigorem renouare quidem optantes, sed attingere non valentes, nedum tres vel quatuor, immo quinque vel sex pro somno horas dederunt, non tamen post matutinalium exactiõnem laudum corpus reclinandum censebant, inducti, vt reor, causis atq; historia, quas super Casianus conscripsit. Sed nouissimi, quorum heu nos filij sumus, & vti nam non amplius tepescamus, post laudes in super se somno carere non posse cõte stati sunt: hincq; misericordias nobis effecimus, quatenus vel ex reclinatorij voce nostra elucescat miseria, quid igitur dilecte mi & in Christo charissime, quid vti que restat, nisi vt nosmetipsos nõ iam duntaxat humilicemus sub potenti manu Dei, sed in super odiamus, & vitam nostram spernamus, quippe qui magnorum atque illustrium Patrum nostrorum conuersionem, nedum non imitari vel attingere, sed nec ad eius perfectionem respirare, neque ipsius imitatione desiderare audemus? Etenim si paulisper protrahamus vigilas, si parsimonie præter consuetudinem vtunq; studemus, si solitudinis atque silentij paululum discretiores esse seruatores enitimur, mox indiscretionis morbo læguere, singularitatisq; vitio rei censetur: protinus demum, quod confessim deficiemus, audimus: Ajuntq; repente proprij nos esse pertinaciter sensus. Veruntamen non igitur hæc dico, vt præter communem legem contra seniorum consilium, vltra vires etiam operandum viuendumq; cõsulam. Nihilominus, quoniam singuli in eodem statu manemus, nec fit qui singulari puritati vacare presumat, omnes quoque tales atque communes, quemadmodum Dominus nouit, perseueramus: Et vti nam non vbertim, qui spiritu cœpimus, carne consummemur: pigritiam equidem nostram, discretionem putantes, non vti que de virtute in virtutum indefinenter proficisci conamur, nec tã quid in cellis profecerimus, quàm quandiu in eis manserimus, contemplamur. Erubescere meritò habet Carthusianæ sanctitatis professor, nedum noue legis cultoribus viris, sed veteris quoque testamenti mulieribus vilior carnaliorque existere. Enimuerò quomodo Iudith illa cilicium induit atque abstulit, & Hester præterea regalium pompam vestium spreuit, carnem carnisque mollietiam atque libidinem vtraque contempserit, veteris testamenti peritis patere non

Carthusia non proficiunt.

1. Cor. 9.

2. Tim. 3.

Gal. 5.

1. Tim. 3.

1. Tim. 3.

Originalis iustitiæ ueræ, et profundissimum originalis culpæ.

Gal. 5.

Matth. 8.

Corpus quomodo spiritui subiectum esse debeat.

Rom. 19.

Arsenius.

Iohan. 6.

somni horæ quot eremitis concessæ.

dubito. Nos ergo eas aut præcellere fatigamus, aut ipsi inferiores fore humiliter confundamur.

De cibo & mensa solitarij. Articulus XIII.



X die, qua primò posuisti cor tuum, vt affligeres te in conspectu Domini, exaudita sunt uerba tua: Ideoq; Apostolus: Castigo inquit, corpus meum, & in seruitutem redigo. Porro in cibo moderamen atque mensuram seruare semper, res difficilissima est: sic tamen uilis & item necessaria, vt sine ea, uera atq; diuina perfectio conquiri non possit. Nempe qui se cibo ac potu superflue inordinateque replet, non vti que ad uigilias erit alacer, non in orationibus purus, neque ad meditandum subtilis: quemadmodum Casianus deducit, sine sobrietatis studio, nulla unquam mentis adipisci reformatio ualet. In refectiõne itaque primò quidem quanti tas referuetur, ne superfluitas caput conturbet, sensus obtenebret, & somnolentiam causet. Vnde Saluator: Videte, ait, ne grauetur corda uestra crapula uel ebrietate. Non ergo metiamur neque pensemus, quantum cibi suscipere congruat ex catino siue parafide, sed ex rationis diligentissima perscrutatione, & ex certa experientia necessitatis naturæ, ne tunc amplius multumque edendum putemus, dum vel scutella repletior, aut cibus prætiosior extat. Denique in edulio qualitas quoque tenenda est, ne delicatior esca paretur, ne fortè voluptati magis, quàm necessitati satisfecisse cernamur. Seruauit hanc strenuus ille eremita, qui dum in die sacro Paschæ olei parum suscipere rogaretur atq; intenderet, meditans primò paulisper in se, caputq; fricans: Heu inquit, Dominus meus Iesus Christus felle acetoque uescitur, & ego oleo utor? Vnde nec accipere acquieuit. Vbertim autem psallentibus nobis, aut in diuinis lassatis, cibi memoriam callidus hostis immittit, vt vel carnalem delectationem uilemq; appetitum, & uelut recreationem ac consolationem menti, si cibi laurior erit, infundat, aut certè trinitiam, si tenuis. Nos verò celeriter eum pel lamus, scientes, non idcirco nos diuinis insiltere, neque propterea Christi fatigari obsequio, vt māducemus, aut carnalibus cõfoeamur delicijs, vt temporalibus atq; uilissimis recreemur lætitijs: magis verò manducare, vt ad diuina idonei simus, & in præ-

sentis cursu exilij efficaciter operemur. Præterea, si uel interdum lautior esca præberetur, coërcenda voluptas, neque effuscanda est animus, immo prorsus uitandum, ne in delicatiori condimeto sensualitas gaudeat, sed sic utatur, tanquam non uens. Nempe qui contra omnem carnis libidinem, seu sensualem delectationem omnemque superuacuum corporalem quietem iuge bellum subiuimus, cauere omninò habemus, ne nobis ipsi concupiscentiarum iritamenta carnalium procuremus, tanquam non sufficiat nobis interna fragilitas, originalis infectio atque connata malitia. Quid dicemus ad hæc? Fateor frater dilecte, non nobis Patrum uita, non Iohannis Casiani leguntur uolumina, vt imitemur, sed vt humiliemur, quatenus, nec loco, nec mercede, nec nomine illis nos pares aut dignos putemus, à quorum institutis eatenus declinamus, ac tam uehementer deficiamus. Fugienda est, ait, Antonius monacho aquæ saturitas. Et Pastor: Vinum, inquit, omninò monachorũ non est. Porro Hilarion: Ex quò, asserit, factus sum monachus, nil coctum gustauit. Et magnus quidam eremi cultor: Postquam, inquit, factus sum monachus, nec cibo nec somno repletus sum. Et quid multa eiusmodi enarrare importat? Veraciter nanque, nisi Christi clementia, itemq; discretio adfuerit, desperationem potius quàm profectũ hæc hisque similia nobis inuehere queunt. Enimuerò pauperissimi nos, nedum (vt nunc factus sum) ab illorum conuersionibus fennum abimus, sed à proximorum demum Patrum nostrorum rigore non parum distcedimus. Non latet hoc nos, dũ domini quigonis prioris Carthusiæ statuta recolimus. Præterea sunt religiosi & monachi, si tamen religiosi & monachi, quippe qui formam quidem pietatis habetis, uirtutem eius heu abnegant, qui sic ciborum lautitiam optant & appetunt, vt nedum in hoc conformentur mundanis, immo eos præcellant, verificeturq; in eis id, quod primo Metamorphoseon inducit Ouidius:

Sobrietatis fructus quomodo seruire & necessarium.

2. Tim. 3.

corpore in vno frigida pugnabant calidis, humentia siccis, Molliam cum duris, sine pondere habentia pondus.

Sic equidem (vt uerbis utar paulisper Francisci Petrarchæ, elegantis Poëtæ & solitudinis amatoris eximij) non iam duntaxat in vno corpore, immo in vnaquaque parafide, quæ nominata nunc sunt, ita compugnant, vt antiquum illud Ouidianum

chaos videantur nouare. Vtinam opprobrium istud non tam vberim, o dilecte, mens nostris propinquet. Veruntamen sermone abbrevio, stilumq; retraho, quoniam quod concepi, effari non audeo: Vnum tamen fatebor, quia utiq; (vr Boethius in exilio didicit atque conscripsit) paucis minimisq; natura contenta est: Et quoniam diuino caremus ardore, spiritualiumq; exper tes consolationum existimus, ad corporalia deuoluti sumus, his nos egere opinantes, que nec natura nec ratio testatur aut dicat. Sed felix atque lætabunda veri deuotiq; solitarij mensa, quam ipse propria pulchre perornat presentia, in diuini se pensans vesci vultus conspectu, pro suauissimo cantu benedictionem ante edulium, in eo diuinorum conuictum, & postremò gratiarum actione exoluens, modum in super seu honestatem tempusq; obseruans, ne se tanquam famelicus canis totum in cibo effundat, sed mentis simul refectio in sudans, hinc librum, hinc alimoniam adspicit, super propria factis dolens miseria, quia tam frequenter eum à spiritualium studio carnis necessitudines elongant atque præpediunt: & item cum sancto Pastore ac beato Bernardo, non aliter ad cibum quam carcerem means. Porro, si lautior præciosaq; esca præstatur, non elaboratur à memoria dominica illa in cruce ciuatio. Dederunt nempè in escam eius fel, & in siti sua potauerunt eum aceto. Celeriter quippe (ni fallor) hoc crebrò cogitanti, omnis vilescet ciborum voluptas. Deniq; qui in sensualibus atque carnalibus delectari non refugit, diuinis utique itemq; spiritualibus consolationibus seipsum indignum constituit. Cæterum, qui delicatè nutrit seruum suum, postea sentiet ipsum contumacem: quoniam qui carnem suam delicatè enutrit, comperiet eam legi mentis rebellem atque (vr Hieronymus asserit) in libidinis ardorem repente spumantem. Ideoq; Augustinus: Quemadmodum, ait, stipulam ignis consumit, sic delicata caro animam cõ cremat, atque libidinis feruorem inflamat. Hincq; Apostolus: Si secundum carnem, inquit, vixeritis, moriemini: si autè spiritu facta carnis mortificaueritis, viuētis.

Natura pauca contenta.

Corporalis refectio quomodo solitario sit accipienda.

Psal. 68.

Consolatione spiritalium quid impediatur.

Proverb. 29.

Hieronymus

Augustinus.

Rom. 8.

De somno solitarij. Articulus XIII.

Psal. 4.



IN pace in idipsum dormiam & requiescam. Dulce prorsus erat Augustino verbum hoc: Nec potest lassatæ carni tam suavis esse

corporis quies, quam fuerat ardenti eius spiritui delectabile verbum istud Psalmographi. O verè in idipsum. Nempè tu Domine idem ipse es, & anni tui non deficient: quoniam quidem mille anni ante oculos tuos tamquam dies hesternæ quæ abijt. Denique tu Deus, & nõ mutaris: quæ antiquus dierum, sine senio atq; dilapsu momentorum: quoniam non est apud te, o omnipotens æternusq; Deus, permutatio, aut certè vicissitudinum obumbratio. Sit ergo tibi, o cella incola solitudinisq; colone, in pace somnus requiesq; in Deo, quatenus serena mente atq; tranquilla conscientia diurno iam acto tempore, dormitum migrans, in Deo tuo dulcibono & sancto, cum pace requiescas, in diuinorum reminiscencia obdormiens, & in diuino obsequio fatigatam carnem refocillans, atque ad futuram vigiliam roborans. Enimvero tunc in pace in idipsum dormimus atque quiescimus, dum conscientia à peccati remorsu immuni, & cum fratribus quoq; synccera, in Deo diuina meditatio obdormientes conuiescimus, non voluptati, sed necessitudini indulgentes, atq; ob id ut alacres fortesque ad Dei cultum mox surgamus, non sopsos paulisper reclinantes. Non ergo sol occidat super iracundiam nostram: non solum autem super iracundiam, sed neque super aliam utique vitiosam affectione peccati que maculam: & demum sic nos quieti aptemus, ut in eo mentis sancto affectu, quo obdormiuimus, viriliter resurgamus, idq; menti surgenti protinus obuiet, in quo obdormientis meditatio requieuit. O impudicum, vilem pigrumq; cellitam, qui nec quidem ad diuina consurgit, dum surgendi signum pulsatumq; peraudit. Erubescere precor, o tepide, tunc lecto incumbere, dum cõ fratres tuos non ambigis Dei hymno insistere, atq; ad Deum affectuosam mentè purasq; manus leuare. Deniq; suadere modò non audeo, vt amabilem Patrem nostrum, magnæ olim procuratorem monachumque Carthusiæ, hincq; Lyncolniensem antistitem sanctum Hugonem, ipsūq; deuotissimum Bernardum imitari conemur, quos lectus non utique diu vigilantes retinuit, qui in super nullum se tempus eatenus perdere arbitrati sunt, quemadmodum id, quod dormientes expenderunt. Veruntamen id penitus expedit, vt si mox ad quietem locati dormire nequimus, fixum quipiam diuinorum mente volumus, quatenus in ipso celerius non vndique corde vagantes, neq; tædio impatientiaq; agitati requiescamus. Hoc certè modo in pace in idipsum

Psal. 101.

Psal. 129.

Mala. 3.

Dem. 7.

Iac. 1.

Dormire in pace in idipsum, quid sit.

Eph. 4.

1. Tim. 3.

ipsum dormiuit, q se in quadraginta annis in solis presentia non manducasse asserenti, respondit: Neque me in tot annis sol irasci conspexit. Et sanctus demum Epiphanius, qui beato Hilarioni dixit: Quoniam cubitum non transijt, aduersus proximum aliquid habens: atque quod in super longè amplius reor: Quoniam nec dormiui, inquit, quempiam aduersum me quid habentem, impacatum relinquens. Idcirco non indignus sanctus Hilarion, qui paulò antè narrauit: Ex quo, inquiens, monachum indui, nil, quod per ignem transijt, gustauit, epiphaniò ait: Maior est o Abba cõuersatio tua, & reuerà maior: Etenim si non simpliciter, neque in omnibus maior, in hoc tamè utiq; exitit maior. Enimvero dum o eremi cultor cellæque mansor, sic in cordis tui intimis sepe, securus quiescis, Dæmonibus horribilis es, diuinorum reuelationi aptus confisus, & item ad Altissimi laudes lætus agilifque con surges.



Vlchra es amica mea, suavis & decora sicut Ierusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata. Hoc à cœlesti aeternoque Sponso omni animæ, que sancta est atque serena, dici cognouimus: nempe, quomodo utique non pulchra est, quæ à passionum atque facinorum immunis est maculis? Denique, quæ iræ flammam furorisque impetum, inuidiæ corrosiõnem, & omnem demum auersionem atque contemptum mititate ac patientia, dilectione ac benignissima humilitate pellit itemque extinguit, ritè (ni fallor) suavis esse censetur. Porro his anima stipata virtutibus, terribilis prorsus est, sed inimicis virtutum atq; principibus tenebrarum: Enimvero per temperantiam alimoniam ac Venereorum voluptatem compellens, per fortitudinem quoque mortis impauda, immo pro veritate atque virtute occumbere prona, per prudentiam vbilibet discretè ordinateque operans, & item per iustitiam vniciq; quod suum est, præstans, meritò penitus audit à dilecto: Equitatu meo in curribus Pharaonis asimi laui te amica mea. Veruntamen longè prorsus sit à te o robusta illustrisque anima, omnis præsumptio atque iactantia, quanquam etenim passionum sis victrix atq; virtutibus splendens, ac per hoc Dæmonum turbis horribilis, ita vt cadant à latere tuo mille & decem millia à dextris tuis: non tamen tibi insidiari, quandiu viatrix es, desinet æmulus tuq salutis: Abforbebit namq; fluuiū per mudanas animas, & non mirabitur: & habet fidiuciam, quod influat Iordanis, id est, religio sa mens in os eius. O desiderabilis emundatæ mentis nobilitas: En enim o anima per passionum victoriam, per immuditæ odiū, per virtutum splendorem Christi efficeris amica & sponsa, Creatoris tui hæres & filia: in super, per hæc Dæmonibus iubes ac præuales. Lex tibi ordoque nature subijcitur, & quicquid diuinitus peris, mox desuper obtines. In carne angelica viuus, & vsque in diuinitatis consortium migras, neq; à Creatoris tui dignitate ignobiliter miserabiliterque degeneras. Venerantur te angeli, Deus diligit, Dæmon formidat, caro mundusque sub te sunt. Deniq; hinc abeunti cœli parent, stideræ mansiones præbentur, & beatorū præstantur contubernia. Venientem Trinitas sancta amplectitur & æterna felicitate remunerat. Porro vilis atq; infelix, cõtemptibilis ac lugeda nimis anima, quæ carni ministras, que beatitudinis tue gmulis seruis, que peccato itemq; concupiscetijs famularis, quam Deo odit, Angeli spernūt, Dæmò inhabitat, que

Can. 6.

Can. 7.

Psal. 90.

Iob. 40.

A uitijis enim date mentis nobilitas.

Anime subiecte uitijis infelicitas.

Quid post subiectionem carnis sub Spiritu agendum sit, ad Deiformem diuinam uitæ & assimilationem festinanti. Articulus XV.

Eccle. 6.

Originalis in finibus virtutis consistit.

Triplix illi via ad mentis puritatem peruenitur.

Eccle. 13.



Ipræsteris animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. In tribus, secundum præacta, consistebat originalis iustitia, in subiectione corporis sub anima, sensualisq; partis sub ratione, & rationis sub deo: id est, quoque triformi quoque eget itinere, qui ad mentis puritatem proficisci anhelat. Primum quidem iter, in præinducta iam carnis sub spiritu subiectione ritè reponitur. Porro in regulatione ac reformatione, in directione ac moderatione passionum, secunda vita sita censetur, quatenus animo nostro dominari discamus, nec ambulemus post illecebras sensus, & intellectualem demum appetitui sensualis prorsus appetitus subdatur, ne nos ira inflammet, ne rancor contorqueat, neque libido deturpet, ne formido pusillanimes, ne elatio præsumptuosos nos statuat, magis autè mites, amorosi, casti, securi humilesq; esse conemur. Vnde sapiens: Omne, inquit, desiderium prauum longè fac à me.

De nobilitate uictricis animæ, & item uilitate animæ, concupiscentijs passionibusq; subiectæ. Articulus XVI.

quæ Creatore non curas, immo offendis atque contemnis: quæ Saluatori ingrata es, & in criminibus foetes, passionibus langues ac sensualitati subijceris: in qua præterea tyrannica potestate malitia regnat, ira superëquitat: quæ demùm humanã ampliùs, quàm diuinam præsentiam veneraris ac metuis. Proinde ad tantam sæpè obdurationem cæcitatemq; prolabimur, vt de ipsa nostra interdùm rebellione lætemur, de animositate iactemus, prælaro in sullemus atq; dicamus: Quàm constanter illi restiti, quàm benè nõ parui, quàm audaçter respondi: existimabat quoniam ei me semper subijcerè, & ad eius imperium cuncta implerem: Non enim infelices attendimus, quoniam inobediendo, insultando, conuiciando, itemq; passionibus succumbendo, non alijs, sed nobis nocemus: sed non est vtiq; ita: Nã vniuscuiusque malum in suum redundat actorem: Suã quippe ligam maliloquus maculat, proprium cor detractor exulcerat, suæ mentis intelligentiam iracundus obnubilat, suamq; insuper animam inuidus rancoris veneno conspergit. Ideoque in medio fratrum positus, atq; in congregatione viuentes ea, quæ & nobis & alijs prosunt, sectari conemur: ne aliorum profectui vita nostra præiudicet, ne feruorem confratris tepor noster infrigidet, ne patientiam eius ira nostra extinguat, neque ipsius humilitatem nostra deprauet superbia, neque mentis suę decorem nostra inficiat commaculetq; immunditia. Enimuero felix certè anima, quæ in congregatione benè versando, multorum est gaudium, atque confratribus sanctitatis exemplum: cuius humilitas alterius confundit superbiã, cuius patientia consodaliū extinguit furorem, cuius mititas proximi iracundiam superat, cuius feruor inertiam alieni teporis exuscitat: quæ fratrem suum turbatum atque tentatum, mæstum itemq; afflictum ædificare consolariq; nouit. At verò vnum quoque certum est, quod Eusebius ille Emisenus fatetur, nimiumq; horrendum existit, & item incessanter pensandum: Quoniam nisi in claustris nostras quotidie circūcidamus & refecemus passioes, multo vtiq; hinc deteriores efficitur, quàm in seculo viuētēs extitimus, sic vt posteriora nostra prioribus fiant peiora. Heu quare negligimus? Cur vocationem nostram non semper adspicimus? Quamobrem velut tuti, & tanquàm si omnium euaserimus laqueos periculorum, viuimus, magis verò dormimus atque tepefcimus?

In congrega-
tionibus qui-
bus cuiq; ui-
uendum.

In seclum
missum.

3. Pet. 2.

De multiplici corporalium exercitationum, afflic-
tionum, caeremoniarum, ieiuniorum ac uigilia-
rum commodo atq; profectu. Articulus
Lus XVII.



Imilabo eum viro sapienti, qui edificauit domum suam supra petram. Vas electionis diuinus Paulus: Non est, inquit, prius quod spirituale, sed quod animale. Porro ieiuniorum multam esse virtutem, insinuans vniuersus Dei, atq; de durissimo demõnũ genere loquens: Hoc ait, genus Dæmoniorum, non nisi in ieiunio & oratione eijcitur. Et Daniel: Eram (inquit) in diebus illis lugens tribus hebdomatibus: panem desiderabilem non comedi: caro & vinum non introierunt in os meum, sed nec vnguento vsus sum: ideoq;, teste angelo, verba eius coram Altissimo commemorata sunt. Denique vates hic, & cum eo tres beatissimi atque de regia propagine illustriissimi pueri, Chaldaica lingua, Balthasar, Sidrach, Misach & Abdenago: Hebræa autem, Daniel, Ananias, Misachel & Azarias, & à regio cibo & vino spontè abstinentes, leguminibus verò & aqua vescentes, cælitus edoceri illustrariq; digni effecti sunt. Præterea quemadmodum exasperitate vestitus itemq; parsimonia victus sit laudatus à Christo Iohannes, Euangelii pandit. Itaque primus corporalium afflictionum fructus pro peccatis satisfactio perhibetur: Nempè in carne delicatos atq; transgressos, carne quoque torqueri & satisfacere par est. Ampliùs autem secunda eius utilitas, præparatio est hominis ad gratiam Creatoris. Dum enim deus pijsimus cernit nos, id quod in nobis est, fideliter profectui, ipse mox quod suum est donat, mentemque se cruciatũ illuminat. Tertia proinde utilitas plurimorum est futurorum malorum, cautela, impedimentum atq; abscisso: coërcent equidè carnis impetus passionumq; motus, carnis afflictio & vigilia sanctæ, & dum corpus attenuant, spiritum roborant. Quartus fructus est Christi imitatio, qui à natiuitatis suæ primordio corpori dura elegit. Quintus, amplior in futuro felicitas: si enim compatimur, & conregnabimus. At verò sexta utilitas proximorum ædificatio est: homo enim ea, quæ patent & desolus sunt, cernit, & inde ædificationem conquirat. Veruntamen sit in affligente se intentio sancta & humilitas vera, ne sui gloriam quaerat, nec inde superbiat, quod pro adipiscenda humilitate assumit. Septima demùm, nostrarũ est exauditiõ precum, & hoc iam præstatum est in Iudith

Math. 9.

1. Cor. 13.

Marc. 9.

Deut. 10.

Dani. 1.

Math. 23.

Mentem
cruciantem
Deus illuminat.

Rom. 8.

1. Reg. 17.

Math. 9.
Hist. 8.
Iudith 10

Iudith & Hester præsignatũ, quarũ sic Deus preces, præcelebratis ieiunijs, exaudiuit, vt per manum vnius Holofernem, per alterius verò instantiam Aman occideret. Insuper ostaua utilitas, nequissimorum est spiritũ fuga atque eiectio: celeriter quippe hunc Dæmonem pellimus, cuius concupiscentiæ vitiaque, quibus ipse præsidet, & ad quæ nos ferre satagit, efficaciter reluctamur. Certis namq; vitijs Dæmones certi præfunt, estq; eis singulis deputatum, ad quod iniquitatis facinus corda nostra inducant.

De his, qui frustratq; insipienter corporales
afflictiones exercitationesq; assumunt.
Articulus XVIII.



Xerce autem teipsum ad pietatem: nam corporalis quidem exercitatio ad modicũ utilis est: Pietas verò ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est & futuræ. Porro, quid sit pietas, audi Iob: Ecce, inquit, recedere à malo, ipsa est scientia, & cultus Dei est pietas. Denique, quæ ad modum colendus sit Deus, palàm: quoniam oratione & hymno, ipsiq; præsertim interioribus atque mentalibus actibus, quæ ad latram spectant. Deus enim spiritus est, & qui eum colunt, in spiritu colere par est: à Catone quoq; elegèter exprefsum est: Si Deus (ait) est animus, nobis vt carmina dicunt,

1. Tim. 4.

Iob. 23.

Iob. 4.

Cat.

Hic tibi præcipuè sit pura mente colendus. Pietas ergo in interioribus mentis actibus locanda, amarissimos passionũ aculeos toruososq; animæ impetus, atq; indispõtos motus ignorat, nec secũ esse permittit. Enimuero, qui venenatis iræ, furoris, tristitiæ itemq; rancoris, in quibus aliud prorsus non latet, nisi amaritudo amarissima, passionibus cõtabescit, qui luxuriæ æstibus furit, non vtiq; pius censendus est: qui verò his expers est, reformatas habens animæ affectiones, corq; mundatum, is vtiq; pius est. Itaque sine pietate huiusmodi corporalis exercitatio ad modicum confert, in se enim & sine habitudine ad pietatem, improficua valdè est. Veruntamen, quàm sit nedũ utilis, immo necessaria quoq; ad pietatè relata, paulò antè innouit. Quid est ergo charisime, quod sacris diuturnisq; vigilijs, abstinentijs multis, & cõsimilibus corporalibus obseruantijs fatigamus, ea verò, quæ imprimis atque potissimè Deus noster à nobis requirit, nec habemus, neq; fortiri enitimur: mætè videlicet puram, & in Dei obsequio

diligentem atque sollicitam? Interdiximus nobis seculi voluptates diuersas, carnales illecebras, variãque sensuales delicias: & nũc à sœdissimis ac pœnalisissimis detractionis indignationisq; passionibus abstinerere nec curamus neq; satagimus. Præterea, qui propter Christi amorem, ad relinquendos itemq; spernendos charissimos parentum vultus, vniuersos propinquos, ac sodales dilectos, agros & floridum cum omnibus suis concupiscentijs mundum inuicisti simi fuimus, iã ab exiguis causis, à parua iniuria, à modico verbo, à quotidianis atq; leuissimis istis negligentijs (quas qui non vitat paulatim defluit, & in grauiã incidit) vincimur, & velut effeminati succumbentes, confodimur. Erubescibilis certè & infelix prorsus conditio: nempe, qui maxima, immo cuncta reliquimus, pro vilium rerum appetitu molestissimas vberrim cõtentiones murmurationesq; mouemus, conturbantes alios propriamq; pacem lædentes, ob quam seruandam, cætera cuncta spernenda sunt: Et cur hoc, nisi quoniam adhuc interior manet inculta affectio, & cupido in extirpata? Ideoque gaudet super nos æmulus noster, ad hoc fugisse omnia cernens, vt nunc minima appetamus, atque propter vilia superemur. Omnia ergo hæc corporalia exterioraq; opera, ad interiorẽ reformationem indefinenter vertamus: alioqui inordinata erit conuersatio nostra, & qui à feruore incepiamus, in tepore consummabimur.

De debito solitudinis. Articulus
Lus XIX.



Onum est prestolari cũ silentio salutare Dei. Non sine causa homines fugientes ad solitudinis huius locũ cõuenimus. Nempè cur vtiq; solitudo insti-
tuta censetur, nisi vt nos ipsos plenius discuti-
tiamus, atque Deo omnipotenti puriori li-
berioriq; mente vacemus? Nouerimus itaq; hoc nos loco debere, vt propriam vitam in-
fatigabiliter attédamus, pensemus, diiudice-
mus, emendemus, atq; mundo serenoq; corde diuinis infigamur. Vnde Psalmographus: Vnam (inquit) petij à Domino, hanc requirã, vt inhabitem in domo Domini: Et cur, nisi vt videã, ait voluntatem Domini, quatenus scilicet, quæ placita sunt ei, agamus semper atq; fideliter? Nos ergo, nõ proximos iudicemus, increpemus, odiamus, discipline-
mus, lugeamus, recolentes præterita, præcauètes futura, cõsiderantes præsentia, quatenus tẽpora infructuose dilapsa recupere-
mus,

Exteriora o-
pera ad inter-
iorum refor-
mationè ver-
tenda.

Thren. 3.

Psal. 26.

Iohan. 8.

Heb. 12.

mus, presentia salubriter occupemus, item- que futura præordinantes, sine offensione curramus. Innuat tibi ò cellita, si tamen in telligis, ipsa cella te mundo huic mortuum atque sepultum, soli autem Christo viuenti esse debere. Enimverò, hoc, ni fallor, peculiariter nostræ vtique conuersationi at tinet, nil consolationis aut quietis in hac vi ta requirere, sed nec velle in præsentia bona recipere, magis verò honores respuere, sub iectiōe itemq; contemptu gaudere, pau- pertatem concupere, neque facultates dun taxat, sed cupidines in super ab intimis pel- lere. Non enim ad requiem, non ad domi- nandum deliciadumq; cellam ingredimur, immo ad pugnam atque agonem, & item vt propter Deum mortificemur tota die, ad e- remum proficiscimur. Porro ad eremum ve- nire, summæ quidem perfectionis extat ex- ordium: im perfectè autem negligenterque in ea viuere, summa æquè existit damnatio. Quid equidem prodest, si quietus locus cor- poraliter teneatur, in præcordijs verò in- quietudo versetur? quid demùm confert, si habitaculo in sit silentium, incolæ autem vi- tiorum tumultus & compugnantia passio- num, dum exteriora nostra ornat serenitas, interiora verò conturbat tempestas? Pericu- losa profus res est, damnationisq; plena, in cella segniter ac carnaliter viuere, torpere, nõ de die in diem proficere, nedùm nõ per singulos dies meritis merita, bonisq; bona coniungere: sed deficiendo à seruore ad te- pore, à spiritu ad carnem descendere: for- midandum quippe huic est, quod ait Altissi- mus: Non permanebit spiritus meus in ho- mine in æternum, quia caro est. Et denuò ad pigrum atque ingratum: Quomodo, ait, conuersus es in amaritudinem vitis alienæ? Itemque: Vtinam calidus eses aut frigidus: nunc autè quia tepidus es, incipiam te euo- mere de ore meo. Denique, quò in loco hoc plura atque ad proficiendum aptiora habemus media, eò vtique, si eisdem abutimur, amiora meremur tormenta. Id ergo pro- pheticum nostris semper infideat cordib? Indicabo, inquit, tibi, ò homo, quid sit bo- num, aut quid Dominus requirat à te: Vtiq; facere iudicium & iustitiam, & sollicitù am- bulare cum Deo tuo. Et Apostolus: Cum ti- more, ait, & tremore vestram salutem opera mini. Certissimè itaque elucescit, nil pro- fus prodesse, si mundum corporaliter qui- dem reliquimus, & eundè nihilominus per desideria praua atque carnalia, intra nos in- clusum tenemus. Non sunt enim fugiendæ Dei creaturæ, eò quòd creaturæ aut quasi

Ad pugnam agonemq; in gressus est re ligiosus.

Gen. 9. hier. 2.

apoc. 5.

Mich. 6.

philip. 2.

essentialiter malæ, sed quoniam in via Dei sunt nobis nociuæ: quòd si eius affectu qui dem coniungimur, quid penitus confert, quia loco ac corpore, & temporum quoque diuturnitate ab ipsis segregamur? Attenda- mus ergo vocationè nostram, & videamus quomodo dignè ambulemus secundū pro- fessionem, quam coram Deo multiq; testi- bus professi sumus.

De exercitijs & occupationibus, cellitis discretè sapientialiterq; in cellis prosequendis. Articulus XX.



Mnia autem honestè & secun- dum ordinem fiant in vobis. Quò natura entis simplicior est, eò quoque operatio eius indi- tinctor. Porro, cuius substantia composi- tor est, huius actio multiformior. Ideoque Dei benedicti, cuius vtique essentia est vni- tas pura, actio æterna est incommutabilis & ab agente in distinctè, atq; post hunc imma- terialium illorum ordinibus superiorum spirituum, quemadmodum est species sim- plex, sic & stabilis actio. Denique, humana natura omnibus vniuersis naturis composi- tor extat, quippe quæ cum cunctis commu- nicat, & quodammodo omnis creatura exi- stit, quemadmodi Prædicare, inqt, nõs Eua- gelium omni creaturæ, id est, homini. Elu- cescit igitur, quia hominis quoque vita & actio compositissima ac summè multiformis consistat. Singulæ nempe vires animæ suas alternatim atque vicissim operationes efflagit, connaturalesq; pro loco, causa & tempore actiones requirunt. Si quidem nunc operationibus potentiarum partis sensiti- uæ, nunc vegetatiuæ, nunc secundum locum motiuæ, nunc autem intellectiuæ insistere par est: & in his quidem ordo seruandus est, quatenus secundum rationis censuram atq; intellectiuæ partis exigentiæ cæterè cunctæ moderentur actiones. Itaque quoniam ani- mæ vires & actus multi diuersiq; sunt, & te- pora æquè distincta, temporibus aptanda sunt opera, singulisq; horis sunt exercitia debita danda, vt dum psallendi tempus est, psallamus: dum meditandi, meditemur: dū operandi, operemur: dum plangendi, plan- gamus: dum vigilandi, vigilemus: dum dor- miendi, dormiamus: dū surgendi, surgamus: dum vescendi, vescamur: dum egrediendi, e- grediamur: dum includendi, includamur: dum silendi, silcamus: dum profandi, esse- mur: dum disciplinandi, disciplinemus: dū orandi, oremus: dum lætandi, lætemur: dum

1. Cor. 14.

Mar. 6.

Singulis ho- ris debita ad da sunt exer- citia.

abstinendi; abstineamus. Hoc enim modo omnia nostra honestè ordinateque fiunt.

Que sint sacra dulcissima e cellæ opera. Articulus XXI.



Quemadmodum Aristoteles ait, finis per se appetibilis est: media verò ad finem, à fine in bonitate dependent, atque secundum fi- nis congruentiam venanda ordinandaque sunt. Porro in superioribus finis solitarij, eremi causa, cellæque ratio ac cellitæ sum- ma perfectio, pura ac excellentissima diui- næ imitatio vitæ, statutus est. Hæc demùm Deiformis imitatio, aliud prorsus censerì nequit, quàm diuinorum affectuosa stabilif- que contemplatio. Ea itaque opera, quæ ad hanc efficacius compendiosiusque perfe- ctionem deducunt, cellitæ exercitiæ perhi- bere oportet. Hæc verò bipartita opinor, quedam cunctis debita atque communia: ea videlicet, quæ solitariorum ordo, regula si- ue statuta indicunt, vt est horarum solutio, silentij tenor, ieiunij rigor, vigiliarum serua- tio, atque vestitus abiectio. His quoq; con- grua deputata sunt tempora, quæ præteriri nefas est de communi lege. Deniq; alia cel- læ opera spontanea sunt, singularia, atq; se- cundum vniuscuiusq; capacitatem, & item dispositionis modum singulis vbi, quando & quomodo expedit, applicanda atque do- nanda. Non enim cunctis cuncta conueni- unt, & sicut Dionysius asserit, quod vni est decor, alteri deformitas est: estque huic ci- bus, quod illi venenum. Sunt in super exer- citia hæc varia multumque distantia, studiū scilicet, lectio, scriptio, & extraordinaria itemque spontanea meditatio, atq; omnino prostratio, luctus, compunctio. Rursus, alia rudiora sunt ac minùs vtilia, vt est labor ma- nuum, horri cultura, ministerium frequens, hisq; conformia. In his ergo se quisque ex-erceat, quæ se ferre posse considerat, sibi que fructuosiora cognoscit, nec tamen vni sem- per operationi neq; nimis insistat, immo, quemadmodum Antonio angelus ipse osten- dit, nunc spiritualibus, nunc corporalibus va- cet. Veruntamen in corporalibus non vtiq; spiritualium obliuisci equum est, quoniam incessanter quippiam mentem custodiens, deuotionemque seruans, animo voluen- dum, ac cordi infigendum existit, quo duce ad Deum dirigatur spiritus, atque ad voca- tionis professionisque nostræ finem, ani- mæ reuehatur intuitus. Enimvero quidam, secundum Calsiani eloquium, ad hoc hunc

Cætera opera depiciat.

sibi assumunt versiculum: Deus, in adiuto- rium meum intende: Domine, ad adiuuan- dum me festina: Alij verò hunc: Illustra faci- em tuam super seruum tuum, saluum me fac secundum misericordiam tuam. Domine, non confundar, quoniam inuocaui te: aut simile quiddam, vt spiritus suggerit. Veruntamè ego interim hunc prælegi, atque vtiliorem mihi arbitratus sum: Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in vis- ceribus meis. Nempè quoties mente contur- bor aut distrahor, immudatè meditor, huc orans versiculum, vnde elapsus sum, quòd etiã me vertere debeã, protinus audio, moxq; aduerto. Præterè, qui Mariæ deuoti sunt, angelicam hoc modo salutationè, aut aliud de ea quippiam reuoluunt. Itaque, si ferre va- lemus, ea vberius agamus opera, hisq; inten- damus frequentius, quæ singulari nostro fi- ni viciniora sunt, mentisque munditiam am- plius alunt minusque dispergunt. Porro in- firmioribus rudiora propter recreationem indulta sunt: scribere tamen, nobile est mo- nachii inter corporalia opus, quatenus què lingua prædicare & docere nequimus, libris conscriptis legentes ædificemus, atq; prædi- candi eisdem materiã relinquamus: hoc sta- tuta nostra plenius pandunt.

Psal. 6. 17. 43.

Psal. 50.

De fructu dignitateq; studij. Arti- culus XXII.



Via tu repulisti scientiam, ego te re- puli, ait Deus sublimis, ne sacerdotio fungaris mihi. Et cur hoc vtiq; nisi quæadmodum idè ipse denuò asserit, am- plius scientiam Dei, quàm holocausta requirit? Itaque, quoniam omnis scriptura sacra diuinitus inspirata est, (fons enim sapientiæ, verbum Dei in excelso) palàm (ni fallor) in- notescit, quoniam dū studemus, verba Dei audimus atque percipimus: & scimus, quia cuius sermonem audimus, hic nos alloqui- tur. Ideoque Hieronymus atque Isidorus: Dum oramus, inquit, Deum alloquimur: dum autè studemus, nos Deus affatur. Nempè diuini (vt Dionysius falsus est) verba elo- quij, non vtique humano aliquando sensu allata sunt. Hinc equidem loquimini: sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Rursus que: Dabitur, ait, vobis in illa hora quid lo- quamini. Propterè dilectè, sacra scriptura, & item Catholicorum volumina, nedum frequenter, sed diligenter in super reueren- terque contuenda sunt atque legenda. E- nimverò, quis fidelis humilisque minister,

Ofec. 4.

Ofec. 6.

eccle. 12.

2. Pet. 12.

Matt. 10.

missam sibi ab illustri benignoque principe epistolam, vel segniter legat, aut demum vilipendam existimet? Nos ergo cur Orthodoxorum libros, qui aliud prorsus, quam Spiritus sancti epistolae censerit nequeunt, sic relinquimus? tam parum curamus? tam rard perlegimus? tam fastidiosè audimus? immo, studiosos quoque sepè arguimus, vel verè vel suspiciosè dicentes: Quia deficient, habebitque Studeo stultum in supino. Non habet (fatetur Poeta) scientia æmulum, nisi nescientem. Vtinam hi Christi aduertant amabilissimam simulq; sanctam atque tremendam sententiam: **Qui ex Deo** (inquit) est, verba Dei audit. Denique, quod mox iunxit, vehementius formidandum opinor: ait equidem: Propterea vos non auditis, quoniam ex Deo non estis. Summo ergo affectuosoque studio diuinis insistere libris par est: nihilominus in hoc vtiq; præsertim discretionis congruit moderamen seruare, atque quid ingenium capere sufferreque possit, sapienter pensare. Non enim singulorum ingenia æquè disposita sunt, aut certè eorundem capacia. Res laboriosissima, vt Auerrois dixit, est studium, fatigantque in eo (quemadmodum Alphorabius & Auicenna fatentur) potentia animæ sensitiuæ tam exteriores interioresequè, quam intellectiue. Veruutamen, quod labor poenaliior, eò fructus eximior. Attamen, vt reor, studioso atque Philosopho, hoc est, sapientia amatori, studium ipsum suauè laborque leuis. Habet nanque, secundum Aristotelem, Philosophia, & item, secundum Theologum Dionysium, Theologia admirabiles sibi atque synceras delectationes admixtas: nec ignoramus, quia delectatio tenet, itemque confortat operantem in opere. At verò per intellectum à brutis sciungimur, atque cum supermundanis (vt Damascenus induxit) animis communicamus. **Iob nempè:** Erudit (inquit) nos super volatilia cæli & bestias terræ. Si quidem à ratione, quæ in nobis intellectus est, speciem formatur. Porro scientia, intellectus decor est atque perfectio: scientia verò per studium adipiscitur. Ideo si ritè concludo, per scientia adeptio nem angelici sumus, bestialesque esse desinimus: est ergo scientia vehementer amabilis, denique, qui de illustribus viris conscribunt, eos duntaxat, qui libros quoque ediderunt, annuerant, tanq; scientia illustres cõstituat. Veruntamè in humilitate fundada est ac charitate formanda. Deniq; studij fructum in sinuans sacer Hieronymus: Ama, inquit, studia scri-

pturarum, & celeriter tibi vilescunt gaudia carnis. Noui diuinorum studium diligens atque intentum, ab exterioribus atq; mundanis delicijs, delectationibus quoque carnalibus animam vehementer abstrahere: sicq; in super in se repentè studiosum afficere, vt à studio cessare ac surgere, atque ad cibum siue colloquium reliquaq; naturæ necessitudines proficisci, ingens sit mentis afflictio. Adhuc autem, quemadmodum Daniel ait: Qui multos erudiunt, vel verbo vel scripto ad iustitiam, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates. Vnde sponsa in Canticis sponsum affari exorta: Apprehendam te, inquit, & ducam in domum matris meæ, ibi me docebis. Omnino ergo intendamus studio sancto. Omnis enim scientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante omne æuum. Et sicut in libro Causarum scriptum recorder: Causa prima creat scientias. Præterea certis ingenijs certa sunt studia apta. Sed & naturales atq; Philosophici libri, maximè autem Platonis, eiusq; sequacium, non omnibus profunt, neque legendi sunt, veruntamen ei, qui discreti ingenij est, non mediocriter conferunt, si ordinatè legantur. Cõformis quippe est habitudo scientiarum & rerum: ideocq; quemadmodum Creatori seruit natura, sic Theosophie naturalis scientia. Porro contèplatio ordinis naturæque rerum, vt Hugo Richardusq; aiunt, ad diuinitatis speculationem scala est siue accessus. Inuisibilia nanq; Dei per visibilem mundum diuinitatis speculationem scala est siue accessus. Inuisibilia nanq; Dei per visibilem mundum diuinitatis speculationem scala est siue accessus. Inuisibilia nanq; Dei per visibilem mundum diuinitatis speculationem scala est siue accessus.

Ne operi manuum immoderatè insistamus.
 Articulus XXXIII.

DE iniquis fari orsus Psalmographus: In labore, inquit, hominum non sunt, & cum hominibus nõ flagellabuntur: quod quàm damnosum sit mox pandit: deo, inquit, tenuit eos superbia, operati sunt iniquitate & impietate sua. Quo contrà de laborante idem ipse loquens denuò: Labores, ait, manuum tuarum quia maudicabis, beatus es & benè tibi erit. Porro Apostolus: Qui non laborat, ait, nõ manducet: Sed dicit quispiã: Nũquid manũ labor eatenus necessarius cõsensus est, vt sine eo nõ sit nobis reposita salus, quoniam tam terribiliter intonat Apostolica tuba voxque Prophetica? Respondendum autem diuini illud mandatũ Apostoli, non vtiq;

vtiq; omnibus traditum, sed his præsertim, de quibus adiunxit ipse: Audiuimus, inquit, quosdam inter vos ambulantes inquietè, nihil operantes, sed curiosè agentes. Porro, euangelizanti de Euangelio sustentari licere, Christus insinuat: Nempè qui altario deseruiit, de altario vtiq; viuũt. Ideoque rursus Apostolus parum esse designans, illorum corporalibus participare, quib; ipsi spiritualia nostra communicamus: Magnũ, ait, est, si vobis spiritualia seminauim; quia corporalia vestra metimus? Et nos igitur, qui diuinis intendimus, atq; spiritualibus mancipati existimus, eorũ sine periculo itèque dispendio elemofynis vescimur, pro quorũ salute spiritualia fideliter efficaciterque exequimur. Deniq; labor hominum multiplex est: Est equidem labor mechanicus, & est denud labor pœnitentialis atq; diuinus: qui autem in horũ neutro consistit, non vtiq; gratiæ Dei consors est, neque salutis est particeps, quemadmodum hi, qui in diuitijs affluunt, in delicijs viuunt, libidini seruiunt, otio vacant: & quanquam his labor dolorq; immixti sunt, vt de seipsis peccatores in nouissimo die (scriptura teste) fassuri sunt: Ambulauius vias difficiles: itemque: Lassati sumus in via iniquitatis: nihilo minus quia hæ ipsi viæ amplius placent, delectabilesq; existit: quippe qui Deo dicunt: Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolimus: & qui in super gloriantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis: propterea qui eis inheret, hos otio ludocq; vacare profantur, hæ miseri sunt, & miserabiles nimis. Procedit nanq; tanquam ex adipe iniquitas eorũ, transeuntq; in affectũ cordis. Etenim cum securitate & absq; vilo pauore peccantes, offendunt: non enim est timor Dei ante oculos eorum. Enimuerò, cum sit exterior labor propter interiorẽ profectum, quemadmodum mulier propter virum, sic manuum sæpe labori, dum oportet, vacandum, ne mentis quieti siue feruori repugnet, neq; eos minuat, tollat aut lædat. Sed in hac re sunt, qui indiscretè valdè se habent, quippe qui in debitis & ad diuina deputatis temporibus se manualiter occupant vbertim ante Missam, interdum post vespas, & interdum nec tunc operari desistunt, dum pro horis dicendis pulsus auditor: ad quod ob id eos hostis discretionis inflammat, quatenus postmodum diuinis tepidè intersint, phantalsi voluantur, fatione lassescant, debitumque Dei obsequium indeuotè atque celeriter soluant. Vnde à spiritualibus nunquam in corpora-

lia vel lógè, aut certè in toto animo abeat; quinimò sic ab illis ad ista descendat, vt ad ea defacili redire affuecat, taliterque demum illis se mutuet, vt istis pro viribus incessanter adhæreat, neq; spiritualia agens; ad exteriora festinet, necin eis se prorsus effundat: amplius verò à manualibus ad interna accelleret, atque in ipsis tanquam in his, quæ propter se appetibilia perhibetur, stabiliri festinet.

Vt non iudicemus nec indignemur, sed nec damnemus neq; spernamus. Ars titulus XXXIII.

Vnquid tu, qui contempis, ipse nõ contèneris? ait sanctus. Nempè qui spernit fratrem suum, odibilis est. Exigit (ni fallor) solitaria à nobis mansionis proprietas atque statutum, vt suisq; vnusquisque solertem, vnicamq; custodiam habeat, se solum discipulat, iudicet, damnet, neq; impunitum relinquat. Manè, inquirat, quemadmodum nocturnum tempus exegerit, qua alacritate diuina persoluerit: & item qualiter instantem diem fructuosè decurrat, sapienter instituat. Denique, vespere contuendum, quomodo dies ipse defluxit, quid agendorũ omisum, quid etiam omittendorum commissum, quid profecerit, quantumcunq; proficere potuerit, sed neglexit, atque aduenienti se nocti præparet. Hoc vtiq; modo Arsenium vixisse agnouimus. Et scimus, quia si quis ita sese instituens ordinet, ibit continè de virtute in virtutem, videbitq; in super Deum Deorũ in Sion. Itaque, si cæteri quoque alios iudicare, damnare, vilipendere & indignari prohibentur: quantum amplius nos, quos potissimè misericordes & mites, circumspectos & humiles, patientes & amantes esse oportet? Enimuerò, quod frequentius itemq; sollicitius nos alios iudicare & item cætera iam nominata sacra vetat scriptura, eò vtiq; ei obedire salubrius est, atque non parere perniciosius. Aduertendum ergo paulisper, quoties atq; à quonam iudicare & damnare vetemur: nempè Vnigenitus Dei: Nolite, inquit, iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & nõ condemna bini. Denique indignari atq; cõtemnere prohibens: Qui irascitur, ait, fratri suo sine causa, reus erit concilio: qui verò dixerit ei, si bauidiendũ, sine causa, nacha, hoc est, indignatis animi verbum, reus erit iudicio: qui autè dixerit, sine causa vtiq;

Ioban. 8.

Diuersorum diuersa sunt ingenia.

Iob. 35.

Hieronymus

1. Cor. 9.

1. Cor. 9.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

exterior labor propter interiorẽ profectum quietè adiuuandus.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

§44.

D. DIONYSII CARTHUSIANI

fatue, quod ad contemptum pertinet, reus erit ignis gehennæ. Quàm vbertim præterea nos iudicare vas electionis diuinus Apostolus prohibet: Siquidem in Epistola ad Romanos, non longè ab exordio terribiliter ait: Propter quod inexcusabilis es ò homo omnis, qui iudicas: quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas. Et post pauca: Existimas, inquit, hoc ò homo omnis, qui iudicas eos, qui talia agunt, & facies ea, quia tu effugies iudicium Dei? At verò circa eiusdem Epistolæ finem ita asserit: Qui manducat, non manducantem non spernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet. Tu enim quis es, qui iudicas alienum seruum? suo domino stat aut cadit. Rursusque post modica: ru, ait, quid iudicas aut spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi, & vnusquisque pro se rationem reddet: non ergo amplius inuicem iudicemus, sed quemadmodum hortatur Apostolus: Hoc potius iudicemus, ne ponamus offendiculum fratribus aut scâdalum. Elucescit, opinor, ex superbia temerarium emanare iudicium. Ideoq; quoniam in Epistola ad Romanos contra superbiam præsertim disputare intendit sanctus Apostolus, ob id in hac ipsa Epistola tam dire iudicare prohibet, quod nihilominus alibi quoque effecit. Siquidem in prima ad Corinthios: Nolite, ait, ante tempus iudicare, quoad usque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Igitur dum peccantem cernimus fratrem, non mox iudicâtes damnemus neque spernamus: quin potius quid dicat Apostolus, reminiscens, impleamus sic: Fratres, inquit, etsi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu teneris. Igitur ad mutuam tolerantiam fraternamque compassionem nos hortans, atque in hoc ipso perfectionis plenitudinem statués facer Apostolus: Alter, inquit, alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Amplius, quemadmodum Augustinus disse ruit: Duo sunt, in quibus iudicium vitare debemus: dum videlicet, quo animo res gesta est, ignoramus: & qualis, qui excessit, sit futurus, nescimus. Vnde quoniam hoc nobis semper ignotum est, qualis qui spiam erit, nunquam personam iudicare absolute debemus, quippe quam omni momento potest omnipotens clemensq; Deus secretè conuertere atque mundare. Cæterum, actum nonnunquam, dum utique certum est, quo

animo factus sit, vel si talis est, qui ex proprio genere malus censetur, iudicare nihil prohibet: non itaq; idem est, iudicare actum, & iudicare personam. Qui sic cum proximo suo se habet, illum scilicet non iudicans, vilipendens, damnans, nec ei indignans, sed se semper considerans, spernens atque condemnans, is utique cum eo serendè stat, & se ab eo sapienter custodit. Sed quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua, & mirabiliora utique quam Moses a-
Exod. 14.
 quas diuidens, aut Helias mortuum suscitans, vel Petrus vmbra sua languidos sanans: magna nanque est perfectio ista, neq; subito aut certè defacili eam sortiri valeamus: siquidem, quemadmodum Patrum, nescio quis, dixit: Nisi posuerit homo in corde suo, quia ego solus & Deus sumus in hoc mundo, ad huius verbi mensuram conscendere nequit. Denique, abbas Moses: Nisi posuerit, ait, homo in corde suo, quia iam tres annos habeat in monumento, perfectionem hanc non contingeret: nihilominus, quia possibilis est, ad eam indefesse curamus, & quamuis eam nos apprehensuros vix confidamus, ei tamen vtcumq; propinquare præclarè putemus. Porro modus propinquandi, immo & pertingendi hic est, què & in vitispatrum docemur: Anima nanque mea atque consfratris mei anima, duæ quædam res sunt ac duæ imagines: igitur si propriam animam conspiciam, eiusq; peccata, insufficiantiam, pigritiam, ingratitude, pericula & vilitatè verè & indefinenter contempler, ipse mihi scetebo, itemque vilescam, nec proximi culpas videbo, neque eum despiciam, quin potius ipse circa me anxius ero atque sollicitus, & iustificabitur in conspectu meo etiam ipse iniustus. Ritè recteq; ad huius proficisceretur altitudinis arcem perfectionisq; culmen, qui ab Abbate Pastore interrogatus, vnde hanc formam perfectionum adeptus, quia nullius se rei, in cœnobio contingentis, medium face ret, neq; de alijs se immisceret, respondit: Ex quo in monasterio sui, posui in corde meo, quoniam ego & alius vnus sumus. Præterea & alter, de quo Cassianus conscripsit, sentia dum ab eo quidam sciscitaretur, quomodo tam patienter ciecctionem sui à refectorio mensaque fratrum ferre potuisset, respondens: Fixi, inquit, in animo meo, quia canis & ego vnus sumus. O beata rusticitas, ò sancta simplicitas. Non hanc didicit egregius Plato, nec Aristoteles Græcorum sapientissimus. Hanc certè didicisse scireq; mallet, quàm Aristote-

ROM. 2.

ROM. 14.

1. Cor. 14.

Galat. 6.

Ibidem.

Augustinus.

lis Physicam, omnemq; Philosophiam inane actumentem scientiam.

Nec nos ipsos aliquid esse opinemur, neq; in propria confidamus iustitia, sed timeamus atq; confratribus nos inferiores arbitremur.

Articulus XXXV.



Nre diem festum Paschæ, volens Vnigenitus Dei hominem salubriter instituire, veram perfectamque humilitatem & opere & verbo edocuit. Siquidem postquam lauisset pedes discipulorum, inter cætera hoc quoque dixit: Qui maior est in vobis, fiat tanquam minor: & qui præcessor est, sicut ministrator. Præterea Sapiens: Quando, inquit, maior es, humilia te in omnibus. Scientes ergo, quoniam non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, tanquam ex nobis, nihil habemus quod non accepimus: & denuò, quoniam nisi Deo conseruante nos, nec in bono stare, ne in momento quidem valeamus, humiliemur sub potèti manu Dei, simulq; formidantes, sollicitè ambulemus, nescientes an amore digni simus an odio, neque quo vtiq; modo consummabimur, agnoscentes. Denique, Apostolicum illud pensantes: Qui se putat aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit: iuxta sancti Apostoli sapientiale consilium, honore inuicem præueniamus, arbitantes nobis alios meliores: propria nanque peccata atque defectus certius clariusque intuemur, quàm fratrum. Palàm prorsus est, quoniam quòd nos ipsos profundius discutimus, pleniusque agnoscimus, eò aliorum imperfectum minus attendimus: immo nec si quod est videmus, & si videmus, comparatione propriæ iniquitatis, velut nihilum reputamus. Hoc quippe modo se sapientissimus Paulus conspexit: Venit, inquit, Iesus peccatores saluos facere, quorum ego primus sum. Veruntamen sunt, quorum obtinebratus est oculus mentis, in suis duntaxat cellis solem illum, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, lucere putantes, sibi que vel solium, aut certè præsertim serenitatem adesse imaginantes: Sed non sic charissime, nõ sic, quin potius dum nobis gratiam infundis sentimus, id magis pensemus atq; dicamus: Quia si Deus ille pijsimus, qui vtiq; propè est omnibus inuocantibus eum, cum nobis tam indignis tamque ingratis sic clementer gratioseque agit, quantò amplius cum alijs, quos nobis meliores ritè censemus? Semper itaque sermonis sancti patris nostri Abbatis

Pastoris reminiscamur, ait equidem: Debet tam incessanter monachus humilitatem & timorem recolere, quàm indeficienter necesse est anhelitum ipsam retrahere. Et alius Patrum: Hæc est, inquit, humilitas vera, vt sub irrationabilibus quoque rebus humilitemus nos ipsos, et reuerà hoc meritò implere tenemur, quippe qui nos toties omnipotentem Deum, Creatorem ac Saluatorem nostrum inhonorasse, offendisse, spreuisseque scimus. Vnde & Aristoteles ait: Quia homo bestialiter viuens, brutis decies millicies deterior est. Grata Deo res extat humilitas, quàm is celeriter possidet, qui sibi nil boni adscribit: ideoque David vir secundum cor Dei: Ero, inquit, humilis, id est, vilis & modicus in oculis meis. Rursusque: Ego, ait, sum vir pauper & tenuis.

De custodia cellæ, & quàm difficulter sit egrediendum ex ea. Articulus XXXVI.



Onum est prætolari cum silentio salutare Dei. Aeger, qui valedudinarium suum nondum sanatus egreditur, mox vehementiorem languorem incurrit: sed & fugitiuus, qui confugij sui locum vbertim relinquit, confestim utique perit & capitur. Valetudinarium tuum, ò peccator, est cella. Denique ad eam, mundum deserens, confugisti, perseuera ergo in ea, alioqui, quod in secreto studiose congregasti, in publico repente disperges, neque valebis mentem vni vero stabilique bono infigere, si corpus à mobilitate & cursu nequeas cohibere. Enimvero multa prorsus foris occurrunt, quæ syncre mentis custodia atque puritatis internæ impeditiua consistunt: ideoq; dum pro causa & tempore egredi par est, custodiendi sunt sensus frenandaque lingua, & cordi diuinorum quippiam, vt Climacus ait, impri-

1. Reg. 11.

1. Reg. 11.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

2. Reg. 6.

2. Reg. 6.

Thren. 3.

Climacus.

Bernardus.

tur, atq; completitur. Denique, reprobam tanquam abortivum euomit cella, eod quod ipsum capere nequeat celum. Igitur intus in tabernaculo Domini, atque in presentia vultus eius libenter cum solo Deo solifistamus, cum Sancto dicentes: Secretum meum mihi: Alioqui multitudinem diuinæ dulcedinis nusquam gustabimus. Etenim cum dixisset Psalmographus: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine: quibus ipsa gustanda præstetur, in sinuans: Perfecisti, inquit, eis, qui sperant in te, in cōspectu filiorum hominum: locum demum degustationis demonstras: Abscondes, ait, eos in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum. Proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum.

De silentio & forma loquendi.
Articulus XXXVII.



Icut vrbs patens & absque muro tanquam abortivum euomit cella, eod quod ipsum capere nequeat celum. Igitur intus in tabernaculo Domini, atque in presentia vultus eius libenter cum solo Deo solifistamus, cum Sancto dicentes: Secretum meum mihi: Alioqui multitudinem diuinæ dulcedinis nusquam gustabimus. Etenim cum dixisset Psalmographus: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine: quibus ipsa gustanda præstetur, in sinuans: Perfecisti, inquit, eis, qui sperant in te, in cōspectu filiorum hominum: locum demum degustationis demonstras: Abscondes, ait, eos in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum. Proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum.

quis audeat: nempe is solus non utiq; ad illicita cadit, qui se etiã à licitis cautè discreteq; cohibet: etenim hoc modo, quemadmodum Augustinus ait, dominus omne iuramentum prohibuit, non quia iurare semper malum sit, sed ne per liciti assiduitatem iuramenti, ad illicitam demum iuratiõem labamur: sic à bonis quoq; interdum propter obedientiam filere par est. Vnde Psalmista: Obmutui, inq; & humiliatus sum, & filii à bonis. Rursusq; precatur: Pone Domine custodiã ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis. Porro si sic interdum à licitis, semperq; ab otiosis est lingua frenanda sermonibus, quantò magis à detractione, mendacio atque periurio, maledictio, impudico, prouocatio, nociuoq; verbo eam prorsus coercere oportet? Prætèrà, vitæ beatitudinem in linguæ custodia constituit Duid, Quis est, ait, homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua, ne loquantur dolum. Elucescit itaque, magnam nimis itemq; vehementer proficiam silentij esse virtutem, nec minùs graue perniciosumq; censendum, quod nonnulli huius professores virtutis, tam incusdoditi, tamq; leues atq; procliuës ad loquendum existunt, quippe qui defacili & sine necessitate pauca verba etiam nedum interdum, sed vbertim pronunciant, non se silentium propterèà frangere recensentes, quoniam verba pauca sunt, cum tamen omnis perfecta oratio illicitè prolata, silentio derogat. Deniq; est ipsum interdum peccatum veniale sit, vsus tamen eius mortalis efficitur: ideoq; satis formidandum est eis, qui sic susurrare & pauca loqui sine licentia & necessitate assuescant. Manifestum opinor, quoniam quod quisquam internæ munditiæ ardentior extat zelator, eod linguæ moderatior esse satagit. Si quidem, qui custodit linguam suam, custodit animam suam. Hinc nanq; tria potissimum, linguam scilicet, visum & ventrem, pro mètis puritate seruanda, refrenanda, seniores illi sanctissimi falsi sunt. Palàm est equidem, omnem mentis internam sanctamq; collectionem, spiritualem singularemq; gratiam atq; ipsius in Deo mentis fixationè, nullo penè tam repètè dispèrgi, exanimari ac perdi, quemadmodum loquacitate & immoderamine linguæ. Quoniam qui multis vitur verbis, vt Sapiens ait, ledit animam suam. Et idem ipse denuò: Est, inquit, tacens, qui inuenitur sapiens: & est odibilis, qui procax est loquendum. Et post pauca: Sapiens, ait, in verbis seipsum amabilem facit.

cit. Ideoq; quemadmodum scimus & vitina sciendo sequamur, Patres nostri, à quibus ordo noster institutiõis suæ est sortitus originem, linguæ continentissimi erant. Enimuerò, vt legimus, Abbas Agathon tribus in ore annis lapidem gessit, quatenus silentiũ didiceret. Et Abbas Pambo, cum accedente eum Episcopo, rogaretur à fratribus edificacionis eloqui verbum: Si non edificatur, inquit, in silentio meo, non edificabitur in eloquio meo. Porro Abbas Macarius, cum ecclesiam egredientibus diceret fratribus: Fugite fratres: illique vicissim sciscitarentur: Quid fugiemus Pater? digitum mox ille ori superponens: Hoc est, ait, quod fugiendum contestor. Denique, Senior cum ad Antonium cum fratribus sibi ignotis, atque inter se varia, prout materia se obtulit, narrantibus, nauigio terraq; venisset, dixissetq; ei Antonius: Bonos itineris tui inuenisti comites Abba? respondens ille: Boni, inquit, sunt, sed stabulum eorum otio caret: quicunque enim vult, ingreditur & soluit asinum. Sunt ergo præterèà in loquutione, quemadmodum in aliarum quoque actibus virtutum, certæ circumstantiæ conditionesq; tenendæ: nempe, qui sermonem suum perfectè discreteq; dirigit, & verã loquendi formam obseruat, quandoque (ni fallor) attendit, vtputã quid loquatur, quo tempore, quo loco, cui & quomodo. Ea equidem que mentem custodiunt, feruorem inflammant, gratiam alunt, salutique conferunt, loquenda consistunt: quæ verò mentem resoluunt, corq; intimatorum efficiunt, prorsus vitanda sunt. Corrumput enim bonos mores colloquia praua. Et beatus Benedictus: Verba, inquit, scurrilia atque in risum mouentia, perpetuo anathemate vbiq; damnamus. Vnde Apostolus: Sermo, ait, vester semper sit in gratia sale conditus. Denique tempus est loquendi, & item tempus tacendi. Sed & alia demum loca colloquio, atque silentio alia concessa censentur. Insuper, cui loquimur, ad spicere par est: aptandus est enim sermo capacitati, statui, dispositioni & profectui audientis. Si quoque coram maioribus sumus, est seruanda modestia, quemadmodum scriptum est: In medio seniorum ne adicias loqui. Et rursus Sapiens: In auribus, inquit, insipientium ne loquaris, ne fortè despiciant doctrinam eloqui tui. Porro concedens sonus, gestusque compositus in loquutione seruatur. Sed sunt, qui se instar aque effundunt, nec tempus nec causam expectant: & interdum neque tunc filere queunt, cum se vel non audiri, vel nõ curari ad-

uertunt, quo contra edocet Sapiens: Priusquam audias, ne respondeas verbum. Et de nudo: Sapiens tacebit vsque ad tempus: stultus autem & imprudens non feruabit tempus. Rursusq;: Vbi non est auditus, non confundas sermonem: qui enim ad loquendum velox est, non erit sapiens. Est autem virtus magna resque amabilis, vt sit sermo dulcis & homo affabilis. Vnde Sapiens: Nonne, ait, ardorem refrigerabit ros? sic & verbum melius quam datum. Etenim, vt Macarius factus est, Verbum mansuetum atque suauis, etiam duos mollificat, conuertit & corrigit: amarus verò asperque sermo, bonos quoq; interdum conturbat.

De solitudine fructuosa atque felici.
Articulus XXXVIII.



Vcam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Est solitudo quædam sterilis & infelix, bestialis itemq; pœnalis, ea utiq; cui Deus non adest, dum videlicet mens ipsa Deo non extat intenta, neque diuinis occupata, sed sensualiter viuens, pigra tepidaq; consistens. Enimuerò, quemadmodum ab Aristotele dictum est, inest nobis quoddam diuinum, quod non aliud, nisi insignitam animæ nostræ summæ Trinitatis imaginem reor: consistit autem, imago hæc in intellectu, voluntate atque memoria. Porro, intellectus decor, actus & perfectio, diuinorum est contemplatio: voluntatis verò, eorundè amor, complexus & affectio: memoriæ demum, his insigi hisque stabiliri. Igitur dum homo taliter viuitt, sicque in solitudine degit, verè solitarius ritè censetur, nec penitus solus est, quippe qui cum illo est, qui est omnè bonum, huius solitudo felix est atq; iucunda. Vera nanque solitudo est, cor à solitudine exteriorique occupatione, & item ab omni demum carnali delectatione abstracta, quatenus se totum possit homo Creatori vniri, omnesq; suas affectiones, motus & actus in ipsum ordinare atque reducere. Denique, qui non sic in solitudine permanet, sed vago instabiliq; animo per creaturas discurret, & in earum operationibus virium, quæ nobis brutisq; communes sunt, occupatur ac perseuerat, miser est & miserabiliter solus. Innotescit (opinor) ex his, quam congruenter Aristoteles disseruerit: Homo solus, aut est Deus, aut bestia. Quoniam etenim homo naturaliter animal est sociale atque politicum, constat solitariè

Es. 24.

Ps. 21.

Proverb. 25.

Iac. 3.

Iac. 3.

Matth. 23.

Iacob. 3.

Eccle. 23.

Augustinus.

Ps. 33.

Ps. 141.

Ps. 37.

Proverb. 10.

lingua quam tam continet...

in loquendo circumstantie obferuanda...

1. Cor. 15.

Coloss. 4.

Eccl. 3.

Eccl. 11.

Proverb. 23.

Eccle. 17.

Proverb. 31.

Eccle. 32.

Eccle. 2.

Es. 2.

Solitudo sterilis & infelix que.

Solitudo fructuosa & felix.

Aristoteles.

viuentem, non propriè dici hominem, sed vel supra hominem, si intellectualiter viuit, vel infra, si carnaliter. Est itaq; vel Deus vel bestia, non per veritatem naturæ, sed propter imaginem participationemq; vitæ. Omnis enim natura (vt Boëthius ait) in id quodammodo transformatur, eiusque nomen restè sortitur, cuius proprietatem imitatur & actum. Denique, cum sint solitaria vitæ multa pericula, quemadmodum scriptum est: Væ soli, quia si ceciderit, non habet subleuantem: propterea sapientissimi viri ordinem statuerunt, inter vitam prorsus solitariam cœnobiticamque conuersationem, medium, vtputà de vtriusq; perfectione aliquid complectentem, & ad vtriusque finalem vitæ perfectionem adipiscendam, discretissimè moderatum ac eminèter idoneum: huius nos sacri ordinis professores factos lætamur, detq; Altissimus, vt efficaces in super operatores inueniamur.

De laude solitudinis & cellæ, ex uerbis (ut fertur) sancti Basilij. Articulus XXXIX.

Nam pulchra tabernacula tua Iacob, tentoria tua Israel, vt valles memorosæ, vt horri iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit Deus: moriatur anima mea morte solitariorum. O vita eremitica, vita angelica, viuarium animarum, exedra gemmarum cœlestium, spiritualium curia senatorum, odor tuus cunctorum aromatum fragrantiam superat: quicquid de te dicitur, dignitati tuæ non equatur, quoniam lingua carnis nullatenus exprimere sufficit, quod de te spiritus inuisibiliter sentit. Qui te nouerunt, te diligunt: & qui te gustauerunt, præconia tua concinunt: tu areola aromatum, fons hortorum, ac malum Punicum: tu quamquam inexpertis aut incipientibus forinsecus videaris amara, gustantibus tamen, quod intrinsecus latet, dulcissima es atque amœna. Bonum porro est viro, quom portauerit te ab adolescentia sua. Tu castra Dei, tu turris David, ædificata cum propugnaculis. Mille clypei pendet ex te, omnis armatura fortium. Tu campus diuini prælij, spiritualis area belli, angelorum spectaculum, palestra fortiter dimicantium. O cella mors vitiorum, fomentum virtutum: tu caminus ille Chaldaicus, vbi sancti pueri furentis incendij vires oratiõibus repræmunt, ardoreque fidei crepitantium contra se flammaram globos extinguunt: tu cœlestis doctrinæ schola, artiumque diui

narum disciplina. Denique, tu paradisi deliciarum, vbi rosè charitatis igneo rubore flammascunt, liliaque castitatis niueo splendore candescunt, & ipsius demum humilitatis violæ, dum imis contentæ sunt, nullis flatibus impelluntur. Tu insuper fornax, in qua summi Regis vasa formantur, & ad perpetuum nitorem malleo penitentia percussa ducuntur. Cella præterea illa est scala Iacob, quæ hominem vehit ad cœlum, angelosque ad humanum deponit auxilium atque colloquium. Est nempe cella conciliabulum Dei & hominum, secretarium in carne degentium & spirituum supernorum, Dei quoque & hominis arcanum colloquium. Quam pulchra rerum species, cum frater in cella constitutus, nocturnas peragit psalmodias, & quasi pro diuinis castris militares custodit excubias: contemplatur in cœlum cursus siderum, decurrit etiam per os eius ordo Psalmorum. Præterea, cella instrumentum est, vbi pretiosi viuicque lapides poliuntur, quatenus in structura templi cœlestis postmodum sine vllo cudentis sonitu disponantur. Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui, si non proposuero te in principio lætitiæ meæ, ò nobilis sancta quæ mansio. Tu requies mea in seculum seculi, inhabitabo te, quoniam elegi te. Quam pulchra es & quam decora, charissima in delictis. O vita solitaria, vita felix & sancta, vita diuina & libera, vita pura atque angelicata: tu splendor animæ, amica sapientia, ornamentum Ecclesiæ, plenitudo gratiæ, consummatio perfectionis, custosque quietis & pacis. Te lex attollit, te Propheta miratur, vniuersique in super, qui verè culmen perfectionis apicemque munditiæ sortiti sunt, tuum agnoscunt præconium. Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritus meus in præcordijs meis sitiuit in te. Nomen tuum & memoriale tuum in desiderio anime meæ.

De laude solitariae uitæ, ex illustrium dignitate uiuorum, qui eam coluerunt. Articulus XXX.

In solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in caernis terræ, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. Si ab exordio quis ritè reuoluat atque meminert, hoc (ni fallor) adspiciet, omnia penè diuina secreta, non in turba siue frequentia, sed in solitudine atque in abdito Dei esse amicis ostensa. Nempe, hinc terram natalem Abraham egrediens, dum solus cum Do-

Domino in agro consistit, nascitur pollicitationem filij, possidendæque terræ, regalibus propaginis, & item innumerabiliter multiplicandi seminis cœlitus adeptus est. Denique hinc in agrum Isaac, vt meditetur, introijt. Iacob dum solus est, cum angelo luctans, Dominumque facierendus videns, benedictionem & item nominis in dignius transfusionem sortitur: sed & in agro dormiens, scalam in cœlos protensam, Dominum quoque scalæ innixum prospiciens, angelos etiam ascendentes descendentesque contemplans, plus modico tempore consequutus est solus, quam multo comitatus. Denique, quid montana illa solitudo. Mosis contulerit, lex suscepta radianisque vultus, interiorum designans gratiæ lucem, palam insinuauit. Insuper, dum Samuel solus quiescit, tertio vocatus à domino, arcana diuinitus audit. Sed & vir secundum cor Dei: Ecce, inquit, elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Præterea, Helias currus Israel & quadriga eius, comparque magistro discipulus Helisæus, nonne in monte Carmeli itemque alibi, solitaria atque eremitica iecere primordia fundamētāque vitæ? Iohannes quoque, Baptista, quo post Christum in viris, & post vnam, neque in feminis maior surrexit, veteris nouæque legis horizon, nedum sanctificatus, sed & spiritu sancto in vtero matris repletus, nonne antra deserti, teneris sub annis ciuium turmas fugiens, ne vel leui vitam pollueret labex, expetijt? Præterea, Christi iam recentem ex superpurissima virgine nati, superni dani præcones, nonne primordialiter pastoribus in agro, in nocturnis vigilantiis tenebris, Regis Messia ortum enuntiant? Sed & magni consilij angelus, Christus Dei benedicti, qui venit implere omnem iustitiā, ostendere omnem perfectionem, cuius est omnis actio, nostra prorsus instructio, nonne solitudinem vbertim elegit? Nempe dum quis in desertum à spiritu, haud dubium quin suo: oraturus demum, Apostolosque electurus, nonne ascendit in montem orare? Porro, iam passioni vicinus, nedum à felicissimo Apostolorum collegio, sed à tribus in super secretissimis amantissimisque discipulis oraturus abscessit. Et cur vtiq; nunquid quia eguit, & non amplius vt suo nos edoceret exemplo? Proinde Zachariæ templi ingresso, dum solus altari adstitit, Gabriel adest, gignendique Filij nomen & vitam reuelat. Nec ambiguum extat, quin incomparabili Deiformique virginis, non vtiq; nisi in abdito, & (vt reor) clauso cubiculo, cœlestis paronymphus, Dei veri ex ea verè incarnandi su-

pernaturalem atque omnino indicibilem partum annunciet. Amplius autem, discipuli in proximo Paracletum plenissimè sortituri, nonne in conclauis clausi solique permanent? Sed & Apostolorum Apostola, Christi que amatrix præferuida, illustris Magdalena, nonne finaliter ad vastissimam, inuiam, omni que humano cibo atque solario destitutam confugit eremum? in qua quid certè profecerit, hinc (ni fallor) elucescit, quod in illo loco triginta (vt scribitur) plus annis cœlitus pasta est, & item septies omni die angelicus in sublimi manibus à terra leuata est. Porro discipulus, quem diligebat Iesus, quid diuinarum suscepit in exilij solitudine illustrationum, illa eius Apocalypsis obscurissima pandit conscriptio. Quid præterea de sacratissimis sancti Euangelistæ Marci discipulis, quos Alexandria olim instituit, dignum eloqui queam, qui eremiticam vitam ducentes, infidelium quoque animos in sui admiratione præconiumque mouerunt? Huius rei in libro de Viris illustribus plenius meminit sacer Hieronymus. At verò magni sacerdotis Altissimi, & Pontificis præelecti, nonne populi fatigati negotijs itemque tumultu, & tranquillæ feruentes desiderio vitæ, cellam humilem, desertamque eremum episcopalis prætulere sedilibus? Nempe quid de se super hoc sanctissimus scribat sentiatque Gregorius, in exordio Dialogorum & super Ezechielem vti que lucet. Sed & Ambrosius, vti eius comprobatur māsio, vt licuit, hanc vitam exercuit. Denique, iam ab eodè felici Ambrosio Augustinus conuersus, nonne pro deducendæ instructione vitæ, ad simplicem quandam solitariam abiit, eiusque per omnia consilio vsus est, atque de proprijs claustrum moliens, eremum incolere orsus est? Hanc etiam vitam quantum dilexit, quamque ab ea inuitè separatam est, eius palam pandunt sermones. Nunc demum, quod de Hieronymo affero, ipse sibi itemque Eusebius testimonium perhibet. Etenim quam ineffabilia de super benedicta Trinitate & Hierarchijs cœlestibus, in vasto degens deserto, cōspexerit, idem ipse in regula, quam ad Eustochium misit, testatus est: nempe quid vti que ait? Ego, inquit, homunculus, sic abiectus, sic vilis, adhuc viuens in corpore, angelorum sæpè choris interfui, nihil de corporeis per hebdomadas sentiēs, & diuinæ visionis intuitu, post multorum fortè dierum spatia, præcius futurorum, corpori redditus, stebam. Quid ibi manens felicitatis habebam? quid inenarrabilis delectationis sentiebam? testis est Trinitas ipsa, quam

Eccl. 4. Ordo Carthusticus & cœnobitica uitæ perfectionem complectitur

Num. 24.



Thren. 3.

Genes. 32. Cant. 4.

Daniel. 9.

Genes. 28.

Genes. 28.

Genes. 28.

Genes. 28.

Genes. 28.

Genes. 28.

Genes. 28.

Genes. 28.

Genes. 28.

Genes. 28.

Genes. 28.

Genes. 28.

Genes. 28.

Genes. 28.

Genes. 28.

Genes. 28.

Genes. 28.

Genes. 28.

Genes. 28.

Genes. 28.

Genes. 28.

Genes. 28.

Genes. 28.

Genes. 28.

Luce. 24.

Act. 2.

Iohan. 19.

Hieronymus

Do-

quam cernebam, nescio quo intuitu: testes sunt & ipsi beati spiritus, qui aderant: testis est & conscientia mea, qui tantis bonis ipse fruebar, quot & qualia nescit proferre molities carnis. Hucusque Hieronymus: Enimvero antilites magni, Gregorius Nazianzenus, summæ autoritatis Theologus, quem (vt Hieronymus refert, & sanctus Thomas in prima parte inducit) nullus vnquam in Theologia negare præsumpsit, Petrus quoque Damiani, vir certè doctissimus, & Pauduanus ille Episcopus, nõne episcopatu relicto, ad solitudinem confugerunt? Sed & sanctus Martinus, atque gloriosus pater noster Hugo Gratianopolitanus antistes, ad cellam ab vrbe semper, dum vacabat aut locuit, tanquam à fluctuoso pelago, ad tranquillissimum portum conuolârunt. Quoties Hugoni dixerat Carthusiæ prior: Ite ad oves, veruntamen vsque in vitæ terminum, ille aliud quam solitariam vitam optare nequibat. Denique Bernardus, dum in cella (quam in domo Montis Dei habebat) paulisper quiescere valuit, paradisi se amoenitate frui censebat. Nihilominus vniuersis his Cœlestinû Papâ, qui ante pauca tempora extitit, Franciscus Petrarcha præferre nõ metuit: quippe qui ipsum quoque Papatû, quo in mundo dignitas mirabilior aut maior nõ est, spontè ac iucundissimè deserens, ad eremum abiit. Porro, quid amplius immoror, cum vitæ huius proflores tot tantique fuerunt, vt dignè perfecteque describi non possint? Occurrant memoriæ sancti patres, Paulus vterque, Antonius, vterq; Macarius, Arsenius, Hilarion, Pambo, Bessarion, Pastor, Serapion, Abraham & Moses, Hebræis illis non impares, Syfois, Motosi, Agatho, Paphnutius, alijque demum innumerabiles, in quibus viri mirabiles Mucius & Apollonius, quorum certè præconia lingua nequit effari humana. De horum ac similibus vita, solitudine, virtutibus, senio, in clyti viri Hieronymus & Palladius, Casianus & Gregorius, conscripserunt: Sed nõ quid fœmineo insuper sexu non est adornata solitudo beata? an non in eis demum, quid solitudo possit, innotuit? Prorsus & mulierum prælecto catalogo, eò vehementius est solitudo sulcita atque præfulgida, quod est in illis sexus fragilior & sensus mobilior. Quemadmodum equidem de immundissimis, purissimos non vitæ cella efficere, in eis (si ritè contemplor) præsertim resplendet. Si quidem quid vtiq; de felicissimis illis, sed verè efficaciterque penitentibus, eloqui meretricibus dignè sufficiam, Pelagia, Theodora, Maria

Gregorius Nazianzenus.

Hugo Gratianopolitanus.

Bernardus.

Aegyptiaca, Thaisi, quam conuertit Paphnutius, & Maria Abraham eremitæ cognata. Hæc, quoniam alibi plenè lucent, modò relinquo. Nempe si hæc solerter cernamus, agnoscemus penitus, vti etiam honorabilis pater noster Guigo fatetur, suauitates psalmodiarum, studia lectionum, feruores orationum, acumen contemplationum, excessusque raptuum, & item riuos lachrymarum, atque suis ipsius veram plenamque notitiam, nulla omnino re magis, quam solitudine posse iuuari.

De consuetudine ad matutinale officium. Articulus XXXXI.



Onsurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum, & effunde sic aquam cor tuum ante conspectum Domini Dei tui. Quod ab humano strepitu omnique sono liberius quietiusque consistit tempus nocturnum, eò (ni fallor) sincerius atque ardentius in eo mens ipsa Deo soli intendere valet. Itaque ad diuina sacra surgentes, initia laudum, & item instantis inchoantes diei diuinum obsequium, alacriter surgamus, affectuose inchoemus, atque pro viribus ardentè prosequamur. Fulgeat menti lux interna, dum corpori obtenebratur caritas ista corporea: leuet deuotus ad Christum manus suas, quatenus cor ad Dominum Deum suum dirigatur, atque in ipso mens pura figatur. Denique, nil prorsus in se homo confidens, omnemque sui virtutem ad Christum expectans, primordialiter oris sui ianitorem efflagitet: Domine, inquires, labia mea aperies. Moxque in super, vt facilius exaudiatur, apertionis huius fructum insinuans: Et os meum, ait, annuntiabit laudem tuam. Continnud quoque Trinitatis super benedictæ hymnum adiungens: Gloria, ait, Patri, &c. Porro se, itemque omnia, que in ipso sunt, ad confitendum, laudandum, benedicendum ac magnificandum Deum inuitans atque inflammans: Venite, inquit, exultemus Domino. Ab exordio igitur officij huius ad Creatoris suum dirigendus est spiritus, & quemadmodum Sapiens docet: Ante orationem, inquires, præpara animam tuam. Non instabili vagoque corde ordiri debemus, sed menti diuino aliquo impresso, in illius feruore inchoare par est, quatenus id mentem accendat, euagantem recipiat, & ad primæuam intentionem reducat. Insuper, quemadmodum psalmodiæ & chori officio assistere debere nos conuenit, Bernardus edocuit, nostraque statuta

Thera.

psal. 50.

psal. 94.

Ecclesi.

Quæ me

chori

assistens

fr.

Bernardus

statuta eluciant: sic nempe ait: Monco vos dilectissimi, purè semper ac strenuè diuini interesse laudibus: strenuè transidem, vt sicut reuerenter, ita alacriter Domino assistatis: Non pigri, non somnolenti, non oscitantes, non parcentes vocibus, non præcidentes verba dimidia, non integra transilientes, nõ fractis & remissis vocibus muliebre balba denare sonantes. Purè verò, vt nil aliud tunc, quam quod psallitis, cogitetis: Spiritus sanctus enim illa hora grati non recipit, quicquid aliud, quam debes, neglecto eo, quod debet, obtuleris. Veruntamen, vt Casianus testatus est, hoc verum est, nisi ad diuinius fortè aliquid magisque secretum mens ipsa rapiatur, atque in ecstasim corruens, in altiora feratur. Enimvero, vt Basilii super eo psalmographi verbo, psallite, sapienter distulit, debet anima vnusquodque verbum diuinum tam discretè aduertenterque proferre, quam distinctim atque discretè sumit & masticat vnâquamque buccellam gustus corporeus. Sed & Hugo de S. Victore: Pro syllaba, inquit, neglecta, resumendum est verbum: pro verbo, versus: pro versu, psalmus: & ita deinceps.

psal. 46. psallite.

An verus solitarius otiosus dici possit? Solus. Articulus XXXXII.



Eneca in libro de Tranquillitate animi: Soli, inquit, omnium otiosi sunt, qui sapientiæ vacant, hi quoque soli viuunt. Quæstio ista, an verè solitarij, soli otiosique queant ritè vocari, vocalem duntaxat, non realem, difficultatem complectitur. Si quidem dum de eadem re idem sentitur, non tamen id ipsum per eadem exprimitur, si tunc doctorû

dissentio est, palam non realem, sed verbalem hanc ipsam existere. Ideoque de tali materia multum arguere, inane opinor. Sunt itaque, qui verè solitarii non debere solum appellari, quoniam cum eo Deus est, asserunt: sed neque otiosum, quia contemplatiua vita laboriosissima extat: & hæc ait Bernardus, & alij multi. Denique alij Eremitas ac Anachoretas, solos otiososque vbertim appellant. Vnde Augustinus vitam eius, quæ optimam partem elegit, Mariæ, sæpè otiosam vocauit: sed & Seneca contemplatiuos otiosos differuit, quod & Franciscus Petrarcha sapius egit. Veruntamen horum cordia facilis est, quippe quæ in acceptione vsuque nominis sita est. Interdum equidem hæc vox, solus, miseriam insinuare videtur, vt Bernardus asserit, & tunc vtique ei non conuenit, qui illi intentus est, in quo omnium pulchrorum itemque bonorum plenitudo consistit: si verò solus dicitur, qui suæ speciei consortem à se diuersam non habet, tunc solitarius eò amplius solus est, quod supernaturalius secretiusque viuunt. Conformiter quoque otiosus quis dicitur, vel quia nil vtile agit, ludo vacans atque libidini: vel quoniam ab exteriori se occupatione elongans, infimis diuinisque vacat. Elucescit autem, ni fallor, secundo hoc modo, non primo, solitarii otiosum censendum. Prætersà constat ex his, quomodo Hilarius & alij à Deo solitudinem auferant, cum tamen scriptum sit: Videte quod ego sim solus. et Petrus: Soli, ait, Deo honor & gloria, qui est & nunc, & in die æternitatis, Deus sublimis & benedictus, Amen.

I. 166. 10

Deut. 32. 2. Pet. 3.

Libri primi, de vita & fine solitarij, suis.

D. DIO.

DIONYSII

CARTHUSIANI DE VITA ET

FINE SOLITARIJ LIBER II.

Prefatio.



Ars mea Dominus, dixit anima mea: Propterea expectabo eum. Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ querenti illum. Omnis mortalium cura, atque uniuersorum tam dispar uita, ad unum proficitur finem, qui ultimata perfectio ac beatitudo ritè censetur. Porro in presentis editionis exordio palam traditum memini, quemadmodum hic noster finis, omniumq; exercitiorum nostrorū finalis & summa perfectio, & item uera felicitas,

ipsa sit Deiformis uita, aliud utique nil prorsus existens, quam libera itemque sincera diuinorum contemplatio atque dilectio. Siquidem his præsertim actionibus à brutis sececrimur, & diuinis immortalibusq; communicamus. Denique diuinæ mentis increata felicitas, ab humanæ beatitudine mentis multiformiter differit: primò, quoniã illa infinita perfectaq; est, hæc autè limitata: rursus, quoniam independens est illa, hæc uerò dependens: denuò, quia illa simplex est, hæc composita. Insuper, simplici equidem Deo idem prorsus sunt essentia, potentia, uirtus & actio. Ideoq; diuina felicitas simplicissima actio est, quæ nullo adiuncto perficitur, neq; ab essentia Dei distinguitur. In rationali uerò anima non idè sunt essentia, potentia, habitus, delectatio & actus. Insuper, potentia quoq; & ipsarum demum operationes, à se inuicem distinctæ sunt: non enim utiq; idem sunt intellectus & uoluntas, amor & cognitio. Quamuis itaq; secundum præinducta humana felicitas in operatione intellectus essentialiter sita sit, sitq; diuinorū cognitio, quia tamen sine charitate est imperfecta scientia, & ita sine dilectione informis agnitio, propterea humana felicitas quodam adiuncto perficitur, formatur, completur atq; ornatur: hoc autem amor est, & nedum hoc, sed & delectatio quoq; quippe sine qua nec intellectus, nec uoluntatis quæcunque actio perfecta est, contentans siue quietans. Hoc ergo modo compositam factus sum beatitudinem nostram. Igitur quoniam de uita & fine solitarij est ista editio, estq; in operis huius libro primo de his, quæ media sunt ad finem solitariæ uitæ, pro uiribus disputatum: iam nunc de eo, quod omnium uitæ nostræ exercitiorum atque laborum finis est, ipsa uidelicet contemplatione & dilectione, paulisper effari ordo exigit, & propter operis complementum par est.

Per que homo à brutis discernatur. Felicitatis uirtus diuinæ & humanæ distinctia.

Dei. 72.



10. 22.

10. 31.

10. 41.

10. 41.

Rom. 8.

Ysaia.

*G*ens absq; consilio est & sine prudentia: utinam sapient & intelligent. Diuino uultui cuncta patere, nilq; in uniuerso à diuinæ præsentia lucis abscondi polle, ratio probat atque autoritas. Ideoque quod in Iob legitur, Circa cardines cæli perambulat, nec nostra cõsiderat, ironice de Deo dictum est: quippe de quo in eodè scriptum agnouimus: Obseruasti omnes semitas meas, & uestigia pedum meorum cõsiderasti. Enim uero, quoniam ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia, qui uniuersorum naturas produxit, ordinem indidit, uirtutem impressit, cunctaq; in esse conseruat, elucefcit, singula in eius sapientiæ supermundissima luce cognitiuè infallibiliterque splendere, nec posse quippiam eius uolentis conspectum esfugere. Ipsa siquidem diuina essentia, uniuersorum species est, ratio, exemplar atque idèa, in qua uelut in certissimo ac superplendidissimo fonte, æternoq; speculo, omnia incommutabiliter & item plenissimè constant. Nempe Iohanne testante: Quod factum est, in ipso uita erat. Omnia nanq; illi uiuunt: & dum mudi huius nondum esset instituta molitio, cuncta creata in ipso vitaliter idealiterque consistebant. Denique, eo iubente atque dicente, uniuersum imperialis uerbo ab omnipotentia ac infinita uirtute sapientialiter constitutum est. Diuinæ ergo scientiæ nostra assimilatur notitia, si ipsa quoq; creata complotatur, ordinemq; eorum, vires ac proprietates intelligat, species & distinctiõem conspiceret possit. Ideoq; (quemadmodum sanctus Thomas in Summa contra gentiles disseruit) hæretica prorsus impietas, quod quidam arbitrati sunt, nihil differre ad salutem, quicquid opinemur de rebus creatis, dummodo de Creatore rectè sentiamus. Veruntamen de his, quæ in creaturis sunt, & ad fidem non pertinent, nec ad determinationè Ecclesiæ, diuersa opinari nil prohibet, ut de inchoatis formis, de quidditatibus rerum, de simplicitate animæ & angelorum, de numero orbium, de distinctiõne esse ab essentia. De his atq; similibus dicere potest vnusquisq; quod ei rationabilius uideatur, fidei tamen semper ueritate illæsa: quoniam possit quis de his tã indoctè sentire,

Quòd diuino intellectui conformetur intellectus humanus, non utiq; duntaxat in comtemplatione increatæ essentiæ, sed in agnitione insuper rerū creatarum. Articulus I.

quòd fidei utiq; derogaret. Denique, & de Deo in quibusdam, sine grandi salutis dispendio ac hæretica labe, diuersimodè opinari contingit, quemadmodum est, an deus sit in prædicamento, & an sit in diuinis formalis distinctio. De his tamen utique moderatius loqui par est: est nempè periculum maius. Ut illic itaq; est de rebus creatis scientia, quoniam per eam diuinæ conformamur notitiæ: & denuò, quia per eam ad diuinorum speculationem erigimur, atq; diuinæ sapientiæ capaciores efficimur. Porro per eam in diuinitatis admirationem atq; amorem, reuerentiam quoque, itemque timorem inducimur: contemplantes equidem in hoc præclaro Dei effectù, mundi scilicet ordinem, stabilitatem & regimen rerum, miramur opificem: entium quoque decorem bonitatemq; cernentes, causam eorum pulchritorem melioremq; intuemur. Ex magnitudine insuper rerum, in diuinæ maiestatis reuerentiam mox trahimur, & tam sublimem superexaltatumq; principem summè metuendum uideamus.

De contemplatione superineffabilis Dei. Articulus I.



*I*n ueni gratiã corã te Domine, ostende mihi tuã faciem. Sãctus Moses Deum se uertim facie ad faciem uidere contestans, atque cum eo tanquã amico loqui se perhibens, aliam nihilominus abditam, ac non uelatam ipsius uisionem esse intendens, hancq; desiderans: Si inueneni, inquit, gratiam coram te, ostende mihi faciem tuam: claram, & non ænigmaticam, diuinitatis uisionem in sinuã atque efflagitans. Sed hæc uisio Dei per speciem, non uia, sed patriæ beatitudo cõsentur. Ideo Dominus: Faciem, ait, meam uideri non potes: non enim uidebit me homo, & uiuet. Vnde tradunt Theologi non posse hominem Deum per essentiam in uita hac cernere, nec ipsam superadorandæ Deitatis naturam in seipsa atq; per speciem intueri: quod & Philosophi probant & approbant. Deus nanq; infinita est bonitas, & immensæ perfectionis essentia: talis autè natura per speciem perfectionis finitæ, plenè & per essentiã intelligi nequit. Omnis uerò creata species ac intelligibilis forma, substantialiter finita est & limitatæ perfectionis, iteq; in genere

In quibusdam de Deo uariè opinari lice.

Notitia de rebus creatis quã sit uitæ.

Exod. 33.

Deum ab hominibus in hac uita clarè uideri non posse.

Ignoras te, & pulchra inter mulieres, egredere & abi post vestigia gregum, & pascce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum. Altiora se querens felix anima Christi que sponsa, atque diuinissimorum notitiam non ordinatè concupiscens, sponsoq; dicens: Indica mihi, què diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, præinductam meruit amorosam à sponso increpationem audire. Ideoque mensuram suam quicquid intelligat, neque altiora se, nondum capax effectus, requirat. Est nempe ordo in speculandis. Quoniam quidem enim (vbi à Dionysio dictum est) impossibile est, aliter nobis splendere diuinum radium, nisi varijs circumtectum velaminibus sensibilibus formarum, ad diuinitatis insignia se fatagens erigere contuenda, imprimis humanitatis Christi humilia cernere, cernendoque affequi ac conformari festinet: alioquin in maleuolam animam non introibit sapientia. Et, quemadmodum Casianus deduxit, qui ethicam scientiam (quæ mores corrigit, passionisque restringit) non didicit, ad theoreticam vtique contemplatiuamque vitam inhabilis extat. Enimuerò, tam secundum Philosophos quam Theologos, dupliciter est aliquid prius & notius, secundum naturam videlicet, & quò ad nos. Nempe secundum naturam notiora atq; priora, quò ad nos posteriora sunt, itemque plùs abdita ac ignota, & vice versa. Diuina enim & separata ac immortalia, secundum naturam priora notioraq; sunt: quippe quæ plùs de actu, dignitate ac lumine habent. Sed quoniam humana agnitio ex sensibilibus ad intelligibilia properat, ipsa visibilia, quò ad nos, priora notioraque sunt. Inuisibilia nanque diuina ex visibilibus conspiciuntur. Vnde lucet, quoniam diuinitatis altissimorumq; speculatio, secundum se vtique ampliorem causare deuotionem potens est atque idonea. Deuotio equidem ex charitate procedit, & in contemplatione fulcitur. Nempe dum rem agnitam diligimus, promptitudo mox oritur obsequendi honorandiq; eam. Itaque, quoniam diuina contemplata secundum se, meliora dulcioraq; sunt cunctis creatis, secundum naturam quoq; cor calidiùs inflammare, deuotiusque efficere queunt. Veruntamen mens nostra capax nò est, neq; defacili ad tam alta sustollitur: ideoque in humilibus interim, præsertimq; his, quæ humanitatis sunt Christi, exerceri eget, quatenus manu ductione hac congrua ad optimum eleuetur intuitù. Elucescit igitur, qui-

bus expediat, quibus etiam insuper obstit ambulare in magnis atque in mirabilibus super se. Non enim omnibus aliorum diuinorumque studium prohibere par est, sed nec omnibus dictum opinor: Noli altum sapere: alioquin quomodo viri beatissimi, Hieronymus, Augustinus, Anselmus, Boethius & Thomas, Trinitatis arcana tam studiosissime forent scrutati? sed paruulis in Christo, quibus laete opus est, & exercitatos nò dum sensus sortitis, id conueniri palàm est.

Quòd à contemplatiua deuotàq; mente, felicissima uirginis Mariæ contemplatio insatigabiliter amplectenda sit. Articulus VII.

Vulnerasti cor meum soror mea, sponsa, vulnerasti cor meum. Ab exordio edocemur, quemadmodum omnium nostrum in seclio à fœmina, insipientem Diabolo, inuasiat, à viro autem impleta. Vnde serpenti indignus Creator: Super peccatus, inquit, tuum gradieris. Et post pauca ad Dæmonem sub appellatione serpentis: Inimicitias, ait, ponam inter te & mulierem: ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Nempe ex tunc, magis autem ab æterno, sapientissima itemque æquissima summæ mentis censura, vniuersam nostræ salutis beatitudinem per fœminam reparare, atque ab ea ordini decreuit, consummante operatèq; eam viro, quem statuit, elegit, assumpsit. Hanc ergo saluatricem fœminam nos amare ac venerari par est. Denique amplius volens Rex Messias Christus Dominus propriam exaltare honorareque matrem, constituit eam inter se iudicem nosque iudicandos, mediatricem: statuit eam apud se nostram aduocatam, commisit ei militantes Ecclesiam, subiecit ipsi omnium electorum cateruam, eatendù, vt nisi per eam nil nobis donetur, ita vt si nos exaudiri, si indulgentiam gratiamq; sortiri contigerit, totum per Mariam nos adipisci sciamus, in cuius manu salus nostra reposita est. Ideoque de caritate suscipitur, quod in Apocalypsi scriptum est: Signum magnum apparuit in celo, mulier amicta sole, & luna (id est, militans Ecclesia) sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim. Elucescit ergo, nos hanc Dei amatissimam & superexaltatam virginem, sacrosanctam Mariam, post Deum debere venerari sublimiùs, amare ardentius, contemplari syncerius, semperque reminisci atque complecti tenacius. Neque enim est post Deum aliquid tam magnù, tam bonum,

bonum, tam sanctù, tam necessariù, vt ipsa. Vehementer itaque clementissimo Deo re gratiari tenemur, qui talem nobis prouidit mediatricem, & matrem tam misericordissimam atque mitissimam, dulcissimam, affectuosissimam, diligentissimam, fidelissimam, sapientissimam, potentissimam, & item in omnibus tam inæstimabiliter efficacè. Porro, si sincero Mariam corde contemplari moliris, ita procede: Quicquid perfectionis in vniuersis mulieribus esse agnoueris, ei sit perexcellenter adscribe: quicquid verò vilitatis ignobilitatisque, longissimè ab ea reclude. Proinde, si in fœminarum ordinibus mentem protendas, videbis in quibusdam virginibus splèdorem, sed sterilem: in alijs maternam fœcunditatem, sed libidini atq; corruptioni obnoxiam: in alijs rursus, etiam in coniugio obseruatam castimoniam, atque in nonnullis honestatem vidualem: hæc omnia, quantum ad perfectionem pertinent, in Maria eminentissimè erant. Ipsa equidem virgo, nec sterilis: mater, sed integravirum quoque habens, intemerata permansit: & vidua facta, non vtique in delicijs vixit. Hæc omnia ad carnis decorem præcipue spectant. Anima verò virtutes sanctissimæ virginis, quis vel intueri aut eloqui queat? Quippe quæ in omni virtute tam incomparabilis exiit. In quibus tamen humilitatis sinceritas, dilectionisque ardor, patientiæ mititas, ac obedientiæ plenitudo præfulgent. Insuper quæ eminenter vniuersas perfectiones has, diuinæ sanctæque virgini attribueri debeas, mox conspicias, si vnum, quod ei singulariter impartitum est, profundè consideres. Quid verò sit hoc, si scisciteris, id vtique, quod ipsa veri æternique Dei mater vera facta est. Ex hoc subito lucet, in omni nobilitate atque virtute, sapientia itemque perfectione, eò præclariorem esse Mariam, quò præ ancillis ac famulis, matrem præferri condecuit. Quis autem intendere, quisue concipere possit, quid perfectionis & gratiæ à tali filio, tali præstari genitrici concedens fuit? Nempe si boni pijque filij est, propriam in omnibus pro viribus parentem, omni præuenire reuerentia atque honore, ei etiam donare quocunq; egucrit, eamque (vt fas est) ditare itemque ornare spiritualibus potissimè bonis: Is igitur filius, qui vobis est Deus, qui legem statuit, qui omnipotens est, munificentissimus, pijsissimus, immensaque bonitas, quid vtique dulcissimæ suæ contulisse parenti censendus est? Fateor, si linguis angelorum loquar & hominum, hoc tamen effari non

possem. Per incomparabilem ergo excellentiam, omnis inerat Mariæ gratia, inestq; iam gloria. Enimuerò, quanta eà decebat carnis munditia, cuius erat portio superpulchræ Deitati hypostaticè vnienda? quanta cordis serenitas, cuius speciè atq; decorem etià ipse Deus concupiuit? quanta demù humilitas, ad quam se tam ineffabili dignatione, æterna illa, incircù scriptibilis ac perfecta maiestas inclinàs descendit, cui Deus subdij dispositus fuit, omniq; suæ creaturæ præferre decreuit? Si nò fuisset omnium creaturarum humilima, nunquam vtique facta esset vniuersarum altissima. Denique hoc ipsum, quod est veri Dei esse parentem, cum æterno Patre communem habere filium, eum, à quo Paracletus profluit, genuisse, nonne immensam dignitatem confert Mariæ? Si quidem quò fœcundior, eò quoque melior est: & quò Deo vicinior, eò prorsus præstantior. Palàm est autem, nec cœli, nec terræ, nec angeli, nec hominis, neq; vniuersorum, quæ condidit Deus, posse fœcunditatem comparari fœcunditati Mariæ, quippe quæ eum genuit, qui cuncta creauit. Insuper, omnis fœminea imperfectio à Maria tollenda, & e contrariò omnis perfectio eidem adscribenda. Et quidem ignotæ non sunt fragilis huius sexus imperfectiones innumere, inter quas sunt inconstantia, leuitas, petulantia, euagatio, & aliæ, quas enumerare nò expedit. His igitur à benedicta, Deiformiq; virgine longè ablatas, contemplare vt vales, mulierem constantem ac pudoratam, honestissimam atque mitissimam, carne pulchram, immotam ac integram, charitate ardentem, sapientem atq; prudentem, suauem, teneram ac studiosam. Quid precor amabilius ea? Quid demum adhuc miraris, quia exultauit vt gigas Vni-

Mater Domini, quia humilima, facta est altissima.

Psal. 118. Prouerl. 8.

De triplici via atq; triforimi actione hierarchica. Articulus VIII.

Præterea.



Humana perfectionis apex, & via tres ad illum perducentes. Purgatiua via in quo consistit.

Illuminatiua via in quo consistit.

Perfectiua via.

Actiones hierarchicæ tres.

Iæ Domini pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ. Apex perfectionis humanæ, in altissimo quodam sita est, quod est secretissima mentis in Deum extensio, seu inhæsioculta, libera, pura atque ecstasica: Ad quam triplici via pertingitur: quarum duæ, purgatiua scilicet & illuminatiua, mentem disponunt: tertia autem, perfectiua videlicet seu vnitua, ingreditur. Denique, purgatiua in hoc via consistit, vt vitia purgentur, affectionesque seu passiones animæ reformentur, quatenus animæ caro promptè deferuiat, rationique sensualitas pareat, atque diuinis mandatis voluntas obediat. Hoc autem aliud prorsus non arbitror, nisi ad originalis rectitudinem iustitiæ animam reformare atque reducere. De hoc in superioribus latius determinatum recorder. Præterea via illuminatiua in hoc constituta est, quatenus menti nostræ, summæ lucis splendor insulgeat, resplendat atque irradiet, vt diuinæ anima sapientiæ participationem sortita, ad vilis & pretiosi, veri & falsi, boni & mali discretionem formetur, atque ea, quæ fidei sunt, sincerè intendat, subtiliter penetret, profundè concipiat, & demùm ea, quæ fidem corroborant, articulorum quoque ipsius rationes, nexum ac ordinem acie contempletur serena. Ex visibilibus quoque atque corporeis ad inuisibilia ac immaterialia erigatur cernenda: difcatque summæ naturam opificis ex creatis rimari, ac ipsius inuariabilitatem, vnitatem, im multiplicabilitatem, perfectionem, simplicitatem ex temporalibus, compositis ac dependentibus speculari. Præterea via perfectiua tunc cadest, dum in amorem transformatur agnitio, ipsaque sapientialis intuitio, in charitatis affectum resoluitur, atque à semetipsa mens contemplatiua deficiens, religata à sensu, itemque suspensa ab intellectu, in amore liquefcit & moritur, atque in summæ veritatis ac bonitatis amorem tota sincerè insigitur, vnde erigitur, ac liberè atque ecstasice stabilitur. Porro triplici huic viæ triplex quoque correspondet actio sacra hierarchica. Tres nempe (vt Dionysius ait) sunt actiones hierarchicæ, purgare, illuminare, & perficere: & hæc quidem in cœlesti primùm hierarchia, hinc verò per imitationem in Ecclesiastica quoque hierarchia reperiuntur, veruntamen diuersimodè valdè: Siquidem in cœlestibus illis ordinibus non est purgatio ab immundi-

tia aut culpa, sed, vt Dionysius edocet, ab habitu dissimilitudinis, minorationeque luminis. Itaque præinducta via triforimi ad angelicarum assimilationem operationum attollimur, & ad ipsarum vitæ huic possibilem conformitatem proficiscimur atque leuamur. Omnem equidem mentem supernam Deus sublimis & benedictus purgat, illuminat & perficit seu vnit. Non tamen purgat (vt iam fassus sum) à culpa, neque illustrat ad fidem, sed spem, nec vnit ad charitatem suspirantem, sed fruentem atque completam. Mens verò viatrix, proportionabiliter purgatur à culpa, illuminatur in fide, perficiturque in dilectione tendente. Rursus huic viæ trifariæ, triplex in supercorrespondet status religiosorum. Viæ namque purgatiuæ proportionatur status animalis, ad incipientes respiciens: viæ verò illuminatiuæ, status rationalis, proficientium existens: perfectiuæ autem, status spiritualis, ad perfectos vtique pertinens. Innotescit itaque, quemadmodum per viam purgatiuam efficiatur anima sapientiæ sedes, illuminationumque capax, & ad vitam contemplatiuam, non tamen summam neque perfectam, idonea. Contemplatiua etenim vita bipartitur, vt sit vna intuitiua atque formabilis, alia theoretica itemque formata. Quarum prima designatur per Rachelem, quæ erat pulchra facie, non tamen omninò carnalibus mortua: alia per Mariam, quæ sedebat, vni necessario amorosè intenta, atque omni carnali affectioni penitus mortua, atque in Christo solūmodò viuā. Denique per viam vtrâque, ad tertiam, in qua humanæ perfectionis veritex est, peruenitur.

De altissimo humanæ perfectionis uertice. Articulus IX.



Os autem reuelata facie gloriam Domini specularantes, in eandem imaginem transformamur, à claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu. Mentis igitur creatæ felicitas, vnio eius est cum increata veritate. Porro vnio hæc, per intellectū primò efficitur, atque in affectu completur. Est igitur vnio quædam vitæ presentis cum Deo vero, qua in vita præclarior esse non valet. Ipsa est, vt Dionysius docet, mystica Theologia seu caliginosa ac occultissima Dei visio, dum videlicet mens contemplatiua, calidissima dilectione exastuans, cunctaque creata relinquens, atque ab omni operatione apprehensuarum virium circa creata consistente quiescens.

Dionysius.

idem.

Dionysius.

escens, sensum intellectumque suspendit, atque in diuinitatis abyssum erigitur, & libero, nudo ac puro contuitu, in delicias gloriæ Dei aborbetur & rapitur, illique intentata existit, vt cæterorum omnium obliuiscatur. Vnde prim. cap. Mysticæ Theologiæ Timothæo loquens Dionysius: Tu autem, inquit, ðamicæ Timothee, ea, quæ circa mysticas visiones forti attritione & sensus derelinque, & intellectuales operationes, & omnia sensibilia & intelligibilia, & omnia non entia & entia, & ad vnionē, vt possibile est, incognitè restitue eius, qui super omnem substantiam & cognitionem: Ea enim, quæ tu ipsius & omnium irretentibili & absoluta puræ ecstasi, ad superabundantem diuinæ tenebræ radium, omnia auferens & ex omnibus absolutum reducens. Nempe in hac Dei mystica visione vnitur mens Deo, tanquam prorsus ignoto, contemplatur enim eum inuisibilem ac incomprehensibilem esse, cunctisque in infinitum superexaltatū consistere. Ideoque omne nomen, quo ipse nominatur, à representatione perfectæ plenitudinis eius, in immensum occumbit ac distat. Et ob id hoc modo Deum videre, est in caliginem ingredi, & item in actuali omnium ignorantia fieri. Vnde in epistola ad Gaium Dionysius: Diuine, ait, tenebræ cooperiuntur omnium luminibus, & absconduntur omni visioni. Appellatur autem Dionysius diuinæ tenebras atque caliginem, inaccessibilem lucis plenitudinem. Hęc porro mentis ad Deū restitutio, per irretentibilem, id est, non impeditam inordinato aliquo retrahente affectu, & absolutam ab omnibus ecstasim seu excessum perficitur, copulaturque demùm mens in ea diuino splendori, puro ac nudo intuitu, ne per immunditiam passionis aut culpæ, oculus mentis offuscetur, & cuncta transcendens, non iam per speculum ac imagines rerum creaturarum, sed in simplici quodam menti impresso diuino radio atque fulgore Deum speculetur. Vnde ad Titū Dionysius: Verte te, inquit, ad radium. Ob id secundo capitulo Mysticæ Theologiæ dixit Areopagita magnus Dionysius: Secundum hanc nos fieri superlucidam oramus caliginem, & per inuisibilitatem & ignorantiam videre & cognoscere, quod super omnē visionem & cognitionem. Siquidem in visione hæc tenebrosissima ac superlucida hoc est verè videre, eum, qui videtur, videre omninò, inuisibilem esse: & quò mens munda hoc plenius viderit, idque profundius contuita fuerit, super benedictum videlicet illud, æternaleque lumen, omninò atque om-

nimodè inuisibile & imperscrutabile esse, ed clarius illud cernit, tenebrosiusque caligat. Et hoc Dionysius ait: Hoc, inquit, est videre & cognoscere, supersubstantialem supersubstantialiter per omnium entium ablationes laudare. Ipsa enim æterna ac adoranda diuinitas, omne creatum, immensa vtique dignitate excellit: & quò ei mens amplius appropinquat, ed ipsius inaccesibilitas, incomprehensibilitasque lucidius animo clarent. Porro, dum caliginem ingressa mens fuerit, iam omnis caligabit agnitio, & secundum analogiam ascensus: omne quoque abbreviabitur nomen, tandemque in caligine vox omnis omneque nomen relinquetur atque deficiet. Et vti diuinus ait Dionysius: Non iam breuiloquium, sed sermonis priuationem omnimodè & inintelligibilitatē inueniemus. Hinc quippe quinto capitulo Mysticæ Theologiæ sacer Theologus Dionysius: Rursus, inquit, dicamus ascendentem, quòd neque anima est Deus, neque intellectus, nec ratio, neque intelligentia, nec dicitur, neque intelligitur, nec stat, neque mouetur, nec potentiam habet, neque potentia est, neque lumen, nec viuut, nec vita est, neque substantia est, nec scientia, nec veritas, neque sapientia, nec vnum nec vnititas, nec Deus, neque Deitas, nec spiritus est, nec filiatio, neque paternitas, nec aliquid nobis aut alicui entium cognitorū, neque quid non entium, neque quid entium est, neque entia cam cognoscunt vt ipsa est, neque ipsa cognoscit entia, secundum quod entia sunt. Neque ratio ipsius est, neque nomen, neque agnitio, nec lumen, nec error, nec veritas, neque est ipsius vniuersaliter positio neque ablatio. Omnia quippe incomparabiliter ac inexcogitabiliter excedit, & nec numero, nec specie, nec genere quicquam cum ea communicat.

De ampliori præinductorum elucidatione, & de subtilissimis quibusdam dictis admirabilis uiri Domini Iohannis Rusbrochij. Articulus X.



Incenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum & nomen nouū in eo scriptū, quod nemo scit, nisi qui accipit. Innotescit (ni fallor) quoniam quò supersimplici Deo vehementius mens creata propinquat, ed vtique amplius simplificatur, & in Deiformem subsistentiam sublimius transformatur. Ideoque secundum multiforem accessum ad Deū, varij quoque distinguuntur perfectionum gradus.

Eniam

Deum ad id transcendere omnia, ut adæquate nihil de ipso dici possit.

Apoe. 2.

Enimvero fidelium hi quidem Deo adhaerent vt serui fideles, hi autem vt secreti amici, hi vero vt occulti filij. Quorum ista (vt Iohannes Rusbrochius scribit) distinctio est, quoniam fideles serui mortalia quidem peccata diligenter declinat, ac diuina praecipua fideliter seruatur, nondum tamen contemplatiui atque interni facti sunt, sed actiui, & in actiuae vitae pijs sanctisque operibus Deo place re festinant, atque huiusmodi exercitia magnipendunt & eligunt. Denique secreti amici interna atque affectuosissima Deo adhaesione intenti sunt, & ad spirituale se gustum transfundentes, consilia quoque implere conantur, & contemplatiuae actibus vitam se tradunt. Veruntamen nondum nudum, omninoque simplices effecti sunt, quippe qui necdum proprietatem omnem reliquerunt, neque sibi ipsi mortui sunt, nec ad seipsos prorsus deficiunt: adhuc enim Dei dona, vtputa consolationem internam, mentalem dulcedinem, & item adhaesione deuotam, velut finalia summaque bona, magnipendunt, amant atque desiderant. Porro occulti filij, his vtique moriuntur, soli que superpulchrae aeternaeque diuinitati vacantes, nil praeter eam magnipendunt, amant, aduertunt aut cupiunt. Ideoque in superlucantes diuinam lucis tenebras eatenus absorbentur, vt sibi penitus mori ac in amore cōburi, itemque in nihilum redigi, & in Deum insuper transformari atque ipsi indissolubiter videantur vniri. Enimvero in transformatione hac ipsa mentis in Deum, mens ipsa a se defluit ac deficit, & se, omninoque sui, ac caeterorum demum proprietate relicta, in ipsam Deitatis superineffabilem, simplicissimam, interminabilemque abyssum, & inscrutabilem quoque inaccessibilemque caliginem mergitur & demergitur, liquescit & deliquescit, profundatur & de profundatur, & vt omnia simul dicam, annihilatur, & ad seipsa deperditur. Porro in Deo uiuit, itemque cum illo, ab omni proprietate, cōmixtione, ac affectione nuda, pura & libera existens, vnum efficitur, vnus spiritus, vna anima, vnum esse, vna felicitas: alteritatem namque non percipit, quoniam in Deiformem simplicitatem meuit. Siquidem in hoc mentis in Deum excessu ecclastico in super-splendentem quandam mens sancta caliginem labitur: nempe superueniens ei diuinam lucis interminabilis ac inuisibilis splendore, aciem eius repercutit, excacat atque obtenebrat. Sed in obnubilatione hac mens in extinguiibili diuinam dulcedinis diuini que amoris sibi igitur, dilectionis quoque im-

Iohannes Rusbrochius.

In lib. de calculo seu perfectione filiorum dei, cap. 6. 7. & 8. fol. 377. editionis primae Quentellanae

patiens, inquieta est, & donec perfecte obtineat, vehementius incalcescit: plus equidem ostenditur quam capere possit. Sed & intrahens Dei influxus, ac superducens contactus, animam a se alienat, & in alteritatem quandam transponit: non quod in omnibus his natura aut existentia creaturae mutetur aut desinat, sed quia modus exaltatur, deificaturque qualitas. Praeterea ad hanc mentis perfectionem dignissimam sex forte necessaria testatur homo iste, non ab homine, sed a Deo eruditus, quae sunt, pax vera, internum silentium, adhaesio amorosa: & alia insuper tria, his vehementer eminentiora, & sunt quies in dilecto, obdormitio, vbi videlicet spiritus a se defluit, nesciens vbi vel quomodo: & intuitio quaedam caliginis, quam Dionysius irrationalem, itemque amentem appellat, in qua spiritus se mortuum sentit & perditum, atque cum Deo vnum, & ibi Deus pax eius est, quies simul & fruitio.

De necessitate & praeminentia charitatis. Articulus XI.

Inis autem praecipua est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Omnium virtutum prima ac vltima est charitas: neque enim sine ea aliqua adest virtus, neque sine ipsa Deo placere quis valet. Denique operatio ostendit, an forma vel virtus seu habitus veraciter insit. Qui itaque scire molitur, an charitatem veram possideat, contempletur sollicitudine, si ea, quae charitas facit, in se quoque comperiat. Porro, quid charitas agat, pandens Apostolus: Charitas, inquit, patiens est, benigna est: charitas non aemulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quaerit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Cui haec praesto sunt, charitatem sortitus est: Qui vero sine his se inuenit, non sibi de charitate blandiatur, nec eret. Itaque si quis omnem legem impleuit, in charitate autem offendat, omnium reus est, nec aliquid sibi prodest: quicquid enim egerimus, si in charitate non proficimus neque manemus, infelices censemur: nec quippiam nobis prodesse iudicemus, nisi inquantum ad charitatem nobis profecerit. Deus charitas est, charitatem diligit, charitatem praecipit, charitatem requirit, qui vitam suam in charitate non stabilit, nec cuncta, quae agit, ad eam ordinat, omnium operum suorum se fructu destituit, mercedeque pri-

1. Tim. 1.

Charitas prima ac vltima est virtus, nec sine ipsa Deo placere quis valet.

Charitatem non habere quomodo scimus. 1. Cor. 13.

Iacob. 1.

1. Ioh. 4.

priat. Deus enim vnitas est, & vnionem in suis amat: charitas vero diuersos vnit, & in vnitatem reducit: Inuidia autem dispergit & separat. Porro tanta Dei & proximi exat charitatis connexio, vt sine altera vna haberi non possit. Qui enim se Deum diligere dicit, & fratrem suum odit, medax est: Deo namque fraternam dilectionem iubenti inobediens est. Et scimus, quoniam qui praecipua Dei non seruat, non vtique eum veraciter amat. Praeterea charitatis necessitatem ac superexcellentiā apertissimè Paulus inueniunt: excellentiorem, ait, vobis viam demonstro: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Nihil enim sic in nobis odit, nilque eatenus in cordibus nostris laedere satagit hostis, vt charitate. Ideoque ei in hoc diligentissimè reluctari oportet, quoniam mille artes molitur.

1. Ioh. 3.

1. Cor. 13.

1. Ioh. 3.

De argumentis & fomento ac causa charitatis fraternae. Articulus XII.

Vacunque vultis vt faciant vobis homines, haec facite illis. Sic nempe agentes, diligimus proximos tanquam nos ipsos. Dum enim confratribus sic bonum fauemus & exhibemus, malo autem eorum condolemus, quemadmodum proprium bonum nobis ipsis optamus, malumque vitamus, tunc vtique eos verè diligimus: sic tamen, vt diligamus eos in Deo, ad Deum & propter Deum. Porro, indicia rancoris fraterni ex contrario sumere par est: quoniam vt amoris est, vnum alteri iungere, se suaque diffundere, in alio velut in seipso confidere: sic prorsus inuidiae est, vnum ab alio separare, alterius bono inuidere, non sua nec se velle communicare, neque de alio bona praesumere: atque in vniuersis, quae agit, quem quis odit, displicentiā tediumque habere. Ideoque vt fertur, haec quoque inuidiae argumenta sunt: Non sine mentis grauamine de alio cogitare, loqui, audire, nec eum sine commotione adspicere, & omne demum bonum eius impedire, minuere aut certè peruertere. Non sibi de fraternam charitate applaudat, qui in se ista

perferat. Quod quis ista vehementius habet, eò amplius charitatis expers est. Quod si ea plenè habuerit, rancore vtique languet: & quicquid egerit, inane est, quoniam vera charitate penitus caret. Inuidia quippe, sicut in Secunda secundae Thomas ait, bono naturè non fauet, sed inuidet: & vt Augustinus edificat, ex ira impatientiaque, vel frequenti aut longaua inuidia oritur: estque grauissimum scelus, quoniam dilectioni, quae virtutis apex est, directè opponitur. Denique, ex similitudine nascitur amor, & ex vnitate similitudo emanat. Porro, ex eodè res nutritur & constat, vt Aristoteles dixit, vnde vitam actiuamque parilitas internam affectionem conseruat, nutritque. Hinc enim dicitur, quoniam omne animal sibi simile amat: & vt Ambrosius asserit: Nil tam secundum naturam, quam amare naturam conseruem. Itaque, qui cum alio stabilem cupit dilectione seruari, ei (vt fas est) in exercitijs exercitiorumque desiderijs parè se exhibeat: idque quo alium offendit grauius metuit, vitet, semper nihilominus vera seruata rationis censura, ne diuino amoris inferatur iniuria. Hinc equidem dilectio & perfererat, & augetur, & feruet.

ex similitudine nascitur amor.

De perfecta charitate proximi. Articulus XIII.

In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Discipulus quem diligebat Iesus, multiformiter prorsus in nobis dilectione instruit, recommendat atque hortatur fraternam. Nunc nempe pro proximo animam cōtestatam ponendam, ait, quod modo in serui: nunc autem animae facultates impartiendas fratribus instrues: Qui habuerit fratrem suum necessè habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in ipso? vnde cōtinuò mones: Filioli, inquit, mei, non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. Et denud: Nos ait, scimus, quoniam translatus sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui fratre non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et post pauca: Si diligamus, inquit, inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. Porro, quae sit vera perfecta que proximi charitas, ex praeruductis paulò ante Apostoli verbis elucescit: ea videlicet, quae patiens est atque benigna, non elata, non irascens, non suspiciosa, nec appetens propria. Et tenim

Quae sit vera charitas. 1. Cor. 13.

Etenim vera consummataque charitas, tales nos fratribus in cunctis bonis ac malis, prosperis atque aduersis exhibet, quales ipsi nobis sumus, aliosque nobis in omnibus esse optamus. Denique, quis vti que tam infensus est atque sic amens, qui de proprio malo non doleat, si sentiat, ac de proprio bono non gaudeat, si agnoscat? Sed & delinquenti sibi quis non vti que misericordiam emendatque tempus impendi concupiat, iram verò vltionemque formidet, & sibi eas non infligi desideret? si quidem penitus (ni fallor) precamur Altissimum, vt dum offendimus, nostram mox fragilitatem imperfectumque conspiciat, atque ad id, quod ei concipit, efficaciam præster: Neque nos transgredientes, vt inimicos sibi atque rebelles existimet, sed vt pauperibus debilibusque ignoscat. Ideoque omnino hoc quoque modo proximis nos exhibebimus, si plenam eorum charitatem sortiti fuerimus. Enimvero, quem admodum ex ore sancti Anachoretæ Cheræmonis Abbatis Casianus descripsit: Qui talis factus est, nullis deinceps peccantium vitijs irascetur: quin potius eorum infirmitatibus peccatisque condolens, veniam ipsis adipisci à Deo conabitur: seq; demum tam diu similibus stimulis passionum impugnatum reminiscens, donec miseratione sanaretur diuina, non propria erueretur industria, non iam iracundiam, sed misericordiam præuaricantibus impendendam intelligit. Si autem quis obijciens dixerit: Quomodo ait Casianus non irascendum, indignandumque vitijs, cum dicat Psalmodographus: Perfecto odio oderam illos? Non naturam, sed culpam. Et Gregorius: Compassio, inquit, debetur proximo, & rectitudo vitijs: vt in vno eodemque homine diligamus bonum, quod factus est, & persequamur mala, quæ fecit. Respondendum autem: Irascendum quidem vitijs, vt puniantur in præsentibus: indulgentum autem atque orandum, ne in futuro æternaliter torqueantur. Sic enim proprijs quoque; culpis nos irasci oportet: quoniam malum impunitum nequit relinqui. Ideoque dum tempus causaque requirit, proximorum peccata, nedum increpare, sed & vlcisci demum oportet, quia ad correctionem fraternali vniuersi tenemur. Nihilominus sic extrinsecus est seruandus iustitiæ rigor, ne intrinsecus desit pius compassionis dolor. Misericordia namque ex charitate procedit. Et scimus quia benefacit animæ vir suæ misericors. Si quidem beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur. Ideoque Christus ad Phari-

saos: Eunt, ait, discite quid sit: Misericordiam volo, & non sacrificium. Præterea, vt Casianus fatetur: Lucidum animi necdum purgati iudicium hoc est, in alienis peccatis non condolentis affectum seruare, sed auferam iustitiæ atque iudicij censuram tenere: quippe qui necdum didicit, in quo secundum diuinum Apostolum, legis Christi plenitudo consistit, dicente Apostolo sancto: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Vnde his vitijs monachum subiacere certissimum est, quæ in alio humana & item inclementi feruoritate condemnat. Iustus namque, vt Sapiens ait, miseretur peccatoribus: viscera autem impiorum crudelia sunt. At verò pacis tempore, euidentius nequit perfectæ charitatis fraternæ fore iudicium, quam inimicos diligere: necessitatis verò persecutionis; hora, animam ponere, Christo testate: Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Si autem quis inflet, eò quod, secundum Apostolum, cum adhuc inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est: dicendum, eum vti que non dilexisse, potissimè secundum rationem prædestinationis æternæ, alioqui non vti que: tanta nobis bona impendisset.

De vera atque sincera charitate, per quam Deo potissimè conformamur.
Articulus XIII.

Nos igitur diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Qui alium sincerè vereque diligit, non iam propter ea, quæ illi sunt, sed propter ipsum vti que eum amat. Porro, qui idcirco alium amat, quoniam sibi utilis est, & quia ab eo commodum expectat & sperat, non illum, sed dona eius, præsertimque seipsum comprobatur diligere. Ideoque is duntaxat verus purusque Dei amator censendus est, qui eum, vt possibile est, secundum euangelicum illud præceptum, ex toto corde, totaque mente, totaque anima, & ex omni demum fortitudine sua diligit, non commodi alicuius intuitu, sed nec remunerationis adpectu, vel quia sibi Deus conueniens est, eoque ipse eget. Quin potius propter connaturalem ac superabilem suam bonitatem, sanctitatem ac perfectionem ei afficitur, eum amat atque complectitur. Et iam non metu pœnarum, neque felicitatis obtentu, sed propter ipsum nudum boni affectum desideriumque virtutum ac diuinitatis ardorem Deo adhæret, seruit, item que iugiter

iugiter & delectabiliter paret. Nempe id æquissimus charitatis ordo efflagitat, vt que minus bona sunt, minus desiderentur atque amantur: quod autem præstantissimum est, ardentissimè ac propter seipsum diligatur: cætera verò in ordine ad illud, & propter illud, vnde solus Deus propter seipsum summè amandus est. Denique, neque nos ipsos, nec propriam salutem aut commodum, nisi in ordine ad Deum, propter Deum, & ob eius amorem atque honorè amare debemus. Præterea qui ideo tantum Deum diligit, quoniam sibi conueniens est, hincque principaliter ei obedit, vt sibi felicitatem ac dona impèdat, non veram atque gratuitam dilectionem, quæ sola meretur, sed naturalem ac imperfectam duntaxat charitatem, quæ nihil à Deo gloriæ promeretur, quoniam super se inordinatè reflectitur, se adeptum agnoscat. Huiusmodi quippe Dei dilectio, ad se iniuste conuersa, veri amoris, qui semper in altum tendit, ac in Deum finaliter scandit, expers est: & naturalis perhibetur, quoniam ex naturali inclinatione, qua cuncti beati esse desiderant, proficiscitur, & ex informi fide egreditur: ideoque non meretur. Itaque & nos & propriam salutem in Deo, ad Deum & propter Deum amemus, quatenus cum spòsa fateri possimus; Ordinavit in me charitatem. Enimvero qui hanc tam ordinatam dilectionem gratia Dei sortitus est, in Dei adiuuini amoris similitudinem iam processit. Ille quidem nos dilexit, nil à nobis recipere sperans, (bonorum enim nostrorum non eget) sed propter nos ac nostram salutem nos fecit atque fecit, & hoc non propter nostram iustitiam, sed suam munificentissimam bonitatem. Omnia namque propter seipsum operatus est Dominus. Sic quoque, dum eum propter ipsius purissimam bonitatem, non pœnarum horrore, nec præmiorum cupidine diligimus, Dei formes efficiamur. Denudum inimicos quoque; amamus, neque; ingratis beneficia exhibere desistimus, diuino vti que amoris, qui solem suum iustis ac impijs lucere instituit, bonis ac malis pluuiam fundit, omnibusque, quantum in se est, se communicare paratus est, & vnicuique vt capere valet, se influit, conformes in charitate facti sumus. Quam se Dei assimilationem adeptum Iohannes agnosces: In hoc, inquit, perfecta est charitas nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij, quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Etenim quomodo fragilis humilisque natura in hoc mundo esse potest vt Deus, nisi ad instar charitatis diuinæ in bonos & reprobos lenem sem-

per placidumque cordis extendendo charitatis affectum, bonum ob ipsius virtutis amorem efficiens, atque ad adoptionem filiorum Dei pertingens?

De tribus, quæ homines ad Dei obsequium trahunt: & cur quidam serui, quidam mercenarij, quidam autem amici appellentur. Artic. XV.

SI quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo. Tria sunt, quæ à peccati libidine mentem auertunt, & ad Dei mandata inducunt: Primum, timor est malitiam. Secundum, spes præmij: Tertium autem charitas est. Igitur qui Deum timet, non timore illo filiali ac casto, qui ex magnitudine amoris emanat, sed ne iusta pœna plectatur, seruus vocatur: serui enim est timere tormentum: quia si sciens voluntatem Domini non fecerit, plagis vapulabit multis. Et Propheta: Filius, inquit, honorat patrem, & seruus timet Dominum suum. Denique, mercenarius perfecta nodum charitate formatus ac propria querens, mercedis aviditate, non amore rectitudinis aut Dei charitate Deo seruit, mandataque; seruat. Et quidem si sic in his timor seruilis ac proprii commodi amor consistant, vt de filiali timore atque ipsius Dei filiali dilectione nil penitus asit, nec seruus nec mercenarius quippiam promeretur: qui enim pœnam metuit, & Deum non diligit, sine gratia est. Sed & qui se duntaxat priuato inordinatoque quærit amore, hinc ad se reflexus, non in Deum erectus, diuina vti que dilectione destitutus est, quod iam paulò antè lucidius deductum recordor. Præterea, cui benè operandi ratio nec metus est, neque sui lucri cupido, sed virtutis atque munditiæ indissolubilis ac iugis affectio, quem non aliud, quam diuinæ reuerentiæ amor, bonique summij seruo oblectant, hic Dei amicus ritè asseritur, & is duntaxat stabilis in bono constansque subsistit. Charitas enim nunquam excidit: & ratio atque somnium, quod eum inducit, sincerum est, perpetuum atque diuinum. Denique, quem quærit, intendit ac adspicit, æternus est, cuncta prospiciens & vbique asistens. Nempe nil vti que huic humanus addet respectus, neque adspicientis creaturæ reuerentia ei quicquam adijciet, neque; solitudo tollet aut minuet: quia potius semper atque; vbi que; propria intra se conscientiam intus, actuum cogitationumque; sanctarum animæ suæ peruigil erit custos,

Psal. 138.

Iob. 24.

Prover. 11
Matt. 5

Offic. 8
Matt. 5.

Colo. 3.

Prover. 11.

Iob. 19.

Rom. 5.

Colo. 3.

Psal. 138.

Prover. 16.

Matt. 5.

Iob. 24.

Luc. 12.
Malac. 1.
Mercenarius

Amicus est.

1. Cor. 13.

cum Helia Helisæoq̄ue dicens: Viuit Dominus, in cuius cōspectu isto hodie immo semper atque vbique. Itaq; proficisci festinas de virtute in virtute, à timore ad sp̄s, & item per vtrunq; ad charitatem meabit. Porro is, quem timor à vitio cohibet, timore ablato, ad id repente, quod diligit, reuersurus est, nec in bono pacificè stabiliterq; mansurus: quoniam in virtutis affectum nondum ascendit. Qui præterea præmiorum cupiditate inducitur, non vtique vero summoq; bono cor directè impressit: qui autè Dei duntaxat nuda & absoluta dilectione inflammatur, non quiescit, donec perueniat: quia Iohanne testante: Scimus quoniam omnis, qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio Dei conseruat et: hoc est, non remanet neq; finitur in mortali capitaliq; crimine, quoniã semè Dei in eo perseuerat, quia electus est.

De concordia Catholicorum Doctorum distinctione timoris. Articulus XVI.



Imor nō est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quia timor pœnam habet. Videtur, ni fallor, si diligenter intueamur, Orthodoxi Doctores de præsentia materia diuersa sentire, sed ritè contemplantibus summa eorum splendet concordia. Nēpe vir à Deo vtique mirabiliter eruditus Iohannes Rusbrochius, in libro de Perfectione Filiorum Dei, vbi multa pulchra profundaque scripsit, de seruis ac mercenarijs loquens, seruos mercenarijs prætulit, & mercenarios demum ab omni felicitate ac gratia inanes appellat, seruos autem in gratia statuit. Casiani verò rationes atque authoritas his, vt apparet, repugnant, seruis nanque mercenarios præfert, & mercenarios quoque, qui concedis operantur intuitu, non omnind euacuat, dicente Psalmo-grapho: Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem. Et de Mose narrans Apostolus: Adspiciebat, inquit, in remunerationē. Rursus, inter amicos Dei & filios non distinguit Casianus, quemadmodum Iohannes Rusbrochius: sed horum atque eis maiorum concordia clarè patebit, si fiat timoris diuisio. Est quippe seruilis timor constituens seruum, qui non manet in domo in æternum, & hunc perfecta charitas, quia pœnalis est, penitus eijcit: hunc seruum mercenarius pregit: vnde Augustinus: Timor, ait, seruilis est, cum per timorem gehennæ con-

tinet se homo à peccato: quo præsentiam iudicis pœnamq; metuit, & timore facit, quicquid boni facit: non timore amittendi eternum bonum, quod non amat, sed timore patiendi malum, quod formidat: non timet, ne perdat amplexus pulcherrimi sponsi, sed ne mittatur in gehennam æterni tormenti, de hoc timore Apostolus ad Romanos: Non accepistis, inquit, spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum Filiorum Dei, in quo clamamus, Abba Pater. Et enim, vt super hæc verba Augustinus asseruit, quauis seruili timore credatur Deo, non tamen creditur in Deum: & si per eum bonum fiat, non tamen benè. Nemo enim inuitus benè facit, etiam si bonum est quod facit: hic ergo timor esse nequit meritorius. Est igitur alius quidam timor, qui initialis vocatur, qui charitati nondum perfectæ commisceatur, eoq̄ue magis pellitur, quod charitas magis augetur: hic timor priorem minuit, & quod antè durum erat, amabilius reddit. Denique timor iste ad fideles seruos pertinet, quos Rusbrochius mercenarijs præfert. Vnde nec simpliciter seruos, sed seruos fideles mercenarijs prætulit: estq̄e insuper meritorius timor iste, & tam iste quàm alter initium est sapientie, & ad charitatem disponens: hic tamen secundus magis atque propinquus. Præterea, tertius timor est castus & filialis & amicalis, de quo Sanctus Dauid concinit: Timor Domini sanctus, permanens in seculum seculi. Hunc ardens gignit amor, quo formidamus ne tardet dilectus, ne abeat, ne offendamus, ne careamus: hic timor primum eijcit, & secundum perficit, estq̄e in charitate perfecta, & quod maior est charitas, eod ipse quoque intensior est, quemadmodum indulgentissimum patrem filius, ac amanti sissimum sp̄sum coniunx sollicito reueretur affectu, ne vel paululum offendat pijsissimum vultum, nēue amoris virtus tepescat: de hoc timore ait scriptura: Time te Dominum omnes iam tui eius, quoniam nihil deest timentibus eum. Et denuò: Beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimis. Hinc insuper constat, quemadmodum dictum sit: Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit, quid faciat Dominus eius: vos autem dixi amicos. Hoc nempe de seruitute, quam timor facit seruilis, dictum est. Porro seruus bonus, prudens atque fidelis, & seruus est & amicus: sed & omnes in super, qui in gratia sunt, siue filij sint, siue amici, serui quoq; existunt: Deo enim obsequuntur & parēt. Deniq; quomodo timor filialis in patria

fit tam in angelis quàm animabus beatis, & item in omnibus illic æternaliter permanentibus: & rursus, qualiter animæ Christi timor hic infuit, & nunc etiam inest, modò relinquat. Hanc nanq; materiã magister Sententiarum libro tertio pulchrè pertractat. Nunc tamen tantum breuiter tangã, non habere timorem istum sanctum, eosdem vsu & actum in patria, quos habet in via: nō enim beati in cælo metuunt, ne Deum offendant aut perdant, aut eius in ipsis ardor tepescat: sed remanet illic reuerentia, quæ est (vt ait magister) mixta cum subiectione dilectio. Sic demum & Christo secundum naturã assumptam hic timor inerat, & nūc etiã adest: nunquàm enim Deū offendere aut eo carere timebat, quippe qui nec vnquam viator purus extitit, sed plū omnibus diuinitatē reueritus est, quemadmodum de ipso prophetauit Esaias: Replebit eum, inquit, spiritus timoris Domini.

De amabilitate diuine naturæ. Articulus XVII.



Illigã te Domine fortitudo mea, Dominus firmamentum meum & refugium meum & liberator meus. Vnumquodq; quod fuerit in bonitate præstantius, atque in pulchritudine formosius, eod amabilius desiderabiliusq; existit. Tu autem, o Rex gentium, o Princeps altissime, o summe adorandeq; Deo, pura atq; immensa bonitas, cui idem esse & bonum esse, quoniam naturaliter bonus es, & quicquid ad bonitatis plenitudinem, decorem, dignitatemq; pertinet, tibi prorsus cum incomprehensibili, incircumscriptibili ac superexcellente eminentia maiestatisque competit. Es enim o benedictè Creator, o incomparabilis Rex & vniuersorum Dominator omnipotens, omnium bonitatum fontana causalisq; bonitas, sine cuius participatione nil vel minimum quid de bonitate sortitur: & quod tibi amplè appropinquat, eod res quælibet melior est: quod autem magis à te abierit, eod vilior defectuosiorq; efficitur. Præterea, tu o sublimis & in infinitū cunctis præstantior Dominus Deus, pulcher es & separata ac incircumscripta supersubstantialisq; pulchritudo: es enim, o sancte Dñe, lumen luminum, superessentiale lumē & interminabilis candor: nec est finis, mensura vel modus clarissimi illius splendoris, quo in te ipso æternaliter radians fulges. A tua nempe emicatione lucis vultus naturæ ornatur, vniuersa splendent, sol & luna,

ignis omneq; fulgidum, cæli & sidera claritatem suscipiunt, venustantur ac lucent: sed & omnium tam supermundanorum quàm humanorum mentes ac oculi animorum in lumine tuo vident, discernunt, intelligunt. Enimuerò quicquid in ordinibus vniuersentis sparsim ac finitè consistit pulchritudinis, amœnitatis, bonitatis, perfectionis, dulcedinis, tibi, o Deus simplicissimè, atq; cum immensa excellentia inest. Omne pulchrum, omne amœnum & bonum tua Domine pulchritudo incomparabiliter vincit, tuaq; dulcedo atq; perfectio immensè excedit, & quicquid appeti valet, in te superplenè quiescit. Tu enim, o omnium causa, vita es, quæ naturaliter viuit, vita simplex ac pura, quæ totaliter viuus: nec aliquid in te est, nisi syncerissima & actualissima vita: nec aliud in te est viuens, aliud vita, aliud viuere, sed ipsa tua essentia vita est, in qua omnis vitæ perfectio, nobilitas ac beatitudo consistunt. Deniq; ab ea omnis vniuersorum vita effluit, vita naturæ, vita gratiæ, vitaq; gloriæ. Ab eius nepere immediata ineffabiliq; participatione supercelestes illæ mentes immortalem ac indissolubilem vitæ vigorem vitamq; in corpoream atq; felicè suscipiunt. Porro in tua Domine substantia naturaliter & absque simplicitatis iniuria superplenè comprehenditur omne, quod amabile est & appeti valet, æterna ac certissima ac cuncta disponens sapientia: virtus fontana, omnipotens atq; illimitata, cuius cōmunicatione subsistit omnis virtus creata, neq; in ictu oculi perduraret, nisi eam o Domine virtus tua manu teneret. Præterea, in te, o Altissime, iucūditas immensa felicitasq; perfecta: nullius egēs, à nullo dependes, neq; aliundè quid suscipis, sed de proprijs gaudes & omnibus sufficis.

De sincera delectatione atque admirabili dulcedine contemplatiue vitæ.

Articulus XVIII.



ustate & videte, quoniã suauis est Dominus. Vera delectatio in vniuersione veri boni consistit: dum enim quippiam bono conuenienti sibi coniungitur, naturaliter delectatur. Gaudiū igitur metis, in conceptione vniuersioneq; intellectu boni situm est. Quod itaq; intellectiua pars animæ, sensitua parte melior est, purior, nobilior atque præstantior, ipsūq; demum diuinū ens, quod eius obiectum est, diuina videlicet in creataq; veritas, & item incircumscripτα simpliciterq; perfecta bonitas, omni sensibili atque creato

p. Reg. 17
4. Reg. 5

u. Ioh. 1. 5

u. Ioh. 1. 4

Iohannes
Rusbrochius.

Casianus.

Psalm. 118.

Hebr. 11.

Timor tri-
plex.
Ioh. 1. 8.

Augustinus.

Timor ser-
uili.

Roman. 8

Timor ini-
stia.

Psalm. 110

Timor castus

Psalm. 33.

Psalm. 111

Ioh. 1. 15.

ente sublimius est, dignius, & in omni bonitate, amabilitate ac dulcedine præclarior, eò delectatio itemque dulcedo, quæ in contemplatione consistunt sensitiva, omni carnali atque illicita oblectatione mundiores sunt, suaviore, appetibiliores ac diuiores: ideoque vtrique admirabiles ac voluptuosissimæ deliciae in contemplatio animo conquirentur. Denique, eò gaudia ista mentalia dulciora redduntur, quò fuerit anima magis disposita ad diuina, & æternorum amplius capax effecta. Si enim necdum rationi sensualitas ipsa obedit, si animo adhuc passionibus dominantur, & ad exteriora mens vaga deuoluitur, non vtrique hominem vehementius oblectabunt contemplatiuæ opera vitæ, oratio, meditatio, secretum, psalmodia, compunctio, speculatio, amor, studium, pax, quies, quàm carnales deliciae exterioraque opera ac sensualis voluptas: & hoc quidem propter animæ vilitatem, immunditiam, incapacitatemque contingit, quoniam contemplatiua vita, quantum de se est, alia omni vita incomparabiliter amœnior est, iucundior, eligibilior atque suavior, sed hoc nemini nisi gustanti expertoque constat. Nempe vt Gregorius ait: Corporales deliciae, dum habentur, in fastidio sunt, aut citò in fastidio sunt: dum autem non habentur, in desiderio extant: spirituales autem deliciae, dum non habentur, fastidiuntur: habitæ verò amantur atque optantur. Cùm enim sit Deus immensa bonitas, ei vtrique vniri dulcissimum est: & quò fuerit vnitio ipsa intimior, eò quoque suauitas erit amœnior, & gustanti eam carnalis omnis pausatio & oblectamentum mundanum mox vilescunt, atque in fastidio contemptuque erunt. Porro vitæ huius internæ dignitas & delectatio, ex his, quæ de se fieri fatetur Gregorius, lucidè patet: Siquidem in exordio Dialogorum affari Petrum exorsus, dolens suspiransque ait: Infelix meus animus pulsatus occupationis suæ vulnere meminit, qualis aliquando in monasterio fuerat: quomodo ei cuncta labentia subtraherant: quantum rebus omnibus, quæ voluntur, eminebat: quòd nulla nisi cœlestia cogitare consueuerat: quòd etiam retentus corpore, ipsa iam carnis claustra contemplatione transcendebat, quòd mortem quoque (quæ penè omnibus pœna est) vt ingressum vitæ & laboris sui præmium amabat. At nunc ex occasione curæ pastoralis: secularium hominum negotia patitur, & post tam pulchram quietis suæ speciem terreni actus vulnere fœdatur.

Gregorius.

De vera ac stabili pace cordis. Articulus XIX.

Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Quemadmodum vndecimo capitulo de diuinis nominibus ait Dionysius, & de monono de Ciuitate Dei Augustinus: Pacè cuncta desiderant, & propter eius bonitatem agunt vnuerfa, quæ agunt: omnium enim bonorum nostrorum finis est. Denique, vt Augustinus diffinit: Pax est tranquillitas ordinis. Ordo autem, inferiorum ac superioris debita est habitudo, vt videlicet secundum superioris exigentiam atque censuram, inferiora disponantur ac pareant. Itaque, cum, secundum Dionysium, optimum hominis sit secundum rationem esse, dum in homine inferiores omnes potentie rationi subduntur, & eius iudicio cuncta promptè atque stabiliter fiunt, tunc mens pacem veram sortita est. Pax nempe perturbationem excludit. Perturbatio verò, rebellio est inferioris à superioris recto iustoque ordine. Et quemadmodum, teste Aristotele, optimum in entibus est ordo, sic pessimum in ipsis extat: turbatio: ideoque obedientia nobis præsertim districteque seruanda est. Qui enim inobediens est, pacem amittit, ordinem non tenet, & perturbationem, quæ pessima est, suscitatur: inducit. Porro vti tunc ciuitas pacem habet, dum secundum gubernatoris voluntatem omnia in ea aguntur: sic cùm in nobis secundum præscientis directionem rectam ac rationalem fratres disponuntur & viuunt, pacem habet cœnobium, & vtrique illi, qui eam impedit, aufert aut odit. Præterea, qui pacis stabilitatem seruare conatur immobile, & item inuolabilem in concussamque mentis quietem, mititate & patientia potissimè eget, ne iniurijs moueatur, neque ira flammascit. Mentis quippe iracundia atque commotio pacem prorsus extinguit, & Spiritum sanctum, qui vtrique non dissensionis sed pacis spiritus ritè dicitur est) celeriter à corde depellit. Venique, pacifico fortitudo necessaria est, ne extollatur in prosperis, neque opprimatur aduersis, & ne pacè cordis sui in aliorum potestate cõstituat: sed ipsam in se statuens, quæ eam extrinsecus aut lædere aut tollere queunt, mox spernat, celeriter pellat, nullatenusque suscipiat. O dignitas pacis amanda: siquidem præsentem vitam pax sancta dulcificat, & æternam in super beatitudinè præstat: turbatio autè de cella atque cœnobio carcerè efficit, atque in futuro tartareum meretur ergastulum. Enimuerò monachus pacis expers, nusquam neque in præsentem, sed ne in futuro quidem, lætatur: sed cella ei amara est, & infernalis ei carcer amarior erit. Hæc mihi amanti sime frater conscripsi, vt desiderium tuum adimpleam, meque informem. Fateor equidem, quoniam dum hæc scribo, nec tamen ea, quæ scri-

Matth.

Dionys.

Aug. quid.

De excelsa uera & filij huiusmodi tranquillitate.

1. Cor. 14.

tartareum

bo, in meipso inuenio, et uerbo: perfectio nemque demum, quam me habere debere intelligo nec habeo, vehementer adipiscici affecto: quod mihi, tibi que & omnibus quoque præstet Deus sublimis & benedictus, Amen.

bo, in meipso inuenio, et uerbo: perfectio nemque demum, quam me habere debere intelligo nec habeo, vehementer adipiscici affecto: quod mihi, tibi que & omnibus quoque præstet Deus sublimis & benedictus, Amen.

Libri secundi, de vita & fine solitarij, finis.

D. DIONYSII
CARTHUSIANI DE PRAECONIO
 SIVE LAUDE ORDINIS CARTHUSIENSIS LIB. VNVS.

Proœmium.



Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Hæc est generalis beatiissimi Pauli, in paradysum & usque ad tertium cœlum rapti, doctrina in uniuersis suis Epistolis, ut carnalia desideria reprimentur, ipsaque caro in seruitutem spiritus redigatur, & ipsa mens hominis Deo excelsio ac glorioso per gratiarum charismata conformetur: quod totum cadit etiam sub præcepto, ita ut nihil admittatur, nil fiat charitati contrarium. Porro quanto quis istud perfectius in seipso expleuerit, tanto perfectior ritè censetur. Etenim finalis perfectio, beatitudo, decor & gloria rationalis creaturæ est, suo Creatori plenariè conformari. Ad quod naturalibus uiribus nequit pertingere, sed supernaturalibus indiget gratia donis, atque assidua ope piissimi Saluatoris, qui dixit: Sine me nihil potestis facere: qui cum sit uniuersorum Creator ac Dominus, nec personarum acceptor, nulli denegat gratiæ suæ auxilium, eandem totis uiribus requirenti, ut puta quod in se est facienti, quemadmodum Moses protestatur: Cùm quæsieris Dominum Deum tuum, inuenies eum: si tamen toto corde quæsieris eum, & tota tribulatione animæ tuæ. Hinc elucescit, quòd quanto plus aptauerit ac præparauerit se homo ad diuinorum infusionem charismatum, ad gratiæ incrementum, ad supernaturale Deitatis subsidium, tanto exuberantiùs desuper exaudietur, gratiosius confortabitur, incessabiliusque iuuabitur: sic, ut uerè & ex sententia fateatur: Omnia possum in eo, qui me confortat. Ideo sapientia Dei Patris Christus in Euangelio docuit, monuit, iussit, ut totum cor nostrum conuertamus ad Deum fide firma, filiali fidutiâ, charitate præcipua: & ipsum in omni necessitate & tam fideliter inuocemus: impedimenta quoque exauditionis diuinæ, id est, peccata, quibus maiestatem Altissimi offendi in honorari que constat, diligenter uitemus. Denique, hinc iubemur omnem sollicitudinem nostram in ip-

Gal. 5. 2. Cor. 12.

Rom. 12.

Iohan. 15.

Act. 10.

Deut. 4.

Philip. 4.

1. Cor. 12.

Matth. 23.

1. Pet. 3.

sum projicere, in omni indigentia ad ipsum confugere, in omni euentu in ipso sperare. Hoc Patres sancti, Spiritu sancto repleti, profundè pensantes, varios ordines instituerunt, prout diuinitus monebantur, in quibus diuersa ordinauerunt statuta, rigorosa satis & ardua, innitentes in cunctis gratioso auxilio Spiritus sancti, cuius consolatione ac ope nouerant omnia, non tantùm facilliter, immo & delectabiliter posse impleri, quemadmodum Rex & legiser noster est loquutus: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde. iugum enim meum suauè est, & onus meum leue. Cumq; teste Apostolo, hi, qui sunt Christi, hoc est, electi à Christo, & per gratiam pertinentes ad ipsum, carnem suam cum uitijs & concupiscentijs crucifigant, refrenent, castigant, pœnitentialiter que affligant, quod etiam aliquo modo ad omnem pertinet atq; requiritur Christianum: ideo Patres sancti in suis regulis statuerunt id fieri cū eminentia quadam, ut scilicet religiosi, quò professionis fuerint altioris, eò excellentiùs & perfectiùs corpora sua cum uitijs & concupiscentijs crucifigant, quatenùs & sic abundantiore cœlitus gratiam sortiantur, Christo conformiores reddantur, ac demum ad omnia, quæ diuini sunt cultus, ardentiores fiant ac fortiores. Præterea, quia in multis offendimus omnes, sensus quoque & appetitus ac cogitatio cordis humani proni sunt in malum ab adolescentia sua: instituerunt beatissimi seruentissimi & illuminatissimi Patres in suis statutis ac regulis uarias obseruantias regulares, satisfactorias pœnas, ordinationes pœnitentiales, quibus non solum quotidiana & cuncta præterita deleantur peccata, uerum etiam futura & imminetia caueantur, inherentes ac innitentes in omnibus pietati ac gratiæ misericordissimi Creatoris, non instabilitati & imbecillitati humani cordis, sicut hortatus est Esaias: *Quis, inquit, ambulat in tenebris, & non est lumen ei? speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suum. Ampliùs, hac ex causa diuinus Dionysius Christianam sapientiam, Euangelicæ legis doctrinam, sacræ fidei theoriam appellauit irrationabilem, in sensatam, amentem: nō quod à ueræ rationis luce deficiat, sed quoniam omnem naturalem rationem, philosophicam traditionem, humanam perscrutationem prorsus transcendit, potissimè in credendis, magna quoque ex parte in operandis, in quibus omnibus necesse est supergredi semetipsum, Deo inniti, gratiæ inherere, ac stabiliri in eo, de quo cantamus in Psalmo: *Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur. Itemq; In Deo salutare meum, & gloria mea Deus auxiliij mei, & spes mea in Deo est.***

De

DE PRAECONIO SIVE LAUDE ORDINIS CARTHV.
De institutione ordinis Carthusiensis. Articulus I.



Nonne Deus stultam fecit sapientiam huius mundi? Agnitū planè atq; famosum est miraculū illud resuscitati Parisijs mortui, in Theologia magistri facientis uirtuoli, grandiq; morū uenustate forinsecus decorati, q̄ altera obitus sui die ac prima sui resuscitatiōe, erigēs se in feretro, protulit apparatus: Iusto Dei iudicio accusatus sum. Porro sequente die denudususcitatus, terribiliū ait: Iusto Dei iudicio iudicatus sum. Tertia autem die terribilissima uoce deprompsit: Iusto Dei iudicio eternaliter sum damnatus. Cuius occasione prodigij ordo cœpedit Carthusiēsis. Vir quippe altæ considerationis magister Bruno, natione Colonienfis, in factō illo horribili intus, quā uerè incōprehensibilia, rigorosa ac metuendissima sint Omnipotentis iudicia, compunctus, territus & accēsus est uehementer, ac uñ cum sex uiris sibi familiaribus ac præcharis hunc mundum immundum, hoc seculum nequam, hoc turbulentiūssimum ac periculosissimū mare, in quo (ut sanctus fates Hieronymus) de centum uix unus euadit, exire decreuit: quò iuxta directionem sancti Hugonis Gratianopolitani antistitis, super hoc uisione septem stellarum desuper informati, saluberrimè adimpleuit, ac iuxta compūctiōnis suæ feruorem, iuxta spei suæ in Deo corroborationem, iuxta magnitudinem ac certitudinem fidei suæ, eremiticā, solitariam, & uerè pœnitentialem exorsus est ducere uitam, ex qua Carthusiana religio traxit originem. Cuius professores elegerunt esse omnino reclusi, ab eū carnium perpetuè atq; indispensabiliter abstinentes, corpora sua cum uitijs & concupiscentijs crucifigentes: in cella & solitudine, in spe & silentio, in oratione & compunctiōe, in ieiunijs & disciplinis, in asperitate cilicij ac strati duritia, in psalmodijs & laudibus, in contemplatione atq; indefinēti profectu diuini amoris vacantes & obsequentes Altissimo: omne quoq; bonum, quod agunt, pro nihilo reputantes, & superdignissimo Deo grata ac humili mēte sinceriter ascribentes, prudenter aduertunt, quòd Deus maiestatis ac gloriæ penitus infinitæ, in infinitum ampliori honore, cultu, amore & subiectione sit dignus, quā ipsi, immo & uniuersa creata, eidem ualeant exhibere. Præterea, quòd nec beneficij primi ac summi datoris quicquam æ-

quiualens aut condignum ualent rependere: quod item, si uoluerit cum eis iudicio Deus contendere, non poterunt respondere unum pro mille. Rursus, quòd nec profuis excessibus satisfacere queant Iudici summo, etiam si flumina aquarum Iordane maiora, oculi eorum deducant, & totus hic mundus simul oret ac ploret pro ipsis. Postremò, quòd non sint cōdigni labores, idoneæ feruitures sufficientes uē pāsiones huius conuersationis ac temporis ad futuram gloriam electorum. Ex horum consideratione profunda ac luminosa, non solum pro nihilo arbitrantur, quòd carnibus nunquam uescuntur, immo uehementer deplāgūt, quòd à sanctorum Patrum rigore & abstinentia, compunctiōe & pœnitentiæ profectu, puritate, perfectione ac syncerissima contemplatione tam intensè & quasi infinitè deficiunt: Propter quod meritiū humiliant ualdè spiritum suum, & aspernantur se ipsos, seq; secundū id, quod ex se sunt, considerantes, ex corde se reputant indignos pane, quāto magis piscibus & laeticinijs, quibus uescuntur, terra quam calcant, aere quē respirant, & omniū creaturarum obsequio, immo & omni beneficio Dei, eò quòd uniuersorum Creatorem (cuius honorabilitatis nullus est finis) tam frequenter, tamque enormiter offenderunt: haud dubium, quin multò plūs quā ipsemet sciunt aut comprehendere ualent.

De antiqua quorundam querela, aduersus Carthusienses, eò quòd in nullo casu, in nulla uidelicet infirmitate, carnium esum admittant. Articulus II.



Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, stultitia est enim illi: spiritualis autem omnia diu dicat, & ipse à nemine iudicatur. Quidā beneuoli sunt bonæq; indolis, & bona uirtutum ac gratiæ dona, quæ in seipsis non habent, amant, commendant, ac uenerantur in alijs: Alij uerò corrupti sunt, intemorati, atq; ad temeraria iudicia proni, qui dona Dei, quibus carent, in alijs persequuntur, melioribus obloquuntur, ac (teste Hieronymo) in eo doctos se putant, bonosq; arbitrantur, quòd doctioribus & melioribus se obtrectāt. Hinc aliqui ab antiquo temerè eruperunt & posuerunt (ut scriptum est) in cœlum os suum, sanctum ordinem Carthusiensem indiscretionis ac sceleris

arguentes, eò quòd professoribus suis in nulla ægritudine carnibus vesci concedat: quia (vt fantur) per hoc necessaria remedia denegantur, & vita infirmi, quæ per confectionem ex carnibus instaurari posset & prolongari, abrumpitur. Præterea alij discretissimi religionum institutores, in ægritudinibus grauibus, præsertim in articulo mortis, in quo omnia extant communia, esum carnium suis professoribus concesserunt, putà Hieronymus, Basilius, Benedictus &c. Vnde hi indiscretè hoc negare videntur, cum & Apostolus contestetur: In nouissimis diebus discendat quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, prohibentes nubere, abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione: quoniam omnis creatura Dei bona, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur: Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem.

Reprobatio accusationis illorum, & ad obiecta eorum solutio. Articulus III.



Vemadmodum autem Iannes & Mambres restiterunt Mosi, ita & hi resistunt veritati, sed vltra non proficiunt. In sapientia enim eorum manifesta omnibus erit, sicut & illorum fuit. Contra præactas calumnias dudù scripserunt viri literati ac boni, magister Arnoldus de Noua Villa præcipuus Physicus, Cancellarius quoq; Parisiensis Iohannes de Gersono gloriosus Theologus. Præactus ergo Arnoldus in suo scribit Tractatu: Opinio illa in se falsa est & prophana, quia expressè sapit hæreticam prauitatem, & est in radice sua phantastica & mendosa. Cuius falsitas sic probatur: quod ex summa sit charitate, nõ adimit charitatem: Cum ergo in ordine Carthusiensis carnes regulariter degenerentur quibuslibet regulæ subiectis virtute generalis statuti, constat ex charitate id fieri. Insuper quòd sapiat hæresim, declaratur: quia vt sacri canones protestantur, Hæreticus est, qui Romanæ Ecclesiæ aduersatur in his, quæ ad vniuersalem pertinent statum fidelium, & item qui nouum dogma cõsingit pertinaciter: & certè vtroq; reatu inuoluitur author opinionis tam prauæ: Constat namq; quòd Romana Ecclesia de præfatio ordine, tanquam de pulcherrima ac gloriosissima filia, gloriatur & tolerat, immo & approbat statuta ipsius. Fingit etiam nouum dogma, quia supponit, quòd languidi interdum nequeant sine esu carnium à mortis

periculo liberari, sicq; docet necessariò esse carnibus vesci, ad vitæ longitudinem consequendam, quod peritissimi reprobant medicorum. Mortis, inquit, periculum non timetur in languido, nisi ex defectu virtutis vitalis, & hæc non valet deficere, nisi vel ex malitia materiæ seu humoris eam resoluentis, aut defectu alimenti eam resoluentis ac restaurantis deperditionem ipsius. In vtroq; verò casu languens euadit mortis periculum per abscisionem causæ prosterntis virtutem illam vitalem: nec est tutum, in proposito remedia permutare: nam vt clarissimus medicorum princeps Hippocrates ait in ægritudinum regimento: Si deficientibus per furiam morbi, id est, malitiam materiæ vel humoris peccantis, exhibeatur cibus suffocationis, vel alterius vexationis si per additio, vitam coguntur finire celeritè: deficientibus autem ex penuria alimenti, si denegerint cibus & medicationi subdantur, expirant velociter tabefacti: ex quibus patet, quòd carnes ad edendum non porrigantur, nisi pro alimento, ad liberandum egrum, qui timetur deficere ex morbi malignitate, non proderunt, sed nocebunt. Deficientibus verò propter penuriam alimenti, si carnes exhibeantur, confortantur procul dubiò vitalem virtutem. Veruntamen ad eam confortandam & reparandam, non oportet cibos carnium potius dari, quam alterius alimenti, quia (vt dictum est) deficienti ex hac causa, debetur alimentum velocissimè abundanterq; reparans virtutem ipsam deficientem. Talia verò testantur medici esse vinum ac vitella ouorum mediocriter mollia, sic probantes, quòd nihil abundanter ac velocissimè potest virtutem vitalem reparare in corde, & per consequens in arterijs cõctorum membrorum, nisi velocissimè valeat generare spiritus copiosos in membris prædictis. Porro tale consistit alimentum illud, quod in laudabilem multumq; sanguinem velocissima digestione conuertitur: quale est, quod habet qualitates sanguini naturaliter conformes, atque in sui substantia paucissimas gerit faeces: immo habet substantiam adeò puram, quòd conuertitur quasi totum in sanguinè. Præ cunctis verò nutrientibus prærogatiuam habent in his duo hæc, vinum mediocre, & maximè aromaticum, & vitella ouorum. Cæteris quippe aliqua prædictarum defunt conditionum, quia si generatiua sint sanguinis multi, aut non ita citò in sanguinem conuertentur, aut non in tam purum, seu econuerso. Si enim ita celeriter in sanguinem

guinem conuertantur vt ista, non tantum erit aut tam purus. Brodia etenim carniū & succi earum, vel latenter vel apparenter abundant ventositate superflua, quæ pabulum est caloris extranei potius, quam materia sanguinis puri laudabiliumq; spirituum. Patet igitur, quòd languentibus, in quibus defectus virtutis vitalis causatur, non ab alimenti penuria, esus carnium ingerit mortis periculum: & citius atque securius eis succurritur per exhibitionem ouorum ac vini, quam carnium. Hinc huius oppositum affirmare contingit aut ex malitia & odio, qualis est error perfidie Iudæorum: aut ex concupiscentia carnium & animi passione, qui rectum peruertunt iudicium: vel ex ignorantia physicalium considerationum, quæ docet, quòd quædam est virtus corporalis, per quam anhelitus exercetur & pulsus in corpore toto, sine qua nequit in aliqua corporis parte vllus vitæ actus manifestari: ideo medici hanc appellant absolutè vitale. Alia est, per quam exercetur cognitio, quæ pertinet & conuenit animali, vt sentire, imaginari, estimare, memorari: ideo animale cognitium nominat eam. Tertia est, per quam motus voluntarius exercetur, propterea vocant eam animale motiuam voluntario motu. Considerans igitur medicus sapiens harum virtutum diuersitatem, rationabiliter distinguit inter confortantia, dicens, quòd ad confortationem virtutis vitalis & cognitiuæ plus valent alimenta subtilia, & quæ in sanguinem purum facillimè conuertuntur, quoniam illæ virtutes specialiter perficiunt operationes suas virtute spirituum laudabilium, qui generantur ex sanguine puro & temperato. Ad confortationem autem virtutis motiuæ prædictæ, plus profunt cibaria grossa, quæ densum & tenacem seu glutinosum generant sanguinem, quoniam motus voluntarius perficitur soliditate seu robore nervorum & lacertorum: sanguis verò densus & tenax, membra facit robusta & valida, quoniam difficulter ab eis per motum & laborem humiditas nutrimentalis resoluitur. Cumque respectu vini tenacem sanguinem generent carnes, constat, quòd ex hoc respectu commodiores erunt carnes ad imprimendum robur membris languentibus ex alimenti penuria: verum ad ea viuificanda, illa alia erunt vitiora: Per quod prædictorum maximè detegitur error: quia (vt asserit Galenus) confortatio virtutis motiuæ non est necessaria in decumbentibus ægris, quoniam & modicum egent operatione ipsius,

quare nec carnibus necessariò indigent. Hinc demum Apostolus scribit ad Timotheum: Modico vino vterè, propter stomachum tuum & frequentes tuas infirmitates: nec dicit, carnibus vtere: immo ad Romanos: Qui infirmus est, olus manducet, non dicit, carnes. De pane quoque & vino, quòd confortent virtutem vitalem, habetur in psalmo: Vinum lætificet cor hominis, & panis cor hominis confirmet. Sic & Christus deficientes in via, in quibus timebatur vitalis virtutis defectio, refecit, non carnibus, sed pane ac piscibus. Hæc ex tractatu præfati magistri sunt sumpta, quæ & Iohannes Andree vtriusque iuris celeberrimus doctor allegat & approbat: Nec derogat præinductis, quòd alij quidam sancti religionum institutores esum carnium in infirmitatibus admiserint: sicut nec illis obstat, quòd nonnulli religionum institutores esum carnium etiam sanis professoribus suorum ordinum concesserunt. Etenim Patres sancti considerationes habuerunt diuersas, ac varijs modis à Spiritu sancto sunt moti, institueruntque ordines magis & minus rigorosos, arduos & perfectos, prout diuersis hominibus iuxta varietatem & gradum virium & culpæ atque affectionum, feruorum, dispositionum & inclinationum suarum comperit & congruere potest. Porro quàm consultissimè ac providentissimè venerabiles Patres ordinis Carthusiensis professoribus suis vsu carnium totaliter indispenfabilerque negauerint, experientia pandit. Videmus quippe (vt ipsi hoc considerauerunt in alijs) quemadmodum modica illa licentia vescendi carnibus tempore infirmitatis, paulatim sit facta occasio magni, immo & multiplicis mali: Prone enim sunt sensus & affectus hominum ad iniqua: sicque decrecente primo seruore, persuasit sibi humana fragilitas ac carnalis affectio multiformi & leui occasione infirmitatis incommodum, indigentiam carnium, indulti abusus, & sic passim ad ollas carnium reuersi. Tanti igitur mali omnimodam occasionem absiderunt sibi ac posteris suis totaliter Carthusiensis ordinis Patres. Postremò, quòd ex verbis Apostoli introductum est, nequaquam militat contra præhabita: quia secundum expositores & sanctos Patres, Apostolus loquitur contra eos, qui quosdam cibos dixerunt illicitos, ex innata malitia, & non solum ex significatione, aut quasi adhuc duraret prohibitio Mosaicæ legis de va-

1. Timoth. 4.

Exod. 7.
1. Tim. 2.Hæreticus
quis.

1. Tim. 5.

Rom. 14.

1. Sal. 102.

Marc. 8.

Diuersa præ
trium conside
rationes in
ordinibus in
stituentis.

Gen. 3.

1. Tim. 4.

rijs efcis vitandis: Non autem loquitur contra eos, qui causa refrenandæ concupifcentiæ aut pœnitentiæ peragendæ, seu pro ampliori gratia obtinenda, docent, fuadent aut iubent à delicatioribus alimētis ad tempus seu totaliter abstinere, quod innumera- biles Sanctos confat egiffe.

Confirmatio prædictorum, ex tractatu doctiffi- ſimi viri Iohannis Cancellarij Parisienſis. Articulus III.



Erba ſapientum quaſi ſtimuli, & quaſi clavi in altum defixi. Cællarius iâ præfatus tractatu de abſtinentia à carnibus: Horrere, inquit, defacili abſtinentiam ſolent, qui voluptatibus deſluunt, quorum Deus venter eſt, à quibus ſobrietatis auſteritas reputatur & inculpatur, atq; ex ſua carnalitate & conſuetudine praua aliorum vitam metientes, iudicant miſerabile, ſuperſtitioſum, indiſcretumq; eſſe, corpus attenuare duris ieiunijs, & à cibis abſtinere conceſiſis, nõ aduerſet, quàm læta, ſalubris & ſana, immo & excoſuetudine, & præſertim ex gratia, q̄ facilis & iucunda reddatur deuotorum ſobrietatis.

Deniq; iſta eſt vitiorum palma infamis, extrema quoq; & impudentiſſima quorundã criminoforum peruerſitas, ſancta pollute, benè acta calumniari, & quæ imitari nequeunt aut non volunt, vituperare: ſicq; alienæ vitæ reprobationem, ſuam putant laudationem. Exprimur hanc carnalium hominum infaniam, tum in multis, tum nominatim erga venerabiles Carthuſienſes, apud quos reperitur, ſicubi in eccleſia quicquam veſtigij reliquerit prædicanda illa priſtinorum Patrum deuotio, admirabilis feruor, & continentia incredibilis penè. Hos Carthuſienſes interdum exagitant quidam imbuti ſapientia terrena, animali & diabolica, afferentes eos contra charitatem negare ſibiſſis carniem eſum, præſertim tempore infirmitatis: quorum vox, eſt vox ſatidientium cœlitus datum manna, ſuſpirantiumq; ad ollas carniem Aegypti. Itaq; contra hos ſit prima iſta cõcluſio: Rationabiliter in ordine Carthuſienſi generaliter eſt ſtatutum, vt nullus frater ordinis illius vnquam comedat carnes, immo ſi petat, ei negatur: ſi enim non ira eſſet, nequaquam per tantum tempus, videlicet plus quàm per trecentos & octoginta annos aut circiter ſteſiſſet & obſeruatum eſſet ſtatutum hoc in ordine Carthuſienſi, in quo hæc tunc floruerunt tot ſummę religionis atq; eximie diſcretionis viri, in ſcri-

pturis & iurè ciuili, canonico ac diuino ſublimiter eruditi. In ſuper, nequaquam tã diu hoc toleraſſet Eccleſia: alioqui laqueum miſtraſſet filijs ſuis: nec etiam vitam Carthuſienſium laudaſſent tot ſummi pontifices ac viri ſanctiſſimi, vt illuminatiſſimus pater ſanctus Bernardus in Epiftola ad fratres de Monte Dei. Præterea licitum eſt vni vel pluribus per totam vitam ſuam à carnibus penitens abſtinere: quia ſic plurimi ſancti & adhuc quidam agunt deuoti, quod Apoſtolus quoq; ſatis innuit, dicens: Si eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem. Amplius (vt ex verbis patet Iſidori) Lex illa rationabilis eſt eſſe ſenda, quæ conuenit religioni, congruit diſciplinæ, proficitq; ſalutitalem verò eſſe legem illam de iugi abſtinentia à carniem eſu, docuerunt tot temporum experimenta, infra quæ fuerunt in ordine illo tot religioſiſſimi viri incolumes, atque diutiùs cæteris, immo vſq; ad decrepitam ſenectutem viuentes. Ad iſta probanda inducit hic doctior quàm plura, in quibus ſunt aliqua, quæ in frã tanguntur.

De commendatione & teſtimonijs ſancti Bernardi ad fratres Carthuſienſis. Articulus V.



Vã pulchra tabernacula tua Iacob, tentoria tua Iſraël: vt valles nemoroſæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula, quæ fixit Dominus. Epiftola illa ad fratres de Monte Dei, communiter beatiſſimo nimiumq; clariffimo ac ſpiritualiſſimo viro ſancto Bernardo adſcribitur: nihilominus à quibusdã non ſine ratione ambigitur, an verè ſit eius: Primò, quia in prologo illius Epiftolæ author eiusdem: Excerpti, inquit, ex libris ſancti Ambroſij, quicquid in eis diſſeruit ſuper Cantica canticorum, opus grande & inclytum: Similiter ex dictis beati Gregorij, ſed diſſuſius quàm Beda: Bernardus autem non conſeuit excerptionibus huiusmodi occu- pari. Alia demum nonnulla ſcribit ibidem, ex quibus idem videtur: In epiftola, inquit, ad Romanos & cæteris quibusdã quod dixi, de ſanctorum Patrum fontibus hauſi, in quibus nihil omnino aut non multum de meo dixi: Secundò, quoniam is, qui collegit flores Bernardi, nihil ex Epiftola illa ad fratres de Monte Dei extraxit: Tertio, obſtiti diuerſitate. Veruntamen ex quibusdam apparet probabile, quòd ſanctus Bernardus Epiftolam illam ediderit: Nam in eodem

eodem prologo loquitur: Sunt & alia opuscula noſtra, & ſuper Cantica canticorum, vſque ad illum locum: Paululum cum pertranſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea: Nempe vſq; ad id ſuper Cantica ſcripſit: & addit in Prologo: Nam contra Petrum Abailardum, qui effecit, ne prædictum opus perſicerem, &c. quod dictum videtur de Petro illo Leonis Antipapa, Innocentij Papæ aduerſario, cõtra quem pluribus annis prædicauit Bernardus, & à compilatione impediatur librorum. Rurſus in Prologo illo effatur: Senium & ægriſtudo à communi me labore relaxat. Alibi quippe & ſuper Pſalmum, Qui habitat in adiutorio, à communi conuentus labore ſe exemptum fatetur ex infirmitatis debilitate: ſicque editioni opusculorum ac ſermonum fuiſſe intentum.

Præterea, author prædictæ Epiftolæ, tantæ ſe ex ſuo effectu probatur excellentiæ extitiſſe in omni ſapientia atque notitia ſcripturarum, in exercitatione virtutum, in guſtu & ſapore interno, in experientia diuinarum, in contemplationis profunditate, in autoritate loquendi & gratia inſtruedi, vt non immeritò putetur fuiſſe ſanctus ille Bernardus, qui fratribus Carthuſienſibus domus Montis Dei valdè fuit familiaris, amiciſſimus ac frequenter contubernalis. Verum, ſiue ſanctus Bernardus, ſiue alius ei forſan contemporaneus, illam compegit Epiftolam, ipſa verè Bernardo aſſcribitur, vtputa eius perſonæ aut alteri ei in gratia ſimili, iuxta quem modum amicus dicitur alter ego. Sanctiſſimus quoque Iohannes Ba- ptiſta vocatur Helias: & qui multum ſunt ſimiles, ijdem ſeruntur: itaque dicimus: Vidisti iſtum, illum vidisti. Sic ergo Bernardus Carthuſienſibus illis ſcripſit fratribus de Monte Dei, inſerentibus Orientale lumen, & antiquum illum in religione Aegyptium feruorem, tenebris Occidētis, ſolitaria ſcilicet vitæ exemplar ac formam conſolationis cœleſtis. Occurrit & concurre, ò anima mea, in gaudio Spiritus ſancti, in riſu ac iubilio cordis, in pietatis feruore, atque in omni obſequio voluntatis deuotæ. Quid ni? Etenim æpulari in Domino & gaudere oportet, quoniam Chriſtiane deuotionis ac ſanctæ religionis ſpecioſiſſima portio, quæ cælos propinquius tangere videbatur, mortua fuerat, & reuixit: perierat de hoc mundo, & ecce inuenta eſt auiditu auris audiebamus, nec credebamus: legebamus in libris, & mirabamur de antiqua vitæ ſolitaria gloria & magna gratia dei in ea, cum ſubitò inuenimus eam in campis ſyluæ, in Monte

Dei, in monte ſpiritualiter pingui. Ibi enim iam per vos offert ſe omnibus, & ſe in vobis demonſtrat, ignotaque hæc tunc innotefcit in paucis ſimplicibus, ipſo eam vobis ingerente, qui per paucos ſimplices totum mundum olim ſibi ſubiecit, ipſo mundo id admirate. In ſuper, in eadem Epiftola ad fratres ipſos multipliciter laudat, ſed nunquid eos de abſtinentia iugi ab omni carniem eſu ibi aut alibi vnquam redarguit? non utique: immo potiùs ad maiorem, quàm nunc ſaltem obſeruant: abſtinendi rigorem, hortatur, dicendo: Panis ſurfureus & aqua ſimplex, olera vel legumina, nequaquam res delectabiles ſunt, ſed in amore Chriſti & inter- næ delectatiõis deſiderio ventri & palato bene morigerato grater ex ijs ſatisfacere, valdè eſt delectabile. Quot millia pauperum ex ijs aut aliquo horum delectabiliter ſatiſfaciant naturæ? Faciliſimum quippe & delectabile eſt, adiuncto amoris Dei condimẽto, ſecundum naturam viuere, ſi nos permit- teret in ſania & carnalitate noſtra, qua ſanita, ſtatim naturalibus natura arridet. Itemque fugienda ſunt, ait, ſuperflua & adulterina cõdimenta. Sufficiat, obſecro, vt comeſtibiles ſiant tibi veſtri, non etiam concupiſcibiles aut delectabiles. Sufficit nanq; concupiſcẽtiæ malitia ſua, quæ cum vix aut nequaquam pertranſire poſſit ad finem explendæ neceſſitatis, niſi per viam quantæcumq; delectationis, ſi cõperit iritamenta ab eis accipere, qui bellum aſſumpſerunt perpetuum contra eius oblectamenta, ſiunt duo contra vnum, & periclitatur continentia. Præterea in ſermone, quem ipſe ſanctus & electiſſimus pater Bernardus fecit in ipſa domo maioris Carthuſiæ, ipſemet proteſtatur, quem admodum mox, vt ipſam ſancti illius cœno- bij Eccleſiam ac ſtructuram à longe ceperit conſpicere, fuerit validè alteratus, vehementer compunctus, fortiter inflammatus, vehementiſſimè ac profundiffimè liquefactus, reſolutus ac transformatus deſiderio charitatis in fratres congregationis illius, quos videre, audire & alloqui eſt uantiſſimè concupiuit. Amplius ſuſcepit Epiftola domini Guigonis prioris Carthuſiæ, ſic eidem ac fratribus eius reſcripſit: Inter Patres reuerendiſſimis, inter amicos chariſſimis Guigoni priori Carthuſienſi, cæteriſque ſanctis, qui cum eo ſunt fratribus, frater Bernardus: Sanctitatis veſtræ literas lætus accepi, quas auidius olim deſideraueram. Deindè, in proceſſu Epiftolæ magnificè eos collaudat, rigorem vitæ abſtinentiamque extollit: Benedicti, inquit,

Ad ſobrietatem exhortatio.

Decl. 10.

Philip. 3.

Philorum pal.

Exod. 16. Contra impugnatorem eſus carniem con- cluſo.

Concl.

ſuperius dicitur de hereticis peſſimis ſiſter ſuis, ſe peribus pe- tri Leonis Antipapa, poſt cano- nizam damnatam eſt ſeruo Deput. V. de D. Ber- nardi Epiftola. Lam. 187. & ſequentes ali- quæ.

Phil. 30.

Math. 17. Marc. 9.

Phil. 3.

Exod. 16.

Phil. 3.

inquiens, estis à Domino, qui me in benedictionibus dulcedinis tantæ præuenire curastis, ut daretur puero vestro, vobis prius scriptibus, fiducia rescribendi: scribere quidem ad vos iam quidem gestiendi, sed non præsumenti. Verebar enim sanctam (quam in nomine habetis) importunis scriptationibus infestare quiete, & iuge illud sacram- que vestrum silentium, atq; cum Deo susurrum ad modicum interrumpere, ac nostra ingerere auribus vestris, secretis penitus atque supernis eulogijs occupatis. Timebam omninò molestus fieri vel Mosi in monte, vel Heliæ in deserto, vel Samueli in templo, si diuinis consolationibus consabulationibusq; supernis intentos aliquatenus auocarem &c. Hæc ac multa similia ibidem ac alibi scribit ad eos & de eis: quod si in omnimoda ab esu carniū abstinentia eos sensisset reprehensibiles, periculosè vescentes, haud dubium, quin in sinuasset id eis, quod nulloquā egit: immo eorum abstinentiam eximie commendauit, & breuiter intantum excreuit amor cordis sui ad ipsos, quod vnus ex eis fieri peroptauit, & factus fuisset, nisi maior fructus in prædicando, & aliæ grandes causæ præbuisent obstaculū. Quæ ergo temeritate homines carnales, carniū amatores, reprehendere audent in Carthusiensibus abstinentiā istam à carnibus, quorum conuersationem & abstinentiam sanctus vir ille, cuius consilium fuit quasi consilium Dei, vir utiq; Apostolicæ sanctitatis, immo & Apostolicæ potestatis in miraculo rum frequentia, gloria ac virtute, in fructificatione quoque verbi cœlestis, & innumera- bilium hominum conuersione tam excel- lenter præconizauit? Sileant interim & iudicent semetipsos, ac suam carnalitatem & caritatem deplorare non cessent.

De præconizatione, commendatione, confirmatione & priuilegiatione ordinis Carthusiensis, ex dictis summorum Pontificum. Articulus VI.

Math. 16.

Dixit Iesus Petro: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est. Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hæc petram ædificabo Ecclesiam meam: & tibi dabo clauas regni cœlorum. Quamuis successores ac posterii beatissimi principis apostolorum Petri, inferiores sint illo in sanctitate, non tamen in Ecclesiasticæ potestatis prælatiua authoritate, pastorali iudicialiq; iurisdictione. Idcir-

co, ut sanctus deprompsit Gregorius, cum quasi peccatum ariolandi sit, superiori re. 4. Reg. 11. pugnare, & quasi scelus idololatriæ, præfidenti acquiescere nolle: Quicumq; Romano Pontifici contradicit, quasi ariolationis scelus ac idololatriæ crimen incurrit. Hoc vereantur ac perpendant, qui Carthusiensi ordini obloquuntur, eiusq; claritatem obfuscare nituntur, dicentes, quod ob indiscrētum suum rigorem non sit ab ecclesia, id est, à summo Ecclesiæ iudice ac prælato Romano Pōtifice approbatus & cōfirmatus: quod quā à veritate sit alienum, ex subsequen- tibus resulgebit. Itaque Clemens Papa Carthusiensibus scribens: Clemens, inquit, Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis Priori & fratribus Carthusiæ: Inter virtutū aromata & sanctorum fragrantiam studiorum opinionis (id est, fame) vestræ balsamum suo nobis odore discernitur: quæ cum se a superioribus institutis à mundi separare vanitate, & præclara resplendet gloria meritum, nobis est amplius honoranda: prouidendum quoq; diligentius est & cauedum, ne quietem vestram sanctam improbitas ali cuius valeat conturbare. Ea propter dilecti à Domino filij &c. Insuper Cælestinus III. Papa scribit ad eos: Paci & tranquillitati vestræ tantò propensius prouidere volentes, quantò arctius diuinis estis obsequijs participati, & in contemplationis arce procul à terrenorum tumultu semoti, piè postulationi vestræ facilius annuimus, & fauorem Apostolicum libentius impartimur. Inde est, quod ut instituta ordinis vestri perpetuum habeant firmitatem, prout approbata sunt, & à benè vtentibus obseruata, rata in posterū fore decreuimus, & autoritate, qua fungimur, confirmamus, &c. Insuper Innocentius III. scribens eisdem: Vestræ, inquit, tranquillitati vtiliter præcauere volentes, ne vos (qui Marthæ circa plurima fatagentis officium dimittentes, elegistis potius cum Maria iuxta pedes Domini residere, audientes verbum illius) causarum strepitus inquietet, & ab otio sancto deducat, autoritate vobis presentium indulgemus, &c. Innocentius etiam III. scribit ad eos: Religionis vestræ meretur honestas, vt vos syncera in Domino diligētes charitate, votis vestris fauorabiliter annuamus, &c. Amplius, honoris III. ad Archiepiscopos atq; Episcopos scribit: Cum dilecti filij fratres Carthusiensis ordinis, acceptis pennis columbæ, in mentis solitudinem euolarint, illiq; pro suis gemant & aliorum peccatis, in ara cordis carnalibus maculis desiderijs, holocaustum offeren-

offerentes domino semetipsos, &c. At verò Clemens quartus fatetur: Cum dilectos filios priores & fratres Carthusienses, merito sue religionis charos habeamus plurimum & acceptos, mandati, quod pro eis facimus, tantò volumus efficacius adimpleri, quantò grauius Creatorem nostrum offendunt, qui eos occasione aliqua persequuntur &c. Hoc pensent, qui ordini huic obloqui non verentur, siquidem obloquutio magna est, & grauius lædit ac nocet, quàm furtum, & tam obloquentem quàm audientes, quantum in ipsest: perimit cum quoq; cui obloquitur, quæ (quantū ad esse bonæ fame, quod in cordibus possidet proximorum) necare conatur & cōtempibilem reddere: ideo detractio, homicidij species est. Nempe, vt sanctus recitat Clemens, sacratissimus Petrus homicidium dixit triplex cōsistere: vnū corporale, quod aufert vitā naturæ: aliud spiritale, quod tollit vitam gratiæ: iuxta illud Augustini: Qui in conspectu alterius impide agit, quantum in se est, occidit tertium, quod aufert esse laudabilis famæ, sicut detractio, quæ & alios impedit à spirituali profectu, & trahit ad vitium: quoniam scandalizantur in eo cui detrahitur, in quo alijs possent ædificari. Adhuc autem Alexander Papa ad Carthusienses: Thesauro, ait, virtutum sic præclara vestra religio suum semper adstrinxit affectum, quod habetur & in conspectu æterni Regis placita, & in oculis hominum gratiosa. Ipsa quidem religio vestra, vt columba mitis & humilis, & electa Domini specialis, pulchra per totum aspicitur, omnem à se rugam enormitatis abiciens & maculam deformitatis excludens: vigilantibus illis, qui paternæ sollicitudinis in ea gerunt officium, quod ibidem nullæ possint vitiorum spinæ succrescere, sed ipsa florū, honorum & fructuum honestatis immarcescibili polleat vberitate: propter hūc etenim sanctæ operationis effectum, nunquā ordo vester officio alienæ visitationis vel correctionis indiguit, sed de ipso aliquibus alijs reformationis beneficium ex prouidentia sedis Apostolicæ iam prouenit. Cum itaq; claris agnoscamus indicijs, dictum ordinē esse alijs rectæ vitæ speculum & salutiferæ conuersationis exemplum, &c. Præterea, Clemens Papa III. Carthusiensibus loquitur: Speciali gratia & fauore illa vos de causa dignos potissimè reputamus, quia toto cordis affectu ad hoc semper intēditis, vt per sanctæ cōuersationis & vitæ studium in conspectu Dei & hominum placeatis. Denique, Iohannes XXII. scribit eisdem: Præ insignis ordinis vestri re-

ligio fecundate referta, virtutum & meritorum conspicua sanctitate, nec non deuotiosius synceritas &c. Insuper Alexander III. loquens eisdem: Cum vos, inquit, per Dei gratiam multa præmincatis gloria meritorum, & vitam solitariam eligentes, vt diuinæ contemplationi arctius intendatis, bonus odor vestræ religionis ad id nos inducit, vt communi & speciali debito quieti vestræ debeamus intendere, & iura vestra summopere conseruare. Eapropter, filij in Domino dilectissimi, vestris iustis postulationibus clementer anhuimus, & domus ordinis vestri cum omnibus bonis, pacis & possessionibus, quas in præsentiarum iustis & canonicè possidetis, aut in futurum iustis modis præstante Domino poteritis adipisci, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus & potētis scripti priuilegij communimus, & terminos, quos rationabiliter statuistis vobis & domibus vestris, autoritate Apostolica confirmamus &c. Amplius, Alexander 4. ipse Carthusiensibus scribit: Amicus luminis sicut vestimento Dei filius, dominus noster Iesus Christus, suam sacrosanctam Ecclesiam quasi tot videtur illustrasse luminibus, quot in ea constituit gradus & ordines, virtutum insignijs & cultus diuini studio resurgentes. Inter personas siquidem alias, quas in laudem sui nominis virtus Altissimi ab antiquis temporibus vsq; nunc assumpsisse dignoscitur, illi præcipui videntur fuisse, qui vestri sanctitatem ordinis sunt professi. Vigiles enim & solliciti ad hoc ipsi studuerunt assidue inueniri, quod & sponsus cœlestis in eorum conscientijs haberet lectum floridum, & Christiana religio de ipsorum conuersatione angelica sumeret sanctitatis exemplum, sede Apostolica de hoc multitudine spiritualis lætitiæ sepius consequente, ita quod ipsam in eis tanquā in odore pleni, agri cui benedixit Dominus, sine intermissione delectans, eos inter alios Ecclesiæ filios, præcipuæ dilectionis amplexibus & gratiosi fauoris affluentia cōfouebat: multis nihilominus de diuersitate fidelium ad hoc vacantibus, quod circa religionē tam famosam & celebrē syncerissimæ dilectionis effunderent largitatē. Ex his luce clariùs innotescit, quā magnificè ac præclare summi Pontifices de ordine senserunt & cōscripserunt Carthusiensis, q̄ copiose approbauerunt eum, q̄ luculenter ac multiformiter confirmauerunt ipsum. Ad quod demonstrandum possent & alia consimilia multa ex summorum bullis Pontificum allegari: nam & Clemens Papa. 4. inter cætera protestat: Christi

Exod. 32. 1. Reg. 19. 2. Reg. 2.

4. Reg. 11.

Pontificis Romano rari tradidit

Clemens 4. homicidium triplex.

Carthusiensis in ordo speculæ & rectæ vitæ salutaris re conuersationis.

Obloquutio iusto prior.

Psalm. 136.

Cant. 29.

spontam sanctam Ecclesiam sub unitate fidei, religionis diuersitas non mediocri venustate decorat. Ad cuius sanè mirabilè pulchritudinè ordo Carthusiensis plurimum adiecit, quia à suis fundatoribus viris spiritualibus tamquam ad eam à carnibus penitus separatus, magno est pariter & exacto consilio circumsus, qui ab hominibus paucis cõterti, more aquilarum nidus suus in arduis posuerunt, ubi lectio nibus, orationibus, contemperationibus vacat, &c. Postremò Honorius Papa 3. inter reliqua scripsit eis: Obsecramus vos per Dñm Iesum Christum, & per charitatem Spiritus sancti, quatenus immolates pro nobis, pias manus eleuetis ad Deum, ut de sua abundantia pietatis custodiat Ecclesiam suam propitiatione perpetua. Nos enim æmulantes Dei æmulatione vestri ordinis honestatè, & nouissima nostra fieri vestrorum similia cupientes, vos & vniuersum ordinem vestrum tueri presidijs, fauoribus attollere, ac beneficijs intendimus cõfouere, &c. Hinc elucescit, quod insipienter & periculose loquantur ac agant, qui Carthusiensibus obloquuntur, aduersantur aut nocent: præferunt enim & in Bullis prætatis communiter sic addatur in fine: Nulli ergo omnino hominum liceat hæc paginam nostram cõstitutionis infringere, vel eam ausu temerario præsumperit, indignatione omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum.

4. Cor. 11.

De summis Pontificibus, qui ordinis Carthusiensis cœnobium fundauerunt. Artic. VII.

Rogabant Iesum Iudæi, dicentes: Quia dignus est ut ei hoc facias: diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse nobis ædificauit. Hoc refert Euangelista de Centurione, qui Iesum rogauit, ut sanaret puerum suum. Sic quidam summi Pontifices, non verbis duntaxat iam prædictis in priuilegiorum concessionibus, sed materialibus quoque ædificationibus domorum ordinis Carthusiensis sumptuumque donarijs, & necessariorum exhibitionibus ostenderunt præcipuam suam dilectionem ad ordinem istum, eiusque approbationem & confirmationem realem. Etenim Innocentius III. Canonista egregius, adhuc Cardinalis existens, quendam eremitam visitare solebat, quem cum suis ministris quadam visitas vice, cum pulsasset, nec aliquis aperiret, nec responderet, ministri vi cellam aperientes, & eremitam raptum inuenien-

eremite uisito.

tes, stimulationibus excitauerunt eundem: qui reuersus ad se, fortiter exclamauit: O deus, uidi mirabilia & horrenda. Et interrogatus à domino Cardinale, quid uideret, respondit: Vidi in spiritu animas, instar densissimarum niuium aërem obscuratum, cadere in infernum: In Purgatorium uero, uelut niuem rarissimam. Porro, in paradyso uidi tantum tres animas introire, illius uidelicet præfuls, atque prioris illius Carthusiæ, & item uidebat illius Romanæ. Cardinalis autem uir prudens, ueritate cupiens agnoscere certius, missis nuntijs, comperit personas illas discessisse. Unde dominus Cardinalis amore ordinis Carthusiensis accensus, postmodum factus est Papa, & prope Romam fundauit domum egregiam ordinis huius, ac de suo dotauit. Insuper Iohannes Papa XII. in Auinionem residens, super Durentiam prope Auinionem domum fundauit solennem, multa priuilegia gratiosa ordini donans Carthusiensis. Alius quoque Innocentius, puta VI. Papa, ultra Rhodanum ab Auinionem, in propria curia solennem ordinis huius domum fundauit. Sic & Urbanus V. Romæ in stituit domum ordinis huius. Cõfomerit alij plures summi Pontifices ad reparationem & instauracionem domorum quarundam ordinis Carthusiensis delectarum, multa contulerunt subsidia, aliorumque ordinum monasteria quedam deformata, collapsa ac desolata, huic ordini incorporauerunt.

Recommendatio & præconizatio ordinis Carthusiensis, ex uerbis & gestis Sanctorum, qui fuerunt in eo. Articulus VIII.

Audemus viros gloriosos & Patres nostros in generatione sua, Sanctus Thomas in secunda secundæ q. 10. respondendo ad istud, an infantes Iudæorum aliorumque infidelium sint baptizandi inuitis suis parentibus: Maximam, inquit, autoritatem habet consuetudo Ecclesiæ, quæ semper est emulanda: nam & Catholicorum scripta ad dicta doctorum autoritatem ab Ecclesia sortiuntur: propter quod multo maior extat Ecclesiæ sanctæ autoritas, quam Hieronymi aut Augustini, seu alius cuius doctoris. Nunquam autem Ecclesiæ fuit consuetudo, ut Iudæorum pueri inuitis parentibus baptizarentur, cum tamè olim potèntissimi fuerint Imperatores ac Principes, ut Constantinus & Theodosius, quibus familiarissimi erant sanctissimi præfules: ut Constantino Syluester, & Theodosio Ambrosius: qui nequaquam

Eccl. 44.

Major ratio sic est ratio ritus, quæ uel inuenerunt uel a sapientibus, aut in iustis dicitur.

DE PRAECONIO SIVE LAUDE ORDINIS CARTHV. 579

quaquam omisit istud imperrare ab illis, si licuisset. Ex his ad propositum duplex sumitur argumentum pro defensione, approbatione & confirmatione Carthusiensium: Primum est, quod ipsa Romana ac generalis Ecclesia iam per tot centenaria annorum ordinem istum, non solum permisit ac tolerauit, atque per hoc implicite approbavit, iuxta illud: Qui tacet consentire videtur: uerum etiam, sicut iam patuit, tam varijs modis laudauit, honorauit, priuilegiauit, auxit & extulit. Cæteris quoque religiosis licere decreuit hunc ordinem introire, cum tamen prohiberit professoribus huius ordinis, aliorum religiosorum ingredi ordinem: ut puta iudicans hunc ordinem alijs præminere. Aliud argumentum est, quod ab exordio ordinis Carthusiensis fuerunt tam multi sanctitatis præcipue uiri, ut Bernardus, Fraciscus, Dominicus, Romanis Pontificibus valde familiares atque charissimi, ut sanctus Bernardus beato Eugenio &c. qui utique uiri sanctissimi, si uisissent omnimodas ab eum carnium in dispensabilem abstinentiam Carthusiensibus esse periculosam, non dubium, quin suggestissent Pontificibus summis hunc ipsum moderari rigore, quod nequaquam egerunt, nec Carthusiensibus inde unquam loquuti sunt: imo potius sanctus ille Dominicus, à deuotissimo viro domino Basilio tunc priore maioris Carthusiæ legitur accepisse consilium de modo prædicandi aduersus hereticos, & de institutione ac habitu ordinis sui. Insuper, ut beatissimus Augustinus affirmat, & fidelis imitator ipsius sanctus Thomas allegat, non solum uerba & opera Christi, immo etiam Sanctorum ipsius sunt in auctoritatè & imitationis exemplum trahenda, quibus nec contradicere licet. Cum ergo tam multi sancti fuerint in ordine Carthusiensis, ab Ecclesia partim canonizati, aut saltem magnificè commendati: alij quoque sancti quamplures fuerint Carthusiensibus amicissimi & valde familiares, eorum conuersationem uerbis ac factis approbantem, mirantes & collaudantes: nonne extremæ extat dementia tam sancto detrachere ordinem, & eius professores calumniari? Denique de his hinc inde diuersa leguntur, præsertim in uita sancti Hugonis Lyncolniensis Episcopi, primò Carthusiensis, in qua inter cætera recitatur: Erant tempore sancti Hugonis, sicut & antè ac postmodum in congregatione illa iustorum, id est, in conuentu & domo maioris Carthusiæ, tam monachi quàm laici miræ & eximie sanctitatis, summis Ecclesiæ prælatis atque principibus admodum reuerendi, Prior domus nomine

Basilius, præ meritorum & uirtutum suarum prærogatiua, non aliter quam sanctus à cognoscentibus eum communiter vocabatur: Tanta ibi rigor in demandis corporibus seruabatur discretus, ut medium cum beatis tenendo, nihil infra vires quis aggredi esset contentus, nec ultra vires quid attentare præsumeret, immo nec fineretur. Fuit inter eos legendi assiduitas, cõtemplandi sublimitas, meditando & orando depurata suauitas. Postremò, quam gloriosè sanctitatis extiterit sanctus Hugo Gratianopolitanus antistes, cuius directione, consilio, auxilio ac cooperatione in omnibus cepit ordo Carthusiensis, in ipsius Hugonis continetur Legenda, ad quem beatum Hugonem, adhuc in carne degentem, sanctus & gloriosus pater Bernardus accessit, & tanta in ipso Hugone humilitatem, charitatem & sanctitatem expertus fuit, quod deceterò cum ipso factus est conuuiuium & anima una. Præterea, quantæ innocentie, sanctitatis, constantie ac feruentissimæ pietatis fuerit sanctus Hugo Lyncolniensis episcopus, in Legenda ipsius describitur: quamuis autem fundator specialis huius ordinis magister Bruno canonizatus non sit, sanctitatis tamen ipsius testimonia sufficèntia cognoscuntur in Legenda S. Hugonis Gratianopolitani, ac alijs scriptis leguntur. Fuit & alter quidam Dientis præsul, professione Carthusiensis, in miraculis valde præclarus, & sanctitate conspicuus, appellatione Anselmus. Alius item uir sanctus nomine Stephanus. Præfatus demum Iohannes Andreæ, cum statuta Carthusiensis ordinis perlegisset, factus est se nunquam uidisse neque legisse ordinem cum tanta discretione, humilitate, sobrietate & charitate institutum: cuius testimonio uidetur res ipsa alludere, quia cum cæteri ordines uniuersi tam transmarini, uidelicet ordo magni Antonij, ordo sancti Pachumij, ordo diuini Basilij, sed & ordo gloriosi Hieronymi: ordines quoque critamarini, pro dolor, sint vehementer collapsi, quamuis interim pro parte reformati: attamen ordo Carthusiensis hucusque, specialissima Dei gratia in suo permansit ac manet vigore, saltem quantum ad substantialia ac principalia sua, propter quod utique speciali dignus uidetur præconio & honore. Hinc ergo detractores eius grandi sunt digni cõfusione, quibus hic sanctus ordo dicere potest zelo iustitiæ unum cum Salvatore: Induantur cõfusione & reuerentia, quia maligna loquuntur super me. Exultent & lætentur, qui uolunt iustitiam meam: & dicant semper, magnificetur Dominus, qui uoluit pacè serui eius. Itemque, Induantur, qui

Hugo Gratianopolitanus.

Hugo Lyncolniensis.

Iohannis Andreæ de ordine Carthusiensis testimonium.

1. sal. 346.

1. sal. 108.

dehant mihi, pudore: & induant, sicut di-
ploide, confusione sua. Induantur, inquam,
confusione salubri, quæ ducit ad pœnitenti-
æ compunctionem. Est enim confusio ad-
ducens peccatum, & est confusio adducens
gratiam in præfenti, & gloriam in futuro.

De sobrietate, abstinentia & saluberrima continen-
tia Patrum sanctorum & omnium beatorum re-
ligiosorum. Artic. IX.



Vi abstinens est, adjiciet ad vitam.
Noli auidus esse in omni epulati-
one, nec te effundas super omnē
escam. In multis enim escis erit
infirmitas, & propter crapulam multi obie-
runt. De mirabili & præclara sanctorum Pa-
trum abstinentia scripta sunt multa nobis
modicæ fidei, parui aut potius nullius seruo-
ris, miranda potius quàm imitanda. Nempe
de abstinentijs atque ieiunijs, & sobrijsima
ac continentissima vita primorum discipu-
lorum beatissimi marci iuxta Alexandriam,
multa sublimia scripsit Philo disertissimus
Hæbræorum, sanctus quoq; Hieronymus:
Illi planè præelecti discipuli, non solum ab
esu carniū, sed etiam piscium, potuq; vini
iugiter abstinēbāt. Denique, sicut in Vita-
patrum narratur, Monachi, qui in solitudine
Scythi morabantur, non nisi semel in heb-
domada, putā dominica, reficiebātur: alij bi-
duo aut triduo vescēbantur, solum modō se-
mel. De gloriosissimo illo Anachoreta san-
cto Iohāne, qui & gratia Prophetiæ respicē-
dit, & omnia penē mundi secreta intra se
in lumine Dei cognouit, refert in primo Vi-
taspatrum libro beatus Hieronymus, quod
X. C. existens annorum, rigorem solitæ sibi
abstinentiæ non laxauit, quia nec antè nec
tūc aliquid sumpsit coctū per ignē, à tēpore,
quo in solitudine illa cœpit morari. Eodē
libro refert Hierony. Vidimus aliū senem
iustū & sanctū, nomine Apellem, qui pri-
mō cum secessit ad eremum, tribus conti-
nuis annis sub cuiusdam saxi rupe semper
iaceret, somni autem tantum accepit, quan-
tum stando capere potuit. Cibum verò nun-
quàm sumpsit, nisi die dominica. Presbyter
quippe tunc venit ad eum, & obtulit pro eo
sacrificium, quod solum ei sacramentū fuit
& victus. Expleto autem triennio in huius-
cemodi vita, angelus dixit ei: Iubet te Chri-
stus eremum circuire, & fratres visitare, con-
solari ac crudire. Hic innumerabilia egit mi-
racula, & quibuscurq; ægris misit panē be-
nedictum, mox curabantur. Insuper scribit
ibidem Hieronymus: Vidimus alium senē

Heliam, super quē spiritus Meliæ copiosissi-
mè requieuit, qui septuaginta annis in soli-
tudine ac deserto trāsegit: cuius deserti hor-
rorem nullus valet sermo exponere. Mansit
quoq; in spelunca terribili, quem intuenti-
bus grandem incussit horrorem: qui cū cen-
tum & decem esset annorū, ac tremantibus
mēbris quateretur, incessabiliter tamen per
singulos dies fecit miracula, & venientes ad
se, quacūq; incommoditate aut infirmitate
constrictos, omnimodè curabat & resolu-
bat. Cibus eius sicut panis exiguus, & oliuæ
paucissimæ tempore senectutis. In iuuentu-
te verò frequēter integras ieiunauit hebdo-
madas. De multis cōsimilibus Patribus pro-
sus sanctissimis scribit in primo Vita-
patrum libro Hierony. qui vel herbis, aut herbarū
radicibus aut modicissimo pane & pauxillo
aquæ sustentabantur: nam & excessum in pa-
ne & aqua vehementissimè horruerunt. Pre-
terea refert Hieronymus, quod in loco des-
serti, nomine Cellia, propter multitudinem
dispersarum ibi cellarū innumerabiles pen-
nē fratres monachi vitæ sanctissimæ cōma-
nebant, solo pane & sale ac aqua cōtenti, ita
vt in tāta multitudine vix aliquis inuenire-
tur, qui saltem oleo vteretur. Plures quoq;
eorum nō iacendo, sed sedendo, ac Dei elo-
quia meditando somnū sumpsērunt. Reci-
tat item Hieronymus, quædam odum miræ
sanctitatis virū Paulū simplicē beatissimus
pater Antonius docuit, se mel dūtaxat in die
à vespera in vesperā sumere cibū, sed obser-
uare, ne vnquam ad saturitatē vsq; veniret:
præcipuè quoq; in potu mediocritatem ser-
uare affirmans, non minūs per abundanti-
am potus aquæ phantasias animæ generari,
quàm per potum vini calorem corpori aug-
mentari. De his & cōsimilibus quasi in-
numerabilia possent gesta narrari, quoniam
(teste Hieronymo) temporibus illis Pa-
trum sanctorum, velut luxuria fuit, aliquid
coctum accipere. Postea verò Patres sancti
in institutionibus regularum suarum rigorem
illum aliquid qualiter mitigauerunt: prout
in Apologetico suo sanctus refert Bernardus:
Dicitur & veraciter creditur sanctos
Patres monachorum vitam instituisse, &
vt in ea plures saluarentur, vsq; ad in-
firmos regulæ temperasse rigorem, non
regulam destruxisse. Absit autem, vt credam
eos tantas, quantas nunc video in plerisque
monasterijs, vanitates superfluitateque
admississe. Denique, in regula
sua, quam scripsit & dedit seminibus monia-
libus, sanctus scripsit Hieronymus: Præpa-
rentur cibi, quibus corpora refocillentur
ad pœ-

ad pœnitentiæ iugum. In cibis vestris ne-
quaquam appareat coquorum industria, nō
ciborum qualitas moueat appetitum, sed fa-
mes. Non apponantur incentiua libidinum,
sed quæ possunt extinguere famem, aut le-
gumina, aut olera. Carnes verò solis infirmis
& debilibus liceant ex licentia Abba-
tissæ. Alioqui cuius sint saporis, ignoret cœ-
nobium. Oua & lacticia post ieiunia debi-
litate fororibus, & præcipuis festiuitatibus
permittantur ex gratia. Rarò sciatur, quæ in
aquis orientur & viuunt, nisi parui pisciculi.
Tanta sit in sumendo alimenta sobrietas, &
tanta talisque parcitas, vt venter potius con-
quaratur, quàm gaudeat. Non eget in dige-
rendo stomachus medicinis: vacuitas poti-
us, quàm nimia repletio, ructum inducat:
nec cinguli ampliatio sit opus, quatenus
mens à diuinis meditationibus minimè re-
tardetur per crapulam, nec corpus eget me-
dicinis. Ipsa quoque comestio sit in suo mo-
do composita: non tantum in comestione
cibus, quantum turpis ac indecens modus
reprehendendus est: nam & in fabis atque
hordeaceis panibus nimia auiditas grande
causat peccatum: nequaquam oculi per dis-
cumbentes vagentur. Porro vinum, in quo
est luxuria, tanquàm venenum suspectum
sit vobis. Quod si sumi cogat ipsa neces-
sitas, tam debile aut sic aqua permixtum sit,
vt nullatenus noceat capiti. Verè credatis,
quod ignem portat in gremio, qui assiduo
vicitur vino: ventris ingluuiēs, infirmitatis
causam atque materiam parit corpori ac ani-
mæ: ideo medicinale ieiunium omnem tol-
lat languorem, omnemque tribuat gratiam
ac virtutem. Corpora castigate, sed nolite
occidere. Non causat ieiunium irā, nec scan-
dalum ceteris: non dolorem capitis, debili-
tatemque corporis, ne sit necesse sacras le-
ctiones omittre, orationes deficere, cōtem-
plationem relinquere. Nil virtutis indi-
cretio habet. Hæc gloriosus Hieronymus:
quæ si monialibus, quantò magis monachis
sunt seruanda? Præterea, Benedictus in re-
gula sua docet pulmētaria duo sufficere pro
quotidiana refectioe, remota præ omni-
bus crapula, vt nunquam subrepat indige-
ries monacho: quia nil ita contrarium est
omni christiano, vt crapula: ideo semper est
vitanda fatietas. Hinc etiam Augustinus in
regula sua: Corpora, inquit, vestra edomate,
& castigate abstinentijs atque ieiunijs, quā-
tum valetudo permittit. Cumque vniuersi
religiosi votum faciant paupertatis, ipsa te-
nuitas victus & vestitus omni religioni in-
dispensabiliter est annexa. Amplius, diu post

tēpora sancti Benedicti ordo incepit Car-
thusiensis, cuius primi professores propo-
situm fati arduum assumpserunt, & rigorosa
ordinauerunt ac præfixerunt statuta, etiam
rigorosiora, quàm Benedictus: quæ tamen
per temporis lapsum non ex leuitate, sed ra-
tionabilibus causis, & ex communi Capitu-
li generalis consensu & autoritate eorum
sunt mitigata & moderata, ita quod non ex
carentia esu carniū eis periculum immi-
nere censetur. Cumque ordo iste tam diu du-
rauerit, nullū tamen in eo periclitatū agno-
uimus ex carentia huiusmodi esus. Cessent
ergo sollicitare pro eis propter istam caren-
tiā, qui per latiora gradiētes itinera, de pro-
pria forsan salute nō sunt satis solliciti: quod
si essent, temeraria planè iudicia itemque ob-
loquia sollicitiū euitarent. Præterea ipsi
Carthusiensibus, sicut & ceteris etiā bonis
religiosis, imminet sollicitudo, ne fortè (quod
absit) à rigore obseruantię regularis ac sta-
tutorum suorū magis deficiant ac recedant,
quàm vtilitas euident aut vera necessitas, quæ
duo sunt originales causæ omnis rationabi-
lis & excusantis dispensationis, exigit aut
permittit.

De aliquibus uerbis præfati Doctoris, circa pro-
hibitionem hanc vsus esusque carniū.
Articulus X.



On trāsferes terminos, quos si-
xerunt priores. Hoc ipsum Salo-
mon quoque deprompsit: Ne trās-
grediaris, inquiens, terminos an-
tiquos, quos posuerunt Patres tui. Quo con-
stat, quod Carthusiensēs indispensabiliter
inuiolabiliterque debeant obseruare ac ad-
implere statutum ordinis sui, quo iubentur
iugiter ac omninō abstinere à carniū sum-
ptione. Veruntamen obuiare videtur, quod
in præallegato tractatu Iohannes Cancellarius
scripsit: Non obstat dicens, rationabili-
tati legis illius de omnimoda abstinentia ab
esu carniū, quod dabilis est casus, in quo
frater Carthusiensis professus obligaretur
vesci carniū, & alius sibi ministrare tene-
retur. Dabilis nanque est casus, in quo exper-
torum iudicium medicorum, conscientia
quoque fratris infirmi ac aliorum ministrā-
tium ei dictabunt, quod ipse ægrotus absque
dubio moreretur, nisi per esum carniū adiu-
uaretur, atque quod eis vescendo conuales-
ceret. Nec videtur sufficere ad negandū pos-
sibilitatē casus seu necessitatis istius, quod
scripsit medicus quidam magister Arnoldus
de Noua villa, qui ait, quod in ægitudine
Ccc 3 omni

omni curabili, humidum radicale sufficienter restaurari potest per vitella ouorū absq; carniū esu. Hęc etiā non sufficit vsque, quęque, nec difficultatis radicem euellit: nā stare potest quod eger abominabitur omnē vitalem cibum, præter carnes aut ius earū, & præsertim quod fastidiet vitella ouorū, ita quod illa salubriter & sine vomitu comedere non valebit: ne tamen cōtrouersia aut calumnig materia in longius protendatur, dabo casum valdè possibilem, in quo Carthusiensis etiam sanus moreretur, nisi carniū vescatur: vt si traditus sit manibus tyrannorum, qui nullū cibum ei exhiberi permittāt, nisi carnes. Et quæro, an in casu huiusmodi Carthusiensis tenebitur comedere carnes: si sic, habetur propositum: si non, erit suis ipsius occisor, iuxta illud Augustini: Si non pauperis fame morietem, occidis: quod nō minus ad seipsum, quā ad aliū pertinet ac referuntur. Præterea, constitutio Ecclesię de abstinendo à carniū sexta feria, in tali casu nō obligaret. De votis verò idem est argumentum. Fundamentū quoq; rationis istius est, quod à lege diuina nulla lex seu obligatio purè humana potest absolueri. Hęc autem est lex diuina, à qua non legitur facta exceptio per aliquod ius diuinum, ita quod pro obseruatione legis purè positivę humanę, liceret transgredi illud præceptū, & se mori permittere. Vnde reclusus, qui vouit non egredi, videns aliquem in extremo periculo mortis, si non exit & succurrit pro posse, reputatur occisor. Veruntamen istud nō derogat rationabilitati statuti ordinis Carthusiensis de abstinendo prorsus à carniū, ad quod probandum commemoro, quod Carthusiensis non habent ad hoc aliquod votum expressum, sed est duntaxat ordinatio quædam seu institutio positiva, ne quis eorū comedat carnes: quod si fecerit, subiacebit disciplinę ordinis & pœnis expressis in eorum statutis: nec tamen oportuit nec congruum fuit in eorum statutis exceptionem hęc extremę necessitatis infirmitatisue exprimi, quoniam lex naturalis & diuina sufficienter exprimit eam. Denique, institutio illa prohibitiua esus carniū in ordine illo, non fertur sub obligatione ad pœnam peccati mortalis, sed tantum sub pœna disciplinę ordinis.

Quid his Cancellarij dictis obijci possit. Artic. X. I.



ec via, ambulate in ea, & neq; ad dexteram neq; ad sinistrā. Inprimis apparet, quod doctor iste nō satis plenariē recitet verba præfa-

ti magistri Arnoldi de Noua villa præcipui physici, qui non scribit per sola ouorum vitella, sed per ea simul & per vinū, præsertim aromaticū, posse infirmis in grauisimis infirmitatibus subueniri, ad instaurandum & confortandum vitalē virtutē. Cumq; vnicuiq; in sua facultate perito dicatur esse credidū, videtur in hac re potius consentiendū scriptis medici tati, cuius scripta sunt valdè cōpendiosa, & istam materiam eiusq; difficultatem subtiliter resoluentia atq; elucidantia. Fuerunt quoq; post compilationē illius tractatuli in ordine Carthusiensis quāmplurimi peritissimi medici, qui ipsum commēdauerunt tractatum: nec obstat, quod æger in ægritudine sua possit omnem alium cibum præter carnes fastidire ac abhorreere, quia hoc possit accidere ex occultis & varijs causis, præsertim ex immutatione facta in ægro, vel magica arte, aut Dæmonum actione: qui si permitterentur, hoc facillimè procuraret ac facerent, non solum in ægro, sed etiam in sano Carthusiensi, cui si ob huiusmodi causas dandę essent carnes ad edendum & succurrendum, pateret pluribus ianua veniendi ad carniū prohibitissimum & illicitissimum eis esum, violareturq; passim explarissimum & saluberrimum illud statutum. Cesset ergo doctrina, ad tantum scelus præbens occasiō: ideo in huiusmodi casu informandus esset ægrotus, quod fastidium illud deponeret tanquā venenū animę suę. Et quia forsā ex machinatiōe oriretur Diaboli, & rursum quia in veritate esus carniū obesset sibi potius, quā prodesset, atq; per aliam escam & potionem ei salubrius posset succurri. Et denud, quoniā cederet in grande scandalum aliorum, præsertim confratrum suorum, itemque in grauisimum detrimentum boni cōmunis totius sancti ordinis sui. Et quia per tot centenaria annorū non esset hoc attrētum neque permissum, quod si nec ita acquiesceret æger, orandum esset feruenter pro eo, quemadmodum in Ecclesiastico cāgitur, quod & medici deprecabantur Altissimi, vt dirigat opera operasque eorum, essetque piē sperandū, quod in tanto periculo misericordia adesset, exau diret ac prouideret. Nec huic casui similis est alius ille casus: quo Carthusiensis nil aliud, quo vesceretur, haberet, nisi carnes. Nā & euident est, non fuisse intentionem Patrum ordinis Carthusiensis instituentium illud statutum, vt nec in tali casu ederent carnes, sed in casu quo reuerā aliudē possent refici & iuuari. Præterea, nullum præceptū legis diuinę aut naturalis est ita obli-

gato.

gatorium, quin in aliquo casu pateretur exceptionem, cum & primū illud præceptum. Diliges Dominum Deū tuum: nec in amensibus, neq; in naturaliter ac totaliter fatuis & obfessis & cōsimilibus habeat locum: nec tamen simpliciter est dicendum, quod præcepta iuris diuini ac naturalis nō obligent absolutè: ita nec in proposito, de statuto illo abstinendi à carniū. Insuper nequaquam est simile de generali præcepto Ecclesię abstinēdi à carniū sexta, siquidem ipsa Ecclesia nunquā dedit indispensabiliter illud præceptum, immo dispensationi prælatorum maiorum ipsum commisit, quemadmodum præcepta ieiunandi certis temporibus. Amplius, in præinductis verbis insinuari videtur, quod statutum illud ordinis Carthusiensis non detur nec obliget vt præceptum, neq; adstringat eos ad culpam mortalem seu ad pœnam peccati mortalis, vtputā ad damnationem, sed solum ad institutā ordinis disciplinam, hoc est, ad pœnam temporalem, quemadmodum in alijs religionibus facta sunt quædam statuta primò & immediatè, obligantia tantum ad pœnam seu ordinis disciplinam, vt quod frangens silentium, capiat in capitulo disciplinā. Istud autem nequaquam verū videtur, quod vt claritè constat, statutum illud de verbo ad verbum narrabo. Itaq; 4. capitulo secundę partis nouarum constitutionum ordinis Carthusiensis sic continetur: Quia secundū antiquissimam ordinis nostri consuetudinem à sanctis Patribus introductam, omnē esum carniū ad propositum nostro abiēcimus: statuimus, vt quicūq; ordinis nostri professus, huius tam laudabilis institutionis transgressor extiterit, carnes videlicet comedendo, seu alicui personę ordinis ministrando, vel comeditibus aut ministrantibus consentiendo, vel non prohibendo cum poterit prohibere: si prior vel nicarius siue procurator hoc fecerit, ipso facto, tanquā professionis suę calumniator & transgressor, obedientiam perdat, id est, officium suum, & vobis & locis debitis, & cæteris obedientijs ordinis careat in æternum. Si verò simplex monachus aut alia quæuis persona ordinis extiterit, voce, loco & obediētis carēs perpetuò, ad capituli generalis voluntatem carceri mancipetur: quam pœnam extendi volumus ad eos, qui infra domorum suarum clausuras quibuscunq; personis carnes ministrauerint, seu ab alijs ministrari permiserint, nec prohibuerint, cum valuerint prohibere. Hanc autem laudabilem consuetudinem ad omnes moniales nostri ordinis &

eis præidentes, de verbo ad verbum extendi volumus & iubemus. Nonne ex his patet statutum hoc verè præceptorium esse in tantum, vt eius transgressor indicetur calumniator ac violator suę professionis? Professio autem, sollemnissima extat promissio, quam frangere, enormius est peccatum, quā frangere iuramentum. Idcirco nec stare potest, quod Doctor quidam affirmat: Carthusiensis non habere votum aliquod ad seruandū istud statutum. Cum enim cæteri religiosi voueant obedientiam, quod ad contenta in regula sua, Carthusiensis vouent obedientiam absolutè, ideo expressè renentur ad præcepta sui generalis capituli: immo (vt in eorum habetur statutis) si statuta sui generalis capituli non obseruent, non solum censentur ac reputantur contemptores ipsius capituli, verum etiam Dei, cuius vices gerit capitulum circa professos ordinis sui. Præterea de hoc, quod asserit in clusum debere egredi ad succurrendum cōstituto in mortis periculo, alioqui illum occideret, multa posset induci: specialiter illud, quod 2. Vita patrū lib. de Abbate Benjamin recitatur, qui proposuit nunquā exire cellam: cui diabolus volens illudere, transfigurauit se in speciem quasi pueri deferentis panem cuidam fratri, petentis auxilium ipsius Benjamin, alioqui periret. Cumque Abbas Benjamin fluctuaret quid ageret, & intra se diceret, quia aut de proposito habeo cadere, aut de præcepto: tandem reuersus ad cor, dixit: Audi puerule: Si auxilium tibi necessarium est; credo, quod Deus illud tibi transmittet. Quo dicto, spiritus ille malignus euauit. Hinc dicendum apparet, quod ad reclusionem adstrictus ex professione, non debet ita faciliter egredi, sed deceptionem timere, & alterius subsidium procurare pro posse, ac Dominum inuocare. Amplius, ad prædictorum probationem posset induci, quod septem fratres cum matre sua, & Eleazarus (de quibus secundo Macchabæorum conscriptum est) maluerunt crudelissimas pati mortes, quā contra legem comedere carnes suillas, ac per hoc alios scandalizare Iudæos. Ad quod Doctor præfatus respondet, quod illi ex lege diuina tenebantur ad illud præceptum: contra quod obijci posset, quod præceptum de carniū suillis vitandis fuit cærimoniale. Præcepta autem cærimonialia, immo & iudicialia legis, in multis casibus non obligant, quemadmodum CHRISTVS in Euangelio pandit per hoc, quod

DAVID panes propositionis comedit;

Ccc 4

qui

Dicit 6.
Matth. 23.
Matth. 23.
Matth. 23.

Professio
promissio sibi
sollemnissima.

2. Mach. 6.
2. Mach. 7.

qui sacerdotibus tantum fuerant liciti ad
 vescendum .Et de hoc San. Thomas scribit
 diffusis in prima 2. Alexander quoq; in scri-
 pto 2. Sententiarum, & Gulielmus Parisien-
 sis libro de Fide & legibus. Sed & votum so-
 lenne religiosorum plus obligat, quam pre-
 ceptum illud ceremoniale, nec est pure po-
 sitiuum, cum fundetur in iure illo diuino:
 Facies sicut promisisti Domino Deo tuo. Po-
 stremo, venerabilis doctor ille, quamuis in
 preactis videtur remissius esse loquutus,
 postmodum tamen in vltima preallegati
 opusculi sui parte, scripta sua satis restringe-
 re & arctare videtur ad intentionem nunc
 inductorum, & atque prelati statuti ordinis
 Carthusien. cuius vtiq; ordinis ipse erat
 fidelis amicus ac zelator precepiuus, cuius e-
 tiam scripta a personis ordinis huius in re-
 uerentia magna habentur.

*Contra quosdam religiosos, ciborum & po-
 tium obseruatores & discretos im-
 moderatos, quasi medicinaliter se
 regentes. Articulus XII.*

Nitium necessaria rei vitæ homi-
 num, aqua & ignis, ferru, lac, pa-
 nis simlagine, mel, botrys vug,
 oleum & vestimentum. Beatissimus
 & illuminatissimus pater Bernardus
 super Cantica, Sermone ait 30. Tu quoque
 si propriam deseras voluntatem, si volupta-
 tibus carnis renunties, si carnem tuam cru-
 cifigas cum vitijs & concupiscentijs, sed &
 tua mortifices membra, quæ sunt super ter-
 ram, probabis te Pauli imitatore, quia nõ
 facis animam tuam pretiosorem, quàm te,
 atq; ostendes te Christi discipulum, animã
 tuam perdendo salubriter propter ipsum,
 vt saluam facies eam. Quid hic dicitis vos
 obseruatores ciborum, morum neglecto-
 res? Hippocrates & eius sequaces docent a-
 nimas saluas facere in hoc mundo: Christus
 & eius discipuli, perdere: quæ è duobus ma-
 gistris sequi eligitis? At manifestum se facit,
 qui taliter disputat, hoc oculis, hoc capiti, il-
 lud pectori aut stomacho nocet: profectò
 vnusquisque, quod à suo magistro didicit,
 in medium profert. Num in Euangelio dif-
 ferentias has legisti, aut in Prophetis, aut in
 literis Apostolorum? Caro & sanguis pro-
 certo reuelauit tibi hanc sapientiam, nõ spi-
 ritus Patris. Est carnis hæc sapientia, sed au-
 di, quid de ea nostri medici sapiant: Sapien-
 tia, inquit, carnis, mors est. Item: Sapien-
 tia carnis, inimica est Deo. Num Hippocra-
 tis aut Galeni sententiam, aut certè de scho-

la Epicuri debui proponere vobis dogma?
 Christi discipulus sum, Christi discipulis lo-
 quor: ergo si peregrinum documentum in-
 duxero, ipse peccauit. Epicurus & Hippocra-
 tes alter corporis voluptatem, alter habitu-
 dinem præfert: magister meus vtriusque rei
 docet contemptum: Animæ in corpore vi-
 tam, quam summo studio iste, vnde susten-
 tet, ille, vnde delectet, inquit atque inquir-
 ere docet: Saluator verò monet hanc perde-
 re. Quid enim aliud tibi de Christi audito-
 rio sonuit, cum paulò antè clamauit est: Qui
 amat animam suam, perdet eam? Perdet eã,
 dixit, siue ponendo vt martyr, siue assigen-
 do vt penitens: quanquam martyrij genus
 sit, spiritu facta carnis mortificatio: illo nimi-
 rum, quo membra caduntur ferro, horrore
 quidem mitius, sed diuturnitate molestius.
 Porro, quid prodest temperare à voluptati-
 bus, & inuestigandis diuersitatibus comple-
 xionum, ciborumque varietatibus exqui-
 rendis, quotidianam impendere curam? Legu-
 mina, inquit, ventosa sunt, cafeus stom-
 achum grauatur, lac capiti nocet, potu aqua
 non sustinet, peccus, caules nutriunt melan-
 choliam, choleram porri accendunt, pisces
 de stagno aut de aqua lutosi meæ penitus
 complexionem non congruunt: quale est hoc,
 vt in totis fluuijs, agris & hortis cellarijs
 reperiri vix possit quod comedas? Attende
 te (quæso) monachum esse, non medicum:
 nec de complexionem iudicandum esse, sed
 de professione. Parce, obsecro, primùm tuæ
 quieti, parce deinde ministranti labori,
 parce grauamini domus, parce conscientia,
 non tuæ duntaxat, sed alterius quoq; quem
 scandalizas. Hæc & confamilia quædam scri-
 bit ibidem S. Bernardus. Denique, experien-
 tia docet, quod in monasterijs communi-
 ter fortiores consistunt, qui minùs se occu-
 pant cum huiusmodi distinctione & dis-
 cretione medicinali, ac ea, quæ pro tempore
 ordo ministrat, simpliciter sumunt, spè suã
 statuendes in Deo, qui ipse, qui vocauit eos
 ad ordinem, tribuet vires, & naturam cõtor-
 tabit per gratiam. Nõne olim sancti Patres
 & deuotissimi fratres habitantes in eremo,
 pane permodico & aqua parua contenti, vi-
 xerunt multò diutiùs, quàm delicati seculi
 huius & religiosi temporum horum, qui ab-
 bundanter diuersis alimètorum generibus
 reficiuntur? O si ritè perenderemus, quid
 sit vita monastica, cõuersatio religiosa, quæ
 tota debet esse vita penitentialis. Si intereã
 perpendamus, quid sit penitètia vera, quid
 vera contritio, quæ, quanta & qualia sint no-
 stra peccata, quantum distemus à conuersa-
 tione,

satione, penitentia & sobrietate Patrũ no-
 strorum, quæ & quanta meruimus, ac nobis
 inflent tormenta: nequaquam vnquã mur-
 murabimus impatientes ue erimus, quasi ni-
 mis grossa & modica nobis victualia mini-
 stratur: immo magis causabimur, quòd val-
 de nimirum abundemus.

*Exhortatio ad religionis ingressum ac solitariae
 uitæ amplexum. Articulus XIII.*

Vid inuenerunt in me patres vestri
 iniquitatis, quia elõgauerũt se à me,
 & abierũt post vanitatem, & vani facti
 sunt? Deus omnipotens, cuius natura est bo-
 nitas pura, qui creatoris fragilibus & hu-
 manis potius vult misereri ac parcere ac sal-
 uare, quàm irasci, relinquere & dånare, nõ
 re indulgentissimi ac pijsissimi patris, super
 perueritate & ingratitude rebellium fi-
 liorum dolentis, conqueritur, aitq; nobis:
 Quid iniquitatis, in si delitatis aut odibilita-
 tis inuenerunt, audierunt aut cognouerunt
 patres vestri in me? quoniam auerterunt cor
 da sua à me, atque ad vana, nociua ac friuola
 se verterũt? Nõne ego sum verum, primũ,
 summum, infinitum, incomparabile & su-
 perperfectissimum bonum, vniuersis bonis
 creatis in finitè melius, amabilius, delectabi-
 lius? Quid ergo displicet vobis in me? An hoc,
 quòd ea præcipio, consulo & requiro, quæ
 vestris iniquis & perueris voluntatibus ex-
 tant contraria? ea quoque prohibeo, ad quæ
 sensualitas vestra afficitur, quæ vestra in-
 iustitia capit voluntas, & punio vestra peccata? Si
 hoc ita est, cõstat vos deuiare. Nõne iustis-
 simum est, creaturam suo subijci creatori? &
 voluntatem creatam increatae voluntati se
 conformare, & illi obtemperare? Nõne ad
 imaginem & similitudinem meã animas ve-
 stras creauit, & supernaturalibus donis orna-
 uissimum in sponsas, filias & amicas elegi, af-
 fumpsi, ac mihi coniunxi? Cur ergo eas as-
 siduè deformatis, quotidie inquinatis, & in-
 uidiosissimis ac crudelissimis hostibus ve-
 stris subijcitis ac conspuendas exponitis,
 atque à tantè nobilitatis sublimitate, ad tam
 vilissimam ignobilitatem, ad tam fœdissi-
 mam viliteratè deijcitis: ita quòd iam Dæ-
 monum extant adulteræ & ancillæ, quæ pau-
 lò antè meæ superexaltissimæ maiestatis fue-
 rant sponsæ ac filia? A summo cœli empy-
 rei in profundissimum lacum inferni e-
 stis dilapsi. Denique, quid vobis præcipio,
 quod ad vestram salutem non ordino? Quid
 vobis prohibeo, nisi quod vobis maximè
 est nociuũ, quod à totius beatitudinis fon-
 te vos separat, & ad perpetuam calamitatis ba-

rathrum, ad æternæ damnationis intolerabi-
 lem acerbiteratè, ad tartarei sulphurei ignis
 estuantissimas flammis deducit? Quid
 insuper consulo vobis, nisi ea, per quæ com-
 pendiosius potestis peccata effugere, gratiã
 ac virtutes acquirere, ad perfectiõnem per-
 tingere, ac thesaurizare vobis in cœlis diui-
 tias gloriæ æternalis? Præterea, cernens vos
 insanire, viam perditionis eligere, Dæmo-
 ni bus dare manum, cum inferno facere pactũ,
 & omni hora appropinquare infernali ergas-
 tulo, miserans miseror vobis, differo vltio-
 nem, reuoco ad salutem, veniam gratiamq;
 promitto, angelorum meorum custodiã vo-
 bis adhibeo: nihilominus indurato & exca-
 cato corde resistitis reuertenti, penitere mihiq;
 adhærere, subijci ac seruire respuitis? Quis
 vestrum toleraret à proximo suo, quod ego
 omni hora à vobis sustineo? Veruntamè nec
 ad momentum sine mea conseruatione pos-
 seris subsistere. Omnia, quæ habetis, mea
 sunt dona: necessaria victui tribuo, qui plu-
 uiam fundo, & solem circuire ac vobis lu-
 cre præcipio. Nunc ergo, õ præuaricatores, re-
 dite ad cor, & ista sapiẽter ac profundè per-
 pendite, & certi estote, quòd non minor est
 iustitia mea, quàm mea clemètia. Nolite pie-
 tate & longanimitate mea abuti. Vera quip-
 pe est scriptura, quæ protestatur, quia non
 citò profertur contra malos sentètia: Absq;
 timore vllo filij hominum perpetrãt mala.
 Sed aduertite quid rursus hortatur sermo
 diuinus: Non adicies peccatum super pecca-
 tũ, dicens, miseratio Domini magna est. Mi-
 sericordia enim & ira citò ab illo appropriãt,
 & in peccatores respicit ira illius. Non ergo
 tardes conuerti ad Dominũ, & ne differas
 de die in diẽ: subitò enim veniet ira illius, &
 in die vindictæ disperdet te. Noueris, quòd
 quantò diutiùs differo, tantò districtius iudico
 & vltis cor. An diuitias bonitatis meæ,
 & patientiæ, & longanimitatis contemnitis?
 Ignoras quoniam benignitas mea, quantũ in
 se est, ad penitentiã te adducit? Tu verò se-
 cundum duriciã tuam & impenitens cor-
 tuum thesaurizas tibi iram & vltionẽ: peni-
 tentiã igitur age, alioqui veniã citò. Nõne
 laus impiorum, & omnis eorum prosperi-
 tas breuis est? Quomodo facti sunt in de-
 solatione? subitò defecerũt, perierunt pro-
 pter iniquitatem suam: gaudiumque iniqui
 ad instar est puncti: si ascenderit vsque ad cœ-
 los superbia eius, & caput eius nubes tetige-
 rit, quasi sterquilinum in fine perdetur,
 velut somnium auolans non inuenietur,
 transiet quasi visio nocturna, & qui vi-
 derant eum, dicent: Vbi est? Hæc mo-
 do

Reg. 21.
 Eccl. 23.
 Eccl. 30.
 Gal. 5.
 Iohan. 12.
 Iohan. 12.
 Roma. 8.

Hebr. 4.
 1. Para. 28.
 Job. 5.
 Eccle. 7.
 Eccle. 5.
 Roma. 2.
 Apoc. 2.
 Psal. 72.
 Job. 20.

Epist. 2.

D·DIONYSII

CARTHUSIANI DE REMEDIIS

TENTATIONVM LIB. VNVS.

Prefatio.



Militia est uita hominis super terram. Omnis homo in hoc seculo constitutus, aut seruit Deo, aut ministrat Diabolo. Si ex charitate diuinis obedit preceptis, Deo obsequitur: si uero in mortali iacet peccato, Diabolo seruit ac subditur. Porro, qui Creatori deseruit, aduersarijs eius resistit: ideo miles Dei censetur: idcirco uita eius re ele militia perhibetur. Qui autem Diabolo seruit, diuino resistit instinctui, angelicæ inspirationi renititur, rationem, quæ ad optima deprecatur, non audit. In derese culpis remurmuranti repugnat: scripturis quoque, exhortationibus, informationibusque salubribus proximorum impiè reluclatur: hinc uita ipsius est praua militia, militia utique carnis atq; Diaboli: & ipse merito seruus, membrum ac miles Diaboli nuncupatur, beatissimo Principe Apostolorum testate. A quo quis superatus est, huius & seruus est. Hinc Vnigenitus Dei Patris Diabolum uocat principem mundi. i. hominum mundanorum, carnalium, iniquorum: Venit, inquit, ad me princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. Itemq; Nunc princeps mundi huius eijcietur foras. De hac praua militia summus ait Apostolus: Obsecro uos abstinere a carnalibus desiderijs, quæ militat aduersus animam. Hæc militia est repugnantia contra uirtutes, de qua ad Romanos uas ait electionis: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Itaque uita hominis uirtuosi ac iusti est militia salutaris, qua contra aciem uitiorum, contra insidias tentationemq; Dæmonum, contra mundum & ea, quæ mundi sunt, contra seipsum (id est, propriam carnem & sensualitatem ac improbam uoluntatem) iugiter & assidue pugnat, uirtuosissq; actibus uictorioso inhaeret: quemadmodum hortatur Apostolus: Stabiles estote & immobili- ter agite, confortamini, & omnia uestra in charitate fiant. Militia demum hominis uitiosi, est conuersatio & actio eius praua, qua ad Creatoris sui iniuriam, ad omnipotentis Dei contumeliam acquiescit & subditur uoluntatibus Dæmonum, inclinationibus uitiorum, motibus passionum, iustos quoque persequitur, equitati & ueritati resistit, atque per uias graditur tenebrosas. Denique, de hac duplici militia sanctus ait Gregorius: Iustorum fortitudo seu militia est carnem uincere, proprijs uoluntatibus contraire, delectationem uitæ præsentis contemnerè, aduersa mundi huius pro æterna felicitate diligere, prosperitatum blâdimenta abijcere. Reproborum uero fortitudo atque militia est, transitoria sine cessatione diligere, contra flagella Conditoris insensibiliter perdurare, militiæ argumenta exquirere, uitam iustorum, non solum uerbis ac moribus, sed etiam gladijs im-

D. DIONYSII CARTHUSIANI

Mat. 4.

dd aduerte, ac pœnite, teque emenda, & dignos pœnitentiæ fructus exerce, ut quod frequentius atque enormius excessisti, eò vehementius doleas, cordialius contristeris, copiosius satisfacias, & austerius te castiges. Contritionem nanque magnitudini multitudinique culparum oportet consistere adæquatam, alioqui in die iudicij vnus eris illorum, vnus utique reproborum, qui modò rebelles sunt lumini, & tunc serò & infructuosè pœnitebunt, dicentes: Nos in senfati errauimus à via ueritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis: quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam umbra, & tanquam memoria hospitis noctis vnus. Nunc ergo conuertere ad Dominum Deum tuum, quoniam corruisti in iniquitate tua. Non trahas iniquitatem in funiculis uanitatis, & quasi uinculum plaustrum peccatum. Non sis durus, neque ut ferreus neruus sit ceruix tua, nec frons tua sit ænea, ut fiat tibi frons meretricis, nec de tuis sceleribus erubescas: alioqui reuelabunt cœli iniquitatem tuam, & terra aduersus te consurget, & manifestum erit peccatum tuum cum his, qui dixerunt Deo: Recede à nobis, scientiã uiarum tuarum nolumus. Lues omnia, quæ fecisti, nec tamen consumeris, iuxta multitudinem adinventionum tuarum sic sustinebis. In die enim perditionis seruatur iniquus, & ad diem ultionis ducetur, & de furore Omnipotentis bibet. Ecce cõplosi manus meas super iniquitates tuas, & impie & prophane. Nunquid sustinebit cor tuum? Ecce consolabo te, & succendam te in igne furoris mei. Ecce enim dies ueniet succensa quasi caminus, & erunt omnes superbi & omnes facientes impietatem stipula, & inflammabit eos dies ueniens, quæ non relinquet eis radicem. Certè dies illa dies iræ, dies calamitatis & miseris, dies tenebrarum atq; caliginis. Similis ei nõ fuit à principio, & post cum non erit. Ante faciem eius ignis voras, & post eum exurens flamma. Tunc occurram eis quasi uersa raptis capulis, dirumpam interiora eorum, & consummam eos ut leo. Ponam eos ut cliuam ignis in tempore uultus & respectus rigorosæ præsentis meæ. In ira meo turbabo eos, & deuorabit eos ignis. Si hæc tibi non sapiunt, si ista non times, nõne spiritualiter mortuus es, & sensu mentis priuatus? Utinam tibi hæc sapiant, & eacum intellectuali sapore intelligas, atq; nouissima tua prouideas. O, o, o, fuge de medio Babylonis, de medio ignis seculi huius

Ioh. 2.4. Sapient. 5.

Esaiæ. 5.

Esaiæ. 64.

Hier. 3.

Iob. 10.

nequam, à conuentu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem, ne perdas cum impijs animam tuam. Noli esse amicus seculi huius, ne Dei inimicus constituaris. Audi filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum & domum patris tui. Egrede de terra tua, & de cognitione tua, & ueni in locum sanctæ religionis. Etenim omnis qui reliquerit patrè, aut matrem, aut sorores, aut fratres, aut uxore quæ habet, de eius consensu, aut possit accipere, centuplum accipiet, & uitam æternam possidebit. Nempe in sancto cœnobio purius uiues, rariùs cades, uelociùs quoq; resurges. Incedes etiam cautiùs, quiesces securiùs, cœlico rore frequentiùs perfunderis, copiosiorum munditiam sortieris, fiducialius morieris, abundantioremq; gloriã obtinebis. Porro, si mihi uolueris familiaris adhære, uiciniùs conuiri, atque in me ardentius transformari, solitaria uita assume, solitudinem ingredi & cellam inhabita, & ibi loquar ad cor tuum. Ibi sedebis & tacebis, quia leuabis te super te, & prætolaboris cõ silentio Saluatorem. Quò ibidem fueris ab inquietudine hominum, à tumultu domesticorum, ab occupatione cum socio lógii relegatus, liberiorq; effectus, eò aptior eris vacare & experiri, quàm dulcis sit dominus, quàm magna & infinita sit affluentia dulcedinis eius. Deniq; ibi per fidem rationibus crescentiorum illuminatam, & per sapientiã doctum charitatemq; feruidam contẽplaberis, quàm bonus sit Dominus his, qui recti sunt corde, qui esuriunt sitiantq; iustitiam, qui in simplicitate cordis quærunt eum, qui nil penitus amant, intendunt, requirunt, nisi ipsum finaliter. Alia autem non nisi in ipso, qui indefinenter solliciti sunt, qualiter ei in cunctis complacent, ipsumque in omnibus uenerentur, zelo diuini honoris ac fraternæ salutis uniuersorum semper accenssi, immo in uiscera pietatis, in affectum syncherissimæ charitatis, in desiderium proficendi continuè prorsus cõuersi. Talibus plane sapit Deus, non mundus: nec illos carnis usus delectat, sed eam cum uitijs & concupiscentijs edomare, cunctos passionum irrationabiles motus cum summa diligentia refrænare, in profunda & firma humilitate se stabilire, in filiali dei timore persistere, & corã præsentia Creatoris iugiter, timorãt atq; sollicitè ambulare. Ad laudem & gloriã omnipotentis, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

De exordio & præconio ordinis Carthusienfis, finis.

D. DIO.

impugnare. Itaque tam iustorum, quam impiorum uita, aliquo modo militia nominatur: ueruntamen uita iustorum multo conuenientius nuncupatur militia, quia ex uera & spiritali fortitudine deriuatur, ad uerum quoque & felicem ordinatur triumphum: immo Deo seruire, regnare est: uirtutibus autem resistere, iustos opprimere, & his, quæ uerè salubria sunt, præualere, uilissima seruitus est potius, quam uera militia. Hinc quod ait scriptura: Militia est uita hominis super terram: de bona est intelligendum militia, qua aduersarijs diuini honoris & humane salutis resistitur. Talis autem resistentia interdum tentatio dicitur: hinc pro eo, quod sanctus Hieronymus transtulit: Militia est uita hominis super terram: Septuaginta interpretes transtulerunt: Tentatio est uita hominis super terram. Sensus tamen redit in idem. Propter quod 8. Moralium scribit Gregorius: Hoc in loco in translatione ueteri nequaquam militia uita hominis, sed tentatio uocatur: sed si utriusque uerbi sensus adspicitur, eundem intellectum concorditer format. Quid enim nomine tentationis, nisi pugna contra spiritus malignos exprimitur? & quid appellatione militiae, nisi exercitium contra hostes signatur? Hæc Gregorius. Nihilominus militia magis propriè reluctatio contra tentationes, quam tentatio appellatur: attamen uita hominis tentatio perhibetur, quoniam uita eorum, qui rationabiliter atque fideliter conuersantur, & homines dici merentur, tot ac tantis tentationibus plena est, ut non immeritò nuncupetur tentatio.

Iob. 7.

Gregorius 8. Moralium.

Quid sit tentatio & tentare. Articulus I.

psal. 25.



Proba me Domine & tenta me. Sicut ait Gulielmus Parisiensis in tractatu suo de uitijs & uirtutibus: Tentatio uno modo idem est, quod experimentatio: & tentare est experimentum sumere de re, ut innotescat vel ipsi tentanti, vel ipsimet rei tentatæ, vel alicui alteri: ut dum homo aliquid quaerit ab alio, ut experiatur & sciat eius fidelitatem siue scientiam, de qua extat incertus: sic quoque tentat equum, quem currere facit, ut sciat eius uelocitatem. Deus uero tentare hominem dicitur, non ut ipse illum agnoscat, sed ut homo sibi ipsi aut alijs innotescat, ut in se clarior exponetur. Secundò tentatio est idem, quod impugnatio, & tentare est impugnare, sicque tentatio duplex est, puta actiua, qua tentat Diabolus, & passiua, qua homo têtatur, hoc est, impugnatur, mouetur aut allicitur ad peccandum. Præterea, ut ex dictis in fine præmij patet, tentatio secundum Gregorium tertio modo uocatur pugna contra spiritus malos. His consonat, quod in Secunda secundæ. q. 79. asserit S. Thomas: Tentare est experimentum su-

Tentatio duplex.

mere de tentato: quod contingit dupliciter, utputa uerbis & factis, ut dum quis alterius patientiam probat, uerbis eum corripiendo & quasi iniuriam irrogando: quorum utrunque adhuc dupliciter fieri potest, uide licet manifestè, sicut dum aliquis tentatorem se esse fatetur, suam intentionem publicè exprimendo: & occultè siue insidiosè, quando suam non pandit intentionem, vel bona intentione, & pro sua informatione interrogare se simulat, quemadmodum in Euangelio Scribæ & Pharisei Christum tentasse leguntur, dicendo: Magister, scimus quia uerax es, & uiam Dei in ueritate doces, & non est tibi cura de aliquo: dic ergo nobis, licet censum dare Cæsari, an non? Itemque: Quod est mandatum magnum in lege. Tertio dicitur aliquis quempiam têtare interpretatiuè, dum etsi non intendat experimentum de alio sumere, aliquid tamen agit, quod ad aliud nihil ordinabile est, quam ad experimētum sumendum de illo, ut si quis cogat currere equum absque utilitate & rationabili causa, hoc enim ad nihil utile esse uidetur, nisi ad experiendum equi uelocitatem. Similiter, si quis proponat alicui sibi pro-

Matth. 23.

Ibidem.

prorsus ignoto quaestionem, quamuis non intendat experimentum de illius scientia, sumere, hoc tamen ob aliud non uidetur fieri, nisi ad hoc. Amplius de multiplici acceptione & diuisione atque distinctione tentationis diffusè scribit Albertus libro de quatuor cœquæuis, inter cætera rectè affirmans, quòd tentatio propriè appellatur motio seu inclinatio tentati ad electionem aut actionem eius, quòd tentans intendit, siue illud sit bonum, siue malum, ad sumendum agnitionem & experimentum de illo: communiter tamen tentationem accipimus pro inclinatione aut motione ad aliquid illicitum: & qui tali tentationi frequenter succumbit, uocatur homo tentatus: sicque Doctores tentationem accipiunt, quando remedia contra tentationes assignant. Postremò, tentatio interdum uocatur quæcunq; afflictio siue aduersitas.

Qui sunt, à quibus homines tentari dicuntur, & qualiter tentare diuersimodè conueniat Deo & angelis, mundo, carni, Dæmonibus atque hominibus.

Articulus II.

1. Cor. 10.



Masa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulatio nis. difficultas ista, qua queritur, qualiter tentare diuersis diuersimodè ascribatur, cõsurgit ex varijs auctoritatibus scripturarum, quæ sibi inuicem prima facie uidentur esse contrariæ. Nempe quòd Deo non competat tentare homines, apparet ex eo, quòd Iacobus protestatur Apostolus: Nemo cum tentatur, dicat, quia à Deo tentatur, Deus enim intentator malorum est: ipse nanque neminem tentat. Præterea, ad Thessalonicenses scribit Apostolus Paulus: Misit ad cognoscendum fidem uestram, ne forte tentauerit uos is, qui tentat, & inanis fiat labor noster. Vbi per eum, qui tentat, designatur Diabolus, sicque uidetur quòd tentare conueniat tantum Diabolo. Vnde & Glossa ibidem: Officium, inquit, Diaboli est tentare: quod item probatur ex eo, quod fertur in Matthæo: Et accedens tentator, (id est, Diabolus) dixit. Sed his rursus contrariari uidetur, quod Apostolus Iacobus loquitur: Vnusquisque tentatur à propria concupiscentia abstractus & illeclus. Ex quo apparet, quòd vel soli carni, vel ei potissimè tentare conueniat. Præterea, quòd Deo quoque competat tentare, ex plurimis declaratur testimonijs scripturarum. In Exodo enim ait Moses filijs Israël: Ut probaret

1. Cor. 10.

1. Thess. 3.

Matth. 4.

Iacob. 1.

Exod. 16.

vos, uenit Dominus. Idem in Deuteronom. Adduxit te Dominus Deus tuus, ut affligeret te atque tentaret. Sic & in Genesi narratur: Tentauit Deus Abraham. Itaque pro horum concordantia aduertendum, quòd super secundum Sententiarum dist. 21. asserit Thomas: Ad perfectam rationem tentationis tria cõcurrunt: Primum est, ut cognitio alicuius dubij per tentationem accipiatur, siue pro certificatione tentationis siue alterius. Secundum est, ut hoc ipsum sit à tentante intentum. Tertium, ut ipsemet tentans uelit cognitionem rei illius accipere. Et tam strictè ac propriè de tentatione loquendo, tentare non conuenit Deo, cum ipse omnia sciat, sed Dæmonibus atque hominibus conuenit sic tentare: Dæmones tamen in cognitione tali non sistunt, sed referunt eam ad nocendum ei, quem tentant. Homines uero in tali cognitione sistere queunt: possunt quoque eam referre ad finem uulteriore, uide licet ad nocendum ei, quem tentant, quòd est hominum iniquorum: uel ad proficiendum sibi ipsi aut alijs, quòd bonorum est hominum. Porro Deo conuenit tentare, secundum duo prima præacta, ad tentationem propriè dictam requisita: quoniam tentat homines, ut per hoc qualitas horum, quos tentat, salubriter innotescat eis aut alijs, & tentando eos intendit hoc ipsum, sicut tentauit Abraham Patriarcham, ut ipsemet sciret, quanta esset uirtus obedientiæ suæ, & inde Deo regratiaretur atque proficeret, ac alijs in exemplum imitationis proponeretur. Simili modo tentauit uirtuosum Tobiam, prout Raphaël Angelus ait eidem: Quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tentatio probaret te: ubi tentatio pro aduersitate & excitatione corporali accipitur. Vnde legitur & ibidem paulò antèrius: Hanc tentationem ideo Dominus permisit euenire illi, ut posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob. At uero mundus & caro têtant solum, quantum ad primum illorum trium, ad têtationem propriè sumptam requisitorum. Mouent enim ad quædam illicita, ut per hoc accipiatur alicuius rei cognitio, siquidem ex tali tentatione manifestatur, an homo sit uirtuosus an uiciosus, quauis caro & mundus hoc non intendat. Cum autem caro tentare hominem perhibetur, per carnem sensualitas quoque seu appetitus sensituius, concupiscibilis & irascibilis, & exteriores interioresque sensus intelliguntur: per quæ omnia homo frequenter ad uitia inclinatur & tentationes incurrit: Per mundum uero intelligi possunt terrenæ di-

Deut. 8.

Gen. 22.

Tob. 12.

Tob. 3.

nitæ, delicia & honores, atq; obiecta viriū
 sensitiuarum, tam cognoscitiuarū quā appe
 titiuarū, in quibus obiectis nō est intellectū
 ua cognitio: frequenter tamen in scripturis,
 præsertim in Euangelio sancti Iohannis, no
 mine mundi, homines in hoc mundo viuen
 tes signantur: Nec solū impugnatur homo
 à propria carne & seu sensualitate, sensitiuisque
 viribus, sed etiam à proprio intellectu ac vo
 luntate, secundum quod ex originali peccato
 infecti sunt, ex quo peccato infecti sunt
 animæ quatuor vulnera, vtpotà concupiscē
 tia (id est, pronitas ad inordinata desideria)
 sensitiuæ partis & carnis, quæ est in vi con
 cupiscibili, & infirmitas in vi irascibili, igno
 rantia in intellectu, & malitia in voluntate.
 Vnde propria voluntas & ignorantia ac cu
 riositas intellectus, ad multa vitia hominē
 mouent. Insuper, quædam tētationes homi
 nis sunt à causa extrinseca: & hoc contingit
 dupliciter: Primò, dum causa illa mouet homi
 nem ad peccandum per modum obiecti,
 id est, sicut obiectum mouet potentiā, vt co
 lor, lux seu pulchritudo visum, harmonia
 auditum: & ita est tētatio à mundo, cuius
 rebus vires animæ alliciuntur ad vitia, quæ
 admodum in Sapientiæ libro scriptum est:
 Creaturæ factæ sunt in tētationem homi
 num, & in muscipulam & laqueum pedibus
 insipientium. Secundò fit istud per modum
 causæ agentis, sicut dum aliquid trahit homi
 nem ad peccandum, persuadendo, terren
 do aut blandiendo: & hoc rursus dupliciter
 accidit: Primò ab inuisibili causa, putà Dia
 bolo: secundò, à causa visibili, scilicet homi
 ne. Alio modo oritur tētatio hominis à cau
 sa intrinseca, hoc est, à carne, sensualitate
 seu improba voluntate. Ait nanque Apolto
 lus: Caro concupiscit aduersus spiritū. Por
 ro, secundum Augustinum, mundus, (id est,
 acies hominum mundanorum ac impiorū)
 dupliciter tētant milites Dei: primò, prospe
 ra & delectabilia promittendo, putà hono
 res, diuitias, voluptates: secundò, aduersa &
 aspera cōminando seu infligendo, quo con
 trā ait Saluator: Nolite timere eos, qui cor
 pus occidit. Sed contra hæc duo serui Chri
 sti constanter persistunt, ita quòd nec pro
 speris seducuntur, neq; aduersis deiciuntur,
 quod in beatissimis martyribus potissimè
 est impletum. Hinc ait hieronymus: Iusti ac
 fortis viri est, nec aduersis frāgi, nec prospe
 ris eleuari, sed in vtrisque medium obser
 uare. Et rursus: Per bonam & malam famam
 à dextris & sinistris miles Christi progredi
 tur, nec laude extollitur, nec vituperatione
 deijcitur, nec diuitijs tumet, nec paupertate

confunditur, & lata cōtemnit & tristitia. Am
 pliūs, sicut ait Albertus, quemadmodum
 Deus, ita & angeli sancti tentare dicuntur.
 Nec enim præfatio modo Deus tētavit Abra
 ham, Iob, Tobiam ac cæteros iustos, iuxta il
 lud: Deus tētavit illos & inuenit illos di
 gnos se, nisi per creaturam subiectam. Itaq;
 loquendo de tētatione inclināte ad vitia,
 vel cuius finis est decipere ac nocere ex in
 tentione tentantis, sic tentare est Diabolo
 potissimè conueniens: conuenit quoq; de
 inceps mēbris eius iniquis hominibus. Ve
 runtamen Diabolus non est semper proxi
 ma causa tētationis & immediatus tenta
 tor: quia, vt asserit Origines, quamuis non
 essent Diaboli, adhuc homines inclinaren
 tur ad Venerea & multa illicita. Attamen tēt
 ationes carnis & mundi frequenter à Dæ
 monibus excitantur atque augentur, quon
 iam per delectabilia carni, & per prospera
 aduersa que mundi, tanquam per instrumen
 ta quædam ac media tentant nos.

De hostibus anime, qui tentant nos.
 Articulus III.

Sensus & cogitatio cordis huma
 ni proni sunt in malum ab ado
 leſcentia sua. Quicquid conatur
 hominē inducere ad ea, quæ suæ
 contrariantur salutī, potest vocari hostis &
 aduersarius eius. Hinc iniqui sunt hostes a
 nimarum suarum: & omnis, qui peccat mor
 taliter, inimicus est sui ipsius. Similiter, qui
 alium amat carnaliter aut proximum scan
 dalizat lætaliter, aduersarius est illius. Nam
 cupit aut infert illi, quæ ipsius aduersantur
 salutī, quod verè opponitur charitati. Ideo
 dixit Psalmista: Qui autem diligit iniquita
 tem, odit animam suam. Tobie quoq; san
 ctus Raphaël loquitur: Qui faciunt pecca
 tum aut iniquitatē, hostes sunt animæ suæ.
 Hinc communiter dici solet, quòd tres sunt
 aduersarij anime, vtpotà Diabolus, mundus
 & caro, intelligēdo per Diabolū quemcūq;
 spiritū malignū tētantē: & quæuis vnus &
 idē homo à diuersis tētetur dæmonibus, vel
 simul vel successiuè (propter quod ait scri
 ptura: cadēt à latere tuo mille & decē millia
 à dextris tuis) tamē quædam modū vnusquisq;
 homo ad suæ naturalitatis exordio, immo ab
 exordio suæ generatiōis in vtero, fortitè est
 angelū vnū sanctū sui custodē, ita & angelū
 malū seu Dæmonē aduersantē, à quo assidue
 impugnat à tēpore, quo vti incipit ratiō,
 nō tñ cōtinuè. Secundus aduersarij asæ, loquē
 do in gñali, est mūdus, id est, homines secula
 res,

res, intimatori, carnales, ad vitia pertrahē
 tes, seu bona terrena sensibiliaq; obiecta, in
 quibus aliquid amabilitatis & delectabilita
 tis consistit, per quod ad peccandum allici
 unt, hoc est, ad inordinatum amorem, cōcu
 piscentiā prauam & delectationē immun
 dam. Ideo scriptum est in prima Iohānis Ca
 nonica: Nolite diligere mundum neque ea,
 quæ in mundo sunt, quia si quis diligit mū
 dum, non est charitas Patris in eo. Quod nō
 est intelligendum, quasi debeamus machi
 nam munditiam aut proximos in hoc mun
 do degentes odire, cum iubeamur etiam ini
 micos diligere: sed quòd vanitates munda
 nas & voluptates impuras atque inanes hon
 ores, & quicquid in mundo nostræ aduer
 sarij salutī, debeamus odire, abhorre ac
 fugere, secundum quod tale. Iuxta quē sen
 sum ait Saluator: Si quis venit ad me, & non
 odit patrem suum ac matrem & fratres & so
 rores, non potest meus esse discipulus. Ter
 tius animæ hostis, est propria caro infecta
 cum sua sensualitate & fomite, ad varias cul
 pas inclinans, in qua viget lex peccati: quæ
 caro aggrauat animam, & necessitatibus, in
 digentijs, occupationibus ac superfluitati
 bus suis innumerabilia impedimenta virtu
 tum spiritualiumque profectuum, contem
 plationum & virtuosorum interiorumque
 exercitiorum ingerit anime. Hinc ad Roma
 nos scribit Apostolus: Qui in carne sunt, id
 est, desiderijs carnis & passionibus sensuali
 tatis subditi, Deo placere non possunt.
 Et denud: Si secundum carnem, inquit, vix
 eritis, moriemini. Itemque: Video, ait, aliam
 legem in membris meis, repugnantem legi
 mentis meæ. Veruntamen, sicut præcedenti
 articulo tactum est, non solūm caro, sed &
 volūtas propria ex originali peccato per ma
 litiam infecta & læsa, intellectus quoque ex
 eodem peccato per ignorātiā vulneratus,
 hostes sunt animæ, ad multa vitia inclinan
 tes eandē. Vnde sanctus fatetur Bernardus:
 Tolle propriam voluntatem, & infernus nō
 erit. In quem enim infernalis defæuiet ig
 nis, nisi in filios propriæ voluntatis? Hinc in
 quodam Sermone pulchrè tractat de lepra
 propriæ voluntatis, & de proprij lepra con
 silij, immo omnis creata essentia atq; poten
 tia, eo ipso, quo creata est, & per comparatio
 nem ad suam originem ex qua, id est, ad ni
 hilū, defectibilis est, labilis & prona ad ma
 lum, ac vanitati subiecta, quæ vanitas est di
 stantia & defectus à summo & incommuta
 bili increatoque esse, vt Alexander de Ha
 les testatur. Vnde & Salomon loquitur: Va
 nitas vanitatum & omnia vanitas. Apolto

lus quoque: Vanitati creatura subiecta est
 non volens. Ex quibus clarissimè innoteſ
 cit, quā indecens, illicita atque contraria
 sit omni creaturæ omnis superbia, omnis cō
 fidētia in se, omnis præsumptio de se, & om
 nis gloriatio vana. Postremò, quoniam origi
 nale peccatum & fomes radicaliter & origi
 naliter sunt in carne, ita quòd anima ex
 vnione cum carne, præfactam vulneratio
 nem in viribus suis prædictis fomitemque
 incurrit: ideo per carnem dantur intelligi
 omnes potentia illæ ad vitia inclinantes, vi
 delicet concupiscibilis, irascibilis, intelle
 ctus, voluntas. Itaq; his hostibus suis & cun
 ctis eorum tētationibus oportet animam
 viriliter reluctari ac præualere, quatenus ita
 resistat Dæmonibus, vt fugiant ab ea, car
 nem quoque in suam redigat seruitutem, &
 ea, quæ mundi sunt, aspernetur: quod qual
 ter fieri possit ac debeat, infra tangetur.

De inchoatione, progressu & ordine Dia
 bolice tētationis in nobis.
 Articulus IIII.

Dixit serpens ad mulierem: Cur
 præcepit vobis Deus, vt non
 comedetis de omni ligno para
 disij? Quemadmodum magister
 Sententiarum libro II. ex verbis sapientissi
 mi Augustini diffusè declarat, consimilis
 inchoatio, progressus & ordo tētationum
 in nobis est, quas ex Diaboli impugnatione
 incidimus, inchoationi, progressui ac
 ordini tētationis primorum parentum: in
 qua Diabolus in forma serpentis apprensus,
 tētationem in cæpit, mulierem aggredien
 do, interrogando, cibumque vetitum ei of
 ferendo, & eam fallendo: cuius tētationis
 progressio fuit, quòd mulier suggerenti
 Diabolo audientiam præbuit, credidit & cō
 sensit: consummatio autem fuit, dum & vir
 consensum dedit vxori, & contra diuinum
 præceptum de fructu comedidit prohibito.
 Conformiter in nobis quotidie agitur, dū
 Dæmon illicita suggerit sensualitati, sensu
 alitas verò ea proponit rationi ac voluntati:
 quæ dum consentiunt, de illicito comedere
 perhibentur: sicque, secundum Gregorium,
 Diabolus in tali tētatione gerit similitu
 dinem officiumque serpentis, sensualitatis
 mulieris, ratio viri. Porro, secundum Augu
 stinum XII. de Trinitate, per serpentem sen
 sualitas designatur, cuius primus motus est
 sæpè suggestio Dæmonis, ex cuius impug
 natione oritur primus motus: per mulierem
 verò significatur inferior ratio, ita quòd

Sapient. 14.

Galat. 5.

Mat. 10.

Lucæ. 12.

Sapient. 1.

1. Iob. 2.

Lucæ. 14.

Sapient. 9.

1. Pet. 2.

1. Iob. 2.

1. Iob. 2.

Psal. 10.

Tob. 12.

Psal. 50.

1. Iob. 2.

Roma. 8.

Gen. 3.

Gregorius.

Augustinus.

delectatio cogitationis secundum rationem inferioriorem, est comestio mulieris: per virum autem figuratur superior ratio, cuius comestio est consensus in delectationem plenarius. Itaque, teste Gregorio, per hæc tria, puta suggestionem, delectationem & consensus, homo in tentationem inducitur, tentationeque vincitur: quia per suggestionem tentatio inchoatur, per delectationem progreditur, per consensus completur: quod in tentationibus de rebus carnalibus, corporeis & mundanis præsertim intelligendum videtur. Præterea, secundum Doctores communiter, in sensualitate non est nisi veniale peccatum, in ratione vero inferiori, tam veniale quam morale peccatum consistunt. Dum enim ratio ipsa inferior delectationem pravam mox abijcit, cum eam aduertit, nec ex deliberatione ei consentit, culpa est venialis: si vero eam non rejicit, sed ex deliberatione consentit in eam, est culpa mortalis, & talis consensus vocatur consensus in delectationem morosam, ita quod delectatio non vocatur morosa ex temporis diurnitate, sed ex deliberatione, dum post rationis deliberationem adhuc complacet delectationi mala. Certum est quoque, tam venialia quam mortalia peccata, in superiore ratione locum habere. Nam & primi aliqui motus dicitur esse in ratione superiori, dum ex quadam subreptione subito concipitur aliqua consideratio aut cogitatio contraria fidei, spei aut charitatis: qui motus, dum proinde repellitur, venialia solum peccata dicitur. Denique, ratio superior & inferior non sunt diuerse potentie, sed eadem vis vocatur ratio inferior, in quantum procedit ex argumentis & considerationibus rerum inferiorum, circa quas moralis Philosophia versatur, ut quod aliquid sit agendum, quia sic expedit vitæ humanæ & ratio dicitur vitandum vero, quia superfluum est & nocivum, & eadem vis appellatur superior ratio, quantum intendit causas & considerationibus ac motibus diuinis, ut aliquid esse agendum, quia à Deo præcipitur & expedit ad æternam salutem: vitandum vero, quoniam displicet Deo, & lege prohibetur diuina, atque damnationem meretur perpetuam: superior autem ratio inferiori regere debet, quia considerationes inferiores, morales, humanæ ac naturales, per considerationes & rationes supernaturales, diuinas ac supremas sunt gubernandæ. Præterea aduertendum, quod primi motus sensualitatis communiter dicuntur esse culpæ veniales: quod intelligendum est de motibus primis, qui ex aliqua præuia imaginatione

In sensualitate
non esse
nisi veniale
peccatum.

seu consideratione procedunt, quoniam illi motus aliquo modo subduntur rationi ac voluntati, à quibus sunt reprimendi & præcauendi: sed motus primi, qui sunt purè naturales, & vocantur motus primò primi, non extant aliquo modo culpabiles, quia ex causis purè naturalibus oriuntur, nec aliquo modo rationis ac voluntatis imperio sunt subiecti, sicut dum quis ex sola naturali superfluitate naturæ patitur stimulum carnis, vel melancholicus ex malitia suæ complexionis sustinet motum primum rancoris: sed quando cumque quis ex præuia inspectione, imaginatione aut cogitatione rei carnalis stimuletur, & motum secundò primum incurrit, ad minus est veniale peccatum: & idem dicendum de primis aliorum motibus vitiorum.

Qualiter homo à Diabolo, mundo & carne varijs modis tentetur. Articulus V.



Obrijs estote & vigilate, quia aduersarius vester Diabolus tanquam leo rugiens circuit, querens quem deuoret. Demones ad tentandum, impugnandum, deiciendumque homines, vtuntur carne & mundo, tanquam instrumentis ac medijs: quia per exteriores interioresque sensus, & per appetitum sensitium impugnant nos varijs modis. Primò, ipsis sensitibus potentius obijciendo seu representando obiecta delectabilia vel terribilia, prospera vel aduersa, quatenus ad inordinatum & carnalem amorem, siue ad vitiosum, carnalem & mundanum timorem, siue ad aliam passionem vituperabilem nos accendant, incitent aut inducant. Secundò, ad ipsa exteriora obiecta, sensibilia & terrena nobis vndique occurrètia, nos varijs modis afficiendo, ita vt inordinatè delectemur in eis, vel malè contristemur de eis, atque superfluum immoremur seu inhæreamus eis. Tertio, immoderatè nos occupando circa talia etiam in diuino officio, & quando specialiter vacandum est Deo in orationibus, psalmodijs & meditationibus sacris. Insuper, in corpora nostra agere possunt, & ea diuersimodè alterare, accendere & disproportionare, ita quod inde ad libidinem, iram, acediam, timorem, audaciam, tristitiam & cõsimilia vitia excitamur: sic & organa exteriorum interiorumque sensuum & appetitus sensitium possunt multipliciter immutari & ita decipere, non tamè possunt directè in intellectu ac voluntatè imprimere: sed quia in nobis est naturalis ac iugis & maxima colligatio atque cõnexio sensiuarum & intellectualium potentiarum in-

intèctum quod intellectu nostra cognitio à sensitua cognitione depèdet, oritur ac procedit, & intellectu medijs phantasmaticis, quæ sunt in sensu interiori, tendit in actum, idcirco ex hoc, quod Demones sensitivas vires indisponunt, & earum formas atque phantasmata turbant, impeditur & errat intellectus noster, & ratio in actibus ac iudicijs suis: voluntas quoque ex motibus passionum obtrebratur, errat ac labitur. Idcirco necesse est tentationibus, passionibus & immutationibus, quas inuisibiles hostes causant in potentijs & organis sensitibus, & in corporum nostrorum complexionibus ac sanguinibus efficaciter reluctari per remedia infra tangenda. Præterea, quod præinductis modis tentet nos Sathanas, per sensitivas vires & earum obiecta, constat ex verbis sancti Cypriani, dicentis: Circuit Diabolus nos singulos, & tanquam hostis, clausos oblidens muros, explorat & tentat, an sit pars aliqua membrorum aut virium minus fida ac stabilis, cuius aditu ad interiora valeat penetrare: offert oculis formas illicitas ac faciles uoluptates, vt visu destruat castitatem: aures per canora musica tētat, quatenus auditu soni dulcissimi soluat atque emolliet Christianum vigorem: linguam cõuicio prouocat, manum iniurijs laceffentibus ad petulantiã credis infligat: lucra proponit, vt faciat fraudatorem: ingerit perniciosã compendia, vt animam pecunia capiat: honores promittit terrenos, vt tollat celestes: ostentat falsa, vt vera subripiat: dumque latenter fallere nequit, apertè minatur, terrorem turbidæ persecutionis intentans, ad debellandos Dei seruos semper inquietus & semper infeasus: in pace subdolos, in persecutione violentus. Quam obrem contra vniuersas Diaboli tam fallaces insidias, contra apertas pugnas, persecutiones & minas stare animus iugiter debet instructus, tam paratus semper ad repugnandum, quam paratus est ille semper ad impugnandum. Hæc Cyprianus: Insuper, quod tētet nos per corporis alterationem & sanguinis varias cõmotionem, probatur ex verbis Augustini, dicentis, quod Demones immiscunt se sanguinibus hominum ac excitandum tentationem concupiscentiarum. Cõsimiliter grauant ad acediam & somnolentiam disponendo, sed & sanguinis ebullitionem faciendo disponunt ad iram: sicque ex tentatione Diaboli potest sanctis hominibus grauis tentatio carnis oriri, quemadmodum sanctus refert Gregorius de beato Benedicto, quod dum adhuc clausus erat in antro, tantam in-

flammationem, & concupiscentiã carnis subitò incidit ex cuiusdam memoria mulieris, quod penè decreuit redire ad seculum. In quarto quoque libro Vitæ patrum narratur de quodam sancto Anachoreta, quod dum ex compassione permisisset cellã suã intrare de sero feminam quandam, quæ se finxit errare & periclitari in eremo, mox cepit Diabolus cor sancti illius sagittis concupiscentijs vulnerare: qui intelligens opus esse Diaboli, accedit lucernam & misit digitos suos in flammam, ne igne concupiscentiæ vitæ ceretur, combussitque omnes digitos suos, & præ ardore tentationis non sensit, quod illa conspiciens, expirauit: & resuscitata à sancto viro, deceterò salubriter vixit. Denique, differentiam tentationis, quæ est à Diabolo, ab ea, quæ est à carne, quidam assignant, dicentes, quod tentationes Diaboli frequenter nascuntur præter rationem, vt quod satiatus paulò post sustineat famem, vel homo mansuetus pro leti causa grauitè irascatur, aut post longum somnũ quis somnolentiam patiat. Tentationes vero, quæ sunt à carne, multoties oriuntur ex quadam necessitate, quamuis interdum in superfluitate excrescant, vt dum post ieiunium resectio immoderanter appetitur, & ultra mēsuram congruam fumitur. Amplius, quod tempore diuini officij ingerant nobis Demones immoderatas memorias rerum, exprimur quotidie, & sancto cuidam patri fuit ostensum: qui vidit in spiritu, qualiter Demones in diuino officio varias res & operationum imagines voluebant ante oculos fratrum in orationibus positurũ: quos postmodũ seorsum examinans, inuenit vnumquemque in suis orationibus ea inaniter cogitasse, quorum similitudines ante oculos eius viderat à Dæmone præsentari, sicut in Vitæ patrum plenius recitatur. Ex quibus omnibus innotescit, neminem quantumcumque perfectum, debere de viribus suis præsumere aut putare, quod grauibus ac prædominantibus tentationibus impugnari non posset, si permitteret Deus. In super caro tētat animam seu hominẽ per singulos sensus & per appetitum concupiscentibilem ac irascibilem, mouendo ad obiecta sensibilia ac terrena, & ad passionem varias circa ea, sicut præ tactum est. Similiter mundus, id est, homines carnales seu res mundanæ, circa quas homo non debet affici, occupari, moueri, nisi secundum rectæ rationis iudicium ac iuxta diuinæ legis tenorem.

Tentationis
quæ à Diabolo,
& à carnẽ
sunt differentia

Per corporis
alterationem
& cõmurmur
à Diabolo.

An omnis tentatio sit peccatum.

Articulus VI.



Nusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus: deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum verò cum consummatum fuerit, generat mortem. In his verbis tangitur processus culpæ à minore ad maius, ut sit sensus: Nusquisque tentatur à concupiscentia sua, id est, inordinata cupiditate, quæ, secundum Apostolum, radix est omnium vitiorum; sicque cupiditas propriè sumi videtur pro priuato & improbo suisque amore, quem Augustinus omnium vitiorum vocat originem & radicem. Abstractus, id est, auersus à summo bono ac veræ salutis itinere: & illectus, id est, ad peccandum attractus amore inordinato. Porro, concupiscentia cum conceperit, id est, ad delectationem (& præsertim ad consensum) perduxerit, parit peccatum mortale, in his, quæ sunt contra præceptum: peccatum verò cum fuerit consummatum, id est, ad opus perductum, generat mortem, quia meretur æternam damnationem, quæ est mors infernalis miseris, de qua in Apocalypsi asseritur: Pars iniquorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quæ est mors secunda. Peccatum quoque, quod per penitentiam non deletur, prauam consuetudinem obstinationemque parit. Circa quæ verba loquitur Beda: Tribus modis tentatio agitur, utputa suggestione hostis, delectatione humana fragilitatis, consensu cordis. Primò etenim concupiscentia oritur, per quam incipit homo abstrahi à vero bono, immo à prima veritate & incommutabili summaque bonitate: deinde concupiscentiæ coniungitur delectatio quadam, per quam homo in malum illicitur, manens adhuc infra terminos venialis peccati. Cumque delectationi consensus deliberatus accesserit, est culpa mortalis. Porro si hoste seu mundo suggerente atque tentante, non delectamur in re, de qua tentant, nec consentimus eidem, non peccamus in tali tentatione: immo talis tentatio est nobis materia exercendæ virtutis, atque occasio meriti ac triumphus, non culpa, prout magister Sententiarum lib. 2. ex verbis Augustini declarat. Itaque iuxta Doctores concorditer, tentatio ab extra nobis proueniens, utputa à Diabolo vel à mundo, non est peccatum in se, nec imputatur nobis ad culpam, quam diu nos ipsi non cooperamur taliter nos tentanti, neque tentationi per delectationem vel consensum, sed resistendo ei, meremur atque proficimus, sicut ait Apo-

stolus: Deus faciet cum tentatione prouentum. Tentatio autem, quæ est ab intra, id est, à carne & fomite seu sensualitate, est semper peccatum, quando procedit ex aliqua præuia apprehensione, imaginatione seu cogitatione, ut pleniùs dictum est: quocirca pèlenda sunt verba Bonauenturæ, qui ait: De ortu actualis peccati tenendum est, quòd actuale peccatum originem trahit à libera voluntate per suggestionem, delectationem & consensum. Si autem suggestio & delectatio fiunt citra consensum, est veniale peccatum: si verò sequatur consensus aut opus in his, quæ lege prohibentur diuina, mortale peccatum est, quòd si consensus est sine opere, hoc contingit dupliciter: Primò, quòd vult in opus procedere, sed non valet, & tunc voluntas reputatur pro facto: secundò, quòd non vult in opus procedere, sed voluptuari in delectatione seu cogitatione, & tunc quæuis peccatum non sit plene consummatum, est tamen inter mortalia computandù. Cum enim peccatum dicat recessum voluntatis à Deo, in quantum nata est moueri ac regi ab ipso, & secundum ipsum & propter ipsum, omne peccatum est inordinatio mentis aut voluntatis, in qua esse possunt virtus & vitium. Porro inordinatio ista aut tæta est, quòd ordinem iustitiæ exterminat, & sic est mortale peccatum, quoniam aufert vitam gratiæ separando à Deo, à quo viuificatur per gratiam anima iusta: aut est tam modica, quòd ordinem iustitiæ non perimit, sed in aliquo turbat seu lædit, & sic est veniale peccatum, quia de ipso possumus veniam citò & faciliter adipisci, quia per ipsum homo gratiam non amittit, nec inimicitiam Dei incurrit. Est autem ordo iustitiæ, ut bonum summum & incommutabile præferatur bono commutabili, bonum honestum utili, voluntas Dei voluntati humana: sicque iudicium recte rationis præferatur sensualitati: & quoniam ratio Dei præcipit ordinem istum, & vetat oppositum, idcirco dum bonum commutabile præfertur diuino, & bonum utile honesto, & voluntas nostra præferatur voluntati diuinæ, aut sensitiuus appetitus rationi, committitur peccatum mortale. Dum verò bonum commutabile & creatum plus debito diligitur, non tamen bono increato præferatur, nec utilitas præponitur honestati, nec voluntas nostra diuinæ, nec sensualitas rationi, tunc est veniale peccatum: quoniam quamuis hoc fit præter legem, non tamen directè est contra legem, sensualis autem appetitus recte rationi non præfertur, nisi dum ei à ratione consentitur: idcirco mortale peccatum

Nusquis concupiscentia abstractus & illectus

citra rationis consensum nequaquam incurritur, si tamen sensualitas moueatur ordinatè, cum ordinatio illa ad malum inclinet, quamuis non consentiat ratio, peccatum est aliquod, quoniam aliquo modo lædit iustitiæ ordinem. Veruntamen, ut tactum est supra, & Thomas scribit, motus concupiscentis potest dupliciter surgere: primò ex organi qualitate, sicut organo calefacto in surgit motus libidinis absque imaginatione, & iste motus est purè naturalis, nec rationem culpæ sortitur: & hoc facere potest Diabolus potestate suæ naturæ, qua potest corporalia transfundere, nisi diuina cohibeatur virtute. Secundò motus concupiscentis surgit ex apprehensione alicuius rei delectabilis, & ex hac parte appetitus concupiscentis participat in homine aliquid libertatis, secundum quod obedire potest imperio rationis: sicque in concupiscenti vi potest esse peccatum, sed motum hunc extorquere non potest Diabolus.

An tentatio sit appetenda.

Articulus VII.



Mnes qui Deo placuerunt, per multas tribulationes trāsierunt fideles: qui autem tentationes non susceperunt in timore Dei & in patientia, exterminati sunt. Certum est quòd tentatio, in quantum à tentante ordinatur aut tendit in malum culpæ & in nocuum tentati, non sit appetibilis: sed in quantum ille, qui tentatur, potest tentatione vi in bonum, atque ex ea consequi fructum multiplicem, sic appeti potest, præsertim secundum quod necessaria est ad salutem, eo modo, quo ait Apostolus Paulus: Non cororatur, nisi qui legitime certauerit. Vnde & Iacobus dixit Apostolus: Omne gaudium existimate fratres, cum in varias tentationes incideritis: Et iuxta hunc modum appeti possunt aduersa, non in quantum aduersa atque poenalia, sed in quantum purgamur per ea, & ex eis proficimus, ac multa bona consequimur, quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum celorum. Insuper, nullus debet tentationes appetere, præsumendo de proprijs viribus, sed considerata defectuositate & insufficientia sua, considerando in Deo, & innitendo eius gratioso auxilio, ita quòd Deus tentationem sic moderetur, taliterque assistet tentato, quòd non vincatur. Hinc in Vita patrum de multis sanctis narratur, qui in ten-

tationibus constituti, non perierunt nec cupierunt liberari ab eis, sed pro gratia resistendi efficaciter orauerunt: quia ex tentationibus senserunt se in multis proficere, prout infra diffusius ostendetur.

De tentatione multiplici.

Articulus VIII.



Imeo ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua, ita corrumpatur sensus vestri & excidantur simplicitate, quæ est in Christo. Richardus de sancto Victore ponit septem species seu potius modos tentationis: quarum prima est importuna, qua homo tam assidue ac improbè impugnatur, ut eam à se amouere vix queat. Nam frequenter abiecta, non cessat reuerti, & omni penè hora hominem inquietat, quatenus quem nec vi nec fraude subuertit, improbitate atque frequentia incessante alliciat ad consensum, quemadmodum gutta cauat lapidem, non vi, sed sæpè eadendo: & tellus ab vnda paulatim consumitur, iuxta illud beati Iob: Lapidés excauât aqua, & alluuio terra paulatim consumitur. Contra tentationem huiusmodi necesse est indefinenter infatigabiliterque pugnare, ut infra, vbi de tentationum remedijs tractabitur, exponetur. Secunda speciestentationis vocatur dubia, quoniam ambiguitatis obscuritate animum sic inuoluit, ut nequeat clarè discernere, quid certi debeat de re, vnde tentatur, sentire: sicque facit mentem diuersimodè fluctuare, & de eadem re, nunc istud, nunc illud, opinari: ita ut illud Helix in libris Regum, mentibus sic tentatis obijci possit: Vsq; quòd claudicatis in duas partes? Et homo sic fluctuans, illud Iob dicere valet: Idcirco cogitationes meæ varie succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur, quocirca scriptum est in Ecclesiastico: Non ventiles te in omnem ventum: esto firmus in via domini & in veritate sensus tui. Hinc & Apostolus Ephesios hortatur: Non iam simus paruuli fluctuantes, nec circumferamur omni vento doctriinæ. Tertia tentatio dicitur subita, quæ iudicium præuenit rationis, intantum ut contentati præuentum impetu huiusmodi belli, eius insidias per considerationem non queat anticipare, immo frequenter sentiat se iaculo præuæ delectationis transigi, antequam circumspectionis suæ scuto possit se suis viribus præmunire, ita ut illud Threnorum possit proferre: Velociter

Exod. 20.

1. Tim. 6.

Apoc. 21.

Tentatio tribus agitur modis.

1. Iob. 14.

2. Tim. 2.

1. Iob. 20.

1. Iob. 14.

2. Cor. 11.

Septem sunt species tentationis.

I.

1. Iob. 14.

II.

2. Reg. 19.

1. Iob. 20.

Ecc. 1. 30.

Eph. 4.

III.

Thren. 4.

III. res fuerunt persecutores nostri a quibus cœli. Sic ex intuitu Bersabæ subito trāsfixus est Dauid huiusmodi telo. Quarta vocatur occulta, quia per eam mens quadam caligine ita fuscatur, ut negligenter se habeat, ubi sollicita esse debuerat, nec ea, quæ sibi proponuntur, debita diligentia perferretur, immo pernicioſa & noxia multa acceptet tanquam salubria: & (heu) multa multoties per negligentiam talem committimus mala atque omittimus bona, quæ forsân toto tempore vitæ huius nūquàm ritè dijudicamus, sicq; malè securi sumus. Hoc sanctus Dauid considerans, dixit: Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me. Vas quoq; electioſis: Nihil, inquit, mihi cōsciū sum, sed non in hoc iustificatus sum: immo & magnus ille Iob, qui fiducialiter dixit: Neque reprehendit me cor meum in omni vita mea: profundius pensans, quanta habeat homo peccata occulta, quæ ipsūmet latent, deprecatus est Dominū: Responde mihi quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea & delicta ostende mihi. Quinta tentatio nūcupata est violenta, quæ aded fortis est, tamque acriter & acutè impugnat, ut videatur superari vix posse aut sustineri, intantum vt & Apostolus fateatur: Supra modū grauati sumus supra virtutem, ita vt tæderet nos uere. Vnde & sanctus Iob dixit: Quasi erupto muro irruerūt in me: & rursus: Quæ est fortitudo mea vt sustineam? & quis finis meus, vt patienter agam? In tali ergo conflictu oportet ad Dominum in fortitudine cū insuperabili confidentia exclamare ac dicere: Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Sexta vocata est fraudulenta, quæ animum vehementer obscurat ac fallere nititur, & quandoq; in errore pertinaciter figit, dum mala ac pessima sub specie bonorum & optimorum proponuntur & acceptantur, sicq; noxia defenduntur, & de damnabilibus malis, tanquam de verè salubribus mens lætatur. Hinc Salomō loquitur: Sunt viæ, quæ videntur homini bonæ, & nouissīma earum ducūt ad mortē. Nempe & Sathanas se trāsfigurat in angelum lucis. Quid horribilius dici potest, quàm quòd inde damnatio prouenit, vnde salus sperabatur æterna? Septima appellatur perplexa, dum simul & tempore vno impugnatur homo vitijs multis, vt si vicerit vnum, vincatur ab alio: & sæpè artifex Tentator tam callidè contra hominem præliatur, vt vnde robustius vni peccato disponit resistere, inde grauius in aliud dilabatur, vt si quis simul de vitio gulæ & vana gloria impugnetur, quòd fortius

vicerit gulam, tantò plūs impetetur per gloriam vanam. Denique, præactè tentationes interdum impugnant hominē singularim, interdum permixtim, & quædam earum simul: & iuxta hoc necesse est vel simul vel successiue diuersa virtutum arma contra ipsas assumere. Possunt quoq; his septem tentationibus coaptari ea, quæ leguntur in Psalmo, quo dicitur: Scuto circundabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno &c. Ad primam namq; tentationem, quæ dicitur importuna, pertinet tanquam remediū scuto circundari veritate Dei illuminationeq; Spiritus sancti, vt importunè, improbè atq; assidue tentationi pro medela obijciatur veritas scripturarum, dicentium, quòd per multas tribulationes oporteat nos intrare regnum cœlorum, & q̄ omnes, qui volunt piè viuere in Christo, persecutiones tentationeq; patientur. Item quæ: Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Porro secunda tentatio, quæ ambigua seu dubia appellatur, designatur, quum dicitur: Non timebis à timore nocturno: In caligine etenim noctis homines frequenter verentur, putantes se videre exercitum hominum, cum videant summitates monticulorum aut arborum: sic qui dubia tentatione vexatur ex defectu claritatis veræ cognitionis, frequenter timet, vbi nō est timendum: & segnior fit ad benè agendum, dum pro certo non nouit, an illud, quod facit, sit Omnipotētī acceptum. Per sagittam demum volentem in die, intelligitur tentatio tertia, quæ dicitur subita, quæ instar sagittæ emissæ ferit, antequàm præuideatur. Quarta quoq; tentatio, quæ vocatur occulta, insinuat, quū subditur: A negotio perambulante in tenebris. Quemadmodum enim tale negotium versatur in tenebris noctis, sic occulta tentatio in tenebris falsitatis. At verò quarta tentatio, quæ dicitur violenta, exprimitur, quum in Psalmo illo subiungitur, ab incurſu. Quo nomine impetus violentiæ designatur. Sexta verò tentatio, quæ fraudulenta nominatur, tangitur, dum sequitur: A vāmonio meridiano: quia vt patuit, in hac tentatione frequenter mala ac pessima sub specie bonorum ac optimorū persuadentur, & angelus tenebrarum in angelum lucis transfiguratur. Et quoniam septima tentationis species, quæ nominatur perplexa, plures in se tentationes completitur, & circa diuersa vitia occupatur, rectè ipsa intelligi datur, quum subditur: Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. Præterea quædam sunt tentationes de carna-

carnalibus vitijs, quædam verò de peccatis spiritalibus impugnant, & quædam de vitijs manifestis, quædam de vitijs palliatis, speciem quandam virtutum habentibus, nos impugnant. Sanctus autem Bernardus super Cantica ponit quatuor genera tentationum, quorum primum est de inordinato timore, quo homines trepidat aggredi viam arctam seu religionis ingressum ac corporis castigationem & contra peccata conflictum, non attendentes auxilia gratiarum, magnitudinem præmiorum, consolationem Spiritus sancti, assistentiam angelī sancti, & quàm dulce fiat cordi proficienti, christo seruire, qui ait verissimè: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Iugum enim meum suauē, & onus meū leuē. Hoc genus tentationis vocatur timor nocturnus. Secundū appellatur sagitta volans in die, id est, tentatio laudis humanæ & gloriæ vanæ, quæ leuiter volat, sed non leuē vulnus infligit. Tertium est negotium perambulans in tenebris, putà hypocrisis, quæ fingit & simulat, quod nō est. Idcirco in tenebris versatur erroris, & ex ambitione ac desiderio laudis humanæ seu proprii commodi appetitu solet procedere. Hæc hypocrisis maledicta, non solum virtutes beata remuneratione euacuat, sed & in tenebras infernales hypocritam insensum ac vilem præcipitat. Postremò, ei, qui hæc tria tentationum species vicerit, imminet quartū, ne sub specie boni fallatur, nec indiscreto debilitetur seruire, nec immoderato zelo iudicet, aspernetur aut arguat proximū, sed vera compassione discretioſiq; radio decoretur in omnib; atq; rationabile obsequium perseueranter in finem suo offerat Creatori.

De magna & multiplici utilitate tentationum. Articulus IX.



Mne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis, sciētes, quòd probatio fidei vestræ patientiam operatur: patientia autem opus perfectum habet, vt sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. Hæc est saluberrima prorsus monitio strenuissimi pugnatoris, vt ex incidentia tentationum quantumlibet multarum atq; magnarum, non solum non contristemur, nec pusillanimes aut diffidentes efficiamur, sed potiùs gloriemur in Domino, qui nos paternaliter visitat & in præsentī exercet, ca-

stigmat, humiliat, purgat, informat, hō æternā liter pereamus. Oportet namque in aduersis gaudere, in quantum necessaria sunt aut vtilia ad salutem. Prætercā, quāuis iuxta præhabita, tentatio, quæ est à carne & ex præuā imaginatione, sit ad minis veniale peccatū, nec, quantum ad hoc, sit de ea gaudendum, sed contristandum, atque pro eius plenaria extirpatione assidue laborandum, tamen & ipsa est electis occasio boni multiplicis, cū & omnia cooperentur prædestinatis in bonum, qui ex suorum consideratione excessuum & culparum profundius seipsos humiliant, cautiore redduntur & Deo frequenter cordaliter regratiantur, atq; in eius amore validius inardescunt: sicque ubi abūdauit iniquitas, superabundat & gratia, vt ait Apostolus. Tentatio autem, quæ directè à Deo infligitur, ordinatur semper ad profectum tentati, sicut aduersitas: tentatio verò, quæ à Diabolo & à mundo inferitur, quāuis in eo, qui tentatur, rationem nō habeat culpæ, quādiū tentatus non cooperatur ei per delectationem, neq; per consensum aut executionem, est tamen tendens & inclinās ad malum culpæ, nec vtilis est in se, sed ex adiutorio gratiæ Dei, & prudentia eius, qui benè vitur tali tentatione, est materia atq; occasio vtilitatis multiplicis & copiosę fructuositatis. Verum reprobis & peruersis omnia cooperantur in malum, qui de sua correctione & tribulatione sunt peiores, de quibus Hieremias dicit Deo: Percussisti eos, & non doluerunt, attriuisisti eos, & renuerunt accipere disciplinam: indurauerūt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. Itaque loquendo de tentatione in generali, dicendū, quòd tentatio primò vtilis est ad instruendum. Inducit enim tentatum ad sui ipsius recognitionem, & docet eum, qualiter debeat alijs, qui tentantur, consilire: sicq; efficit hominem in spiritali militia (hoc est, pugna contra aciem vitiorum & Daemonum) eruditum, expertum & promptum. Hinc communiter dicitur, quòd tentatio tentatum illuminat, sicut & tribulatio. Vnde in Hieremia, ubi nostra habet translatio: Erudire Hierusalem: Septuaginta interpretes translulerunt: Per omnem dolorem & flagellum erudieris Hierusalem. Quocirca scribit Hieronymus: Dum crebris angustijs subiaccimus, huius versiculi recordemur, quatenus per aduersa redeamus ad cor, iuxta quod loquitur Esaias: Sola vexatio dabit intellectum auditui. Et rursus ad Dominum: In tribulatione, inquit, murmuris doctrina tua eis.

Hinc

Hinc secundo Machabæorum de Antiocho recitatur, quod grauisimis afflictus doloribus, cepit ad agnitionem sui venire. In Ecclesiastico quoque asseritur: Qui non est tentatus, quid sciat? Qui non est expertus, pauca recognoscit. Vir in multis expertus, cogitabit multa: & Salomô ait: Virga & correctio tribuit sapientiâ. Nempe, vt testatur Gregorius: Oculos, quos claudit culpa, aperit poena. Secundo, tentatio hominem examinat, an Creatori suo fidelis atque obediens: quem admodum exterior pugna militis contra aduersarios sui Regis demonstrat, an sit Regi suo fidelis. Nisi enim hosti Regis sui relinqueretur, infidelis suo domino reputatur. In cuius rei figura scriptum est in Iudicum libro: Dimisit Dominus Chanaanos, vt in eis experiretur Israël, vt rû audirét madata Dñi, an non, & vt discerent posteri eorû certare cum hostibus, haberentq; consuetudine præliandi. Sic ergo oportet nos discere dimicare contra têtationes & tentatores iniquos, & sic deuenire ad consuetudinem sacrorum conflictuum, per quam in omni têtatione Deo auxiliante facilliter præualeamus, immo & delectabiliter contra hostes diuini honoris ac nostræ salutis certemus: quem admodum primo Machabæorû de strenuissimo Iuda & fratribus eius narratur, quod præliebantur prælia Israël cum læticia. Nam & teste Philosopho, signû virtutis est delectatio fiens in opere. Itaque in têtationibus & aduersis ostendamus fidelitatem nostram ad Dominum Deum nostrum, qui modo iam tacto non cessat suos examinare electos, iuxta illud Sapientiæ: Tâquam aurum in fornace probauit electos, & quasi holocausti hostiam accepit eos. Amicitia quippe & fidelitas in aduersis monstrantur, propterea scriptum est in Ecclesiastico: Si possides amicum, in têtatione posside eum. Est enim amicus secundum tempus suum, & non permanebit in tempore tribulationis. De tali homine ait Saluator: Hic est, qui verbum Dei audit, & cum gaudio suscipit illud, sed non habet in se radicem. Facta enim tribulatione & persecutione, continuo scandalizatur: sic multi in prosperitate gratias agunt Deo, sed in aduersis deficiunt, prout de vnoquoque tali fertur in Psalmo: Constitutebit tibi cum benefeceris ei. Tertio, tentatio tentatum humiliat, quia ex hoc, quod ipsum illuminat ad cognoscendum seipsum & propriam infirmitatem siue virtutem, facit eum aspernari ac vilipendere semetipsum, eod quod ad resistendû impedimentis suæ salutis, atque ad abiicienda

vana, foeda ac viliatam tardus debiliq; cõsistat, & quia tam citò ac facilliter mouetur ad passiones & vitia, neq; in paruis ac minimis victor extiterit, cum amici Dei in magnis ac maximis têtationibus fuerint tam constantes. Si autem præualuerit, admonet eum tentatio & eius victoria, vt Deo regratiatur humiliter, dicens: Nisi quia dominus adiuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Hinc asserit Prosper: Ad magnam vtilitatem hominum reseruata est & exurgit materia certaminum, vt non superbiat sanctitas, dum pulsatur infirmitas. Vnde & beatissimum vas electionis de seipso fatetur: Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Sathanæ. Gregorius quoque disserit: Pia dispensatione nobiscû agitur, vt têtationibus impugnemur, ne virtutibus, quibus proficimus, extollamur. Item quæ: Dum vitia nos impugnant, virtutes in nobis proficientes humiliant. Hinc in Threnis faslus est Hieremias: Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis tuæ. Hac ratione solent discreti spiritualesq; viri subditos sibi, seu sibi charissimos, fortiter & frequenter increpare atq; aduersitatibus exercere, ne ex spiritali intumescant, pfectu, sed itigiter humiliet semetipsos. Vnde recitat Cassianus de quodâ Paulo Abbate, qui in præsentia quasi in numerabiliu Patrum ac fratrum in suo refectorio comedetium, vnum ex fratribus suis secum ministrantem edentibus, tam dirè absq; illius culpa percussit ad genam, quod sonus per totum refectorium audiebatur, & icui pallor seu liuor successit: nec tamen vllatur batio orta fuit in fratris mente, nec signum impatientiæ alicuius in facie. Quarto, tentatio purgat hominem ad vitij multis: fugat enim stultitiam, extirpat præsumptionem, iactantiam arrogantiamq; repellit, eod quod faciat hominem intueri ac noscere semetipsum. Vnde ait Gregorius: Têtationis inquietudo interrogat, an homo in quiete positus, Deum veraciter diligat. Etenim tentatus pondere pressus, à vana suarum virium præsumptione compefcitur, à iactantia cohibetur, ab elatione frenatur, dum propria imbecillitatem, insufficientiam, ac diuini subsidij indigentiam experitur, sicque cum sancto Iob protestatur: Ecce non est auxilium mihi in me. Hinc ait Gregorius: Nemo sibi innotescit nisi tentatus, nec vires suas quis in pace recognoscit. Hinc refert Cassianus de quodam Eremita inexperito ac indifcretò, qui fratrem quandam tentatum suum impè-

imperitâ responsione penè ad desperationem induxit, quo cognito, sanctus quidam Anachoreta fratrem illum sapienter consolans, orauit Deum, vt têtationem fratris illius in senem illum conuerteret: quo facto, cepit senex ille instar infanientis discurre: quem sanctus ille accedens, sciscitabat, cur taliter ageretur: quod dum ille dicere verecundaretur, instruxit eum sanctus ille ac increpauit: sicque senex ille cepit se verè cognoscere, & omnem præsumptionem abijcere. Quintò, têtatio facit hominem ad Deum confugere, exclamare atque subsidium implorare, iuxta quod scriptum est: Et clamauerunt ad Dominum, cum tribulareretur, & de necessitatibus eorû liberauit eos. Dum enim tentatus, ex pondere atque molestia suæ têtationis, propriam fragilitatem ac infirmitatem agnoscit, cernit se viribus suis resistere ac præualere non posse: idcirco de viribus suis diffidens, confugit ad Deum, & sperans in misericordia ac ope ipsius, inuocat eius subsidium, qui ait in Psalmo: Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. Ideo scriptum est in Esaia: Domine, in angustia requisierunt te. Immo têtatio, poena, afflictio & quæcunque aduersitas facit hominem festinare ad Deum & citò conuerti, quem admodum Dominus ait in Osea: In tribulatione sua manè confurgent ad me: Et Psalmissa: Multiplicatæ sunt, inquit, infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Item quæ: Conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina. Sextò, têtatio facit hominem coram Deo sollicitum, sicque negligentiam & torporem, dissolutionem & periculosam securitatem expellit. Timor nanque periculi, quod sentitur, efficit diligetem & custoditum: & qui impugnatur, expugnari veretur: ideo qualiter resistat, sollicitatur & quærit consilium. Hinc super illud, Proba me Domine & tenta me, asserit Glossa: Nisi tentaremur, negligentes essemus. Huic têtationi asseribitur, quod hominem conseruat in gratia, & virtutes eius custodit. Septimò, spiritalem profectû producit: qui enim impugnatur se sentit, ad repugnandum accenditur: sicut & naturalia fortius agunt, dum à suis contrarijs eis resistitur. Nam ignis flatu repressus, latius se diffundit, & aqua occurrente sui cursus obstaculo magis impellit: sic homines boni sentiètes obstacula suorum profectuum ac repugnacula desideriorum suorum feruentium, validius inardescunt ad bona: quem admodum gloriosus martyr Laurentius,

præsentatis sibi omnium tormentorum generibus, dixit: Has ego æpulas semper desiderauit. Sanctissimus quoque præsul Martini, cum tyrânus imputaret ignauia, quod noluit seculo militare, sed Christo, respondit: Si hoc ignauia deputatur, ego in nomine Christi cuneos hostium inermis cras penetrabo. Sic & strenuissimus præliator, magnus pater Antonius, à Dæmonibus crudelissimè flagellatus, & velut mortuus, à loco, quo fuit percussus, sublatus, fecit se illic deferri, & dixit Dæmonibus: Ecce hic sum, non fugio vestra certamina. Hinc loquitur Augustinus: Vita nostra in hac peregrinatione esse non valet sine têtatione: quia profectus noster per têtationem efficitur, nec sibi quisquam innotescit, nisi tentatus: nec potest nisi, qui vicerit, coronari: nec vincere potest, nisi certauerit, nec certare, nisi tentetur. Vnde & Leo Papa testatur: Nulla sunt opera virtutum sine experimentis têtationum, nullum sine hoste certamen, nulla sine congressione victoria. Octauò, têtatio cõfert spem placendi Deo. Vnusquisque enim quod amplius displicet vita sua nialo, tantò acrius solet impugnari ab illo: idcirco quod grauius quis têtatur, tantò plus fiducia eius in Domino augeatur. Vnde ait Gregorius: Aduersarius noster quantò plus rebellare sibi nos conspiciat, tantò plus debellare contendit: illos autè impetere minus curat, quos quasi hæreditario iure possidere se cernit: & rursus plerunq; contingit, qd qui plus in contemplatione rapitur, têtationibus amplius impugnetur, quæ admodum quibusdam dignè proficientibus frequenter accidere solet: quos dum compunctio afficit aut contemplatio supra se rapit, statim têtatio sequitur, ne de suo profectu aut contemplationis altitudine extollatur. Recte ergo dixit Apostolus: Virtus in infirmitate perficitur: &, Augustino testante, grauisima têtatio est nulla têtatione pulsari. Nonò, têtatio têtatione expellit, dū vna aliam eicit: sicut tentatus de vana gloria, têtationem superat gulæ: & quidam stimulo carnis grauius impugnatur, à confratribus suis de industria multipliciter iniuriatus, stimulum carnis oblitus fuit. Decimò, per têtationem Christo assimilamur, qui propter nos à mundo atque Diabolo multipliciter fuit tentatus. Vnde decimò, per têtationem fit homo proximis exemplaris, qui eius exèplo ad patientiam ac resistentiam contra têtamenta animantur, vt patet de sancto Iob. Vnde de Iob habetur: Hanc têtationem permisit Dominus euenire illi, vt posteris dare

2. Mach. 5.
Eccle. 14.
1. Tim. 29.
Iudi. 6.
2. Mach. 8.
1. Cor. 13.
1. Tim. 21.
Leo Papa.
2. Cor. 12.
Matt. 4.
1. Iob. 2.
2. Tob. 2.
2. Laurent.

1. Cor. 10.
1. Tim. 21.
Leo Papa.
2. Cor. 12.
Matt. 4.
1. Iob. 2.
2. Tob. 2.
2. Laurent.

daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob. nuodecimò per tentationem, cõsolationem & tranquillitatem meremur, prout in Tobia dicitur Deo: Post tempestatem tranquillum facis, & post fletum exultationem infundis. Meritò igitur dixit Apostolus Iacobus: Beatus vir, qui suffert tentationem. Deus nanque pugnantibus pro se gratiose adsistit. Tertio decimò, tentatio facit hominem etiam in hoc mundo famosum & gloriosum, ita quòd alij innituntur ei vt sustentameto. Hinc in Apocalypsi Dominus loquitur: Qui vicerit, faciam illum columnam in templo meo. Et sancto Antonio dixit Saluator: Quia viriliter dimicasti, in toto orbe te faciam nominari. Quarto decimò, tentatio facit hominem cunctis Dæmonibus triumphantem. Hinc beatissimi Anachoretæ, Macarius, Moses, Pastor & eis consimiles, non plùs timuerunt Dæmones quàm muscas. Cùm enim magnus ille Macarius nocte quadam in tẽplo dormiens, idolorum caluariam quãdam suo capiti supposituisset, Diabolus cernens eius fidutiam, ex caluaria illa cœpit alteri nẽmoni respondere. Porro Macarius nil penitus metuens, caluariam capite suo tũdebat, dicens Diabolo: Fac si aliquid potes. Quinto decimò, tentatio coronationem acquirit. Cùm enim dixisset Apostolus Iacobus, Beatus vir qui suffert tentationem, adiecit: Quoniã cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ: immo toties coronari meremur, quoties tentationi præualemus, sicut in Vita patrum describitur de sancto quodam Eremita, qui in visione noctis vidit septem coronas super discipuli sui caput descendere, quoniam septẽ vicibus discipulus ille nocte illa restiterat cogitationibus suis, & patientiam habuit. Sunt autẽ & alij multi salubres effectus ex tentationibus prouenientes: quod cùm ita sit, non recusemus tentari, sed vitemus tentationibus superari, id est, in tentationem induci. Hæc etenim dicta sunt, vt ad perfectendum atque vincendum tentationes animemur & accendamus.

De quibusdam occultissimis & callidissimis tentationibus atq; insidijs inimici. Articulus X.

Iob. 18.



Abcondita est in terra pedica ei⁹, & decipula illius super semitam. Sicut sanctus ait Gregorius, pedica in terra absconditur, dũ culpa sub terrenis commodis occultatur. Hostis quippe insidians ostẽdit menti humanæ

in terreno lucro; quod appetit, & occultat peccati laqueum, vt hominis animum stringat, quatenus videat, quod concupiscat, nec ramen consideret, in quo culpa laqueo pedem ponat. Porro decipula à decipiẽdo vocata est: & tunc ab antiquo hoste super semitam decipula ponitur, quãdo in actione huius mundi voluptas fallens paratur. Sunt autem innumerabiles fallaciæ, occultissimæ quoque insidiæ Dæmonum. Prima est, hominem diuturna & assidua tentatione fatigare ac tædio quodam obruere, quatenus paulatim ducatur, non solum in tentationẽ, sed etiam in desperationem aut dissidentiam, ita vt putet se non pertinere ad Deum, nec curari ab eo, quem toties inuocauit, vt se à tali tentatione dignetur eripere, nec tamen exauditur ad votum: sicq; suspicatur Deum de suo non curare periculo, vel de adiutorio Omnipotentis diffidit, quorum vtrunque perniciosissimum est. Isti non pensant fidelitatem ac prouidentiam Dei ad homines, nec utilitates, quæ eis ex diuturna tentatione proueniunt, quæ indigent, vt eorum superbia penitus eradiceatur. Secunda versutia Diaboli, est ipsa extraneitas tentationis, dũ quosdam electos inconuetis, scedis & abominabilibus tentamentis impugnat, vt tantò plùs arbitrentur se à Deo relictos, quanto plùs opinantur alios ita non fuisse tentatos, vt sunt tentationes blasphemix contra fidem, & de iniectiõne manus violentæ in seipsum, atq; de vitijs ignominix cõtra naturam. Isti non aduertunt, quòd visibiles hostes ex sua malignitate frequenter proiciunt in castra obsessã quãsdã materias fortidissimas, impurissimas ac penitus venenatas: sic inuisibiles inimici ex inuidencia sua immittunt cordibus aliquorũ cogitationes profus abominabiles, insolitas & nefandas: & omnibus, quibus possunt ac permittuntur, modis ipsos impugnant. Isti tamen inde nõ maculantur, quàm diu talia detestantur, nec delectantur in eis: immo tantò gloriosius coronari merentur, quanto molestiora ac abominabiliora sunt illa ad tolerandum. Tertia Dæmonum astutia est, qua hoc solum intendunt, vt hominem trahant ad mutandũ statum seu locum suum, in quo se benè habet, vt intret locum asumatq; statum, in quo capi possit ab ipsis, quemadmodum pisces atque cuniculi streptu quodam terrentur, vt egrediantur receptacula sua, in quibus à captione securi sunt, & sic cadat in retia. Hinc in Ecclesiaste scriptum est: Si spiritus habentis potestatem ascenderit super te, tu locum non deferas: et Paulus: Non deseramus, inquit,

Multe insidie Dæmonum

I.

II.

III.

Ecl. 10.

Hic. 10.

psalm. 118.

III.

V.

VI.

VII.

1. Mah. 3.

I.

quit, collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam. Veruntamen bonum est, charifinata meliora se ceteri, & periculosa vitare consortia. Quarta astutia eius est, quæ conatur quosdam per sanctorum exempla incitare ad inchoandum aliqua magna bona, in quibus conijcit eos non perseueraturos, aut inquietos & scandalose victuros, vt dum inconstantes, inquietos, in disciplinabiles inducit ad religionis ingressum, vt inde apostatando, plurimos scandalizent & grauius peccent, aut perseuerando in religione, multos inquietent ac turbent. Per talem calliditatem simia capitur, dum venatores in earum præsentia se calcæat calceis magnis & ponderosis, eosq; fortiter pedibus suis adstringunt, quo factò, exuunt eos ac ibi relinquunt, & abeunt. Tunc venientes simia, similiter induunt & adstringunt pedibus suis calceos illos: quo viso, venatores irruunt super eas, fugere, immo nec progredi valentes, & capiunt eas. Quinta versutia est, dum sub specie boni suadent periculum, quemadmodum quosdã inducit ad immoderatam diuitiarum adeptationem, vt opera misericordix magis exercent: interim verò inficit eos cupiditatis affectu, varijsq; peccatis, quas diuitijs & earum acquisitioni annexa sunt. Sexta, dum sub colore & prætextu virtutum vitia persuadet, vt crudelitatem sub specie equitatis, sollicitudinemq; superfluam sub colore prudentiæ, ac nimiam remissionem sub pietatis prætextu. Septima & periculosissima versutia est, cessatio ab omni tentatione, quam cessationem aliqui cupiunt imperiti, à quorum impugnatione desistit, vt eos ad periculosam inducat securitatem, per quam timor Dei amittitur: dein, de ex tali securitate nascuntur negligentia atque acedia: elatio quoque, si se putant sanctos, quoniam non tentantur: deinde contemptus & dijudicatio fratrum, præsertim eorum, qui impugnantur, & de immiser cordia circa eos.

De his, quæ debent nos animare & accendere ad resistendum viriliter omni tentationi.

Articulus XI.



Nduit se Iudas lorica sic gigas, & accinxit se arma sua bellica, in prælijs similis factus est leoni in operibus suis. Videm⁹ quòd milites in presentia regis sui fortissimè pugnant: pugiles quoq; tantò robustius proualere conantur, quanto à pluribus dimicare conspiciuntur. Primum ergo, quod in flammam nos debet ad reluctandũ strenuissimè

omni tẽtationi, est presentia atq; ad spectus Regis omnipotentis, qui cum vniuersa cœlesti militia nostrum intuetur certamẽ. Tanti ergo Regis intuitu & amore, & propter totius supernæ curiæ intuitionem, & specialiter propter angelus sanctos animarum nostrarum custodes, accendamus ad sanctam spiritalem militiam inuictissimè exequendam, ne aduersarijs nostræ salutis cedamus aut occumbamus. Hinc ait Ambrosius: Deus ipse omnium Rector ac Dominus, cum omni angelorum militia certamen tuum inspicit & expectat, ac sinem præstolatur conflictus, tibiq; contra Diabolũ dimicanti parat æternitatis coronam. Sic & de beato Antonio Athanasius sanctus refert: Dum quadã fuisset nocte à Dæmonibus crudeliter laceratus, repente descendit lux grandis, tenebras fugans ac Dæmones: moxq; curatus, & Christum aduenisse intelligens, dixit: Vbi eras bone Iesu? ubi eras? quare à principio nõ affuisti, vt saluares vulnera mea? Cui Saluator respondit: Antoni, hic eram, sed expectabam videre certamen tuum. Denique, de hac re Gulielmus Parisiensis in Summa sua de virtutibus & vitijs scribit: Ad expugnandum tentationes incitare nos debet magnitudo spectaculi, in quo positi sumus certantes: quemadmodum de duobus contra alterum dimicantibus patet, quorũ vtriq; adstat tota sua cognatio, oras pro suo, vt vincat: sic tota cœlestis curia pro nobis certantibus sollicita est & orat pro nobis, ac inspicit nos, totaq; horrenda societas tentantiũ Dæmonum intuetur ac nititur, vt vincamur. O quàm gloriosum est, in tot Sanctorum presentia præualere. Secundũ, quod debet nos animare ad istum conflictũ, est fidelitas, quã Creatori ac Regi nostro tenemur, atque eidem contra hostes suos ostendere obligamur, ad hoc, vt eius honorem ac gloriam totis viribus defendamus, nec aduersarijs eius præbeamus consensum, nec simul cum illis contra ipsius honorem pugnemus: neque nos ipsos, quos sibi consecrauit in templa, & quos possidet tanquàm viua atque dignissima castra, permittam⁹ à suis aduersarijs superari, dicente Apostolo: Templũ Dei sanctum est, quod estis vos. Et rursus: Si quis templum Dei violauerit, disperdet illũ Deus. Hinc sanctus ait Hilarius: Hoc potissimum debeo Deo, vt eum omnis sensus, mēs & virtus mea loquantur ac venerentur, quatenus sicut totum, quod sum & habeo, ab eo suscepi, sic totum ad eius honorem & obsequium conuertatur. Itaque sicut miles, cui Rex suus dedit arma, equum ac stipendium,

Exemplum dũ ui. Antonij ex Athanasio.

Gulielmus Parisiensis

II.

1. Cor. 3.

Eodem.

Ecc quatuor

quatenus pro repub. contra suos hostes prelietur, esset suo Regi infidelissimus & totus ingratus, si aduersarijs eius sociaretur & consentiret, ac cooperaretur ad impugnandum ea, quæ sui sunt Regis: sic totus infidelis & ingratus Deo est, qui Dæmonibus vitijq; consentit, & corpore suo ac anima & viribus suis ac reb; concessis vitur ad Creatoris iniuriam & offensam iuxta Diabolicam suggestionem, & violat ac corrumpit templa & castra Dei, aliàs personas ad vitia inducendo. Idcirco Romanos hortatur Apostolus: Non regnet peccatū in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius: sed neq; exhibeatis mēbra vestra arma iniquitatis peccato, sed arma iustitię Deo. Tertiam, quod ad pugnam hanc sanctam inflāmare nos debet, est quod ipsemet Deus omnipotens ad repugnandū temptationibus & peccatis nos inuitat & exhortatur per insinctus diuinos, per angelos sanctos, per scripturas & per suos vicarios atque ministros, immo quod insuper assistentiam suam & opem nobis promittit, dummodò ipsum fidualiter ac incessabiliter inuocemus. Impleat igitur vnusquisq; quod Deus per Psal mistam hortatur. Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Quartum est nobilitas brauij ac triumphi, pretiositasque coronæ, quas Rex cælorum præualentibus pollicetur: quas si ritè attenderemus, vsque ad sanguinem tentationibus & peccatis resisteremus: & omne gaudium existimaremus, diuersas tētionē incidere, cum dicat Apostolus: Id quod in præsentis est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Et item: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriā. Ecce qualiter currunt & laborant, qui pro modico terrenoque brauij currunt aut certant, quod tamen vnus duntaxat fortitur. Cur ergo tam tardi sumus & negligentes ad currendū in via mādatorū Altissimi, pro brauij felicitatis æternæ, quod non solum velociori cursori, sed vnicuiq; perseueranter pro suo posse currenti promittitur. Vnde dixit Apostolus: Nescitis, quod hi, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium? Sic currite, vt apprehendatis. Quintum est magnitudo confusionis, acerbitasque pœnarum, vilitas deiectionis ac seruitutis eorum, qui tentationibus superantur & vitij obsequuntur, quibus debetur ac imminet æterna damnatio, summaq; confusio: qui & nunc iugo

peccati, seruituti Diaboli, corruptioni foeditatq; carnis subduntur, & omni bruto decies millies viliores ac deteriores censentur, nec digni sunt pane quo vescuntur, nec aère quem respirant, nec terra quam calcāt. Hinc sacratissimus Apostolici ordinis princeps in sua II. testatur Canonica: Iniqui sunt serui corruptionis: A quo enim quis superatus est, huius & seruus est. Vas quoq; electionis: Serui, inquit, estis ei, cui obedistis. Sextū est copiositas exemplorum. Omnes etenim sancti, qui similes nobis fuerunt mortales, & viriliter pugnarunt contra aciem vitiorum ac Dæmonum, proponuntur nobis in exemplum: & turpe ac valde damnable nobis est in illo succumbere bello, in quo tot virgines ac puellæ tenerimæ, tot adolescentes aciuuēnes, multi quoque vtriusq; sexus senes præualuerunt, immo turpissimum nobis est, quod in paruis & minimis superamur, atque in pace succumbimus, cum tot sanctæ puellæ tam immanissima tyrannorum supplicia, tam acerrimas mundi ac Dæmonum tentationes gloriosissimè vicerint. Ideo rectè ait Gregorius: Quid inter hęc nos barbati dicemus, qui puellas per ferra & martyria ire ad regna cælorum videmus? quos elatio inflat, iracundia superat, impatientia deijcit, auaritia vincit. Hinc ad hebręos scribit apostolus: Ideo & nos, tantam habentes impositam nobis testium nubem, per patientiam curramus propositum nobis certamen. Iacobus quoque: Exemplum, inquit, accipite longanimitatis & patientiæ Prophetas, qui locuti sunt in nomine Domini. Sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis. Septimum est exemplaris præcessio Christi: valdè enim confortantur & animantur pugnatōres ac milites ad bellandum, dum vident regem suum in acie ipsos præcedere, formamq; præliandi opere strenuè demonstrare: ita & nos agnoscētes, quā victorioso ac sapiēter Christus Rex noster omnē tentationē Diaboli, omnem persecutionem mundi & amarissimam pro nostra salute pertulerit mortem, debemus ad spiritalia prælia semper esse parati ac feruidi: & si Deus ac Cōditor noster tāta pro nobis fecit ac pertulit, nequaquam debemus salutem nostram negligere, nec ad resistendum tentationibus ac peccatis tardi ac desides esse. Hinc cum dixisset Apostolus: Per patientiam curramus nobis propositum certamen, mox addidit: Adspicientes in authorē fidei & cōsummatōrē Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione cōtempta. Recogitate eum, qui talem

Rom. 6.

III.

Psal. 26.

III.

1. Cor. 1.

1. Cor. 4.

Rom. 8.

1. Cor. 9.

V.

VI.

Gregor.

Heb. 12.

1. Cor. 5.

VII.

Heb. 12.

talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes. Vnde & ipsemet Dominus loquitur: Qui mihi ministrat, me sequatur: & item. ego sum via, veritas, & vitæ nemo venit ad Patrē, nisi per me.

De abusionibus & imperitijs, que in spiritali pugna contingunt. Articuli XII.



Accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die mala, & in omnibus perfecti stare. Non solum Vegetius in libro de re militari, sed etiam sanctus Thomas in libro suo de Regimine Regum: Aegidius quoq; in volumine suo de Regimine principum docent, quā necessaria sit in exteriori corporaliq; bello, bona & ordinata dispositio pugnatorum, & apta armatura eorum atque peritia belli, immo (vt scriptum est) Melior est sapientia quā vires, & vir prudens quā fortis. Idcirco vt Salomon protestatur: Consilijs tractanda sunt bella, & cum dispositione bellum inicitur: quod vtiq; in spiritali militia contra vniuersā mundi & carnis ac Dæmonum tētamēta est maximè obseruandum, & tantò plus, quantò periculosius ac damnable est in spiritali prælio superari. Itaque sicut in bello corporali prima stultitia est, inepta dispositio exercitus, & nimia distantia pugnatorum ab inuicem: ita in prælio spiritali prima fatuitas est, inordinatio mentis & eius turbatio, & proximorum separatio per rancorem: quocirca hortatur Apostolus: Omnia decēter & secundum ordinem fiant in vobis. Itemq; Per charitatē seruite inuicē. Et rursus: Non quæ sua sunt singuli quarētes, sed quæ aliorum. Præliantes ergo aduersus Diabolum & peccata, sint per charitatem connexi ac mutuo se iuuantes, orando, hortando, corripiendo exemplariterq; viuēdo. Hinc ait Vnigenitus Dei: Pater, quos dedisti mihi, volo vt sint vnus, id est, per charitatem vniti. Secunda in corporali bello stultitia est dissensio exercitus à principe militiæ, & vnus partis aduersus alia: sic in pugna spiritali periculosissima atque præcipua stultitia Christianorum, est rebellio subditorum contra prelatos, atque discordia mutua proximorum: hinc monet Apostolus: Id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis scismata. et denuo: Vnanimēs, obedite prepositis vestris, & subiacete illis. Hinc iussit Saluator: Pacē habete inter vos. Hinc quoq; solitudo est periculosa, nisi valde specialis affuerit gratia. Propter quod in

Ecclesiaste ait scriptura: Væ soli, quia cum cæciderit non habet subleuātem: & si quāpiam præualuerit contra vnū, duo resistent ei. Vnde & in Prouerbijs habet: Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. Tertia in corporali bello stultitia est, inarmatus & imparatus ad bella procedere, nec ante pugnam armari: sic in spiritali pugna fatuitas est, non verè armatum virtutibus ac peritia resistendi, antequā tentationes proueniunt, immo non esse indefinenter omni virtute munitum, cum tota hæc vita sit tentationibus plena, & in media laqueorum ac hostium ambulemus. Hinc Christus dixit discipulis: Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. et rursus. Sint lumbi vestri præcincti &c. Ideo iuxta scripturam, in die bonorum & pacis memores simus malorū & tentationis, ad ea nos præparando, quem admodum in Ecclesiastico inducitur: Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in timore, & præpara animam tuam ad tentationē. Quarta in corporali bello stultitia est, viam hostibus aperire, & eis confederari ad destruendum seipsum ac suos: sic in spiritali pugna stultissimum est, tentationibus consentire ac spontè transire ad lacum iniquitatis foueamq; perditionis, in quas tentator præcipitare conatur tentatum. Ideo monet Apostolus: Nolite locum dare Diabolo. et Iacobus sanctus: Resistite, inquit, Diabolo, & fugiet à vobis. Quinta corporaliter pugnatū in sapientia est hostibus laboriose reluctari, quos possēt sine bello sibi subijcere: sic stulti sunt, qui tētationes & vitia possūt silēdo & quiescendo profertere, contra eos grauem assument conflictum, nempè iniurias & conuitia, quas possent taciturnitate ac patientia superare, voluntq; mala similia repēdēdo vlcersi. Ideo Salomon dixit: Ne dicas, reddā malum pro malo: expecta Dominum, & liberabit te. Apostolus quoq;: Nulli malū pro malo reddentes. Sexta in corporali pugna stultitia est, non repugnare per cōtraria, saltem in casu, vt si castra incenduntur, non apponere aquam: sic in spiritali militia stolidum est, per similia, non per contraria, reluctari: sicut agunt, qui per odium & loquacitatem odio & loquacitati resistūt, cum potius per charitatem & moderatam loquelā aut taciturnitatem repugnare deberēt, quæ admodum scriptū est: Noli vinci à malo, sed vince bono malū. Saluator quoq; præcepit: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Atq; Psalmista: Posui, inquit, ori meo custodiam, cū confisteret peccator aduersum me. Vnde in Ecclesiastico scriptū

Ecc. 4.

Prouerb. 26.

III.

Math. 26.

LUC. 12.

Ecc. 11.

Ecc. 2.

III.

1. Pet. 4.

LUC. 4.

V.

Prouerb. 20.

Rom. 12.

VI.

Rom. 12.

Math. 5.

Psal. 130.

Ecc. 8.

1. Pet. 1.

1. Pet. 1.

1. Pet. 6.

1. Pet. 6.

1. Pet. 6.

1. Pet. 6.

1. Pet. 6.

1. Cor. 14.

Col. 3.

1. Pet. 1.

1. Cor. 10.

II.

1. Cor. 1.

Rom. 15.

Heb. 11.

Mat. 9.

VII.

1. Reg. 17.

est: Nō litiges cum homine linguato, nec cū iracundo facias rixā. Septima stultitia est, sumere arma nimīū ponderosa: propter quod David deposuit arma Saul: sic spiritaliter stolidū est exercitia proprias vires omninō excedentia contra tentationes arripere, vt faciunt, qui vltra q̄ ferre queunt, incipiūt vigilare, ieiunare, orare, sicq; in breui ita debilitantur, q̄ paulō pōst inutiles sūt: hoc aliquid agunt, quasi putātes, quōd meritis suis ac viribus possint p̄ualere Diabolo, quibus cōstultius est, vt corpora sua moderatē affligāt, & totā suā spem ponant in Dño, eius subsidia semper humiliter implorantes, ac illud Apostoli, rationabile obsequiū vestrū, implentes. Octaua stultitia est in ipso cōgressu abijcere arma: sic spiritaliter stulti sunt, qui tentatione inchoante aut perdurante, virtutū abijciunt armaturā, patientiē clypeū, cordis constantiam, Dei timorē: quocirca hortatur Apostolus: Stabiles estote & immobiles, abudātes in opere Dñi semper. Nona stultitia est, nō resistere inimicis in locis ad hoc aptiorib; vt sūt loca angusta & alta, vbi pauci multis possūt resistere: sed in locis patētib; vbi facilliter hostes ingrediūtur: sic stulti sunt, qui tentationibus non resistunt, stando in sublimitate sapiētiē ac virtutum, atq; in arcta via salutis, sed in actib; valdē remissis & laxis, in quibus multa mala admixta sunt, & Dēmonibus patet accessus ad animā possidendā. Decima stultitia est, non expugnare hostes adhuic importētes ac debiles, sed expectare quousq; inualeant: sic stultū est non reluctari tentationi in eius principio, cū dictum sit serpenti tentanti: Ipsa (scilicet ratio) conteret caput tuum: quia principio mali statim est resistendū. Vndecima insipientia est, hosti nimis appropinquare, cū à remoto facilius expugnetur: sic insipientes sunt, qui contra tentationes voluptatū volūt reniti, cogitationes atq; materias earundem nimis intra se reuoluēdo, cū meliūs superentur, se à talibus elongādo. Duodecima est, fugere hostē, qui magis insequit fugientē: sic stolidū est cedere tētatori, & eius iacula in aduersis nimis timere, cū tamen ad sustinēdū aduersa debeamus esse parati. Tertiadecima insipientia est, propriū inimicū contra se confortare, & eū reputare amicū, & ea, quę verē expediunt, reputare nociua: sic fatuum est, proprium corpus delicate nutrire, atq; ad concupiscentias incitare, & ea, quę proprię carni ac proprio sensui, proprię quoq; voluntati repugnāt, vt sunt castigationes corporis, reprobationes proprii sensus ac repressionses proprię voluntatis

Rom. 12.

VIII.

1. Cor. 15.

IX.

X.

11. Cor. 3.


XI.

XII.

XIII.

odire, cū tamen omniñ salubria sint. Idcirco qui talia vitant, cōtra suos pugnant amicos. quartadecima stultitia est, ibi sibi minis de armatura prouidere, vbi maiora instant pericula: sic insipientes sunt, qui contra ea vitia minis se muniunt, ad quę ex naturali dispositione aut praua consuetudine prouiores existūt, immo suę vitiositatis materiam sibi accumulāt, sicut auari deberēt se ad opera misericordię liberaliter dare, qui tamen non cessant sibi temporalia congregare: sic iracundi ad mansuetudinem magis debent se exercere. Itaque vt in spiritali proficiamus militia, vniuersas has fugiam; stultitias.

De generalibus tentationum remedijs, & de primo illarum. Articulus XIII.

 E timeas, plures enim nobiscū sunt, quā cum eis. Sciens Creator pijsimus defectuositatē & fragilitatē nature humane, nequaquā permitteret homines ab inuisibilibus hostib; impugnari, nisi copiosa remedia ac gratiosa auxilia prouidisset & cōtulisset hominibus, ad resistendū & p̄ualendum atrocissimis & callidissimis, fortissimis & quasi insatiabilibus aduersarijs illis. Horum remediorū quędā sunt generalia, ad omnium tentationum ac vitiōrū victoriam obtinendam idonea: quędā verō specialia sunt, ad specialium vitiōrū atq; tentationum eradicationem p̄sertim valentia. Nunc itaq; de cōmunibus illis remedijs est tractandū, quorum primum & efficax, ad resistendum inflammans est, diligenter considerare, quales sint hostes nostri, & quę sit eorum intentio, & quis finis. Prīmō itaq; perpēdamus, q̄ Dēmones nos tētantes sunt omninō maligni, inuidiosissimi, crudelissimi, implacabiles, callidissimi, & ex sua natura valdē robusti ac insatiabiles ad nocendū, quorū tota intētio est, vt suis impugnationibus à neo Creatore nostro & à charitate & gratia ei; atq; ab æterna salute nos in æternū auertāt, ac secū omni vitiōrū spurcicia in quinēt, sicq; ad perpetuā nos perducāt damnationē. Ex hac cōsideratione incitemur ac roboremur, proponamus ac decernamus nunquā consentire suggestioni illorum, sed incessabiliter illis resistere, & tātō plūs, quātō certius sumus, quales sint, quid querant, quōd tendant, & quantum nos odiant, quātō etiam clariūs est, nihil stultius, nihil iniquius ac damnabilius esse, quā talibus hostibus consentire, conformari, cooperari. Itaq; si à p̄donib; à latronib; nos p̄seruamus ac fugimus, ne terrenas diuitias

XIII.

vitijs & temporalem corporalemque vitam auferant nobis, quātō plūs debemus nos custodire ab infernalibus illis p̄donibus atque latronibus, qui nobis conantur auferre vitam gratiā, omne meritum vitę æternę, vniuersas virtutes & beatitudinem æternalem, immo summum & incommutabile bonum, Deum Creatorē & Saluatorem nostrum? Denique, strenui pugnatōres tantō fortius incitantur ad resistendum hostibus suis, quātō certius noscunt illorum inuidiam cōtra se, & quātō grauiora mala sibi in ferre nituntur. Ex tali nanque cōsideratione, sicut in libris Machabæorum describitur, inelytissimus ille Iudas ac fratres ipsius consueuerūt adiutores suos hortari ac animare ad pugnandum fortissimē aduersus æmulos suos gentiles, qui intenderunt sancta eorum destruere, mulieres ac paruulos captiuare, viros occidere, bona diripere, territorium possidere, hinc etenim magnanimus Iudas dixit: Melius est nobis mori in bello, quā videre mala gentis nostrę & sanctorum. Sicetiam fertur, quōd Carthaginenses maluerunt occidi, quā Romanorū Imperio subdi. Conformiter ciues Sagunti cōfederati romanis, pōtius elegerūt imp̄primis vxores suas ac sobolem, deinde se ipsos p̄cipitare in ignem, quā in Carthaginiensiū redigi seruitutem. Nos igitur pōtius eligamus omnem laborem, tribulationem, aduersitatem, irrisiōnē, immo & mortem perferre, quā Dæmonum suggestioni obtemperare, & crudelissimorum atque inuidiosissimorum hostium voluntati nos cōformare, eorumque subijci iugo, ac deseruire nefando imperio. Veruntamen propriam ignorantiam, fragilitatem & defectuositatē pensantes, ipsorum quoque calliditates, experientias, vires, nequitias milleque artes prudenter considerantes, sciamus ac coram altissimo fateamur, nos proprijs viribus nō posse illis resistere ac p̄ualere. Ideo coram Deo nos semper humiliemus, atque in ipso indefinenter speremus, & ipsius auxiliium cum omni feruore & instantia imploremus.

De secundo remedio tentationum, quod est incessabilis inuocatio Dei & Sanctiorum. Articulus XIII.

1. Ioh. 1.

1. Ioh. 1.



Lamaui ad me, & exaudiam eū: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum: Hęc est promissio benignissimi Dei, qui nec mentiri potest, neque mutari, nec fallere, neque falli. Itaque quō maior est

aduersariorum nostrorum furor, rācor, crūdeditas contra nos, & quō maior est eorum calliditas & potestas, quō etiam maior est nostra infirmitas, ignorantia, instabilitas ac pronitas ad peccandum, tantō affectuosius & incessabilius oportet nos exorare Omnipotentem, ne nos induci permittat in tentationem, id est, ad delectationem aut consensum tentationis, sed statim & indefinenter nobis subueniat, nosque p̄seruet & protegat à delectatione & consensu illicitis, atque corroboret & consensu ad resistendum viriliter, ad pugnandum & p̄ualendum salubriter, sicque iuxta sancti Bernardi doctrinā habeamus semper ad manum tutissimum orationis refugiū, cūm dicat Saluator: Oportet semper orare, & nō deficere, quatenus sicut hostis indefinenter tentat suggerendo, sic indefinenter resistamus orando: immo & quādo actualiter aut sensibiliter non tentamur, ad futuras tentationes per orationes nos p̄paremus, ne ledamur, sed triūphemus in illis. Hoc Dominus noster Iesus Christus in oratione, quam proprio ore nos docuit, iugiter esse petendum insinuauit, dicendo: Et ne nos inducas in tentationem. Considerantes ergo propriam infirmitatem & defectuositatem, hostiumque nostrorum robur & indefessam ferociam, implacabilem quoque contra nos inuidiam & furorē, oremus cum deuoto Iosaphat Rege, dicentes: In nobis o Domine, non est tanta fortitudo, vt tantis aduersarijs possimus resistere: sed cūm ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Audiamus & imitemur Psalmistam, qui protestatur: Ad Dominum, cūm tribularer, clamaui, & exaudiuit me. Itēq; in tribulatione mea inuocaui Dominū, & ad Deū meū clamaui, & exaudiuit de templo sancto suo vocem meam. Sic & de p̄fato pio Iosaphat Rege secundo Paralipomenon fertur: Iosaphat Rex timore perterritus, totum se contulit ad rogandum Dominum. Ita & nos agamus: & quātō periculosius est, à Dēmonibus, quā ab hominibus superari: & æternam damnationem, quā temporalem mortem incidere: omniq; spiritali opulentiā gratiā & virtutum ac meritōrū, quā terrenis opibus spoliari, tantō affectuosius atque instantius deprecemur, ab inuisibilibus hostibus p̄seruari & eripi, quā à visibilibus redimi inimicis. Etenim quā compūctē & feruidē oporteat nos inuocare Altissimum, docet nos Moses in deuteronomio: Cūm quæsieris Dominum Deum tuum, in-

Math. 6.

Luc. 18.

Math. 6.

Luc. 11.

2. Par. 20.

Psal. 119.

Psal. 17.

2. Par. 20.

Deut. 4.

uenies eum, si tamen toto corde & tota tribulatione animæ tuæ quaerieris eum. Denique quàm libenter exaudiat nos Dominus Deus noster, contra aduersarios sui honoris ac nostræ salutis præliantes & exorantes, constat ex hoc, quod ipse toties nos hortat & inuitat ad orandum, auxiliumq; promittit, dummodò perseueranter ac cõfidenter oremus. Et quoniam conspicit hostium nostrorum malignitatē, versutias ac rancores aduersus nos, ineffabilem quoq; magnitudinem periculi nostri, omnem etiam imbecillitatem, labilitatem & ignorantiam nostrā: idcirco comparitur nobis Deus, & paratissimus est iuare, dummodò, quod in nobis est, faciamus: quod ex multis scripturarū testimonijs & exemplis facile est probare, præsertim cum & ipse Deus omnipotens tā pronus sit, etiam à corporali tribulatione & visibili hostium afflictione eripere. Vnde in Exodo Dominus ait ad Moysen: Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorem eorū audiui; & sciens dolorem eorum, descendi ut liberem eos. Præterea à Moysen exorante submersi fuerūt Aegyptij, filios Israël insequentes. Eodē quoq; sancto viro manus suas extendente in cælum cum prece ad Dñm, Iosue & filij Israël superauerunt Amalechitas: retrahente autem Moysen manus suas, præualuit Amalech: per quod signatū est, quod homine tentato ad Dominum feruidè proclamante, superatur tentator: si autem à diuini inuocatione auxiliij ceciderit, tentator mox præualeat. Ex eisdem verbis id etiam innote scit, quod oratio feruens prælati idonei pro subditis fusa, valdè auxiliatur eisdem. Statim ergo, vt nos tentari sentimus, ad orationem surgamus, & prostrati in terram vel erectis in cælum corde, vultu ac manibus, opem & assistentiam Dei cum omni affectu & lachrymis imploremus, cum Plalmista dicentes: Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandū me festina. Vnde de sancto & innocente Hugone Carthusiensis, Episcopo Lincolniesi in eius narratur Legenda, quod in cella sua ad pedes Iesu instat beatissimæ Mariæ Magdalenæ deuotissimè sedens, cum grauitertentaretur, Dominū frequentissimè exorauit, toto corpore prostratus in terram, pectus tundens, vultū lachrymis rigans, & fortiter ingemiscēs. Hinc quidam sanctorum Patrum retulit, dicens: Audiui frequenter Dæmones inter se confiteri, & de his, quos tentabant, loquentes: dixitq; vnus eorū: Ego durissimū hominē habeo, qui statim vt senserit se tentari, conuersus ad orationē, prosternt se, & ego cõsu-

Exod. 3.

Exod. 14.

Exod. 17.

Plal. 69.

sus abire cõpellor. Alius Dæmon dixit: Ego hominem habeo benè flexibilem, qui suggestionibus meis audientiam præbet, & immoratur. Hinc denudè in Vitalis patrum recitatur de fratre stimulo carnis tētato, qui ad vnum seniore accedens, retulit ei, quod patiebatur: senex verdè consolabatur fratrem: qui ad cellam reuersus, tentabatur vt prius: sicq; senem multoties accessit, & rediens impugnabatur, vt antè. Rogauit igitur senex Deum, vt ei causam tam assiduæ tentationis fratris illius ostendere dignaretur: quem Dominus exaudiuit, & vidit Dæmones ante fratrem illum stantes, & ei representantes similitudines rerum & actū, de quibus stimulabatur, ipsumq; fratrem sedentem, immorantem, & quodammodo delectantem in illis. Cumq; frater pro consilio redisset ad senem, locutus est ei senex: Tu ipse in culpa es, quoniam sedens delectaris in phantasjs rerum, quæ tibi monstrantur ab hostibus: sed surge, & cogitationib; illis abiectis, conuerte cor tuum ad Dominum, & inuoca illum: quod cum frater fecisset, tentationē deiecit. Nempè vt sanctus differuit Augustinus, Oratio est animæ tribulata ac sanctæ subsidium, angelo bono foiatum, Diabolo supplicium, Deo obsequium: quæ cum feruens, perseuerans ac humilis fuerit, cælos utiq; penetrabit, & vacua non redibit, vt deuotissimus scribit Bernardus: qui rursus fatetur: Nemo orationē suam parumpendat, dico enim vobis, quod Deus eā non parumpedit: sed vnū è duobus sperare debemus: quia aut faciet, quod oramus, aut quod nouit nobis esse vtilius.

De tertio tentationum remedio, quod est, firmiter sperare in Deo. Artic. XV.



Diuiabit eos Dominus, & liberabit eos, & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos, qui sperauerunt in eo. Fidelis, verax ac pius Dominus, qui hortatur ac iubet, vt confidamus in eo, & reprobat confidentes in seipsis aut in sibi similibus, ipse nequaquā relinquet confidentes in ipso, dummodò perseuerent in spe sancta, & ipsa spes sit formata, non informis, id est, virtuosus decorata operibus, vtputà ex gratia & operib; bonis procedēs. Alioqui sperare in Deo, & ab eius iniuria ac offensa non cessare, eiusque quotidie præuaricari præcepta, non est spes vera, sed præsumptio vana. Itaque ex propria imbecillitatis & defectuositatis consideratione de proprijs viribus diffidentes, confugiamus in om-

Eccl. 35.

Plal. 64.

in omni tentatione & tribulatione ad deum totius fontem clemetiæ, & in eius omnipotentē pietate ac gratia actualiter cõfidamus, quod scilicet nos ad eius misericordiam fugientes, & in ea sperantes non deseret, hancque cõfidentiam principaliter cõcipiamus ex pietate ipsius: secundariò autem ex meritis nostris, sine quibus spes esset informis, præsumptuosa, inanis, sic tamen, quod ipsa merita nostra cum omni humilitate & gratiarum actione ascribamus pietati & gratiæ Dei, cuius dona sunt merita nostra, quia ab ipso in fundatur virtutes, quibus meremur: nec sine actuali motione & excitatiōe ipsius possumus aliquid meritoriè operari: sicque tota spes nostra immobiliter ac principaliter fixa in Deo: in Sanctis autem, tanquam in mediatoribus & adiutoribus nostris apud Altissimum, sicque in omni tentatione speremus, quod Deus nos adiuuabit, defendet ac triūphabit, & quod eius pietate, ope & gratia efficaciter resistemus, atque victoriam sortiemur, & taliter id speremus, & nihilominus, quod in nobis est, faciamus, tota diligentia atq; industria nobis possibili bona agendo ac mala vitando, & Dei adiutorium implorando, quemadmodum Regum quarto fertur de pijsimo Ezechia, quod veniente contra se Rege Assyriorum, totam spem suam fixit in Domino: & tamen quicquid potuit humana industria ac potentia, fecit aduersus illum, sicq; orando dicamus: In te Domine Deus est tota nostra fiducia: à te adiuuari confidimus, in tua pietate & gratia consistit spes nostra: propter tuam bonitatem & pietatem immensam nos tueri digneris. Tibi omne bonum & omne meritum nostrum ascribimus. Non derelinquas sperantes in te, immo da nobis in te semper syncerè ac tibi placèter sperare. tuo gratioso auxilio confidimus mala vitare, bona peragere, aduersa æquamiter pati, & p̄gualere in omni tentatione Diaboli, carnis ac mundi. Itaque quicquid tentationis & aduersitatis contigerit nobis, credamus ex diuinæ prouidentia dispositione pro nostro meliori nobis accidere: ideo inde nō murmuremus, sed tanquam munus à Domino dispensatū, gratanter suscipiamus, cum beato Iob confidentes: Sicut Domino placuit, ita factū est, sit nomen Domini benedictū. Vnde & venerabilis illa Iudith sapientissimè dixit: Nō vlciscamur nos pro his, quæ patimur, sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia esse minora, flagella Domini, quasi serui, qui corripimur, ad emendationem, & nō ad perditionem nostram euenisse credamus. Hinc

4 Reg. 19.

Job. 1.

Iudith. 4.

ait Gregorius: Quisquis aduersitate, tribulatione, tentatione uel frangitur, à quo factus sit, minimè contempletur: qui enim, quod non erat, fecit, factum sine gubernatione nō deserit: & qui benignè hominem condidit, conditum iniuste affligi nequaquam permittit, nec sinit neglectè perire quod est, qui quod non fuit, creauit vt esset. Denique ad sperandum in Deo, in omni euentu scriptura sacra & ipsemet Deus in scripturis copiosissimè nos hortatur: sperantibus quoq; auxilium & salutem vberrimè pollicetur. Ait nanque Deus de suo fideli in Plalmos: Quoniam in me sperauit, liberabo eū, protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Et Plalmista: Sperent, inquit, in te, qui nouerunt nomen tuum, quoniam non derelinquis quærentes te Domine. Hinc per Hieremiam Dominus loquitur: Liberabo te, & erit tibi anima tua in salutem, quoniam in me habuisti fiduciam. In Ecclesiastico quoque inducitur: Respice filij nationes hominum, & scitote, quia nullus sperauit in Domino, & confusus est: permansit in mandatis eius, & derelictus est: & quis inuocauit illum, & despexit eum? Propterea ait Bernardus: Tu es Domine spes mea. Quicquid agendum, quicquid declinandū, quicquid tolerandum, quicquid optandum, tu es Domine spes mea. Hæc vna mihi omnium promissionum fiducia: hæc tota expectatio nis meæ ratio: prætendat alter meritum: sustinere se iacet pondus diei & æstus: ieiunare se bis in sabbato dicat: postremò, non esse, sicut cæteri hominum, se gloriatur: Mihi adhærere Deo, bonum est: ponere in Domino Deo spem meam. Et rursus: Si mihi præmia promittuntur per te Domine, hæc obtinere sperabo, si insurgat aduersus me prælia, si sæuiat mūdus, si terreat malignus, si caro aduersus spiritum concupiscat, in te ego sperabo.

Gregorius.

Plal. 90.

Plal. 90.

Hiere. 35.

Eccl. 35.

Plal. 70.

Matt. 10.

Luce. 10.

Plal. 70.

Gal. 5.

De quarto tentationum remedio, quod est contritio capitis tentatoris ac tentationis, & quod seipsum in omnibus coram Deo humiliare, sit ualde accommodum ad præualendum omni tentationi. Articulus XVI.



Ersequar inimicos meos & comprehendam illos, & non conuertar, donec deficiant. Confringam illos, nec poterunt stare. Cadent subtus pedes meos. Hæc iuxta spiritalem ac mysticū intellectū sunt verba strenui pugnotoris, aduersarijs suæ salutis magnanimiter reluctatis, & sunt hæc verba potius verba bonæ spei, quæ assertio-

Plal. 137.

nis incaute, in quibus præsupposito per omnia Dei auxilio, confidenter proponit & piè præsumit se conculcaturum & deuicturum inuisibiles hostes vitiorumq; acies, & quicquid Deo ac saluti contrariatur, non ignorans, quàm verè dixerit Paulus Apostolus: Deus cõteret Sathanam sub pedibus vestris velociter. Iacobus quoque: Rẽssiste Diabolo, & fugiet à vobis. Hinc rursus Apostolus monet: Nolite locum dare Diabolo. Hoc implet, qui nec per delectationem nec per consensum admittit Diabolica tentamenta, sed celeriter, mox vt senserit ea, dissentit, abhorret, aspernat, & reijcit aut reprobatur illa.

Quemadmodum primo Machabæorum de magnanimo Ionatha recitatur, quod non dedit inimicis suis tempus aut spatium, vt ingrederentur fines ipsius: ita & nos nõ permittamus Dẽmones aut peccata per delectationem aut cõsensum ingredi corda nostra: & hoc est conterere caput serpentis tartarei, qui totus mobilis lubricusque consistit: & vbi caput suum intruisset, citò totus illabitur. Cui in Genesi Dominus sub persona mulieris de Ecclesia & vnaquaque fideli anima loquitur: Ipsa conteret caput tuum. Hoc caput est tentationis exordium, seu ipsa superbia, vitiorum origo & radix, aut cordis peccatum, ex quo peccata oris operisq; nascuntur. Itaque prauæ suggestioni protinùs resistamus, eam mox reprimendo, detestando, vitando atque ad meditationes salubres mentem celerimè conuertèdo, iuxta quod dicitur: Principijs obsta. Ait quippe Gregorius: Si cogitationi iniquæ in corde nascenti festinanter non resistatur, per ipsam moram, qua remanet, roboratur. Idcirco dum adhuc paruula ac debilis est, extirpetur, cum per Hieremiam Dominus dicat: Vsq; quod morabuntur in te cogitationes noxiæ? In quibus verbis non reprehendit, quod veniunt & nascuntur in corde, sed quod morantur in eo. Hinc vnus Patrum asseruit: Non sumus anticipatores cogitationum, sed reuolucatores earum. Vnde hortatur Hieronymus: Dum paruus est hostis, interfice eum, vt malitia & nequitia elidantur in femine, ne excrescant. Insuper caput infernalis serpentis, id est, superbia, specialissimè & imprimis est conterenda & conculcanda, cum ipsa sit omnium vitiorum origo, in qua initium sumpsit omnis perditio: & quia Omnipotens, cui nullus valet resistere, resistit superbis, ideo vbi superbia habet locum, patet ingressus Diabolo, & plurima introducit peccata: quæ omnia vitat, qui superbiam semper abhorret ac projicit, quemadmodum

Tobias hortatur: Superbiam nunquam in animo tuo aut in verbo tuo dominari permittas. Etenim coram Deo & hominibus odibilis est superbia: ideo ait scriptura: Quid superbit terra & cinis? superbus nanque à Deo relinqui meretur: & iustè relinquitur, quoniam magnus & fortis in oculis suis existens, propriam vtilitatem ac fragilitatem non pensat: ideo nec ad Dei confugit auxilium, atque in vitiorum voraginem, & in vilissimam Diaboli & peccati seruitutem colabitur. Hinc ad superandum omnem tentationem præcipuè confert, seipsum in omnibus profundè humiliare, vili pendere, accusare, propriam insufficienciam, fragilitatè, defectuositatè recognoscere & fateri: humilibus enim gratia datur, augetur & conseruatur, ac diuinæ pietatis auxilium copiosè porrigitur. Ideo sanctus testatur Hieronymus: Nihil ab ineunte pueritia ita vitauit, sicut superbo corde & erecta ceruice incedere. Sanctus quoque Bernardus: In veritate, inquit, didici, nil ita ad gratiam promerendam atque augendam, ad victoriam obtinendam ita proficere, vt si omni tempore inueniaris, non altum sapere, sed timere. Hinc dum beatissimus pater Antonius vniuersos Dæmonum laqueos vidisset extentos, & gemens clamasset: Domine, quis euadet hos loquos? audiuit vocem de celo, dicentem: Sola humilitas. Ideo semper, & præsertim in omni tentatione, humiliemus nos ipsos, & vili sentiamus de nobis, & corâ Deo nos humilimè prosternamus, nostra vitia confitentes, nostram infirmitatè & in omne malum procliuitatè descentes, sicque misericordiam Dei iugiter inuocantes, dicendo: Aduua nos Deus salutaris, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: non nos deseras, nec hostibus tradas. Sic sancti tres pueri orauerunt positi in camino ardenti: In spiritu humilitatis & animo contrito suscipiamur à te Domine. Ita & nos in omni tentatione Deum cum omni humilitate & confidètia inuocemus. diuino adiutorio nitentes, & Deo omnem victoriam ascribentes. Hinc de gloriosa humilitate sanctus loquitur Augustinus: O medicinam omnibus consulentem, omnia tumentia comprimentem, omnia tabescentia rescipientem, omnia superflua rescipientem, omnia deprauata corrigentem. Postremò caput serpentis, id est, culpam cordis in ipso corde suffocare curemus, ne erumpat in verba malitiæ, nec monstrètur per signa, neq; procedat in opera, immo cogitationem illicitam, affectionem perueriam, negligentiam

tiam & omnem omissionem culpabilè per saluberrimas meditationes, deuotas orationes ac alijs modis iam tactis ac tangendis opprimamus ac superemus.

De quinto & præcipuo tentationum remedio, quod est Dominicæ passionis consideratio. Articulus XVII.

Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filiu hominis, vt omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Quemadmodum in Numerorum libro describitur, cum filij Israel in deserto ob sua facinora occideretur serpentem morsibus ignitorum, iussit Moysi Deus: Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo: qui percussus adspexerit eum, viuet. Quo factò præfiguratum est, quod sicut Filius Israel serpentem æneum intuendo, à morsibus serpentium corporalium curabantur: sic fideles, Christum pro ipsis crucifixum per fidem formatam adpiciendo, à tentationibus & læsionibus infernalium serpentium eruuntur. Nempè passio Saluatoris liber est totius cęlestis magisterij, omniumque virtutum, in quo vniuersarum virtutum exèpla & documenta leguntur, discuntur, ac imitanda traduntur. Nonne in passio ne Christi relucet ardentissima charitas, humilitas profundissima, patientia maxima, inuicta constantia, obedientia summa? etenim propter nos factus est Patri obediens vsq; ad mortem: & cum adhuc inimici essent, mortuiq; peccatis, recõciliauit nos Deo Patri in sanguine suo, & animâ suam posuit pro nobis, offerens semetipsum oblationè & hostiam Deo in odorem suauitatis, & tãquam agnus corâ tondente obmutuit, stans facie inclinata, ore silente, mente mitissima coram Pilato atq; Herode. De quocunq; igitur vitio impugnemur, protinùs acerbissimam & ignominiosissimâ Christi passionè intueamur: & si de voluptatibus carnalium vitioru tentamur, mox omnè amaritudinè Dominicæ passionis diligentissimè recordemur, dicentes singuli ad seipsum: Nũquid te seruum vilissimũ decet aut fas est turpiter delectari & voluptatibus deferuire, cum Dominus Deus Creator, Rex, Saluator & Iudex tuus, pro tua salute tam amarissimâ per tulerit passionem? si impatientia, aut iracundia nos impugnat, recogitemus, quàm patientissimè atq; mitissimè Christus in omni sua se habuerit passione, immo & pro crucifixoribus suis orauit. Si nos impugnat inuidia aut odium, aduertamus, quãtũ Filius dei

dilexerit nos, quantam nobis charitatè in sua passione mōstrauit, qualiter pro iustis & iniustis, pro amicis & in inimicis mori dignatus sit. Deniq; ex cõsideratione obedientiæ Christi omnè inobedienciã, rebellioniẽ, duritiã prorsus vitemus. Fortitudo & constantia Saluatoris omnè carnalè molliitiẽ, inordinatum timorè, effœminatã instabilitatè expellat à nobis. Aduiamus ipsum dicentè: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucè suã quotidie, & sequatur me. Nèpe vt ait apostolus: Qui sunt Christi, carnè suã crucifixerunt cū vitijs & concupiscètijs. Princeps quoq; Apostolorum: Christus, inquit, passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Idcirco discipulus, què diligebat Iesus, disseruit: Qui se dicit in Christo manere, debet, sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Si hæc ritè pensemus, nequaquã vanitatibus, voluptatibus, risib; iocis, ludis, pigritijs aut ceteris vitijs in nobis locũ præstabitimus, immo omni tentationi, de talibus nos pulsanti, ex eorum atretã recordatiõẽ strenuè resistemus, deuotioni, compunxiõni actibusque pœnitentiæ insistemus. Prætereã, cū passio Christi sit nobis multipliciter consideranda, videlicet ad recordandum, ad compatiendum, ad imitandum, ad gratulandum, ad admirandum, ad contemplandum, ad diligendum: si passionè Dñi nostri cū pia cõpassiõẽ fidelique imitatione attedimus, omnè delectationem immundã, consolationè mundanã, diabolicã elationem, omnem rancorè, irã, impatientiã & torporè abijciemus. Debem; itaq; passionè christi quotidie, immo assiduè meditari. Primò, ad recordandũ, ne ex obliuione beneficij tanti sumus ei ingrati. Secũdò, ad compatiendum, eò quod ipse mitis & innocens agnus Dei, tot & tãta pro nobis sustinuit. Tertio, ad imitandũ, quatenus præfatas virtutes, quas ipse in sua ostendit passione, excellentissimè imitemur pro posse, atque exemplo Saluatoris ac Regis nostri, corpora nostra crucifigamus, id est, in actibus pœnitentiæ castigemus, vitia & concupiscentias carnis mortificemus: In aduersis tanquã in omnibus diuitijs gloriamur. Quarto, ad gratulandum, in quantum passio Christi tam fructuosissima fuit nostra redemptionis: sicq; cum Apostolo fateamur: Nos autè gloriari oportet in cruce Dñi nostri Iesu christi, in quo est salus, vita & resurrectio nostra. Quintò, ad admirandũ, quod vnigenitus Filius Patris æterni, verè equalis Deo Patri, voluit tam amarissimã & ignominiosissimam mortem pro nostra subire salute.

Roma. 9.
Iacob. 4.
Ephes. 4.
Machab. 12.
ment. 3.
Gregorius.
Hierem. 4.
Hieronymus.
Tob. 4.
Iacob. 4.
u. Pet. 5.

Tob. 4.
Eccl. 10.
Eccl. 10.
Luch. 4.
Hieronymus.
Bernardus.
Rom. 11.
humilitatis.
Philipp. 2.
Iohan. 3.
Iohan. 5.
Iohan. 5.
Dmit. 3.

Lucæ. 9.
Galat. 9.
u. Pet. 2.
u. Iohan. 8.
Passio Christi multipliciter nobis est consideranda.
I.
II.
III.
Galat. 5.
Iohan. 11.
III.
Galat. 6.
V.

610

D. DIONYSII CARTHYSIANI

VI.

Sexto, ad regratandum, vt pro sua benedicta passione & nostra gratiosa redemptione Saluatori totis viribus regratemur, immo & eius intuitu ac amore libenter agamus & patiamur secundum beneplacitum eius.

VII.

Septimo, ad contemplandum altitudinem diuini consilij super modo nostrae redemptionis, immensitatem quoque pietatis diuinæ, quæ tam misericorditer nobis subuenit, sed diuinæ rigorem iustitiæ in hoc, quod Deus maluit Vnigenitum suum sic pati, quam peccata hominum non vlscisci. Posuit enim in eo iniquitatem omnium nostrum, & propter scelus populi sui percussit eum, nec proprio filio suo pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum. Octauo, ad diligendum, vt ex consideratione horum, quæ Filius Dei pro nobis sustinuit, & ex intuitu tantæ dilectionis suæ ad nos, accendamus totaliter in eius amore. Si ita his modis passionem Christi quotidie diligenter contemplari nõ desistamus, omnem vti que tentationem facilliter virtute ac merito passionis ipsius vincemus, mundum quoque cum vanitatibus suis & carnalia oblectamenta cordialiter contemnemus, cum Apostolo proferentes: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini mei Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Itaque ego stigma ta Domini mei Iesu Christi in corpore meo porto. Insuper vt tam compassiuè, deuotè & condecenter passionem Christi valeamus recogitare, debemus cordium nostrorum distractiones abijcere, & ea in Deo recolligere atque defigere: debemus quoque mentes nostras Christo per amorem seruente vnire, eiusque passionem tam attentè meditari, ac si præsentialiter ac corporaliter videre mus eum sic trucidari: & itè pensare, quàm pœnale esset nobis talia tolerare. Præterea contemplari debemus, quis, qualis & quantus sit, qui ita pro nobis dignatus est pati: quæ, qualia & quæta sustinuit, à quibus, qualibus & quantis pertulit ea: pro qua causa, quo fructu, quo fine. Debemus ergo attendere, quis sit ille, qui pro nobis est passus, vtputa quod ipse in vnitæte personæ est verus Deus & verus homo. Si ergo magnum & omni gratiarum actione condignum esset, si aliquis angelus vel purus & sanctus homo pro nobis sic passus fuisset: nõne incõparabiliter magis est reputandum & regratandum, condolendum & imitandum, admirandum, intuendum & diligendum, quoniam ipsemet Dominus Deus talia pati dignatus est in humanitate, quam pro nobis assumpsit? Debemus quoque attendere, qua-

Psal. 53.

Roma. 8.

VIII.

lis sit, vtputa totus innocens, pius, mansuetus, amorosus, obediensissimus, corpore quoque tenerrimus & passibilissimus. Et quantus: videlicet quod ipse sit omnium Dominus, Rex Regum, atq; altissimus omnium, & tamen propter nos dignatus est fieri opprobrium hominum & abiectio plebis & apparere miserimus ac vilissimus vniuersorum: Amplius est pensandum, à quibus est passus, puta à populo peculiari ac proprio, cui tam multa ac præcipua beneficia contulit: & à quibus, scilicet à crudelissimis, sceleratissimis, vilissimisque rebeldis: & à quantis, quia à multis millibus spernebatur ac iridebatur in præcipuo festo ac cæleberimo loco: & ex qua causa, quia ad delendum peccata nostra: quo fructu, quoniam genus humanum redemit, & omnibus nobis superrogantissimè meruit, ita quod eius meritis indefinenter iuamur, & de plenitudine eius omnes accepimus, atque ex opulentiæ & thesauro meritorum ipsius indulgentiæ copiosè incessanter præstatur: & quo fine, quia vt nos ab æterna damnatione eriperet, celestisque gloriæ constitueret in æternum hæredes. Hæc omnia ritè, morosè & affectuosè perpendere, non solum est efficacissimum ad superandum omnia tentamenta, sed etiã ad proficiendum in omni virtute & gratia, immo ad pertingendum ad euangelicæ legis perfectionem, ad contemplationem altissimam. Hæc omnia electus ac felix, immo illuminatissimus Augustinus benè & profundè considerauit, qui dixit: Inspeci vulnera Filij Dei in cruce pendentis, sanguinem morientis, charitatè ac pretium redimentis, cicatrices resurgentis. Caput habet inclinatum ad osculandum, cor apertum ad diligendum, brachia extensa ad amplectendum, totum corpus expositum ad redimendum. Hæc quanta sunt, cogitate: hæc in statera cordis vestri appendite, vt totus vobis figatur in corde, qui totus pro vobis fuit fixus in cruce. Hinc & alius quidam in persona Christi satis deuotè locutus est: O homo, vide quæ pro te patior: non est dolor, vt dolor, quo crucior: Ad te clamo, qui pro te morior: Vide pœnas, quibus afficio: vide clauos, quibus confodior: & cum tantus sit dolor exterior, maior tamen est dolor interior, dum te tam ingratum experior. Hæc verba à multis ascribuntur sancto Bernardo: sed Albertus Magnus & Bonauentura super Sententias, asserunt ea edita à Philippo Cancellario Parisiensi, quod verius reor. O quàm vere beatus dixit Gregorius: Nihil tam graue est, quod nõ æquanimitè toleretur, si Christi passio

Mat. 6.

Circumstantie in Domini passionis contemplandæ

si passio ad memoriam reuocetur. Hoc est, quod & Cassiodorus ait: Si passio redemptoris ad memoriam reducat, nihil tam durum, quod non æquo animo sustineatur. Parua sunt omnia quæ toleramus, si recordemur quid biberit, quid perulerit in patibulo illo, qui nos inuitat ad beatitudinem & gloriam regni cœlestis. Ipse pro nobis opprobria, irrisiones, contumelias, alapas, sputa, flagella, spineam coronam crucemque sustinuit: & nos miserissimi ad nostram confusionem vno verbo deijcitur, modicissima iniuria fatigamur, immo pro proprijs vitijs corripi & corrigi vix dignamur. Erubescamus ergo salubriter, & emedemus nos fortiter, ac contra omnia tentameta & vitia nos armemus, atque armati stemus indefinenter, consideratione assidua & interna passiois Filij Dei, dicentes ei: Passio tua domine Iesu Christe, est vltimum meum refugium ac singulare remedium. Deficiente mihi sapientia, non sufficiente mea iustitia, succumbentibus meritis meis, illa scaturit ac medetur, succurrit & consolatur: Ideo cum defecerit virtus mea, non conturbabor neque diffidam, sed scio quid auxiliante te faciam: Etenim calicem salutaris accipiam, passionem tuam ad memoriam meam reducam, & te nominum inuocabo. Itaq; quâocumque & quotiescumque aliqua cogitatio praua affectio vili, têtatio quæuis mentem nostrâ pullauerit, mox Dominicæ passionis memoriã assumamus: & si id in consuetudinem duxerimus, mirabilem inde fructum atque profectum sentiemus & consequemur; immo & consolationem præcipuam: nec erit nobis tam facile manum aut pedem mouere, sicut passionem Christi recolere, ac per eam omnem tentationem ac vitium expugnare.

& vitijs atque Dæmonibus ac spurcitijs carnis subijci dedigneris, attende excellentiã tuæ naturæ, quia præ cæteris corporeis creaturis splendore intellectus, spontanea voluntate ac libero arbitrio, naturalibus quoque scientijs es ornatus, inferiorisque mundi Dominus constitutus: quia hæc omnia subiecit Creator sub pedib' tuis, immo cœlestia corpora, planetæ ac sidera in tuum obsequium sunt creata, quemadmodum in Deuteronomio ait ac iubet scriptura: Ne oculis eleuatis ad cœlum, videas solem & lunam, & omnia astra cœli, & errore deceptus, adores ea, & colas, quæ creauit Dominus Deus tuus in ministerium gentibus cunctis. Noli ergo peccando cunctis brutis vilior fieri, immo incõparabiliter eis deterior effici. Quæ bestia tam crudelis & insana, vt occidat seipsum? Cur ergo tu, particeps rationis, per peccata mortalia propriã interficis animã? Præterea vide, quanta sit dignitas tua per supernaturalia beneficia Christi, per charismata Spiritus sancti, per virtutes infusas & merita felicitatis æternæ, per quæ omnia factus & consecratus es templum, thronus ac mansio Dei, & non solum seruus, sed etiam filius adoptiuus Regis æterni, hæres regni cœlestis, æternæ sapientiæ sponfus, miles ac mēbrum Christi, amicus Altissimi, & quod super omnia est mirandum, tua natura in Christo vnita est verbo æterno vero Deo in vnitæte personæ, per quod angelis sanctis honorabilis es effectus. Cur ergo te ipsum ita vilificas, & à cœlesti dignitate tam miserabiliter damnabiliterque degeneras? Quemadmodum enim per charitatem & dona gratiæ gratum facientis effecta est anima tua sponsa Christi, ita per mortale peccatum fit adultera Diaboli. Si materialem basilicam consecratam prophanare, polluere, demoliri, incendere, grauissimum crimen censetur: quàm damnabile & enorme est, vnum & intellectuale templum ac thronum Creatoris vitijs sordidare, concupiscentiarum igne accendere, Dæmonibus exhibere, spiritaliterque destruere? Vide ne tibi conueniat, quod ait Propheta: Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus. Et alter: Qui nuntriebantur, inquit, in croceis, amplexati sunt stercorea. Hoc quippe contingit, dum homo Ecclesiasticis Sacramentis renouatus, spiritalibus alimonijs mente refectus, virtuosus exercitijs enutritus, ad carnalia tantò grauius peccat, dum vilissimum iugo Diaboli seruituti que vitiorum subdit seipsum. Vt ergo o homo, verè magnanimis sis,

De sexto generali tentationum remedio, quod est consideratio diligens dignitatis humanæ naturæ, quam habet in donis naturæ, & multo plus ex supernaturalibus donis gratiæ. Articulus XVIII.



Væ societas lucis ad tenebras? aut quæ conuertiō Christi ad Beliam? aut quis consensus templo Dei cum idolo? aut quæ pars fidelis cū infideli? Quantò quis plura, maiora & sublimiora dona ab omnium Creatore suscepit, tantò grauius peccat, dum vilissimum iugo Diaboli seruituti que vitiorum subdit seipsum. Vt ergo o homo, verè magnanimis sis,

Tanta vilitas est peccati, quod quamuis possit

Psal. 8.

Deute. 4.

Rom. 8.

Psal. 48.

Thren. 3.

Gala. 3.

1611

Micronymus.

Gene. 1.

Rom. 8.

Titum. 2.

Apoca. 5.

Heb. 1.

Malach. 1.

1. Cor. 1.

Matth. 5.

Psal. 10.

Heut. 17.

Matth. 5.

1. Tim. 3.

Job. 33.

Matth. 4.

Luc. 4.

sem impunè peccare, non tamen peccarem. Et rursus: Quâvis scirem, quoddij mihi ignoscerent, tamen peccatum ob eius deformitatem vitarem. Vnde & Tullius scripsit: Omnem sedationem animi reprimat in cōspectu posita humana natura. Itaque rectè dixit sanctus Hieronymus: Sola apud deum libertas est, non seruire peccatis: summa apud Deum nobilitas est, clarum esse virtutibus. Tu ergo, qui adorandè Deitatis imagine es ornatus, ac summæ Trinitatis similitudine sublimatus, ad æternam beatitudinem conditûs, pretioso sanguine Dei incarnati redemptus: cui ad custodiam deputatus est angelus sanctus: qui in Christo renatus es, & supernaturalibus donis gratiæ decoratus, at tene beneficia tibi collata, ne tantorum largitori bonorum inueniaris ingratus. Ex horum consideratione omni tentationi resiste, nec in vilissimam impietatis foecâ te precipitari permittas. Vult Creator omnipotens in rationali creatura tanquàm in imagine per virtutum similitudinem relucere. A te dignatur & vult Pater vocari, ideo iubet te ei assimilari: Ipse enim Pater misericordiarum præcipit misericordem te esse: ipse qui iustus est, iustum te esse requirit: ipse locutus est: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Et Vnigenitus eius dixit: Estote perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est.

De septimo tentationum remedio, quod est consideratio scripturarum, vera discretio & sapientia salutaris. Articulus XIX.



Mnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, & erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus: Quemadmodum in Iob ait scriptura: Semel loquitur Deus, & secundo id ipsum non repetit, quoniam in scripturis instruit vnum quemque: sacra enim scriptura euidenter copioseque instruit, qualiter homo in omni vita sua debeat se habere, qualiter omni tentationi & vniciue peccato sit resistendum, qualiter recedendum à vitijs, & insistendum in virtutibus. Hoc Dominus & Saluator apertissimè docuit, qui per allegationes scripturæ Diabolicis restitit tentantis. Quo exemplo docemur, vt vniciue tentationi ac vitio congrua scripturæ testimonia opponamus: vt, si inuasit nos superbia, mox dicamus: Odibi-

lis coram Deo & hominibus est superbia: Itemque: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Et rursus: Initium omnis peccati est superbia. Et iterum: Quia diabolus est Rex super omnes filios superbiæ. Innumerabiles penè sunt huiusmodi auctoritates scripturæ, quibus tanquam imperfectis clypeis rejicienda sunt iacula tentationum superbiæ & gloriæ vanæ, vt cum denuò serg scriptura: Quid habes, quod nõ accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quali non acceperis? Et rursus: Quomodo potestis vos credere, qui gloriam abinuem accipitis? Conformiter, si de inuidia impugnemur siue de ira, respõdeamus illud Iob: Paruulum occidit inuidia, & virum stultum iracundia. Et quod iterum ait scriptura: Putredo cordis & osium, inuidia: & ira in sinu stulti quiescit. Si autem tentetur quis de odio, dicat illud Iohannis Apostoli: Omnis qui odit fratrem, (id est, proximum) suum, homicida est. Si de luxuria, dicat cum Paulo: Fornicatores & adulteri regnum Dei nõ possidebunt. Sicque singula tentantis ac vitijs opponenda sunt conuenientia scripturarum eloquia: propter quod ait Hugo: Nihil in vita dulcius sentitur, nihil auidius sumitur, nihil ab amore mundi mëtem sic separatur, nihil contra tentationes mentem sic roboratur, nihil sic augetur & excitat ad omne opus bonum atque ad omnem laborem, vt studium sacræ scripturæ. Itaque rectè locutus est sanctus Ambrosius: Ignorantia periculosissimum est peccatum. Qui enim ignorat, qualiter sit contra vitia relucendum, protinus vincitur: & qui nescit sacri eloquij documenta, tentationibus facillè superatur. Hinc Salomon dixit: Omnis sermo Dei, igitur clypeus est omnibus sperantibus in se. Si ergo tentationum acerbitas, abundantia, assiduitas & proluxa duratio nos infestent, pensemus, quod in Apocalypsi Dominus monet ac pollicetur: Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Et alibi: Qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit. Itemque: Non coronatur, nisi qui legitime certauerit. Denique omnis peccatõs, ignorans est, & aliquo modo erras, quia est in generale agnoscat, quod verum est, errat tamen iudicando in particulari, atque ad hoc tendit tentator, vt falsitate suæ tentationis ac peccati caligine corda nostra obscuret, propter quod in Iohanne scriptum est: Omnis, qui malè agit, odit lucem. Verum contra hanc obscurationem vtilissima est notitia, immo actualis consideratio scripturarum, radjus discretionis, sapientia salutaris: hæc etenim

De octauo tentationum remedio, quod est consideratio damnorum & nocumentorum, quæ homo incurrit consentiendo tentationi. Articulus XX.



Epist. 7.

Epist. 11.

1. Cor. 14.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

1. Ioh. 1.

1. Ioh. 1.

1. Ioh. 1.

etenim tanquàm clarissima lumina tenebras hostium fugat, & rationem ab erroneo præseruant iudicio, ne apparens bonum, quod in veritate est malum, præferat vero bono: & vt generalem notitiam circa particularia applicet congruenter, & Deum in cunctis præ oculis habeat. Hinc quippe scriptum est: Sapientia non vincit malitia. Et vt aliqui legunt: Sapientia vincit malitiam. Vnde in Esaiâ legitur: Non occident, & non nocebunt in omni monte Sancto meo, quia repleta est terra scientia nominis. In hæreamus ergo indefinenter luci sapientiæ, veræ discretioni, rectæque rationi, nec precipitanter quicquam agimus, sed decenter & ordinatè omnino faciamus: sapientia namque eos, qui se obseruant, à doloribus liberat, suaque luce sic mëtem perfundit, vt salubriter & acutè inter vera & falsa, inter bona & mala discernat. Veruntamen nõ sufficit in formis & nuda notitia, immo talis frequenter in flat scientia. De precemur sapientiæ fontem, intelligentiæ atque iustitiæ solem, vt per vnctionem Spiritus sancti nos illustrare dignetur, quatenus cum affectu & efficacia consideremus scripturas, sicque dicere per experientiam valeamus: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Hinc sanctus pater Antonius: In omnibus, inquit, quæ agis, testimonium adhibe scripturarû. Et de electo homine ait Propheta: In lege Domini meditabitur die ac nocte. Si ita egerimus, tentationibus nunquam dabimus locum: sed quicquid Deo displicere nouerimus, cum diligentia summa vitabimus. Hoc est, quod in Tobia docetur: Omnibus diebus vitæ tuæ Deum in mente habeto, & eaue ne aliquando consentias peccato. Postremo, quemadmodum prudètes seculi huius libros scripserunt de re militari & de arte pugnandi, quam in prælijs fortitudini multitudiniquè exercitus prætulērunt: sic veram spiritualis militiæ peritiam docet scriptura, in sinuando, quibus virtutibus & actibus efficacius resistatur Diabolo, prout dictum est supra, & infra dicitur. Et vt in spirituali militia Dominum cum ingenti fiducia, humilitate, seruire ac perseuerantia inuocemus, immo vsque ad sanguinem & mortem reluctemur tentationi ac vitio, & quasi à facie colubri, immo incomparabiliter plus fugiamus peccata: sicque per propria exercitia virtuosa artem & peritiam istam salubrem discamus, & ita vtraque manu vtamur pro dextera, non solum pro prospera, sed etiam per aduersa proficientes.

Vi faciant peccatum & iniquitatem, hostes sunt animæ suæ. Ista sunt verba Raphaëlis in Tobia: quemadmodum enim diligere est alicui bonum velle, ita odire est alteri velle malum. Porro, inter genera mali, malum culpar est pessimum, idcirco qui consentit peccato, aut amat seu efficit illud, aut bonum virtutis omittit, ad quod tenetur, odit seipsum, & hostis est animæ suæ, sicut ait Psalmista: Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Pari ratione, qui consentit tentationi ad vitium inclinanti, est vitæ animæ inimicus. Porro peccatum, sub ratione peccati & mali, non potest amari, cum bonum sit appetitum obiectum: sed peccatum, in quantum apparet bonum, propter delectationem sibi annexam siue aliam causam appetitur. Aliqua autem bona & competibilia esse videntur, quæ si benè & plenè considerentur, abhorrentur atque vitantur, in quantum sunt materia, incitamentum, occasio peccandi, & impedimenta proficiendi: sicque Christus in Euangelio consuluit relinquere diuitias, propriam voluntatem, proquinquos, uxorem, cum ista non sint mala neque illicita in se: peccata verò in seipsis sunt mala ac vitia, ideo fugienda: & quamuis aliquo modo alluciant, si tamen ritè pensem, quæ & quanta damna & nocumenta infligant peccanti, abhorrebimus ea omnino. Sapienter igitur ac profundè consideremus effectus læsionesque vitiorum, præsertim mortalium: Nul- lum enim peccatum mortale tam paruū est, quin homo per illud separetur à summo, in commutabili & incircumscribibili bono gratiam quoque gratumfacientem, charitatem septemque dona Spiritus sancti, & cætera spiritalia ac supernaturalia Spiritus sancti charismata, charitatis inseparabiliter iuncta, amittat, sicque Dei inimicus constituatur, seruus Diaboli & peccati reddatur, æterna felicitate priuetur, perpetuam quoque damnationem incidere mereatur. Cum ergo sciamus tam ineffabiliter magna ac odibilia damna & incomparabilia nocumenta peccato esse annexa & ipsum concomitantia: nõne infinita stultitiæ est, quodd vnquam consentimus tentationi vitium fugerent? Idcirco omnis, qui peccat, est stultus: atque vt Salomon contestatur: Talium

stultorum infinitus est numerus. Nonne stultus ac furibundus, omniq[ue] bruto peior, ferocior ac insipientior reputaretur, qui omnia bona sua ex inimicorum suorum suggestione projiceret in abyssum, & demembraret ac trucidaret seipsum, etiam quamvis ex hoc non sequeretur aliud damnum? quãtò magis insensatissimus est censendus, qui tentationi consentit, & ex suggestione Diaboli seu alia instigatione peccat mortaliter, ac per hoc animam suam spiritaliter necat, ferociter perimit, eterne damnationi exponit & obligat, omniq[ue] spiritali opulenta spoliatur eam, ita quòd quæ erat sui Creatoris Saluatorisque sponsa, hæres, amica & filia, sole & astris splendidior ac supernaturali decore ineffabiliter speciosa, peccando fit inimica Dei, membrum, adultera, ancilla & captiva Diaboli, tenebrosa, foeda ac foetida, immo & mortua corã Deo, & omni cloacaturpior coram illo. Propterea in omni tentatione omniq[ue] hora inruamur profunda hæc ipsa peccata, damna & nocumenta, ita vt magis velimus & eligamus millies trucidari ac mori, quàm consentire tentationi. Itaque perpendamus, quàm vile ac fatuum sit, tentationi succumbere; quàm damnosum & impium sit, peccare; quàm irrationabile stolidumq[ue] consistat, vitia præferre virtutibus, bona creata, caduca & vana Creatori dignitatis immensæ, & propter momentaneum oblectamentum seipsum eterne calamitati subijcere, sicq[ue] omnem tentationem cum infinita detestatione abijciamus. Quis enim vellet per vnã noctem omni delectatione carnali ad libitum frui, & pro ea nocte sequenti in fornace acere ardentis? Noli o homo, teipsum per consensum tentationis & impiam voluptatem Diaboli illaqueare, spiritaliter excæcare, propriam animam trucidare, vilissimè vendere, prorsus depauperare, ad infernale supplicium spontè procedere, Creatori ac Saluatori tuo ingratam odibilemque efficerere, atq[ue] expulso fidelissimo Spiritu sancto, & refutato angelo bono, inuidiosissimi & crudelissimis hostibus tuis in telocum & mansionem præbere.

De nono tentationum remedio, quod est tenta consideratio mortis.
Articulus XXI.

Marc. 13



Igilate, nescitis enim quando DOMINVS veniat, sedò an media nocte, an galli cantu, an mane, cum venerit repente, in-

ueniat vos dormientes. Qui vitam præsentem attendit celeriter finiendam, atque celerrimè incessabiliterq[ue] festinantem ac decurrentem ad mortem, detestatur ac vilipendit impiarum suggestiones tentationum, quæ ad mortem pertrahunt infelicem, & in hora mortis angustias pariunt intolerabiles ac remorsus grauissimos, dolorem de malo præterito, timorem morte acerbiorum de imminente diuini rigoris iudicio, ac inferni aut saltem Purgatorij diro supplicio. Denique, cum agnoscat certissimè se moriturum in breui, nesciatq[ue] quandù subsistet hic, an post modicum tollet eum hinc Factor suus: aduertit quàm breuis ac momentanea sit omnis huius vitæ vilis voluptas & vitiosa transgressio, comparatione æternitatis ac eterne dampnationis, mortem vitiumq[ue] mortale sequentis, ideo respuit tentationibus & peccatis conferre assensum, loquens cum Salomone: Risum reputaui errorem, & gaudium dixi: quid frustra deciperis? Itemq[ue]: Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij. In illa enim (puta in domo luctus, hoc est, in exercitio penitentia, in congregatione sua peccata desentiam, in schola sapientium ac virtutum) finis cunctorum admonetur hominum, & viuens homo cogitat, quid futurus sit, vtputa cinis & puluis, iuxta quod dicitur: Memento o homo, quoniam puluis es & in puluerem reuerteris. Aduerte igitur & perpende tuæ conditionis fragilitatem, tuæ naturæ mortalitatem, tuæ vitæ incertitudinem, breuitatem, pericula, fallaciam mundi ineffabilem, mortis acerbicatem, morientis dispositionem, cordis corporisque pressuras acerrimas, tentationes agonizantis, horribilem exitum ac Dæmonum tunc occursum: quæ omnia si dignè pensaueris, nequaquam tentationi tribuis locum: sed prout sufflabis in eam, & exufflabis eandem, atque cum sanctissima Agatha tentatori magnanimiter respondebis: Mens mea supra petram solidata est, & in Christo fundata, verba tua venti sunt, suggestiones tuæ pluuiæ sunt: impugnationes tuæ, Christo auxiliante, me obruere non valebunt. O tu miser sine sensu & intellectu salubri, quomodo suggeris vt vana ac vilia animam inquinantia, atque ad æternam damnationem trahentia amem, & Creatorem meum ac SALVATOREM, propter illa insipientissimè & iniquè relinquam? Ecce quàm verè

De decimo tentationum remedio, quod est profunda consideratio, tam vniuersalis quàm particularis iudicij Dei.
Articulus XXXII.



Eus, cuius iræ resistere nemo potest, sub quo curuantur qui portant orbem: quantus ergo ego sum, vt respondeam ei, & loquar verbis meis cum eo? Quia innumerabilia atque enormia scelera fierent, in hoc mundo vltra ea, quæ sunt, nisi homines timore iudicij terrenorum refrenarentur, certissimum est. Verùm, vt ait Gregorius, si tantum timetur iudicium pulueris, id est, corruptibilis hominis: quantum metuendum est iudicium Omnipotentis? & quàmuis credatur iustus & sanctus Deus vniuersos homines iudicaturus, attamen quia non statim punit peccantem, nec citò exercet iudicium, sed vsq[ue] ad diem nouissimum differit iudicium vniuersale, & vsq[ue] ad mortem singulorum iudiciū particulare, miserimi & insipientissimi homines sine diuinæ æquitatis formidine non cessant peccare, vel quoniã longè reputant adhuc distare finale illud commune iudicium, vel quia adhuc in vita hæc ante mortem suam se emédare & pœnitere proponunt, & de misericordia Dei stolidè præsumentes: propter quod Salomon dixit: Quia non citò profertur contra malos iudicium, absq[ue] vllò timore filij hominum perpetrant mala. Si isti insipientes esse probantur, tanto se committentes periculo, non pœsantes, quàm incerta, fallax & breuis sit vita hæc, & quàm multi improuisi ac subito de hac vita tollantur, atq[ue] quàm pauci eorum, qui tempore iuuentutis & sanitate damnabiliter viuunt, in fine vitæ pœniteant verè. Præterea non aduertunt, quàm breue ac momentaneum sit omne tempus seculi huius, non solum quo nos in eo subsistimus, sed etiam quod vsq[ue] ad diem nouissimum protenderet respectu sequentis æternitatis infernalisq[ue] pœnæ, cum finiti ad infinitum nulla sit comparatio. Hoc igitur attendentes, intueamur & formidemus finale illud iudiciū in fine mundi futurum, quod est reueratè tuendissimum, sicut ait Apostolus: Horrendum est incidere in manus Dei viuentis: atque beatus Iob, loquens Deo: Quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus? Et si adhuc tam obfusata & obtusa est anima nostra, vt tempus vsq[ue] ad vniuersale iudicium duraturum, non valeamus quasi tam breue ac modicum apprehendere ac metiri: tem-

verè asserit Augustinus: Nihil sic reuocat à peccato, vt frequens meditatio mortis. Hieronymus quoq[ue]: Platonis (inquit) sententia est, omnem sapientium vitam esse mediatiorem mortis assiduam. Debemus ergo & nos mète præmeditari, quid in breui simus futuri, & q[ui] siue velimus siue nolimus, longè abesse non potest. Qui se recordatur quotidie moriturum, cõtemnit præsentia, & ad futura festinat. Denique consideratio horum facit hominem sic viuere quolibet die, quasi in ea sit recessurus à vita præsentis. Vnde ait Gregorius: Ad hoc Cõditor noster terere nos voluit finem nostrum, diemq[ue] nostræ mortis nobis esse incognitum, vt dū semper ignoratur, semper proximum esse credatur, & tantò vnusquisq[ue] sit feruentior in operatione, quantò incertior de vocatione, vt dum horam mortis præuidere non possumus, ad illam nos sine intermissione paremus. Hinc Climacus loquitur: Quemadmodum panis est necessarius homini præ cæteris cibis, sic diligens consideratio mortis præ exercitijs cæteris. Et de hoc refert exemplum notabile: Fuit, inquit, in monte hoc Oreb solitarius quidam, in omni negligentia viuens, qui tandem grauiter infirmus, migravit quasi vnus spatij horæ perfectè à corpore: qui reuersus ad se, rogauit nos omnes exire ab eo: quo facto, obstruèns ianuam cellulæ suæ, manlit in ea duodecim annis, neminem penitus alloquens, nec aliquid, quàm panem & aquam gustans: sedensq[ue] ad ea, quæ vidit in ecclasiâ, stupens, sic manlit: merens ita, quòd nunquam proprium morem & apparatus mutauit, & lachrymas calidas iugiter fudit. Cumq[ue] migraturus erat ad Dominum, portam sui habitaculi destruentes intrauimus, & multum rogantes vt salubre aliquid diceret nobis, hoc solum ab eo audiuius: Ignoscite mihi: nemo mortis memoriam habens, potest peccare. Nos autem admirabamur hominè prius tam negligentem, tam repente in melius feliciter transmutatum. Cumq[ue] eum sepelissetus, requerentes die sequenti sanctas eius reliquias, nequaquam inuenimus eas: per hoc certificatè nos Deo de illius studiosa fructuosaq[ue] pœnitentia & salute. Postremò narratur in Vita patrũ, quòd Theophilus Alexandrinus Patriarcha & Archiepiscopus in hora obitus sui dixit: Beatus es Abba Arseni, quoniam semper hanc horam habuisti præ oculis. Vt ergo & nos beati fieri, omniq[ue] tentationi resistere valeamus, mortem oculis cordis incessabiliter proponamus.

Climacus.

Eccl. 14

Eccl. 14

Eccl. 14

Iob. 9

Eccl. 14

Heb. 10

Iob. 14

pus tamen residuum vitæ nostræ pensamus esse permodicum, præsertim comparatione ad perpetuitatem concomitantem: ideo tantò præcordialius ac penetrabilius formidemus nostrum particulare iudicium, quòd mox post egressum à corpore, à summo iudicabimur Iudice, iuxta illud Apostoli ad Hebræos: Statutum est omnibus hominibus semel mori, post hoc autem iudicium: quantò breuius & nobis incertius est tempus residuum vitæ nostræ. Ecce quàm vehementer metuunt homines iudicium, quo mors temporalis ac corporalis infligitur. Nonne ergo incomparabiliter magis est formidandum diuinæ maiestatis iudicium, quo spiritalis ac æternalis mors, putà infernalis damnatio, pro mercede ac vitio ne imprimitur? Ideo consideratio huius iudicij & eius formido ab omni dissolutio- ne, vanitate, impietate ac tentationum consensu nos reprimant, ab intemorata transgressione nos retrahant, & coram Deo reddant sollicitos, custoditos & fructuosos. Considera quàm pauendum sit iudicari ab eo, in quem peccatum commissum est, qui est Iudex, testis & pars: cuius sapientiam nihil latet, cuius potentiam nemo euadit, cuius iustitia nullam culpam, quantumlibet paruum, deferit impunitam aut indiscus- sam: à cuius autoritate atque sententia nullus poterit appellare: qui agnoscit hos in multis ac magnis esse culpabiles, de quibus nos ipsi non sumus conscij nobis. Attende, quàm formidolosum sit præsentari & ad stare iudicandum tribunali Iudicis summi, atque incertam ab ipso prætolari sententiam, qui proprio ore deprompsit: Multi vocati, pauci electi. Quo constat, quòd, comparatiuè loquendo, pauci damna- tionis æternæ euadant sententiam. Insuper imaginemur, qualiter in hora vniuersalis iudicij totus mundus in igne conflagratio- nis stabit, ac desuper Iudex districatissimus residebit, angelorum sanctorum ac omni- um beatorum vallatus agminibus, horrendum- que chaos inferni infra hians patebit. O quàm intolerabile, confusibile & amarum, desperatione & omni calamitate ple- nissimum erit, in die illo à Iudice adorando in vniuersorum electorum ac reprobo- rum præsentia increpari, ac iudicalem il- lam audire sententiam: Ite maledicti in ignem æternum. Horum consideratione san- cti viri frequenter compuncti fuerunt ac terri- ti, resistentes fortissimè omni tenta- tionis ac prauitati. Vnde sanctus fatetur Hieronymus: Quoties diem illum confi-

dero, toto corpore contremisco: siue enim comedo, siue bibo, siue aliud aliquid facio, semper mihi videtur tuba illa terribilis sonare in auribus meis: Surgite mor- tui, venite ad iudicium. Hinc Abbas Heli- as: Ego, inquit, tres res timeo, vtpotà egressio- nem animæ meæ à corpore, præsentationem eius coram Iudice, & prolationem suæ sententiæ. Abbas quoque Ammonius: Va- de, ait, cogita & loquere sicut incarcerati: Illi nanque interrogant, vbi est Iudex? quan- do venturus est? atque in suarum expecta- tionè pœnarum plorant: sic debet homo ani- mam suam quotidie obiurgare, dicen- do: Væ mihi, quoniam ad stare habeo ante Christi tribunal, & ei meorum actuum red- dere rationem. Amplius, de hac re Clima- cus terribile narrat exemplum: quod quamuis in alijs opusculis recitasse me re- colam, hîc nihilominus illud tangam: ita- que ait: Fuit in monte hoc Sinai monachus nomine Stephanus habitans, solitariam & quietam agens ac diligens vitam, ieiunij, lachrymis ac alijs bonis maxime decora- tus, qui in monasterio sub obedientia plu- rimis vixit annis. Deinde desiderio peni- tentiæ acrioris Anachoreticam, id est, om- nind solitariam, abstractam & contem- platiuam vitam assumpsit in loco valde re- moto & penè inaccessiblei, ac omni huma- no carente solatio, vbi angustissimam & superarduam duxit vitam. Postmodum senex ad suam redijt cellam in monte Si- nai sitam, in qua infirmitas est infirmitate, qua obiit: qui ante vnum sui obitus diem factus in ecclasi mentis, apertis oculis, re- spexit ad lectuli sui dextram & sinistram, & tanquam ad reddendam rationem ab ali- quibus requisitus, dixit adstantibus quos videbat, audientibus cunctis qui aderant: Verum est, quòd in hoc peccaui, sed con- fessus sum, & tam diù pro huius culpæ in- dulgentia ieiunavi. Interdum verò di- xit: nequaquam, sed mentimini, istud non feci. Et rursus quandoque ait: Istud sic est, sed desleui & Domino ministravi. Ali- quando quoque respondit: calumniosè me accusatis. Porro, ad aliqua dixit: Sic est, & ad hoc respondere non valeo: sed DEVS misericors est. O eia vir Anachoreta, qui per annos circiter quadraginta fuerat monachus, & in deserto leopar- dum ad se venientem pascibat, de aliqui- bus culpis dixit: Ad hoc respondere non scio nec valeo. Et hic tantus recessit in tali exactione rationis à corpore, certum non faciens, quòd fuerit eius iudicium & quis fi- nis, &

nis: & quamuis omnind sperandum sit, quòd feliciter expirauit, hoc tamen exemplo in- struimur, quantum nos imperfecti & defe- ctuosi debeamus Dei iudicium formidare, qui quasi infinitè à vita tantum Anachoretæ deficiamus & distamus.

De undecimo tentationum remedio, quod est infernalium tormentorum pen- satio. Articulus XXXIII.



Ab impijs in vexatione & ma- ledictione, & in stuporem & si- bilitum & opprobrium sempitè- num, eò quòd non obediuerunt mihi, dicit Dominus per Hieremiam. Multi timore pœnarum ab excessibus, voluptati- bus ac peccatis retrahuntur & fugiunt: & si temporale aut breve supplicium facit à vi- tijs abstinere, quantò magis æternæ damna- tionis consideratio debet nos ab omni ten- tationum consensu auertere. Pensamus quanta miseria, quàm intolerabilis pœna, quantus horror esset vnicuique nostrum, à grandi Dracone circumplecti, eius spiris cò- stringi, veneno ipsius repleti, inter illius am- plexus & oscula ad vnam horam iacere: quis pro omnibus mundi diuitijs atque delicijs vellet per vnum diem hoc sustinere? Quis inter ignitos serpentes, deformes bufones, turpissimas ranas, vellet in vase vno per v- num diem includi pro cunctis honoribus seculi? & vbi est fides nostra? Si credimus pro vno mortali peccato æterna infligi tor- menta, cunctis præfatis iam supplicijs, non solum extrinsece incomparabiliter grauiora, immo etiam intensius, ineffabiliter acerbio- ra ac magis horreda: quid est, quòd vnquam peccare audeamus, aut (quod stolidius est) in peccato manere, nisi quòd infinita est stul- titia, excæcatio atque peruerfitas nostra? Imaginemur ante nos stare clibanum incen- dio plenum, calidissimè calefactum, sulphu- reo foetidissimo ac æstuantissimo igne re- pletum, & in medio eius iacere hominem nudum, nunquam inde exiturum, nec inibi moriturum, sed in tanta afflictione æterna- liter permanens, qui præ suarum acer- bitate pœnarum nil aliud intelligere que- at, nisi quòd sua miseria in gternum dura- bit: attendamus nunc quàm pœnale & into- lerabile nobis esset intueri illum miserri- mum, in tantis acerbitatibus, desolationi- bus ac desperationibus constitutum, audi- re clamores illius, videre qualiter se hinc inde iactaret, quàm miserabilissimè quo- que videret, mortem & non esse appeteret.

Quòd si tam intolerabile esset nobis hoc cernere, quàm intolerabile erit sentire? Præterea, si credimus sancto Augustino di- centi, quòd etiam pœna Purgatorij omnem præsentis vitæ pœnam excedat, quamvis martyres sancti immanissima supplicia sint perpessi: non solum ex consideratione & horrore infernalium tormentorum, verum & Purgatoriarum pœnarum debemus ab omni tentationum consensu ac vitiorum excessu penitus abstinere: horum confide- rationem attentam, iugem memoriam, in- gentem formidinem imprimamus in dele- biliter cordibus nostris, sicque vana & vilia oblectamenta spernamus, & omnem Crea- toris iniuriam & offensam vitemus, cun- ctis tentationibus mundi ac carnis atque Diaboli infatigabiliter resistamus: quem- admodum nutrix ablatæ volens infans am- ritudine degustata, cesset appetere vbera. Certè si horum, hoc est, mortis ac diuini iudicij, purgatorij & inferni, & præsertim pas- sionis CHRISTI acerbitates, amaritudi- nes, afflictiones intentè & assidue medite- mur, nequaquam tentationi aut vitio, negli- gentiæ vel torpori locum præbebimus vel consensum. O quanta est infernalium tormentorum acerbitas, perpetuitas, ge- neralitas atque diuersitas. Nonne in infer- no est intolerabile frigus, inextinguibilis ignis, immortales, edacissimi ac monstro- sissimi vermes, palpabiles ac horrendissi- mæ tenebræ, confusio vitiorum, desperatio omnium bonorum, pœnalior sensibili supplicio reproborum, acutissima fames, grauisissima sitis, flagella cadentium, mole- stissima visio Dæmonum, moestissima quo- que societas, immundissimus locus, clamor & dentium stridor, odium omnis bo- ni honesti, blasphemia Dei sanctissimi, mors sine morte, defectus sine defectu, at- que incomparabilis pœna damni. O quàm insensati ac miseri sunt, qui pro temporali prosperitate breuique voluptate tot & tan- tis exponunt, vendunt ac obligant se tor- mentis, in quibus vna hora videtur centum annis prolixior, vnaque dies longior mille annis. Intueamur hæc viuua, certa & clara fi- de, quasi præsentialiter ea conspiceremus, nec Diabolicis suggestionibus fallacissimis vnquam credamus, quia nescimus diem ne- que horam: & quantò quis diutius manet in vitijs, tantò ad penitendum veraciter effici- tur magis ineptus. In ipso quoque articulo mortis molestiores ac periculosissimæ in-

2abr. 9.

Apoca 3

Matt. 20.

Matt. 25

Stephani
miseria.Purgatorij
pœna acerbis-
sima.

Simile.

Matt. 25.

stant tentationes, in quibus tunc praeuale- re, defendi & adiuuari non promeretur, qui dum sanus & iuuenis est, dominum non ve- reatur, nec iuste ac timoratae in omnibus con- uersatur. Ideo quicquid boni ualeamus, in- stanter, perseveranter ac feruente operemur.

De alijs decem generalibus tenta- tionum remedijs. Artis- culus XXIII.



N omnibus exhibeamus nos fi- cut Dei ministros, in multa pa- tientia, per arma iustitiae a dex- tris & a sinistris, &c. Supra deci- mo articulo tacta sunt aliqua, quae omnem Christi fidelem incitant, animant & accen- dunt ad reluctandum omni tentationi viri- liter: & de vnoquoque illorum posset hic formari specialis articulus, sed prolixitas est vitanda: breuiter autem tangendo dicen- dum, quod duodecimum generale reme- dium ualens ad resistendum omni tentatio- ni ac vitio, atque ad proficiendum in omni virtute, est consideratio praesentiae Iudicis summi, ubique praesentis & omnia clarissi- me semper ac diligentissime intuentis. Si er- go praesentia & ad spectus iudicis terreni re- trahit subditos a transgressione praecpto- rum illius: quanto magis ex consideratione praesentiae & ad spectus Dei Saluatoris ac Iu- dicis nostri omnipotentis, debemus cum omni sollicitudine ac feruore omni tenta- tioni iugiter repugnare, ac illud Apostoli adimplere: Labora sicut bonus miles Iesu Christi? Denique, si in praesentia homun- cionis uilissimi erubesceremus turpiter lo- qui & obscena peragere, quantae irreueren- tiae, impudentiae, stultitiae, execrationis & peruerfiratis est, summo adorandoque Deo ac Iudice praesente & inspiciente, sceda & im- pia cogitare, appetere, loqui aut agere? Quae adultera inuenitur tam impudica, ut viden- te suo marito, fornicetur cum alio? Quam uilis ergo, uitiiosa, impudens atque damna- bilis est anima, Christo in baptismo & poen- nentia per fidem & charitatem desponsa- ta, quae ipso relicto ac contuente, cum carne & mundo, cum Daemonibus & uitijs fornicatur? Insuper, nonne Rex terrenus arbi- traretur sibi maximam rogari iniuriam, si quis ex sua familia ipso astante, prohibente ac comminante, violaret ipsius praecpta? Valde ergo iniuriosum est Deo sublimi ac sancto, quod eo uidente, praesente, atque aeter- na supplicia comminante, audemus trans- gredi eius praecpta. Quae cum ita se habe- ant, debemus ex consideratione praesentiae

summi Dei ac Iudicis metuendissimi, om- nem tentationem & iniquitatem abijcere, uiriliter agere, ac reuerenter coram Altissi- mo in omnibus conuersari, illud Heliae fre- quenter pensantes: Viuit dominus, in cuius 4. Reg. 3. conspectu tuo hodie: ut cum Psalmista ex- sententia dicere ualeamus: Seruauit manda- ta tua & testimonia tua, quia omnes uiae meae in conspectu tuo. Amplius, ex consideratione praesentiae ac uenerabilitatis angelorum sanctorum & omnium beatorum nos intu- entium, sic agere & ita nos habere debe- mus. Tertium decimum tentationum reme- dium, est consideratio magnitudinis praemij & gloriae, brauij, honoris, laudis, meriti ac profectus eorum, qui tetationes uiriliter perseveranterque uincunt: qui ex tali victo- ria proficiunt in hac uita in charitate & gra- tia ac meritis uiae aeternae, fiuntque trium- phatores inuisibilium hostium, mundi quo- que & carnis ac uitorum, & inclyti milites Christi, amici & filij Dei: sicque diliguntur, reputantur & honorantur a Rege uniuerso- rum & ab omnibus Sanctis eius atque aeter- nae felicitatis fortiuntur coronam. Hinc tali uictorijs Christus in Apocalypsi multa pro- mittit: Vincenti, inquit, dabo edere de ligno uiae, quod est in paradiso Dei mei. Et rursus: Vincenti dabo manna abscondi- tum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen meum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit. Itemque: Qui uice- rit, uestietur uestimentis albis, & confitebor nomen eius coram Patre meo. Itaque nul- lum tempus nobis longum uideatur, nul- lus labor difficilis, nullum certamen graue, quo tantam beatitudinem, tantam fructuo- sitatem adipisci ualeamus: immo intuitu tan- ti meriti, tantique ineffabilis praemij, cum iucunditate & feruore omni tentationi & culpe insatigabiliter reluctemur, cum Apo- stolo confidentes: Scio qui credidi, & certus sum, quia potens est deus deponitum meum ser- uare: Ut cum eodem finaliter dicere ualea- mus ad laudem Omnipotentis: Bonum cer- tamen certauit, cursum consummaui, fidem seruauit, superest mihi corona iustitiae. Inde- finenter ergo pensemus, quam stultum & impium sit, tanta merita ac praemia per ten- tamenta ac peccata amittere, sempiternaque gloria pro breui delectatione seipsum pri- uare. Quartum decimum tentationum reme- dium, est consideratio strenuitatis fidelium Dei pugilum ac militum, qui in tentationibus inclute praeualuerunt: qui cum fuerint no- bis similes in natura, & non uiribus suis, sed Dei auxilio triumphauerunt, debemus eorum anima-

1. Cor. 6.

1. Tim. 2.

XIII.

Apost. 1.

Ibidem.

Apost. 3.

1. Tim. 1.

1. Timoth. 4.

XIII.

animari ac confortari exemplo, sicut de hoc scriptum est plenius supra, idcirco pertran- seo. Quintum decimum tentationum reme- dium, est consideratio fidelitatis, quam Deo & Regi Saluatorique nostro tenemur, qui in seipso tam uenerabilis est, & tot & tanta nobis beneficia est largitus, quod nulla ten- tatione debemus nos ab eius fidelitate ac fer- uitate auertere, nec eius aduersarij adhae- rere, nec ipsis cooperari ad iniuriam fidelis- simi Dei Regis & Saluatoris nostri. Sextum decimum, est timor Dei, quoniam timor re- trahit a peccato, atque sollicitat ad uitandam pericula & peccata, sicque parit diligentiam bo- nam, quae negligentiam pellit, & tentamen- tis resistit. Unde Salomon contestatur: Qui timet Deum, nihil negligit: atque in Ecclesia- stico scriptum est: Si non in timore Domini Dei tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua: Etenim timor iste cauendo of- fensam Dei & occasiones peccandi, meretur & obtinet superna auxilia: nec enim dignus est desuper adiuuari, qui non satagit Dei of- fensam cauere. Ideo in Deuteronomio do- cetur: Quando egressus fueris aduersus hos- tes tuos ad pugnam, custodi te ab omni re mala. Septimum decimum tentationum reme- dium est, tam in confessione Sacramen- tali, quam extra eam, spiritualibus & discretis uiris ipsas tentationes integraliter propala- re, consilium quaerere, & in formatione sus- cipere ac implere. Hinc Iosue dixit: Fili mi, da gloriam Deo, & confitere ac indica mihi quid feceris. Unde quidam sanctorum Pa- trum dixit fratri cuidam tentato: Fili, ne abs- condas cogitationes tuas: Ita enim confu- sus spiritus immundus discedet a te. Nihil enim ita confundit & allidit Daemonum uer- sutiis & uirtutem, quomodo si quis secreta cogitationum & suggestionum prauarum reuelet sanctis ac beatissimis Patribus. Ne- pe hoc ipsum humilitatis est atque discre- tionis, idcirco profertur Diabolum: qui cum quareat decipere, odit lucem, & suarum sug- gestionum manifestationem abhorret. De hoc Climacus multa scribit. Decimum octa- uum remedium, est constantia, stabilitas & magnanimitas cordis, iuxta illud secundi Pa- palipomenon: Constantes estote & state co- sidenter, & uidebitis auxilium Domini su- per uos. Ideo sanctus Iob dixit: Donec defi- ciam, non recedam ab innocentia mea. Iusti- ficationem, quam ceppi tenere, non deseram. Magnanimus quoque impugnatione & les- sione sua fortius prouocatur ad resistendum. Unde scriptum est: Diuisio contra se Rubem, magnanimatorum contentio reperta est. No-

XV.

XVI.

Dub. 23.

XVII.

Iob. 8.

XVIII.

1. Paralip. 20.

Iob. 17.

Iudic. 3.

num decimum, est misericordia circa proxi- mos: qui enim alijs pius & compassiuus exi- stit, & cunctis pro posse suo libenter succur- rit, meretur iuari, & specialem ac grandem misericordiam adipisci a Deo, qui ait: Beati misericordes, quoniam ipsi misericor- diam consequentur. Itemque: Qua men- sura mensi fueritis, remetietur uobis. Et Psalmista: Beatus, inquit, qui intelligit su- per egenum & pauperem, in die mala libera- bit eum Dominus. Dominus conseruet eu, &c. Vicesimum est fides, quae est totius spiri- talis structurae, interioris militiae ac merito- rij exercitij fundamentum, sicut ait scriptu- ra: Iustus ex fide uiuit. Idcirco in prima sua Canonica sanctus ait Iohannes: Haec est vi- ctoria, quae uincit mundum, fides nostra. Prin- ceps quoque Apostolorum Diabolo, inquit, resistite, fortes in fide. Vas item electionis hortatur. In omnibus fumentes sicutum si- dei, in quo positis omnia tela nequisi- gna extinguere. In lumine etenim fidei cernimus, quanta sit eorum, qui tentationi- bus uincuntur, damnatio, atque quam in- gens uincuntium beatitudo: fides equidem est oculus cordis, ea, quae rationem transcen- dunt, ostendens. Vicesimum primum tenta- tionum remedium, est charitas, quae teste A- postolo non irritatur, non agit perperam, & super omnia roborat mentem in Deo, nec sine eius motione aliquod praedictorum re- mediorum tentationibus meritorie resistit aut praeualet: immo & multo plus meritorium ac Deo acceptum est, tentationibus uitijsque resistere: & quae bona sunt agere, solo intu- tu ac puro amore Dei, quam timore penarum aut desiderio premiorum. Nulla quoque uir- tus, nulla forma tam prompte ac delectabili- ter agit, ut charitas, quae praecunctis uirtuti- bus indissolubiler figit ac ligat mentem cum Creatore, ita ut dicere queat: Quis nos separabit a charitate Dei? Et rursus: Nec mors, nec uita, nec alia creatura poterit nos separare a charitate Dei, quae est in Christo Ie- su: Verum tetationibus ita resistere, praecipue competit perfectis hominibus. Nihilomi- nus uicuique Deum diligenti, conuenit De- um super omnia appetiari, incomparabili- terque amare ac reputare. Non ergo permit- mus nos ab hac Dei appropriatione atque amo- re per nebulas passionum, inquietudines ac uehementias tentationum aut per tenebras uitorum auelli seu obscurari, immo quic- quid charitati Dei contrariatur, cum indigna- tione bona adijciamus, dicentes, esy: Quae ad- modum enim negotiator sapiens iuste indigna- retur, si quis ei pro pretiosissimis mercibus

XIX.

Mat. 23.

Psalm. 49.

XXX.

Abacuc. 3.

Roma. 1.

1. Iohan. 3.

1. Pet. 5.

Eph. 6.

XXI.

1. Cor. 13.

Roma. 8.

Esy est inter- iectio cotem- nentis aut nauisantis.

pretium offerret vilissimū, nec dignaret ad-
spicere illi: sic Deiamator indignari debet
omni tētanti atq; tentationi, offerentib; sibi
pro Deo & spiritalibus ac supernaturalibus
donis gratiæ ac gloriæ eius dignissimis, va-
na, carnalia, vilia & caduca. Iuxta hunc mo-
dum possent & alia tentationum genera-
lia remediis assignari, vt patientia, & confi-
milia quædam, cum dicat Saluator: In pa-
tientia vestra possidebitis animas vestras.
Nempè contra tentationis aduersitatum &
assiduas molestationes, diuturnas, impro-
bas ac molestas multum valent mansuetudo
ac patientia. Sed de his iam tantundē tēti-
gisse sufficiat.

De uarijs adiutorijs, quæ misericors Deus impen-
dit hominibus contra tentationes, ultra uirtutes
infusas. Articulus XXV.



I putas in robore exercitus bel-
la cōsistere, superari te faciet Do-
minus ab hostibus: Dei quippe
est adiuuare & in fugam uertere.
certum est, quod ad meritorie agendū, non
solum indigeamus supernaturalibus & in-
fufis habitibus gratiæ gratum facientis, &
virtutum atq; donorum, sed etiam actuali
motione seu excitatione Spiritus sancti. Et
quæri posset, an ultra hæc indigeamus ad-
huc alijs auxilijs Creatoris contra tentatio-
nes: & videtur, quod non: quia ad Paulū di-
xit: sufficit tibi gratia mea. Virtutes quoq;
fortiores sunt uitijs: sed pensandum, quod
ultra prædicta contulit nobis benignissimus
ac prouidissim; Cōditor alia multa subsidia
contra tētationum certamina. Primum est,
totius militantis ecclesiæ cōmunicatio atq;
subuentio mutua, iuxta illud Psalmi: Parti-
ceps ego sum omnium timentium te, & cus-
todientium mandata tua. Vniuersi nanque
fideles per charitatem connexi, sunt vnum
mysticum corpus, & sibi inuicem commu-
nicant merita sua ac suffragantur. Vnde su-
per Lucam dicit Ambrosius: Oret pro te ma-
ter Ecclesia, quæ pro suis filijs quasi vnica
mater interpellat. Secundum est, adiutoriū
prælatorum, qui subditis suis orando, in-
struendo, corripiendo succurrunt, cum sint
mediatores inter Christum, & gregem ipsi-
us. Hinc Moses filiis Israël loquens: Ego,
inquit, sequester & medius eram inter Deū
& vos. Ad Ezechielem quoq; Dominus ait:
Speculatorem te dedi domui Israël. Hinc pa-
storum est, subditos contra tentationes præ-
aui fare ac præmunire, modumq; & practica

resistendi docere. Tertium est charitativa
subuentio, consultio, consolatio seu con-
formatio proximi cuiuscunque, quem ad-
modum in Ecclesiastico scriptum est: Vni-
cuiq; mandauit Deus de proximo suo. Vnde
& Paulus hortatur: Alter alterius onera
portare. et deuotus: Si præoccupatus fuerit ho-
mo in aliquo delicto, vos, qui spirituales
estis, huiusmodi instruite in spiritu lenita-
tis. Ad quod beatissimus princeps Apostoli-
ci chori hortatur, dicēdo: Vnusquisq; sicut
accepit gratiam, in alterutrum illam admini-
strantes. Quartū est angelorū sanctorū cus-
todia, de quibus Hēlisæus locutus est: Plu-
res nobiscum sunt &c. Hinc cum Abbas mo-
ses post suæ conuersationis exordium sti-
mulo carnis acerrimè tentaretur, & pro con-
solatione uenisset ad Abbatem sanctum Isi-
dorum, ille fecit Abbatem Moſen ad orien-
tem ad spicere, viditq; innumerabilem mul-
titudinem angelorum ad subueniendum pa-
ratum. Quintum & præcipuum auxilium
est meritum Christi mediatoris, & interpel-
latio eius pro nobis: iuxta quod in prima
sua canonica Iohannes ait: Si quis peccaue-
rit, aduocatū habemus apud Patrem Iesum
Christum iustum, & ipse est propitiatio pro
peccatis nostris: qui (vt ad Hebræos scribit
Apostolus) introiit in ipsum caelum, vt appa-
reat nunc vultui Dei pro nobis: ipse etenim
(vt electus ait Bernardus) ostēdit Patri Iatus
& uulnera: atq; (vt ad Romanos scribitur) in-
terpellat pro nobis. Sextum est aduocatio
& oratio, meritum & subuentio gloriosissi-
mæ virginis, Deo Patri comparentalis, quæ
est aduocata ecclesiæ, miseratrix, adiutrix &
mater omnium ad se confugientiū, cōcul-
catrix capitis Dæmonum, atq; in omni ne-
cessitate subuentrix. Septimū est subsidiū
totius triumphantis Ecclesiæ matris nostræ,
& specialiter Sanctorum illorum, ad quos
quisq; maiorem habet deuotionem, confi-
dentiam & recursum. Michaël quoq; prin-
ceps magnus, commissæ sibi Ecclesiæ specia-
lis ac fidelissimus est patronus. Octauum
est refrenatio inuisibilium hostium, ne nos
tentent, quantum uellent ac possent, quæ re-
frenatio ministerio fieri solet specialis cho-
ri angelici. Vnde in Apocalypsi legitur: Sa-
phael angelus religasse Domonum in de-
serto superioris Aegypti. Christus demum
potestatem Dæmonum præcipuè refrena-
uit ac minuit, sicut in Euangelio protesta-
tur: Cum fortis armatus custodit atriu suū,
in pace sunt ea, quæ possidet: si autē fortior
illo superueniens, uicerit eum, uasa eius di-
ripit

Luc. 21.

2. Paral. 25.

2. Cor. 12.

Subsidia con-
tra tentatio-
nes.

I.

Psal. 118.

II.

Deut. 5.

Exech. 3.

IX. ripiet, &c. nonum est effugatio hostium, qui
diuina ope frequenter saltem ad tempus fu-
gantur a seruis Dei, nec impugnare eos si-
nuntur. Vnde & in Luca asseritur: Consum-
mata omni tentatione, Diabolus recessit à
Christo vsq; ad tempus. In cuius rei figura
dixerunt Aegyptij: Fugiamus Israël, Domi-
nus enim pugnat pro eis contra nos.
Decimum est, profectus spiritalis & gratiæ
incrementum, quod tentatus tentatori resi-
stendo diuina ope consequitur, iuxta illud
Apostoli: Deus faciet cum tentatione pro-
uentum. Vndecimum est, actualis illumina-
tio seu gratia discretionis spiritiū, qua, qui
tentatur, in suo conflictu intelligit versu-
tiam inimici, & qualiter sit resistendum: per
quam beatissimi viri Antonius & martinus
Diabolum in specie Christi apparentem ad-
orare nolebant. Abraham uerò & Iosue ac
alii quidam, angelos esse apparentes mox cul-
tu Dulæ adorauerunt: quoniam ex dono
discretionis spirituum cognouerunt, quod
uerè erant angeli sancti. Duodecimum, est
timor, diuina inspiratione cōceptus ex ipsa
tentationis impugnatione, quo tentatus ti-
met succumbere, atque ex hoc cauet & soli-
citur ad reluctandum, quem admodum in
certaminibus casti prouocantur ad repercu-
tiendum. Tertiumdecimum est, forma, in
qua tētatus cogitur apparere, vt ex ea fraus
callidissimi deprehendatur facilius, sicque
secundum magistrum Sententiarum & alios
multos, aggressus est euam in forma serpen-
tis, & glorioso patri Antonio apparuit spiri-
tus fornicationis in specie pueri turpis ni-
gerrimi. Quartūdecimū est releuamē quod-
dam, consolatio seu refrigerium desuper da-
tum in ipso tētationis ardore, iuxta illud in
Psalmo: Secundum multitudinem dolorum
meorum in corde meo, consolationes tuæ
lætificauerunt animam meam. Vnde & Pau-
lus fatetur: Benedictus Deus, qui cōsolatur
nos in omni tribulatione nostra. Quintum-
decimum est repausatio, qua interdum con-
cedit suos à tentationum labore ad tempus
quiescere, vt interim vires resumant, & ad
futurum præparent se conflictum, sicut in To-
bia dicitur Deo: Non delectaris in perditio-
nibus nostris, quia post tempestatem tran-
quillum facis, & post fletum exultationem
in fundis. In mattheo quoq; iuxta mysticum
fertur sensum: Imperauit mari & uentis, id
est, inquietudini impugnationum atq; Dæ-
monibus, & facta est tranquillitas magna, id
est, pax cordis. Sextumdecimum est confortatio
seu erectio cordis in Deum, aut corro-

boratio spei uisibiliter aut inuisibiliter fa-
cta, in cuius rei signum angelus apparuit
Christo prolixius oranti. Septimumdec-
imum est suppositio manus Dei, qui sui scri-
pti & à collisione præseruat suos, ne tentati-
one penitus conteratur, iuxta illud Psalmi:
Impulsus, euer sus sum, vt caderem, & Domi-
nus suscepit me. Itemq; Iustus cum cecide-
rit, non collidetur, quia Dominus supponit
manum suam. Permittit quippe Deus suos
electos interdū impelli, & penè vsq; ad rui-
nam deuenire peccati, vt suas recogoscant
infirmities, non autem permittit eos in fo-
ueam corrue re culpæ, aut lapfos pijssimè e-
rigit. Octauumdecimum est susceptio con-
fugientium ad se, iuxta quod psallimus: Do-
mine, refugium factus es nobis. In Prouer-
bijs quoque legitur: Turris fortissima no-
men Domini, ad ipsum currit iustus, & salua-
bitur. Nonumdecimū est corporalis labor,
paupertas, infirmitas siue aduersitas, per
quas tentationes uinci solent aut minui. Vn-
de in Osea Dominus loquitur: Ecce sepia
uā tuā spinis. Hinc recitat Casianus, quod
dum in congregatione quadam quidam a-
dolescens stimulo carnis acerrimè tentare-
tur, ordinauit monasterij pater, vt vnus se-
niorum uir seriosus iuuenem illum quoti-
die exerceret aduersis & proclamaret, ac co-
ram Abbate multipliciter accusaret, atq; vt
fratres in testimonium adducti testarentur
pro sene. Qua exercitatione per annum ex-
hibita, dixit ad iuuenem Abbas, quid est fili?
adhuc te stimulat caro? respondit: Papæ, ui-
uere non libet, fornicari liberè. Ecce quot,
quanta & qualia prouidit & contulit nobis
clementissimus Pater cælestis auxilia aduer-
sus mundi & carnis ac dæmonum tentamen-
ta. Idcirco nō diffidamus, sed confortati in
Domino, agamus uiriliter, ac bonum fidei
agamus certamen, & carnem ac sensualitatē
rebellem sic rationabiliter disciplinis, uigi-
lij, ieiunij, abstinentijs, asperitate uestitus
ac laboribus castigemus, vt in Spiritus serui
tutem salubriter redigatur.

De uarijs modis Diabolice impugnationis.
Articulus XXVI.

Libera me, & pone me iuxta te, & cuius-
uis man; pugnet contra me. callidissi-
mi & male expertissimi nostræ salutis
hostes, innumerabiles habet nocēdi & ten-
tandi insidiantiq; artes ac modos: & uicti in
vno nocēdi genere, aliud mox assumunt, vi-
ctū quoq; in vno, ad grauiora paulatim faci-
nora trahere moluntur, atque in his uitijs
quenque superare ac lædere satagunt, ad
quæ

Luc. 22. XVII.

Psal. 117.

Psal. 36.

XVIII.

Prouerb. 18.

XIX.

Osea. 2.

Psal. 6.

Iob. 12.

quæ eum prouorem consistere, siue ex naturali dispositione, siue ex assuefactione, siue ex circumstantia rerum vel occasione cõspiciunt. Hinc asserit Leo Papa: Non definit antiquus hostis tentationum laqueos ubiq; prætere, vt corda credetium quoquam modo queat corrumpere, omnium discutit mores, ventilat curas, scrutatur affectus, & ibi quærit causas nocendi, vbi viderit quenquam diligentius occupari: hinc notuit, cui carnis illecebras ingerat, cui inuidiæ virus infundat, cui luxuriæ incitamenta apponat. Nouit quem mœre conturbet, quem gaudio fallat, quem metu opprimat, quem admiratione deiciat. Hinc ait & Hugo: Diabolus dum quenquam decipere quærit, prius naturam illius considerat: & ibi se applicat ad nocendum, vbi pronum adspicit hominem ad peccandum: blandis ac leuibus mentibus sæpè apponit luxuriam aut gloriam vanam: asperis autem elationem, crudelitatem & iram. Itaq; vnusquisque contra vitia illa sollicitus prælietur, inuigilet & armetur, ad quæ se procliuorem consistere intuetur. Præterea, iuxta prætacta ex verbis felicitis Bernardi, quatuor sunt tentationes, cõtra quas indigemus vndiq; scuto Dei circumdari: Timor patiendi aduersa & afflictiones, correptiones, iniurias, aspernationes, nocturnus est ac tenebrosus, quia abscondit ab oculis cordis, quod non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam, quæ conferenda est nobis: sed facile hunc timorem radius exufflat ac reijcit veritatis, dũ ingerit oculis cordis nunc mala quæ fecimus, vel bona quæ omittendo incidimus: nunc æterna supplicia quæ meruimus, nunc præmia sempiterna quæ cupimus, iam ea quæ pro nobis pertulit Christus. Cumq; ad lucem tam multiplicis veritatis recesserit à te timor nocturnus, noli protinus esse securus, sed time sagittam, quæ in die leuiter volat, sed non leue vulnus infligit. Hæc sagitta est gloria vana, quam oportet canere specialiter eos, qui sunt feruentiores, ne deserant scutum veritatis, dicentis: Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Et rursus: Quid habes, quod non accepisti? Itemq; Noli altum sapere, id est, magna de teipso sentire, sed time. Insuper pulsat & impugnat tentator à sinistris pusillanimitate, deinde à dextris humana laude: quod si nec ita deuicerit, dicit: Viribus præualere non valeo, sed fortè alicuius deceptoris ingenio decipere potero. Negotium perambulans in tenebris, extat ambitio, subtile malũ, secretum virus, pestis occulta, doli artifex, ma-

ter hypocrisis, liuoris parens, vitiorum origo, criminum fomes, virtutum ærugo, tinea sanctitatis. Contempsit (ait quis) vanam gloriam, quoniam vana est: sed fortè solidius quid affectat, putat diuitias aut honores. Quod si proditorum hunc veritas inuestigat & negotiũ arguit tenebrarum, quid iam restat & superest callido inimico cõtra eos, quos videt omnino amare iustitiã & odisse iniquitatem, nisi vt iniquitatem palliet virtutum imagine? Nempe quos perfectos videt boni amatores ac virtutum emulatores, malum eis persuadere conatur sub specie boni, non mediocri, sed perfecti: vt qui currit, defacili illud incurrat: sola autem veritas hanc palliatam detegit falsitatem. Præterea paulatim ducit nos hostis ad grauiora, trahendo à suggestionem ad delectationem, à delectatione ad consensum, à consensu ad operis executionem, ab executione ad excusationis audaciam, ab excusatione ad consuetudinem prauam, à consuetudine ad gloriationem in malis, à gloriatione iniqua ad iactationem de culpis, à iactatione ad obstinationem, ab obstinatione ad desperationem. Impius quippe cum in profundum venerit vitiorum, contemnit, dum demerserit eum passionum tempestas, & absorbuerit eum profundum, clausitq; puteus super eum os suũ. Insuper Diabolus cum presumpuosus & arrogans sit, libenter ea, quæ temeritatis & presumpuositatis sunt, persuadet. Hinc in exordio seculorum prouocauit E-uam ad iudicandum de causa & intentione Dei, iubentis: Cur, inquiens, precepit vobis Deus, ne comederetis ex omni ligno paradisi? quæ cum respondisset: Ne fortè moriamur: adiecit tentator mendacium, dicens: Nequaquam moriemini. Cum enim sit mendax & pater mendacij, vt ait Saluator in euangelio Iohannis, nititur sæpè per mendacia fallere: sicq; decipit multos, quos infligat ad vitia, promittens eis, quod citò resurgent, vel quod diu victuri sint, & ante obitum ad penitentiam peracturi, cum ignorent diem aut horam. Amplius, in penitentia cõstitutos multipliciter fallit. Primum, inducens eos ad cõsiderationem suæ infirmitatis, atq; attentione subventionis pietatis diuinæ, ita susurrans: Tu infirmus es, & talia poteris obseruare: Sic quoq; retrahit multos ab assumptione vitæ religiosæ & actu penitentis: Cui dicendum est: quod proprijs viribus non valeo, cum Dei auxilio possum, iuxta illud Apostoli: Omnia possum in eo, qui me cõfortat. Secundò fallit, diminutionem oneris cõsulendo, quasi non sit necesse

Rom. 8.

Psal. 90.

Hier. 9.

1. Cor. 7.

1. Cor. 4.

Rom. 8.

Psal. 44.

Prout. 11.

Psal. 66.

Gen. 3.

Ioh. 8.

Diabolus est in penitentia constitutus fallit.

Philip. 4. 11.

siue expediens tam arduè cõuerfari. Cui est respondendum: Quoniam arcta est via & angusta porta salutis. Tertio, omnia difficilia pariter proponendo, quæ tamen successiue agenda. Idcirco dicendũ est: Vna hora hoc faciã, alia illud: & paulatim per consuetudinem omnia mihi faciliora ac delectabiliora reddentur. Quarto, suadendo id esse exonerationem, quod est aggrauatio maior: si enim onus iustitiæ & satisfactionis abijcimus, onere vitiorum ac iugo Diaboli opprimemur, ac tandem in æternæ dånationis onus intolerabile dilabemur. Quintò fallit, mentiendo spoliationem esse exonerationem: velut si raptor aut latro alicui auferat omnia pretiosa quæ gestat, & dicat: Ab onere tuo te reuelauit: sic cum Diabolus inducit quempiam ad abijciendum onus & iugum Christi, spoliat eum omni opulenta spiritali.

Math. 7.

III.

III.

V.

De specialibus tentationũ remedijs, & primò, quòd uirtutes expugnant tentationes ac uitia, & specialiter quælibet uirtus uitium sibi contrarium: nec hoc solum, immo quòd quælibet uirtus ualet ad resistendum unicuique tentationi & peccato. Articulus XXXVII.



Onfortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. Induite armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias Diaboli. Quæ admodum corporaliter præliaturi, singula quæq; corporis sui membra proportionatis & congruis muniunt armis: quòd si in vna parte corporis fuerit forinsecus inarmati, poterunt ibi lædi ac perimi, sicut & si toto corpore inarmati consisterent sic contra inuisibiles æmulos vitiorumq; aciem pugnaturi, in singulis animæ suę viribus virtutum ac vitiorum susceptiuus, debent esse spiritaliter conuenienter armati virtutibus singulis, vt vniciq; tentationi & culpæ reluctetur virtute illis directè contraria, vtputa elationi, humilitate: iracundiæ, mititate: incõtinentiæ, castitate. Nèpè, vt dici solet, cõtraria curantur contrarijs. Vnde præhabitu est, per contraria, non per similia, esse tentationibus repugnandum: sicut & in naturalibus per aquam extinguitur ignis. Qui autem vitijs per vitia reluctatur, sicut superbi pro contumelia, contumeliam, pro læsione, læsionem rependunt: & si visibilem superent hostem, non tamen vincunt seipfos nec inuisibiles inimicos, immo vincuntur ab illis, & à tentationibus ac peccatis, propter quod hortatur Apostolus: Noli vinci à malo, sed

vince in bono malum. Verum, vt asserit Augustinus: Bene vincere, est omnes machinas vincere, id est, omne, quod virtuti cõtrariatur, vitare ac superare. Nam et si quis totam legè impleuerit, offenderitq; in vno, factus est omnium reus. Denique, quàmuis charitati directè nõ contrarietur nisi rancor seu odium, ex consequenti tamen omne mortale peccatum charitati contrariatur & eam expellit, immo vnũquodq; mortale peccatum cuiuslibet virtutis hoc modo contrariatur, eamq; tollit. Ideo sicut quælibet virtus saltem, quantum ad suum esse formatum, per vnũquodq; mortale peccatum amittitur: sic vnaquæq; virtus valet ad resistendum vniciq; tentationi ac vitio: quod certum est de virtutibus, quarum actiones iam supra enumeratæ sunt inter generalia tentationum remedia, putà de fide, spe & charitate, humilitate, patientia, discretionem, orationem, quæ actus est latrig. Nempè, vt tactũ est, de fide ait Apostolus: In omnibus scutum fumentes fidei &c. et de patientia Christus: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Insuper iuxta præhabita Diabolus vnũquodq; ex ea parte magis impugnat, in qua minus inuentus est armatus, hoc est, de vitijs illis, ad quæ ex complexionem, vultu, facie aut occasione est pronior: idcirco requirit prudentia, vt vnusquisque volens saluari, illis virtutibus se potissimè studeat præmunire, armare, confortare, perficere, ad quarum contraria vitia procliuiorem se inuenit. Hinc cholericus ad iracundiam pronus, specialissimè debent niti ad mansuetudinis incrementum, atq; ad plenam totius iræ & impatientiæ extirpationem: sanguinei, ad carnalitati refrenationem: melancholici ad inuidiam & rancorem procliues, ad charitatis & pietatis sinceritatem: phlegmatici tristes, ad spiritalem lætitiã. Itaque quis de carnali voluptate ac vitijs carnis tentatur, repugnet fides, dicendo: Non acquiescas: quoniam si consentis damnationem mereris: spes quoque resistat, dicens: Quia per talia perdo regnum cœlorũ, quod prætorol: similiter charitas reluctetur ac dicat: Malo Deũ & amicitia eius habere. q̄ vana & frædatimor etiam retrahat, dicens: Abhorreo Dei offensam, vereor eius districtũ iudicium: sic & fortitudo opponat se: Noli, inquiens, vilibus vitijs istis succumbere: castitas item renitatur, dicatq;: Puritate amplector, turpitudinem talem detestor: patientia verò impugnationem Diabolicam & carnalem æquanimitèr patitur ita, ne tentatus ex assiduitate vel diuturnitate tentationis tẽdio obrua-

Iaco. 2.

Ephe. 6. Luc. 21.

Vitijs carnis quomodo resistendum.

1. Tim. 2.

obruatur aut fatigatus succumbat: sic & mā fuerudo in omni cōsiliū tentationis iram deuiter, ne ratio per iracūdiām perturbata, à necessarijs considerationibus & ordinato impediatur processu, ad quem necessariam esse prudentiam constat. Simili modo opponendæ præactæ virtutes ac cæteræ in tentationibus, quæ circa alia versantur peccata.

De remedijs contra tentationes superbia. Articulus XXVIII.

Eccl̄s̄, 10.



Initium superbiæ hominis est appostare à deo: quoniam ab eo, qui fecit illum, recessit cor eius: quoniam initium peccati est superbia: qui tenuerit illam, implebitur maledictis, & subuertet eum in finem. De superbia, quid sit, & de speciebus, filiabus, effectibus ac remedijs eius, de grauitate quoque ipsius, in alijs locis, præsertim in tractatu de Vitijs & virtutibus, scripsi: & dicta ibidem, hic reiteranda nõ sunt, nisi quoddam breuiter est tangendum, qualiter sit tentationibus ac motibus superbiæ resistendum. Mox ergo vt de superbia senseris te tentari, potes vniuersa generalia tentationum remedia superius introducta assumere, & per ea te tueri ac morbo pestifero reluctari. Insuper potes, immo & debes specialibus armis atq; remedijs te munire, ac telis reniti letalibus horum specialium remedium contra tentationes ac vitiositates superbiæ. Primum est, considerare, quàm vilis & falsa, quàm enormis & detestanda, quàm damnabilis & peruersa sit superbia in seipsa: ipsa etenim summæ veritati maximè est repugnans, luci virtutum omninò contraria, veræ sapientiæ splendori opposita, & omnem creaturam præcipuè dedecens: creatura enim eo ipso, quo ex nihilo facta est, atq; à Creatore altissimo conseruari incessabiliter eget, & quantum de se est, iugiter tendit in nihilum, & ex seipsa non habet nisi deficere & peccare. Ex his, inquam, debet & habet se semper coram præstantissimo Deo humiliare, paruificare, deicere, & nequaquam in altum seipsam extendere, neque elationis assumere cornua. Secundum remedium est, considerare, quàm vehementissimè displiceat Deo superbia, & quàm horribiliter ab exordio mundi eam puniuit: superbia etenim maledicta tanquam furatrix sacrilega, vsurpat & ascribit sibi, quod Dei est, & ipsum, quantum in se est, suo priuat honore & gloria, sic enim extollit superbum, quasi à seipso sit aliquid, & quasi à se, non à Deo, sit

Primum contra superbia remedium.

II.

& habeat id, quod habet & est: sicq; propriè querit honorem, laudem & gloriam, & cupit præesse, præferri, honorari, timeri, famari. Deniq; propter vnum motum & consensum superbiæ supergloriosissimus Conditor in exordio seculorum æternaliter condemnauit excellentissimas creaturas, angelicos spiritus, immateriales & immortales substantias: si ergo ob vnam superbiām inflixit suis nobilissimis creaturis tam horrendam & interminabilem pœnam, quomodo putas te vilem saccum stercoreum, immunditijs, defectuositatibus, sordibusq; repletum, quodidè superbiem, & mille elationibus sordidatum, à sancto & iusto Deo tractandum, spernendum, reprobandum, damnandum? Audi quid Sapiens dicat: Tres species odiuit anima mea: pauperem superbū, diuitem mendacem, & senem fatuum & insensatum. Intolerabilior ergo videtur esse superbia in paupere, quàm in diuite. Hinc beatissimus Apostolicus ordinis vertex in sua secunda scribit Canonica: Si Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos: nouit Dominus iniquos in iudicium reseruare damnandos. Hinc quoq; beatus ait Bernardus: Quid tu superbis? Superbiem tibi angelis Deus nõ pepercit: quãtò magis tibi putredo & vermis? Nihil ille, videlicet Lucifer, fecit: sed tantum cogitauit superbiām, & in momento, in icu oculi irrecuperabiliter præcipitatus est: si ficatū est de angelo, qd de te fiet terra & cinere? Ille in celo intumuit, tu in sterquilino: quis nõ intolerabiliorem dicat superbiā in paupere, quàm in locuplete, cum potentibus cognata videatur esse superbia? Fuge superbiām, quæ tam volociter ipsum quoq; cunctis syderibus clariùs emicantibus æterna caligine obtenebrauit Luciferum: quæ non solum angelum, sed angelorum primum in Diabolum commutauit. Tertium est, considerare, quàm nocua sit superbia suo subiecto: expellit nanque omnem gratiam & virtutem, & innumerabilia vitia eam concomitantur: grauat scandalizatq; proximos, & facit hominem Deo ac omnibus sanctis odibilem: est quoque signum reprobationis, sicut humilitas signum est prædestinationis, secundum Gregorium, & reddit hominem Diaboli seruum ac filium, qui est Rex super omnes superbiæ filios. Cumque in alijs multis similitudo virtutis seu vitij amicitiam quandam soleat generare, vnus tamen superbus alium sustinere non potest: quia vt Salomon loquitur, inter superbos semper sunt

III.

IV.

V.

III.

V.

VI.

VII.

VIII.

IX.

X.

XI.

sunt iurgia: & vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia. Quartum est, considerare, quæ & quæta peccata commisit & incidit, immo quodidè incidat ipse, qui de superbia impugnatur: si enim rectè perpendimus, quanta sit cuiuslibet peccati mortalitas enormitas, atq; quàm multa & magna sint nostræ peccata præterita, seu etiam quotidiana, & quantam per ea damnationem meruimus ac meremur, non solum non superbiemus, immo & vehementissimè metuemus, profundissimè quoq; & quasi in infinitum humiliabimus, despiciemus ac deiciemus nos ipsos. Quintum est, consideratio propriæ fragilitatis ac pronitatis in omne malum, & defectuositas naturalis & accidentalis in corpore & anima & in omnibus viribus eius, instabilitas, ignoratia ac fallibilitas rationis, infectio atq; malitia voluntatis, rebellio carnis, corruptio sensualitatis. Sextum est, consideratio infimi gradus propriæ speciei: quemadmodum enim materia prima est infimum & imperfectissimum ens in ordine rerum, sic rationalis anima est infima & imperfectissima in ordine intellectualium substantiarum. Septimum est, consideratio incertitudinis proprii status ac magnitudinis periculorum, quibus expositi sumus: nescimus enim an digni simus amore an odio, & vtrum finaliter simus in eternum condemnandi, an nõ, atque in medio laqueorum versamur, & ab inuisibilibus, atrocissimis ac callidissimis inimicis vndiq; circunvallamur, tentamur & multipliciter lædimur: ideo timoratisissimi, humilissimi ac semper summè solliciti ac custoditi esse debemus: immo eos, quorum talis est status, superbiere ac sine formidine ambulare, extrema insania est. Octauum est, consideratio immūditarū, sordium ac fetorum corporis nostri. Nonū, consideratio propriæ conditionis, quia ex nihilo cõditi sumus & quicquid sumus & habemus, à Deo adorando accepimus, nec sine eius cõseruatione possemus ad momentum permanere in esse: & quò plura ac maiora ab ipso suscepimus dona, eò plus obligamur ei grati ac lubditi esse, nec contra eum in aliquo superbiere. Decimum remedium est, considerare, quàm imperfecta, impura & defectuosa sint opera nostra bona, quæ, vt sanctus asserit Esaias, sunt quasi pannus menstruata: & quicquid boni ac meriti est in eis, à Deo conceditur & procedit: quicquid verò culpæ & defectuositatis ipsis miscetur, à nobis exoritur: sicq; in his assimilamur mancipio vilissimo, quod pretiosissimo balsamo sibi à Domino suo oblato, misceret sua stercora & vrinas: sic quippe

charismatibus Spiritus sancti, nobis desuper datis pro nostrarum refectionibus animarum, miscemus cordium nostrorum distractiones stultissimas, phantasias inanes, affectiones illicitas, negligentias, irreuerentias, omisiones multiplices, ita quòd de ipsis bonis amplius formidare, & nos ipsos humiliare, quàm præsumere, gloriari ac superbiere habemus; præsertim cum ignoremus, an iusto ac omnipotenti Deo accepta sint. Vndecimum remediū est, considerare nos ipsos per respectum ad superiores, sanctiores ac meliores, videlicet quòd nõ solum in infinitum distamus à Creatoris perfectione, & quippe dignus est cultu, honoratione ac dilectione in infinitum maioribus; quàm nos pauperes ac infirmi valeamus ei offerre, sed quòd etiam à perfectione omnium beatorum Deo in cõlis fruuentium, ineffabiliter profus deficiamus: nec solum à perfectione illorum, immò etiam à virtusitate multorum adhuc in carnè mortali uiuentium, & præsertim sanctorum Patrum, qui ante nos extiterunt: estq; valdè salubre ac sapientiale, vt assidue se attendat homo per comparationem ad meliores ac sanctiores, potissimè eos, qui suæ vocationis seu professionis fuerunt aut sunt, comparatione, quorum sumus sicut locusta ad gigantem, arena ad montem, stylla ad abyssum: & sicut mancipium pannosum inter purpuratos vilescit, sic nos comparatione præcedentiū Patrum. Duodecimum est, considerare diuini iudicij, in quo de beneficijs nobis desuper collatis & de ingratitude nobis ac superbijs nostris ratione reddere nequaquam poterimus. Tertiumdecimū est, consideratio totius humilitatis Filij Dei in seculo isto, ab exordio sue natiuitatis vsq; ad sue terminū passionis. Nunquid vilissimos tati Regis seruos decet aut licet superbiere, quibus ipse tot humilitatis exempla præbuit & præcepta? Deinde consideratio Sanctorum, qui quãtò virtuosiores & perfectiores, tãtò & humiliores fuerunt. Quo igitur pacto nos defectuosissimi superbiere atq; inaniter gloriari audeamus, qui tam ineffabiliter ab illis occumbimus, nisi quòd hoc ad miseriarū nostrarū consumptionem, ad insipientiarū & obtebrationū nostrarū plenitudinem spectat, vt ceteris vitijs ac stultitijs, quibus sordemur, superbiæ quoq; ambitionis, vanitatis gloriæ crimen adiciamus? Quartumdecimū est, seipsum in operibus humilibus, despectis obsequijs libenter & sæpè occupare & exercere. Prætereà, si de his & consimilibus remedijs virtuosus & inuistatus ac tibus bonis in-

XI.

XII.

XIII.

XIII.

nis inuaserit mentē aliqua spiritalis elatio aut gloriatio vana, retundenda est per præmissa remedia: & solet ex raritate aut nouitate bonorum exercitiorum oriri, atque per longum euanescere vsus. Itaque per tot remedia omni tentationi superbiz resistamus, ad quam protinus reijciendum efficax quoq; remediū est sanctarū cōsideratio scripturarū, quæ superbiz tam terribiliter, euidenter accipiosissimè reprobatur, vetat & damnat, contra quam & sancti Patres specialissimè ac feruentissimè conscripserunt: de qua Climacus pretestatur: Superbia est negatio Dei, inuentio Dæmonū, despectio proximorū, & mater temerarij iudicij, condemnatioq; aliorum, signū infructificationis, effugatio diuini auxiliij, adductrix ruinarum & scelerū, fons iræ & impatientie ac rancoris, porta hypocritarū, Dæmonum firmametum, inuiserositatis incompassionisq; causa, conseruatio vitiōrū, blasphemie radix, atq; vt Innocētius falsus est, superbia turrim Babylonis euerit, linguas cōfudit, angelos præcipitauit, primos parentes paradiso priuauit, prostrauit Goliā, deiecit Saulem, suspendit Aman, interfecit Nicanorē, peremit Antiochū, Pharaonem submersit, & ipsum Sennacherib interemit. Ideo Eccl. 10. scriptum est: Sedes ducum superborum destruxit Deus, & gentium superbarū radices arefecit. Certè quæ tanta remedia à tentatione & vulneratione superbiz non præseruāt aut lapsū in eam non curant, quem tot verisimarum ac saluberrimarum considerationum lumina à falsitate atq; caligine vanæ ac tumidæ cogitationis non eruunt, incurabilis, obstinatus & nimis obscuratus esse videtur: præsertim si specialibus istis remedijs addātur generalia tentationū remedia præinducta. Vitanda est ergo omnis superbia cordis, oris & operis, incessus, ornatus vestitus ac cæterorū. Hinc in libello de Conflictu virtutū & vitiōrū habetur: Superbia dicitur: Multis aut omnibus melior es verbo, sciētia, diuitijs, honorib; & cunctis, quæ vel carnalibus vel spiritalibus suppetūt charismatibus. Cunctos igitur despice, cunctis te ipsum superiorē attende. Sed ad hæc respondet Humilitas: Memento quod puluis sis, cinis & putredo: & si aliquid es, nisi te tantū humiliter, quantum magnus es, perdis omnino, quod es. Nunquid altior es angelo primo nunquid splendidiōr es in terra, quæ Lucifer erat in celo? Quod si ille de tāta sublimitate per superbiam cecidit, quomodo ad tantam celsitudinem superbiens de imis cōscendens? Quam densissimis superbiere tene-

bris putamus in terra lutū inuolui, si in celo potuit stella, quæ manē oriebat, lucis suæ globos amittere? Audi ergo o tumor superbiz, audi adhuc magistrum humilitatis, dicentem: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Et rursus: Omnis qui se exaltat, humiliabitur. Itemque, Super quæ requiescet spiritus meus, nisi super humilē & quietum? Audi Apostolū de Vnigenito filio dicentem: Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanit, formā serui accipiens: factus obediens vsq; ad mortem. Si ergo tāta humilitate se depressit diuina maiestas, superbiere debet in aliquo humana fragilitas? Nunquid feruus aut creatura maior est Domino aut Creatore suo?

De remedijs tentationum auaritiæ. Articulus XXXIX.



Vi volunt diuites fieri in hoc mōdo, incidunt in tentationem & laqueū diaboli, & in desideria multa inuitia & nocua, quæ mergūt homines in interitum & perditionē: Radix enim omnium malorū est cupiditas. Quæ admodum ait Iohannes Apostolus: Qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Nempe ad grauiores sui damnationē à Christo Christianus vocatur, qui Christi vestigijs per virtutum itinera non sectatur. Primum ergo & prorsus efficacissimum, atq; per se verè sufficiens remedium cōtra omnē auaritiæ tentationē ac prauitatē, est diligens cōsideratio summe ac plenissimæ paupertatis Filij dei in seculo isto: qui cū esset diues, propter nos egenus factus est: immo tā pauper, vt ipsemet dixerit: Vulpes foueas habent, & volucres calididos, Filius autem hominis non habet vbi caput suū reclinet. Qui etiā propter nos in cruce nudus suspensus est. Deniq; quoniā venit in hunc mundū, quatenus exēpio & verbis ad spiritalia, cælestia & æterna bona dignissima nos inuitaret, inflammaret atq; perduceret, docuit cuncta carnalia, transitoria & terrena esse spernēda, nisi in quantum ad spiritalia & æterna fuerint necessaria siue ac cōmoda, iuxta quod ait apostolus: Habētes victū & quibus tegamur, his cōtēti simus. Hinc Climacus ait: Auarus est euāgelij subfannator. Secundum remedium est, cōsideratio salubrium ac terribilium doctrinarū æternæ sapientiæ contra auaritiæ morbum & impietatem. Etenim in Mattheo Christus loquitur: Quam difficile, qui pecunias habent,

habent, intrabunt in Regnum cælorum. Quibus verbis adiecit: Facilius est camelum per foramē acus transire, quàm diuitem intrare in Regnum cælorum. Et alibi: Væ, inquit, vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram. Vnde per Esaiam locutus est: Væ vobis, qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis: nunquid vos soli habitatis in terra? Tertium est, attentā cōsideratio mortis, breuitatis quoq; & incertitudinis vitæ præsentis. Vnde ait Gregorius: Longa nostra desideria increpat breuis vita. In casum multa pro victu portatur, cū propè est, quò pergitur. Idcirco dixit Hieronymus: Faciliter despicit omnia, qui semper cogitat esse se moriturum. Talis quippe attendit, quòd omnia ista terrena citò relinquet, quem admodum ait Apostolus: Nihil intulimus in hunc mūdum: haud dubium, quia nec auferre quid possumus. Nōne ad oculum mors ostendit, delicias, opes, honores seculi huius contemptibiles esse, quæ omnia simul in momento derelinquantur? Quartum est, cōsideratio inopiæ & ærumnæ, quæ diuitem & auarum tempore mortis ac deinde æternaliter comprehendunt. In morte namq; omnia sua terrena relinquere cogitur, & comitatur eum sua cupiditas, pro qua infernale penuriam, calamitatem, famem & sitim forsitur: in qua gutta aquæ ei negatur. Hinc scriptum est in Job: Diues cū dormierit, nihil secum auferet: apprehendet eum quasi aqua inopia. Psalmista quoque: Homo, inquit, cū dormierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius, & vsq; in æternum nō videbit lumen. Itemque, Nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Quintum est, cōsideratio inipientiæ, peruersitatis ac confusionis auarorum: quoniā terrena ista vilia ac infima bona præferunt summo, inuariabili, infinitoque bono, per quod maximam irreuerentiam arrogat infinitæ excellentiæ Dei. Similiter temporales ac perituras citoq; deferendas diuitias preeligunt & præponunt spiritalibus, supernaturalibus, præstantissimis bonis gratiæ ac virtutum, æternisq; donis gloriæ beatorū, carnem quoq; suam vile citò in putredinē resoluendam plūs amant & excolunt quàm immortalē ac nobilem animā suā, quod totum stultissimum est & omnino præposterum, ac sempiterna confusionē dignissimū: idcirco à summo ac sapientissimo Iudice iustissimè irridebuntur, & vnique eorū dicitur: Sapiētia tua & scientia tua decepit te. Sextum est, cōsiderare, quàm vile & enor-

me peccatum sit auaritia in seipso: siquidem tanta est eius enormitas, vt dicat Apostolus: Auaritia idolorum est seruitus: plūs enim quærit & colit nummum, quàm Deum: plūs quoque honorat in proximis opes, quàm Deum & gratias. Nam si occurrant auaro duo, quorum vnus sit pauper & virtuosus, alius diues & cupidus, plūs appetatur ac veneratur diuitem illum, quàm pauperem talem. Ideo scriptum est in Ecclesiastico: Avaro nihil est scelestius, nihil est iniquius quàm amare pecuniam: hic enim animam suam habet venalem. Septimum est, cōsiderare, quàm multa & magna peccata ex auaritia oriuntur: ipsa quippe, vt præactum est in præallegatis Apostoli verbis, omnium malorum est radix, quoniam ex abundantia diuitiarū, ad quam tendit, sequi solent vita gulosa & lubrica, superbia, otium, iactantia, præsumptio & innumerabilia mala. Vnde rectè Innocentius pretestatur: Diues in superfluitate resolutus, iactantia effrenatur, currit ad libitum, corruit ad illicitum, & sunt instrumenta peccatorum, quæ erant oblectamenta culparum. Hinc denud loquitur: Cupiditas sacrilegia committit & furta, rapinas exercet ac prædas, bella gerit, homicidia facit, Simoniacè vendit & emit, iniquè petit & rapit, iniuste negotiatur & sceneratur, inflat dolis & fraudibus, dissoluit pactum, violat iuramentum, mentitur, & falsa testimonia loquitur, & peruertit iudicium. Octauum est, cōsiderare tam mala culpæ quàm mala pœnæ, quæ non solum in futuro, sed etiam in præsentī auaritiæ sunt annexa: est etenim labor in acquirendo, timor in possidendo, dolor in amittendo diuitias: ideo pungunt, inquietant, dilacerant mentem, nec sinunt eā in Deo quiescere, nec auditis Dei sermonibus obedire, atque (vt ait Chrysostramus) diuitiarum sequela est luxuria, gula, ira intēperata, furor iniustus, superbia, iactantia, & omnis irrationabilis motus. Hoc totum Christus breuiter agit, cū ait: Aërumnæ, inquit, seculi & deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiscentiæ introeunt in cor, suffocant verbum Dei, & sine fructu efficiuntur. Merito itaque dixit Gregorius: Magna quies & securitas cordis, nil habere concupiscentiæ secularis. Nam si ad terrena concupiscenda cor inhiat, securum & tranquillum esse nullatenus valet, immo (vt fatetur Bernardus) diuitiarum insatiabilis amor longè amplius animam torquet, quàm eam suo vsu refrigeret. Nonnum remedium, cōsideratio status præ-

Superbia qd.

Gen. 11. Esai. 14. Gen. 3. 1. Reg. 17. 1. Reg. 31. 1. Mach. 7. 2. Mach. 9. Exod. 14. 1. Reg. 19. 1. Mach. 37.

Gen. 3.

1. Mach. 37.

Matth. 11. Luc. 14. 1. Mach. 37.

Philip. 1. Mach. 37.

1. Mach. 37.

1. Tim. 6.

1. Tim. 6.

1. Mach. 37.

1. Mach. 37.

1. Mach. 37.

1. Mach. 37.

1. Mach. 37.

1. Mach. 37.

1. Mach. 37.

1. Mach. 37.

1. Mach. 37.

1. Mach. 37.

1. Mach. 37.

1. Mach. 37.

1. Mach. 37.

1. Mach. 37.

sentis: quoniam in hoc mudo positi sumus vt peregrini & viatores: ideo sicut stultus viator est, qui sibi ipsi quotidie cupit augere ac superimponere ea, quorum pondere à processu impediatur: sic spiritualiter stultus est, qui sibi iugiter appetit plura temporalia procreare, aut habita cupidè reseruarè, quorù possessione, amore, abusu & effectù magis ac magis à profectu impeditur virtutum, & à progressu ad veram salutem propter annexa eis mala, vt patuit: vnde ait Gregorius: Vitium auaritiæ mentem ea infectam tam graue reddit, vt ad appetendum celestia fructerè attolli nõ possit. Etenim vili hanc terrenorum dominio subdit, atque seruitute eam miserima deprimit.

X.

Gregorius.

XI.

matth. 6.

XII.

matth. 5.

XIII.

matth. 16.

adoratio idolorum, mater infidelitatis, infirmitatum causatrix, senij diuinatrix, vt videatur terrena rationabiliter congregare, quasi Creator non habeat prouidentiam vitæ humanæ.

De remedijs specialibus contra tentationes luxuriae. Articulus XXX.



Vndemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. Sunt vitia quædam in se ipsis amara & afflictiua, aut afflictioes & difficultates ac resistentias graues annexas habentia: ira nanque, inuidia, indignatio, rancor, odium, timor, tristitia, impatentia, amaritudo, contentio, in seipsis sunt afflictiua: superbia verò, ambitio, auaritia & confimilia quædam, habent annexas difficultates, labores resistentias, afflictiones. Nempè qui in montè dominationis, honoris aut præsentia cupit & conatur ascendere, multos patitur resistentes, ex aduerso ascendere cupientes, contra quos mordetur suspicione, inuidia, odio. Itaq; tentationibus vitiorum istorum efficacius resistitur, inuendo & rectè considerando eas, ac vitia, de quibus impugnant: quò enim diligentius considerantur, eò plùs abhorrentur propter pœnalitates adiunctas. Porro alia sunt peccata in seipsis delectabilia, vt præsertim vitia carnis: quæ quantò plùs considerantur, quàmuis in seipsis sint bestialia, fœda, vilia atque enormia, tamen tantò plùs titillant, excitant, mouent, alliciunt appetitum propter annexam delectationem concupiscentiamque innatam: ideo talibus vitij & eorum tentionibus melius resistitur, cogitationem & omnè imaginationem atq; memoriam & ad spectù mox ab eis totaliter auertendo, etiam cum aspersione & indignatione salubri, immo & cum prolotione interiectionis illius, scy. Nã cum prolotione monasyllabæ huius scy superatur Diabolus & stimulatio carnis, vt in tractatu suo de Vitijs & virtutibus scribit Gualelmus Parisiensis. Ideo statim, dum sentimus nos de vitij carnis tentari, dicamus ex corde, scy: sicq; cum indignatione & contemptu sordidi inquinamenti auertamus nos à tali tentatione & ab omni intuitu sui obiecti & occasionis atq; materiæ, quemadmodum auertis oculis auertimus nos à fœtidissimarù inspectione spurcitiarù. Hoc ergo est primù præcipuùq; remediù tentationù & vitiorù carnaliù, mentè ab eorù intuitu, cõmemoratione, imaginatione statim auertere, cum tam viliù spurcitiarum cordiali

1. Cor. 6.

Quo p[ro]p[ter] se h[ab]ent à tentationibus p[ro]f[er]uere.

0. 1. 7.

II.

ap[osto]l. 5.

cordiali aspersione, eorum quoq; occasiones, causas, matetias, incitamenta & obiecta fugere & vitare, ac inde se elõgare, sicut hortatur Apostolus. Quòd si quæratur, qualiter possit se homo inde ita auertere, potissimè dum tentator talia oculis interioribus importunè, improbè atque assiduè repræsentat, caro quoq; inflammetur & intra se stimuletur, ita quòd dignis concupiscentia tanquam clibanus interdù exardescit in ea, iuxta illud: Succèsi sunt quasi clibanus à coquentes: est respondendum, quòd omnis affectio ex præuia quadam apprehensione seu cognitione procedit: quia obiectum appetitus, est bonum cognitù: idcirco qui cupit inordinatam affectionem aut carnalem concupiscentiam, motumq; corporis inde prouenientem vitare, studeat vitare aut à se protinus remouere apprehensionem, in inspectione seu imaginatione obiecti carnalis seu delectabilis rei, ad quam inordinatè ac sensualiter affici potest, siue afficitur vel mouetur. Et si quæratur, qualiter possit se à tali inspectione, cogitatione seu imaginatione auertere: dicendù, quòd conuertendo se ad considerationem rerum salubrium, & potissimè ad considerationem eorum, quæ pariunt compunctionem & salubrem timorem, piam compassionem vtilemq; tristitiã, vt sunt consideratio dominicæ passionis ac propriæ mortis, diuini quoq; iudicij & infernalis supplicij, ac præteritarù culparù atque adueritatum & tribulationù proximorum fidelium, & quòd quotidie tot ac tanta sunt in mundo flagitia, tamq; innumerabiles homines pereant & damnentur. Qui itaque cupit carnalium tentationum & vitiorum carnis euadere laqueos, faciat sibi consuetudinem considerandi assiduè passionem Saluatoris, secundum omnem modù suprã introductum, ac sua nouissima & peccata præterita, pericula quoq; quibus vndique circumallatur: sicq; quotiescunq; se senserit carnali tentatione pulsari, mox ad præcordialem dominicæ passionis considerationem recurrat, & sua aduertat nouissima, atq; quàm sæpè & grauiter offenderit Deù.

II. Secundum remedium est, immoderatam uitare potationem & refectionem lautam superfluam, præsertim calida alimenta, & vinum, in quo viget luxuria, ex quibus carnalium vitiorum ac tentamentorum fœdorù generatur incitamenta atq; materia: propter quod dixit Apostolus: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Nempè ex gula generari luxuriam, certum est, & vt ait Hieronymus: Venter merito est uanus, in libidinem

citò despumat. Tertium est, vitare lubricorum consortia, quæ sunt vehementer nocua, sicut ait scriptura: Qui se iungit fornicarijs, erit nequam. Et rursum: Amicus stultorum, id est, & carnalium & prauorum, efficietur similis eis. Cum enim homo ex seipso sit pronus ad vitia ista, iuxta id Genesefo: Sensus & cogitatio cordis humani, * proni sunt in malum ab adolescentia sua, ad vitia ista aliorum persuasionibus & exemplis faciliter trahitur. Quartù est, diligenter atendere, tamen celeriter sine inimoracione enormitatem & vilitatem huius peccati & brutalitatem ac inhonestatem ipsius, ac mala ei annexa: quoniam multa ac graua mala ex ipso sequuntur, & per vitium istud fit homo præcipuè bestialis, accedens, leuis, depressus, intimoratus: maxima quoque turpitudine in ipso apparet: idcirco præcipuè derogat dignitati ac nobilitati naturæ humanæ. Vnde & specialiter fertur coram Deo & Sanctis eius fœtere, sensibilem quoque eius fœtorem multi virtuosij perceperunt frequenter. Vnde in Vita patrum narratur de angelo sancto, qui ambulans cum Eremita, & obuiam habens cadauer, nares non obstruxit: obuians autem iuueni pulchro, sed lubrico, nares mox obstruens, se ab illo auertit. Quintù est, benè pèfare, qualis erit caro post mortem, quàm fœda & putrida. Hinc fertur in Vita patrum, quòd dum quidã frater in eremo vehementissimè tentaretur de quadam muliere formosa, & audisset eam esse defunctam, nocte aperuit eius sepulcrum, & sumès partem de putredine eius, posuit eã in cella sua: cumque illius intuitu ac fœtore affligeretur, dixit cogitationi suæ: Ecce habes carnem quã appetebas, satiari eius amplexu: sicq; cessauit tentatio sua. Refert quoque Gualelmus Parisiensis: Quidã nostris temporibus sumpsit caluariam fœmine speciosæ, quam, quoties tentabatur, adspexit: & ita cessauit sua tentatio. Sextù est incautos & morosos mulierum ad spectus, amplexus & oscula, familiaria colloquia, loca secreta, visitationes, laterales consessus, attactus, munuscula deuitare. Dauid nanq; incautè adspiciens, concupiscentia fuit victus: & Samson per fœminea blandimenta est superatus. Ideo sanctus Iob ait: Pèpigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Et in Ecclesiastico habetur: Virginem ne conspicias, ne scandalizeris in decore eius. Auertefaciem tuam à muliere compta. Noli respicere in vicis ciuitatis. Propter speciem mulieris multi perierunt. Eadem ratio:

III.

Eccle. 10. Proverb. 13.

Gen. 8.

* proni

III.

V.

VI.

1. Reg. 14. Iudic. 16.

Iob. 31.

Eccle. 9.

cohibendus est auditus ab aduertentia carminum amatoriorum scemineorumq; cantuum. Septimū est, otia fugere, seq; iugiter occupare honestē: quia, vt dicit scriptura: *Multi mala docuit otiositas: atque in concupiscentijs est otiosus & piger.* Propterea de otiosis ait Propheta: In labore hominū non sunt, & cum hominibus non flagellabūtur, ideo tenuit eos superbia: transferunt in affectum cordis. Octauum est, omnem vitare superbiam, quoniam propter eam multi sinuntur in vitia ruere carnis. Nonum est, corpus proprium egregie disciplinare vigilijs, ieiunijs, asperitateque strati ac vestibus discretē domare, & in seruitutem redigere rationis. Decimum est, studio sacræ scripturæ insisterē, seq; spiritalibus exercitijs strenuē occupare: ideo ait Hieronymus: Ama studia scripturarum, & carnis vitia non amabis. Si his specialibus tentationum carnalium remedijs addantur generalia tentationum remedia, poterit Deo auxiliante homo in omni tētatione huiusmodi præualere: ad quod etiam confert potissimē adimpletio Evangelici consilij Christi, perpetuam continentiam consulentis: consideratio quoque aureolæ, quæ simul cum præmio substantiali virginibus, perpetuam virginitatem seruare proponentibus, finaliterque referuantibus, est promissa.

De remedijs tentationum iræ & impatientiæ. Articulus XXXI.

Proverb. 27.



IRa non habet misericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati spiritus ferre quis poterit? Ira est deliderium vitiorum: seu irrationabilis commotio cordis propter quamcunque aduersitatem. Primum ergo contra tentationem ac vitium iræ remediū est, considerare proprias culpas, ac propter eas se reputare omni vilipensione, iniuria, afflictioneque dignum, atque ob hoc talia æquanimiter tolerare: in multis nanque offendimus omnes. Ideo in Iob scriptum est: Vtinam deus ostenderet tibi secreta sapientiæ tuæ, & intelligeres, quod multo minora exigaris ab eo, quam meretur iniquitas tua. Hinc Iudith ait: Nos ergo non vilificamur nos pro his quæ patimur, sed reputates peccatis nostris hæc ipsa supplicia esse minora, flagella domini, quasi serui qui corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem nostram euenisse credamus. Sic Dauid Rex iniurias, maledictiones, cōsūtia Semel mansuetissimē ac patientissimē tulit, quoniam

Primum contra iram remediū.

Iacob 2. Iob. 11.

Iudith. 9.

2. Reg. 16.

considerauit se Deū grauiter offendisse. Secundū remediū est, sapienter attendere præordinationem prouidentij Creatoris, qui est optimus ac fidelissimus Pater, sine cuius præordinatione nulla aduersitas potest nobis contingere, nec permittit nobis aduersa accidere, nisi pro nostro meliore, quantum in ipso est: idcirco cuncta aduersa & aspera debemus accipere tãquàm quædam munuscula de manu Patris altissimi, ex p̄lo Vni geniti Filij Dei, qui passioe instante dixit ad Petrum pro ipso zelantem: Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam illud? Tertium remediū est, aduertere maximam & multiplicem fructuositatem & vtilitatē iniuriarum, aspernationum, afflictionū & aduersitatum, dummodò æquanimiter tolerantur, sunt etenim medicinales, & valent ad delēda peccata præterita, ad vitandū præsentia, ad præcauendū futura, ad impetrandū gratiarum charismata ac profectū in eis, ad conformandū se Christo propter nos passio, ad euadendū supplicia Purgatorij aut inferni, & ad ingrediendum celerius, ad ipsæcūm copiosius gaudia sempiterna regni cælestis: ideo meritō ait scriptura: Beatus homo, qui corripitur a Domino. Quartum remediū est, consideratio totius mansuetudinis & patientij Christi in seculo isto, ab exordio suæ natiuitatis vsq; ad mortem crucis, qui in tota conuersatione sua ac passione tot & tanta absq; omni suo demerito tranquillissimē tolerauit, & dixit: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Quotō magis nos viles ac miseri peccatores debemus propter nostros excessus omnem parumpensionem, aduersitatem, molestiam patienter sufferre, cum Michea Propheta dicē: Iram Domini portabo, quia peccaui ei? Vnde in Threnis loquitur hieremias: Quid murmurauit homo uiuens, vir pro delictis suis? Quintum est, rectē pensare quàm vilis, irrationabilis, inhonesta & pœnalis sit ira in semetipsa: nempe ex suo genere est peccatū mortale, caninum, furibundum, afflictiuum valdē & fatuum: ideo scriptum est: Virum stultum interficit iracundia. Et Salomō protestatur: Ira in sinu stulti requiescit. Itemque: Impatiens operatur stultitiam. Per iram feris & canibus assimilamur. Ideo Ioseph ad fratres suos in iracundia inquit, in via. Itaque iracundus seipsum affligit, perturbat, deordinat, & maximē lædit, immo spiritaliter perimit. Propter quod ait Hieronymus: Quid iracundo furor suus confert, quem scruissimis stimulis exagitatū ita ab omni consilio ac mente deturpat, vt dum irascitur, infanire

IA

leban. 17.

III.

104.

III.

math. 11.

Mich. 7.

Thren. 2.

V.

Tob. 5.

ecclesi. 7.

Proverb. 14.

Gene. 45.

hieronymus.

VI. sanire credatur? Sextum est, perpendere nocumenta, quæ irascēti ac alijs infert ira. Mentem nanque infatuat, sapientiam auferit, Spiritum sanctum expellit, alios scandalizat, & contemptibilem efficit hominem atq; inep tum ad regendū seipsum ac alium. Ideo ait Gregorius: Per iram sapientia perditur, vt quid quoque ordine agendum sit, nesciatur. Per irā quoq; iustitia vera relinquitur: quia, vt ait Apostolus Iacobus: Ira viri iustitiam Dei non operatur. Per iram gratia vitæ socialis deperditur, māsuetudo amittitur, lux veritatis deseritur. Per iram excluditur Spiritus sanctus, qui super quietum & humilē requiescit. Iracundus itaque grauis est condonesticis suis & scādalo sus: propter quod in Prouerbij scriptum est: Spiritum ad irascendum facilē quis poterit sustinere? Hinc Climacus testatur: Quemadmodū vnus lupus totum ouium gregem perturbat, sic vnus iracundus aut impatiens totam cōgregationem inquietat. Vnde & vnus sanctorū locutus est Patrum: Sic ut sumus hospitem expellit de domo, sic ira Spiritum sanctū de corde. Et alter asseruit: Iracundus, etiam si mortuus fuisse, Deo placere non potest. Nempē sicut tempestas nocua est vineæ, sic iracundia cordi. Septimum est, seipsum ad mansuetudinem & patientiam toto conatu indefinenter assuefacere, atque addiscere in paruis aduersis iram & impatientiam totaliter refrenare, sicque eas paulatim omninō eradicare. Hinc quidā homines boni, vt patientiam discerent, quosdam peruersos & impatientes secum detinuerunt, vt eorum insolentiam tolerando, māsuetudinem plenam & patientiam discerent consummatā. Sic & Socrates interrogatus, cur domi tene ret duas vxores litigiosas & pēsimas, dixit: Vt in domo patientiam discam, quam foris exhibeam. Octauum est, commotionem & flammam iracundiæ intra se suffocare, ne erumpendo noceat, incendat scandalizetque alios. Ideo ait Ildorus. Tene silentium, rancendo citius vincis. Hinc super illud Prouerbiorum: Fatuus statim indicat iram suam, Glossa fatetur: Natura iracundiæ est, vt prolata plūs ferueat, repressa languescat. Vnde Abbas Isaac requisitus, cur sic adæmonibus timeretur, respondit: Ex quo factus sum monachus, non permisi iram vsq; ad guttur meum ascendere. Nonum est, de inhonestate propriæ iræ verecundari, & sibij de ira irasci, camque debitē in se castigare. Ideo affirmat Ambrosius: Qui sibij irascitur, altera commotus est & ira vidus, desinit alteri irasci: qui verō iram suā pro-

bare vult iustam, plūs inflammat, & citō in crimen dilabitur. Decimum est, proprias infirmitates & defectuositates, quæ ab alijs tolerantur, perpendere, sicque aliorum defectus libenter sufferre. Nam ideo quidam alijs irascuntur tam citō aut vehementer, quoniam defectus proprios non aduertūt. Propterea monet Apostolus: Alter alterius onera portate. Et rursus: Considera te ipsum, ne & tu tenteris. Improbum autem est, velle portari à proximis, & eos piē portare non velle. Vnde decimum est, facere sibi quotidie forte propositum abstinentiæ ab omni ira & impatientia quicquid aduersitatis occurrerit, atque præmiditari que possunt occurrere, & contra ea per patientiæ clypeum separare: præuisa quippe iacula minus nocent. Duodecimum est, se ab iniuriante prudenter auertere, & aliam bonam occupationem seu locutionem assumere, vt sic suæ cōmotionis homo obliuiscatur: quemadmodum volens extinguere ignem, subtrahit ligna. Tertiumdecimum est, considerare, quàm fructuosum atque laudabile sit coram Deo & bonis hominibus iram & impatientiam superare. Quartumdecimum est, obliuisci iniuriam, iuxta illud Leuitici: Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Postremō, ad extinguendum iracundiam aliorum valet exemplarietas in repressioe propriæ iræ ac molle responsum, taciturnitas quoque & beneficiorum impensio. Hinc in Prouerbij Salomon factus est: Responso mollis frangit iram. Itemque: Munus absconditum extinguit iram, & donum in sinu indignationem maximam. Et denuō: Si esurit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi, hoc enim faciens, prunas congeres super caput illius: Si quidem beneficia sunt velut prunæ ardentes ad amorem accendentes. His itaque remedijs cum præinductis generalibus tentationum medelis, contra tentationes iræ sumus semper muniti.

Galat. 6.

XI.

XII.

XIII.

XIII.

Leuit. 19.

XV.

Proverb. 15.

Proverb. 18.

Proverb. 25.

De remedijs contra tentationes inuidiæ & rancoris. Articulus XXXII.



Inuidiamur inanis gloriæ cupiditatis, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Inuidia ex suo genere vitium est enorme ac venenatum, cum sit inordinata tristitia, quæ inter omnes passiones magis nocua est animæ & corpori, vitque gratiæ ac vitæ naturæ. Quia, vt Salomon loquitur: Spiritus tristis exiccet ossa. Et denuō: Sicut vermis

Galat. 6.

Proverb. 19.

Proverb. 25.

Eccle. 3. 6.

nocet ligno & tinea vestimento, ita tristitia nocet cordi. Idcirco in Ecclesiastico fertur: Tristitia non des animę tuę: multos enim occidit tristitia, & non est vilitas in ea. Porro ex sua specie tristitia est enormissimum venenatissimumque peccatum, cum sit dolor de fraterna prosperitate, aut proximorũ gratia ac salute: & quo ad hoc vltimum, est peccatum in Spiritu sanctum, cuius bonitati directè contrariatur.

Primum contra inuidiæ tentationem remedium.

Galat. 6.

Primum ergo remedium contra tentationem inuidiæ, odij aut rancoris, est considerare enormitatem & venositatem vitiorum istorum, sicque ea totis præcordijs abhorre, abijcere & odire, quoniam mentem omninò inficiunt, atque à fonte totius bonitatis ac gratiæ maxime eam elongant. Hinc super præallegatum verbum Apostoli: Nò efficiamur inanis glorię cupidi, asserit Glossa: Per omne peccatũ mortale hostis antiquus virus humano cordi insudit: in vitio autè inuidię tota sua viscera concutit, atque in hac imprimenda serpens ille in fernalis pestem vomit: hinc vitia ista pestilentia valdè difficulter curantur, nisi quòd Medicus ille cœlestis omnipotès est. Denique, vitia ista charitati, quę summa virtus est, maxime ac directè contrariantur: Idcirco sunt vitiosissima, immo tam graui, vt sanctus Iohannes Apostolus fateatur: Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Secundum remedium est, pensare quòd vitia ista prorsus Diabolica sunt: Inuidia nanque Diaboli mors introiuit in orbem terrarum: & per inuidiã eius protoplasti parentes priuati sunt Paradiso, & infecerunt seipfos ac posteros suos. Ex inuidia Cain occidit innocentem Abel: & filij Iacob electum Ioseph, Iudeiq; Christum. Tertium est, quòd odiũ & inuidia sunt in seipsis pœnalitã & amarissima vitia, inuidiũ afsidue affligentia, & quendam infernum inchoantia ac producetia in eodem, ita quòd perit in se & consumit seipsum. Vnde ait Apostolus: Si inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicè consumamini. Nónne stultissimum est, seipsum intra se ita dilaniare, & per infernalem amaritudinem æterna inferorum supplicia sibi mercari, promereri, incurrrere, sicque in præsentĩ & in futuro esse miserimum, ac præsentis atq; sequentis vitę gaudijs se priuare? hinc ait Hieronymus: Oro te, quid delectationis aut profectus cõfert inuidia sua inuidia, quem velut acutissimis vngulis liuor ipse decerpit, & alienam felicitatem facit ipsius tormentum? Nèpe, vt testatur Gregorius: Inuidi color pallore afficitur, mens vitio se accenditur, membra frigescunt. In co-

1. Ioh. 3.

II.

Sapient. 2. Genes. 3.

Genes. 4. Gene. 37.

Matt. 27. III.

Galat. 5.

gitatione fit rabies, in dētibus stridor. Hinc quoque beatus præsul ac martyr differuit Cyprianus: In sunt inuido minax vultus, toruus ad spectus, pallor in facie, in labijs tremor, in dentibus stridor, rabida verba & effrenata conuitia, in mo & manus ad violentiam prona. Quartũ est, quòd hæc vitia mentem vehementissimè obtenebrant & indurant, ac circa proximos crudelissima sunt & maxime eis nociua. Inuidus enim nemini parcat, & quærīt siue occultè siue apertè nocere, vitam auferre, & beneficia Dei à proximis tollere. Hinc in sua prima Canonica scriptura scribit Iohannes: Qui odit fratrem suũ, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit, quòd eat: quoniam tenebrę obcæcaverunt oculos eius. Itemque: Qui non diligit manet in morte. Quintũ remedium est, cõsideratio charitatis Christi, qui pro crucifixoribus suis orauit, & nõ solum pro amicis & iustis, sed etiam pro inimicis ex charitate mori dignatus est, iuxta illud Apostoli: Cõmendat charitatem suã in nobis Deus: quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est: & cũ adhuc inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius. Nónne indignissimum est Christianus vocari, & induratissimam habet mentem, quem tantę charitatis consideratio ab inuidia non auertit, neq; ad veram dilectionem emollit? Hinc monet Apostolus: Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. Sextum est, cõsideratio documentorum præceptorumq; filij Dei, qui in Euangelio iubet: Diligite inimicos vestros: benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calūniantibus vos. Et rursus: Hoc est, inquit, præceptum meũ, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Itemque: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. In hoc cognoscunt omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Septimum est, cõsideratio dilectionis & beneficentię dei ad ingratos, iniquos & aduersarios suos, quos diligit, quãtũ ad id, quod sunt, & in esse conseruat, atq; de necessarijs prouidet ipsis, multos quoque eorum per prædestinationem æternam amat, conuertit & saluat. Vnde ipse ait: Sitis filij Patris vestri qui in cœlis est, qui solem suũ facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. De quo in Luca sic legitur: Eritis filij Altissimi: quia ipse benignus est super ingratos & malos: Hinc vas electionis hortatur: Imitatores Dei estote sicut filij charissimi. Octauum est, non diligere mundum & ea,

III.

1. Ioh. 3. V.

1. Ioh. 3. V.

1. Ioh. 3. V.

1. Ioh. 3. V.

VI.

Luc. 6.

1. Ioh. 3. V.

1. Ioh. 3. V.

VII.

Matt. 5.

Luc. 6.

1. Ioh. 3. V.

VIII.

quæ

1. Ioh. 3. V.

IX.

X.

XI.

quę mundi sunt, hoc est, inordinate non affici ad opes terrenas, ac temporales honores, ad carnales delicias: quia ex horum amore generatur inuidia: quoniã à multis simul & integrè haberi non quõit: ideo dicit Gregorius: Qui liuoris peste plene carere desiderat, illam hæreditatem (putã cœlestẽ beatitudinem) diligit, quam cohæredum numerus non angustat. Etenim tantò plus quisq; inuidet alteri bona præsentia, quantò immoderantiũs diligit ea. Nonum est, ea pendere, quę ad verum amorem inducunt, vt sunt similitudo naturę, communiõ gratię, vnitas religionis ac fidei ac corporis mystici, & quòd sumus inuicem mēbra & vnus exercitus Dei, vnus grex Christi ab eodem Creatore plasmati, ab eisdem primis parentibus generati, ad eandem felicitatem facti & ordinati. Decimum, quòd aliter ad Dei amicitiam pertingere nõquam valeamus, nisi inuicem nos amemus. Vndecimum est, cõsideratio prouidentię Dei omnia optimè ordinantis, atque rectissimè disponentis ac iudicantis: sicque contētari de ea, & proximis id fauere, quod ex diuina prouidentia concessum est aut contigit eis, nec velle reniti. Postremò, quia ex ira solet nasci inuidia, irã penitus tollam* de cordibus nostris, & proximis ignoscamus, neque ex aduersis tristemur, sed potiũs delectemur in ipsis, secundũ quod multipliciter profunt, prout præcedenti capitulo est expressum.

De remedijs contra tentationes acedię atq; pigritię. Articulus XXXIII.



Sque quòd piger dormies? quando conserges de somno tuo? paululũ dormies, paululũ dormitis, paululũ conseres manus vt dormias, & veniet tibi quasi viator egestas tua, & pauperes quasi vir armatus. Acedia charitati, qua Deum toto corde diligere iubemur, contrariatur: opponitur quoque laetrię, quę est virtus Deo cultum cæremoniãque impendens: cuius actus est deuotio, quę est promptitudo voluntatis ad ea, quę Dei sunt: cui promptitudini contrariatur acedia. Primum ergo remedium tetationum acedię atque pigritię, negligentię & torporis est, quòd diuina scriptura tam specialiter & vehementer irritat hac vitia, vt patet in præinducta authoritate. Vnde eodem Proverbiorum cap. rursus piger & accidiosus increpatorie ac iusta cum subannatione sapientia loquitur: Vade ad formicam õ piger, & discẽ sapientiam: quę cum non habeat du-

cem nec præceptorẽ, parat æstate cibum sibi & cõgregat in messe, quod comedit. Hinc denud in Proverbij de calua pigrorum excusatione asseritur: pigri: leo est in via, læna in itineribus: in medio platearum occidendus sum. Hinc quoque in Ecclesiastico de pigrorum inducitur vilitate: In lapide luteo lapidatus est piger, & omnes loquentur super aspernatiõẽ eius. De stercore bouũ lapidatus est piger, & omnis, qui tetigerit eum, excutiet manus. Secundum remedium tentationum acedię est, considerare, quantum hoc vitium sit Deo iniuriosum, abominatum ac displicens: cum etenim Deus excelsus & adorandus, sit infinite honorabilitatis ac dignitatis, valdè iniuriosum est excellentię ac reuerentię eius, quòd rationalis creatura sit pigra & accidiosa ad eius obsequium, aut negligens in eodem. Propter quod scriptum est in Hieremia: Maledictus est, qui facit opus Dei negligenter. Et in Apocalypsi dicitur negligenti ac pigro: Vtinam calidus esses aut frigidus: sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Quocirca testatur Hieronymus: Sola tepeditas est, quę solet Altissimo vomitum prouocare. Hinc iterum in Apocalypsi dicitur negligenti: Habeo aduersum te, quòd charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaque vnde excideris, & penitentiam age, alioqui venio tibi citò. Tertium remedium est, cõsideratio damni & calamitatis, quę per acediam incidit homo: per eadem nanque opera, quę facit homo, feruens, promptè ac delectabiliter & cum profectu gratię ac virtutum præcipuo ac glorię incremento, homo piger & negligens parum aut nihil promeretur de gratia aut gloria, immo frequenter damnationem incurrit, agitque opera illa cum tædio & labore & cum tristitia sine sapore, sicque habet infernum quendam in præsentĩ, habiturus grauiorem infernum in futuro, nisi abiecta acedia referuetur in charitate & Spiritu sancto. Ideo asserit Leo Papa: Non dormientibus aut pigritantibus prouenit regnum cœlorum, nec otio desidiaque torpentibus beatitudo eternitatis ingeritur. Quartum est, diligens cõsideratio infinitę honorabilitatis, dignitatis & excellentię Dei, atque ex hac cõsideratione excitari & inflammari ad promptam & reuerentialem honorificentiam eius, præsertim cum ipse cuncta intueatur, & radicem atque affectionem, ex qua ei seruitur, agnoscat ac magis pendat quam opus. Hinc primo Paralipomenon sanctus Rex Dauid filium suum

Proverb. 26

Eccle. 22

II.

1. Ierem. 48

Apoc. 3.

1. Hieronymus

Apoc. 2.

III.

III.

1. Paral. 26

Salo.

D. DIONYSII CARTHVSIANI

634

Salomonem informans: Tu, inquit, fili mi scito Deum Patris tui, & serui ei corde perfecto & animo voluntario. Omnia enim corda scrutatur Dominus, & vniuersas mentium cogitationes intelligit: hoc est, quod in Iosue inungitur nobis: Timete Dominum, & seruite ei corde perfecto atq; verissimo. Hinc Ambrosius increpans pigrum & irreuerentem, disseruit: O homo impudens, millia millium Deo angelorum ministrant, & decies millies centena millia ei assunt: & tu federe praesumis? Quintum est, consideratio seruitutis humanae: videmus quippe quam reuerenter & attonite, quam prompte ac feruide serui Regum ac Principum terrenorum suis Dominis obsequantur: quibus si negligenter, pigre & defectuose seruirent, mox grauitur indignarentur talibus seruis, seque contemptos magis quam honoratos arbitrarentur: quanto magis Deo excellentie infinitae, cum omni diligentia, custodia & seruiore est obsequendum, & damnationem magis quam gloriam promerentur, qui ei cum desidia seruiunt ac torpore. Nonne iniustissimum improbitissimumque consistit, hominem magis reuereri quam Deum? Sextum est, pugnare contra seipsum & propriam increpare ignauiam, dicendo: Regnum caelorum vix paritur, & arcta est via salutis, sicq; strenue aggredi opus bonum, & cum agilitate incipere, atque cum quadam coactione ad spiritalia exercitia assuefacere semetipsum, quousque sibi in consuetudinem conuertantur, & paulatim dulcescent: In principio etenim solet accidere difficultas, sed viriliter continuanti accedit suauitas: quoniam habitus, praesertim consuetudo, delectabiliter operatur. De hoc in regula S. Benedicti multa dicuntur. Septimum est, in bona consuetudine perseverare, bonaque opera exercere, siue sensibilis percipiatur deuotio & seruoris suauitas, siue non: ideo ait Bernardus: Dum accedia aut tadio te affici sentis, noli ob hoc diffidere, neque a studio spiritali desistere, sed manum require Dei adiuantis, & clama: Trahe me post te. Et rursus: Adiuua me Domine Deus meus. Octauum est, vt ea, quae quotidie agimus, studeamus non ex consuetudine superficiali ac arida agere, sed semper cum maiori diligentia atq; deuotione. Quidam equidem bona quaedam ad tempus agunt deuote, sed tempore procedente ex tepida consuetudine: quocirca Dominus iussit in Leuitico: Ignis in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subiiciens ligna per singulos dies. Per quod datur intelligi, quod in altari cordis indefin-

ter debet ardere ignis diuini amoris, quem homo seipsum Deo sacrificans, praesertim sacerdos Deo Patri offerens Christum, debet omni hora nutrire, recolendo immensam Altissimi bonitatem & beneficia ac promissa ipsius, ac bonis semper inhaerendo operibus. Nonum est, variatio & alternatio actionum & occupationum bonarum, ita vt nunc insistat quis orationi, nunc meditationi, nunc studio, nunc lectioni, nunc operi manuum. Hinc fertur in Vitalis patrum, quod beatus Antonius sedens in eremo, & spiritu tentatus accedens, clamauit ad Dominum: Domine, volo saluari, & non permittunt me cogitationes. Quid agam in hac tribulatione anime meae? Quo dicto, vidit quendam in forma sua sedentem, & opus manuum exercetem, deinde surgentem ad orandum, & rursus residentem ad operandum, ac deinceps ad orationem surgentem, audiuitque vocem dicentem: Sic fac, & saluus eris. Quo audito, ille disparuit: erat autem angelus ad instructionem Antonij missus, & consolationem magnam accepit magnus Antonius. Hinc in fine secundi Machabaeorum habetur: Alternis vti delectabile est. Decimum est, deuota societas & exhortatio seruida proximorum. Hinc solitarijs solet accedia esse molesta. Vndecimum est, imaginatio praesentiae alicuius viri honesti, id est, ita se habere, ac si adesset homo honestus, in cuius praesentia erubesceremus nos negligenter habere ac pigre, atque ex hoc sibi mitem dicere: Si erubesceres te accedioso habere, homine tali praesente: quanto magis verecundari debes de negligentia atque accedia tua coram Deo ubique praesente & omnia intuente, & coram angelo tuo sancto. Duodecimum est, consideratio periculorum, quibus expositi sumus: & quoniam inuisibilibus inimicis, infernalibus furibus & latronibus ex omni parte circumdamur, a quibus pigri finaliter capiuntur, spoliantur ac perimuntur: istud tamen inter generalia tentationum remedia computatur. Conformiter consideratio proximorum vitiorum & diuini iudicij ac futuri supplicij sempiternaeque gloriae expellit accediam. Hinc Abbas Achilles interrogatus a fratres quodam: Cur in cella sedens accediam patior? ait, quoniam nondum considerasti beatitudinem & praemia, quae speramus, nec tormenta impijs preparata: quae si dignè attenderes, quamuis cella tua esset vsque ad collem vermibus plena, tu tamen in ea patienter & sine accedia resideres. Postremò, quia accedia solet ex superflua repletione cibi & potus oriri, ex multiloquio quoque & rem-

Iosue. 24.

Daniel. 7.

V.

VI.

Matt. 11. Marc. 7.

VII.

Canti. 1. Psal. 68.

VIII.

Leuiti. 6.

IX.

X.

XI.

XII.

missione animi, in consolatione carnali atque ex immoderata occupatione in exteriori labore. Idcirco & alia remedia tentationum accediae sunt ista: loquacitatem reprimere, dissolutionem iocorum ac risum fugere, & sobriè refecti in corporali labore metem ad Deum frequenter leuare, orando & meditando saltem breuiter ac deuote. Itaq; ex omnium horum consideratione attendenda, ab omni iugiter caueamus accedia, negligentia & torpore.

De remedijs tentationum gulae. Articulus XXXIII.



Tendite vobis ne grauetur corda vestra crapula & ebrietate & curis huius seculi. Verba sunt Christi legislatoris nostri in Euangelio Lucae: Quomodo modum de tentamentis ac vitijs luxuria dictum est, quod melius superantur ac deuitantur fugiendo eorum materias & obiecta, societatesq; lubricas & occasiones huiusmodi vitiorum, cogitationes quoque de actibus & oblectamentis obscenis, eò quod vitia illa lasciuiae delectationes habeant sibi annexas, tantoque fortius alliciant & accendant affectum, quanto plius aut diuturnius cogitatur de eis, & quanto amplius propinquatur eorum materijs & obiectis, occasionibus & incitamentis de tentationibus ac vitijs gulae est sentendum ac faciendum: sicque primum contra ea remedium, est delicata conuiuia euitare, nec sibi ipsi praeparare, aut procurare alimenta superflua, lauta aut exquisita, sed fugere ea: & si quis ea vitare non valet, consulendum est ei, vt cum timore Dei accedat, moderatè vescatur, nec instar canis famelici super cibos & pocula se effundat, indisciplinate aut nimis auidè comedendo, aut tanquam lupus nimis voraciter se replendo. Secundum est, gulosorum vitare consortia, cum Salomon dicat: Noli esse in conuiujs potatorum, nec in comestationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt, quia vacantes potibus & dantes symbola, consumuntur. Tertium remedium est, considerare damna, nocumenta & vitia, quae corpori & animae ex gula proueniunt, de quibus in Ecclesiastico habetur: Vigilia & cholera & tortura homini infrunito: vinum multum potatum, irritationem & ruinas multas facit. Amaritudo animae, vinum multum potatum: suauitas autem animae & corporis, sobrius potus. Hincq; Salomò loquitur: Cui vescutus patri valet? cui rixat? cui foueat? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? nonne his,

qui comorantur in vino, & studet calicibus epotandis? Itaq; Luxuria, inquit, res vinu, & tumultuosa ebrietas: quicquid his delectatur, non erit sapiens. Aduerte ergo & imple, quod docet scriptura: Noli auidè esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam: In multis enim escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit ad choleram. Propter crapulam multi perierunt: qui autem abstines est, adiciet ad vitam. Hinc ait Gregorius: Dominante gula vitio quicquid homines fortiter egerint, perdunt: & dum venter non restringitur, coniunctae virtutes pariter obruuntur. Deniq; saturatus magis delectat fabulari, iocari, ridere aut certè dormire, quam solitudini, compunctioni, orationi aut laudibus Dei insistere: propter quod denudè dixit Gregorius: Epulas penè semper comitatur voluptas: dumque corpus in delectatione refectiois resoluitur, cor ad inane gaudium relaxatur. Atq; vt fatetur Chrysostomus: Sicut impossibile est ignè in aqua diu feruere, sic impossibile est copunctione in refectioibus laetis vigere. Itaq; gula etiam in praesenti multa inducit incommoda ac tormenta, infirmitates, torturas, sitim, calorem: & ipsa ebrietas vehemèter abbreviat vitam, idcirco stultissimum est, tam nocentissimo vitio consentire. Quartum est, considerare, quod gula est aliorum ianua vitiorum, ita quod qui gulam admittit, cuius vitijs in se praeparat locum & aperit aditum: ideo qui illud non expugnat, non potest proficere, cum ex gula nascatur libido, loquacitas, accedia, somnolentia, iocus, risus, chorizatio, detraçtio, indiscretio, contentio, bellum, obliuio Dei, & cõsimilia multa. Propter quod asserit Casianus: Qui bullibet escis venter refertus, seminaria parit luxuriae, nec praeualet mens discretionis gubernacula retinere, aliorum pondere praegravata. Quintum remedium est, perpendere, quam fructuosum & gloriosum sit vincere gulam ac conseruare sobrietatem, quae ad omnium virtutum ac sapientiae disponit augmentum: idcirco disseruit Augustinus: Sobrietas fugit temeritatem, & cuncta declinat pericula, obsequijs multuis obtemperat, detestatur superbiam, domum familiamque ritè gubernat, vitam prolongat, tranquillitatem & iucunditatem producit, sensus & mentis omniumque membrorum custodia est & cautela, pudicitiae ac castitatis munimen, pacis & honestatis amica, discretionis sublidium, expeditio rationis, viuacitas mentis, estq; sobrietatis perseverantia inestimabilis, fortitudo animi, quam cunctae virtutes omnesq; tituli laudis

Proverb. 20.

Eccl. 31.

Gregorius.

III.

V.

Augustinus.

laudis

2. Mach. 15.

Primum quod la remedium

II. Proverb. 23.

III.

Eccl. 31.

Proverb. 23.

laudis iugiter concupiscunt: quoniam sine ipsa ornare animam nequeunt, nec Deo placere. Hinc quoque Chrysostomus: Simplior, inquit, victus & mensa medicris, plurimum habet iucunditatis: e contrario diuitum mensæ, execrabiles existunt & horridæ atque contaminationibus plenæ. Itaque tot mala gulositatis, tan taque bona sobrietatis fortissimè nos accendant ad odium abiectionis: gulæ, & ad sobrietatis amorem obseruantiamque perennem. Sextum est, de futura refectioe non præcogitare inordinatè, nec de futura comestione aut potatione consolationem aut delectationem admittere, in ipsa quoque refectioe necessitatem, non voluptatè, exquirere, & ipsam refectioem ad Dei ordinare honorem, quatenus sumpta refectioe, aptior fiat homo bonis actibus inhærere. Septimū est, pensare quanta sit vilitas, perueritas, bestialitas, enormitas & immunditia gulæ. Ipsa quippe sordidissimum ventrem Deificat, & magis amat ac colit, quàm Deum, dicente de gulosis Apolos: Quorum Deus venter est. Ipsum quoque hominem, qui templum est Spiritus sancti, facit foedam coquinam Diaboli, & animam summæ Trinitatis imagine decoratam, deturpans, prosternit Dæmonibus. Octauum est, attendere, quàm vilis sit, foeda ac misera caro, & qualis erit post mortem, qualiter vermibus & serpentibus tradetur in escam, idcirco de eius ornatu, voluptate ac molitie non curare, nec eâ vermibus impinguare. Nonum est, intueri, quàm multi electi & boni, inopes sint & mendici, fame, siti & alijs penis confecti: idcirco eis non iniuriari superflue consumendo, vnde multis eorum posset utique subueniri. Decimum est, consideratio refectiois Christi in cruce ex aceto & felle, cui refectioi vicem condignam rependere non possemus, quamuis mille annis in pane & aqua ieiunarem, vt benè locutus est Climacus. Vndecimū est, spiritalem consolationem & virtuosam lætitiā in laudabilibus exercitijs querere, videlicet in studendo, psallendo, orando, meditando, virtuosisque actibus in sistendo, siquidem quælibet virtus suam habet delectationem, qua reficit mentem, & actui virtuosio delectatio est annexa. Ideo in Proverbij scriptum est: Gaudium est iusto facere iustitiam. Aristoteles quoque: Signum, inquit, virtutis est, delectatio fieri in opere. Immo & Christus ait: Meus cibus est, vt faciam voluntatem Patris mei. Cumque fuerit homo his delectationibus sinceris assuetus, sarnalia contemnet oblectamenta, & præ-

VI.

VII.

philip. 3.

VIII.

IX.

X.

Psal. 68.
Matt. 27.
Marc. 15.

XI.

Luc. 23.

Johan. 19

Prov. 21.

sertim in contemplatione consistit delectatio pura & magna, cuius amore consolationem carnalem debemus despicerè, iuxta quod ait Psalmista: Renuit consolari anima mea. Memor sui dei, & delectat⁹ sum. Duodecimum est, ad supernæ ac sempiternæ cœnæ iustis ac sobrijs præparatæ summas delicias assidue adspirare, ac eius desiderio & amore nunc sobriè adducere & bibere: quæ admodum cernimus, quod inuitati ad cœnam lautissimam temperantiùs prandent. Tertiumdecimum est, consideratio sobrietatis & abstinentiæ Patrum sanctorum, qui similes nobis fuerunt mortales, & tamè desiderio Dei & virtutum ac gloriæ abstinentissimam vitam duxerunt in terris, in solitudine, in desertis, immo de pane & aqua parcissimè & cum grandi formidine excedendi sumentes: per quod nostra confunditur infelix carnalitas, cum etiam secundum naturalis rationis dictamen naturalemque legem non plus sit accipiendum de cibo, potu & somno, quàm conuenit homini ad vsum rationis expeditum exercitiumque virtutis. Porro, secundum Euangelicam legem, etiā aliquid subtrahendum est necessitati naturæ, cum discretione pro vitiorum punitione impetrationeque gratiæ amplioris & imitatione Dominicæ passionis ad sanguinis minorationem, & carnis castigationem ac refrenationem. Hæc dicta sunt de remedijs tetationum septem peccatorum mortalium: & sicut ad septem illa reducitur & alia mortalia vitia: ita ex remedijs istis possunt perpendi specialia remedia cõtra illa, videlicet contra detractionem, contentionem & consimilia, in quibus omnibus est pensandum, quàm enormia sint in seipsis, quàm vehementer prohibita & nociua, quàm periculosa, & quanta ex eis mala sequantur, qualiter offensua sint Dei, scâdalizatiuaque; proximis quantam mereantur damnationem, quàmque ineffabilem tollant felicitatem. Veruntamè adhuc parumper de quarundam specialium periculofarum & difficilium tetationum remedijs tangam.

De remedijs contra quasdam molestissimas tetationes feretas & raras.
Articulus XXXV.

S Athanas se transfiguratur in angelum lucis. Videns Sathan nequissimus quodam se non posse vincere per tentamenta & peccata carnalia, neque per ea, quibus naturalis ratio contradicit, talibus solet tetationem ingerere

tere de quadam infidelitate aut hesitatione circa veritatem fidei Christianæ, ostendèdo varia argumenta ad persuadendum aliquid fidei sacræ contrarium. Quosdam incitat ad imaginadum turpiter de Christo & Virgine gloriosa, vel ad cogitandum indecenter ac indignè de deo, siue ad blasphemadū: quosdam impugnat ad occupandū se curiosè atque incautè de prædestinatione aut præsentia ac prouidètia Dei, & an ipsi sint prædestinati, vel quod sint præsciti. Aliquos verò tentat, vt sibiipsis manus iniiciant violentas ex nimio mœiore, de desperatione aut tædio vitæ. Nonnullos impugnat apparendo eis visibiliter in specie Christi aut angeli sancti, seu alloquendo, vel illicita tãquam bona iubendo: quosdã demum tentat vt discutiât mentem suam de hoc, an mallent æternas pœnas sustinere inferni, quàm Deū offendere culpam mortali. Aliqui demū tentantur mira quadam mentis ariditate, ita quod cœlum æneū eis videat, terraque ferrea: & apparet eis, quod sint præsciti. Itaque de harum tetationum remedijs aliquid breuiter etiam tangendum. Si igitur tentaris spiritu incredulitatis aut blasphemias, aut turpis imaginationis de Christo aut beatissima Virgine, nõ debes ex hoc contristari ac pusillanimis fieri, neque diffidere, quasi à Deo relictus sis, sed eas tetationes curare non debes, neque aduertere, immo potius deridere ac mentem inde auertere ad meditandum salubria & iucunda: nec arguere debes aduersus eas, quamuis verissimè ac faciliter possent confundi ac reprobari. Nempe ex argumentatione & ratiocinatione ac responsione ad eas magis refricarentur & accenderentur seu auerterentur: superbus nanque pertinaxque, Diabolus ita non cedit nec vincitur, sed citò, quod obijciat, inuenit. Verum æquanimitè ferre non valet, quod modo præfacto irrideatur, vilipendatur neque curetur, & cum iucunditate pertransatur: Ideo ei ita tentanti poterit iucundè ac breuiter dici, quod sanctus Franciscus docuit fratres suos dicere illi: Aperi os tuū, & projiciam ibi sterces. et quod Gulielmus Parisiensis docet, cum auertione & irrisione esse dicendum, videlicet tsey: atque quod Climacus tangit: Suggestio tua seu blasphemia tua sit tecum in perditionem, & in caput tuū redundet. Potest quoque fidelis piè ac simpliciter dicere sine vltiorum argumetatiõ: Ego credo sicut beatissimi Patres Antonius, martinus, Seruatius, Bernardus, Franciscus & similes eis, cū his cupio deputari ac premiari. Insuper potest tempore opportuno, & dū ad horam cessat sua tentatio, argumenta si-

dei Christianæ attendere, & qualiter per innumerabilia miracula soli vero Deo possibilia, & per scripturas testamenti veteris sit fides firmata, & quod nihil verius, nihil rationabilius, nihil ad contemplandum sublimius sit his, quæ Christiana asserit fides, dū omnia eius motiua ac fulcimenta atque insignia comportantur, ordo & nexus ac cohabitudo credendorum simul pensantur: tunc nempe apparet & constat, quod totū sit super hominem & super omnem adinventionem Diabolicam & humanam, ab omni quoque magica arte illibatisimum: ideoque totū certum esse diuinū, supernaturale ac magnificentissimum: idcirco sapienter dixit Richardus: Vtinã attenderent Iudæi, Pagani & omnes increduli, cum quanta securitate & conscientia synceritate poterimus pro nostra fide ad iudicium Dei accedere. Nonne cum omni confidentia Deo poterimus dicere: Domine, si error est in hac fide, à te & per te decepti sumus, quoniam ista, quæ credimus, tot, tantis ac talibus signis ac prodigijs sunt corroborata, quod non nisi à te fieri possunt, & quod eis non credere, extremæ dementiæ sit: & certè à summæ sanctitatis viris nobis sunt tradita, cum summa authentica attestatiõe prolata, te cooperante & sermonem confirmante sequētibus signis. Hi quoque, qui huic fidei firmiùs adhæserunt, & secundum eius præcepta plenius conuersati sunt, maioribus ac pluribus frequenter coruscauerunt miraculis, immo interdū maioribus quàm ipsemet Christus, secundū quod ipse prædixit: Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet: & maiora horū faciet, quia ego ad Patrem vado. Denique, ab exordio primitiua Ecclesiæ & Euangelicæ legis, omnia illa miracula, dona & supernaturalia charismata, quibus in veteri Testamento claruit synagoga, per gloriosos Apostolos & cæteros Christi discipulos ad Ecclesiam primitiuam & ad gentilitatem conuersam translata sunt, multoque abundantius data & facta in ea, quàm vnquam in synagoga. Præterea, præfactæ tetationes frequenter sunt præfagia gratiæ valdè specialis ac præeminentis dandæ eis, qui sustinet eas, & Deo sic dispensante ipsis contingunt, ne hominum laude aut propria reputatione fallantur aut extollantur, & vt profundius humiliet semetipsos, vel à carnalibus & periculosioribus tetationibus præseruentur: ideo tanquàm Diabolica susurraria patienter sunt toleranda & dissimulanda: quia non solum non inquinant hominem diffidentem, immo sunt ei occasio atque

Psal. 112.

1. Cor. 11.

ubi est inter istos sperantia.

Marc. 16.

Johan. 14.

materia promerendi & meriti copiosi. Non enim offenderet Regem filius eius audiendo ab aduersario sui patris conuitia contra eundem, quandiu cum displicentia audiret huiusmodi. Amplius, de hac re multa leguntur exempla: nam sanctus vir Hugo Gratianopolitanus Episcopus, eadem nocte, qua fuerat manè à summo Pontifice in Episcopum consecrandus, praefatis tentationibus cepit acriter impugnari: idcirco perterritus, proposuit suae electioni penitus cedere & Episcopatum dimittere, arbitrans DEVM sibi iratum propter huiusmodi tentationem, quam antè non fuit expertus: sed Dominus Apostolicus in talibus benè peritus, consolabatur atque instruxit eum. Multum enim valet ad expellendum tentationes huiusmodi, non eas abscondere, sed viris spiritalibus & discretis humiliter euidenterque pandere, & eorum informationibus consentire. Hinc Climacus narrat: Monachus quidam seruens ac diligens, per annos viginti taliter impugnatus, & ob id corpus suum ieiunijs, vigilijsque affligens, nec tamen ex hoc in hac causa aliquid releuamen experiens, scripsit tentationem suam in charta, & visitans quendam sanctum senem, obtulit ei chartam, prosternens se ad pedes sancti, nec vultum ipsius adspicere audens: senex autem dum chartam legisset, subripsit, & fratrem leuans: Fili, inquit, pone manum tuam super ceruicem meam: quò facto, locutus est senex: Super me sit hoc peccatum: & ecce antequam frater cellam senis egressus est, à sua tentatione est liberatus. At verò si de praedestinatione aut praescientia impugnaris, responde, quod Salomon ait: Sicut qui mel comedit multum, euomit illud: sic qui persecrutor est maiestatis, opprimetur à gloria. Et item quod Moses dixit: Si bestia tetigerit montem, lapidabitur. Illud quoque Ecclesiastici: Altiora te ne quaesieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quae praecipit tibi DEVS, illa cogita semper, & in pluribus eius operibus ne fueris curiosus: Non est enim tibi necessarium, ea, quae abscondita sunt, videre oculis tuis. Illud etiam Augustini: Quem trahat, & quem non trahat, quare illum trahat, & illum non trahat, noli velle iudicare, si non vis errare. Nondum traheris? ora vt traharis. Illud quoque Apostoli: O homo, tu quis es, qui respondeas DEO? Etenim DEI secreta sunt vena-

anda ac metuenda, non discutienda. Prætereà dicere poteris tentatori: Quicquid sit de me, certum est te esse damnatum: & si ego post hanc vitam à DEO repellar ac condemnabor, volo saltem in hac vita ei fideliter adhærere ac deseruire, ne in vtroque seculo caream tanto bono. Si verò tentaris, vt ex desperatione, morore aut tædio teipsum lædas ac perimas, sicut Achitophel & traditor Christi fecisse leguntur, dic animo tuo: Absit à me, vt ad euadendum temporale & paruum incommodum meipsum praecipitem, non solum in amarissimam mortem, sed etiam in æternam damnationem grauissimam. Absit à me de infinita DEI misericordia desperare. Nunquid plus peccari quàm Manasses, qui pœnitendo saluatus est: & tamen si omnia mundi peccata solus fecisset, non tamen de immensa Dei pietate disiderem. Aduersa autem patienter sunt toleranda. Amplius, si tibi apparet aut loquitur quis in similitudine seu persona Christi aut angeli, & iubeat se adorari aut sibi obediri ac credi, si gratiam discretionis spirituum non habes, non statim acquiescas: sed ora Deum, vt te instruat intrus, & veritatem reuelet. Deinde si certificatus non fueris, potes sub conditione adorare, & leniorum vti consilio debes. Prætereà si tentaris de hoc, an malles æternaliter condemnari, quantum ad mala pœnalia, quàm peccare: potes responsonem suspendere, dicendo: Spero quòd ad talem necessitatem seu articulum non permittet me Deus venire: & si venire permiserit, spero quòd eligerem, quod ipse inspiraret & melius esset. Postremò, si graui mentis ariditate aut anxietate seu desolatione tentaris, considera ac attende interminabilem bonitatem & misericordiam Dei, atque infallibilem veritatem ipsius, qua dixit se nullum in ipso sperantem derelicturum: & quòd ipse suos electos varijs modis tentat aut tentari permittit, non autem finaliter deserit, immo quòd grauius affligit ad tempus, eòd perseuerantem gratiosius consolatur, gloriosiusque coronat. Hæc de harum remedijs tentationum non nisi succinctim ac breuiter tango hoc loco rationabili ex motiuo.

De quibusdam tentationibus, quæ solent quosdam religiosos grauius occupare, & earum remedijs. Articulus XXXXVI.

Cer-

Sept. 10.



Ertamè forte dedit illi Dominus vt vinceret, & sciret, quoniã omnium potètiore est sapientia. Vim hominis intellectuam conatur Diabolus varijs modis subuètere, suggerendo hereses, incredulitates, curiosas inuestigationes, stultas obseruationes, temeraria iudicia, negligentiam debitæ inquisitionis, carnalem prudentiam: inter quæ & consimilia quòsdam sic fallit, abducit, excæcat, vt de paruis culpis grandem sibi conscientiam faciant: de grauioribus autè & de his, quæ directè sunt contra præcepta Dei siue Ecclesiæ, aut contra sua vota, partiam aut nullam conscientiam habent, nec super hoc informationem suscipiunt, sed suis erroneis immorantur iudicijs, ac suggerente Diabolo, idcirco se reputant multum deuotos & iustos, quia de paruis & minimis culpis tantã sibi vim scrupulorumque efficiunt. Tales sunt quidam hypocritæ, religiosi; aliqui superficiales & crudi, circa cæremonialium suorum obseruantiam vehementer intenti, qui de moralium suorum transgressione votorum paruum aut nullum habent remorsum, nec de passionum suarum refrenatione solliciti sunt, nec reformationi student internæ. Hi, si viderint alios in paruis culpabilibus, protinus eos diiudicant, acriter reprobant, & indiscreto zelo feruntur. Sic Pontifices, Scribæ ac Pharisei Iudæorum verebantur intrare Pilati pratorium, ne contaminarentur: nec audebant pecuniam, pro qua emerant Christum ad occidendum, in corbonam mittere, non tamen metuebant Christum sic emere atque occidere. Tales student foris esse compoliti, non autem formidant coram Iudice summo esse suscipiofi, impatientes, temerè iudicantes, animosi & detrahantes: quibus ait & comminatur Saluator: Væ vobis, qui similes estis sepulcris dealbatis, quæ à foris apparent speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcicia. Nepe si tales modica exercitatioe aut quasi iniuriazione quadã tangantur, mox apparet pessimus fetor iræ, impatientiæ, elationis, contètionis: obliuio quoque propriæ voluntatis atque immanio proprii sensus tãquam durissima ossa, ita vt agnitam veritatem non sentiant, neque sequantur, nec incognitam velint audire, vtputã sapientes ac iusti in oculis suis, cum tamè omninò peruersè se habeant: quoniam charitas incipit à suo subiecto, & ordinatè procedit: vera quoque sapientia sicut detestatur & odit omnem culpã, sic grauiores culpas vehementius horret ac punit, præfer-

tim in eo, cui inest: ac iuxta sacras scripturas Patrumque documenta, non secundum proprium sensum aut experimentum fallax iudicat & discernit. Hinc vniciuique; tali summa & increata sapientia ait: Quid vides festucã in oculo fratris tui, trabem in oculo tuo non vides? hypocrita, eijce primũ trabem de oculo tuo, & tunc videbis vt eijcias festucã de oculo fratris tui. Hinc falsi sunt sancti Patres, eum, qui in eodè aut maiori existit peccato, esse indignũ reprehendere proximũ de suo peccato. Denique isti sub cuiusdam discretio nis velamine & colore persuadent sibijpsis ac proximis laxius esse agendũ; lautius comedendum, diutius dormiendũ, frequentiũ confabulandũ, & consolatiunculis atque solatijs esse vtendũ, ne ex vigilia cecutiant oculi, aut ex ieiunijs corpus debilitetur, vel ex interioribus exercitatioibus meditationũ, compunctioũ, orationum, aut certè ex solitudine caput langueat: in quibus tamen verè discretionis seruandũ est moderamen, atque auxiliũ gratiæ desuper requirèdũ, ac valor virium propriarũ diligenter pensandus est successiue: debetque vnusquisque; rigorosior esse sibijpsi quàm proximis, ceteris paribus: expertioribus quoque credere debet, quoad usque; & ipse fiat paulatim gratia adiutante expertus: sicque, prout se viderit posse agere, pati, continuare & cõsummare, prosequatur perseueranter ac feruidè, vt neque in opere Dei negligens inueniatur, nec per indiscretionem incurrat, quod in Hieremia habetur: Quia plus fecit quàm potuit, ideo perijt. Hinc Hieremia inducit: Interrogate quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus vestris. Hæc est regia via, obseruantia medijs, in quo virtus consistit, de qua rursus Esaias ait: Hæc via, ambulate in ea, & neque ad dexterã, neque ad sinistrã. Porro nonnulli sunt, qui mundũ corporaliter tantum relinquunt, sed mundanis affectionibus inquinantur, ad ea, quæ mudi sunt, & ad homines seculares sensualiter afficiuntur, attracti his rebus, putã diuitijs, ornatus, honoribus, potestatibus, quas in illis mirantur & appetiunt, amant & appetunt: quocirca de viro iusto ait Psalmista: Ad nihilum deductus est in conspectu malignis: timentes autem Dominũ glorificat. Hi mudi vanitatis illuduntur, quibus plus placet, quod mundus adinuenit, quòd condidit Deus: qui plus afficiuntur ad ea, quæ placent mundo, quàm ad ea, quæ placent Deo: qui diuitibus atque magnatibus seculi reuerentiæ exhibent potius propter mundanã prosperitatẽ & exteriorem ornatũ, quàm quia dei vicarij sunt.

Matth. 7. Lucæ. 6.

hier. 48

hier. 6.

Esai. 305

Psal. 145

Prover. 25.

Exod. 19.

Eccl. 3.

Roma. 9

funt, & propter officij dignitatē. Hos cōcer-
nit, quod in sua Canonica ait Apost. Iacob⁹:
Frates, si introierit in cōuentū vestrū vir au-
reū annulū habens, & in veste cādida: intro-
ierit autē & pauper in sordido habitu, & intē-
datis in eū qui indutus est veste præclara, &
dixeritis ei: Tu sede hīc benē: pauperi autē di-
catis, tu sta illic, aut sede sub scabello pedū
meorū: nōnne iudicatis apud vos metipfos,
& facti estis iudices cogitationū iniquarū?
Aduertant hæc, quorū corda aperiuntur &
gaudēt visis maiorib⁹, opulētis & magnis in
seculo isto: pauperes verò, abiectos & simpli-
ces vilipendūt, vixq; hospitare, adspicere &
affari dignantur: & cur hoc, nisi quia plūs ap-
pretiatur bona fortunæ, hoc est, tēporalia &
terrena, quàm dona gratiæ & ea, quę docuit
Christus, videlicet paupertatē, humilitatē, &
abiectionē? Nōnne similitudo est causa amo-
ris? quare itaq; magis afficeris ad secularia,
vana & curiosa, quàm ad spiritalia & interna
ac verē salubria, nisi quā illa inania, sunt tuo
cordi magis cōformia, & plūs diligis ea? Et
sicut vidit Ezechiel in pariete depictā simili-
tudine reptiliū & auīū, & animalīū atq; abo-
minabiliū idolorū carnaliū Iſraēlitarum: sic
infelix & vilis mens tua mūdialiū rerum ac
dānabiliū vitiōrū, quibus renuntiaſti & quę
ſpernere obligaris, imaginibus est depicta,
affectiōibusq; formata: vnusquisq; etenim
rebus, quas diligit, efficitur similis, & quasi
vnū cū eis: ideo earū imaginibus visis, mox
ad eas allicitur, quæ admodū de fornicatrice
anima Dñs per Ezechielē testatur: Cū vidif-
set, inquiens, viros depictos, imagines Chal-
dæorū expressas coloribus, & accinctos bal-
theis renes, & tiaras in capitib⁹ eorū, infani-
uit super eos cōcupiscētia oculorū suorū.
His ergo applaudis, quibus intrus per amorē
depictus es. Hoc & Dñs in Iohāne insinuaſse
videtur, loquens ad suos nondū spirituales
effectos: Nō potest mūdus odisse vos, me au-
tem odit: quia testimoniū perhibeo de eo:
quia opera eius mala sunt. Spiritualib⁹ verò
hominib⁹ scripsit Iohānes in prima sua epi-
stola: Nolite mirari si odit vos mūd⁹. De car-
nalibus autē in eadē subdit epistola: Ipsi de
mūdo sunt, & de mūdo loquūtur, & mūdus
eos audit. Idcirco nō putes te verē esse spiri-
tualē, si tibi adhuc placet mūdus aut vanitas
eius. Hinc innotescit eorū carnalitas ac mū-
dana affectio, qui à mūdi magnatib⁹ cupiūt
honorari, famari, agnosci, & de tali sua ex-
cellētia sfolidē gloriāntur ac insensatē se ia-
ctant, nō aduertentes, quod in Iohāne filius
Dei ait electis: Si de mundo essetis, mundus
quod suū erat, diligeret: quia verò de mūdo

nō estis, sed ego elegi vos de mūdo, propte-
reā odit vos mūd⁹. Præterea religiosi, immo
verius irreligiosi, reiecto veri & cęlestis ho-
noris amore, neglecto spiritali profectu &
desiderio altitudinis felicitatis æternæ, im-
probo infecti amore, proprium querunt ho-
nore, & ambitiosi effecti, cupiūt proximis
præfici, dominari, præesse, præcipere: hinc
blādentibus sibi afficiuntur, increpantibus
indignātur, sua vitia nolūt aduertere, resiste-
ntibus suæ promotiōi grauitè obloquūtur:
talium cōmendationē audire nō valēt. Hæc
vanitas, ista ambitio, hic improb⁹ amor sui,
est fomes dissensiois, tinea sanctæ religiōis,
mater hypocrisis, turbatio pacis, instabilitatis
origo: hinc oriuntur suspiciones peruer-
sæ, detractiones, inuidiæ, irę, susurrationes,
stulta iudicia, practicæ periculosæ, attractio-
nes & subornationes simoniacæ, interpre-
tatiōes finifstræ, in quietudines afflictioisq;
cordis. Vnde rectē dixit sanctus Bernardus:
O ambitio, crux ambientīū, quomodo om-
nes torquēs, omnibus places? & breuiter, vt
beatus affirmat Gregorius: Numerari culpę
nequeūt, quę ex ambitione procedūt. Nōne
ambitiosus miserimus penē in omnibus ad
propriū suū cōmodum ac honorē reflecti-
tur, & rarò aut nunquam rectē in Deū diri-
gitur? Qui talis est, etiā bona aliorum inter-
pretatur in peius, & assimilatur araneæ, quæ
ex flore trahit venenum, vnde colligit apis
mel suum. Defectus quoq; aliorū obseruās,
reuoluens, exaggerās, fit similis auibus, quæ
ex stercorebus faciunt sibi nidos: Fabricatū-
tibus etiam, quibus ex eorū infectiōe dul-
cia videntur amara. Tali videtur, quod mul-
ta patiat ab alijs, & à nemine honoretur
condignē, aliorūq; infirmitates toleret co-
pioſe, non aduertens in quātis toleretur ab
ipsis. Postremò, vt omnia mala hæc possis
effugere, te ipsum in sancta humilitate & in
Dei funda timore, priuatū extirpa amorē,
& in Deo te ama veraciter: quicquid expedi-
t tibi ad complacēdum Deo, amplectere:
quicquid à Deo & diuino te impedit, fuge.
Incipe à teipso, miserendo imprimis animæ
tuę, & zelum iustitię in te & contra vitia tua
imprimis exerce: propria vitia perpende &
emenda, desſe & dole assidue: sicq; ad aliorū
increpationem charitatiuē ac ordinatē pro-
cede, vt sic tota vita tua sit verē militia super
terram. Ad laudem & gloriā omnipoten-
tis, qui est super omnia Deus sublimis & be-
nedictus, Amen.

De remedijs tentationum finis.


D. DIO-

D. DIONYSII

CARTHUSIANI DE VITA ET RE-

GIMINE PRINCIPVM LIB. PRIMVS.

Præfatio.



Vadite Reges ac Duces, & intelligite Principes, discite Sapient. 23
Iudices finium terræ: diligite lumen sapiētiae omnes, qui
præstis populis. Si delectamini in sedibus & sceptris,
diligite sapientiam, ut in perpetuum regnetis: infinitus
enim thesaurus hominibus est sapientia: quo qui usi
sunt, participes facti sunt amicitiae Dei. Verba hæc in
libro Sapientiae scripta sunt, in quibus uniuersi princi-
pes salubriter admonentur atque docentur, quid primò
ac maximè debeant desiderare, videlicet sapientiam, quæ tantò melior, nobilior
ac desiderabilior est argento, auro cunctisque corporalibus ac terrenis diuitijs,
quantò rationalis ac immortalis anima est dignior corpore. Ideo Salomon ait:
Melior est sapientia cunctis opibus, & omnia, quæ desiderantur, huic non ua-
lent comparari. Cum ergo Regum, Ducum ac Principum sit, populos sibi subie-
ctos ad obseruantiam legum inducere, in uia iustitiæ gubernare, ab excessibus
cohibere, in uirtutibus ac statu pacifico conseruare, atque de omnibus rectè &
sinceriter iudicare, patet quòd summè necessaria sit eis sapientia, per quam inter
bona & mala, inter uera & falsa, inter iusta & iniusta discernant, debitum
quoque finem, ad quem omnia opera sua ordinare tenentur, agnoscant, & de me-
dijs congruis pertingendi ad finem optatum ac salutarem, ordinatè prouideant
& disponant. Hinc Aristoteles scribit ad Alexandrum potentissimum Regem:
O fili gloriosissimè & Imperator iustissime, dirigat te Deus in uia cognoscendi
uera, & in semita ueritatis, & illuminet tuum ingenium ad suum seruitium &
honorem. Vnde & Rex quidam Romanorum scripsit Regi Fran-
corum, quòd Rex aut Princeps illiteratus, est quasi
afinus coronatus. Sed de hoc infra
magis dicendum est.

Mh h 5

Ds

De modo procedendi & materia huius tractatus.

Articulus I.



Mnis Christianus tenetur non solum implere duo precepta charitatis, Deum super omnia diligendo, & proximum tanquam seipsum: sed & ordinem charitatis obseruare tenetur, primo & maxime Deum amando, deinde seipsum in Deo, videlicet spiritualiter secundum voluntatem ac legem diuinam: deinde parentes & ceteros, secundum quod magis vel minus coniuncti sibi sunt. hinc asserunt sancti Patres, quod charitas incipit a se ipsa, hoc est, quod homo habens charitatem, primo sollicitus est de propria salute, & implet, quae Deus ab ipso requirit, diuina implendo precepta: deinde subuenit alijs, orando pro ipsis, atque affectu, verbis & operibus ita se habedo ad eos, vt aeternam beatitudinem adipiscatur, sicut vult illos se habere ad ipsum. Veruntamen primo & maxime diligit Deum, quonia omnia ista ordinat ad eius gloriam & honorem. Maxime quoque vult & fauet deo infinitam perfectionem, felicitatem & gloriam, quam aeternaliter & inuariabiliter habet gloriosissimè in seipso. Primo ergo tenetur quilibet Christianus sibi ipsi prouidere de sua salute, gratiosè ac charitatiuè viuendo, propter quod in Euangelio ait Saluator: Quid proficit homo, si vniuersum mundum lucratur, seipsum autem perdat? Et in Ecclesiastico scriptum est: Qui sibi nequa est, cui bonus erit? Nec obstat, quod ait Apostolus: Charitas non querit quae sua sunt: hoc nanque intelligendum est, quod non querit, quae sua sunt tantum, sed etiam quae aliorum. Ex quibus patet, quod princeps alios bene ac salubriter gubernare non valet, nisi primo regat seipsum, secundum diuinam legem viuendo, rationem sequedo, peccata vincendo. Praeterea communitatem seu vrbes & patriam rectè regere nequit, nisi sciat propriam domum, puta uxorem, pueros & familiam sagaciter gubernare, immo tenetur post se statim suam domum prudenter dirigere, cum dicat Apostolus: Si quis suorum, & maxime domesticorum, curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Nec obuiat his illud commune dictum Doctorum, quod homo, & potissimè praelatus ac princeps, debet bonum commune proprio bono praeserere, principaliter quoque commune bonum intendere. hoc etenim ideo dicitur, quonia homo proprium bonum debet ordinare ad commune utilitatem, profectum atque salutem proximorum seu subditorum suorum: nihil

minus a seipso debet incipere, & quae alios docet, vel subditis iubet, debet personaliter primo, quantum ad suum pertinet statum, implere, quemadmodum Lucas Euangelista scribit de Christo: Cepit Iesus facere & docere. Quoniam itaque in tractatu isto de regimine Principum sermo est, quomodo populus sibi subiectos regere debeant, primo dicendum est, quomodo princeps debeat gubernare seipsum, deinceps diceretur quomodo domum suam regere debet, postremò quomodo totam communitatem sibi subiectam, seu vrbes & patriam reget. Hic autem ordo procedendi, naturalis, decens, necessariusque, consistit: nã licet homo in corpore paulatim crescit, & de imperfecto ad perfectionem pertingit, vt de pueritia ad virilem aetatem & quantitate ita: & spiritualiter crescit paulatim in anima, successiuè in scientijs atque virtutibus proficiendo. Quia igitur maior prudentia necessaria est ad debitam gubernationem propriae domus, quam ad regimen sui ipsius: & rursum, maior prudentia requiritur ad regimen ciuitatis ac patriae, quam propriae domus: hinc principibus primo necesse est scire, quomodo se ipsos gubernent: deinde, quomodo domum & familiam suam regere obligentur: tertio, quomodo totam suam communitatem regere teneantur. Vnde Aegidius de Roma, in libro suo de regimine Principum, quem Philippo filio Regis Francie scripsit, ait: Qui in diuitiis esse vult vt alios regat, in diuitiis esse debet vt seipsum gubernet. Et iterum dicit: Non requiritur tanta industria ad regendum se, sicut ad regendum familiam: nec tanta ad regendum familiam, quanta ad regendum ciuitatem vel regnum. Denique de ista materia, scilicet de regimine Principum, Aegidius de Roma grande (vt tractum est) scripsit volumen, in quo philosophicè magis quam theologice loquitur ac procedit, immo in toto opere illo (si bene recorder) nullamquam sacra allegat scripturam, sed in omnibus Aristotelem copiosè allegat. Ego autem theologice potius quam philosophicè intendo procedere: quod enim sacra scriptura dignior atque sublimior est quam philosophica doctrina, eò ad exhortandum, arguendum, docendum & inflammandum est aptior & omnino potentior.

Quomodo Christianus Princeps habere se debet ad seipsum. Articulus I.

Homo



Omnis vocatur minor mundus, quia similitudinem magnam habet cum mundo maiori, videlicet toto vniuerso. Quemadmodum ergo in toto hoc vniuerso est vnus altissimus Princeps, Rex regum & dominus omnium, qui est Deus sublimis & benedictus, cui omnia obedire & subijci obligantur: ita in homine est aliqua summa vis animae, iuxta cuius imperium, censuram ac documentum omnia opera hominis dirigi debent: haec autem est ratio, cuius iudicio caeterae vires animae sunt subdendae, ideo homo rationis iudicium sequi debet: propter quod sanctus Dionysius ait, quod optimum hominis est esse secundum rationem. Itaque omnes sensus exteriores & interiores cohibedi, custodiendi & gubernandi sunt, prout recta ratio dicitur, videlicet vt homo, per incustodiam sensuum non corruat in peccata, sed per ordinatum ac debitum vsuum sensuum adiuuetur in actibus rationis, in obsequio Dei, in diuini amore. Oportet autem omnem fidelem cognoscere, quod in homine est duplex appetitus, videlicet sensitius, per quem afficimur seu mouemur circa exteriora, corporalia, sensibilia atque carnalia: & huius appetitus affectiones, motiones seu actus vocantur animae passionibus: vt sunt ira, concupiscentia, timor, tristitia, delectatio: quae passionibus nisi per rationem refrenentur ac moderentur, sunt & sunt vitiosae atque ad innumera opera mala negligentiaque: iniquas hominem pertrahunt & inducunt: propterea appetitus hic sensitius, cum omnibus passionibus & motibus suis subijciendus est rationi. Porro alius est in homine appetitus intellectiuus, qui nominatur voluntas: cui, dum charitatem diuinam caeterisque virtutibus decoratur, etiam subdendus est appetitus inferior sensitius: ratio autem & voluntas Deo subdendae sunt, obediendo preceptis diuinis & Euangelicae legis atque ecclesiae. Sic ergo ad omnem pertinet Christianum, passionibus animae refrenare ac moderari, decem precepta seruare, preceptis ecclesiae rationisque rectae iudicio obedire: & hoc est absque peccato mortali viuere, in charitate Dei & proximi permanere, in gratia stare, omnia exteriora, terrena ac sensibilia ad bona interiora, spiritualia, diuina atque coelestia ordinare: cuncta quoque haec pariter ad Dei honorem gloriamque referre, immo ad ipsum supergloriosissimum Deum totius beatitudinis ac pulchritudinis fontem purissimum & aeternum, vniuersa creata & seipsum finaliter coordinare. Vnde temporalia bona non debet Christianus plus querere vel amare,

quam expedit sibi ad proficiendum in spiritualibus bonis, ad virtuosè viuendum, & ad aeternam gloriam obtinendam.

De varijs causis, propter quas princeps dare se debet ad vitam virtuosam.

Articulus III.



Quantum virtuosam ac iustam conuersationem principis pluribus vtilis est, tanto diligentius atque feruētius ad vitam virtuosam & exemplarem dare se debet. Rursus, quod iniusta ac vitiosa conuersatio eius pluribus nocet, eò plus peccata & omnem iniustitiam debet vitare. Porro, iusta & virtuosam principis vitam, maxime & ineffabiliter subditis eius vtilis, edificatoria & salubris existit. Similiter iniusta & praua conuersatio eius, potissimè obest & nocet prosperitati, salutis & paci subditorum, propter quod ait scriptura: Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: Et qualis est rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. Salomon quoque de rege ac principe iusto ait: Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Et iterum: Dissipat impius rex sapiens. Itemque: Rex iustus erigit terram suam: quod totum de duce caeterisque principibus intelligi debet. De malis vero principibus ait: Regnantibus impijs, ruit populus: & cum impij sumpserint principatum, gemit populus. Et denudò: Princeps iniustus impios habet ministros. Et ratio horum est, quoniam bonitas, pax & salus subditorum ex bonitate, iustitia ac sapientia principum suorum dependet, secundum quod sapientissimus Salomon ait: Vbi non est gubernator, populus corruet. hinc Seneca scribit: Nulla res animos ad mala pronos magis reuocat ad virtutes, & prouocat ad honesta, quam superiorum nostrorum conuersatio virtuosam: paulatim enim descendit in peccata, & vim praepceptorum obtinet frequenter aspici, frequenter audiri: & ipse occursum plurimum adiuuat ad virtutes. Quonia ergo virtuosam principis vitam talis saluberrima est subiectis, malaque conuersatio eius tam nocua est eis, dignum ac iustum est, vt tota vigilatia det se ad sapientiam & virtutes, omnemque vanitatem & iniustitiam abominetur, odiat & deuiter. Denique ad specialiter obligatur ea ex parte Dei, cuius minister est, quae ex parte subditorum, quorum est Dominus. Quod enim plura dona & maiora bona a Deo suscepta, eò plus obligatur Deum diligere, honorare & imitari: quod implere non potest, nisi diuinis praepceptis obediendo, subditos ad Dei venerationem

Hhh 4 nem

Matth. 16.
Marc. 8.
Luc. 9.
Eccle. 1.4.
1. Cor. 13.

1. Tim. 5.

1. Tim. 4.

1. Tim. 4.

1. Tim. 4.

1. Tim. 4.

1. Tim. 4.

1. Tim. 4.

1. Tim. 4.

1. Tim. 4.

1. Tim. 4.

nem inducendo, sapientiam, iustitiam, pietatem cæterasque virtutes, quibus homo suo assimilatur & complacet Creatori, cordialiter amplectendo ac possidendo. Præterea, princeps subiectos & proximos suos præcipue spiritaliter; amare tenetur, sicut pater filios proprios diligit: ideo summè curare debet, ut virtuose viuendo, bonum eorum promoveat, salutem & pacem eis acquirat: maximè quoque vitare tenetur, ne sit causa perditionis eorum. Insuper ad vitam iustam ac sanctam principem debet inducere consideratio sui finis: quia si vixerit virtuose, maxima erit beatitudo, merces & gloria eius: si verò vixerit vitiose, grauissima & pœnalissima erit eius damnatio. Quò enim per suam iustitiam plures à vitijs compescuerit, & ad opera bona reducerit, eò maior erit eius felicitas. Similiter, quò per suam negligentiam & iniustitiam plures iniuste operari permiserit vel fecerit, eò amarior erit eius æterna damnatio, quemadmodum ait scriptura: Præbete aures vobis, qui cōtinētis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum, quoniam data est vobis à Deo potestas, & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra & cogitationes vestras scrutabitur: quoniam cum essetis ministri regni illius, non rectè iudicatis nec custodistis legem iustitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis, horrendè & citò apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum in his, qui præfunt, fiet: Exiguus enim conceditur misericordia, potentes aut potenter tormenta patientur. Hæc sacre scripturæ verba vniuersis principibus sunt diligentissimè intuenda & maximè formidanda, ne concessa sibi potentia abutantur, & diuinam distictionem iustitiæ incidant: quia, ut ait Apostolus: Horrèdum est incidere in manus Dei viuētis. Postremò, quò princeps maioris est potestatis & pluribus dominatur, eò maiori sapientia atque prudentia indiget, diuinamque gratia, directio & subuentio ei magis necessariæ sunt. Ad hoc autem, quò princeps veram sapientiam, prudentiam, Dei; gratiam habeat, necesse est eum sine peccatis mortalibus viuere, passionibus & concupiscentiis raffrenare, Deo iuste seruire, quia scriptura testatur: In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Ut ergo, o serenissimi principes, animæ vestræ desuper illustrentur, atque in cunctis à Spiritu sancto clementissimè dirigantur, ab omni inquinamento mentis & corporis vos purgate, puros seruate, & Deo excelso ac sancto in sanctitate & iustitia iugiter deser-

uite: sic enim principatus vester erit ad gloriam Dei, & vobis & subditis vestris verè saluberrimus. Breue & momentaneum est vitæ huius curriculum, sicut sanctus & potentissimus ille Rex Dauid fatetur: Dies nostri sicut umbra super terram, & nulla est mora. Quò princeps in vita hac maiorem habuerit voluntatem, voluptatem, honorè, & gloriam, eò æterna illa infernalisque pœna intolerabilior erit ei. Quid ergo proderit ei nunc ad horam iniuste regnare, carnales delectationes & mundanas ac vanas consolationes habere, atque post modicum tempus æternaliter cruciari? Nam ergo in Dei timore & æquitate omnia operetur, ut post temporale istud dominium à Deo æternaliter coronetur, de omnium quoque salute, qui per suum regimen ad felicitatem obtinendam adiuti sunt, gloriosè sine fine lætetur.

De duplici regimine. Articulus IIII.



Via ad reges, duces, ac principes pertinet leges dare, seruare, & subditos ad obseruantiam legum inducere, necesse est eis scire quid sit lex, & qualis debeant esse leges, videlicet quæ sint legis proprietates. Itaque aduertendū, quòd multiplex est lex: prima & summa est lex æterna, quæ est dictamè & ratio diuinæ & increatæ sapientiæ, in quantum est directiua actionum & motuum omnium creaturarum: & ista lex est ipsa sapientia Dei, attingens à fine usque ad finem fortiter, & disponens omnia suauiter: ab hac lege æterna, omnis alia lex bona processit. Alia ergo est lex naturalis, quam Deus rerum naturis impressit, per quam vnaquæque creatura tendit in proprium finem sibi à Deo naturaliter præstitutum, & operatur ea, per quæ finem talem possit attingere. Porro lex ista naturalis in homine, est dictamen, ordinatio seu iudicium practicæ rationis, per quam homo ad aliquid agendum vel omittendū inducitur naturali rationis iudicio. Sed quoniam Deus hominem ad finem supernaturalem creauit ac ordinauit, videlicet ad felicitatem perpetuam, quæ est clara ac beatifica visio Dei facie ad faciem, ideo ultra legem naturalem indiguit homo lege supernaturali quæ dicitur lex diuina, sicut est lex Moysi, & lex Evangelica Christi, per quæ homo docetur de supernaturali beatitudine, ad quæ creatus est, & de ijs, per quæ beatitudinè illam valeat adipisci. Alia quoque est lex, quæ dicitur lex humana, quæ est quoddam rationis dictamen, regula seu institutio

stitutio, per quam diriguntur actus humani secundum exigentiam & congruentiam finis reipublicæ seu boni communis in vita præfenti, ad conuiuendum pacificè: quæ lex ex naturali lege progreditur, estque determinatio & explicatio eius circa particularium hominum opera: Ratio enim practica ex primis principijs agendorum ad naturalem legem pertinentibus, procedit ad particularia instituta, inquirendo ac discutiendo quid in certis negotijs sit agendū: & huiusmodi particulares dispositiones seu institutiones per rationem inuentæ, dicuntur leges humanæ, obseruatis alijs conditionibus & proprietatibus, quæ ad legem concurrere debent, quia lex concernit bonum commune. his verbis sancti thome cõcordat, quod ait Aegidius: Vbi terminatur ius naturale, incipit oriri ius positium: quoniam semper ea, quæ sunt per artem hominū adinuenta, fundantur in his, quæ sunt tradita à natura. Ius nanque positium, per artem & industriam hominum adinuentum, præsupponit ius naturale. Vnde cum ius naturale dicitur fures & maleficos esse puniendos, hoc præsupponens ius positium, procedit vterius terminando, quia pœna sint puniendi. Insuper secundum Isidorum, lex humana debet esse honesta, ut religioni conueniat: iusta, ut secundum rationem procedat: possibilis, ut à subditis portari impletiq; possit: erit quoque iuxta bonam consuetudinem patriæ, & loco ac temporis debet congruere. Ex quibus patet quid sit lex. Est enim regula & mēsurā, seu directio actuum humanorum, per quam quis bene se habet ad agendum, quæ sunt agenda, & ad nō agendum ea, quæ sunt omittenda: Lex etenim præcipit bona fieri, & mala omitti. Quàmuis itaque, sicut iam dictum est, quadruplex sit lex, utputa æterna, naturalis, diuina & humana, communiter tamen dici solet, quòd duplex sit lex seu ius, scilicet ius spiritale siue canonicū, & ius civile seu secularè: & secundū hoc duplex ius, duplex est regimen, scilicet spiritale ac secularè. Ius autem & regimen spiritale pertinet ad prælatos Ecclesiæ: ius verò & regimen secularè ad principes ac iudices seculares, quorum est subditos gubernare ac iudicare secundum tenorem legum ciuiliū seculari iuris.

De fine regiminis secularis. Articulus V.



Mnis actio Christianorū, ex diuina charitate originaliter ac imperialiter debet procedere, atque recta fieri intentione, videlicet

propter æternam beatitudinem obtinendā, & omne quod sit, ad omnipotentis Dei gloriam & honorem est principaliter ordinandum. Quàmuis ergo reges, duces ac cæteri principes & iudices seculares, in temporalibus & exterioribus præfint, secularia & terrena iudicent ac disponant, totū tamè quod agunt, ad spiritalem finem principaliter ac vltimatè debent referre seu ordinare, videlicet ad veram salutem tam sui quam subditorum suorum, hoc est, ad vitam æternam atque Dei gloriam & honorè. Quàmuis ergo immediatus & proprius ac proximus finis legis humanæ & iuris ciuiliis ac secularis regiminis, sit pacifica conuersatio subditorum in seculo isto: principalis tamen vltimatusque, finis huiusmodi legis, iuris atque regiminis esse debet & est vera, perpetua ac cœlestis felicitas, quæ est vltimus finis, ad quem omnia vniuersorum verè fidelium desideria ac studia tendunt: quàmuis tramites per diuersos, secundum quod varij sunt status ac modi vitæ humanæ, ut docet Boethius. Ad eandem quoque beatitudinem tendit ius canonicum, lex diuina, spiritalisque regimen, per media magis spiritalia & propinqua. Præterea cum lex & gubernatio ciuiliis & secularis ordinari dicuntur ad conuersationem pacificam subditorū in mundo hoc, intelligendū præcipue est de conuersatione virtuose pacifica secundū Euāgelicæ legis doctrinā, ut scilicet ciues & subditi habeat pacem, nō solum ad inuicem & cū extraneis, sed etiā intus in mēte cum Deo, quiescetes in ipso per charitatem & obedientiam, sicut in summo bono. Igitur omne exercitiū, studiū & desiderū suum ad hoc ordinet princeps, ut per ea proficiat nunc in charitate & gratia cæteris; virtutibus ac donis Spiritus sancti, atque post hanc vitam, gloriam sortiatur æternam.

Quòd quanto altioris dignitatis ac maioris potestatis fuerit princeps, tantò timoratiore & sollicitior esse debet. Articulus VI.



Eus altissimus & immensus, est fons & origo, causa, dator & conseruator omnis boni, omnis potestatis ac dignitatis, & de omnibus donis, quæ hominibus confert, districte exiget rationem, quomodo vsi sint donis desuper sibi concessis, quemadmodum Chrs in Euangelio ait: Cui multum datum est, multū quæretur ab eo: & cui plus commendatum est, plus quæretur ab eo. Itaque omnis princeps Christianus tantò plus diuinum præcogitet ac formidet iudicium, quantò maiorem à Deo potestatem altioremq; dignitatē suscepit. Insuper, quò

Sal. 65.

quod se à summo ac infallibili Iudice Deo omnipotente terribilius atq; districtius examinandum ac iudicandum cognoscit, eò formidolosior sollicitiorq; consistat, qualiter Deo respondeat, & quomodo tam pro seipso quam pro subditis suis ante æterni Iudicis expauescendum tribunal rationem reddat idoneam. Præterea, quod Princeps videt sibi maiora diuinitus dona collata, videlicet maiorem dignitatem, potestatem, nobilitatem, opulentiã, libertatem, honorem & dominationem, eò diligentior ac sollicitior esse tenetur, vt bonis sibi à Deo concessis bene salubriterq; vtatur, ad Dei honorem, ad propriam salutem, & ad subditorum vtilitatem, profectum ac pacem: quod si ita non egerit, tantò maior erit eius damnatio, grauior pœna, contemptibiliorq; deiectio post hanc vitam, quò in vita hac maior est eius potestas, principatus & gloria. Deniq; quò Princeps maiora & plura à Deo bona adeptus est, eò plùs obligatur Deum diligere, honorare, semperq; præ oculis suis habere, perfectius quoque ei seruire, cordialius regitari, ac profundius seu humilius subijci, sicut & ipse Princeps ab illis vult magis amari, honorari, audiri, quibus ipse maiora largitus est: vnde & grauius fert, si contemnatur ab eis, vel si ei ingrati existant. Cogit ergo Princeps, quòd ipse supergloriosissimi Dei sit seruus, & ita ad Deum se habeat, sicut vult officiales ac subditos suos se habere ad ipsum. Attēdat, quòd quantò sublimior est ascensus & eminentior locus, eò grauior extat casus: & quòd principatus est maior, eò & periculosior, immo & danabilior, nisi iuste ac sapienter exhibeatur ac impleatur. Postremò, cum quemlibet Christianum oporteat esse timoratum, prouidum atque sollicitum, qualiter pro se solo ratione Deo reddere possit, tantò oportet Principem esse timoratiorem, prouidentiore ac sollicitiorem, quantò pro pluribus redditurus est rationem in illo districto iudicio Dei, vbi præfidentes durissimè iudicabuntur. Itaq; si Princeps ista diligenter cõsideret, non in superbiam erigetur, non in sua excellentia inaniter gloriabitur, non aspernabitur inferiores, principatumq; suum magis reputabit esse onus atq; periculũ, quam excellentiam & honorem: sicque fructuose ac feliciter alij præsidebit.

Quòd Princeps tantò debet esse perfectior in omni honestate, virtute atque prudentia, quantum sublimior & potentior fuerit.

Articulus VII.



Ad Principem pertinet, non solum vt ipse in se bonus, virtuosus ac prudens sit, sed etiam vt gentem sibi subiectam à vitijis stultitijq; auertat, & iustam, prudentem ac pacificam faciat, vt scilicet rationabiliter pariter viuant secundum legum directiones. Ad hoc autem, quòd aliquis suam bonitatem ac prudentiam in alios ita transfundat, eosque taliter regat, necesse est, vt in se abundanter bonus ac prudens existat, quemadmodum si ex vno vase alia vasa debeant impleri, oportet vas illud esse repletum. Præterea Aristoteles dicit, quòd Princeps ac Iudex debet esse quasi animata lex & viuã iustitia: quoniam Princeps est subditis suis quasi regula & mensura in agendis & omittendis: regulã verò & mensuram oportet esse rectam, iustam & vniformem, aliter alia per eam regulari ac mensurari non possent. Idcirco quantò Princeps sublimior est & pluribus dominatur, eò rectior, iustior, perfectior, constantior & vniformior esse debet: & nunquam ab æquitate, veritate sinceritateq; legis recedere: sed recedentes à lege & æquitate, reducere, rectificare, dirigere. Dicit quoque Aegidius in libro de Regimine Principum: Rex seu Princeps est: quoadam lex, & lex est quidam Rex seu Princeps: Nam lex est inanimatus Princeps, & Princeps est animata lex: quantum ergo res animata superat inanimatam, tantum Princeps debet superare legem: Tantum nanque debet Princeps esse iustitiæ atque prudentiæ, vt possit ipsam legem dirigere, quando in aliquo casu secundum tenorẽ verborum obseruanda non est: hinc magna prudentia & specialis discretio ad Principem pertinent. Deniq; Principis est, subditos suos ad bonos mores inducere, & de his, quæ ad bonum spectant commune, sagaciter prouidere: idcirco debet præ ceteris in morum honestate discretionisque luce fulgere. Hinc ait Aegidius: Quantò quis maior est Princeps, tantò alios excellere debet in dignitate conuersationis & magnitudine bonitatis: Decet enim Principem esse supra hominem, & omninò diuinum. Et iterum dicit: Principis status requirit, vt ipse sit cõformior Deo per sapientiã & virtutes, quam subditi eius. Nam virtutes habere debet secundum perfectum gradum virtutis, putã virtutes heroicis. Itaque tantæ perfectionis atq; constantiæ debet existere Princeps, vt quantumcumq; subditi eius per passionem & vitia ab æquitate via recedant, ipse semper in recto rationis iudicio, in obseruatione iustitiæ, in luce sapientiæ stabiliter per-

Ad bonum
Principem
que requi-
runtur.

est. 27.

200.1.
200.0.

Sapientia &
prudentia dif-
ferunt.

perseueret, & sua virtute ac perfectione aliorum imperfectionem ac culpas vincat, corrigat & emendet, vt conueniat ei, quod ait scriptura: Homo sanctus in sapientia permanet vt Sol: nam stultus mutatur vt Luna. Hinc dicit Aegidius, quòd princeps debet esse semideus. Nempè ad principem pertinet, vt sit summi Regis, videlicet Dei omnipotentis, imago præcipua ac singulariter clara, ita se habendo in regimine territorij sui, sicut se habet Deus in regimine vniuersi, quatenus sicut Deus totum mundum sapienter, piè ac iuste gubernat, sic princeps terrenus terram suam prudenter & rectè dispenset ac dirigat.

Quòd prudentia ad principem valde pertinet.

Articulus VIII.

Ratio est directrix & illuminatrix seu doctrix voluntatis, quæ de se cæca est: & nisi per rationem dirigatur, ducatur & custodiatur, multipliciter peccat & ruit in præceps, quemadmodum equus curstans sine freno. Ad viuendum itaque virtuosè, ad regendum alios fructuose, ad agendum salubriter & honestè, primò oportet ratione illuminari, & virtutibus seu donis ad ipsum spectantibus decorari, videlicet, fide, sapientia, prudentia. Vnde ad viuendum in gratia & ad meritorie operandum primò requiritur fides: Iustus namq; ex fide viuit, secundum Apostolum. Ad regimen verò aliorum primò atque potissimè necessaria existit prudentia, loquendo de regimine ciuili, quo principes seculares populum suum gubernare tenentur sic, vt iuste & pacificè pariter viuant. Oportet ergo primò cognoscere, quid sit prudentia, & qui sint actus ipsius. Quamuis aut in scripturis sacris prudentia & sapientia sæpe pro eodẽ sumantur, propriè tamè differunt: quia sapientia propriè est cognitio rerũ diuinarũ: prudentia verò propriè sumpta, prout est vna quatuor virtutum cardinalium, est cognitio rerũ appetendarũ & fugiendarũ, seu agendarũ & omittendarum, vt asserit Augustinus: Ideo Aristoteles dicit, quòd prudentia est recta ratio agibilium, id est, virtus intellectuã, per quam cognoscimus quid sit agendum & quid vitandum. Cum autem ad principem spectet, subditos in agendis dirigere, ad pacificam vitam perducere, & de medijs ad eam necessarijs prouidere, in sidias quoq; & obstacula pacis communiq; boni & ciuili iustitiæ remouere, patet quòd prudentia sit ei præcipue necessaria, exquirenda & amplectenda. Præterea

actus prudentiæ sunt, bene cõsultare de ijs, quæ pertinent ad bonum commune vel personale: item de consultatis seu per consiliũ inuentis rectè iudicare, an sint conuenientia vel non: & etiã cõsultata & approbata applicare ad opus, vt per ea ad finem debitũ pertingatur. Cum ergo iactus præsertim spectent ad principem, constat quòd prudentiam maximè appetere, acquirere custodireq; debet, vt possit sibi & subditis suis de ijs, quæ necessaria sunt ad pacem, iustitiãq; seruandam, sagaciter prouidere, & aduersarijs pacis atq; iustitiæ efficaciter præualere: aliter nec seipsum, nec alios feliciter gubernabit. Hinc ait Vegetius: Nullus est, quem oportet plura & meliora scire, quam principem, cuius prudentia debet omnibus subditis suis prodesse. Aristoteles quoq; affirmat, quòd nullus eligit iuuenes iudices, quia non constat eos esse prudẽtes. Plato etiam dicit tunc beatam esse rempublicã atq; felicem orbem terrarum, cum sapientes regnare incœperint, vel reges sapientiã apprehenderint, Sic & Seneca contestatur, quòd Romani imperatores ac iudices (quãdo eorũ res publica viguit) literati fuerunt: atq; extũc armatæ militiæ manum in firmatã, atq; ipsius principatus radicẽ quasi præcisam, ex quo in principibus languit virtus literarũ, ac defecit prudentia: nec mirũ, quoniã sicut omnis potestas & principatus creaturã à Deo processit, sic ordinatus vsus rectorq; ex quo potestatis ac dominatiõis ex participatiõẽ & illuminatione summã & infinitã sapientiã Dei procedũt, tribuuntur atq; habentur. Idcirco increata sapientia, quæ Deus est, effatur: Per me reges regnant, & legum cõditores iusta decernunt: per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. In super quam vtilis sit principibus prudentia, copiose docet sacra scriptura, nã scriptũ est: Rex sapiens, populi stabilimentũ est. Et rursus: Principatus sensati stabilis erit. Iudex sapiens iudicabit populum suum, rex autem insipiens perdet populũ suũ, & ciuitates inhabitabuntur per sensum prudentiũ. Denique reges, duces ac principes tantæ debent esse prudentiæ, vt difficiliores causas possint discernere, & difficilima negotia iudicare, ipsosque suos officiatos ac principes & iudices substitutos examinare, considerare & iudicare, an sapienter se habeant, & sua officia dignè exequantur & fructuose: immo sicut sol in cælo, sic princeps esse debet in territorio suo, quatenus sicut Sol suo splendore & perfusione clarificat & perfundit, sic princeps luce suã prudentiã vniuersos

Vegetius

1. Cor. 1.
Prouer. 8.

247. 8.
eccl. 10.

fos

fos sibi subiectos debet dirigere, illustrare atque munire.

Quomodo princeps possit ac debeat prudentiam adipisci. Articulus IX.



Philosophi atq; Theologi concorditer dicunt, virtutes esse conexas, ita quod vna sine alijs haberi non valet: & qui vna habet, omnes habet. Quicquid ergo viuunt sine peccato mortali, exiit in charitate & gratia Dei, omnes habet virtutes: & per consequens prudentiam, secundum aliquod gradum. Itaque secundum Doctores duplex est prudentia, scilicet acquisita & infusa. Prudentia namque infusa est, quam Spiritus sanctus per creationem menti infudit, & ista acquiritur a Deo per cordis contritionem & veram confessionem: & quantum homo in bona conuersatione atque dilectione & gratia Dei plus crescit & proficit, tanto prudentia ista in ipso magis perficitur. Quamuis autem ista prudentia sufficiat homini ad salutem, princeps tamen quod pluribus praesidet, ad prudentiam acquisitam magis debet studere, quia haec duae prudentiae se inuicem iuuant, & utraque principibus maxime necessaria existit. Nunc ergo dicendum, quomodo prudentia ista acquisita ac naturalis valeat adipisci: & ex doctrina Aristotelis faciliter patet responsio, docet equidem Aristoteles omnium Philosophorum doctissimus, quod ex multis actibus bonis frequenter iteratis, generatur in anima virtus, sicut ex hoc, quod aliquis frequenter frangit & vincit in se concupiscentiam carnis, generatur in eo virtus, quae dicitur castitas: sic ergo ex multis actibus ad addiscendam ac adipiscendam prudentiam ordinatis, generatur in homine virtus, quae prudentia appellatur. Anima namque (ut Gentiles ac Christiani magistri concorditer docent) quiescens fit prudens. Ad hoc itaque, quod princeps efficiatur taliter prudens, oportet eum ab exterioribus occupationibus & inquietudinibus interdum vacare, & quieti operam dare: sicque ad prudentiam tendere legendo, verba prudentium audiendo: quia, ut Salomon loquitur, Audiens sapiens sapientior erit: Itemque diuersa acute considerando. Quemadmodum autem ambulantes per diuersas ac remotissimas mundi prouincias multa videndo sunt prudentes, sic illi, qui prudentissimorum virorum libros ac opera legunt, prudentes redduntur. Insuper, sicut ad edificationem domus oportet concurrere fundamenta, parietes, tectum: sic ad hoc, quod

Prudentia duplex.

Provera

princeps fiat prudens, necessesse est eum recordari praeterita, intelligere praesentia, praevidere futura. Debet etiam esse docilis, ut aliorum informationem, praesertim seniorum, expertorum, sapientum ac virtuosorum non spernat. Debet quoque cautus consistere, vitando pericula, quae possunt occurrere: & circumspectus, ut ea quae facit, non solum sint bona in genere seu ex sua natura, sed etiam ut bene fiat, hoc est, cum circumstantijs debitis ad virtutum opera requisitis, videlicet congruo loco, apto tempore, recta intentione, debito modo. Primum igitur princeps debet considerare praeterita, ea legendo vel ab alijs inquirendo ac audiendo, seu intra se ex propria cognitione talia reuoluendo. Cogitet ergo quibus temporibus & sub quibus principibus sua patria melius regebatur, & quales tunc leges ac consuetudines habuit: illisque praedecessoribus suis conformet se, qui conuersatione, prudentia atque regimine excellentiores ac meliores fuerunt. Hinc potentissimi ac prudentissimi reges, duces ac principes, patrum & praedecessorum suorum gesta scribi & certis diebus sibi legi fecerunt, ut ex recordationibus praeteritorum fieret prudentiores, acutiussque perperderent, quid in futuro essent acturi. Denique, sicut religiosi considerando praecedentium patrum suorum sanctissimam conuersationem praesentium Philosophorum ac Theologorum dicta efficiuntur in speculabilibus sapientiores: sic principes recogitando praedecessorum suorum gesta atque regimina, fiunt in agilibus prudentiores. Debet etiam praesentia intueri, & quicquid in populo suo videt bene dispositum, debet approbare, conseruare atque pro posse meliorare. Quae verò paci, aequitati, bono communi, honestisque moribus contrariantur, debet cum omni diligentia remouere & emendare. Praeterea ex praeteritis atque praesentibus debet sibi ac subditis in futurum sagaciter prouidere, cogitando quibus modis, statutis, ac legibus possit futura mala magis cauere, & paci bonoque statui reipublicae in diebus sequentibus prouidere. Prudens etiam nunc dicitur quasi procul videns: propter quod prouidentia futurorum, est potissimus actus prudentiae. Postremo, quonia passiones & vitia rationem excitant, rectumque peruertunt iudicium, & diuinam illuminationem principibus maxime necessariam ab eis impediunt, quia, ut dictum est, In maleuolam animam non introibit sapientia: idcirco si princeps voluerit rationem claram habere,

simili

sep.

habere, recteque iudicare, diuinitus illustrari, & perfectam prudentiam adipisci, oportet eum peccatis resistere, concupiscentias vincere, virtutes amare, Deo sublimi & benedicto fideliter ministrare, praesertim quia (ut Aristoteles docet, & infra Deo donante clarius ostendetur) nullus est verè prudens, nisi sit virtuosus, itaque vera prudentia sine alijs virtutibus non habetur, nec vitiosis inest hominibus. Itaque constat, quod principes non debent tempus suum infructuose expendere, ludis vel iocis immoderanter intendere, vanitatibus, venationibus, comessationibus immorari, sed omnia sapienter ac virtuose peragere, vtilitatem reipublicae profundè pensare, atque prudentiae tantò vigilantius, stabilius frequentiusque vacare, quod ex eorum prudentia ac laudabili vita plurimum pax, virtus ac salus dependent: & item, quantum ex eorum negligentia, culpa & imprudentia, plura mala contingunt, pluresque pereunt.

De sapientia & religione principis. Articulus X.



Apetitia proprie sumpta, & prout est vnum de septè donis Spiritus sancti, est amorose ac sapida cognitio Dei, diuinarumque rerum, per quam homo bene sentit ac iudicat de Deo, videlicet quod ipse sit omnibus rebus incoparabiliter praefendus, praemadus ac praehonorandus, tanquam summum, immensum & incommutabile bonum, in quo tota nostra beatitudo consistit. Cum ergo ad principem Christianum pertineat, omnia agere ex charitate diuina, atque ad dei honorem ac gloriae facere ac referre, & ad eternam beatitudinem finaliter ordinare: certum est, quod sapientia ista maxime semper indigeat, quam nemo habet in mortali peccato existens. Ideo ad habendam sapientiam istam, necesse est eum absque mortali viuere culpa: quam si incidit, debet mox inde dolere ac gemere, veniamque a Deo precari, & confessionem proponere, congruo quoque tempore confiteri: immo omnino decet quemlibet Christianum, ut nunquam eat dormitum, nisi attendat quid eo die mali commiserit, quid boni omiserit, quomodo Deum offenderit & inhonorauerit, sicque de peccatis illius diei & caeteris omnibus cordialiter doleat, indulgentiam postulet, confiteri proponat: aliter de die in diem in plura ruet peccata. Hoc autem tantò plus decet principem facere, quod ipse caeteris debet esse perfectior. Praeterea religio, quae alio nomine dicitur latra, est virtus moralis, per quam Deo debitum cultum

capitulum 2d

religionis est.

impedimus: & huius virtutis actus sunt, neque adorare, orare, laudare, sacrificium ei offerre, deuotionem ad ipsum habere. Haec itaque virtus & actus ipsius debent praecipue vigere in Christianis principibus, qui in sapientia, iustitia caeterisque virtutibus debent esse subditis suis magis perfecti: Deum quoque feruentius amare, atque sublimius honorare: Per hoc namque a subditis suis magis timentur ac diliguntur ac honorantur, quonia Deus ait primo Regum: Ego glorificantes me glorifico: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Insuper, per hoc, quod principes in diuino obsequio seruens, assiduus ac fidelis est, efficitur optimae famae & omnibus exemplaris ac honorabilis, multosque allicit ad virtutes. Item per hoc a Deo defendi meretur, & regnum seu dominiū eius firmatur ac prosperatur. Iterum, per hoc efficitur melioris spei ac fortioris fiduciae in aduersis ac praesiliis: Nam & Aristoteles asserit, quod qui melius se habent in diuinis, sunt melioris certiorisque spei, & minus formidant: rationabiliter namque confidunt de adiutorio Dei, quia conscientiam bonam habent in Deo. Denique, quoniam Deus ait per Salomonem: Ego diligentes me diligo: certum est, quod Deus sit amicus & adiutor amatorum suorum sibi fideliter seruientium: Idcirco dum populus videt principem suum se reuerenter ac deuotè habere ad Deum, confidit quod Deus sit ei amicus, adiutor atque protector: ideo libentius ac fiducialius ei ministrat, obedit & in arduis causis ac praesilijs adstat, sperans meritis sui principis a Deo iuuari ac preualere. Hinc tam in veteti quam in nouo Testamento multae victoriae concessae sunt a Deo virtuosis principibus valde miraculose, videlicet Dauid Regi, Iosaphat & Ezechiae regibus Iuda, sed & Iudae Machabeo ac fratribus eius: In nouo testamento Theodosio imperatori, Carolo regi, Gotfrido de Bolonia ac alijs multis. Postremo, dum princeps tam diligenter ac seruidè seruit Deo, meretur in omnibus dirigij a Spiritu sancto, ita quod populum suum feliciter regit, & bonitas eius ad plebem sibi subiectam redundat.

1. Reg. 41

Psalm. 30 2. Cor. 1.

Quomodo studium sapientiae & prudentiae uigilet in praeclearissimis principibus, tam gentilibus quam Christianis. Articulus XI.



Vod naturalis ratio docet & dicitur conuenire principibus, hoc non solum christianorum, sed & gentilium nobilissimorum principum implere conati sunt. Quoniam itaque natu-

ralis ratio dicitur & docet, principē debere cęteris in prudētia ac sapientia pręfulgere, idcirco etiam gentiles principes studiosissimi fuisse leguntur, quemadmodum Traianus inter gentiles principes optimus Imperator, non solum antequam fieret Imperator, extirix studiosus, sed etiā sumpto Imperio, Plurarchum magistrum suum secum detinuit, & sapientię frequenter vacauit. Adrianus quoque Imperator tam in Gręco quàm in Latino eloquio facundissimus fuit, & Philosophię intentus erat, vt sanctus scribit Hieronymus. Sic & Alexander Rex maximus, etiam cüm pręlijs occuparetur, semper à prudentibus informari querebat. maximē autem studiosus fuit Ptolomęus Philadelphus Rex Aegypti, qui (vt ait sanctus Hieronymus) voluit omnium gentium libros habere & sapientiam scire. Vnde cüm audisset apud Iudęos esse legem à summo Deo collatam, fecit sibi libros veteris testamenti de Hebręo in Gręcum transferri per Septuaginta interpretes. Ideo Principes isti victoriosi fuerunt, atque republicę strenuē disponebant. Denique in Christianis principibus virtuosus amor & studium sapientię arsit ac vixit, sicut de Theodosio Imperatore scribitur, quod diebus negotia reipublicę dispensabat, & armis exercebatur, noctibus verò libris fuit intentus: & quid communi vtilitati expediret, contemplantur. Item de Carolo Rege ac alijs multis Christianissimis Regibus, Ducibus atque Principibus legitur, qui per hoc gloriam & honorem apud Deum & homines meruerunt, inter quos Iustinianus Imperator vir iustus & sapiens, studiosissimus fuit, & libros legum composuit. Pręterea propter hoc Salomon à Deo laudatus est, vt scribitur 3. Regum, quoniam sapiētiam postulauit à Deo, & per illam alia bona, quę principes maximē solent appetere, est sortitus, videlicet diuitias, famam, honorem, gloriam, pacem.

Quod sapientia utilior est principibus, quàm fortitudo aut robur exercitus.
Articulus XII.

Sacra scriptura & Philosophorū doctrina vnanimiter docent, quod Regibus, Ducibus atque Principibus multo melior atque vtilior est sapiētia, quàm vires corporales, ad faciendam & conseruandam pacem in cōmunitate, ad benē regendum rempublicā, ad pręualendum in bellis, ad euitandum insidias ac impedimenta boni communis. Sapiētia nanque

docet hominem omnia agere discretē ac ordinatē, imminētibusque periculis cautē occurrere, atque seipsum & alios industriōsē iugiter custodire. Hinc sapientissimus Salomon ait: Melior est sapiētia quàm arma bellica. Et rursus: Sapientia conseruauit sapientem super decē principes ciuitatis. Hinc iterum dicit: Hanc vidi sub sole sapiētiam: Ciuitas parua, & viri pauci in ea: venit contra eā Rex magnus & vallauit eam, inuentusque in ea vir pauper & sapiens liberauit eam per sapientiam suam, & dicebam ego meliorē esse sapiētiam fortitudine. Hinc etiam scriptū est: Melior est sapiētia quàm vires, & vir prudens magis quàm fortis. Porro, quantum sapientia faciat hominem, & maximē principē, omnibus honorabilē, cōstat ex eo quod scriptū est: Habebo propter sapiētiam claritatem ad turbas, & honorem apud seniores: Acutus inueniari in iudicio, & in conspectu potentium admirabilis ero, & facies principum verebuntur me. Tacentem me sustinebunt, & loquentem me respiciunt, & sermocinatē me plurima, manus ori suo imponēt. Propterea habeo per hanc immortalitatē, & memoriā ęternam his, qui post me futuri sunt, relinquam. Disponam populos, & nationes mihi erunt subiectę. Timebunt me audientes Reges horrendi, & in multitudine bonus videbor, & in bello fortis. Intrans in domum meam, conquescam cum sapientia: Non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec radium conuictus illius, sed lætitiā & gaudium. Hinc legitur de Romanis, quod per tria mundum vicerunt, videlicet per prudentiam, fidelitatem & exercitationem. De Alexandro quoque narratur, quod in exercitu suo magis curauit habere viros prudentes, expertos & senes, quàm iuuenes audaces atque robustos: magisque pręualuit prudentia & consilio seniorum, quàm robore iuuenum. Rursus primo Machabęorum libro habetur, quod Romani omnia loca obtinuerunt consilio suo. Ideo ait scriptura: Omnium potentior est sapientia. Si igitur princeps passiones & vitia superare desiderat, si à subditis amari, timeri ac honorari affectat, si populum suū pacificē gubernare, hostesque superare, atque in omnibus victoriosus, famosus & inclytus esse peroptat, sapiētiam amplectatur, & iugiter in ea stabiliri, proficere, vitamque finire conetur: per hoc nanque post temporale dominium ad regnum perducetur æternum, quod scriptū est: Concupiscentia sapientię deducet ad regnum perpetuū. Et Salomon loquitur: Si sapientiam quesieris quasi pecuniam, & quasi thesauros effoderis

effoderis illam, tunc intelliges iustitiam & iudiciam, & omnem viam bonam.

Quod quanto maior atque potentior fuerit princeps, tanto plus necessarium sibi esse secum habere viros prudentes & consiliarios iustos, & quomodo debet se habere ad illos, & quales esse debent consiliarij principum. Artic. XIII.



Onstat ex dictis, quod quanto princeps pluribus dominatur, tanto maiori eget prudentia, siue qua nec seipsum nec alios regere valet, pręsertim cüm discretio sit actus prudentia. Sed quoniam vnus homo nō sufficit omnia considerare, & vt communiter dicitur: Pluribus intentus, minor est ad singula sensus: et item, quemadmodum plures oculi corporales plus vident citiusque inueniunt, quàm vnus duntaxat: sic plures intellectus, qui sunt oculi interiores ac spirituales, plus considerant quàm vnus tantummodo. Ideo Aristoteles, Politicorum dicit: Quod rex, dux seu princeps, debet sibi associare multos sapientes, vt habeat quasi multos oculos interiores: multos quoque associare sibi debet bonos ac virtuosos, vt habeat quasi multos pedes ac manus. Vt igitur princeps vniuersa, quę suis subiectis expediunt, sciat ac penset, vitia ordinet, pericula caueat, cōmune bonū conseruet, promoueat ac emendet, & quid in quotidianis negotijs occurrētibus agendum sit sciat, necesse est vt habeat secum, vel prout seu in promptu viros prudentes, expertos, consiliarios prouidos ac fideles, quorum in omnibus, pręcipuē in magnis & arduis cautis, inquirat, audiat, impleatque consilia, documenta & monita: quod quàm vtile & salubre sit, Salomon docet dicendo: Brevit salus, vbi multa consilia. Et iterum ait: Custodi legem atque consilium, & erit vita animę tuę, & ambulabis fiducialiter, & pes tuus non impinget. Denique, quantum conseruet principi secum habere sapientes, Salomon pandit, dicens: Qui cum sapiētibus graditur, sapiens erit: & amicus stultorum, efficitur similis illis. Et denud cōtestatur: Lingua sapientium sanitas est. Aurum & multitudo gemarum, & vas pretiosum, sunt labia scientię. Si igitur princeps cupit seipsum ac plebem suam mentis & corporis sanitate gaudere, atque pacificam ducere vitam, associet sibi sapientes, habeatque consiliarios virtuosos, ideo nanque scriptum est: Multitudo sapientum, sanitas est orbis terrarum. Et rursus ait scriptura diuina: Sine consilio nihil facias, & post factum non poeni-

tebis. Pręterea ad hoc, quod principi profint prudentium doctrinę atque consilia, oportet eum docilem dirigibilemque consistere, nec proprio sensui nimis confidere, nec esse superbum, proteruum aut pertinacē, sed piū, flexibile atque tractabile. Ideo Salomon dicit: Qui sapiens est, audit consilia. Argue sapientem, & diliget te: doce iustum, & festina bit accipere. Qui abiicit disciplinā, despicit animam suā: qui autē acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Sed quod dictū est, quod vera prudentia nō inest passionis ac vitiosus hominibus, cuius (secundū Aristotelem ceterosque doctores) ratio est, quā ad prudentiam pertinet benē iudicare de actibus hominum seu agendis, apta quoque inuenire media seu rectē consulere, ad adipiscendum vel conseruandū debitum finem, qui est bonum cōmune, & pax bonusque status reipublicę. Peccata autē, passionesque animę & voluntatis malitia, peruertunt rectum rationis iudiciū, & intellectu obscurat atque inficiunt, ita quod malē & erroneē iudicat de agendis, & putat agendam, quod non est agendū: & rursus, putat non esse agendū, quod est agendum. Quemadmodum oculus stans in fumo vel nebula, non lympidē videt, nec de coloribus efficaciter iudicat: & qui habet gustū malis infectum humoribus, iudicat esse dulce, quod est amarū, & amarū iudicat, quod est dulce. Propterea principes curare debent, vt consiliarij sui sint veraciter iusti, virtuosis ac timorataliter non erunt verē prudētes, nec dabunt consilia bono cōmuni verē vitia, sed propriam ac peruersam voluntatem sequentur, & secundū inclinationē ac impetū passionū suarum iudicabunt & cōsulēt, videlicet prout superbia, ira, auaritia, inuidia, concupiscentia aut similes passiones ac culpa: eos impellunt. Hinc Salomon dicit: Cōsilia impiorum fraudulentata. Qui autem verē prudentes ac boni consiliarij sunt, Deum prę oculis habent, & rationem sequuntur, nec aliorum perterstate vincuntur, sed sua bonitate, sapientia, honestate ac patientia aliorum malitiam, insipientiam, improbitatem, impatientiamque deuincunt, corrigūt & emendant. Denique, quamuis in malis hominibus non sit vera prudentia, est tamē frequenter in eis aliquid simile verę prudentię, scilicet quędam naturalis industria, vel vulpina astutia, seu nuda & in formis cognitio boni ac mali, per quę à principibus sepe prudentes putantur, & vitia dare videntur consilia: sed non rectē procedūt, immo principum corda frequenter sua calliditate decipiunt, quemadmodum Aduerus Rex ex-

3. Reg. 2.

Prout. 8.

Prout. 25.

Prout. 13.

Prout. 12.

Sapim. 6.

Prout. 27.

Prout. 24.

simile.

Prout. 12.

Prout. 27.

perpues testatur: Quidam aures principum simplices, & ex sua natura alios aestimantes, callida fraude decipiunt. Necesse ergo est principi, ut inter bonos & malos possit discernere, & eos studeat consiliarios habere, quod Deum formidant virtuososque viuunt, amantes bonum commune, vtilitatemque; principis magis quam commoda propria ac priuata, immo bonum principis & statum pacificum communitatis proprijs vtilitatibus preponentes: in quibus non sit auaritia neque ambitio, qui aliorum improbitate non ita turbetur, ut ipsimet ab ira, impatientia, superbia aut ceteris vitijs superentur, sed in virtutibus stabiliti, semper sana ac sapientialia prestant consilia, rationem, non passionem, sequentes. Hinc, ceteris paribus, consilij hominum virtuosorum magis est acquiescendum, propter quod ait scriptura: Anima viri sancti annunciat aliquando vera magis, quam septem circum spectores sedentes in excelso ad speculandum: et rursus: Cum videris senatum, statim euigila ad illum: & cum viro sancto assiduus esto, & quacunq; cognoueris obseruantem timore Dei, cuius anima est secundum animam tuam. Insuper, in viris virtuosis est donum consilij, quod est vnum de septem donis Spiritus sancti, per quod gratio se & supernaturaliter diriguntur a Spiritu sancto, & illuminantur ab eo ad dandum consilia bona ac optima. Virtuosi quoque, in consulendo non adspiciunt principaliter ad proprium lucrum vel commodum corporale, sed quod magis est ad gloriam Dei, & ad bonum commune ac animarum salutem, hoc tota intentione capiunt, scrutantur & consulunt, nec mens eorum in iudicando passionibus obtenebratur, sed per donum sapientie bene iudicant de diuinijs: per donum vero scientie recte iudicat de creaturis, atque per donum consilij salubriter iudicant de actibus humanis. Ideo tales consiliarios summi prelati ac principes semper querere ac habere studuerunt, sicque populos sibi commissos & subditos saluberrime ac pacifice gubernabant.

Qualiter sit consulendum. Artic. XIII.

Consilij quid



Consilium est inquisitio de agendis: Est enim de actibus humanis, in quibus multa considerare oportet. Ideo ad dandum bonum consilium, experientia multum valet. Experientia autem maior est in senioribus, quam in iuuenibus, quemadmodum in libro Iob scriptum est: In antiquis est sapientia. Hinc seniores, ceteris paribus, sunt consiliarij meliores. Ideo ait scriptura: Qui non est expertus, pauca reco-

Iob. 12.

Ecl. 14.

gnoscit: vir autem in multis expertus, cogitabit multa. Præterea quia consilium est de agendis particularibus, in quibus diuersa circumstantia & accidere potentia, pensare ac prouidere necesse est: ideo secundum Aristotelem, tardè seu morosè consultare oportet, sed bene consulta, sunt velociter exequenda, nisi speciale impedimentum occurrat. Hinc precipitatio contrariatur reſtitutioni consilij, similiter nimia festinantia, sed & nimia tarditas, sed tarditas ista non tantum opponitur recto consilio, sicut precipitatio & festinantia: Itaque, in consulendo præterita sunt ad memoriam reducenda, presentia quoque inspicienda, & futura sunt præuidenda, singula etiam sunt ad propositum applicanda. Quod verò maiori aut saniori parti consiliorum videtur agendum aut omitendum, hoc princeps aut præfides sequi debet. Quilibet quoque consiliarius suo loco & tempore est diligenter ac pacifice aduertendus, prorsusque cauendum est, ne aliquis ex impetu passionis vel propriæ voluntatis, vel ex radice superbiæ precipitanter se habeat, nec in consulendo aliquo ira, impatientia, aut simile vitium rationem perturbet, sed omnia cum maturitate tractanda sunt, nec propriam debet quis sententiam pertinaciter defensare. Insuper Aristoteles docet, quod moderatus timor facit hominè bene consiliarium. Timor namque diligentiam parit, diligentia autem prouidentiam cauſat, & imminuentia vitat pericula. Hinc de rebus multum paruis non oportet multum consultare, sed de arduis causis. Hoc quoque sciendum, quod in consulendo vitanda sunt verba adulatoria, sed synceriter procedendum est, dicendo ea, quæ vera & iusta atque proficua sunt. Unde adultores, dum principi placere desiderant, vera silentes ac placenta proponentes, exponunt frequenter tam principè quam communitatem magnis periculis. Oportet ergo ut consiliarij habeant semper & omnibus zelum veritatis & æquitatis, suumque principè veraciter ament, & ei fideles sint, ac bonum commune maxime cupiant, sicque in cunctis deceter ac ordinatè procedat in consulendo.

Quod princeps debet esse in omnibus iustus, & quod iustitia singulariter pertinet ad principes. Articulus XV.



Sicut ex præcedentibus patet, ad hoc ex diuina ordinatione instituti & facti sunt principes secularis, ut in omni principatu ac populo suo pacè conseruet: quod impleri non potest,

1. 1. 1.

Iacob.

Psalm.

Iob.

Iob.

Iob.

de offiis

Nota

potest, nisi inter conciuos ac subditos, immo inter omnes subditos suos obseruetur iustitia: quia ex iustitia pax oritur, ut Esaias testatur, dicendo: Erit opus iustitiæ, pax. Oportet ergo ut princeps faciat inter suos subiectos iustitiam obseruari, ne vnus alteri iniuriã inferat, aut fraude decipiat, aut verbis conuictetur. Hoc autè princeps implere non poterit, nisi ipse sit iustus. Præterea ad principè pertinet, facta, causas atque negotia subditorum suorum examinare, ponderare recteque iudicare: ad quod faciendum indiget magna iustitia, ne in iudicatio ratio eius subuertatur amore alicuius vel odio aut aliqua passione vel culpa: nec sit personarum acceptor, sed Deum semper præ oculis habes, singulorum causas diligenter aduertat, sicque paruus & pauperè vt magnum & diuitem audiat, atque in cunctis secundum veritatem & æquitatem procedat in iudicando, nisi quod rigor iustitiæ interdum temperandus est dulcore clementiæ, quado recta id ratio dicitur. Insuper ad principem pertinet vniciuique dare & conseruare quod suum est, & quemlibet honorare tempore opportuno, prout meretur & dignus est: indignos quoque officijs & honore priuare, & vniciuique debitam mercedem & vicè rependere, quæ omnia implere non valet, nisi fuerit excellenter iustus. Præterea secundum Augustinum, habet iustitia lucem suam, & sua claritate animam sibi inhaerentem clarificat ac perfundit. Cum ergo principis sit omnes suos subiectos ad reſtitutionem æquitatis (dum errant) inducere, tantus debet in eo consistere splendor iustitiæ, vt subditorum corda possit ab iniustitiæ tenebris ad fulgorem iustitiæ reuocare. Vndique ergo ornet se princeps iustitia, vt cum sancto Iob (qui fuit inter omnes Orientales princeps magnus) dicere queat: Iustitia indurus sum. Unde in libro Sapientie scriptum est: Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Denique princeps carens iustitia, non est aliud quam tyrannus: Ideo S. Augustinus differuit: Remota iustitia, quid sunt regna nisi magna latrocinia? Primum autem in hoc debet se princeps iustitia decorare, vt sicut ipse vult præcepta & leges suas à suis subditis obseruari, eosque sibi reuerenter ac promptè obtemperare ac subiijci, sic, immo & multò reuerentialius ipse diuinæ legis præceptis obediat, & seipsum iuste gubernet, senſualitate suam & passionem rationis subdendo, atque Ecclesiæ sanctæ præceptis parèdo: quia, vt asserit Augustinus: Nichil iniquius, quam vt quis velit sibi obediri, cum ipso suo superiori nolit obtemperare. Omnes autè principes ministri sunt summi

Principis scilicet Dei omnipotentis, ideo debent Deo cum omni reuerentiã obedire: aliter iniustissimi essent, & multò peiores quam subditi. Insuper ad amorè, ad reſtitutionem, conseruationemque iustitiæ principem debet inducere pulchritudo, perfectio, dignitasque iustitiæ, quæ (vt Aristoteles ait) est præclarissima virtus, & non est lucifer nec hesperus tam admirabilis, immo nec sol tam pulchre fulget in cælo, quantum coram iusto ac superpulcherrimo Deo splendet anima principis iusti. Iustitia quoque facit principem Deo valde amabilem & dilectum, quoniam similitudo est causa amoris: ideo iustus omnium iudex ac princeps neus excelsus diligit principes iustos: Ideo David Rex proficitur: Iustus Dominus, & iustitias dilexit, & equitate vidit vultus eius. Et iterum loquitur Deo: Iusti cõfitebuntur nomini tuo, & habitabunt reserui cum vultu tuo. Sed quàm abominabiles atque odibiles sint Deo iniusti, rursum ostendit loquens ad Deum: Neque permanebunt iniusti ante oculos tuos, odisti omnes, qui operantur iniquitatem. Præterea ad principem spectat, esse tam abundanter euidenterque iustum, vt sua iustitia omnibus innoscat, & per eam exemplaris sit omnibus sibi subiectis, atque ob eam timeatur a malis, ac diligatur à bonis, & honoretur ab vniuersis. Ad principem etenim pertinet eminentia bonitatis: quia nisi esset eminenter bonus, tantò citius declinaret ad iniustitiam, quanto sibi maior libertas est atque facultas agendi quod placet, itemque peccandi: ideo Aristoteles dicit, quod principatus ostendit virum, id est, ex principatu citò cognoscitur, an vir sit veraciter virtuosus an vitiosus: quia tunc actio eius incipit se ad alios ac subiectos extendere, statimque patet, an potestare sua abutatur vel non: sed quandiu quis non habet regere nisi seipsum, non clarè nec plenè apparet, qualis existat, quia tunc non sibi tot occurrunt agenda, ex quorum expeditione bonitas aut malitia sua pateſcat. Itaque constat, quod reges, duces ac principes tantò plus debent studere vt seruent iustitiam, iniustitiamque deuitent, quanto ex eorum iustitia maior subditorum profectus consequitur, & quanto ex eorum iniustitia sequitur maius malum. Postremò, sicut anima cõtinet corpus, quoniam anima recedente, corpus dissoluitur & marcescit: ita iustitia continet vrbes & regna: quoniam absque ea dissoluitur ciuitas, nec possunt subsistere regna. Ideo princeps maxime debet curare, vt ipse in se verè iustus consistat, & per eum alij in iustitia cõseruentur: & quando hoc facit, tunc est excellenter

Psalm. 10.

Psalm. 139.

Psalm. 51.

laudandus, immo tantò laudabilior, quò magis impunè ac promptè & faciliter potest peccare. Multi quippe mala quòdam nò faciunt, quia in inferiori sunt statu: qui si in statu præsentis cõstituerentur, multa efficerent mala: idcirco (vt dictum est) principatus ostendit qualis sit homo, quia tunc claret, quòd homo verè sit virtuosus, dum in potestate constitutus, tantò diligentius se custodit, refrenat & regit, quòd sibi cernit maiorem esse peccandi licètiã: non quòd verè sibi sit licitum peccare, sed quia ab hominibus non arcetur neq; punitur.

De iustitia quorundam principum paganorum.

Articulus XVI.



Quantò sanctior atq; diuiniore est lex Christi Filij Dei omni lege gentilium, de quibus Hieremias testatur: Leges populorum vanæ sunt: tantò plùs docet, oportet & expedit principes christianos esse iustos, quàm principes gentiles & infideles. Vt ergo principes Christiani ad amorem iustitiæ ampliùs inflammentur, iniustiq; principes Christiani de sua iniustitia confundantur, & iusti principes in iustitia magis proficere studeant, aliqua de gentilium principum iustitia sunt tangenda. Et primò occurrit, quòd refert Valerius Maximus de Zaleuco nobili principe: Qui cùm legè dedisset, vt in adulterio deprehensus, vtroq; oculo priuaretur, & filius eius in adulterio deprehensus fuisset, voluit ei erueri oculos: sed populo vnanimiter orante, & importunè instante apud ipsum, vt suo parceret filio. Cùm ad tēpus populo restitisset, & eius importunitate iam vinceretur, ne derogaretur iustitiæ, vnū oculū erui fecit sibi metipsum, aliū filio suo. Similiter de Charonda Tyrio refert idē Valerius, quòd cùm princeps ille propter seditiones populi vitãdas iussisset, vt si quis cum gladio & ferro concionem intraret, mox cū eodem gladio vel ferro occideretur: contingit vt quodam tempore ipsemet de longo reuertens itinere, concionem cum gladio, quò fuit accinctus, sine aduertentia introiuit: Cumq; vnus altantium eum de legis solutione moneret, respòdit: Ego illã recuperabo: & mox proprio gladio se peremit, ma iens penã ordinatã sustinere, quàm legè perire: cū tamen se per inaduertentiã potuerit excusare. Deniq; Alexander Rex tantum dilexit iustitiã ex quadã naturali inclinatioe, vt etiã beneficeret ijs, qui sibi iniuriã intulisse videbantur, quãdo aliquid iustitiæ pro se habebant. Vnde cùm quidam miles Darj

regis inimici Alexandri, dario promississet, quò Alexandrum occideret, & Alexandrã valdissimè percussisset ac vulnerasset, illumq; militè milites Alexandri occidere vellent, Alexander prohibuit: interrogans militem illum, cur hoc fecisset: qui dixit: Idcirco hoc feci, vt dominū meum Darium Regè facerè tuum victorè: quo audito, Alexander militem illū laudauit, quia regi suo fuisset fidelis. Similiter recitat S. Augustinus, quòd cū quidã pirata nomine Dionides vel Dionis, captus Alexandrò esset præsentatus, dixit ad eum Alexander: Cur mare infestas: Ille liberatione respòdit: Cur tu totū orbè terrarū inquietas? Sed quia ego id facio paruo nauigio, latro vocor: quia tu illud agis magna classe, diceris Imperator. Si solus captus sit Alexander, latro erit: si ad nutū meū populi famularentur, Imperator vocarer. Me fortuna & inopia, te superbia & insatiabilis auaritia facit furè. Si fortuna māsuefecerit, fieri forsitan melior: Tu verò quòd fortunatior fueris, eò & nequior eris. Miratus Alexander piratæ eum iustè arguentis constantiam, quia in verbis piratæ aliquid iustitiæ relucebat, ei pepercit & dixit: Experiar an futurus sis melior, fortunamq; mutabo, vt non fortunæ aut necessitatē, sed tuis morib; quòd delinquis, ascribatur. Fecitq; Alexander eū militem, qui postea strenuè militauit. Præterea legitur, quòd cū Lycurgus princeps quidã leges statuisset, & illæ suo populo, scilicet Lacedæmonensibus, duræ viderètur, finxit quòd Apollo eas fecisset: & dicens se loco proficisci ad consulendū Apollinē in vello satis remoto, induxit populum ad iurandū, quòd leges illas vsq; ad reditū suū seruaret: quo facto, iuit ad Cretam, atq; ibidē perpetuū duxit exiliū, vt prædictæ leges obseruarentur. Moriens quoq; iussit ossa sua iactari in mare, ne, si reportarentur ad populū suū, putarent se à iuramento solutos, & leges illas deceterò nò seruarent. Insuper legitur, quòd cū medicus Pyrrhi Regis ad Fabriciū Consulem Romanorum venisset, ei promittens, quòd Pyrrhū regè veneno occideret, si sibi aliquid tribuere vellet: fraudem eius iniustitiãq; contēns Fabricius, iussit eum reduci ad Pyrrhū, & ei narrari quid medicus suus contra eū proposuisset: quo audito Pyrrhus admiras dixit: Fabricius est qui discililius ab honestate posset auerti, quàm sol à suo cursu impediri. Multa similia de gentiliū principū leguntur iustitia. Et si illi desiderio famæ & laudis humanæ, vel amore reipub. seu pro naturali felicitate tam iusti fuerūt: quantò magis principes Christiani amore

amore veri summiq; Dei, & desiderio felicitatis æternæ, deberent in omnibus obseruare iustitiam?

De iustitia quorundam fidelium principum.

Articulus XVII.

DE nobilissimo illo duce ac principe Israëliticæ plebis victoriosissimo Iosue ait scriptura diuina, quòd de vniuersis mandatis Dei ne vnū quidè verbum præterit, sed omnia opere adimpleuit, eundo per semitas æquitatis, & non declinauit ad dexteram nec ad sinistram: ideo Deus fuit cum eo, dans ei vbiq; victoriam: & propter preces eius, immo potius ad eius imperium, sol & luna steterunt in medio cœli immobiles spatio vnus diei. Denique, Phinees propter zelum iustitiæ contra iniquos maximè placuit Deo, & iram ipsius à populo Israëlitarum auertit, atque perpetuum sacerdotij promeruit dignitatem. Legitur quoque in libro Iudicij, quòd cùm lepte Princeps ac Iudex filiorum Israël Deo vouisset offerre ei quicquid sibi ad domum redeūti primò occurreret, si auxilio Dei suos vinceret hostes: cumque sibi ad domum redeunti vnica atque charissima sua filia obuiaret, atque ex hoc maximè tristaretur, impleuit tamen quòd vouit, malè vnica filiam occidendo offerre, quàm votum non adimplere. Insuper legitur primo Regum, quòd Saul Rex voluit dilectissimū ac strenuissimū filium suum Ionathan occidere, eò quòd contra suum præceptum aliquid manducauit, præsertim quoniam antequàm sciuisset Ionathan hoc fecisse, iurauit quòd occideretur quicunq; illud perpetrasset. Præterea Dauid Rex tantæ fuit iustitiæ, quòd cùm à Saule Rege pulsus esset de patria sua cum omni sua progenie, atq; quotidie quæreretur à Saule ad occidendū, aliasq; grauissimas ab illo persecutiones pertulisset, & ipse Saul sepè in manus Dauid incidisset, noluit tamen aliquid mali ei inferre, & militem suum prohibuit ab illius occidione: quia videbatur sibi esse cõtra iustitiã, quòd Regem ac Dominū suum occideret aut occidi permitteret. Factus autè Rex, omni populo suo iudicium fecit atq; iustitiam, atq; tam sanctè se habuit in regnando, quòd sapiens mulier dixit ad eum, vt habetur secundo Regum: Sicut angelus Domini, est Dominus meus Rex, vt nec benedictione nec maledictione moueatur. Hæc demum iustitia in multis regibus atq; Principib; filiorū Israël viguit, sicut in Iosaphat & Ioathan, quem Hieronymus vocat iustissimū, in Eze

chia quoq; atq; Iosia. Porto innumerabiles fuerunt Principes Christiani, Reges, Duces ac Comites, in quibus iustitia splenduit, qui in diuinorū obseruantia præceptorū diligentissimi ac fidelissimi extiterunt, deinde populos sibi subiectos cum magna gubernauerunt iustitia, quemadmodum Constantinus Magnus, Theodosius Imperator, Carolus Rex: quorū sacra sectari vestigia, tuè est magnificentiæ ac probitatis, & indulgentissime Domine, optime Princeps, Dux illustris.

Quòd fortitudo in principibus esse debet.

Articulus XVIII.



IN omni multitudo primū debet esse magis perfectū: sicut videmus quòd in ordine calidorū ac lucidorū ignis est maximè calidus, & sol est maximè lucidus. Cùm ergo princeps sit in omni multitudo hominum ad suum dominū pertinentium, primus & principalis ac capitaneus, ideo debet ceteris omnibus esse perfectior, non solum in vna vel duabus, tribus aut paucis, sed in cunctis virtutibus, præsertim quia virtutes sic cõdependent, quòd vna sine alia perfectè nò potest haberi. Cùm ergo fortitudo sit vna quatuor virtutum cardinalium, ipsa maximè ad principes pertinet. Est autem quòdam fortitudo corporalis, quæ non est virtus, sed naturale donum, quò potest homo benè vti ac malè, indigetq; fortitudine spiritali, vt illa benè vtatur. Itaq; fortitudo, quæ est virtus moralis ac cardinalis, est virtus ac firmitas animæ, per quam timor & audacia moderatur ac rationi subdatur, ne homo timeat ea, quæ non sunt timenda, nec ea, quæ timenda sunt, plùs timeat quàm expedit vel oportet, ne etiam nimis audax consistat, exponendo se periculis inconsultè, sed audeat secundū quòd ratio recta docet & dicit. Præterea fortitudo ista præcipuè habet moderari & rationi subijcere timorem atq; audaciam, in his, in quibus difficilimū est timorè & audaciam rationi subijcere: Hæc autem sunt pericula mortis, præsertim in bellis: idcirco ad fortitudinem maximè spectat, vt faciat hominem viriliter se habere in prælijs, nò excessiuè timendo, nec præsumptuosè audendo, sed consideratè ea aggrediendo, & post aggressum fortiter præliando. Moderatus etenim timor facit hominem custoditum, consideratum, diligentem & circumspectū. Excessiua verò audacia facit eum precipitè, inconsultū & periculosè securū. Et sicut in bellis maximè iuuat diligens consideratio: sic præcipuè nocet inconsiderata securitas.

Vnde supra ostensum est, quod prudentia iuuat plus quam fortitudo. Insuper quia facilius est moderari audaciam quam timorem, ideo fortitudo principaliter habet reprimere & moderari timorem quam audaciam: nam & ipsa audacia propinquior est fortitudini, quam sit timor. Hinc tempore belli magis declinandum est ad audaciam, quam ad timorem: Nam & fortitudo acquiritur per hoc, quod homo in exercitijs suis magis declinat ad audaciam, quam ad timorem. Afferit etiam sanctus Thomas, quod fortitudo est circa periculum mortis propter iustitiam seu iustam causam non metuenda, quia pro defensione iustitiae & propter bonum commune aggredienda sunt bella. Hinc principes non debent populum suum exponere periculis bellicis, nisi pro iusta causa, & nisi viderint magnum bonum regni aut patrie ex bello consequi posse, ut dicit Aegidius: Quemadmodum autem prehabiturum est, quod duplex est prudentia & sapientia, scilicet infusa & acquisita: ita & duplex est fortitudo, videlicet acquisita, quam homo per exercitia bona acquirit, & infusa, quam Deus creando infundit in Sacramento Baptismi ac Poenitentiae, & per istam fortitudinem homo perfectius operatur, quam per fortitudinem acquisitam. Est quoque & alia fortitudo, quae est vnum de septem donis Spiritus sancti, per quam homo virtuosus excellentius operatur, quam per fortitudinem, quae est virtus, ut sanctus Thomas & alij multi magni Doctores affirmant. Propterea princeps virtuosus & quilibet homo in charitate & gratia Dei existens, aptior & fortior est caeteris paribus ad pugandum, quam homines mali, qui carent fortitudine, quae est virtus infusa, & fortitudine, quae est donum Spiritus sancti. Et qui bonae conscientiae sunt, & bene confessi, ac melius se habent in cultu diuino, sunt melioris fiduciae magisque fortes ac agiles in praелиjs, quam homines vitiosi, ideo scriptum est in libro Iob: Sonitus terroris semper in auribus impij: & cum pax sit, ille insidias suspicatur. In libro quoque Sapientiae legitur: Semper praesumit saeva perturbata conscientia: & cum sit timida nequitia, dat testimonium condemnata. Salomon etiam loquitur: Fugit impius nemine persequente, iustus vero quasi leo confidens absque terrore erit. Qui enim verè perfectus iustus est, pro iustitia mori non metuit: & qui Deum ordinate formidat, hominem inordinate non expauescit, secundum quod Salomon contestatur: Qui timet Deum, nihil trepidabit. Et denuò dicit: In timore

Domini fiducia fortitudinis. Itaque principes antequam aliquem impugnent, velad resistendum se praeparant, prudenter ac diligentissimè pericrutarique cõsulere debent, & à doctis, iustis ac senibus inquirere, an habeant iustam causam. Nullatenus enim debent bona iniusta velle acquirere, nec iniuste possessa velle tenere: quia, ut ait beatus Augustinus: Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.

Quod temperantia principibus sit ualde necessaria. Articulus XIX.

Fortissimum atque dignissimè opus principum est, subditos suos regere, hoc est, ad pacem & felicitatem dirigere, quod est actus rationis: idcirco indigent clarissima ratione, singulari prudentia, subtilique intellectu. Cum ergo bestiales delectationes gustus & tactus mentem maximè obtenebrent, rationem excacerent, totumque hominem ab intellectualem ac diuinorum alto nobilique amore & gaudio, ad terrenarum ac carnalium rerum vilissimam affectionem deprimant atque deiciant, patet quod temperantia (quae est virtus carnalium voluptatum refrenatrix) sit principibus specialiter necessaria, optanda & seruanda. Praeterea dictum est, quod reges, duces ac principes debent esse valde diuini, & supra hominem, atque in omni virtute preclari & exemplares. Per delectationes autem carnales efficitur homo brutalis, & infra se ipsum, ac alios scandalizans: idcirco peccata gula & luxuriae sunt principibus totaliter ac specialissimè fugienda. In super dictum est, quod princeps debet se omnibus subditis suis timendum, diligendum ac honorabilem exhibere, ut ei reuerenter obediant. Intemperantia autem (ut Aristoteles & caeteri Morales testantur) est vitium maximè puerile, brutale, ac turpe seu exprobrabile, ideo facit principem contemptibilem. Dicit etiam Tullius, quod decor & honestas, temperantiae singulariter attribuuntur: turpitudine verò & inhonestas, intemperantiae praesertim conueniunt: quia in peccatis carnalibus, maximè tactus & fornicationis, lumen rationis penitus offuscatur & absorbetur, & homo opprobriosisima ac inhonestissima operatur, moreque puerorum ac bestiarum passionem totaliter sequitur. Amplius, Aristoteles omnium gentilium magistrorum sapientissimus, multipliciter probat, quod detestabilis ac vitiosus esse est intemperatum seu luxuriosum, quam timidum.

Cum ergo valde sit indecens, principum esse timidum, inconstantem & inutilem, multo indecentius est eum esse intemperatum. Adulterium verò profus principibus est vitandum, cum sit enorme valde grauissimumque peccatum: in eo nanque est fractio voti, quo vir & vxor fidelitatem sibi inuicem promiserunt: fractio autem voti, secundum Thomam & multos Doctores, est maius peccatum quam periurium, sicque adulteras efficitur peior periuro. Praeterea, sicut ait Apostolus: Vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier: & similiter mulier potestatem sui corporis non habet, sed vir: dum ergo vir corpus suum alteri mulieri communicat, & propriae coniugi subtrahit, furtum & fraudem committit in coniugem suam, & grauissimè Deum offendit. Adhuc autem, matrimonium est vnum de septem Sacramentis Ecclesiae, & in ipso vir ac mulier benedicuntur, eorumque corpora ad aliquid sacrum ordinantur, videlicet ut procreent prolem ad Dei obsequium educandam, in quo honor & dei seruitus augeatur. Dum ergo maritus, vxore sua contempta, cum alia femina adulteratur, sacralegium facit: quoniam sacrilegium est abusus rei sacrae: quod si mulier, cum qua peccat, sit coniugata, peccatum vehementer augeatur, atque incontinentudo proles consequitur: hereditas quoque frequentor per hoc ad alieni viri filium ac inultum haereditate deuoluitur. Itaque quod princeps magis tenetur esse virtuosus, iustus & exemplaris, eò intemperantia & adulterium grauiora in ipso peccata consistunt. Hinc nanque gentiles multi principes adulterium sub poena mortis, vel priuationis oculorum alteriusve membri, aut sub poena perdendi omnes opes, prohibuerunt. In legibus quoque multae graues poenae contra adulterium iudicantur, & in veteri Testamento in adulterio deprehensi lapidabantur, hoc est, lapidibus vsque ad spiritus emissionem proieciabantur: sed & vsque in praesens à ciuitatibus benè ordinatis adulteri expelluntur. Decetque principes, subditis suis adulteria prohibere sub grauibz damnis ac poenis, cum adulteria paci communitatis & bono reipublice contrariantur. Hinc Christianissimi Reges, Duces ac Principes, temperatissimi & honestissimi extiterunt & quidam eorum omnino castè virginaliterque vixerunt, etiam in statu matrimoniali, ut Henricus Imperator: & Valentinus Imperator, in virginitate permansit. Denique Aristoteles maximè admonuit Alexandrum ad continentiam, quoniam sen suales voluptates maximè deprimunt principis men-

tem, redduntque eum asperabilem & principatu indignum, ut ait Aegidius: Vnde de Alexandro narrat Vegetius: Quod cum ei oblata esset virgo eximia pulchritudinis, cuiusdam principi desponsata, summa continentia vitae se ipsum, ita quod nec illam adspexit, sed ad sponsum suum remisit: quo facto Principem illum vniuersamque gentem ipsi sibi reconciliauit. Simile narrat Valerius de Scipione Africano: quod cum Carthaginensibus obtinisset, & multos inde obsides accepisset, inter caeteros missa est ei virgo mirabilis decoris: quam cum agnouisset desponsatam esse cuidam nobilissimo ciui Carthaginensi, fecit vocari parentes puellae, & reddidit eis illam intactam: aurum quoque, quod pro redemptione puellae fuit ei allatum, dotis nomine adiecit: ob quam continentiam ac munificentiam sponsus virginis corda omnium nobilium suae gentis applicauit Romanis. Multa similia de gentilibus leguntur principibus: & incomparabiliter magis decet ac debitum est, principes Christianos esse temperatos & mundos. Refert Macrobius de quodam iuvene Romano, quod cum oculos haberet pulcherrimos, ita quod multae mulieres Romanae, etiam nobiles, eius vulnerabantur amore: iuuenis ille dolens quod sua venustas feminis esset peccati occasio, oculos suos eruit castitatis intuitu. Sanctus quoque Ambrosius refert de alio iuvene, qui cum propter oris & vultus sui excellentem decorem multas feminas suo amore accenderet: dolens de hoc, os suum vulneribus deformauit, ne à mulieribus tam impie appetereetur. Ut ergo princeps sit liber in considerando quid plebi suae expediat, & acutus in iudicando, mente quoque erectus ad Deum, incontinentiam vitet, adulteriumque summè abhorreat, & Deum pro gratia continenter viuendi indefinenter ac feruenter deprecetur, occasiones etiam talium vitiorum vitare conetur. In omnibus operibus suis meditetur quotidie cordialiter ac profundè nouissima sua, videlicet mortem sibi instantem, districtum Dei iudicium, aeterna inferni supplicia, atque caelestis felicitatis gaudia sine fine mansura: & sic facile sibi erit viuere temperatè, immo per hoc cuncta vitabit peccata: quia qui timet Deum, nihil negligit, ut Salomon profitetur.

Quomodo princeps habere se debet in iudicijs caeterisque solatijs. Articulus XX.

Quem

Fortitudo duplex.

Iob. 15

Sap. 17

Proverb. 28.

Eccle. 34

Proverb. 17.

Encl. 10
Encl. 11

Encl. 7.

Encl. 7.



Vemadmodum corpus eundo, operando ac laborando fatigatur, atque ob hoc repaustione, quiete, somnoque indiget: sic anima contemplando, considerando, studendo, sollicitudinemque habendo lassatur, nec valet talibus actibus semper esse intenta, sed eget intermissione, quiete & refocillatione. Sicut autem corporis quies est somnus, sic animæ quies est delectatio: idcirco necesse est interdum aliquam delectationem sensibilem, animalem & exteriorem admittere, propter recreationem animæ fessæ, vt taliter recreata, vigorosior fiat ad exercitia virtuosa, & ad contemplandum diuina, atque ad considerandum vtilia & agenda: talis verò delectatio dicitur ludicra ac iocosa. Denique, ne homo excedat in ea, sed in ludis atque solatijs moderatè & honestè se habeat, indiget virtute morali, quam Aristoteles eutrapelian appellat, quæ perficit animam interiùs, vt decenter se habeat in ludis solatijsq; exteriùs. Insuper, vt sanctus Thomas docet, in delectationibus & ludis huiusmodi tria præsertim cauenda sunt: primò & maximè, ne querantur aut admittantur in verbis seu factis turpibus vel nociuis, quoniam talem modum ludendi, iocandi & delectandi nominat Tullius in libris de Officijs illiberalem, petulantem, flagitiosum, obscenū. Secundo cauendum, ne per delectationem & ludum huiusmodi grauitas animæ penitus resoluatur: quia cor à peccato semper est custodiendum, & cum timore Dei agenda sunt omnia. Tertio attendendum, vt conueniat loco, personæ ac temporis: quia nõ quolibet loco & tempore, vel cum quacunque persona habenda est delectatio ludicra, sed apto loco & tempore, cæteræ quoq; circumstantiæ, quæ ad actum virtuosum exiguntur, in actione delectationeque ludicra sunt seruandæ, vt fiat debito fine seu recta intentione, non vt tempus inutiliter expèdatur, sed vt tædium & alia quædam peccata vitentur, & anima vires refumat ad exercitandum se denuò, ac recenter in contemplatione sapientie, in consideratione prudentiæ, in operibus iustitiæ & aliarum virtutum. Porro si tria prædicta non obseruentur, sed aliquis immoderanter & dissolutè nimisque diu ludis & iocis insistat, Deum offendit & peccat mortaliter, si tanto affectu ludo inhæreat, quòd propter eum contra Dei præcepta aliquid agat, aut ludum delectationemq; eius diuinæ dilectioni præponat. Aserit quoque Thomas, quòd histriones ludū hominibus exhibendo non peccant, si prædicta tria lu-

dendo obseruent, ita quòd eorum officium non est secundum mercedem, nec peccant, qui eis præstant mercedem, nisi illi inordinatè se habeant. Præterea mens humana nõ potest consistere otiosa, propter quod assimilatur molæ currenti: cui si nihil imponatur, cõsumit seipsam: sic mens hominis quædo nihil vtile agit, nec alicui licitæ delectationi intendit, statim vagatur & malè delectatur, sicque peccando lædit seipsam. Hinc Aristoteles dicit, quòd ludus est sollicitudinis malè vitatio. Ideo ne circa illicita sollicitemur, prauasque delectationes vitemus, expedit aliquando habere aliquos ludos honestos ac licitas delectationes cum diuisione, ne excedatur. Ideo Seneca loquitur: Ita te geras prudenter, vt nemo te habeat quasi agrestem, nec spernat vt vilem ac dissolutū. Itaque in ludis ac iocis vitandus est profusus omnis impudicus & indecens motus membrorum: vitanda est & incustodia cordium. Ampliùs, Aristoteles scribit ad Alexandrum: Decet principis maiestatem habere quosdam secretos fideles, cum quibus delectetur cum varijs instrumentis & generibus organorum, cum fuerit tædiosus: Anima enim humana in talibus delectatur, & sensus quiescunt, sollicitudo & curiositas euanescent, & totum corpus vigoratur, semperque melius & honestius est vt hoc fiat priuatim. Et cum fueris in illo solatio, abstinere à potu, alios autem permitte potare ad libitum, & finge te calefactum à vino: quia tunc poteris multa secreta percipere & audire: & hoc non fiat frequenter: Decet etenim principem discretionem habere, & à risu multo abstinere, quoniam frequens risus tollit reuerentiam, & generat senectutem: Hæc Aristoteles. Postremò, sicut regibus, ducibus ac principibus est specialis ratio habendi ludicras delectationes, eò quòd habeant varias curas, occupationes & considerationes: sic eis est specialis ratio abstinendi ab excessu, frequentia & nimia protractione ludorum & solationum, ne fiant leues corde & intemorati, & ne tempus infructuosè expendant, nec ea, quæ ad communem spectant vtilitatem, omittant. Quò enim virtuosiores esse tenentur, & quò eorum negligentia plura mala sequuntur, itemque quò à Deo districtiùs iudicabuntur, eò plùs cauere debet infructuosam temporis deductionem, omnemque vanitatem & superfluam delectationem. Ludi quoque iuuilem lucratium (vt præcipue sunt ludus taxillorum) vitandi sunt, quia nec bona talibus lucris adepta securè possunt teneri: unde

de principes tales ludos debent solum vitare, sed etiã suis subditis prohibere, & à suis domibus remouere. Cum autem ex musicis instrumentis vel cantibus delectantur, debent ex huiusmodi melodijs mentem suam ad celestium gaudiorum contemplationem erigere, & corporalia oblectamenta ad spiritalium deliciarum ordinare amorem, atque ex omni pulchritudine, amoenitate & delectatione, quas in creaturis habent atque inueniunt, ad superdignissimi dei admirationem, præconium & obsequiū eleuari, eiusque amore succendi, in quo est omnium bonorum & pulchrorum ac desiderabilium plena, perfecta & infinita possessio.

De moderantia & mensura obseruanda in cibo ac potu & somno, in vestimentis, pecunijs ac cæteris utensilibus atque diuitijs.

Articulus XXI.



Voniã homo ex corporali & incorporali substantia constat, videlicet ex carne mortali & animâ rationali, idcirco duplicibus bonis seu opibus indiget: nam quãtùm ad corporis prouisionem, indiget cibo, potu, habitaculo, vestibus, somno, pecuniã: quãtùm verò ad animam, indiget scientia atque virtutibus, charitate Dei & proximi, sapientia varijsq; donis, & gratia Spiritus sancti. Sed quoniam corpus ordinatur ad animam, sicut ancilla ad dominam, & tanquàm instrumentum ac medium ad finem: propterea omnia bona & necessaria corporis, ad bonũ & profectum salutemque animæ sunt ordinanda, nec magis aut abundantius sunt querenda & accipienda vel retinenda, quàm prodest animæ ad veram salutem. Hinc non plùs sumendum est de cibo, potu, somno ac cæteris corporalibus bonis, quàm expedit animæ ad benè viuendum, ad proficiendum in gratia Dei, ad acquirendum vitam æternam. Non ergo nimis diu in mensa sedendum est, nec valde auidè comedendum atque potandum: sed nec nimis tempestiue neque superfluè, nec propter sensualitatis voluptatem, sed propter naturæ necessitatem & corporis confortationem, vt viuendo deseruiat animæ ad opera virtuosa. Hinc vitanda sunt alimenta & pocula valde pretiosa, lauta & calida, quæ non solum animam gratia Dei ac virtutibus priuant, sed corporalem quoque vitam Igdunt ac breuiant, cõburunt ac perimunt, vt Seneca contestatur: Denique septem modis peccatur in cibo ac potu: Primo, per nimiam auiditatem: secun-

do, per superfluitatem: tertio, per turpitudinem indecentiam, vt cum vestimenta & mappa à comedentibus maculantur: quarto, per apertam vel debitam horæ preuentiorem: quinto, per immoderatam delectationem: sexto, per excessiuam studiositatem circa ciborum præparationem: quia & in vilibus cibarijs monstrat se homo esse gulosum, si nimis accurate & studiosè velit ea esse parata: septimo, per carnalem delectationem, quæ præcipue in cibi & potus sumptione vitanda est. Quãuis ergo principibus liceat pretiosioribus cibis ac potibus vesci secundum mensuram & conditionem nobilitatis, dignitatis ac status eorum, in omnibus tamen modum adhibere tenentur, ne ex cibo & potu profectus & salus animæ impediatur: nam & ius naturale hoc exigit & ratio dicit, atque ad omnem Christianum pertinet adimplere, quod Christus in Euangelio loquitur: Videte ne grauentur corda vestra crapula vel ebrietate, aut curis huius seculi: & quod ait Apostolus: Curam carnis ne feceritis in desiderijs. Præterea, sicut frequenter iam dictum est, ad principem pertinere esse tantò prudentiorem ac virtuosiorum, quãtò maioris est potestatis ac dignitatis: ad quod primò & maximè requiritur sobrietas cibi & potus, quia ex gula oriuntur vitia multa & magna, quorum aliqua statui principum specialiter derogant, scilicet hebetudo sensus ad intelligendum, multiloquium, scurrilitas, immunditia, pigritia, somnolentia, fastidium ad spiritalia exercitia, atque inepta lætitia, quæ ex vino potissimè nascitur, prout in libro Esdræ habetur: Vinum omnè mentem in iocunditatem conuertit. Insuper oportet principem habere mentem ad subtilem considerationem atque iustitiæ operationem benè dispositam: ad quod valde requiritur corpus conuenièter dispositum: quoniam corpus est animæ instrumentum, & exteriores interioresque sensus deseruiunt intellectu in considerando & iudicando. Sobrietas autem cibi & potus ac somni facit corpus sanum, forte & benè dispositum, ad subserviendum animæ in actibus suis: & superfluitas alimentorum ac somni reddit hominẽ grauem, insanũ & accediosum, atque ad considerationem, contemplationem, spiritualesque actus ineptum: quoniam fumositates ad cerebrum ascendentes, interiores sensus obnubilant. Hinc maximè seruanda est principibus moderantia in cibo, potu ac somno. Vnde nimis tardè vigilare, & manè diu dormire, reprehensibile est, & animæ corporiq; nociuũ. Denique à superflua vini potatione præsertim cauendũ est: quòd

Septem modis peccatur in cibo & potu.

Lucæ. 21.

Roma. 13.

1. Esdræ. 10.

Tria in ludis cauenda.

1. Offi. 28. pp. 40.

Prover. 23.

ephe. 5.

quoniam vinum ad luxuriam incitat, quoniam corpus plurimum calefacit. Ideo dicit Apostolus: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Secundò rationem valdè obcurat, dum immoderatè accipitur: quia vaporibus suis cerebrum & sensus interiores confundit ac turbat, ita quòd vsus rationis impeditur. Idcirco tertio generat contentiones & pugnas, vulnera & contumelias, variasque corporis infirmitates: propterea ait diuina scriptura: Qui amat vinum & pingua, non ditabitur. Et iterum Salomon ait: Noli esse in conuiujs potatorum, nec in comessationibus eorum: quia vacantes potibus, & dantes symbola, consumuntur. Cui vœ? cuius patri vœ? cui rixæ? cui foue? cui sine causa vulnera? cui suffosio oculorum? Nónne ijs, qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis? Ne intuearis vinum quando flauescit, quando splenduerit in vitro color eius. In greditur blâdè, sed in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet. Rursusque Salomon loquitur: Noli regibus dare vinum: quia nullum secretum, vbi regnat ebrietas: ne fortè bibant, & obliuiscantur iudiciorum, & mutent causam filiorum pauperis. His verbis sapientissimi Salomonis concordant, quæ in Ecclesiastico scripta sunt, in quo habetur: Quàm sufficiens homini eruditio vinum exiguum, & in dormiendo nõ laborabis ab illo, nec senties dolorem. Exultatio animæ & corporis, vinum moderatè potatum. Sanitas animæ & corporis est sobrius potus. Vinum multum potatum, irritationè & iram & ruinas multas facit. Amaritudo animæ, vinum multum potatum: Ebrietatis animositas, imprudentis offensio, minorans virtutem & vitam, & faciens vulnera. In conuiuio vini non arguas proximum, & verba impropertij non dicas illi, nec premas illum in repetendo. Ex quibus omnibus innotescit, quàm vitanda sit principibus multa vini potatio: nam & diuina ait scriptura: Qui amat vinum & pingua, non erit sapiens. Præterea, quoniam Christus in Euangelio iubet: Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. Et in Ecclesiastico scriptum est: Nihil iniquius quàm amare pecuniam: cõstat, quòd immoderata, superflua & auara pecuniarum ac diuitiarum collectio, sit vitanda principibus, præsertim cù dicat Apostolus: Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum Diaboli. Et iterum dicit: Radix omnium malorum est cupiditas. Auaritiam quoque idolorum seruitutem appellat. Denique in veteri Testamento Deus præcepit per Mo-

Proverb. 21
Proverb. 23.

Proverb. 31.

Eccle. 31.

Proverb. 27.

Luce. 12.

Eccle. 10.

1. Tim. 3.

2. Tim. 6.

sen, vt Rex Israëliticæ plebis non colligeret sibi immensa auri & argenti pondera. Itemque in Ecclesiastico legitur: Auaro nihil est scelestius: hic enim animam suam venalem habet. Ex quibus omnibus elucescit, quàm detestanda ac fugienda sit principibus auaritia. Veruntamen thesaurizatio procedens ex causa honesta & nulli nociua, atque ad bonum finem relata, non est illicita neque prohibita, sed principibus potissimè licita: ideo secundum qualitatem potestatis ac status eorum licet eis thesauros reponere, ordinando pecuniam ad conseruationem & defensionem boni communis & patriæ, atque ad faciendum congruo tempore sumptus magnificos ac decentes, vt in desponsatione filiorum & filiarum suarum: item ad dandum liberaliter suo tempore, quibus donandum est, & ad construendum Ecclesias, ad fundandum cœnobias, ad beneficium religiosum, ad subueniendum indigentibus & amicis. Hoc ergo summè caendum est, ne cor suum inordinatè & excessiue afficiatur ad ipsas opes atque pecunias, sed ordinet eas ad opera virtuosa, impleatque quod ait Propheta: inuitia si affluant, nolite cor apponere. Taliter quippe olim sancti Reges ac Principes habuerunt diuitias & thesauros, quæ admodum in libro Regum habetur de Dauid, Iosaphat, Ezechia ac alijs, tales quoque multi in nouo Testamento fuerunt, qui diuitijs suis optimè vtabantur, & liberaliter eas exposuerunt, quando rationabilis causa occurrit.

De moderamine excellentissimorum Principum circa cibum & potum atque diuitias. Articulus XXII.



OC apud nobiliores gentilium principes velut lex & regula seruabatur, quòd toto corde appetebant famam præclaram & inclytum principatum: ideoque ad ardua honestatis atque virtutum exercitia se frequenter dederunt, carnis voluptatibus spretis. Vnde de Hannibale Carthaginensium Imperatore & bellicosissimo Principe legitur, quòd ante noctem non requiescebat, & per noctem surgere consuevit, atque in crepusculo ad cœnam præbuit se vacantem, tota die in regni negotijs occupatus, & ciborum ac potuum oblectamenta contemnens. Insuper de Alexandro Rege scribit Vegetius, quòd in itinere ambulans, cum amicis panem comedere solitus fuit. In epistola quoque, quam Aristoteli misit, narratur, quòd cum

Leuit. 10.

Eccle. 10.

Ps. 61.

2. Reg. 6.

2. Tim. 7.

4. Reg. 10.

Articulus XXIII.



IRTUTES morales dicuntur, per quas anima passiones suas refrenat, vincit & ordinat. Inter passiones verò animæ vna est, quæ dicitur tristitia, quæ consergit ex hoc, quòd aliquid aduersitatis occurrit, videlicet damnum, iniuria, persecutio, infirmitas, inhonoratio, vituperium aut aliquid simile. Porro virtus moralis, passionem istam refrenans ac moderans, appellatur patientia, quæ est homini tantò plus utilis, necessaria & salubris, quantò tristitia est sibi magis nociua. Tristitia verò hæc, est vehementer animæ nocens & actum rationis impediens, hominem grauens, turbulentum ac pusillanimum faciens, inuidiam cauans, & vitam ipsam in tadium vertens, atque postremo desperationem inducens. Nulla quoque est passio animæ (vt dicunt Doctores) quæ tam vehementer corporali vitæ noceat, eamque abbreviet, sicut tristitia: ideo tristitia ista est summè vitanda, & patientia est maximè amplectenda & custodienda. Nempe quàm fugienda sit tristitia, Salomon docet, dicendo: Animus gaudens ætatem floridam facit: spiritus tristis excicat ossa. Et iterum ait: Sicut tineæ vestimento, sic tristitia nocet cordi. In Ecclesiastico quoque ait scriptura: Tristitia non des animæ tuæ, & non affligas te ipsum in consilio tuo. Iocunditas cordis, hæc est vita hominis. Tristitiam longè expelle à te, multos enim occidit tristitia, & non est utilitas in ea. Sed considerandum, quòd ista dicuntur de tristitia orta ex malo pœnali, hoc est, ex aliqua aduersitate, quæ in se non est patienti culpa, sed pœna, sicut sunt damnum, infirmitas & alia prænarrata. Alia autem est tristitia orta ex malo culpæ, hoc est, ex peccato proprio vel alieno: & ista est bona, de qua dicit Apostolus, quòd penitentiam operatur, & de qua Salomon loquitur: Cor sapientum vbi tristitia. Itaque contra inordinatam illam tristitiam necessaria est patientia: quia de malis pœnabilibus non debemus inordinatè aut excessiue tritari secunda se, sed in quantum aliquo modo elongant nos à Deo, tritari de eis aliquo modo licet: Non autem elongant nos à Deo directè & immediatè ac per se, sed in quantum nos impatienter ea suscipimus: nil verò directè & immediatè elongat & impedit nos à Deo, nisi peccata nostra: ideo de impatientia nostra cæterisque peccatis tritari debemus. Aduersitates verò & tribulationes atque iniurias patienter, æquamè

Ps. 114.

1. Cor. 13.

1. Tim. 6.

1. Tim. 6.

1. Tim. 6.

Quòd patientia sit principibus multum necessaria specialiterque seruanda.

quas anima passiones suas refrenat, vincit & ordinat. Inter passiones verò animæ vna est, quæ dicitur tristitia, quæ consergit ex hoc, quòd aliquid aduersitatis occurrit, videlicet damnum, iniuria, persecutio, infirmitas, inhonoratio, vituperium aut aliquid simile. Porro virtus moralis, passionem istam refrenans ac moderans, appellatur patientia, quæ est homini tantò plus utilis, necessaria & salubris, quantò tristitia est sibi magis nociua. Tristitia verò hæc, est vehementer animæ nocens & actum rationis impediens, hominem grauens, turbulentum ac pusillanimum faciens, inuidiam cauans, & vitam ipsam in tadium vertens, atque postremo desperationem inducens. Nulla quoque est passio animæ (vt dicunt Doctores) quæ tam vehementer corporali vitæ noceat, eamque abbreviet, sicut tristitia: ideo tristitia ista est summè vitanda, & patientia est maximè amplectenda & custodienda. Nempe quàm fugienda sit tristitia, Salomon docet, dicendo: Animus gaudens ætatem floridam facit: spiritus tristis excicat ossa. Et iterum ait: Sicut tineæ vestimento, sic tristitia nocet cordi. In Ecclesiastico quoque ait scriptura: Tristitia non des animæ tuæ, & non affligas te ipsum in consilio tuo. Iocunditas cordis, hæc est vita hominis. Tristitiam longè expelle à te, multos enim occidit tristitia, & non est utilitas in ea. Sed considerandum, quòd ista dicuntur de tristitia orta ex malo pœnali, hoc est, ex aliqua aduersitate, quæ in se non est patienti culpa, sed pœna, sicut sunt damnum, infirmitas & alia prænarrata. Alia autem est tristitia orta ex malo culpæ, hoc est, ex peccato proprio vel alieno: & ista est bona, de qua dicit Apostolus, quòd penitentiam operatur, & de qua Salomon loquitur: Cor sapientum vbi tristitia. Itaque contra inordinatam illam tristitiam necessaria est patientia: quia de malis pœnabilibus non debemus inordinatè aut excessiue tritari secunda se, sed in quantum aliquo modo elongant nos à Deo, tritari de eis aliquo modo licet: Non autem elongant nos à Deo directè & immediatè ac per se, sed in quantum nos impatienter ea suscipimus: nil verò directè & immediatè elongat & impedit nos à Deo, nisi peccata nostra: ideo de impatientia nostra cæterisque peccatis tritari debemus. Aduersitates verò & tribulationes atque iniurias patienter, æquamè

Proverb. 17.

Proverb. 28.

Eccle. 18.

2. Cor. 7.

Eccle. 7.

miter & gaudenter debemus perferre: primò, quia per ea à peccatis purgamur: secundò, quia per ea maiorem à Deo gratiam & consolationem adipiscimur in hac vita, pleniorémque gloriam in regno cœlesti: tertid, quia per ea à maximis pœnis Purgatorij liberamur, & ad futuram beatitudinem plurimùm propinquamus, celeriusque perducimur: quartò, quia per ea Christo & eius electis specialiter conformamur: siquidem electi Dei quòd chariores Deo fuerunt, eò grauiora aduersa in hoc seculo sunt perpessi, propter quod Christus in Apocalypsi testatur: Ego quos amo, arguo & castigo. Itaque qui ista diligenter perpendit, patiens est in aduersis, nec propter aduersa tristatur, sed gloriatur & Deo regratiatur, sicut Apostolus Iacobus exhortatur: Omne gaudium existimate cum in diuersas tentationes incideretis. Præterea quòd princeps in maiori constitutus est potestate ac dominatione, eò plura sibi occurrunt ex quibus possit turbari & contristari, nisi patientiæ virtutem habuerit: varia enim videt, audit & percipit, quæ displicentiam generant: quia & ipse tenetur inquirere ea, quæ sunt in territorio suo, quomodo officij sui se habeant, quomodo ciuitates regantur, quomodo vulgus obediat. Principibus quoque multi aduersari, insidari, inuidereque solent: idcirco vt iucundi sint cordis, bonique animi & mentis tranquillæ in Deo, magna patientia indigent, pro qua Deum fideliter deprecari debent & laborare, frangendo seipsos, & ea pensando, quæ ad patientiam incitant & inducunt. Verùm (vt ait Chrysostomus) quamuis pium sit propriam iniuriam sustinere, impium tamen est Dei iniuriam ferre: ideo principes (quorum est subditorum excessus corrigere) transgressiones illorum non debent semper impunitas relinquere, immo propriam iniuriam possunt & debent vlicifci per vigorem iustitiæ, ex charitate, non ex impatientia vel rancore, quando vtilitas boni communis aut iustitia hoc requirit, vt si peccantes & iniuriantes ex patientia principis deteriores durioresque fierent, atque ad vitia proniores & audaciores, ita quòd bono communi inde immineret periculum, & iustitia pateretur iacturam & contemneretur, authoritas quoque principis vilipenderetur. Denique, quanta sit laus, vtilitas, celsitudo & dignitas patientiæ, sacra scriptura clarissimè docet. Nam Christus in Euangelio loquitur: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est re-

apoca. 3.

Iacob. 1.

Matth. 5.

gnum cœlorum. Et rursus: Beati eritis cum maledixerint vobis homines, & persequuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersus vos, & mentientes, propter me: gaudete in illa hora & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlo. Et denuò ait: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Salomon quoque affirmat: Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbiùm. Et iterum: Qui patiens est, multa gubernatur prudentia. Præterea cum principum sit subtiliter iudicare, sapientia præfulgere, in vsu rationis fortem consistere, tantò plùs debent impatientiam evitare, quòd per eam rationis vsus plùs impeditur: & certum est, quòd per impatientiam ratio valdè cœatur & impeditur, ita quòd homo interdum sit stulto furiosoque similis: propter quod Salomon conuenientissimè proficitur: Qui impatiens est, exaltat stultitiam suam. Et rursus: Impatiens operatur stultitiam, quoniam eius ratio intantum excæcatur, quòd non attendit, quàm indecenter & insipienter se habet. Insuper patientia reddit principem honorabilem exemplaremque omnibus, quoniam patientia magna sapientiæ signum est & perfectionis indicium: Nam tempore aduersitatis ostenditur, an homo sit veraciter virtuosus. Impatiens facit hominem valdè festinum. Cuiusque principis sit, subditorum suorum iram & impatientiam increpare, discordantefque ad pacem reducere, necessè est eum esse singulariter patientem: hinc & gentiles reges ac principes ad patientiam se dederunt. Vnde & in gestis legitur Romanorum, cum quidam Octauiano Imperatori dixisset: O tyranne: patienter respondit: Si essem, non diceres: sed & alias multas iniurias, quas facillimè atque grauissimè poterat vindicare, patientissimè tulit, cum tamen totius mundi Dominus esset. Insuper de Iulio Imperatore narratur, quòd dum sedens in camera audisset milites suos sibi detrahentes, digito tangens parietem, dixit: Loquimini, submissius, Imperator posset audire. Rursus dum quidam exprobrando progeniem eius, vocasset eum pannificum seu textorem, cum mira patientia tulit ac fluit. Denique Aeneas Priami Regis Troiæ gener destructa Troia fugiens, suos ad patientiam hortans, asseruit:

O (viri) grauiora passus, dabit Deus his quoque finem. De patientia quoque Alexandri multa leguntur:

Luc. 11.

Luc. 31.

Prout. 16.

Prout. 16.

Idem.

Zod. 1.

Virgilius.

tur: Nam cum Antigonus miles eius ei dixisset, quòd propter iuuetutem esset indignus regnare, tulit & fluit. Hinc primo Machabæorum legitur de Romanis, quòd omnia loca obtinuerunt patientia sua. Postremò, cum princeps multitudini præsit & vulgo, in quibus sunt plurimi imperfecti, oportet eum multa parua dissimulare & patienter sufferre, nec potest omnia talia emendare.

Quomodo principibus vitanda sit ira, & mansuetudo seruanda. Ar= ticular. XXXIII.



Primum hominis est, esse & viuere secundum rationem, hoc est, rectæ rationis sequi iudicium: quoniam ratio secundum se semper inclinat ad vera & bona: idcirco quantum aliqua passio actum rationis plùs impedit, tantò amplius vitanda est homini, & maxime principi, qui in sapientia & virtute debet iugiter stabilis permanere. Porro ira præ cæteris animæ passionibus actum rationis manifestissimè impedit, quia ex ebullitione sanguinis circa cor & vehementi commotione interiores sensus turbantur, & anima nimis intenta ei, cui irascitur, atque iniuriam sibi illatam valdè attendens, maxime impeditur in consideratione veritatis & operatione virtutis: quia regula est, quòd quantum anima fortius occupatur in actu & obiecto vnus potentiæ, tantò plùs remittitur & impeditur in actibus potentialium aliarum. Itaque quantum Rex, Dux seu Princeps tenetur esse in vsu rationis robustior, in rectitudine iudicij acutior atque syncerior, in considerando & ordinando, quæ bona ac vera sunt, aptior, & in gubernando prudentior, tantò amplius tenetur iram vitare, seque ad mentis tranquillitatem & mansuetudinem dare. Denique, sicut præcedenti articulo dictum est de impatientia, quòd propter impetuosos gestus, quos causat, cõformat hominem stulto: ita de ira dicendum, quòd facit hominem fatuo similem: propter quod ira est manifesta stultitia, ita quòd iracundus interiorem suam passionem, commotionem & turbationem per certa indicia foris ostendit: nam propter defectum rationis non discernit, quantum passio ira sit occultanda, nec inhonestatem iræ aduertit. Ideo Salomon loquitur: Non sis facilis ad irascendum, quia ira in sinu stulti requiescit. Et in libro Job scribitur: Virum stultum interficit iracundia, Valdè ergo vi-

Regula.

Eccl. 7.

Job. 5.

tanda est principibus ira, præsertim quoniam ira facit hominem alijs onerosum, prout Salomon contestatur: Spiritum ad irascendum facilem qui poterit sustinere? Rursusque ait: Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati spiritus ferre quis poterit? Quemadmodum ergo necessaria est homini patientia ad refrenandam & expellendam inordinatam tristitiam, ita necessaria sibi est mansuetudo, quæ est virtus moralis iram moderans ac refrenans. Insuper, quantum laudabilis, honesta & exemplaris est mansuetudo, tantò vituperabilis, inhonesta & scandalizatiua est ira. Quanta verò sit laus mansuetudinis, docet scriptura, dicendo: Fili, in mansuetudine opera tua fac, & super omnem hominum gloriam diligere. Christus quoque in Euangelio asserit: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Et denuò: Discite, inquit, me, quia mitis sum & humilis corde. Itaque magna & nobilis virtus est mansuetudo, quoniam hominem suis ipsius efficit compotem, rationis sequacem, cunctis amabilem, ad charitatem Dei & proximi aptum, ad considerandum, consulendum ac contemplanandum benè dispositum. Præterea in ira potest homo peccare dupliciter: Primò, si ipsa commotio iræ sit nimis impetuosa ac feruida: secundò, si maior quæratur seu infligatur vindicta, quam culpa meretur & ratio dicat. Idcirco necessaria est homini mansuetudo ad refrenandum vtrumque istum excessum, quia irato apparet, quòd iniuria sibi illata sit maior quam est: ideo nisi per mansuetudinem se refrenet, ira sua nimis accenditur, & grauiorem appetit vltionem quam iustitia exigit aut ratio docet: sic autem maiorem vltionem experere, est ex suo genere peccatum mortale, cum sit contra iustitiam, immo & contra charitatem. Quæ (vt ait Apostolus) Non irritatur nec cogitat malum. Veruntamen aduertendum, quòd duplex est ira: nam vna est, quæ præuenit rationem turbans impediensque eandem, & hæc vocatur ira per vitium, de qua intelligenda sunt præinducta: Alia est ira sequens rationem, quam iram ratio spontè assumit, vt per eam fortius exequatur actus fortitudinis atque iustitiæ, & ista dicitur ira per zelum, quia est detestatio vitij, estque laudabilis, bona, & suo tempore assumenda, de qua dicit sanctus Gregorius: Tunc robustius ratio contra peccata erigitur, dum ira rationi famulatur. Et iterum: Summè cauendum est, ne ira, quæ vt instrumentum virtutis assumitur, rationi dominetur, ne quasi domi-

Prout. 16.

Prout. 16.

Eccl. 3.

Matth. 5.

Matth. 11.

In irapeccatum duplex.

1. Cor. 13. ira duplex.

Gregorius.

napræcat, sed tanquam ancilla ad obsequium parata, à rationis tergo nunquam recedat. Vnde dum vltio quæritur propter correctionem culpæ & emendationem personæ ac conseruationem iustitiæ, est ira bona ac licita, quæ dicitur ira per zelum, quæ ad aliorum Rectores ac Iudices maximè pertinet. Porro si vindicta quærat in nocentem alterius, & ex priuato ac inordinato amore irascens, est ira per vitium: & quando quis manet in tali ira, non exardet à Deo, quoniam Christus in Euangelio ait: Si non remiseritis de cordibus vestris, nec Pater vester cœlestis dimittet peccata vestra. Et in Ecclesiastico scriptum est: Qui vindicari vult, à deo inueniet vindictam. Ignosce proximo tuo, & tunc deprecanti tibi soluentur peccata. Insuper Reges & Principes veteris Testamenti, idcirco maximè Deo com placuerunt, quoniam mansueti fuerunt, vt Moses, Ioseph, Dauid, Ezechias, Iosias & alij quidam. Quanta etenim fuit mansuetudo Dauid patet ex eo, quod secundo Regū narratur, quia dum Dauid Rex filium suum Absolonem fugiens, iret in medio baronum militumque suorum, occurrit ei vir nomine Semei, qui lapides proiecit contra Dauid & seruos eius, maledixitque Regi Dauid, dicendo: Egredere, egredere vir sanguinum & vir belial: & alia multa verba maledictoria protulit, quæ omnia Dauid mansuetissimè tolerauit, nec virum illum à suis militibus permisit occidi. Tales quoque multi in Testamento nouo fuisse leguntur, præsertimque talis extitit Theodosius Imperator, qui dixit: Si quis maledixerit nobis, nolimus eum pœnæ subiugari, quoniam si ex leuitate processit, contemnendum est: si ab iniuria, condolendum est: si ab iniuria, remittendum. Sed & gentiles principes ad iram superandam diligentes fuerunt. Cùm enim quidam Vespasiano Imperatori dixisset: Vulpem posse mutare pilum, non animū: ipsum autem Vespasianum nullum illorum posse mutare, eod quod pecuniæ cupidus esset, nec avaritiam minueret processus ætatis, Vespasianus respondit: His omnibus debemus risum, nos ipsi correptionem, pœnamque criminosis.

Quod misericordia atque clementia ad principem eminenter pertineat.

Artic. XXXV.



Requenter in libris Sanctorum ac Philosophorum misericordia & clementia pro eodem sumuntur: propriè tamen differunt:

Misericordia namque est alienæ miseris in corde nostro compassio, qua indigentibus pro posse subuenimus, vt libro nono de Ciuitate Dei asserit Augustinus. Porro clementia, vt Seneca dicit, est temperantia animi in potestate viciscendi, seu lenitas superioris circa inferiorem, vel inclinatio animi ad lenitatem in pœnis exigendis. Itaque quemadmodum mansuetudo est virtus moderatiua iræ, sic clementia est virtus moderatiua exterioris punitionis atque vindictæ: talisque clementiæ actus ex quadam cordis dulcedine prodit, in quâ tunc cor abhorret id, quod alium contristare & affligere potest. Ecce trario austeritas cordis est, quod contristare alios non veretur. Crudeles autem dicuntur, qui communem modum puniendi excedunt. Sæui verò & feri vocantur, qui in aliorum pœnis, propter ipsas pœnas seu in quâ tunc sunt pœnæ, delectantur: & isti vocandi sunt bestiales, quia humanum exuerunt affectum, cùm homo naturaliter diligit hominem: sicut & omne animal diligit simile sibi. Igitur ad misericordiam pertinet, aliorum miseris, defectibus seu indigentibus condolare ac subuenire, tam in spiritalibus quam in corporalibus. Denique, misericordia ista & vtraque opera eius, tantò plùs ad principem spectat, quod ipse teneretur esse similior Deo, cui proprium est misereri semper & parcere, qui solem suum facit oriri super bonos & malos, & ingratum ac impium incessanter beneficia multa largitur. Item tantò plùs pertinet ista ad principem, quod magis teneretur in dilectione Dei & proximorum, præsertim subditorum suorum, esse perfectior. Misericordia namque ex charitate procedit: princeps autem subditos suos quasi filios debet amare: idcirco pauperibus & egenis, miseris & afflictis debet potissimè esse benignus, largus & dulcis. Sed & Deus talibus specialissimè se misericordissimum exhibet. Rursus quod regibus, ducibus ac principibus est maior copia & affluentia rerum, & quod eis plura diuinitus data sunt bona, eod pro dei amore debent misericordiores & beneficentiores consistere in omni actu misericordiæ, quantum status eorum permittit, attendentes, quod ait Saluator: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et quod Iacobus ait Apostolus: Iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam. Præterea decentissimum est, principem esse clementem, facilius ignoscendo & pœnas remittendo aut minuendo, vt Deus eiclementer ignoscat. Eadè nempe mensura, qua mensus fuerit ipse hominibus, ei desu-

per remetiatur. Consideret ergo se hominū ac Iudicem habere in cœlo, & sic faciat alijs, sicut vult sibi fieri à Deo. Insuper penitet princeps, quanta sit humanæ conditionis fragilitas, quanta sit imperfectio ac ignorantia vulgi, quantum sit impetus iræ, impatienciæ aliarumque passionum in hominibus, & ex consideratione hac clemens sit reis compatiensque peccantibus, & pronus ad indulgendū, quia per hoc Deo & hominibus charissimus erit. Vnde & gentiles principes ad misericordiam atque clementiam se dederunt. Hinc Tullius Iulium Imperatorem laudans, differuit: Nulla in virtutibus tuis admirabilior aut gratiosior est, quam misericordia tua. Seneca quoque fateretur, quod nihil magis decorum & condecens sit regenti, quam virtus clementiæ.

De clementia magnorum nobilissimorumque Principum. Articulus XXXVI.

Tit. sec. lib. 5. cap. 1.



Narrat Valerius, & sanctus Augustinus libro de Ciuitate Dei hoc recitat, quod Marcus Marcellus Princeps Romanus, cùm Syracusas vrbem opulentissimam atque pulcherrimam à se iam captam conspiceret, in alto stans loco & victæ vrbis infortunium pensans, eius defleuit miseriam, quamuis post longam obsidionem plurimosque labores eam obtinisset. Denique Iulius Cæsar vir magnæ clementiæ bonorumque morum, cùm caput Pompeij hostis sui, à Rege quodam potente amputatum, sibi que missum vidisset, recordatus probitatis ac fortitudinis Pompeij, fleuit. Sed & ipse Pompeius Romanorum præpotens Princeps, quamuis à Iulio post varia prælia victus, magnæ fuit clementiæ: dum enim Armeniæ Regem vicisset, atque eundem coram se supplicem vidisset prostratum, mox eum leuauit, & blandis recreauit eloquijs, perditumque diadema in capite eius reposuit, & in pristinam constituit dignitatem: æquè magnificum iudicis, vincere Reges, & facere Reges. Præterea aduertendum, quod Romani per istam clementiam magis sibi potentiam subiecerunt, quam per armorum præsentiam. Narrat quippe Valerius, quod Senatores Romani in actibus suis humanissimi clementissimique fuerunt. Vnde dum Carthagenisum Legati Romanam ad redimendum suos captiuos venissent, multam secum ferentes pecuniam, Senatores dimiserunt captiuos absque pecunia, cùm tamen valde multi fuissent captiu.

Hinc Carthagenes Legati tantam captiuorum hostium multitudinem videntes gratias dimissam, tantamque pecuniam spretam, & tot iniurijs veniam datam, obstupuerunt, dicentes: O liberalitas Romanorum, equanda benignitati Deorum. Hinc potentissimus ille Cæsar differuit: Qui non laborat militibus suis esse charus, nescit milites suos amare. Vnde Aristoteles Alexandrum ad clementiam valde admonuit, quam & Alexander abundanter ostendit. Narrat namque Valerius, quod cum Alexander exercitum suum in tempestate duceret per desertum seu horridum locum, & militem quandam senem frigore tabefactum conspiceret, ipse sedens in sede alta & igni propinqua, statim surrexit, & militem illum propria manu accipiens, in sede sua locauit vt refocillaretur: quo facto, militū corda suo succendit amore. Nec mirum, si sub illo Rege ac Principe milites iucundum putauerint militare, cui sanitas militis proprio modo atque fastigio charior fuit. Denique, cùm Alexander maximum suum hostem Darium Regem Persarum inuenisset lætaliter vulneratum, vehementer condoluit, fleuit, & porripis humeris Darium iam defunctum cum Persis tulit ad monumentū. Ideo Persæ hoc inspicentes, non tantum de Darij occisione quantum de Alexandri pietate fleuerunt, atque deinceps Alexandro fidelissimi extiterunt. Postremò, in epistola, quam Alexander Aristoteli misit, habetur, quod dum Alexander Porum Indiæ potentissimum, superbissimum atque ditissimum Regem vicisset, atque eidem Regnum Indiæ restituisset, Porus in sperato donatus honore, & tanta victus clementia, abundantissimos suos, quos pauld antè abscondit, thesauros Alexandro monstrauit, & eum eiusque exercitum inde ditauit, deinceps quoque Alexandro mansit fidelis. Hinc ait Valerius, quod humanitatis dulcedo effrenata Barbarorum penetrat vincitque corda, & crudeles hostium mores emollit. Vnde cùm Pifistratus Atheniensium Princeps à sua coniuge rogaretur occidere iuuenem quendam, quia filiam suam osculatus fuit in via, vbi eius transitum obseruauit, quoniam captus amore puellæ fuit, Pifistratus pater puellæ respondit vxori: Si eos occiderimus, qui nos amant, quid odientibus nos faciemus? Hoc planè ex radice dixit clementiæ, atque hoc modo filix suæ tulit iniuriam, & multò laudabilius suam. Legitur quoque, quod dum Pyrrhus Rex audisset Tarentinos sibi in conuiuio grauer ac multipliciter detraxisse,

dixit ad eos, an de se talia prorulissent: quorum vnus respondit: Nisi vinum nobis defecisset, ea, quæ tibi relata sunt, ludus & iocus fuissent respectu eorum, quæ locuturi eramus. Et ecce tam vrbana crapulæ excusatio, itemque tam simplex veritatis confessio, iratum regem conuertit in risum, & per clementiam, quam exhibuit Tarentinis, habuit eos sibi decæterò fauorabiles, ita quod sobriij gratias ei agebant, & ebrij bona precabatur. Sed quia superius dictum est, quod oporteat principem esse singulariter iustum, nunc autem inductum est, quod oporteat eum specialiter esse misericordem atque clementem: scire necesse est, quando & quibus debeat esse iustus ac rigorosus, & quando ac quibus debeat esse clemens, qualiter etiam iustitiam & misericordiam seu rigorem & clementiam debeat in suis actibus temperare ac commiscere. Sed hoc in tertia parte huius tractatus est declarandum, ubi dicitur quomodo princeps habere se debet ad communitatem & gubernare eandem.

Quod humilitas sit principibus valde necessaria. Articulus XXXVII.

Sicut ex præhabitis elucescit, tantò plùs necessaria est principibus gratia, directio atque auxilium Spiritus sancti ad bene regendù seipso ac alios, quò pluribus dominantur ac præsent. Cum ergo superbia gratiam, directionem & opem Spiritus sancti maxime tollat impediaturque ab anima, humilitas verò animam potissimè præparet, aptet atque dignificet ad omnem gratiam, illuminationem & in habitationem Spiritus sancti, certum est, quod superbia sit principibus vehementissimè fugienda, humilitas autem sit eis toto desiderio amplectenda. Hinc eniam Deus sublimis & benedictus ait per Esaiam: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super quietem & humilè, & trementem sermones meos? Et rursus ait scriptura diuina: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiã. Quo verbo probatur, quod Deus non solum subtrahit opem & gratiam suam superbis, sed in super opponit se eis: idcirco succumbunt & pereunt, quoniã omnipotenti deo nec præualere neque resistere queunt. Ideo in Ecclesiastico scriptum est: Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Beatissima quoque virgo Maria ait: Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Denique sicut pluuia non manet in cacumine montium,

sed descendit ad concaua vallium: sic gratia Dei nõ manet in cordibus superborum, sed descendit ad mentes humilium: & quod fuerint humiliores, tantò maior gratia Dei eis cõfertur. Præterea dictum est, quod in principibus esse oporteat sapientiam singulariter magnam, quod esse non valet, nisi fuerint singulariter humiles, quoniã Salomõ protestatur: Vbi fuerit humilitas, ibi & sapientia. Ideo dicit scriptura: Quanto maior es, humilia te in omnibus, & inuenies gratiam coram Deo & hominibus. Et rursus: Humilia valde spiritum tuum, quoniã vindicta impij ignis & vermis. Amplius, vt clarè ostensum est, quantò princeps altior est dignitate, potestate ac dominatione quàm subditi eius, tantò debet eis esse perfectior in omni prudentia & virtute, & præ cæteris Deo conformior, cum sit quædam diuinæ potestatis imago in terra. Humilitas autem est virtutum omnium fundamentum, cultos ac munimentum, idcirco oportet humilitatem tantò esse profundioram ac stabilioram, quantò perfectius virtutum extat sublimior. Præterea iam paulò antè deductum est, quàm necessaria sint principibus mansuetudo & patientia, quæ virtutes sine humilitate haberi non valent. Superbi nanque ad iram & indignationem sunt proni, propter quod Salomon loquitur: Vbi fuerit superbia, ibi erit & cõtumelia. Itemque, inter superbos semper sunt iurgia. Ideo in Ecclesiastico Deus iubet: Non te extollas in cogitatione tua velut taurus, & noli te extollere in faciendõ opere tuo, sed in mansuetudine serua animam tuã. Iterum dictũ est, quod quantò princeps plura & maiora à Deo sortitus est bona, tantò debet esse Deo gratior atque subiectior, & per cõsequens humilior: quia hoc Deus singulariter præcipit, & requirit ab homine, vt veram habeat humilitatẽ, sine qua nemo potest Deo placere neque saluari: quia vt ait Saluator: Qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur: immo per superbiam fit homo deo valde odibilis, propter quod Deus ait per Salomonẽ: Arrogantiam & superbiam & os bilingue detestor. Per Sophoniam quoque Prophetã minatur: Visitabo super omnem qui arrogatẽ ingreditur. Vnde in libro Iob dicitur contra superbum: Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitas attonitos habes oculos? quid tumet contra Deum spiritus tuus? Igitur quantò princeps in hac vita magis se erigit per superbiam, tantò post hanc vitam contemptibilis atque pœnalitè deprimetur in sempiterna inferni tormenta.

De

De causis & considerationibus, propter quas omnis homo, quantumcumque excellens, in vita hac tenetur humiliare seipsum. Articulus XXXVIII.



Quantò quis habet plures atque maiores occasiones peccandi, tantò difficilius sibi est vitare peccata. Principes verò quantò plùs abundant in diuitijs, delicijs atque honoribus, tantò plures ac fortiores habent occasiones peccandi, & præsertim incidendi superbiam. Et quoniã vident se cæteris in potestate, nobilitate ac veneratione excellentiores, difficulter ad veram humilitatem perueniunt, & difficulter manent in ea, sed ad animositatem sunt proni. Vnde ad vitandam superbiam cæteraque peccata indigent specialissima Dei gratia, diligenti cordis sui custodia, frequentibus ac feruentibus orationibus, deuotis meditationibus ac cæteris exercitijs virtuosis, videlicet sæpè confitendo, cum deuotis hominibus cõferendo, Missas & diuina officia quotidie audiendo, opera misericordie & aliarũ virtutum per se atque per subditos suos agendo. Porro ad acquirendam & conseruandam verã humilitatẽ, debet princeps & quilibet homo primò considerare, quid sit, & quid habeat ex seipso: moxque inueniet, quod ex seipso nihil existat, & a seipso nil habeat boni, sed quicquid est & habet, à Deo susceptum. Ideo totũ Deo grata & humili mente ascribat, nec seipsum extollat, neque in se inaniter gloriatur, & cordialiter doleat, quod donis Dei toties est abusus, quod Creatori suo tã frequenter fuit ingratus, quod bonis, quæ à Deo accepit, toties sua mala commiscuit. Hinc ait Apostolus: Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Et denuò loquitur. Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Non enim, qui seipsum cõmendat, ille probatus est, sed quẽ Deus cõmendat. Itemque, qui se putat aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Vnde per Hieremiam locutus est: Non gloriatur sapiens in sapientia sua, & nõ gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur diues in diuitijs suis, sed in hoc gloriatur, qui gloriatur, scire & nosse me. Secundo consideret se, secundum quod est peccator, pensanda mala quæ fecit, & bona quæ omisit. Recogitet ergo quoties & quàm grauius Deum offendit, & an alijs fuit causa peccandi. Attendant quanta sit peccati enormitas, & quàm ineffabiliter inquinat atque vilificet hominem: Nempè quòd quis, in quem peccatur, maioris est dignitatis ac honora-

bilis, eò grauius est peccatum in eum commissum. Cum ergo Deus gloriosus sit prorsus incomparabilis & immensè dignitatis & honorabilitatis, peccata quibus ipse offenditur sunt incomparabiliter graua, & quodammodò infinitè enormia. Vnde pro vno peccato mortali fit homo dignus damnatione æterna. Tertio consideret se per comparisonem ad eos, qui perfectiores & sanctiores sunt eo, & maxime per comparisonem ad Deum, qui vniuersis & singulis infinitè est melior, altior, potentior, maior: sicque intuitu Dei seipsum profundè humiliet, & velut pro nihilo reputet. Quarto consideret se esse seruum Christi, qui humilissimus fuit: Cum ergo non sit seruus maior Domini suo, non se extollat, qui tam humilem Dominum se habere fatetur. Quinto consideret princeps, quod bona ista exteriora & corporalia, videlicet diuitiæ & honores, nobilitas & potestas atque similia, sunt valde parua & vilia respectu spiritualium donorum Spiritus sancti, quibus homo fit Deo acceptus, æternaque vita condignus: ideo in corde suo præferat sibi eos, qui in talibus magis perfecti sunt. Sexto consideret, quod de omnibus, quæ à Deo accepit, districtissimè iudicabitur, sicque excellentia sua erit sibi magis causa & origo sollicitudinis ac timoris, quàm gloriæ vanæ & elationis. Septimo consideret, quod omnium vitiorum origo, regina & mater extet superbia: ideo nisi homo per humilitatem abiecerit eam, ruet in omnem iniquitatem. Propterea scribitur in libro Tobie: Superbiam nunquam in tuo sensu aut in verbo tuo dominari permittas: in ipsa enim sumpsit initium omnis perditio. Consideret quoque princeps, quod status suus sit tantò periculosior, quantò sublimior, & quod æterna damnatio debetur superbiæ: Sicque per humilitatem se reprimat, ne excellentiam appetat aut honorem requirat vltra quàm ad suum pertinet gradum ac statum, nec subditos spernat. Veruntamen ex charitate Dei & proximi & ex iustitia potest & debet velle atque exigere, vt subditi sui debitam reuerentiam, obedientiam, seruitutem ei impendant, in quantum est principis eorum & Dei minister: hoc enim requirit iustitia & lex diuina. Sed princeps in reuerentia sibi exhibita non debet inaniter gloriari, sed ad Dei honorem & gloriam ordinare, immo quò plùs honoratur, eò plùs vereatur, ne fortè non ita se habeat, sicut Deus ab ipso requirit, & suus exigit principatus.

Kkk 4 De

1. Cor. 4.

1. Cor. 11.

1. Cor. 10.

1. Cor. 10.

1. Cor. 11.

1. Cor. 11.

1. Cor. 11.

1. Cor. 11.

1. Cor. 11.

1. Cor. 11.

1. Cor. 11.

1. Cor. 11.

1. Cor. 11.

De humilitate excellentium principum tam
fidelium quam gentilium. Art.
titulus XXIX.

Deuter. 17.

2. Reg. 6.

4. Reg. 20.

4. Reg. 22.

1. Reg. 15.

DEus omnipotēs & excelsus, cūm per Moſen loqueretur, qualis eſſe deberet rex filiorum Iſraēl, inter cætera dixit: Non eleuetur cor eius per ſuperbiam ſuper fratres ſuos. Ideo aliqui præclariffimi Reges Iſraēl humiles eſſe ſtuderunt, quemadmodum ſanctus Rex Dauid loquitur de ſeiſo: Ero humilis in oculis meis. Quanta etiam fuerat humilitas Ezechia atq; Iofia, regum Iuda, patet in libro Regum. Vnde Sauli primo Regi Iſraēl, quoniam ſuperbiuit, Dominus dixit: Cūm eſſes paruulus in oculis tuis, caput in Iſraēl factus es: nunc autē abieci te, ne ſis Rex. Denique in multis Chriſtianis regibus ac principibus humilitas glorioſe reſplenduit, ſicut in ſancto Ludouico Rege Francorum, qui ſeptē annis (vt legitur) iuit per mundum vt peregrinus & pauper, viſitare viros ſanctos & ſacra loca ac ſanctorū reliquias. Item in Carolo Rege, qui cūm Romæ appropinquaret, atq; vno adhuc millia ri diſtaret ab ea, deſcendit de equo, & pedeſter introijt Romam, ſicq; proceſſit viſitando ibidem ſanctorum baſilicas atque reliquias. Denique Conſtantine Imperator Chriſtianus effectus, proprijs humeris duo decim cophinos terræ exportauit, vt locus ad conſtruendam eccleſiam beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli prepararetur. Theodoſius quoque Imperator humiliffimus fuit intantum, vt cūm pro quodā exceſſu à beato Ambroſio excommunicatus fuiſſet, humiliter tulit. Sed & illuſtriſſimus ille princeps Gotfridus de Lotaringia (qui reuera fuit Dux Lotaringiæ &c. & terram ſanctam obtinuit) cūm Rex Hieruſalē factus fuiſſet, nunquam voluit ibi rex vocari, nec regium diadema portare, aſſerens nō decere, vt ipſe illic regiam ferret coronam, vbi Dominus eius Ieſus Chriſtus filius Dei fuerat ſpinea coronatus corona. In ſuper, gentilium principes nobiliores ſuperbiam & ambitionem ſugerunt. Vnde Veſpaſianus in Imperatorem electus, poſt longam Romanorum inſtantiam & increpationem vix acquieſcere voluit. Legitur quoque de Rege quodam ſubtilis ingenij, qui oblatum ſibi Regium diadema diū conſiderans, dixit: Si quis bene pendere, quantis ſollicitudinibus & anxietatibus plenum ſis, nec de terra te eleuaret. Præterea legitur, quōd romanis principibus poſt victorias redeūtib; Romam,

triplex honor fiebat. Primus fuit, quōd populus ei cum lætitia obuiauit: ſecundus, q̄ omnes captiui ſequēbātur curram eius manibus retrō ligatis: tertius, quōd induebatur tunica Iouis, & ſedit in curru, quē trahabant quatuor equi albi, & taliter ducebatur vſq; ad Capitoliū. Sed ne ex iſtis honoribus obliuiſceretur ſui ac ſuperbiret, oportuit eum eodem die triplicem ſuſtinere moleſtiam: Prima fuit, quōd ſecum in curru ponebatur vnus ignobilis ſeruilis cōditionis, vt daretur cuilibet, quantumcunq; ignobili, ſpes perueniendi ad talem honorē, ſi ſua probitas mereret. Secunda fuit, quōd ſeruus ille colaphizabat victorē illum, dicens: Agnoſce teipſum, & noli ſuperbire de tanto honore: reſpice poſt te, hominem te eſſe memento. Tertia fuit, quōd licuit illa die dicere cuilibet in cōtūmeliā victoris quicquid volebat: Poterat nanq; quilibet dicere omnia opprobria ipſi victori impune. Vnde & Iulio Cæſari reuertenti Romam poſt multas victorias fuerunt multa impropria dicta, nulla vltime ſequentē. Præterea, cūm Alexander rex ad Dariū potentiſſimum Regem Perſarum victum & lætiter vulneratum veniſſet, locutus eſt varius Alexandro: Fili Alexander, non eleuetur mens tua in gloria victoriam quam habes, etiamſi opera, quę di; operati ſunt, fueris operatus: ſemper recordare nouiſſimum: Gloria victorialis non ſolum datur imperatori, ſed etiā cui prouidentia ſuperna conceſſerit. Intuere me, & vide qualis fui heſterno die, & qualis ſum hodie, qui nunc humiliatus ſum vſq; ad puluerem. Heri fui imperator terrarum & nationum multarum, & hodie non habeo meipſum in poteſtate. Poſtremo, cū Alexander poſt victorias maximas incidiſſet in manus ſceminæ, ſcilicet Candacis reginæ, & maximē turbatus eſſet ac tremens, quia nequaquam euadere quirit, Regina dixit ad eum: Quare mutatus eſt color tuus, & expaueſcis deſtructo totius Indiæ & Perſidis? Superaſti Parthos & Medos, & modō ſine conſiſtu in manus ſceminæ incidiſti. Vnde ſcias o Alexander, quōd nullo modo debet eleuari cor hominis in ſuperbiā, qualiſcunq; ei etiam occurrat proſperitas: ſed nec cogitet, quōd non inueniat alium hominem fortiorem ſe.

Quōd magnanimitas ad principes pertinet.
Articulus XXX.



Peratio debet eſſe proportionata agenti: Idcirco quōd princeps ceteros magis excellit atq; in altiori cōſtitutus

ſtitutus eſt poteſtate & dominatione, eōdē modo eum facere opera virtuoſiora & eminentiora. Talia autem opera ſunt magno honore condigna. Honor quippe eſt exhibitio reuerentię in ſignū virtutis, ſeu in teſtimonium virtuoſæ operationis. Pertinet ergo ad principem, non ſolum facere opera virtuoſa honore digna, ſed etiam, immo potius facere opera eminenter virtuoſa, magno atq; præcipuo digna honore. Vnde & Eſaias Propheta diſſeruit: Princeps ea, quæ digna ſunt principa, cogitabit. Porro virtus, per quam homo ſe habet circa magnos honores, ordinatē & rationabiliter tendendo ad illos, magnanimitas appellatur. Itaq; patet quōd magnanimitas potiſſimē ſpectet ad principes. Dicitur autem magnanimitas eſſe circa magnos honores, nō quōd homo virtuoſus humanū honore multum optet aut reputet, immo eum cōtemnere poteſt, ſic tamen, vt propter eius contemptum nil agat inconueniens ſiue illicitum: ſed quia magnanimitas ſtudet ea peragere, quæ grandi honore ſunt digna, videlicet opera ardua eminenter virtuoſa. Deniq; virtus hæc eſt neceſſaria principi: Nam circa huiuſcemodi opera venerāda ſeu circa magnos honores homo tripliciter ſe poteſt habere, ſcilicet exceſſiuē, defectiuē ac ordinatē ſeu medio modo. Exceſſiuē nanque ſe habent, qui ad talia opera ardua ultra vires ſuas ſe ingerunt, ita quōd ea, quæ attendant, complere non valent, & hi præſumptuoſi ſeu factuoſi vocantur: Defectiuē verō ſe habent, qui ad magna & ardua exercenda habiles exiſtentes, puſillanimitate tamen vitii, retrahunt ſe ab illis agendis, nec aggredi audent, idcirco puſillanimes nominantur: quia nimis parui ſunt animi, & minoribus ſeiſos dignificant quā ſunt digni: Ordinatē autem ſe habent, qui tendunt ad opera ardua præhonoranda ſecundum rationis menſuram & ſicut oportet, videlicet ſecundum proprias vires. Magnanimitas ergo eſt medium virtuoſum inter duo vitioſa extrema, vtputā inter puſillanimitatem, quam habet erigere, & præſumptionē, quam debet reprimere. Ad hoc itaq; debet princeps maximē adſpirare, vt omnia, quæ ad ipſum pertinent, excellenter multumque honorabiliter exequatur ac impleat in gubernando ſeiſum ac domum ſuam, totamq; communitatem ſibi ſubiectam. Præterea Ariſtoteles quaſdam ponit proprietates magnanimi, quæ ad principes præcipuē pertinent. Prima eſt, q̄ magnanimitas decen-

ter ſe habet circa pericula, ita quōd non facilliter neq; pro paruis rebus aut pro cauſis modicæ utilitatis exponit ſe aut ſuos periculis, ſcilicet bellis aut alijs moleſtijs, ſed pro magnis cauſis & pro negotijs, ex quib; oriri poteſt ingens utilitas. Cūm verō periculis ſe exponit, tam conſtans & ſtabilis eſt, vt nec vitæ ſuę parcat pro cauſis condignis: horumq; ratio eſt, quia magnanimitas parua & inutilia vilipendit. Hanc proprietatem reges, duces ac principes debent habere, vt non exponant ſeiſos aut populos ſuos periculis, niſi pro cauſis magnis, utilibus atq; idoneis, vt pro deſenſione territorij ſeu patrimonij, pro tuitione fidei atq; iuſtitia, & pro conſeruatione ſubditorum ſuorum. Secunda proprietas magnanimi eſt, quōd eſt copioſe retribuens & pro paruis magna reſpondens: Exteriora nanq; & corporalia bona parūm appetiunt: Opera autem virtuoſa & honorabilia multum appetianda arbitrat: Idcirco in talibus nititur alios ſuperare: & quoniam eſſe copioſum in retribuendo, eſt virtuoſum, diuinum ac nobile opus, ideo appetit hoc implere, & hoc tantō plus condecet principes, quantō in altiori ſunt gradu, pluribuſq; abundant diuitijs. Tertia proprietas magnanimi eſt, operatum eſſe paucorum, hoc eſt, quōd de paruis rebus ſe non intromittat, ſed de magnis atque præcipuis cauſis, quæ pauca ſunt, & raro occurrunt, ex quarum expeditione conſequitur magnus honor. Ita & reges, duces ac principes non debent omnia negotia per ſeiſos velle expedire, ſed minora, quę multa ſunt, committere alijs, vt ipſi poſſint maioribus negotijs liberius perfectuſq; intendere. Quarta proprietas magnanimi eſt, q̄ eſt veridicus & amator apertus, immo & manifestus oſor, odiendo in alijs nō naturam, ſed culpam: magiſq; curat de veritate, quā de aliorum opinione. Puſillanimes verō nimis curat, quid de ipſis ali; opinentur. Hinc magnanimitas eſt manifeſtus in increpando atque laudando. Veritas enim non querit angulum, id eſt, latere non querit: quia & Chriſtus in Euangelio loquitur: Omnis qui facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt facta. Ita potiſſimē decet principes eſſe apertos atq; veridicos, cū ſint menſura & regula ſubditorum: regula autem ſeu menſura obliquari & falſificari non debent. Debent quoq; vitioſos apertē arguere, bonos apertē amare ac honorare. Quinta proprietas magnanimi eſt, non curare laudes & vituperia hominū, cū talia pertinent ad bona & mala exteriora, quæ ipſe modicum

Honor quid.

144.

Magnanimi-
tas ad principes
pertinet.Magnanimi
Proprietates.

I.

II:

III:

III:

V.

cum reputat. Curat autem esse laudabilis, nec vult esse vituperabilis, sed quid alij de ipso dicat, parum attendit, quantum pertinet ad se: vult tamen ut subditi sui bene de ipso sentiant & loquantur, in quantum hoc est salubre animabus eorum. Talis quoque debet princeps existere: Constituti enim in potestate solent habere & adulatorem & detractores: sed principis est in veritate & æquitate stabiliter permanere: nec prosperis extolli, nec aduersis frangi aut deijci. Sexta proprietates magnanimi est, quod propter exteriorum & corporalium rerum amissionem non inordinatè tristatur, nec pro eis libenter precatur, præsertim cum Seneca dicat: Nil carius emitur, quam quod precibus comparatur. Sic & principes, quoniam interiora & spiritalia bona plus appetitari debent quam exteriora, non debent propter exteriora damna immoderanter tristari, nec pro temporalibus rebus libenter rogare. Insuper secundum Aristotelem, ad magnanimos pertinet incessus & motus maturus & lentus, item vox grauis atque locutio stabilis, quorum omnium ratio est, quia magnanimus intentus est circa magna atque precipua, quæ pauca sunt, & intentione plurima indiget. Rursum, quia magnanimus est apertus & verax: ideo non est detractor, nec detractores audit libenter. Præterea, sicut præhabitu est, virtutes connexæ sunt, propterea magnanimitas atque humilitas simul habentur, immo potest homo esse simul excellentè magnanimus profundeque humilis, & hoc secundum diuersas considerationes ac proprietates: habet enim homo ex deo aliquid dignitatis & excellentiæ in donis naturæ & gratiæ, quia ad Creatoris sui imaginem factus est, & varijs donis gratiæ gratum facientis ac gratiæ gratis datæ ornatus, secundum quæ dona competit sibi tendere in opera præcipue virtuosæ, sicque conuenit sibi magnanimitas. Est quoque in homine multiplex defectus naturæ & culpæ, sicque competit sibi humilitas. Præterea aduertendum, quia, ut Aristoteles asserit, magnanimus contempti uusest aliorum, id est, alios spernit: quod non est intelligendum, quasi alios spernat in quantum sunt homines & proximi aut subditi sui, sed in quantum sunt vitiosi atque culpabiles, immo hoc modo spernit seipsum, & vir iustus despiciit peccatores, in quantum sunt peccatores, prout Propheta ait de viro iusto: Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. Veruntamen magnanimus alios veneratur, in quantum dona Dei in eis intuetur, sicut in Psalmo de

viro iusto subiungitur: Timentes autem Dominum glorificat. Postremò virtus hæc in omnibus præclarissimis principibus fuit, sicut in Hectorè Troiano moralissimo atque fortissimo principe, qui maluit mori, quam aliquid honestati contrarium operari. Item in Iuda Machabæo victoriosissimo duce, qui, ut primo libro Machabæorum habetur, similis factus est leoni in operibus suis, & dilatauit gloriam populo suo, & nominatus est usque ad nouissimum terræ. Hoc quippe apud illos velut procerbum fuit, quod sicut non debemus viuere ut comedamus, sed comedere ut viuamus, sic non debemus etiam vitam optare, nisi ut aliqua opera virtuosæ verè honorabilia peragamus. Itaque quia magnanimus cor nobile habet, omnem adulationem ac simulationem penitus spernit ac vitat: Pusillanimus verò se habet contrario modo. Magnanimus etiam appetit honorem ubi oportet, quando oportet, & propter quod oportet, ut dictum est.

Quod liberalitas & magnificentia ad principes præcipue pertinent. Articulus XXXI.



Homo per appetitum intellectuū, qui appellatur volūtas, amat atque desiderat bona spiritalia, incorporalia & diuina: per appetitum verò sensitiuum, cupit & amat bona exteriora, sensibilia & terrena. Sed hoc ad virtutem perfectionemque pertinet, & ad salutem requiritur, ut homo bona exteriora & sensibilia amet & cupiat, non secundum imperium sensualitatis & immoderantiam passionum, sed secundum rectæ rationis iudiciū. Porro bonorum exteriorum quedam dicuntur delectabilia, ut sunt obiecta gustus & tactus: quedam verò dicuntur vtilia, ut pecuniæ atque diuitiæ: quedam dicuntur honesta, ut bona fama, honor & opera virtuosæ. Quæ admodum ergo homo indiget virtute, quæ dicitur temperantia, ne immoderatè se habeat circa bona delectabilia, & magnanimitate, ne ad honores tendat inordinatè: sic indiget quadam virtute, per quam ordinatè se habeat circa pecunias, possessiones seu opes: & virtus ista est duplex, nam vna vocatur liberalitas, per quam bene se habet in mediocribus sumptibus & expensis: Alia autem magnificentia appellatur, per quam bene ac virtuose se habet in sumptibus magnis. Pertinet ergo ad principes, ut nullatenus sint auari, nec prodigi, hoc est, in expendendo

dendo pecunias excessiui, inutiliter & indiscretè atque superflue erogando, sed liberales, faciendo mediocres sumptus loco & tempore, & personis, quibus tales decet facere sumptus. Itemque magnifici, faciendo magnos sumptus congruo loco & tempore, & personis præcipuis, sicut in festis solènis, & in receptione legatorum ac principum, & tempore præliorum, atque in ornamentis & ædificijs ecclesiarum ac ædium publicarum. Denique, quantum principes magis diuitijs affluunt, tantò liberaliores & magnificentiores consistere debent, præsertim quia per hoc fuit populo valde amabiles, honorabiles & famosi. In decentissimum quoque eos esse auaros. Veruntamen esse non debent tam liberales, quin competentem habeant prouisionem pro defensione patriæ suæ, & pro certis oneribus, quæ eis incumbunt. Hæc autem liberalitas & magnificentia, in præclarissimis principibus valde præfulsit: Cum enim quidam ab Alexandro Rege postulare denarium, dedit ei vnam ciuitatem: quod dicente: Non sum dignus tantum recipere: Alexander respondit: Non curo quid te deceat accipere, sed quid me deceat dare. Denique Poro Regi Indiæ à se victo totum regnum suum restituit: Dario quoque Regi Persarum idem facere voluit, & fecisset, nisi Darius victus, statim obisset. Vnde & Aristoteles scripsit ad Alexandrum: Nullus sit qui largitatem tuam non sentiat. Insuper Titus Imperator tantæ extitit liberalitatis, quod omni aliquid à se petenti dedit, quod petijt, vel dare promisit, dicens: Non deceat aliquem ab Imperatore & Principe tristem discedere. Vnde dum quadam die nihil dedisset, tempore cænæ nil se die illo dedisse recordas,

ingemuit, dicens: O amici, diem hunc perdidit. Præterea Romani per suam liberalitatem & magnificentiam plurimos sibi Reges ac populos subiecerunt: Etenim multi reges, duces ac populi conspicientes, quam liberales essent Romani regibus atque principibus à se victis, restituendo eis suas prouincias sub paruo tributo, maluerunt se Romanis spontè subijcere, quam contra eos periculose pugnare. Præterea, quanta fuerit liberalitas, ac magnificentia Assueri Regis, patet in libro Heister: Nam & dum Heister in coniugem sumpsit, largitus est munera, iuxta magnificentiam principalem. Et paulò antè fecit grande conuiuium omnibus principibus ac maioribus & inclitis suis ceterum octoginta diebus: deinde ad conuiuium inuitauit omnes habitatores ciuitatis, in qua mansit, à maximo usque ad minimum. De liberalitate verò & magnificentia fidelium sanctorumque principum, legitur secundo Paralipomenon libro, quemadmodum Ezechias Rex ad celebrandum festiuitatem paschalem dedit omni populo secum collecto mille tauros & septem millia ouium. Similiter Iosias Rex ad celebrandum illud festum, dedit populo suo agnos & hædos ac alia pecora tria millia. Postremò, bona sua alijs charitatiuè ac liberaliter communicare, diuina proprietas est: quia omne bonum creatum, diuinitatis est, donum: propter quod Paulus in Actibus testatur: Beatus est dare quam accipere. Sint igitur principes liberales atque magnifici, ad laudem & gloriam principis summi, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

Libri primi, de vita & regimine Principum, finis.

D. DIO.

D. DIONYSII

CARTHUSIANI DE VITA ET REGIMINE PRINCIPVM LIB. SECVNDVS.

Præfatio.



Videns Regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & domum quam edificauerat, & cibos mensæ eius, & habitacula seruorum & ordines ministrantium, uestesque eorum & pincernas & holocausta, que offerebat in domo Domini, non habebat ultra spiritum. Ex quibus probatur, quod inter cetera, ex quibus prudentissima illa Regina considerauit excellentiam sapientie Salomonis, fuit dispositio ordinata domus eius

in cibarijs, in habitaculis ac uestibus ministrorum, in ordinatione quoque eorum & in pincernis. Pertinet ergo ad principes, ut in domibus suis omnia ordinate fiant & condecenter, ita ut, quantum possibile est, nihil sit ibi superfluum, nihilq; diminutum, sed iuxta gradum excellentie & opulentie principis omnia honorabiliter dispensentur, & serui atque domestici ordinem suam custodiant, suo loco suoq; tempore, quod ad ipsos pertinet, faciendo cum reuerentia principis & diligentia debita suæ mentis, absque confusione, strepitu & tumultu: etenim totum hoc ad honorificentiam principis spectat. Sed quia hoc totum ex principis providentia & institutione dependet, ad quem pertinet totius domus suæ curam habere, ministros eligere, decentia ordinare, & ea, quæ bonis moribus contrariantur, eradicare: idcirco postquam in prima huius operis parte tractatum est, quomodo princeps debet gubernare & uirtutibus decorare seipsum, nunc in secunda hac editionis presentis parte pandendum est, quomodo princeps regere debet domum suam, hoc est, qualiter habere se debet ad suam uxorem, ad filios & filias totamque suam familiam. Nam, ut ait Apostolus, & supra allegauit, Si quis suorum, & maximè domesticorum, curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Vnde, secundum intentionem Apostoli, oportet Rectorem communitatis imprimis proprie domus benè esse prepositum, & omnes suos domesticos prudenter regentem.

An prin-

An principes seculares teneantur Deo reddere rationem pro subditis suis. Articulus I.



De spiritualibus patribus seu prelati Ecclesie certum est, quod pro populo eis subiecto reddituri sint rationem coram Iudice summo, quoniam spiritualiter præsentent: pertinetq; ad eos gregem sibi commissum in spiritualibus gubernare: sed de secularibus principibus alicui dubium esse ualet, an sint pro plebe sua rationem Deo daturi. Est ergo sciendum, quod omnes, qui alijs præsent, quantum ad ea, in quibus eis præsent, tenent eos rectè dirigere, atque pro ipsis Deo Iudici reddere rationem. Quemadmodum autem Dominus Papa, Cardinales, Patriarchæ, Episcopi & ceteri spirituales prelati habent in spiritualibus præsentare, sacramenta dispensare, ad internam cum Deo pacem & conscientie puritatem indocere, prædicare, aliosque diuersos actus, ad ipsos duntaxat spectantes, prægerunt: sic principes seculares tenentur in corporalibus, exterioribus ac temporalibus præsentare & iudicare, pacem communicatis seruare & procurare, utilitatibus reipublice providere, ad obseruationem iustitie in ter subditos suos fatigare, reos atque maleficos extirpare, publicas vias securas reddere, dignos & utiles officiantes substituere, & qualiter officia sibi commissa prosequantur, inquirere: hæc atque similia conueniunt principibus, in quantum sunt principes. Itaque quantum ad ista tenentur pro omnibus sibi subiectis Christo reddere rationem: & nisi fecerint quod in ipsis est, seu ad quod tenentur, durissimè iudicabuntur ac punientur, ita quod quicquid boni fuerit in istis commissum, & quicquid mali commissum à subditis, Deus à principibus exiget, & iniustos ac negligentes damnabit ac puniet pro omnibus malis illis. Hinc ait Aegidius in libro suo de Regimine principum: Rex & princeps actiuam & contemplatiuam in se debet vitam habere, ut per vitam actiuam vacet alijs, magnifica faciendo, & subditos rectè regendo: per vitam autem contemplatiuam vacet Deo & sibi ipsi, per internam deuotionem atque diuinam dilectionem in Deo amore proficiendo. Hanc autem internam deuotionem tanto magis debent habere reges ac principes, quanto ad tribunal summi Iudicis reddituri sunt pro pluribus rationem. Rursus dicit Aegidius: Maximè Deus requirit à principibus, regibus & ducibus, ut per leges atque prudentiam populos sibi commissos sanctè & iustè gubernent: Tenentur

ergo facere omnem diligentiam suam. Præterea princeps, in quantum est paterfamilias, obligatur domum suam laudabiliter regere, habendo se virtuosè ac debite ad propria uxorem ac sobolem, totamque familiam, secundum modum iam describendum: Idcirco & pro illis omnibus ratio ab eo diuinitus exiget, quantum ad ea, in quibus habet ipsis præsentare. Et quod nunc maior est eius dominatio, eò æternaliter maior erit eius damnatio, nisi potestate sibi desuper concessa iustè & fructuose utatur. Cum debita ergo sollicitudine atque formidine præsent, quia ut ait Apostolus, Rom. 13. Dei minister est.

Quomodo principes tenentur corripere subditos & domesticos suos, dum peccant.

Articulus I.



Sicut quilibet homo tenetur omnem proximum suum diligere, ita tenetur & quosdam actus charitatis fraternæ eidem impendere congruo loco aptoque tempore, inter quos actus præcipue computatur, corripere delinquentem. Vnde beatus Augustinus affirmat, quod omnes homines tenentur ad correptionem fraternam, ut scilicet proximum suum peccantem corripiant, præsertim quando est spes de emendatione illius: quod etenim anima nobilior est & amabilior corpore, eò plus subueniendum est vulneribus animæ, quam corporis: peccata autem sunt vulnera animæ, peccata quoque mortalia, sunt spirituales occisiones animarum, ad æterna pertrahentes supplicia. Si ergo benignè ac iustè est, vulneribus corporis adhibere medicinam, multò plus piè ac iustum est, læsionibus animæ applicare remediū. Rursus, si impiū atque crudele est, vulnerato egroque corpori non cõpati, neque pro posse mederi vel subuenire: multò utique crudelius iniustusque consistit, proximum in anima languidum, lapsum seu vitij mortuū, non adiuuare, recuperare, atque ad metis sanitatem pro posse reducere. Cum ergo fraterna correptio sit singulare remediū contra animæ vulnus, id est peccatum, constat, quod sicut ad charitatem, ita ad fraternam correptionem omnes tenentur, ut sanctus Thomas pulchrè demonstrat. Hinc S. Augustinus in libro de verbis Domini ait: Si neglexeris corripere, peior eo qui peccauit efficeris. Et denuò in libro de Correctione & gratia contestatur: Nescientes quis pertineat ad numerum prædestinatorum, & quis non, sic affici debemus

LII chari-

1. Reg. 10.

1. Cor. 14.

1. Tim. 5.

Math. 23.
Mar. 12.
Luc. 10.

Peccata animæ
vulnera

Augustinus

Principes
actiuam &
contemplati-
uam vitam
habere de-
bent.

debiles, ideo se per rationis iudicium nō re frenant, sed affectionem immoderanter sequuntur. Vnde cūm notæ fuerint sumpserintq; audaciā, talia agunt, vt vix viri talia audeant perpetrare. Ideo in Ecclesiast. scriptū est: Non est ira super irā mulieris. Vnde communiter quādo malæ sunt, sunt multū malæ: & quando bonæ sunt, sunt multū bonæ. Porro inter vituperabiles mulierū mores hoc primum censetur, quōd cōmuniter sunt passio imitatrices & immoderate, eō quōd debiles sunt in rationis iudicio ab illicitis retrahente: secundō ex eadē causa sunt verbosæ & linguosæ: tertio sunt mobiles atq; instabiles, ex mollitie cōplexionis debilitateq; rationis. Qui aut vult aliū reformare, debet pendere, in quibus alius fit magis defectuosus, & in his debet primō ac maximē illū velle emendare, & laborare ad reformationem ipsius. Vir ergo, & maximē princeps, primō curet ac studeat coniugem suam hortari, vt passioes suas refrenet, moderantiamq; obseruet in cibo & potu, copula quoq; carnali, & à verbis ac signis caueat impudicis. Item hortetur eam ad tacurnitatem, moderantiam ac stabilitatē, & ad conuersationem pacificam & quietam, quia per hoc mulier fit viro suo magis dilecta, fideq; digna ac honoranda. Talem verō præcipuē condecet esse principis coniugem, quæ cæteris sceminis debet esse exemplar honestatis, stabilitatis, temperantiæ, concordiæ atq; silentij. Ad prædictas autem virtutes principes & alij viri cōiugis suas inducere possunt per seipsos & per matronas virtuosas, immo & per viros religiosos, præsertim per pastores & confessores vxorū suarū, quia & in hoc diligenter debet debet habere, vt cōiuges suæ habeant confessores, pastores & instructores idoneos ac deuotos. Deniq; si princeps aut alius quicumq; maritus, viderit coniugem suam esse proteruam & fatuā, debet eam asperioribus verbis instruere: Si verō viderit eam esse tractabilem & prudentem, debet eam verbis pijs ac blandis dirigere. Prætereā, quia nimia familiaritas parit contemptum, si vir attenderit coniugem suam esse elatam, non debet ei signa amicitiae & familiaritatis multū ostendere, sed maturē & authoritatiuē se ad eam habere, donec viderit eam humiliatam. Postremō principes instruere & hortari debet coniuges suas, vt ipsæ suas filias, pedissequas & ancillas ad præmemoratas inducant virtutes, & maturē ac virtuose habeant se ad eas, nec sint leues, sed operosæ, seque occupent fructuose.

Eccles. 25.

In mulieribus vituperanda.

Col. 4.

Quomodo princeps uxorem suam diligere, cognoscere & alloqui debet. Articulus V.



Riplex est amor, videlicet carnalis, naturalis ac spiritalis. Amor autē solus carnalis, est vitiosus: sed amor naturalis non est vitiosus, nec etiam meritorius apud Deū: Amor verō spiritalis, est virtuosus & meritorius vitæ æternæ. Princeps ergo & omnis maritus, primō ac principaliter diligere debet coniugem suam spiritali amore, desiderando ei bona gratiæ ac virtutum, beatitudinē. quæ æternam, & cooperando ei ad obtinendam & possidendam hæc spiritalia bona. Tali nempe amore omnis Christianus diligere tenetur quemlibet hominē in hoc mundo. Vnde quantō vir & vxor sunt magis vnum, & maiorem pariter habēt cōmunionem in omnibus, tantō plūs amare se debent spiritali dilectione. Debent ergo congruo tempore & frequenter etiam, dum simul in lecto quiescunt, conferre de rebus diuinis, de salute animarum suarum, & de his, quæ ad diuinum pertinent cultum, atque hortari se inuicem ad opera virtuosā, pro se inuicem quoque quotidie exorare, & hoc potissimē spectat ad virum. Hinc ait Apostolus: Viri, diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam. Rursusq; ait: Viri, diligite vxores vestras, & nolite amari esse ad eas. Quantō autem ex bona & sancta conuersatione vxoris principis maior fructus atque vtilitas domesticorum & boni communis consequitur, tantō plūs princeps coniugem suam spiritaliter debet diligere. Secundō, maritus vxorem suā diligere debet naturali amore, nō solum vt quemlibet proximum, quia naturale est vt omne animal diligat simile sibi, sed etiam vt aliquid iuijpius, quoniam secundū Euangelicam Apostolicāq; doctrinā, vir & vxor sunt duo in carne vna. Ideo sanctus Paulus affirmat: Viri diligere debent vxores suas vt corpora sua. Hic autem naturalis amor viri & coniugis, subijci debet spiritali amorī, & perfici per eundem, ne fiat carnalis omnīdū. Prætereā vir & mulier non debent se inuicem amare amore solum carnali. Aliqui tamen dicunt, quōd mutuos amor viri & coniugis fit esseq; possit carnalis: sed hoc sanē & piē intelligendū est, videlicet quōd amor ille potest quodammodō, non tamen totaliter, esse carnalis: Amor quippe vocatur carnalis, quo quis diligat alium propter delectationem carnalem, seu priuatam & propriam vtilitatem, quam

Amor triplex.

1. Cor. 7.

idem.

Col. 3.

Gen. 2.

Mar. 10.

1. Cor. 6.

eph. 5.

Col. 3.

quam habet in eo vel de eo. Quoniam ergo vir & vxor possunt absq; omni peccato conuenire, & debitum carnis exigere ac soluere, vt statim dicitur, patet quōd possunt delectationem carnalis copulæ sine peccato si mul habere, & ita propter illam mutuo se amare, inquantū delectatio illa est quid naturale & ordinatum à Deo, præsertim inquantū delectatio illa consequitur copulam cōiugalem carnalem, prout copula illa est opus virtutis, quemadmodū mox ostēdam. Et quantū ad hoc, dicuntur se amare carnaliter absq; peccato, dummodo carnalis delectatio propter seipsam illis non placeat, sed ordinet & referant eam ad diuinū spiritalēq; bonum. Sic etiam delectari licet in cibo & potu, inquantū delectatio illa est naturalis & moderata, atque ad spiritalē finem relata. Itaq; aduertendum, quōd secundum beatum Thomam, Albertū Magnum, Aegidium, cæterosq; Doctores Catholicos super quartum Sententiarum, actus matrimonij, scilicet copula carnalis coniugalis, potest esse actus trium virtutum: Primō enim potest esse actus iustitiæ, quoniam vir & vxor tenentur sibi inuicē soluere debitum carnis, sicut ait Apostolus: Vir vxori debitum reddat, similiter vxor viro. Et iterum ait, quōd vir potestatem corporis sui non habet, sed mulier: Mulier quoq; potestatem corporis sui non habet, sed vir. Secundō copula illa potest esse actus virtutis, quæ dicitur latria, per quam Deo cultū impendimus. Sic quādo vir & vxor cōueniunt propter prole habendam ad Dei obsequiū educandam, in qua honor cultusq; Dei augeatur, tunc copula illa actus latriæ nominatur. Tertio est actus charitatis, videlicet spiritalis amoris, actum huiusmodi imperantis, vt fiat congruo loco & tempore, ac debito modo & recta intentione. Iterum quidam Doctores affirmant, qd vir & vxor possunt se cognoscere licetē tribus modis, videlicet ad soluendum debitum, ad habendum prolem diuino obsequio deputandam, & propter incontinentiam deuitandā in contoralī, quoniam matrimonium non solum est in officium, sed etiam in remedium contra fornicationem. Igitur inquantū copula illa est actus prædictarum trium virtutum, non solum est absq; peccato, sed etiam est opus virtuosum ac meritorium, dum vir seu vxor existat in charitate & gratia. Porro si vir & vxor se inuicem accendant atque cognoscāt, non ex virtute aliqua iam præfata, sed ex concupiscentia & propter delectationem, tunc vel est concupiscentia prædominans, hoc

est, tanta, quōd etiam se accederēt, quāuis non essent matrimonialiter iuncti, tuncq; erit peccatum mortale. Vnde sanctus Hieronymus dicit, quōd maritus si fuerit amator feruentior, est adulter, videlicet æquiua lenter: quoniam vxorem suam accedit nō maritali sed adulterino affectu. Si verō concupiscentia illa non fuerit prædominans, sed rationi subiecta, ita quōd non accederēt se, nisi essent coniugio sociati, tunc est copula illa veniale peccatum. Insuper diebus solennibus & sacris tēporibus, & quando imprægnata est vxor, decet à copula carnali cessare, vt dicit sanctus Ambrosius. Postremō vir & vxor, potissimē princeps & domina eius, debent se inuicem temperare & laudabiliter vtī, nō excessiuē: quia excessiua & frequēs copula carnalis, est destructio animæ & corporis, obtenebratio rationis, effciminatio mentis. Ideo dicit Apostolus: Honorabile cōnubium & torus immaculatus. Quantū verō vitanda sit principi in temerantia Venereorum & præcipuē adulteriū, dictum est plenius in prima parte huius tractatus.

Heb. 13.

Quando et quomodo princeps debeat uti consilio coniugis sue, et quando uel quomodo debet secretā sua sue coniugi reuelare aut occultare.

Articulus VI.



onsilium mulierum, vt Aristoteles ait, communiter est inualidū, eō qd mulieres sint debiles in vsu ratiōis & mente instabiles. Hinc etiam consiliū earum est melius quando est velox & citum, & quōdammodo improuisum: Dū enim discurrentē & immorari inquisitioni incipiunt, imaginationibus inuoluuntur, atq; erroribus implicātur. Porro omnia minora ac debiliora, ad suum celerius perueniunt complementū, vt in libro de animalibus Aristoteles scribit. Quoniam ergo consiliū mulierum est debilius consilio virorum, citius venit ad suam completionem, atq; celerius est. Ob id ait Aegidius: Quōd si quis citō & quasi improuisē aliquid operari deberet, ita quōd sufficientem deliberationem habere non posset, eligibilis esset consiliū mulieris q̄ viri. Prætereā princeps secreta sua non debet citō neq; faciliter suæ coniugi reuelare, nisi per longum tempus & certa iudicia considerationemq; prouidam sit expertus, quōd vxor sua sit discreta, prudēs & stabili, ac debite celans. Communiter namq; mulieres malē celāt secreta. Primō, quia (vt dictum est) sunt debiles in vsu ratiōis: Vnde dum eis aliquid prohibetur, magis inclinantur

Subita mulierum consilia optima.

Mulieret secreta male celant.

nantur ad illud agendum, quam si non esset prohibitum. Cum ergo sint debilis ratiois, inclinationem & affectionem suam non facilliter vincere sciunt nec solent. Secunda ratio huius est, quoniam habent cor molle & ductile: idcirco dum aliqua persona eis applaudat atque arridet, statim credunt eam esse amicam, & sua secreta ei reuelat. Tertia causa est, quia ut paulo ante in quarto articulo paruit, mulieres communiter valde appetunt laudem: unde mulieribus alijs, quas putant amicas, reuelat secreta virorum suorum, quia apparet eis, quod hoc pertineat ad laudem ipsarum, quod sciunt virorum suorum secreta, cum signum dilectionis sit, alteri parere sua occultata. Quamuis autem communiter tales sint feminarum proprietates, non tamen negandum est, quin aliqua ex specialibus donis naturae vel gratiae sint oppositarum, proprietatum, & bene celantes celanda: sceminarum namque etiam si sint modo praefato naturaliter defectuosae, possunt tamen per conatum suum & per opem gratiae Dei suas vincere inclinationes, & fieri virtuosae ac stabiles. Idcirco, ut dictum est, vir diligenter & diu debet perpendere mores coniugis suae, antequam secreta sua ei insintuet. Denique, quoniam amor carnalis maxime ratione excacat, & ut asserit Augustinus, illa sceminea blandimenta corporumque; contactus virile cor potissimum effeminant & enervant, ideo princeps diligentissimè debet cauere, ne nimis carnaliter ad suam afficiatur vxorem, & ne verbis, precibus & persuasionibus eius incaute assentiat, credat aut acquiescat, praesertim si illa velit aliquem accusare, virtutesque suam principem contra illum vel alios insulamare. Mulieres enim aliqua multipliciter mirabiliterque; tentantur & suspiciosae ac passio natæ consistunt. Ideo princeps verba & persuasiones coniugis suae debet prudenter discutere, inuestigare, & absque sano consilio non credere ei nec agere quicquam. Unde & magni principes leguntur incurrere summam periculum & peccata ex hoc, quod sceminas suas nimis carnaliter dilexerunt, & ob id verbis earum incaute acquieuerunt, ut patet de Iustiano Imperatore, quem vxor sua concitauit contra principem militum suam, ex qua discordia Imperator ille venit ad magna incommoda. Herodes quoque Rex, sicut in Evangelio legitur, metuebat Ioannem Baptistam, sciens eum esse virum iustum ac sanctum, & libenter eum audiuit, auditorem; eodem multa fecit, nihilominus quia carnaliter amauit vxorem, ad eius suggestionem in carcerauit & decollauit Ioannem. Occasio demum infestiois Alexandri Regis fuit, quia accusationi, qua mater sua accusa-

Mulieres
passionibus
suscitantur

cap. 6.

uit unum de principibus regis (scilicet Antipatrum, quem Alexander in Macedonia constituerat procuratorem) credens, in ira motus est contra principem illum, iussitque eum venire ad se: qui indignatus fecit venenum, & per filios suos Cassandrum & Iollam procurauit in fisci Alexandri: Iollas enim fuit pincerna Alexandri, infecitque eum.

Quomodo princeps coniugi suae de decenti ornatu debeat providere. Articulus VII.



Principem pertinet coniugem suam ad omnem honestatem & decentiamque; inducere: idcirco cum sceminae saepe excedant, vultum suum per fictos ornatus pulchrificando & pulchre colorando, itemque caput & totum corpus per vestimenta superflua seu nimis pretiosa aut immoderanter ornata decorando, ut pulchra appareant, prohibenda sunt a suis maritis a superfluitatibus, vanitatibus atque fictitijs istis ornatus, contentique esse debent in dumentis ac alijs ornamentis suo statui, dignitati & nobilitati congruentibus, omni vanitate & superfluitate abiectis: nec vanam gloriam in suis debent quaerere ornamentis, sed decenter se exornare, ut maritis suis in bono complaceant, quatenus eos a vitioso aliarum mulierum appetitu vsuque; retrahant.

Quod principes omnino solliciti esse debent circa instructionem filiorum & filiarum suarum. Articulus VIII.



Vt plerique declaratum est in prima parte huius tractatus, quod quantum maior est potestas, dominatio, dignitas atque nobilitas principis, tanto plus decet, expedit & necessarium est eum praeter ceteris maiori prudentia ac virtute fulgere, si iuste & dignè ac fructuose debet praesse. Cum igitur principi constet, unum ex pueris suis sibi in principatu Deo praestante successurum, debet omnem diligentiam adhibere, ut ille potissimum scientijs bonisque; moribus atque virtutibus instruatur a pueritia, immo & ab infantia sua instrui incipiat, quem aestimat principatum seu regnatum. Et quoniam de vita illius incertus est, similem curam de aliorum instructione filiorum debet habere, quorum unum ex morte alterius contingeret principari: praesertim quia etsi primogenitus in principatu successerit, viuensque manserit, alij tamen solent ad aliquem principatum pertinere,

gere, & aliorum principum filiabus matrimonialiter sociari: pertinetque ad eos, fratrem suum patri in principatu succedentem, consilio & factis iuuare & confortare. Itaque quantum maior utilitas prouenit toti communitati ex sapientia & virtutibus principis, tanto plus debet princeps circa filiorum suorum informationem sollicitari, immo, sicut iam paruit, ex perfectione principis dependet & oritur quodammodo virtus & perfectio coniugis suae & domesticorum suorum, ceterorumque; omnium subditorum suorum. Insuper ut posterius principis diu feliciter principentur, debet princeps de filiorum suorum instructione sollicitari, ut & illi suo tempore similiter solliciti sint de informatione puerorum suorum. Ad haec princeps tenetur de lege naturali & humana atque diuina, tantoque; amplius, quod plus abundat diuitijs, & quod facilius potest habere magistros idoneos, ite quod plus obligatur diligere bonum commune totius territorij sui. Hinc Aristoteles ait, quod parentes tenentur filijs suis tria, videlicet educationem, correptionem & informationem. Denique, sicut manus est instrumentum practicum in tellectu, sic lingua est instrumentum intellectus speculatiui: quemadmodum ergo habenti artem Mechanicam necessaria est manus ut arte sua utatur, ita habenti prudentiam necessaria est bona loquela, praesertim his, quorum est alios de agendis instruere, subditorumque animos confortare, & coram multitudine loqui, sicut est princeps. Ideo sicut curandum est principi, ut filij sui informantur scientia atque prudentia, ita curandum est ei, ut decenter & promptè, vrbane ac dulciter loqui discant: hoc enim valde perornat omnem in potestate locatum, & aliorum directorem ac ducem: ipsaque; eloquentia, affabilitas & vrbalitas in loquendo, facit hominem (maximè principem) alijs honorabilem atque amabilem, & ad multa officia, dignitates ac negotia aptum: ideo scriptura sacra testatur, & Salomon in Prouerbis ait: Dulcis eloquio maiora possidebit. Et rursus: Fauus mellis, verba composita. Itemque: Responso mollis, frangit iram: sermo durus succitat furorem. In Ecclesiastico quoque; habetur: Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua eucharis in bono homine abundabit. Rursus in eodem scriptum est libro: Sapiens seipsum in verbis amabilem facit. Itemque: Tibi & psalterium suauem faciunt melodiam, & super vtraque; lingua suauis. Nonne ardore refrigerabit ros: sic & verbum melius quam datum. Postremo, si princeps aduerterit ali-

Prout, libm.
Prout,
Kdiss.
Kdiss.
Kdiss.
Kdiss.
Kdiss.

quem filiorum suorum esse naturaliter defectuosum in usu linguae, diligentissimè mox ab infantilibus annis instruat & instrui faciat illum, ut assuescat tractum distincteque; loqui, potissimè illa verba, ad quorum promotionem impeditior fuerit: ad quod inducendus est puer terroribus atque; verberibus per discretas & eloquentes personas, maxime per suum magistrum. Similiter instruendae sunt principum filiae, & a puerilitatibus ac vanitatibus, a loquacitatibus, instabilitatibus atque; discursibus prohibendae, ne sint leues & dissolutae, procaces, audaces, inuerecundae aut garrulae, sed stabiles & maturae, prudentes, verecundae & timoratae, omnique; morum splendore, venustate & gloria decoratae. Itaque; quantum anima est praestantior corpore, tanto plus curet princeps, ut filij sui ac filiae spiritalibus diuitijs locupletentur in anima, scilicet sapientia, scientia, virtutibus, bonisque; moribus, quam ut foris ditentur corporalibus ac terrenis diuitijs.

Qualis esse debeat instructor filiorum principis, & quibus scientijs potissimè instruendi sint filij principum ac filiae. Articulus IX.



Quoniam principum filij non solum scientijs, sed & virtutibus omnique; morum honestate sunt informandi, parentes eorum providere debent, ut filij sui habeant magistros non solum ingeniosos atque egregie eruditos, sed etiam morigeratos, expertos, virtuosos & exemplares, qui non solum verbis nudis ac aridis, sed etiam exemplaribus actibus virtuosisque; moribus filios principum instruant, & ad virtutes ac praeciosos mores inducant, cohibendo eos a verbis vanis, praesumptuosis & inhonestis, a ludis & iocis superfluis, a superfluitate cibi & potus ac somni, & indecenti motu membrorum, ab incustodia sensuum, a prauis consortijs: Et praesertim cohibendi sunt pueri principum in iuuenilibus annis ab omni incontinentia, quae non solum ingenia deprimit, mores bonos corrumpit, studium fastidium parit, & ad innumerabiles culpas perducit, sed in super valde debilitat corpora puerorum & consumit vires eorum, ita quod nunquam efficiuntur viri agiles & robusti. Praeterea magistri puerorum nobilium inducere & assuescere eos debent ad agendum quotidie aliqua exercitia deuotionis, ad orationes quotidianas, & ut beatissimam Virginem Mariam habeant in singulari honore ac cordiali amore, eiusque horas legantur.

Quibus artibus imbuendi principum filij.

quotidie. Item vt diligant pauperes, & aliquid præsent eis, atque libenter diuino inter sint officio. Iam dicendum est, quibus scientijs potissimè sint instruendi principum filij: & certum est, quòd primò discere debet Grammaticam, quousque congrui fiant, & Latinos intelligere possint sermones, epistolaeque Latinas dictare, & ab alijs dictatas sibi que missas intelligere valeant, ne sua secreta cogantur alijs propalare. Denique ad principem pertinet, eminenter scire ea, quæ sunt legis diuinæ, hoc est, sacram scripturæ: ideo filij principum intantum sunt in Grammatica imbuendi, vt epistolae & euangelia, cætera quoque, quæ in Ecclesia leguntur, intelligant: quod utique tempore suo valdè delectabile & salubre eis consistet, si Deo placere curauerint. Præterea ad principem spectat, historias principum antiquorum cognoscere, quas in sacra scriptura, & alijs diuersis codicibus legere poterit, si in Latino eloquio fuerit eruditus, aliter eas tam perfecte non valebit cognoscere. Quemadmodum autem Grammatica docet congruè loqui: sic Dialectica docet inter verum & falsum discernere, subtiliter arguere, argumenta non concludentia soluere, qualitates propositionum agnoscere. Hæc ergo scientia tantò vtilior, immo & tantò plus necessaria est filiis principum, quòd ad eos in successu temporis amplius pertinebit aliorum causas atque negotia iudicare, veritatem subtiliter considerare, & difficiles dubitationes & quæstiones determinare & soluere, fictas per suasiones, & apparentia, non concludentia, argumenta euacuare ac refutare. Iusuper decet filios principum aliquid de Rhetorica scire: Rhetorica namque docet ornate dictare & loqui: docet quoque quendam grossum ac figuralem modum argumentandi in moralibus & agendis. Cum ergo filiorum principum erit inter populum conuersari, qui pro maiori parte indoctus & grossus est, nec subtiles argumentationes capere valet, ideo decet eos scire Rhetoricam. Præterea antiqui Philosophi posuerat septem artes liberales, quarum tres iam expressæ sunt, scilicet Grammatica, Dialectica, Rhetorica: Aliæ quatuor sunt, Musica, Arithmetica, Geometria, & Astronomia. Hæc autem scientiæ ideo dicebantur liberales, quoniã filij liberorum atque nobilium eis instrui consueuerunt, nec solum filij, sed etiam filia talium, sicut & beatissima Catharina Costi Regis filia, liberalibus fuit artibus erudita. At verò præter has septem scientias, sunt adhuc tres partes & species Philosophiæ, videlicet Physica,

Artes liberales cur dicte.

Ethica & Metaphysica, de quibus non est hoc loco tractandum. Sed quoniam principum est primò regere seipsum, quod docet Ethica, seu moralis scientia: secundò propriam domum, quod docet Oeconomica: tertio verbes & communitatem, quod docet Politica, ideo decet filios principum aliquid de istis scientijs discere, & leges audire, immo ante hæc omnia debent de articulis fidei Christianæ doceri, in Euangelicæ legis sapientia erudiri, atque in virtuosa vita fundari. Pertinet namque ad eos, præ cæteris sibi subiectis, virtutibus resplendere, & fidem catholicam, cum opus fuerit, etiam materiale en se defendere. Diligentissimi ergo sint principes, præficiendo filijs suis magistros idoneos: & filij principum diligenter proficiant, pensantes, quanta eis & toti communitati inde orietur vtilitas. Est nempe grandis laus, honor & gloria principibus atque nobilibus, quòd docti existant, & per hoc verba eorum magis attenduntur ac obseruantur, ipsi etiã ex hoc famosi & honorabiles fiunt.

De moribus iuuenum. Articulus X.



Innotescat qualiter instruendi sint principum filij in moribus atque virtutibus, describendi sunt iuuenum mores: & vt Aristoteles docet, quidam iuuenum mores sunt vituperabiles, & quidam laudabiles. Primò enim in eis vituperabile est, quòd communitate sequuntur suas passionis, & præcipue concupiscentias carnis, quoniam minus vigent ratione atque prudentia, quam seniores, suntque inexerti, & naturalis calor abudat in eis. Primò ergo ad continentiam sunt inducendi & instruendi, vt discant sequi in actibus suis potius iudicium rectæ rationis, quam impetum passionis, quemadmodum in Ecclesiastico scriptum est: Fili, post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Si præstiteris animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Castitas quippe in iuuenibus valdè laudabilis est, facitque eos amabiles Deo & hominibus. A multis quoque scurrilitatibus, impudentijs, loquacitatibus inordinatisque sumptibus eos præseruat, mentem ad sapientiam aptat, & corpus confortat. Dicit enim Apostolus: Qui fornicatur, in corpus suum peccat. Bonis ergo & castis iuuenibus fugienda sunt lubricorum consortia iuuenum: quia vt in Ecclesiastico scriptum est: qui tetigerit picem, inquinatur ab ea: & qui se iungit fornicarijs, erit nequam. Secundò in iuuenibus vituperabile est, quòd communitate

Sex sunt in iuuenibus vituperabiles.

I.

Secle. 14.

Secle. 11.

II.

ter sunt defacili vertibiles & inconstantes: Anima nanque frequenter sequitur corporis dispositionem: ideo sicut in corporibus iuuenum humores in magno motu & abundantia sunt, ita & in animabus eorum est magna affectionum mutatio & instabilitas animi: Quod etiam ideo accidit, quia sunt imperfecti in ratione ac sapientia, & inexerti, & passionibus suis citò vincuntur. Hinc in libro Prouerbiorum Salomon loquitur: Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: Via aquilæ in celo, via colubri super petram, via nauis in medio mari, & via viri in adolescentia sua. Docendi ergo & inducendi sunt principum filij ad mentis constantiam, quatenus in verbis & factis suis sint propidi & maturi, non leues, impetiosi, neque præcipites, quemadmodum ait scriptura: Non te ventiles in omnem ventum. Esto firmus in via Dei, & in veritate sensus tui, & prosequatur te verbum verax. Tertio in iuuenibus vituperabile existit, quòd nimis facilliter credunt. Cum enim sint inexerti nec sint maligni, putant alios tales esse, quales sunt ipsi: Vnde non suspicantur eos esse fallaces, sed eis celeriter credunt: quod non facerent, si hominum mores, conditiones & fraudes per experientiam scirent. Ideo Salomon protestatur: Innocens credit omni verbo: altutus considerat gressus suos. Talis autem festinata credulitas est periculosa, & insipientiæ signum, sicut ait scriptura: Qui citò credit, leuis corde est: vir autem in multis expertus, cogitabit multa. In formâ igitur sunt principum filij, vt nec omnibus credant, nec omnia: sed diligenter perpendant aut inquirent, an quæ eis dicuntur, credenda sunt, & quales sint, qui eis loquuntur, considerent seu scrutentur. Hinc namque Iohannes Apostolus ait: Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritum an ex Deo sint. Quarto vituperabile in iuuenibus est, quòd sapè sunt contumeliosi, & alijs iniuriam irrogant, cupiunt enim excellentes videri: vnde ex hoc, quòd alijs contumeliam inferunt, apparet eis, quòd excellentiores alijs æstimentur & sint. Instruendi sunt ergo principum filij vt sint discreti, pijs ac iusti: quia ad principem pertinet, non solum iniuriam alteri non inferre, sed iniuriantes punire, & vt iniuriatis satisfaciat, disponere. Quintò in iuuenibus vituperabile est, quia communitate solent citò mentiri, & mendacia sua defendere ac pertinaciter affirmare: Cum enim sint inexerti, & excellentiæ laudisque cupidi, volunt videri omnia scire, & plus respondent quàm sciunt: & ne in mendacio

deprehendantur atque ignari appareant, pertinaciter etiam falsa defendunt, atque nonnunquam iuramento confirmant. Hinc imbuendi sunt principum filij, vt studeant esse veraces: Cum enim ad principem spectet alijs vera iudicia facere, omnem falsitatem debet potissimè abhorrere. Hinc Sapiens ait: Tres species odiuit anima mea: Pauperes superbum, senem fatuum, & diuitem mendacem. Sextò in iuuenibus vituperabile est, quòd in affectionibus & actibus suis modum non seruant nec habent, sed quæ optant aut agunt, optant nimis, immoderateque faciunt: quod contingit ex rationis defectu & iuuentutis feruore ac calore naturæ. Instruendi sunt ergo, quòd in medio virtus consistit, & vt vincant seipsum, atque in affectionibus ac operibus suis sint moderati, præsertim cum principes debeant esse regula & mensura subditorum suorum. Præterea sicut iam assignati sunt sex mores vituperabiles iuuenum: ita ponuntur ab Aristotele sex mores laudabiles eorundem: Primus est, quòd iuuenes communitate liberales existunt, quia indigentiam & inopiam, aut non, aut parum experti sunt, & bona quæ habent, non suo acquirerunt labore, nec ea paulatim adepti sunt: ideo largiter eis vtuntur, & frequenter nimis citò ea consumunt, quemadmodum in libro Prouerbiorum Salomon loquitur: Substantia festinata minuetur: quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur. Hinc videmus, quòd diuitiæ cum labore acquiruntur, diligentius conseruantur. In talibus enim delectatur homo quasi in proprijs suis operibus, ideo carius possidet eas. Sed instruendi sunt principum filij, ne naturalis eorum liberalitas in prodigalitate vertatur, & ne bona sua inutiliter expendant, ne postea egeant. Secundò in iuuenibus commendatur, quòd sunt bonæ spei & naturaliter animosi. Quia enim pauca experti sunt, rarè sustinuerunt repulsam, & præualere confidunt seu obtinere optata. Quod itè contingit, quia in eis abundat sanguis calorque cordis. Vnde corde & membris inflammatis, efficiuntur bonæ spei & animosi. Sed animositas talis ratione est moderanda, ne sit impetiosa atque improvida, & ne naturalis illa fiducia fiat præsumptio. Ex dictis duobus moribus sequitur tertius mos, quòd sunt magnanimi, cum sint liberales & bonæ spei, laudis quoque & excellentiæ cupidi. Hinc conatur facere opera magno digna honore: sed instruendi sunt, vt ordinate procedant, viresque suas & facultates considerent, nec

VI.

Sex sunt laudabilia iuuenibus. I.

Prou. 23.

II.

III.

aggre.

Tobia. 4

IIII.

V.

VI.

aggrediantur, que complere non poterunt, impleantque quod Tobias docet filium suum, dicens: Consiliū semper à sapiente perquire. Quartò in iuuenibus commendatur, quòd nō sunt maligni moribus. Quia enim aliorum facta & fraudes ac proprietates experti non sunt, non facilliter suspicantur maligna de eis, sed putant quòd tales sint, quales sunt ipsi: Non enim iudicant de alijs secundum ea, quæ in illis viderunt, sed secundum ea, quæ in seipsis conspiciunt. Veruntamen instruenti sed sunt principum filij, ne in hoc fallantur, sed sciant diuersas esse animarum proprietates, sicut diuersæ sunt facierum figuræ. Quintò iuuenes sunt prouisi ad compassionem, quod ex præacta causa contingit: Quia enim non facilliter sentiunt malè de alijs, putant eos pati absque demerito vel magis quàm meruerunt: ideo cōdolent eis. Quod etiam ex tenerritudine cordis eorum mollitieque naturæ potest accidere. Sextò sunt naturaliter verecundi. Verecundia namq; est timor ingloriationis seu turpis rei. Vnde cum sint excellentiæ laudisque auidi, valde formidant confundi & vituperari. Itaq; principes curent filijs suis deputare magistros, qui in præfatis moribus queant eos rectificare & dignè instruere.

Quòd necesse sit, filios principum tempore pueritiæ sub virga tenere.
 Articulus XXI.

Ecclesi. 12

Proverb. 22.

Salomon ait: Adolescentia & voluptas vana sunt. Et iterum: Prouerbium est: Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Ex quibus verbis ostenditur, quòd nisi pueri in adolescentia sua corripiantur, refrenentur & corrigantur, efficiuntur deinceps multum indomiti & effrenes, efficiunturque homines vitiosi. Itaque quantò filij principum cum ad perfectam ætatem deueniunt, habent plures occasiones & fortiora incitamenta peccandi ex abundantia suæ excellentiæ, opulentiæ, honorationis atque similitum bonorū fortunæ, tantò plus necessaria eis est diligens eductio tempore pueritiæ: quæ etiam tantò diligentius exhibenda est eis, quòd prudentia & virtutes magis concedent eos, & quòd ex eorum bonitate plus dependet bonum commune. Denique, quàm necessaria sit omnibus pueris domatio ista, copiosè docet diuina scriptura: Salomon etenim ait in lib. Prouerb. Qui parciat virgæ, odit filium suū:

Proverb. 13.

qui autem diligit illum, instanter erudit. Et iterum dicit: Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam. Filius sapiens lætificat patrem suum, filius stultus mœstitia est matris suæ. Rursusque præcipit: Noli subtrahere à puero disciplinā. Tu virga percute eum, & animam eius de inferno liberabis. Insuper in ecclesiastico scriptum est: Ne iocunderis in filijs impijs, si multiplicentur. Melius est vnus filius timens neum, quàm mille filij nequam: & vilius est mori absque filijs, quàm relinquere filios nequā. Et denuò: Qui diligit filium suum, assiduè illi flagella, vt lætetur in nouissimo suo. Qui docet filium suum, laudabitur, & lætabitur in illo, & in obitu suo non cōtristabitur de illo. Non des filio potestatem in iuuentute sua, sed curua ceruicem illius, & tonde latera eius dum infans est. Prætereà, dum princeps commiserit filio suo principatum, vel dum se moriturum putauerit, debet eum diligenter hortari: Primò, vt Deo reuerenter deferuiat: deinde, vt omnia, quæ ad principè spectant, iustè, sapienter ac strenuè profequatur, atque in omnibus virtuosè procedat. Sic enim Rex dauid Salomonem filium suum edocuit, cum ei regnum committeret, dicens: Tu fili mi, scito Deum patrui tui, & serui ei corde perfecto & animo voluntario. Omnia enim corda scrutatur Dominus: Si quæsieris eum, inuenies: si autem dereliqueris eum, proiciet te. Postremò, si princeps filios suos modo præfatos non compescerit, nec eos prudentia, iustitia, ceterisque virtutibus instrui fecerit, sciat quòd peccata illorum redundabunt in eum, & ipse tam naturalis quàm diuinæ legis extat transgressor: malumque regimen patriæ imputabitur ei à Deo: sicut econtrariò, quicquid boni fecerint filij eius, redundabit in eum ad beatitudinem eius, si modo iam dicto gubernauerit atque docuerit seu instrui fecerit eos: tuncq; iucundius morietur, quia bonos relinquit hæredes, prudentem quoque suæ domus prouisorum, ac strenuum patriæ defensorem.

Ad quid potissimè respicere debent principes, dum filios suos aut filias nuptui tradunt, uel dum ipsimet matrimonium contrahere uolunt. Artic. XII.



Quemadmodum in Ecclesiastico scriptum est: Omnis caro ad sibi similem coniungetur, & omnis homo simili sibi sociatur: Similitudo namq; causat amorem, & similitudine con-

connaturalis est atque conueniens. Itaque dum princeps aliquem filiorum aut filiarū suarum vult matrimonio sociare aut coniugem sumere, attendere debet, vt quantum congruè fieri potest, inter se seu prolem suam, & inter personam, cum qua debet matrimonium contrahere, sit proportio in nobilitate, in potestate, in multitudine & potentia amicorum, in opulentia rerum: Bonorū etenim hominis quædam sunt bona eius exteriora, vt honorabilitas siue nobilitas generis, multitudo atq; potètia cognatorum, abundantia diuitiarum: quædam verò sunt bona corporis, vt pulchritudo elegansque statura, & bonitas complexionis ac sanitas, viuacitas quoque sensuum & naturæ: Alia autem sunt bona anime, vt virtutes, prudentia, dona gratiæ, & mores laudabiles. Itaque in contractione coniugij principum sobolisque eorum, habendus est ad omnia ista respectus. Coniugium quippe ad multa bona est ordinatum: Primò, ad amicabilem, dulcè & debitam societatem. Prima enim societas in domo, est viri & coniugis eius, vt Aristoteles ait: Talis autem societas, ceteris paribus, est amorosior, connaturalior atque suauior, dum nobiles, diuites & potètes sibi similibus matrimonio sociantur: nam inter personas multum dispares in bonis præfatis frequenter est contentio & cōtempus. II. Secundò ordinatur coniugium ad conuersationem pacificam, & hoc maxime competit matrimonio regum, dum cum principū, quorum est subditos suos ab hostibus defendere, atque in pace ac iustitia conseruare: ad quod indigent multitudine & potentia amicorum & propinquorum, itemque affinium: ideo cum potentibus debent inire coniugia, vt auxilio amicorum coniugum suarum tempore necessitatis iuuentur, ac terrioria tueantur: Quia & Salomon ait: Frater qui adiuuatur à fratre, quasi vrbs munita. III. Tertio matrimonium ordinatur ad vitæ sufficientiam, sicque in vxoribus queruntur diuitiæ. Sed quoniam principes communiter abundant diuitijs, abundare uel queunt, si fuerint boni regiminis, potius querere debent in coniugibus nobilitatem atque potentiam generis, quàm opes. Hæc ergo præfata principes querere debent in matrimonij contractione, non ex vanitate aut elatione, nec ad iactantiam aut propter exercendam tyrannidem, sed ex amore boni communis propter pacem iustitiamque reipublicæ conseruandam. Quartò matrimonium ordinatur ad fornicationis deuitationem, in quantum est remedium contra incontinentiam.

Nā & Apostolus ait: Propter incontinentiam vestram quilibet vestrum suam habeat vxorem, & quilibet suum virum: sicq; in vxore querenda est pulchritudo, complexionis suauitas, sensuumque viuacitas. Tales quoq; coniuges specialiter sunt querendæ principibus atq; nobilibus, eorumque filijs, quia præceteris solent habere, occasiones incontinentiæ: propter quod expedit eis habere coniuges amabiles ac formosas, quarum amore à fornicationibus retrahantur. Quædammodū illustrius illæ Thuringiæ Langratiuis, maritus sanctissimæ Elizabeth filiæ Regis Vngariæ, tantum dilexit suam Elizabeth, quòd præter eam nunquam aliam mulierem cognouit, quamuis sæpius fuerit ab eū iniecta puella. Quin tò ordinatur coniugium ad congruam prolificationem, sicque ultra prædictam pulchritudinē bonitatemque cōplexionis & viuacitatem querenda est in coniuge corporis magnitudo, elegansque statura, quæ tamen ad pulchritudinem propriè dictā spectat: Magnitudo etenim corporalis in matre, facit ad bonum prolis: quia videmus quod filij in corporis quantitate frequenter martrizant, eò quòd totam corporalem substantiam quodammodo à matre suscipiant: mater quippe in generatione ministrat proli materiam. Vnde sicut in alijs animalibus ex magnis communiter magna nascuntur, sic & in hominibus solet accidere. Matres quoq; bonæ ac temperatæ complexionis, communiter prolem sibi in hoc similem gignunt: immo sicut ex magnis multoties nascitur magni, sic ex pulchri nasci solent filij pulchri. Magnitudo autè corporalis inter bona corporis computatur, & principem decet. Legitur equidem primo Regum, quòd cum Samuel Propheta ostensus esset filijs Israël, quis ex diuina electione regnaturus esset super eos, & Saul staret inter ipsos, atq; ab humero super alios emineret & altior seu longior esset, Samuel dixit: Certè videtis quem elegerit Dominus, quia non est ei, scilicet Sauli, similis in omni populo. Veruntamen Deus non semper, immo raro ad magnitudinē corporalem in principū constitutione attendit. Vnde dū Samuel postea missus esset à Deo ad domum Isai patris Dauid Regis, vt vnum ex filijs Isai vngeret in regem, cerneretque Eliab primogenitum Isai, & putaret illum propter magnitudinem suam corporalem vngendum in regem, Deus dixit ad Samuelem: Ne respicias ad altitudinem stature eius, quia proieci eum, ne sic rex: non enim secundū intuitū hominis ego iudico. Homo enim videt, quæ foris parent, Domi-

1. Cor. 7.

V.

1. Reg. 16.

Eccl. 12.

1. Reg. 16.

nus autem intuetur cor. Denique, sepè contingit aliquos esse fortes magnosq; corpore, sed debiles animo: mediocres verò magis animosi atque ad bellum magis idonei esse solent: Nam & Dauid Rex bellicosus & fortissim⁹ intantū, quòd vno impetu octingentos occidit, vt patet secundo Regū, fuit mediocriter magnus, immo vt legitur, fuit parux staturæ: propter quod principes Darij Regis Persarum eum spreuerunt: sed non considerauerunt quanta virtus latebat in paruo corpore eius, & postea ab eo omnes victi fuerunt. Postremò, potissimè querenda sunt in coniuge bona animæ, scilicet virtus & prudentia. Mulierem autem potissimè decet verecundia, temperantia, taciturnitas, mansuetudo, pietas & operositas. Principes ergo inquirere debent, an bona ista atque similia inueniantur in personis, quas sibi aut filijs suis in coniuges sumere volunt. Nempè quàm magna & appetenda sint bona hæc animæ in vxore, docet diuina scriptura in Ecclesiastico, quo habetur: Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata & tacita. Omnis autem ponderatio non est digna continentis animæ. Sicut sol oriens in mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus suæ. Mulieris bonæ beatus vir: numerus enim annorum illius duplex. Mulier fortis oblectat virum suum, & gratia mulieris sedulæ ossa viri sui impinguabit. Pars bona mulier bona. In parte bona timentium Deum dabitur viro pro factis bonis. Ex his sacræ scripturæ verbis patet, quàm magnum Dei donum sit habere coniugem virtuosam, quod Salomon etiam contestatur: Nam & delectabile ac iucundum est viro, tali cohabitare vxori, cui omnem fidelitatem magnamque reuerentiam debet impendere, ac sincera eam diligere charitate. Præterea & in hoc inclyte dux, Deo sublimi & benedicto, cuius prouidentia in sua dispositione non fallitur, magnificè gratias agere teneris, qui tuæ excellentiæ tam virtuosam, speciosam, illustrem præstitit coniugem, cui & inter cætera dona Altissimi, etiam magna fecunditas est concessa. Præterea, sicut proles communiter sequitur suam matrem in corporibus bonis, scilicet pulchritudine & statura, ita & in bonis animæ eam assequi solet, putà in moribus: idcirco vxor honestis ac virtuosis moribus orta parentibus dicitur eligenda. Vnde dum quidam à Philosopho quodam inquireret, qualem deberet vxorem accipere, ille respondit: Illam accipias,

cuius matrem & auiam noueras esse pudicas. Denique in mulieribus & puellis, quantumcunq; nobilibus, amor & frequentia operositatis commendatur, vt operi manuum congruo ac decenti suo tempore intentæ, nec vnquam sint otiosæ: Mens enim humana, vt etiam Aristoteles ait, diu nō valet otiosa consistere. Hinc dum homo non occupat se exercitijs licitis & honestis, statim incipit mente vagari, & indignè ac turpiter occupari. Hinc, vt legitur, potentissimus ille Octavianus Imperator filias suas incidere, texere, consuere, & quicquid in lino, serico & lana sit, fecit addiscere.

Quomodo reges, duces ac principes habere se debent ad seruos suos. Articulus XIII.



Vò maior est princeps, ed ministris suis domesticis debet de necessarijs magnificentius prouidere, & vestes ac cibos honorificentius exhibere, semper tamen moderantiam obseruando & superfluitatem, vanitatem ac pompam vitando. Possunt tamen vestes ministrorum principis esse ornatiores ac pretiosiores, vt ex hoc princeps magis à subditis honoretur ac timeatur, neque ab aliquo contemnatur. Itaq; sapientis ac prouidi principis est, omnia in domo sua agere ordinatè, & eos, qui maioris sunt sapientie, nobilitatis, fidelitatis aut dignitatis, amplius honorare, sublimius collocare, pretiosius alere ac vestire. Denique, quos princeps expertus est esse maioris fidelitatis atq; prudentiæ, debet in maioribus officijs ponere: & eos, quorum mores & prudentiam expertus non est neque agnoscit, debet primò in minoribus probare officijs per tempus factis extensum, sicque paulatim eos promouere ad altiora, secundum quod viderit eos magis idoneos & discretos: officiatos quoque debet per se vel per alium, ad hoc ordinatum, hortari ad diligentem suorum officiorum executionem. Secreta verò sua non debet princeps quibuscunq; seruis suis manifestare, sed his duntaxat, quos experimentaliter & certè agnoscit sibi esse fideles, & ex dilectione seruientes, itemque prudentes ac probos, qui serui sunt velut filij diligendi, & honorandi tanquam amici: nam & in Ecclesiastico scriptum est: Seruus fidelis sit tibi dilectus tanquam anima tua. Veruntamen princeps, potissimè rex, non debet ad seruos suos nimis familiariter se habere: quia, vt communiter fertur, nimia familiaritas

ritas parit contemptum: nec etiam debet se ad eos habere in nimia excellentia & rigore: quia hoc onerosum esset, nō virtuosum. Ideo Aristoteles ait, quòd persona principis non debet apparere seuera, sed reuerenda. Porro, ad sublimiores & sibi propinquiores debet parilius se habere & magnanimitè concedenterque in verbis & factis cum maturitate: ad inferiores verò habere se debet temperatè, atque in omnibus præbere se debet personam omnibus reuerendam: quia, vt Aristoteles ait ad Alexandrum: Summè oportet, vt reuerentia regis ac principis sit in cordibus subditorum. Nihilominus tempore congruo debet se solatiofum ac hilaritatem exhibere, sed moderatè: hoc enim subditis iucundum est atque gratissimum, cum Salomon dicat: In hilaritate vultus regis, vita: & clementia eius quasi imber serotinus. Et rursus: Sicut ros super terram, ita hilaritas regis. Porro ministros principum decet tantò nobiliores, ciuiliores, virtuosioresque mores habere, quòd principes fuerint aliores: nam & in hoc potissimè respundet ac innotescit prudentia principis, si familia eius rectè ab ipso gubernetur & morigerata consistat, atque cum reuerentia suo principi obsequatur. Ministri namque & subditi reuerentiam, subiectionem, fidelitatem & famulatum principi suo tenentur: Propter quod ait Apostolus Paulus: Serui dominos suos omni honore dignos arbitrentur. Et denuò: Serui, obedite Dominis vestris per omnia, non ad oculum seruientes tantum, sed ex animo. Postremò, quamuis princeps debeat se præfato modo ad ministros suos habere, laudabilius tamen est, magisque prouocatiuum amoris, vt ad humilitatem magis quàm ad animositatem declinet. Vnde cum Traianus Imperator ab amicis suis increparetur, quòd magis deiceret & humiliaret se ad plebem, quàm statum suū deceret, respondit: Talem me volo populo Imperatorem præbere, qualem omnes oprant habere. Vitandum quoque est principi, ne ministros suos aut ignobiles aspernetur, neque alicui iniurietur, nec aliquem irrationabili ter cedat: Excedentes verò, iuste corripiat seu clementer, prout dicitur discretio. Hoc enim fuit Alexandro Regi mortis vna occasio, quòd ministris suis nobilibus interdum contumeliam intulit. Cum namque Iollas Alexandri pincerna instigatus esset à fratre suo Cassandro interficere Alexandrum, nō libenter acquieuit, quoniam Alexandrum dilexit: sed cum Alexandrum Iollam quadam vice percussisset in vultu seu capite, Iollas

ex hoc amaricatus, Alexandro dedit venenum in potu. Legitur autem de sancto Ludouico Rege Franciæ, quòd magnæ fuit hūilitatis ac simplicitatis in vestibus. Vnde cum Dux Gelriæ tempore illo nuntium misisset Parisium, & ab eodem reuerso interrogasset, an vidisset Regem Francorum: nuntius ille, collum suum gyrando seu contorquendo, respondit: Vidi miserum illum grisea veste indutum, & capitum sub toga habentem. Collum autem nuntij illius totò tempore vite suæ mansit in situ illo innaturali, in quo per gyrationem ex subannatione pijssimi Regis posuit illud. Quo miraculo Deus omnipotens sanctitatem regis illius monstrauit.

De duplici nobilitate, & quòd filij principum atq; nobilium communiter habent mores nobiliores. Articulus XIII.



Nobilitas duplex est, videlicet generis & virtutis. Nobilitas namque in eminentia seu excessu alicuius boni consistit: Bonum verò est duplex, scilicet corporale & spiritale. Porro spiritalia bona sunt verè & simpliciter magna & digna: Propterea verè est nobilis, qui in virtutibus bonisque moribus eminet & præfulget. Sapientia quoque & prudentia faciunt hominem verè illustrem, secundum beatum Hieronymum: Bona autem corporalia, secundum hominum æstimationem, sunt magna & digna, non tamen verè atque simpliciter. Vulgus namque & homines seculares non tantum attendunt aut reputant bona spiritalia, sicut corporalia, cuiusmodi sunt honorabilitas generis, opulentia & ciuilis potentia. Ideo nobiles reputant eos, qui in istis excellunt: eos quoque, qui diuitibus prodierunt, ita quòd nullus mortalium recordatur aliquos progenitorum eorum pauperes extitisse, populus reputat nobiles, quamuis hi frequenter à vera & propriè dicta nobilitate deficiant, vitijsque & moribus exte degeneres. Sed quoniam fama, quam communis homo affirmat, non totaliter falsificatur, æstimatio ista vulgari de nobilitate aliquam habet rationem, & in multis verificatur. Communiter quippe aut frequenter contingit, quòd nobiliores generis, habent mores præclariores quam alij. Nam & Aristoteles ait, quòd sicut ex homine nascitur homo, ex brutoque brutum, ita vt plurimum ex bonis nascitur bonus, & ex prudentibus prudens, quamuis interdum

aliter accidat: quia natura non semper facere & complere potest, quod vult. Itaque nobiles, & potissimè filij principum, quoniam inter multos prudentes, expertos & morigeratos quotidie conuersantur, diligenterque instruntur, atque à pluribus adspiciuntur & considerantur, communiter sunt cæteris prudentiores & magis faceti, honesti ac probi, erubescuntque se inhonestè habere. Quia igitur nobiles secundum hominum estimationem, communiter nobiles sunt moribus, & præsertim, quia antiquitùs non nisi virtuosè ac sapientes consueuerunt ad aliorum principatum regimenque assumi, eligi vel admitti, hinc curialitas vocata est morum nobilitas, & à curia sortita est nomen. Curia equidem propriè appellatur domus nobilium & magnorum. Et quoniam decet magnos ac nobiles genere, esse nobiles virtute ac moribus, hinc curiales vocantur, qui nobiles habent mores, & curialitas, morum nobilitas perhibetur, immo quodammodo ipsa est omnis virtus. Sic enim curialis vocatur comestor, qui non valdè auidè, superfluè ac turpiter comedit, quod est temperantiæ actus. Similiter qui alijs est affabilis & benignus, dicitur curialis: & qui promptè moderata dona largitur, curialis asseritur, cum hoc sit opus liberalitatis: item qui in magnis sumptibus condecenter se habet, dicitur curialis, cum hoc sit magnificentiæ actus. Itaque principum atque nobilium filij sagaciter pensent, quàm vile & ignobile sit coram Deo cunctisq; sapientibus ac virtuosè hominibus, esse nobilem carnis propagine, moribus autem & cõuersatione ignobile: vnde quò nobiliores se esse gloriantur ex genere, eò virtuosiores esse conètur.

De moderamine obseruando in loquendo in principum mensis tempore refectiois.

Articulus X V.



On tantæ excellentiæ arbitretur se rex, dux aut quicumque princeps Christianus, vt non teneatur legi Christi esse subiectus: immo vt superius est probatum, quò maior est potestate & eminentia, eò debet Deo esse subiectior, atque in cunctis virtuosius se habere, ministros ac subditos à malis compescere, & ad virtuosa facta inducere. Itaque spectat ad æquitatem ac probitatem ipsius, vt semper & præsertim tempore refectiois, se ipsum & secum recumbentes, ac sibi ministrantes, omnes quoque domesticos suos, à vaniloquio multiloquioq; refrenet,

& ad proferenda vtilia ac honesta hortetur, attendens ac metuens verbù Christi, dicens: De omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines, dabit de eo rationem in die iudicij. Si reddenda est ratio de omni verbo otioso, quid pœnè infligetur hominib; pro verbis detractorijs, mēdacibus, scurrilibus, vitiosis? Denique tempore refectiois homines specialiter vtuntur beneficijs Dei, vi delictis cibo & potu, quos Deus creauit & præstitit: ideo tūc specialiter debent vitare Dei offensam, ne sint ei ingrati, immo ante cibi acceptationem benedicenda est mensa, & postea gratiarum actio Deo est persoluenda, & semper ab omni verbo illicito atq; superfluo abstinendū. Insuper lingua ad duo deseruit hominibus, scilicet ad cibi ac potu degustationem, & ad locutionem: naturalēque est, vt tempore refectiois ad gustandū deseruiat homini: ideo tunc ad locutionem nõ necessaria est cessandum. Præterea tunc homo debet se ab excessu verborū cautius temperare, quando est sibi maior occasio excedendi in verbis: Hoc autem est tempore refectiois, præsertim principibus, diuitibus atque nobilibus, pretiosos & calidos cibos sumentibus, ac vina potantibus, ex quibus calefit homo, & audax ac pronus efficitur ad prorumpendum in verba superba, lasciuia, immoderata, leuia, detractoria & iniqua. Hinc diues ille epulo, de quo Christus in Euangelio loquitur, in ignem infernalem proiectus, grauius in lingua se torqueri clamauit seu insinuauit. Apostolus quoq; testatur, quia corrumpunt bonos mores colloquia mala. Principes autem & eorum domesticos ac commensales oportet præ cæteris bonitate nobilitateq; morum pollere. Hinc Aegidius de Roma consulit regibus atque principibus, vt ad mensam faciant sibi legi aliqua vtilia, vtputà laudabiles consuetudines regni seu patriæ, laudabilia quoq; gesta prædecessorum suorum, eorū præsertim, qui virtuosè fuerunt, ac terram iustè rexerunt: itemq; libros de regimine principum conscriptos, atq; historias Caroli Regis ac similibus principum præcipuorum, qui verbis, factis & prælijs exemplares fuerunt, & principibus omnibus in exemplum sunt dati ac proponendi, vt illorum prudentiam, fortitudinem, deuotionem, diligentiam, æquitatē, clementiam, cæterasq; virtutes sequantur, quæadmodū monachis & maximè Carthusiensibus in exemplū dati ac positi sunt sanctissimi illi Eremitæ, de quib; in Vitis Patrū mira & magna leguntur, qui verè fortissimi bellatores fuerunt, quia contra Diabolū, mundum

dum & propriam carnem strenuè pugnauerunt, & Spiritu sancto eos iuuante, gloriosissimè ac felicissimè præualuerunt. Præfati autem libri in vulgari habentur, aut facillè queunt haberi, si transferantur.

Quòd taxillationes & cæteros ludos indecentes ac chorizationes similesq; vanitates, iuramenta & contentiones, reges, duces ac principes à domibus suis expellere debeant.

Articulus X V I.



Luc. 11.

Luc. 11.

Mnis Christianus, quantumcunque nobilis & sublimis, tenetur per arctam viam incedere: sed arcta hæc via, quæ (vt Christus testatur) ducit ad vitam beatam, aliud profus non est, nisi pœnitentialis virtus: & quæque vita, quæ est iter ac medium, quo itur & peruenitur ad beatitudinem sempiternam, ad quam nemo mortalium potest pertinere, nisi ambulando per viam hanc arctam, conuersando timoratè ac sollicitè coram Deo, faciendoque omni proximo sicut rationabiliter cupit fieri sibi. Porro nullus efficitur deus aut virtuosus, nisi per laborem non paruum. Propter quod Aristoteles ait: Quòd virtus & scientia sunt circa difficilia. Difficile quoque est, maximè principibus & nobilibus, qui circa plurima occupantur, variisque habent occasiones peccandi, & multos adulatores ac callidos persuasores ad malū: his, inquam, principibus difficile est iugiter vitare omne peccatum mortale, præsertim cum homo peccata mortalia non queat eudere, nisi cum grandia custodia cordis sui vitet venialia mala. Ideo principes, si per viam arctam velint incedere & saluari, indigent magna custodia, diligentia, laboreq; cordis, ne Deum offendant, ne iustitiam deserant, ne laxè & carnaliter viuāt. Propterea ludos iniustæ lucratiōis & vitiosos, vt sunt præcipuè taxillationes, & choreas superfluas, cæterasque periculosas vanitates, iuramenta, præsertim periuria ac iurgia, à se & à domibus ac domesticis suis excludere debēt, præsertim quia bona per tales ludos lucrata, sunt iniustè adepta: nec peccatum dimittitur, nisi lucrator ea restituat, vel pauperibus tribuat, aut in pios vsus expendat. Quomodo autem liceat vti ludis honestis nulli no-cuius, superius dictum est: Veruntamen aliqua permittuntur ac licēt minori ætati, quæ ætati virili siue senili non congrunt: Idcirco quò princeps plūs crescit in annis, eò à ludicris delectationibus magis se debet abstrahere, seque maturiùs, deuotiùs & exemplariùs in cunctis habere: iunioribus autem filijs & familijs suis recreatiōes & ludos decentes debet permittere, iuxta modum superius assignatum. Postremò, secundū præscriptam formā, potētissimi ac optimi reges ac principes olim sua gubernabant palatia. Vnde de Theodosio Imperatore legitur, quòd eius palatium potētius videbatur cœnobium quàm palatium. Non ibi abundabant saltantes seu chorizontes, sed Deo plallentes, virique iusti ac sapientissimi semper ad latus Imperatoris fuerunt, quorum consilio cuncta egit: notis autem studio, orationibus, ac Dei laudibus insistebat. Talis fuit & optimus ille Ludouicus Rex Franciæ, qui quandiu Missæ durabant, ab Ecclesia diuelli non poterat. Dormiens autem cum regina, mansit indutus camisia, similiter illa: sed & ipse sceminalibus indutus, dormiuit cum ea. Horum atque similibus sanctitatem virtutesque imitari ad tuam pertinet dignitatem, o clarissime princeps, & diurnū ac nocturnum tempus virtuosè expendere. Nam tempus nocturnum ludis lucratiuis ac culpabilibus occupare, aut vanitatibus infructuosè consumere, nequaquam spectat ad principem, cui tanta est ratio occupandi se virtuosè: quem oportet attendere, quòd de omni tempore sibi desuper ad benè viuendum & pœnitendum iusteque præstendum concessio, daturus sit rationem Iudici summo, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

Libri secundi, de vita & regimine principum, finis.

M m m 2 D. DIO.

DIONYSII

CARTHUSIANI DE VITA ET REGIMINE PRINCIPVM LIB. TERTIVS.

Præfatio.

eccle. 17.



N unaquaque gente Deus præposuit rectorem. Verbum hoc in Ecclesiastico scriptum est, & potest intelligi tam de angelis sanctis, quam de hominibus aliorum rectoribus. Quemadmodum enim unicuique homini præposuit Deus angelum unum sanctum in custodem ac directorem, ita cuilibet regioni atque provincie præposuit angelum sanctum altioris ordinis quam sint angeli, qui singulis præsunt hominibus. Angeli enim, qui singulis hominibus præsunt, de infimo choro sunt: qui autem regnis & provincijs seu communitatibus hominum præsunt, sicut de supremo ordine infimæ hierarchie angelicæ. Vnde Michael, qui in veteri Testamento præfuit synagoga, in nouo autem Testamento præest Ecclesie, est de supremo hoc ordine infimæ hierarchie. Hi itaque angeli communitatum rectores, procurant bonum gentium eis diuinitus commissarum: propter quod reges, duces ac principes, non solum angelos sibi singulariter ad custodiam deputatos, sed etiam angelos terris seu populis suis præpositos honorare debent, & deuotis quotidie precibus inuocare pro boni communis promotione. Insuper singulis gentibus supersapiens Deus rectores præposuit homines: ex diuina enim ordinatione processit, quod alijs præsent reges, alijs duces, alijs comites. Deus quoque præordinauit seu præiudicauit, qui quibus præesse deberent: & isti qui alijs præsent, sunt Dei ministri & executores regiminis eius. Quoniam ergo iam in prima huius operis parte tractatum est, quomodo princeps regere debet seipsum, & in secunda parte deductum est, quomodo regere debet propriam domum, nunc in tertia & ultima parte describendum est, quomodo urbes & communitatem, totamque patriam suam debeat gubernare.

Daniel, 10.

eccle. 10.

De differentia inter regem & tyrannum.

Articulus I.

Tyrannus.



Dum inter regem & tyrannum differentia assignatur, per tyrannum intelligitur omnis dominator malignus ac violentus, siue rex, siue dux, siue comes vocetur. Per regem verò, omnis dominator bonus & charitativus intelligitur, siue proprie rex dicatur, siue dux, siue comes. Denique in sacra scriptura rex interdum vocatur dux, quemadmodum quarto Regum Dñs

ait Esaiæ Propheta: Vade & dic Ezechie duci populi mei. Ezechias autem rex fuit. Itaque differentia ista, quæ nunc inter regem & tyrannum ponitur, intelligenda est poni & esse inter omnem dominatorem iustum & peruersum, intelligendo per dominatorem etiam, qui communitati alicui dominatur. Prima ergo differentia est, quod rex respicit, intendit & querit principaliter bonum commune totius populi sui, deinde proprium bonum: Tyrannus verò intendit & querit potissimum bonum proprium ac priuatum, videlicet suam delectationem, propriam libertatem, & opulentiam rerum. Regnum etenim seu datus, est principatus rectus ac ordinatus: Tyrannis verò, est peruersus & violentus dominum. Quotò igitur bonum commune diuinius est atque præstantius bono proprio vnius personæ, tantò rex magis intendere debet illud commune bonum: & peruersè dominatur, qui bono communi proprio præfert bonum: idcirco ad procurandum aut defendendum bonum commune, scilicet pacem ciuitatum aut patriæ, rex seu dux parcere non debet pecuniæ: nec ob congregandas pecunias, neque propter habendas corporales delicias omittere debet pro rationem vel defensionem utilitatis communis. Secunda differentia est, quod rex querit bonum honestum, videlicet opera virtuosè digna honore, ut ciues & subditi sui sunt virtuosè: tyrannus autem querit pecuniam. Tertio differunt, quia rex sequitur rectæ rationis iudicium: tyrannus verò sequitur impetum passionum: & voluntatem habet pro ratione, dicens: Sic volo, sic iubeo, sic pro ratione voluntas. Porro, voluntatem sequi, tyrannicum est, nisi voluntas luce ac sapientia rationis regatur: ratio namque voluntatem in omnibus debet dirigere. Propter quod regum & ducum ac principum est, semper perpendere, an voluntas eorum rectæ rationi concordet, & iuxta doctrinam Christi procedat: aliter potestas eorum in tyrannidem verteretur, & ipsi fierent violenti. Quarto differunt, quoniam rex magis confidit intraneis & indigenis, & vult custodiri ab illis potius quam ab alienis atque extraneis, eò quod populo suo fuit fidelis, charitativus & utilis: tyrannus verò, quoniam populo suo extitit onerosus & odiosus, & proprium commodum magis quam reipublicæ utilitatem quæsiuit, ideo plus confidit extraneis, & vult custodiri ab illis. Dicit quoque Aegidius, quod si rex aut princeps sit auarus & querat thesaurizare, non est rex, sed tyrannus. Item, si princeps non sit prudentia decoratus, nec discretionem vitatur, tyrannus efficitur. Propter quod Salomon ait: Dux indigens prudentia, multos opprimit per calumniam. Quinto differunt, quoniam rex intendit subiectos moderanter ditare & concordare in bono, ut sibi cetera iniquos & hostes assistant: tyrannus verò satagit subditos spoliare & discordes effecere, quantum ad veram pertinet æquitatem, ne pariter contra ipsum in surgat. Hinc tyrannicus dominatoribus Deus ait per Esaiam

regnum Tyranis.

Tyrannus.

regidius.

Proverbia.

Prophetam: Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis, & rapina pauperis in domo vestra est? De quibus etiam per Michæam Prophetam conqueritur: Comedunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriatuerunt. Vnde probatur, quàm vitanda sint immoderate atque irrationabiles exactiones, præsertim ab egenis & competentiam strictam habentibus. Aliqui autem diuites ciues, eorumque coniuges, suis diuitijs valde inaniter abutuntur in vestibus & alijs sumptibus vanis, circa quos princeps discretè & iuste habere se debet, quousque emendent se. Sexto differunt, quoniam rex & quilibet rectè præficiens, angelicis potestatibus assimilatur, & Deo cooperatur, ac diuinus efficitur, æternaliterque saluatur: tyrannus verò non solum bestijs, sed & Dæmonibus conformatur, homines secum ad æternam damnationem trahendo, molestando, turbando, depauperando, fallendo, & varijs vitijs implicando. Hinc Salomon loquitur: Leo rugiens & vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem. Tyrannis enim & eorum fautoribus potissimè conuenit, quod Salomò protestatur: Est generatio, quæ pro dentibus gladios habet, & mandat molariibus suis, ut comedat pauperes de terra, & inopes ex hominibus. Itaque quicumque præfatas regis proprietates non habet, siue rex, siue dux, siue comes aut alio quocumque modo dominator dicatur, sciat se solo nomine esse, quod dicitur. Curandum ergo & satagendum est omni regi, duci ac principi, ut prædictis regis proprietatibus verè ac iugiter adornetur.

De magnis inclitisq; principibus, qui proprie utilitati ac delectationi, immo & proprie uitæ præposuerunt bonum commune populi sui. Artic. I I.



Quamuis sacra scriptura Saullem Regem filiorum Israël in plurimis reprehendat, in hoc tamen potissimè commendatur, quia cum à Samuele Propheta seu alio in eius specie apparente audisset & certè cognouisset, se die altero immediatè sequenti occidendum, nihilominus amore populi sui rediit ad eum, & simul cum eo contra Philistæos pugnavit. Ob quam fidelitatem aliqui doctores catholici dicunt eum esse saluatum, quoniam propriæ vitæ præposuit bonum commune plebis suæ. Denique quantum sanctus Rex Dauid in regali Imperio non quæ-

fuit priuatum & proprium commodū, gaudium aut honorem, sed communem omnium subditorum suorum profectum, salutē & pacē, clarissimē constat ex eo, quod iuuenum illum Amalechitem, qui se asseruit occidisse Saulē Regem, putans per hoc placere Regi Dauid, quoniam Saul hostis grauisissimus fuit Dauid Regi: illum, inquam, iuuenem istum iussit rex dauid occidi, eod quod præsumpsisset extendere manū suam in Regem diuinitus vnctum. Postea quoque similiter iussit occidi duos viros, qui caput Isobeth Regis & aduersarij sui amputauerunt, sibiq; attulerunt, eod quod fraudulentatq; iniussē fecissent hoc. Non enim sanctus Dauid propriam vtilitatem, sed æquitatem cōmunisq; boni promotionem ac obseruatiam cogitauit. Talis quoque extitit fortissimus ille Iudas Machabeus vnus de nouem melioribus, de quo secundo Machabeorū libro habetur, quod per omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat. Sed & diebus ac noctibus pro populo suo & terræ suæ defensione victoriosē bellauit, atque eternum gloriæ nomen sibi in celo & in terra nobiliter acquisiuit. Deniq; quoties Carolus Rex pro defensione Ecclesie, pro obseruatione iustitiæ, pro liberatione & recuperatione terræ sanctæ, pro populi & regni sui tuitione acerrima bella habuerit, laboriosissima itinera fecerit, grauisimos labores pertulerit, in Speculo historiali diuersiq; Chronicis legitur. Inuictissimi etiam ejus Palatini, Rolandus, Olinerus & ceteri, tantum fuerunt inflammati zelo iustitiæ, amore reipublicæ & fidei Christianæ, quod vnus eorum festinauit alium præuenire in hostium inuasionē. Tales quoque fuerunt innumerabiles reges, duces ac principes Christiani, præsertim sanctus Ludouicus Rex Franciæ, qui bis transfretauit mare ad recuperandum sanctum sepulcrum, nō obstante, quod prima vice sub Soldano captus, & maxima damna fuisset perpeffus. Præterea & in gentilibus principibus virtus hæc splenduit. Etenim Alexander Rex pro cōmuni vtilitate periculis mortis se exposuit frequenter, sicut dum in forma & habitu nuntij perrexit & intrauit palatium Darij Regis, vt omnia, quæ ibi agebantur & fuerant, exploraret. Simile quoq; Carolus rex aliquando egit. Rursus, cum Alexander contra Porum Indiæ Regem acerrimē præliatus fuisset, atq; de vtriusq; exercitu pars maxima esset occisa, Alexander stetit ante omnes, & locutus est Poro: Non decet reges sic perdere populum suū, sed oportet vt vnus

contra alium pugnet, & suam ostendat virtutem. Ster populus tuus in vna parte, & meus in altera, pugnemusq; soli manu ad manum: quod si me occideris, populus meus fit tuus: si tu defeceris, populus tuus fit meus: sicq; factum est, & præualuit Alexander, ac Porum occidit. Insuper de Theodoro nobili quodam Atheniensium principe recitat sanctus Augustinus in libro de Ciuitate Dei, quod cum responsum fuisset, illum exercitum debere esse victorem, cuius dux occideretur, ipse Theodorus, vt exercitui suo obtineret victoriam, in habitu peregrino ac paupere hostibus se obiecit, vt primus occideretur: maluit enim mori, dummodo vincerent sui, quā viuere eis deuictis. Præterea de Marco Regulo Principe Romanorum narrat Augustinus & Tullius, quod cum à Carthagenensibus captus fuisset & Romam remissus, quatenus pro eo dimitterentur Carthagenenses, qui à Romanis tenebantur captiui, vel ipse Marcus rediret Carthaginem: Itaque veniens & senatoribus causam proponens, tandem interrogatus est ab eis, quid ipse consuleret: Et respondit: Vtilius sibi videri pro bono reipublicæ, vt ipse remitteretur ad Carthaginem, eod quod senex esset, & parum deceret posse prodesse reipublicæ: captiui verò ex Carthagenensibus, iuuenes essent ac fortes & vtilis vtilitati communi: qui si Carthagenensibus redditi fuissent, Romanis postea potuissent nocere: itaque senatores dederunt Marco libertatem agendi quod vellent. Cumq; à suis teneretur amicis, non acquieuit eis, malens reuerti Carthaginem, quā non implere promissum, cum tamen sciret se ad crudelissimos hostes reuerti, & exquisita passurum supplicia: nam & amarissimam ei mortem intulerunt. Impleuerunt itaque principes isti documenta Platonis, quem sanctus Augustinus in libro de Ciuitate Dei dicit vniuersis gentilium Philosophis longè lateq; esse prælatum. Vt enim Tullius in libris de Officijs ait: Plato dedit duo præcepta principibus & cunctis reipublicæ prodesse volentibus: Primum, vt vtilitatem ciuium sic curent ac tueantur, quod ad eam referant cuncta quæ agunt, propria commoda obliuiscetes. Aliud fuit, vt totum corpus reipublicæ curēt ac protegāt, hoc est, quicquid spectat ad bonum cōmune, videlicet vniuersos ciues ac subditos: ne, dum partem aliquam tueantur, pars reliqua deseratur. Et quia antiqui ista præcepta seruabant, idcirco rempublicam

ex

ex parua magnam fecerunt. Vnde Augustinus recitat verba Catonis, dicentis: Nolite putare maiores nostros armis rempublicam ex parua magnā fecisse: si enim sic esset, multo pulchriorem nos haberemus, armorum enim & equorum maior copia nobis est: Loquitur autem Cato de Romanis, quia ipse fuit Romanus. Vnde de antiquis Romanis principibus subdit: Alia fuerunt, quæ illos viros magnos fecerunt, quæ nobis nulla sunt: Domi industria, foris iustum imperiū: animus in consulendo liber, nec delicto neque libidini obnoxius: Pro his nos habemus auariciam atque luxuriam: publicè habemus egestatem, priuatim opulentiam. Laudamus diuitias, sequimur inertiam. Omnia virtutis præmia, scilicet dignitates & officia, quæ virtutis prudentibusq; debentur, ambitio possidet. Postremò, si principes isti gentiles sic bonum commune proprijs vtilitatibus atque delicijs prætulerunt, quanto magis principes Christiani hoc meritò facerent, qui multò strictius & sublimius ad Dei & proximi, præsertim ad subditum ac boni communis dilectionem tenentur, cœlestem quoque, æternam supernaturalemq; beatitudinem pro bono regiminis præmio præstolantur: quærant ergo, desiderent, procurent ac tueantur omni ac incessanti diligentia communem populi sui vtilitatem, profectum, pacem atque salutem, & benè succedat eis in spiritalibus ac temporalibus, augebitq; Deus in eis quotidie dona gratiæ suæ, & post temporale istud dominium deducantur ad Regnum æternum.

De tribus, in quibus princeps debet excellere alios. Articulus III.

Regem, ducem, ac principem tria præcipuè decet: Primum, vt diligatur à plebe: ideo decet eum esse excellenter liberalem in beneficiorum præstatione. Hinc antiquitū populis consuevit illum in regem aut ducem eligere, quem liberaliorem & magis beneficentem vidit: beneficentia namq; prouocat ad amorem. Secundum, vt cura perugili procuret bonum commune: idcirco oportet eum esse excellenter virtuosum, ne in boni communis promotione fatigetur aut torpeat. Hinc antiquitū consueverunt in principes eligi, qui ceteris virtuosiores fuerint: Nam & Romani quosdam elegerūt ad summa officia, propter eorum prudentiam eminentiamq; virtutum, qui

proprijs manibus suos agros colebant. Tertium est, vt eos, qui seditiones turbationesq; concitant, atque maleficos debite puniat & castiget: ideo decet eum esse excellentis potentiae, qua prauos compescat, & bonos defendat, æquitatisq; opera secundum censuram prudētiae prosequatur. Ideo nobiliores consueverunt in principes eligi, & ad officia promoueri, quia & talcs solent esse honestiores & ceteris paribus, ad principatum, dignitates atq; officia aptiores existunt, videlicet dummodo iusti sint ac prudentes: Aliter essent magis nociui ac violenti quā alij.

De tribus, in quibus princeps debet suis subditis providere. Articulus IIII.

Icut cōspicimus in naturalibus, quod natura dat rebus imprimis ea, per quæ tendunt in suam perfectionem ac propriū finem: Secundò dat ea, per quæ res naturales resistere valent impedimentis consequendi perfectionem & finem intentum: sicq; tertio res naturalis, istis adeptis, mouetur & tēdit ad suam perfectionem & finem, quem ad modum natura dat igni leuitatē, per quam tendit sursum: itemq; calorem, per quem ignis resistit contrarijs sibi: Ignis quoq; per leuitatem ascendit ad locum sibi cōnaturalem, qui sursum est: Ita ad principem pertinet, vt primò sollicitus sit, quatenus plebs, suæ gubernationi commissa, habeat ea, per quæ tendere possit in suam perfectionem ac finem intentum, videlicet ad felicitatem & pacem. Porro ista media pertingendi ad finem hūc, tria sunt: Primū est discretio inter bonū & malum: Secundum est possessio virtuosorum habituum seu virtutum: Tertium est exteriorum rerum possessio moderata. Primò ergo oportet, vt populus sciat inter bona & mala, inter iusta & iniusta, inter licita & illicita prudenter discernere. Ideo princeps providere debet, vt in territorio suo floreat studium scientiarum, vel copia doctorum atque prudentium personarum, à quibus populus eruditionem suscipiat: in vrbibus quoq; in officijs cōstituantur viri industriosi ac sapientes, quorum prudētia vulgus informetur de ordinationibus ac statutis ad pacem communem iustitiamq; legalem spectantibus. Sed quia non sufficit inter bona & mala discernere, nisi quæ bona sunt peragantur & mala vitentur, ideo princeps populum suæ directioni subiectum, debet ad opera virtuosa inducere. Vnde, posse providere debet, vt in terra sua clerus sit virtuosus

fus & sacerdotes, præsertim pastores & eorum vicarij, ac ceteri religiosi, ad quos pertinet publicè prædicare, sint honestæ exemplarisque vitæ, atque in omnibus iustè & castè ac laudabiliter conuersantes, quatenus verbis & factis, exemplo & fama inducant homines ad virtutes. Per hoc enim homines seculares ab innumerabilibus iniustitijs retrahètur. Sed quomodo principes in hoc habere se debent, infra, Deo præstante, clariùs atque diffusius ostendetur. Denique, quoniam homo ex anima & corpore constat, indiget etiam corporalibus bonis: ideo ad principis prouidentiam attinet agere & curare, ut populus terræ sufficientiam victualium & eorum, quæ corpori necessaria sunt, habeat: & negotiatores ac ceteri mechanicis actibus dediti, sua possint exercere officia liberè & securè, & ne vnus spolieta- lium. Præterea, secundò principaliter spectat ad principem, resistere impedimentis communis vtilitatis & pacis ac finis intenti, hoc est, remouere prohibentia profecti & statum pacificum subditorum: ideo principis est, inquietos, malitiosos, maleficos, qui non sinunt alios agere in pace, extirpare, & transgredientes corrigere, violentosq; iustè punire. Extraneis quoque hostibus viriliter reluctari, patriamq; tueri. Et quia de partitione & successione hæreditatum aliarumq; rerum solet inter homines variis oriri, spectat ad principem, ordinare, prouidere seu publicare & ratificare, quomodo bona immobilia, atque mobilia morientium debeant ad posteros aut propinquos deuolu- ui in suo dominio. cum enim parentes sint mortales, & filios suos ac filias diligant tanquam seipos & velut aliquid corporis sui, valdè desiderant perpetuari in successione filiorum suorum ac filiarum, siue sint naturales, siue adoptiui: videturque eis quòd etiam post mortem quodammodo in vita ista permancant, si iuxta ordinationem suam atque iustitiam alij in eorù hæreditate ac cæteris bonis succedant. Vnde in Ecclesiastico de patre boni filij scriptum est: Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus: reliquit enim similem sibi & defensorem domus suæ. Valdè ergo turbatur pax terræ, nisi iustè modus, quo bona succedere debeant, à principi- bus determinetur, publicetur seu obseruetur. Tertio principaliter spectat ad principem, populum suum ad debitum finem ac pacem dirigere, sicut dirigitur sagitta ad signum à sagittante. Idcirco principis est, bonas ordinationes & bona statuta ciuitatum ac patriæ obseruare, & ea, quæ defunt, ad ido-

neum regimen communitalis supplere con- silio sapientum: item eos, qui sua officia fru- ctuosè & iustè exequentur, ac eos, qui com- muni vtilitati deseruiunt, vel talia agunt, ex quibus bonum principis totiusq; commu- nitatis augetur, honorare, promouere ac re- munerare: per hoc enim illi confirmantur in continuando bona quæ agunt, & tam ipsi quam alij inflammantur ad meliora. Pro- pter quod Aristoteles ait: Apud illos sunt homines fortiores, apud quos fortes amplius honorantur. Similiter apud illos magis abun- dant sapientes, & sapientiores frequenter inueniuntur, à quibus sapientes debitè ho- norantur ac præmiantur.

De decem actibus ad principem pertinentibus. Articulus V.



Constat ex præinductis, quòd prin- cipis ad regem, ducem ac prin- cipem omnè pertineat, procura- re & conseruare commune bonum populi sui, suosque redditus moderan- ter pro hoc bono charitatiuè expendere. Hoc autem tyranni non agunt, sed redditus suos adulatoribus, meretricibus, alijsq; in- utilibus præstant personis. Secundò spectat ad principem, bona communia iuraque sui dominij præcipuè obseruare & custodire. Porro tyranni aliorum iura infringunt ac violat, nec iura terræ obseruant. Tertio ad principem pertinet, exhibere se omnibus personam reuerendam, discretam & grauè siue maturam, non nimis terribilem & seue- ram, nec etiam nimis familiarem: tyrannus autem seuerus est. Quarto attinet principi, nullum subditorum aspernari, opprimere, & nemini iniuriari, nec in persona neque in rebus & opibus, nec in vxore, filiabus aut consanguineis. Tyranni verò quoniam que- runt proprias diuitias atque delicias, iniu- riantur subiectis in persona, in vxoribus & filiabus, diripiuntque ciuium bona. Quintò reges ac principes non solum amicabiliter & moderatè familiariter habere se debent ad barones ac nobiles, per quos bonum com- mune patriæ potest promoueri & custodiri: immo etiam vxores suas inducere debent, ut sint familiares atque beneuolæ vxoribus & filiabus talium nobilium ac baronũ. Vxo- res nanque valdè solent inclinare corda vi- rorum ad quod volunt. Ideo si contempni se cernerent à coniuge principis, inducere pos- sent suos maritos ad concitandum seditio- nes in principatu. Sextò decet principem esse moderatum in cibo & potu atque Venereis,

reus, ne à subditis cõtemnatur, sed vt vigeat intellectu & honore, ac exèplaris consistat. Septimò principis est, vrbes, castra & for- talitia sui principatus meliorare, munire siue augere absq; aliorum oppressione & ini- quitate, vt boni communis promotor appa- reat. Sic enim in libro Machabæorum fortis- simus Iudas fratresq; eius fecisse legun- tur. Octauò, decet principem sapientes & virtuosos atque extraneos honorare, etiam plus quàm fortè in proprijs terris honora- rentur: hoc enim ad beneuolentiã pertinet. Nonò, præcipuè spectat ad reges, duces ac principes, sua dominia per violentiam, iniu- stitiam aut alienorum vsurpatione non dilata- re: hoc enim esset seipos & hæredes suos damnationi exponere: quia, vt loquitur Au- gustinus: Non dimittitur peccatum, nisi res- tituat ablatum. Decimò, sumè pertinet ad principes, vt Deo deuoti sint, & benè se habeat in diuinis, & huius multæ tacte sunt causæ in prima huius opusculi parte. Aristoteles quoq; affirmat, quòd populus omni- nõ libètius subiectus est ei, quem videt esse deicolam, talisq; princeps sicut est melioris conscientia, ita est etiam constantioris fidu- tiæ, atq; à Deo dirigitur ac iuuatur. Postre- mò sunt & alia multa ad reges, duces ac prin- cipes pertinentia, quorù quædam superius tacta sunt, cætera infra tanguntur.

Quòd regibus ac virtuosis ducibus atq; prin- cibus maior sit delectatio & opulentiã etiam in præfenti, quàm tyrannis.

Articulus VI.



Inter bona exteriora meritò re- putatur præcipuè, habere veros amicos: estq; valdè iucundum, quòd homo agnoscat se à multis vera- citer diligere, & de ipsis cõfidere: Ideo in Eccle- siastico ait scriptura diuina: Amicus fidelis protectio fortis: qui inuenit illum, inuenit thesaurum. Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. Porro, prin- ceps virtuosus, quia benè & amabiliter se habet ad populũ, magisq; querit bonum com- mune quàm proprium, atq; in omnibus pro- communi vtilitate & pace sollicitus est, plu- rimos, immo omnes bonos homines habet amicos, omniumq; corda cõuertit & trahit ad se: ideo scit se amicorum multitudine abundare, & de eorum fidelitate posse confi- dere, quod valdè amicum est: Econtrari- ò tyrannus, quia subiectis crudelis est, & propriam in omnibus querit delectatione,

honorationem ac vtilitatem, nec commu- nitatem veraciter amat, promouet aut emen- dat, sed potiùs corrumpit & turbat: idcirco de nullo confidit, sicutq; multitudini se esse odiosum ac onerosum, quòd maximè con- tristatium cõsistit. Deniq; sicut in libro Sa- sap. 17. Angustia vallabit impium, sicut regem, qui paratur ad prælium: iustitia verò securitatè parit atq; fidutiam. Propter quod Salomon Proverb. 29. ait: Fugit impius nemine persequente: iustus quasi leo confidens, absq; terrore erit. Talis autem securitas iusti, est valdè delecta- bilis cordi, secundum quod rursus Salomon Proverb. 15. contestatur: Secura mens quali iuge conui- uium. Tyrannus ergo & impius nunquàm habet veram mentis quietem: quicquid enim contra subiectos aut proximos agit aut cogitat, hoc contra se agi aut cogitari formi- dat: & conscius sibi propriæ crudelitatis ac fraudis, veretur semper inflare sibi, quod meruit, sciens se dignum odio, non amore, quàmuis propter Deum sit spiritualiter dil- ligendus. Hinc ait beatus Gregorius: Nil Gregorius simplici corde felicius: quia qui innocentiã erga alios exhibet, nihil est quod ab alijs pati formidet: At cõtra mens praua semper in laboribus est, quia aut molitur mala, quæ in ferat, aut metuit, ne hæc sibi ab alijs inferatur: & quia semper agit dolose, contra se agi metuit insidiose. Hinc Salomon loquitur: Homini bono dedit Deus sapientiam & sci- entiam & lætitiã: peccatori autè afflictio- nem & curam superfluam. Itaq; innotescit, quòd maior sit delectatio bonis principi- bus, quàm tyrannis: præsertim quia, vt Au- gustinus disseruit, Animus inordinatus est sibi ipsi pœna: virtus autem ex sua natura est delectabilis, & actio virtuosa habet syn- ceram delectationem sibi coniunctam, potissimè in his, qui in virtutibus, sunt funda- ti ac solidi. Vnde in Ecclesiastico scriptum est: Gaudium est iusto facere iustitiam. In- super principes virtuosos plus solent abundan- re pecunijs, quàm tyranni, quoniam plura amantur, & à subditis plura eis ex amore præstantur, nec exponunt pecunias suas tam superuacue, vt tyranni. Boni etiam prin- cipes solent habere officiatos & reituarios ac ministros fideliores, quàm tyranni: Idcir- co bonis principibus bona sua diligentius custodiuntur atque integrius adducuntur, seu persoluuntur à præfatis eorum subdi- tis, quàm tyrannis: Omnino ergo cauend- dum est principi, ne dominatio sua fiat ty- rannica.

Quòd

Quod propter peccata hominum regna & domi-
nia transferuntur & destruantur, sed propter
virtutes hominum stabiliuntur. Ar-
ticulus VII.



Divinae providentię omnia subij-
ciuntur, eiusq; dispositione atq;
iudicio vniuersa regna principa-
tus terrarum subsistunt, durant,
eriguntur aut deprimuntur, secundum me-
rita & demerita hominum, vel propter cau-
sas occultas diuinę sapientię notas. Ex di-
uina ergo ordinatione procedit, quod nunc
istud, nunc illud regnum siue dominium
exaltatur & præualeat: Deus enim iustus &
sapiens omnia moderans, vnum regnū per
aliud destruit, & principis vnus eiusq; po-
puli peccata punit per principem alium, si-
cut de hoc in veteri testamento leguntur
multa. Vnde in libris Regum Dominus lo-
quitur Salomoni, quod propter eius pecca-
ta partem regni auferret ab eo, videlicet de
cem tribus Israël, & solam tribum Iuda re-
linqueret posteris eius. Deniq; ipsum reg-
num decem tribuum Israël tadem propter
sua peccata destructum atq; translatum fuit
per reges Assyriorum, vt patet quarto Re-
gum: Et postea regnum Iuda, ob sua pecca-
ta fuit demolitū per Nabuchodonosor Re-
gem Chaldæorum. Insuper in Prophetis,
præsertim in Daniele Propheta, multa scri-
buntur de quatuor principalibus mundi re-
gnis, videlicet de regno Chaldæorum, item
de regno Persarum atq; Medorum, & de re-
gno Græcorum, regnoq; Romanorum: que
quatuor regna magna sibijnuicem successerūt,
& diuina virtute ac ordinatione vnum
destructum fuit per aliud ob sua peccata.
Regnum quippe Chaldæorum demolitum
fuit per Persas ac Medos: Darius enim Rex
Medorum & Cyrus rex Persarum, regnum
Chaldæorū vicerunt & deiecerunt. Quam-
uis enim Chaldæi ex diuina ordinatione
regna alia vastauerūt, quia tamē hoc ipsum
non recta, sed peruersa intentione egerūt,
videlicet ex ambitione, non zelo iustitię,
sed & valde crudeliter, idcirco Deo agente,
regnum eorū à Persis & Medis fuit destru-
ctum. Persi autem & Medi monarchiam for-
titi, in superbiam & violentiam sunt prola-
psi: ideo post eā à Gręcis vastati sunt, scilicet
ab Alexandro Rege. Gręci quoq; ob varia
sua peccata à Romanis superati noscuntur.
De hoc sanctus Hieronymus alijq; Docto-
res multa loquuntur super Daniele. Itaq;
vnus princeps est quasi flagellū Dei in cor-
rectione alterius. Vnde in eandem contin-

Daniel. 4.

3. Reg. 11.

4. Reg. 17.
4. Reg. 25

Dan 8.
Iob. 3.

3. Paral. 26.

git principes electos & bonos à malis prin-
cipibus infestari & vinci, vt pro suis pecca-
tis in hac vita costringantur, sicque saluentur.
Sicut ergo virtuosa vita principum & subdi-
torum suorum, est causa stabilitiois domi-
norum eorum, sic vitia sunt causa destru-
ctionis ipsorum. Et hoc sacra scriptura co-
piose ac apertissimè protestatur. Salomon
nanq; in libro Prouerbiorum effatur: Iusti-
tia eleuat gentē, miseros facit populos pec-
catum. Benedictione iustorum exaltabitur
ciuitas, & ore impiorū subuertetur. Ex quo
verbo sapientissimi Salomons ostenditur,
quod preces & merita deuotorum maximè
profunt ad conseruationem, defensionem
& exaltationem ciuitatum ac patriarum &
boni cōmunis: propter quod reges, duces
& principes cum populis suis conari debe-
rent ad habendum in terris suis multos ve-
rè deuotos, & ad reformationē claustrorū
ac collegiorū & sacerdotum totiusq; cleri,
atq; ab istis deuotis & taliter reformatis op-
tare orationū ac meritōrū suffragia, præser-
tim pro bono cōmuni ciuitatum ac patrię.
Insuper Salomon ait: Iustitia firmatur thro-
nus regis. Misericordia & veritas custodi-
unt regem, & roborabitur clementia thro-
nus eius. Aufer impietatem de vultu regis,
& firmabitur iustitia thronus eius. Rex qui
in veritate iudicat pauperes, thronus eius
in æternum fundabitur. Porro, quicquid in
verbis his Salomon de regibus loquitur, de
ducibus quoq; cæterisq; principibus ritè ac-
cipitur. Præterea in Ecclesiastico scriptum
est: Rex insipiens perdet populum suum. re-
gnum à gente in gentem transfertur pro-
pter iniustitias & iniurias & contumelias &
diuersos dolos. Sedes ducum superborum
destruxit deus, & sedere fecit mites pro eis.
In libro quoq; sancti Iob legitur: Baltheum
regum dissoluit Deus, & præcingit fune re-
nes eorum. Hoc enim efficit Deus, dum re-
ges & principes propter eorum peccata su-
perari, capi & irreuerenter tractari permit-
tit. Hinc Daniel Propheta disseruit: Sit no-
men domini benedictum, quia sapientia &
fortitudo eius sunt. Ipse mutat tempora &
ætates, transfert regna atq; constituit. Itaq;
ò inclyte princeps, vt principatus tuus sit
fructuosus, stabilis, victoriosus & felix, ab
omni iniustitia abhorreto, Dei offensam ca-
veto: sapientiam verò, virtutes, sanctamque
vitam apprehendito & teneto.

Qualis esse debeant, quos principes ad officia pro-
mouet, videlicet iudices, & scabini ac cæteri.
Articulus VIII.

Prou. 11.

Prou. 11.

Eccle. 10.

Dan. 2.



IN Exodo legitur, quod dum Ie-
thro sacerdos Madian, cognatus
Mosi, venisset ad Mosen in deser-
tum, & vidisset quomodo popu-
lus assitabat mosi à mane vsq; ad vesperam,
quatenus Moses iudicaret causas eorum: Ie-
thro dixit ad Mosen: Non bonam rem facis:
vltra vires tuas est hoc negotiū: solus illud
sustinere nō poteris: sed audi consilia mea,
& provide de omni plebe viros potentes &
timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui
oderint auaritiam, & constitue ex eis tribu-
nos & centuriones & quinquagenarios, qui
iudicent populum omni tempore. Quic-
quid autem maius fuerit, referant ad te, &
ipsi minora tantum iudicent, leuiusq; sit ti-
bi, partito onere in alios. Quibus auditis,
Moses fecit omnia, quę ille suggererat. Ex
his sacrę scripturę verbis datur principi-
bus multiplex saluberrimum documentū.
Primò nanq; his verbis docentur, charita-
tiam increpationem amicorum & cogna-
torum patienter hilariterq; sufferre, eorum
quoque consilijs sanis humiliter acquiesce-
re: Etenim si Moses vir tantę sapientię, san-
ctitatis & mansuetudinis, quod tempore il-
lo non fuit ei super terram equalis, qui quo-
tidie angelicā visionē, instructionē, allocu-
tionemq; habuit, cum quo Dominus loque-
batur facie ad faciē, sicut loqui solet homo
ad amicum suum, tam patienter increpationem
cognati sui viri gentilis audiuit, eiusq;
consilijs tam humiliter acquieuit: quantò
magis omnes reges, duces ac principes tem-
poris huius, increpationes suorum nobiliū,
sapientum & amicorum debent libenter au-
dire, atq; vtilibus eorum consilijs pruden-
ter assentiri: quia & Salomon ait: Qui abij-
cit disciplinam, despicit animam suam: qui
autem acquiescit increpationibus, possessor
est cordis. Et iterum dicit: Qui odit increpa-
tiones, insipiens est. Itemq;: Viro qui corri-
pientem dura ceruice contemnit, repenti-
nus superueniet interitus. Secūdò, in verbis
præhabitis principes instruantur, ne se de
omnibus intromittant, nec vltrā, quàm exe-
qui queunt, quicquam attentent, sed virib;
suis pensatis, circa maiora & vtiliora se occu-
pent, & causas iudicent grauiiores, ne mino-
ribus & parum vtilibus rebus intenti, ab vti-
lioribus impediantur. Porro, minora & le-
uiora ac planiora alijs committant agenda
& iudicanda. Tertiò, in verbis his instruun-
tur, quales viros debeant in officijs ordina-
re seu ponere: Primò enim, vt verba hæc in-
nuunt, viri tales debent esse potentes, vt re-
belles & impios valeāt sua potetia coercere,

Exod. 18.

Eccl. 10.

Prou. 15.

Prou. 11.

Prou. 11.

& iustè punire. Secūdò debent esse Deum-
timentes, vt in iudicando & iudicia exequē-
do timeant Deū offendere: Timor nanq; re-
trahit hominē à peccato. Tertiò debent esse
veraces: debet em̄ esse in eis veritas triplex,
scilicet veritas vitę, veritas doctrinę, veri-
tasq; iustitię. Cum enim eorū sit inter vera
& falsa discernere, veritati adherere, & falsi-
tati resistere, decet, vt verbo & opere sint ve-
races ac iusti. Quartò debent non esse auari,
immo auaritiam debent odire ac fugere, ne
amore & dono pecunię aliorumq; munerū
corrumpantur, & à veritate discedāt, iniusteq;
iudicent. Hinc Moses ait: Non accipias mu-
nera, quę excæcant etiā prudētes, & subuer-
tunt verba iustorum. Similiter in ecclesiast.
scriptum est: Xenia & dona excæcant oculos
iudicum, & quasi frēnū in ore, auertunt cor-
reptiones eorū. Præterea etiam in Deuter.
Moses docet, quales esse debeant, qui alios
iudicant & gubernant, & qui à regibus & du-
cibus in officijs cōstituuntur, sic enim ad fi-
lios Israël Moses dixit. Date ex vobis viros
sapientes & gnaros, quorum conuersatio sit
probata in tribubus vestris, & ponā eos vo-
bis principes. Itaq; antequam princeps ter-
rę promoueat aliquem ad officiū iudicandū
regendūq; alios, debet sagaciter cōsiderare,
atque solerter inuestigare, an sit verè ido-
neus, prudēs, iustus, & probatę seu honestę
ac exemplaris cōuersationis: & quod fuerint
officia altiora, eò decet perfectiores esse,
qui ad ea sunt promouendi.

Eccl. 10.

Deut. 16.

Eccle. 10.

Deut. 1.

Quod princeps diligentissimè inquirere debet, an
sui officii in executione officiorum suorum be-
nè & iustè se habeant. Artic. IX.



Iustum reipublicę bonum ex dili-
gentia principis aliquo modo de-
pendet: deindè dependet bonū
commune, seu iustus atq; pacifi-
cus status populi, ex officialibus principis,
qui sunt vicarij & cooperatores principis
sui: Ideo princeps vigilantissimè ac pruden-
tissimè per seipsum & per viros fideles ac sa-
piētes cōsiderare debet, ac perscrutari, qua-
liter officii & iudices sui se habeant, an in
omnib; iustè procedāt, recteq; iudicēt & ma-
la extirpēt: an amore alicuius vel odio decli-
nent ab æquitate: an diligant munera, vel
propter dona peruertant iudicia. Denique
quia fragilis atq; instabilis creatura est ho-
mo, & citò facilliter ac frequenter mutatur,
peccat & labitur: idcirco prædicta à princi-
pe sæpè sunt inquirenda: nec sufficere sibi
debet, q; viros idoneos in officijs collocat,
sed

Deut. 16.

stoteles ait: Homo nō est bonus iudex sui-
 ipsius, quia nimis amat seipsum: nec hostis
 sui, quoniam odit eū. Hoc tamē intelligendū
 est de homine imperfecto. Homo enim in
 virtutibus perfectus, seipsum spiritaliter tā-
 tummodō diligens, & dono sapientiæ illu-
 stratus, optimē iudicat de seipso, nec inordi-
 nato cæcatur amore. Duodecimō oportet,
 vt vera decoretur prudentia, per quam dis-
 cretē se habeat. Ideo Salomon exhortatur:
 Dic sapientiæ, soror mea es: & prudentiā voca-
 micam. Postremō cauendū est iudici, ne ex
 verbis, quæ audit, ad irā aut impatientiā, aut
 similem animi perturbationem concitetur:
 sicq; ex impetu passionis ferat sententiam.
 Ira nēpe præcipuē cauenda est iudici: & cor-
 de tranquillo eū iudicare decet & expedit.
 Ideo Iacobus Apostolus dicit: Sit omnis ho-
 mo tardus ad irā: & causam subiungit, dicē-
 do: Ira enim viri, iustitiā Dei non operatur.

Prout b. 7.

Iaco. 1.

De moribus nobilium. Artic. XII.



Voniam principes, nobiles & di-
 uites & potentes sunt, aliquid de
 moribus nobiliū & diuitū ac po-
 tentū dari oportet, vt quod in il-
 lorū moribus extat laudabile, teneant & se-
 quantur: quod verō vituperabile est, deu-
 ent. Deniq; mores in hominib; dupliciter
 diuersificātur. Primō ab ætate: Nā alios mo-
 res habent iuuenes, alios senes, & alios, qui
 mediæ sunt ætatis. Secundō à fortuna: quon-
 iam bona fortunæ, vt sunt nobilitas gene-
 ris, opulentiā atq; potentia, nō parū diuer-
 sificant hominū mores. Cōmuniter nanque
 alios mores nobiles habent, quā ignobiles:
 alios potentes, quā impotentes: alios
 diuites, q; pauperes. Porro nobiliū assignan-
 tur quatuor mores laudabiles. Primō enim
 solent esse magnanimi: quia, vt Aristoteles
 ait: Nobilitas idem est quod virtus generis.
 Inde equidē dicuntur homines nobiles, q̄
 ex genere honorabili processerunt. Genus
 autem honorabile dicitur, si ex ipso ab anti-
 quis temporibus prodierūt multi præfides
 & insignes: & eadem ratione genus dicitur
 nobile. Sed quia secundū cōmunem homi-
 num æstimationem, omnia mensurātur nu-
 mismate, ita q̄ pecunia reputatur pretiū cu-
 iuslibet rei, idcirco ex hoc, q̄ homines sunt
 diuites, creduntur digni ad principandū, si
 aliundē defectus non sit, & eo ipso credun-
 tur esse insignes ac digni honore, presertim
 quando opulentiā diu durat in eis. Hinc se-
 cundū cōmunem hominū opinionē, nobilitas
 nihil aliud est, quā antiquatæ diui-
 tiæ: omnes etenim homines natura sunt pa-

I.

res ac similes. Vnde occasio huius nobilita-
 tis vnus super aliū, videtur pro magna par-
 te diuitiarum fuisse excessus. Hinc vnus aliū
 aspernari non debet: quemadmodum Mala-
 chias Propheta fatetur: Nōne Pater vnus
 omnium nostrū. Nōne Deus vnus creauit
 nos? Quare ergo despicit vnusquisq; fratrem
 suum, violans pactum patrū nostrorū? Itaq;
 quoniam nobiles ab antiquo præfides exte-
 runt, in eorum quoq; profapia multi præ-
 sidentes diuitesq; fuerūt, ideo eleuatur cor
 nobilium exemplū parentum, vt tendant in
 magna: suntq; magnanimi. Effectus etiā na-
 turaliter appetit suæ causæ assimilari. Filij
 autem sunt effectus parentum suorū. Ideo
 filij nobilium, inстар parentum magna affe-
 ctant, & ad magnanimitatē naturaliter incli-
 nātur. Secūdo, nobiles cōmuniter extat ma-
 gnifici, id est, magna agentes, & ad magnos
 sumptus præ alijs inclinati. Filij etenim no-
 biliū, ceteris paribus, sunt suis parentib; no-
 biliiores. Ex vtroq; nemp̄ parente contra-
 hūt nobilitatē, eod quod nobiles viri, potissi-
 mē principes terræ, soleant nobilibus socia-
 ri cōiugibus. Et iterum, quia, vt dictū est, no-
 bilitas idem est quod virtus ac honorabili-
 tas generis, seu antiquatæ diuitiæ: ideo quod
 honorabilitas & opulentiā genealogiæ magis
 protrahitur, seu diuitiis in generationū
 successibus durat, eod maior reputatur nobi-
 litas. Cū ergo nobilitas, nobilium cor in-
 clinat ad aliqua magna & præclara agenda,
 sequitur, nobiles esse magnificos, etiam ma-
 gis quā parentes eorum: ita quod illos ni-
 tuntur vincere in magnorū perpetratiōe,
 quum sint parentibus quodammodō nobi-
 liores. Tertiō, nobiles cōmuniter sunt do-
 ciles atq; industrij, quia ab infantia inter no-
 biles, expertos & morigeratos cōuersantur,
 à quibus adspiciuntur ac instruitur & repre-
 henduntur, ita quod metuunt se inhonestē
 habere, quod gestus suos considerāt atque
 cōponunt. Item corpus eorū ab infantia di-
 ligentiū custoditur, delicatiusq; nutritur,
 idcirco contingit eos habere corpus magis
 tenerum & meliūs complexionatum seu
 qualificatum: suntq; industrij, quia, vt Ari-
 stoteles asserit: Molles carne, apti sunt men-
 te. Hinc adultores sunt nobilibus summē
 vitandi: quia dum nobiles à pueritia non
 rectē instruntur nec reprehenduntur, sed
 etiam in malis fouentur & commendantur,
 contingit, quod seipso ignorant, atque
 in vitiosis factis ac moribus habituantur
 & crescunt: propter quod raro & difficulter
 aut nunquam virtuosī efficiuntur. Quartō
 nobiles communiter sunt politici atq; affa-
 biles

Mala.

II.

III.

III.

biles, quia in curijs nobilium esse solet ma-
 gna societas. Quemadmodum ergo rustici,
 qui quasi solitarij viuunt, sunt syluestres ac
 rudes, sic nobiles vita sociali viuentes, & in-
 ter curiales ac allocutiuos conuersantes,
 sunt politici atque affabiles. Communiter
 quoq; sunt audaciores cæteris: & in manu-
 cando, loquendo, ac alijs gestibus honestio-
 res. In armis etiam, equis, & pulchris cani-
 bus ac venationibus delectantur: Immo in-
 terdum ex proprietatibus & actibus istis
 sunt agniti, quando se occultare optabant,
 & vilibus fuerunt vestimentis induti. Vn-
 de de Alexandro filio regis Scotiæ legitur,
 quia cū Christī amore regnum paternum
 ac temporale spreuisset ac reliquisset, atque
 in claustrū quodam vaccas miligeret & pas-
 ceret, ac caseos faceret, cōtigit quadam die,
 vt vir nobilis Hugo de Rumennia aprum
 insequeretur: & tandem, vt illius natura est
 bestie, stare faceret ad resistendū adaptōq;
 pugione, cū aprum vellet inuadere, & ta-
 men eius truculentiam formidaret, præfa-
 tus frater Alexander, vaccas tunc in vicino
 pascens accurrit: arreptoq; pugione de ma-
 nu domini Hugonis, aprum audacter impe-
 tijt & occidit. Quo viso, nobilis in oscula
 Alexādi mox ruens, dixit: Verē, nunquā
 vaccarum cultos, nunquā rusticus incre-
 uisti, vnde cunq; huc veneris. Præterea, quo-
 niam homo non nascitur virtuosus, quā-
 uis ex naturali dispositione, complexionē
 atq; origine sit ad quosdam virtutes magis
 inclinatus, aptus & habilis: ideo præfatos
 mores, qui dicuntur laudabiles, quia dispo-
 nunt & conseruant ad virtutes, debent nobi-
 les per rationē perficere, & ad perfectas vir-
 tutes deducere: vt sint verē magnanimi &
 magnifici, dociles, affabiles atque politici,
 prout recta ratio dicit, & Deus requirit:
 quod qualiter fieri debeat, in primo huius
 editionis tractatu ostēsum est. Insuper duo
 ponuntur vituperabiles nobilium mores:
 Primō, quod sunt nimis appetentes hono-
 rem. Naturale est enim, quod homo vult ac-
 cumulare ad id quod habet: quemadmodū
 qui ditari incipiūt, ditiores fieri volūt: sic q̄
 honorari incipiūt, plūs cupiūt honorari. No-
 biles ergo, quia ex suo genere vident se ho-
 norari & honorabiles reputari, cupiūt cres-
 cere in honore, & amplius honorari exoptant,
 quod ad superbiam pertinet, quæ est
 immoderatus propriæ excellentiæ appetitus.
 Secundō, solent esse despectores progenito-
 rum suorum: quia ob causas præfatas repu-
 tant se illis nobiliores: sed hoc vitiosum est
 & superbum, quia & lege diuina ac natura-

li tenentur suos venerari parentes. Præ-
 terea, quia sunt ambitiosi atque elati, confe-
 quens est, vt facile irascantur & vlciscantur:
 cū ira sit appetitus vindictæ ob paruipen-
 sionem, quam sibi iratus putat illatam. Hinc
 quantō plūs cupit homo honorē, tantō mi-
 nūs vult pati despectum, citiusq; indignatur,
 irascitur, & vicissim cōtumeliā infert:
 quod nullatenus concedet principem, quē
 (vt antē probatum est) oportet singulariter
 esse mansuetum & iustum, ac consideran-
 tem, quod nobilis est ille, quem nobilitas
 sua virtus.

Exod. 20.
Deut. 5.
Math. 15.
Matt. 7.
Eph. 6.

De moribus diuitum. Artic. XIII.



Signantur autem quinque vitupe-
 rabiles diuitum mores. Primō enim
 solent esse elati, quia habent
 do opes atq; pecunias, quasi om-
 nia habere se putāt: eod q̄ numismate omnia
 mensurentur, secundū populi æstimationē.
 Quoniam ergo diuites cū apriam reputant
 dignitatē & pretium omnium aliorum, ha-
 bendo diuitias, omnia habere se reputant:
 ideo intra se intumescunt, & cæteris excel-
 lentiores se arbitrantur. Secundō commu-
 niter sunt cōtumeliosi, quod ex priori mo-
 re consequitur: quū enim sint superbi, ideo
 modica offensa seu occasione magnam re-
 pendunt iniuriam ac vindictam. Hinc quo-
 que se reputant excellentiores alijs esse &
 apparere, si eis contumeliā inferant. Ter-
 tiō solent esse molles & intemperati, quia
 assueti sunt viuere delicatē: hinc concupi-
 scentias suas sequuntur, nec dura & aspera
 pati volunt. Quartō sunt præfumentes, scq;
 iactantes de suis diuitijs: alios quoq; contē-
 nunt, eod quod videant eos indigere his re-
 bus, quibus ipsi abundant: & cū sint su-
 perbi, volunt sciri quā diuites sint: & cum
 gloria vana se iactant. Quintō, dignos se re-
 putant principari: diuitias enim suas quid
 maximum opinantur, & per eas se iudicant
 alijs digniores. Porro quā vitādi sint prin-
 cipibus mores hi mali, cōstat ex dictis. Prin-
 cipes ergo ac diuites aduertant ac impleāt,
 quod ad Timotheum ait apostolus Paulus: *1. Tim. 6.*
 Diuitibus huius seculi præcipe, non subli-
 me sapere, nec sperare in incerto diuitiarū,
 sed in Deo viuo, qui omnia nobis præstat
 abundē: benē agere, diuites fieri in operib;
 bonis, faciliē tribuere, cōmunicare, thesauri-
 zare sibi fundamētum bonum in futurum,
 vt apprehendant veram vitā. Deniq; diuiti-
 bus præfatos malos mores habentibus con-
 uenit, quod in Euāgelio loquitur Christus: *Matth. 16.*
 Possibilius est camelum per foramen acus *Matth. 13.*
 Nnn 2 transire,

Diuitum vit.
res. I.

II.

III.

IIII.

V.

Matth. 16.
Matth. 13.

transire,quàm diuitem intrare in Regnum cœlorum. Porro Aristoteles vnum dūtaxat laudabilem morem ascribit diuitibus, vepu tā quōd benē se habere videntur circa diuina seu in diuino obsequio: quia ex prouidētia diuina credūt sibi datas diuitias: quas & perdere metuūt, si Deū non colerent. Cū enim diuitiæ sint bona fortuna, non videt humana industria sufficere ad hoc, quōd homo ditetur: præsertim cū videamus quosdam magis industriosos, minùs ditari: ideo diuitiarum acquisitio diuinæ ordinationi ascribitur. Hinc diuites colunt Deum, credentes ex hoc magis ditari. Veruntamen, si colāt Deum potiùs propter temporalia bona, quàm propter æterna, nihil apud Deum merentur, sed in mortali peccato sunt. Rursum, si colant Deum potiùs timore perdendi diuitias temporales, quàm amore adipiscēdi dona gratiæ in præsentī, gloriāq; æternā, non est cultus eorum acceptus nec meritorius veræ felicitatis. Item si amēt Deum potiùs propter eius dona, quæ contulit eis, q̄ propter propriam atque immensam ipsius bonitatem, nō est amor eorum spiritalis, purus aut meritorius vitæ æternæ. Et quia hoc modo multi diuites colunt & amant Deum, ideo viuunt, iacēt & manēt in peccatis mortalibus: nec pro cultu, quem Deo impendūt, æternam beatitudinem consequuntur: sed in hac vita temporalia bona pro præmio fortuantur. Amandus ergo atque colendus est Deus, primò & maximè propter puram, incomparabilem & immensam suam bonitatem ac maiestatem: & quoniam prior dilexit nos. Deinde propter beneficia sua, quæ nobis in hac vita largitur: itemque propter promissā bona, quæ nobis in cœlesti gloria præparauit: & ita tantò plùs eum amare ac colere diuites debent, quantò plura diuinitus adepti sunt bona.

Propter quid amandus sit Deus. 2. Ioh. 4.

De moribus potentum. Artic. XIII.

Potentis hoc loco vocantur, qui in aliquo principatu sunt constituti & multos sub suo habent dominio: estq; honor regum, ducum & principum, multos habere subiectos: de decus verò, subditos paucos habere: quemadmodum Salomon loquitur: In multitudine populi, dignitas regis: in paucitate plebis, ignominia principis. Sic igitur de potentibus nunc loquendo, Aristoteles asserit, quōd mores potentum, meliores sunt moribus diuitum: quia in tribus præcipuè excedūt mores eorū. Primò enim sunt cōmuniter magis studiosi

Prout b. 14.

I.

quàm diuites, qui nō sunt in principatu aliquo cōstituti. Potētes namq; cū sint personæ communes ac publicæ, cogūt occupari atq; intendere circa vtilitatem communem & directionem multorum. Multi quoque ad eos respiciunt, & facta eorum considerant ac promulgant. Propterea potentes frequenter verecundantur se viliter occupare, atque à reſtitutione virtutum penitus declinare: sicq; principatus inducit hominem ad sollicitudinem, studiositatem, bonitatem atq; iustitiam, præsertim, quia & aliqui ante promotionem suam ad prælationem aut principatum vagi & negligentis fuisse leguntur, qui post suam promotionē virtuosius ac diligentes effecti sunt. Pensabāt enim, quōd ante suam promotionē, ad regimē aliorū prauitas sua eis duntaxat fuit nocua: post promotionem verò, toti nocuisset communitati. Secundò, potentes solent esse magis temperati, quàm diuites carentes officijs. Potentes nempe, propter occupationem suam circa aliorum gubernationem, & ob curam communem, ab otiositatibus & intemperantijs plurimis retrahūt, in quas diuites non occupati labuntur. Tertio, potentes solent esse minùs cōtumeliosi q̄ diuites: quia potentes cū sint in loco sublimi & statu præclaro magno honore condigno, vt communiter vel non iniuriantur alijs, vel si iniuriantur, non iniuriantur in rebus paruis, sed magnis: tendunt namq; ad magna & ardua. Vnde cōmuniter vel nō inferūt dāna, vel inferūt dāna magna. Diuites verò in magnis & paruis cupiūt iniuriari. Veruntamen potentes frequētē sunt nimis animosi: sed ideo data est homini ratio, vt mores suos reformet, quod bonum in eis est, perficiendo: & quod malum in eis, expellendo: quatenùs rationabiliter ac discretè in vniuersis procedat.

Cur homini ratio sit. 14.

De moribus senum. Artic. XV.

Mores senum & iuuenum sunt in multis contrarij. Qui autem sint iuuenum mores, dictum est in secundo huius editionis Tractatu. Porro Aristoteles mores senum ponendo, enūm erat sex vituperabiles mores ipsorum. Pri mō enim senes communiter sunt valdè increduli: quia diu viuendo, sæpè experti sunt hominum fraudes, mendacia, astutias, impietatem, cæteraque iniustitias: frequenter quoque decepti sunt: ideo non facillè credunt hominibus, & metunt falli. Secundò sunt communiter multum

I.

I.

II.

II.

multum suspiciosi, & ea quæ vident, interpretari solent in peius. Diu enim viuendo operati sunt multa mala, & hominum calliditates agnoscunt: ideo consicij sibi propriæ malitiæ, suspicantur alios tales esse & taliter agere, quales se fuisse aut esse, & qualiter se egisse agnoscunt. Tertio sunt pusillanimes & timidi: vidēt enim paucum sibi restare de vita, & vires suas deficere, seque à flore ætatis ac vigore vitali deiectos. Hinc quoq; sunt timidi: quoniam calor naturalis deficit in eis, & frigida habent membra. Infrigidatio quippe parat viam formidini: & timentes, efficiuntur frigidi ac pallentes. Quarto sunt illiberales atque auari. Anima enim in suis affectionibus sequi solet corpus complexionem ac dispositionem. Quemadmodum ergo senes in suis corporibus vident se deficere vita atque humoribus, ita animabus eorum videtur, quōd omnia eis deficiunt: ideo illiberales sunt & auari. Rursus, quia vires eis deficiunt, non confident viribus suis se multa posse acquirere: & cernunt se ex senio plurimis indigere: ideo valdè timent pati penuriam ac defectum. Experti sunt quoque hominum infidelitates & dolos: ideo alijs non confident, quōd sibi debeant subuenire. Quintò sunt malæ ac diffidilicis spei, cū enim, vt dictum est, videant sibi vires deficere, & medicum temporis su peresse, circa omnia credunt se succumbere, nec putant se multa facturos. Magis etenim viuunt ac delectantur memoria præteritorum, quàm spe futurorum in vita præsentī, cuius indicium est, quōd quilibet libentius tractat ea, in quibus amplius delectatur. Senes autem quando conueniunt, videmus frequentius recitare res gestas, & ea quæ ipsi fecerunt: nec delectantur recitando ficta, quæ ipsi facturi sint. Sextò sunt inuerecundi, quia plùs curant de bono vtili, quàm de bono honesto seu honore, cū illiberales atque auari existant. Denique mores isti non concedunt principem: qui sicut non debet defacili omni spiritui credere, ita nō debet esse nimis incredulus: sed cū sufficientia apparuerint argumenta credibilitatis, credere debet. Rursus, non debet esse suspiciosus, & aliorum facta facillè interpretari ad peius: sed in omnibus sapienter debet procedere, certitudinemq; deponere, prout materia subiecta permittit. Præterea, quatuor assignantur mores senū laudabiles: Primò quōd habent concupiscentias remissas ac temperatas, eò quōd calor naturæ in eis deficit. Secundò sunt compassiui. Cū enim sint imbecilles & in pluribus

naturaliter defectuosi ac indigentes, sunt querulosi, & volunt alios compatī sibi. Idcirco prouident alijs condolare, vt & eis similiter fiat. Tertio, dubia non multum asserunt, nec pertinaciter asserunt: diu enim viuendo, experti sunt incertitudinem humanorum euentuum, & sciunt frequenter se esse deceptos: ideo metuunt rursus decipi posse: & omnia communiter dubiè proferrunt, dicendo, fortè, vel aliquid simile. Quarto, senes non agunt valdè, sed sicut habent concupiscentias temperatas, ita & actiones non nimis intensas. Postremo, illi, qui sunt in statu inter hos medio, videlicet qui mediæ sunt ætatis, habent de moribus senum ac iuuenum, quicquid laudabilitatis est in moribus illorum. Ea quoque, quæ de moribus iuuenum & senum, nobilium, diuitum & potentum dicta sunt, non sunt intelligenda, quasi in omnibus vel necessariò ita sit, sed quia cōmuniter ita est, iuxta cursum naturæ. Nihilominus homo potest ac debet per rationem & gratiam Dei vincere proprias passionis vitiosasque inclinationes & defectus culpabiles, ad quos naturaliter inclinatur. In hoc enim reformatio morum cōsistit: ad quod Paulus Apostolus nos hortatur, dicendo: Renouamini spiritu mentis vestre. Nam & Ptolomæus princeps Astrologorum testatur: Sapiens dominabitur astris. Talis etiam reformatio morum tantò plùs principi necessaria est, quātò eum, qui alios regere rectificareq; debet, decet esse perfectiorem. Hinc itaque descripti sunt hinc mores hominum diuersorum, vt princeps mores suos perpendat: & quicquid in eis virtutibus contrarium est, vitare & emendare conetur.

III.

III.

ephe. 4.

ptolomæi.

De affectibus legis, et an lex humana prohibeat animam ac concupiscentiam. Articulus XV I.



Ex est mensura & regula actuum humanorum, per quam homines ad agendum vel ad vitandum aliquid inducuntur. In tēcio itaq; legis est, homines ad communem ac debitum finem dirigere, vtputā ad pacē ac prosperitatem. Ideo primus principalisq; actus legis, est homines facere virtuosos: sed præter hunc actum communem & principalem ponuntur quinque actus legis. Primus est, præcipere bona. Secundus est, prohibere mala. Tertius est, permittere ea, quæ de se non sunt bona neque mala, vt sunt opera in differentia. Quartus est, punire peccata. Quintus

est, præmiare opera virtuosa. Insuper, quoniam leges humanæ datur communitati seu multitudini, in qua maior pars hominū est imperfecta atq; ad mala procliuvis, ideo leges humanæ non solum permittunt opera indifferentia, sed etiam quæ non sunt notabiliter mala: nõ enim potest princeps aut iudex omnia talia punire & prohibere: immo si vellet omnia mala, quæ tumlibet parua, vetare atq; punire, maiora incõueniẽtia sequerentur: puta rebelliones, perturbationes, in durationes in vitis: vulgus enim nõ est capax perfectionis. Insuper, propter nimiam multorū hominū corruptionem atq; ad magna vitia pronitatem, leges humanæ etiam aliqua multum mala permittūt, ne deteriora contingant: videlicet simplicem fornicationem meretricum, & v̄surā: quæ si lex humana penitus prohiberet, multi ob incontinentiam suam in detestabilia laborerentur peccata. Hinc Aristoteles dicit, quod actus humani propter eorū mutabilitates ac particulares circumstantias mensurari nõ possūt regula inflexibili & ferrea: sed oportet, vt plumbea regula mensurentur secundum hominum capacitatem. Propterea sanctus Thomas in prima secundæ affirmat, quod lex humana nõ prohibet omnia vitia, à quibus perfecti virtuosiq; abstinent: sed grauiora duntaxat, à quibus multitudo abstinere satis facillè potest & maximè prohibet ea, quæ alijs sunt nociua, sine quorū cõuisione ac vitatio ne vita socialis humana pacificè duci non valet, vt sunt homicidia, furta, rapinæ. Quæmodum autem lex humana non prohibet omne peccatum, ita nec præcipit omne actū virtuosum: sed illos actus virtuosos præcipit fieri, qui ad bonū cõmune, videlicet ad statum pacificū vitæ præsentis ordinabiles sunt mediātē vel immediātē. Præterea queri solet, vtrū lex humana prohibeat non solum exteriora opera mala, sed etiam animā & concupiscentiā, videlicet interiorē cogitationē affectiōnēq; malā. Ad quod respondet Aegidius, quod si cõsideretur intentio legislatoris, lege humana prohibent omnia peccata, aut prohiberi debent: quoniam intentio legislatoris recta nõ esset, nisi intēderet ciues & subditos suos facere virtuosiores quomodo potest: ad quod exigif, vt omnia peccata vitentur: sicq; lex humana, quod ad intētionem legislatoris, magis prohibet interiora peccata, videlicet concupiscentiā & animum malū, quàm mala exteriora. Opera nempe ex exteriori nõ sunt virtuosa aut vitiosa, nisi ex interiori bonitate aut malitia mentis. Si verò lex humana cõsideretur, quā

tum ad punitionē sequentē, sic dicitur non prohibere mentē seu animā & concupiscentiā, quia interiora peccata nõ punit. Sed responsio ista non videtur resoluta, clara & certa: lex namq; præcipuẽ vim fortitur secundum intentionē legislatoris: & iuxta eam est interpretanda ac dispensanda, vt Doctores cõmuniter protestantur: Si igitur legislator intendit, lege humana, quā tradit, animū & concupiscentiam prohibere, lex humana (absolutè loquendo) animū & concupiscentiā prohiberet atq; omne peccatū vitaret, & eā seruare, videretur sufficere ad salutē: cuius oppositum etiā ipse Aegidius asserit. Veruntamen Aristoteles pro se allegat Aegidius: idcirco dicendū, qd legislator, videlicet dator legis humanæ ac positiuæ, intendit prohibere omne peccatū interiorēq; motū: non per modū præcepti, sed quoniā cupit, vt à subditis omne malū vitetur. De hac tamen materia pertranseo, quia eius plena discussio ad subtilitatem difficultatemq; pertinet: quas in hac editiõē à principio vitare propter rationabiles causas decreui. Postremò sciendum, quod leges humanæ obligant non solum quantum ad penā à legislatore præfixam, sed etiam in foro cõscientiæ corā Deo: ita quod Deum offendit, qui eas, dummodo iustæ sint, nõ obseruat. Ordinantur quippe ad bonum commune, & dantur ab eo, qui autoritatem habet ac potestatem tradēdi eas: prout sanctus Thomas clariùs docet in prima secundæ.

Vtrum expediat ciuitatibus innouare patrias leges & inducere nouas, præsertim si nouæ sint meliores. Articulus XV II.



Mancuestione Aristoteles in Politicis mouet, & arguit ad partem vtrāq;. Quid em̄ hoc ipsum expediat, videtur, quoniā aliqua leges sunt iniustæ atq; barbaricæ. Aliqui quoque legislatores fuerunt minoris prudētiæ, q̄ homines posteriores. Ergo apparet quod posteriores tales debeat dare leges nouas ac meliores. Rursum, quoniā posteriores inueniunt in scientijs aliqua veriora, priorū dicta derelinquunt. Igitur si posteriores inueniant aliqd̄ vtilius ordinandū, videtur vt lex prius ordinata postponatur: præsertim quoniā particulares hominū actus sunt tam indeterminati atq; incerti, tamq; multipliciter variant secundū tēporū intervalla, & diuersitates locorū aliarūq; circūstantiarū, quæ legislatorib; perfectè cõprehēdi nõ queūt, nec infallibiliter determinari: sed aliqua circūstantiæ particulares circa humana agibilia

bilia eos latent. Si igitur ex longa experientia aliquid certū, itēq; vtilius posteris innotescat, apparet quod possint & debeant leges nouas instituire, & veteres remouere. Hæc autem argumenta Aristoteles soluit, & tendit ad partem oppositam. Vnde Aegidius eū sequens, sic ait: Hoc simpliciter asserere, scilicet quod expediat patrias leges immutare & nouas inducere, est valdè periculosum ciuitatibus & regno atq; prouincijs. Nā assuescere inducere nouas leges, est assuescere & nõ obedire legib; vt Aristoteles innuit. Leges namq; magnā efficaciam fortiuntur, & magnā vim habent ex consuetudine: quia difficulter quis facit contra id, quod est per lōga tēpora obseruatū. Itaq; aduertēdū, quod lex positua, si recta & iusta sit, legi innicitur naturali, & fundatur in ea: particularia quoq; determinat hominū facta. Si igitur leges posituæ sint legi naturali cõtrariæ, ita qd manifestè repugnēt rectæ naturaliq; rationi, non sunt obseruandæ, sed extirpandæ, & nouæ & meliores leges pro illis sunt inducendæ: immo huiusmodi leges iniustæ, nõ sunt verè ac propriæ leges, sed legum corruptiões, vt cõstat ex his, quæ in prima huius operis parte dicta sunt de legis proprietate. Porro, si leges sint defectiue, quia nõ benè determinat particularia agenda, seu quid in particularibus quibusdam negotijs sit agendū, dato qd occurrant leges meliores & magis sufficientes, adhuc tamen non est assuescendum inducere nouas leges. Primò, quia interdum contingit circa tales nouas leges falli, ita vt meliores credantur & sufficientiores, quæ peiores insufficientioresque sunt. Et dato, quod in aliquo essent sufficientiores leges nouiter adinuētæ, sunt tamen leges patriæ & antiquæ seruandæ: quia quantum quis ex vna parte plus proficit dando legem sufficientiorem, tantò ex alia parte nocet tollendo consuetudinem & temporis diuturnitatem, per quam lex magnam habet efficaciam. Nec est simile de legibus atque scientijs. Scientiæ enim totam suam efficaciam habent ex ratione. Leges verò magnam efficaciam suę partem habent ex temporis diuturnitate & assuescitione. Ex his verbis cõcludit Aegidius: Decet ergo reges & principes obseruare bonas consuetudines sui principatus & regni: nec leges patrias immutare, nisi fuerint rectæ rationi contrariæ: quibus concordat, quod sanctus Thomas respondet ad quæstionem qua quærit: An lex humana occurrente aliqua meliori, sit semper mutanda. Ad quod inter cetera ait: Ipsa legis mutatio secundum se detrimentum communis inducit salutis:

quia ad obseruantiam legis plurimum confert consuetudo. Propterea lex non est mutanda, nisi ex alia parte tantus ad minus profectus nascatur ex eius mutatione, quatum eius inducit mutatio detrimentum. Hoc autem non est, nisi maxima & euidentissima oriatur vtilitas ex legis solitæ mutatione, nouæque legis inductione: vel quia ipsa lex manifestam iniquitatem includit: aut quia multis extat nociua. Ideo iurisperitus dicit: In rebus nouis constituendis, euidentis debet esse vtilitas, vt recedatur ab illo, quod diu æquum visum est. Videmus enim, quod illa, quæ contra consuetudinem sunt, quauis sint leuiora, tamen grauiora videntur. Consuetudo enim est quasi altera natura, facitque hominem promptè ac delectabiliter operari: immo secundum beatum Augustinum, bona consuetudo vim legis habet, & instituta maiorum pro lege tenenda sunt. His verbis alij Doctores consentiunt. Ex quibus concluditur, quod princeps terræ non facillè vrbibus suis infringere aut auferre debet antiquas earum leges & consuetudines rationabiliter approbatas: immo hoc faciendum non est, nisi, vt Thomas disseruit, maxima ac euidentissima inde oriatur vtilitas. Nam & præter causas prædictas, etiam ratio dicit, quod talis legum consuetudinūque est vitanda mutatio, dissipatio siue ablatio: quia ex hoc oriuntur dissensionēs & scandala, atque non rarò valdè magna pericula, tam vrbibus quàm ipsis principibus: propter quæ mala vitanda, etiam aliqua bona sunt ad tempus omittenda: illa videlicet, quæ non sunt de necessitate salutis, nec cadunt sub præcepto, vt Augustinus frequenter fatetur: præsertim, quia & Christus in Euangelio loquitur: Væ homini illi, per quem scandalum venit.

Quid agendum sit, dum inter principem & vrbes seu populum eius oritur dissensio ob patriæ leges seu approbatæ consuetudinis mutationem vel dissipationem, & quod ad principem terræ pertinet leges dare & condere, interpretari ac dispensare. Articulus XVIII.



Quoniam princeps terræ, videlicet rex, dux seu comes, ad hoc diuina ordinatione præsidet populo, tamq; minister atq; vicari⁹ Dei, vt docet Paulus in epist. ad Rom. vt turbationes, dissensionēs, iniurias & iniusticias à subditis auferat, & pacē, concordiam, cõmunionē atq; iustitiā eis procuret, conseruet ac protegat:

summè vitare debet, ne sit alicui, & præsertim ne sit communitati aut vrbibus suis,urbationis, diffensionis, rebellionis, inquietudinisue occasio, dummodo salua iustitia hoc possit vitare. Quoniam ergo, vt præcedenti articulo patuit, non expedit patrias leges & consuetudines immutare, ac nouas contrariasque inducere, nisi grandis valdè vtilitas aut necessitas ad hoc compellat, vel ipsæ leges & consuetudines essent naturali legi rectæque rationi contrariæ aut multis nociuæ, eò quòd ex legum variatione & innouatione multiplex confurgat inquietudo, scâdalizatio, diffensio atque turbatio, certum est, quòd vitandum sit valdè principibus, ne absque sufficienti motiuo hoc agant. Verûtamen, vt huius rei veritas ac determinatio clariùs innotescant, tangam aliquas ratios, ex quibus alicui posset videri, quòd principibus liceat, cum eis expedire videtur, leges ciuitatum ac patriæ immutare, & nouas inducere. Primò, quia secundum quod hominum mores ac tempora variantur, alia & alia eis expediunt. Videntur ergo aliquando vereres leges abolendæ, & nouæ condendæ ac inducendæ. Secundò, quoniam princeps terræ habet suis subditis leges instituere, dare & promulgare, prout Thomas & Aegidius, cæteri que Doctores efficaciter probant. Nã Aegidius inter cætera dicit, quòd rex & quilibet princeps, est medium inter legem naturalem ac positiuam: quia est infra legem naturalem, quam mutare non potest, sed sequi tenetur, & supra legem positiuam: quia sua eam autoritate instituit. Et si dicatur aliqua lex positiuam supra principem esse, hoc non est, in quantum est positiuam, sed in quantum virtus legis seu iuris naturalis in ea feruatur. Itaque si principis est legem condere & præstare, apparet, quòd secundum temporum successiones liceat sibi leges mutare & nouas inducere. Tertio, quia ad principem pertinet legem interpretari, hoc est, exponere, qualiter sit intelligenda, & dispensare cū ea, hoc est, determinare, quâdo & in quibus casibus non sit obseruanda iuxta tenorem & formam verborum. Non ergo videtur licere communitati aut subditis, reniti seu reclamare principi suo, si interdum contra cõmunem faciat legem, & eam infringat seu non obseruandam affirmet. Ad ista argumèta dicendum, quòd sicut à summis pontificibus instituta sunt iura positiuam canonica, ita à secularibus principibus, præsertim ab Imperatoribus, institutæ ac conditæ sunt leges positiuam ciuiles. Insuper, reges, duces & cæteri principes, populis sibi subiectis

quasdam leges ab antiquo condiderunt & præstiterunt, quas successores eorum mutare & auferre non debent propter rationes prædictas, nisi, secundum quod dictum est, fuerit tam magna euidentisque vtilitas sine necessitate, vt recta ratio dicat hoc faciendum. Ad primum igitur argumentum dicendum, quòd quamuis hominibus diuersorū territoriorum & morum ac temporum sint diuersæ leges tradendæ, ex hoc tamen non sequitur, quòd princeps debeat terræ suæ leges mutare, nisi secundum modum præfactum. Vnde cum Alexander Rex Darii regem vicisset, statim præcepit, vt in regno & vrbibus Darii essent principes & iudices sicut tempore Darii fuerant. Ad secundum dicendum, quòd quamuis sit principum subditis suis constituere legem, non tamen hoc omnifariè licet eis, sed in iure naturali rectaque ratione leges, quas condunt, fundare tenentur: vt leges illæ sint iustæ ac vtilis, cõmunitati quoque congruentes atque portabiles. Itaque instituendo leges subiectis, nõ propriam voluntatem, sed rectam sequi rationem ac prouidam considerationem tenentur: itemque diligenter discutere, & cum sapientibus ac expertis viris, præsertim consiliarijs suis & amicis (si habeant tales) conferre & examinare habent; an leges huiusmodi sint iustæ, aptæ ac vtilis: quo facto, debet eas populo promulgare, à quo cum fuerint acceptæ, non sunt auferendæ deceterò neque mutandæ, nisi secundum modum præscriptum. Ad tertium respondendum, quòd leges humanæ ac positiuæ, quantumlibet circumspectè & exquisitè sint factæ, tamen in certis casibus patiuntur instantiam ac defectum, ita quòd secundum superficialem sensum verborum obseruandæ semper non sunt, nec intelligendæ, sed exponendæ sunt, sumendæ ac implendæ secundum intentionem & mentem legislatoris. Sic autem leges interpretari & dispensare in eis, potissimè spectat ad principes & prælatos: ad quorum pertinet discretionem, determinare, quando lex non est obseruanda, secundum quod verba sonant. Sed talis dispensatio à præstidente fieri non debet sine euidenti vtilitate aut vera necessitate: aliàs non esset dispensatio, sed dissipatio legis, vt Leo Papa, sanctus Bernardus, cæteri que Doctores testantur. Cum autem dispensatio talis rationabiliter fit, nemo reniti debet nec reclamare: quod & quis fecerit, piè est informandus. Verum tamen interdum licet cuiilibet etiam subdito legem interpretari, & dispensare in ea, vt patet ex verbis sancti Thomæ, dicentis:

tis: Cum lex ordinetur ad bonum commune, si in casu aliquo obseruatio legis sit bono communi damnosa, tunc lex non est obseruanda secundum tenorem verborum, sed secundum intentionem legislatoris, & si periculum imminens ex legis obseruatione, sit subitum & apertum, tunc necessitas habet dispensationem annexam, & licet cuiilibet legem interpretari: aliàs non liceret, nisi superioribus, quibus data est potestas dispensandi in legibus. Denique, huius exemplum potest sic poni: Si ciuitas aliqua sit obfessa, & lege præceptum sit, vt nullus portas ciuitatis aperiat, hoc enim cõmuniter expedit, sed si aduersarij insequantur aliquos ciues vrbis obfessæ, ex quorum vita atque consilio dependeat bonum ciuitatis huiusmodi, sitque spes quòd ciues illi possint effugere hostes, si portæ aperiantur, tunc portæ essent aperiendæ, etiam à quocunq;: quia nec hoc est contra intentionem legislatoris aut legis, sed pro ea. Iterum, si lege sancitum sit, vt in vrbe aliqua nullus post decimam horam nocte exeat domus, nec per plateas discurrat aut clamitet: contingat autem incendiū aliquarum domorum oriri in ciuitate, tunc lex illa iuxta tenorem verborum seruanda nõ est. Multa similia possunt poni exempla. In actibus namque negotijsque humanis, tot circumstantiæ & diuersitates ac variabiles particulares occurrunt, quòd legislator humanus omnes præuidere & exprimere nequit: Vnde nec leges instituere potest, quæ in nullo casu patiantur defectum, aut quæ semper in omni casu implendæ sint. Idcirco considerare oportet intentionem legislatoris. Ex his aliquo modo elici potest, quid agendum sit, si alicubi inter principem terræ & inter vrbem aliquam seu vrbes ipsius, oriatur diffensio de obseruatione aut mutatione & innouatione legum: vt si ciuitas conqueratur nõ sibi obseruari à principe suo solitam legem consuetudinemque diu seruata & approbatam. In tali etenim casu ciuitas debet suo principi reuerenter occurrere, humiliter loqui, & quantum saluo iure ac bono communi potest, in verbis deferre ac postulare, vt sua iura sibi seruetur. Princeps quoque, quem decet in omnibus præ cæteris omni modestia, charitate, pietate ac patientia, mansuetudine atque prudentia præfulgere ac decorari, debet subditis suis & vrbibus cum omni pietate & charitate occurrere: non solum vt seruis, sed in super tanquam filijs suis, & tanquam gregi sibi à Deo commisso, & tanquam his, qui pro ipsius defensione vitam suam exponerent. Sic ergo debent se inuicè

patienter, piè, prudenter & charitatiuè audire, & de pace tractare: omnemque iram, turbulentiam, superbiam ac cæteras passionem in colloquendo vitare: itemque excludere eos à suis cõsilijs atque tractatibus, quos viderint malitiosè & callidè sano consilio & vtilibus adinventionibus, passionibus, ordinationibus aut concordationibus infidari, ac propria lucra sectari. Porro si princeps & populus eius taliter inter se concordare nequiverint, videtur cõsultum, quòd causæ suæ examinationem, discussionem, determinationem & concordationem committant viris iustis atque doctissimis: scilicet doctoribus in sacra Theologia & iure famosis ac magnis: qui sciunt determinare, quid circa legum mutationem, dispensationem, ablationem & innouationem incubat conueniatque principibus: & Doctorum illorum iudicio stādum esset: qui etiam satis meli eligi possent, propter certificationem maiorem & clariorem.

An liceat principibus atque iudicibus relaxare pœnam debitam reis ac criminosis.
Articulus XIX.



Ultalient principi terræ, quæ iudicibus ei subiectis nõ licet. Principi etenim terræ commissa & data est plenaria potestas reipublicæ sub ipso constitutæ. Ideo potest reo pœnam debitam siue totaliter siue partim dimittere, prout discretioni & pietati suæ placuerit: dummodo viderit hoc bono communi nõ derogare, neque reipublicæ esse nociuum. Interdum tamen qui reus est, non solum peccauit in principem, sed & etiam alicui alteri fecit iniuriã: ita quòd iustitia exigit, vt passio iniuriam satisfiat: & tunc princeps, qui est publica persona, ad quam pertinet vniciuique dare ius suum & quod sibi debetur, non debet pœnam reo sic relaxare, quin cogat eum satisfacere ei, in quem peccauit. Porro si ex misericordia principis reus sumeret peccandi audaciam, aut verisimile esset, quòd misericordiã cõsecutus atque dimissus, nocumenta illaturus foret communitati & ciuibus, cõcedendus esset à talibus malis per debitas pœnas: prouidendum est enim paci cõmunitatis. Præterea, ad iudicem pertinet, inter accusatorè & reũ discernere: atque hoc ipsum non propria, sed publica auctoritate agere, scilicet auctoritate eius, cui vice fungitur. Ideo duobus modis fit ei illicitè pœnã reo dimittere. Primò ex parte accusatoris, ad cuius ius interdum pertinet, vt reus puniatur propter iniuriã.

iniuriam accusatori illatam: cuius relaxatio in arbitrio iudicis non est, vt eam ad placitum suum remittat, sed tenetur vnicuique adiudicare quod ipsi debetur. Secundò fit iudici illicitum pœnâ relaxare ex parte publicæ authoritatis qua fungitur, & cui subijcitur. Iudex quippe inferior, contra legem sibi à superiori suo præfixam, non debet ab soluere, sed potestate sibi commissa vt, prout sibi à superiori suo fuerit præstitutū atq; commissum: de cuius licentia & commissio ne poterit pœnam relaxare, dummodo satis fiat ei, qui iniuriam est perpeffus. Ista est responsio sancti Thomæ ad quæstionem præctam. Addit etiam Thomas & ait: Misericordia iudicis locum habet in his, quæ suo arbitrio relinquuntur: in quibus boni viri est, pœnam diminuerè, vt Aristoteles in libro Ethicorum testatur.

Qualiter princeps in actibus suis atque iudicij contempere debet clementiam atque iustitiam, & de multis causis, quæ principem & iudicem ad ueniam debent mouere & inclinare. Artis culus XX.



Requæter iam dictum est, quòd ad principem præcipuè spectet iustitia. Et iteru dictu est, quòd clementia præcipuè ad eum pertineat: vtroque enim istorum principatus principis stabilitur, cum Salomon dicat: Roborabitur clementia thronus regis. Et denud: Iustitia firmatur solium regis. Nunc ergo pandendum, quomodo ista stant simul, & circa quos princeps debeat esse clemens, & circa quos debeat esse iustus: quomodo etiam circa quosdam debeat esse simul iustus & clemens: videlicet aliquid iustæ pœnæ misericorditer relaxando, & aliquid eius iustitiam infligendo. Itaque circa reum non solum considerandum est eius peccatum, sed etiam qualis antea fuit, & quo animo culpam incidit malū agendo, aut bonum omitendo. Aliqui enim peccat ex deliberatione atque proposito, nec pœnitent post peccatum: sed gloriantur, vt Salomon ait: Cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. Et horum peccata sunt grauiora, veniamque minùs merentur: ideo sunt aut difficiliius à principe ac iudice remittenda, aut grauius punienda. Alij peccant ex ignorantia, alij ex infirmitate & fragilitate humana, aut ex passionis subita vehementia & impetu improuiso, vt ex ira aut impatientia re pœtina. Horum autem peccatum est leuius,

& facilius remittendum, aut mitiùs puniendum: præsertim, quoniam isti post peccati ruinam mox solent pœnitere, passione cessante aut informatione suscepta. Rursus, alij qui sunt simpliciõs naturæ, & tamen peccant ex aliorum callida persuasione: quibus magis est ignoscendum. Aliqui verò peccat ex certa scientia aut mera malitia, qui grauiorem vltionem merentur. Denique quidam assueti sunt in magnis sceleribus, quidam rarò aut semel duntaxat tale quid commiserunt. Interdum quoque peccatum reddat in principis iniuriam, sicut dum eius officialibus forefit, aut in totam communitatem, vt dum cuius aliquis à ciuitatis aduersario spoliatur: & ista sunt grauius vltiscenda, quàm si peccatum sit tantum in derogationem personæ priuatæ: prouidendum est nanque paci communi. Principis quoque authoritas & persona non est parui pendenda: quia diuinæ ac summæ potestatis imaginem repræsentat, & vicem gerit in terra. Ad omnia ergo præctata princeps & iudex adspicere debet in iudicatio. Præterea Aegidius ex dictis Aristotelis tagit motiua, ex quib; princeps & iudex debet ad misericordiam inclinari, ad clementiam flecti, ad veniam commoueri. Primus est naturalis fragilitas naturæ humanæ, qua omnes proni sumus ad mala. Idcirco si quem contingat delinquere, infirmitas naturæ precatur pro venia. Secundum, quòd iudicem inclinare debeat clementiam, est legislator: scilicet rex, dux aut princeps: vnde si iudex potest probabiliter æstimare, quòd princeps suus seu legislator dispensaret cum lege in casu occurrente ac parceret reo, debet cum eo agere misericorditer potius quàm seuerè. Ideo Aristoteles dicit, quòd iudicans potius debet adspicere ad mentem legislatoris, quàm ad legem. Tertium est pia intelligentia legum: leges quippe aliquando aliquid amplioris seueritatis continent ad terrendum peccantes. Quartum est intentio operantis: nam licet opus rei sit vitiosum, intentio tamen eius fortè non fuit iniqua: vel si praua fuit, forsassè non fuit tam mala, vt opus ostendit, & si hoc iudex probabiliter percipere potest, debet ad clementiam declinare. Quintum est multitudo operum bonorum, quæ reus fortè antea fecit. Ideo princeps & iudex nõ debet solum attendere particulare malum quod reus commisit, sed & bona quæ aliquando fecit: quæ quanto plura fuisse cognouerit, tantò debet ad clementiam pronior esse. Sextum est diuturnitas temporis præteriti: vnde si quis principi aut alicui alteri

terij diu seruiuit, seruicidoque benè se habuit, postea autem ad horam offendat, non debet dominus eius solum attendere culpâ, in quâ modò prolapsus est subditus, sed debet pensare, quòd sibi diu benè sit famulatus. Ideo Aristoteles loquitur, quòd iudicâs non debet adspicere, qualis nunc est, qui offendit & accusatur, sed qualis fuit in multo tempore præcedenti. In hoc autem sunt aliqui domini valdè irrationabiliter se habentes, nec communi hominum instabilitatem desectuositate; inuenientes: sed mox vt seruus aut subditus eos offenderit, obliuiscuntur omnium prætoritorū obsequiorū, atque crudeliter vltiscuntur. Septimū est excessus bonitatis supra malitiã. Quemadmodum enim bonum est eligibile malo, sic eligibile est recordari beneficiorum & amicitiarū ac gratiarū prætoritarū, quas ab alio sumpsimus, quàm iniuriarū, quas sumus ab eo perpeffi. Octauū est patientia rei: si enim pœnam, quam pro sua patitur culpa, patienter pertulerit, clementer cū ipso agendū est. Nonum est corrigibilitas eius. Ideo si princeps aut iudex confidat reū se debere emendare, benignè cum eo agendum est. Decimū est humilitas atque subiectio delinquentis. Si enim se omninò humiliat atq; in arbitrio principis aut iudicis se totaliter ponat, clementer procedendum est cum illo. Penitens enim contra rationem videtur humiliatis non parcere, cum bruta parcant humiliantibus se. Leones enim canem non mordent proferentem se coram eis. Hinc Romani legem dederunt, vt legati principesque eorum, parcerent subiectis, & debellarent superbos atq; rebelles. Itaq; tria præcipuè spectant ad principem: scilicet rigor iustitiæ, pietas clementiæ, discretio prudentiæ: vt per discretionem prudentiæ sciat, quos debeat iustè punire, & quos clementer absoluere: quando etiam debeat iustitiam clementiæque miscere, quibusdam partem pœnæ dimittendo, & partem eis infligendo. Item quando & circa quos debeat magis ad clementiam inclinari: & quando ac circa quos debeat magis ad iustitiam tendere, ne ex nimia sua pietate improbi homines insolescant, & multi audaciam sumant peccadi. Insuper superius dictum est, quòd mulierum vna proprietates vnusque mos est, quòd sunt nimis tales, quales sunt: ita quòd illæ, quæ sunt naturaliter piæ ac misericordes, sunt valdè piæ & misericordes: quæ verò crudelès & iracundæ sunt, sunt nimis crudelès & iracundæ: quia ob rationis debilitatem non benè sciunt se vincere. Idcirco, secundum Doctores, non experi

dit, vt princeps coniugem suã permittat exercere iudicia & vindictas, præsertim si viderit eam rigorosam & seueriorem seu iracundiorem quàm decet. Præterea aduertendū, quòd decem motiua ad pietatem mouentia iam præctata, secundum naturalem rationem ab Aristotele sunt inducta: sed alia efficacia possunt secundum Christiane fidei supernaturalem sapientiam assignari. Primū est, proprietates euangelicæ legis: euangelica enim lex, putà lex Christi, est lex charitatis, pietatis & gratiæ, vt Augustinus & sancti patres describunt. Principem ergo & iudicem Christianum decet Christiformiter agere, & iuxta euangelicæ legis proprietates, charitatiuè, piè & gratiosè in cunctis, quantum conuenièter fieri potest, procedere: idcirco nequaquam debet esse crudelis aut violentus. Secundum est consideratio diuini iudicij, cuius intuitu princeps & iudex ita se debet habere ad subiectos & reos ac miseros atq; afflictos, sicut cupit Deum iudicem se habere ad ipsum. Quemadmodum ergo cupit in diuino iudicio misericorditer iudicari, immo & in vita præsentis à Deo veniam gratiamque fortiri, sic debet se in iudicando subditos piè habere, quantum viderit expedire, & veniam postulantibus parcere, præsertim cum Christus in Euangelio sit locutus: *Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* Hinc sanctus Antonius Constantino Imperatori eiusque filijs scripsit, vt dominâdo hominibus, recordarentur se dominato rem & iudicem habere in cælis. Paulus quoque Apostolus ait ad dominos temporales: *Et vos Domini eadem facite illis, hoc est, bene facite seruis vestris, scientes quia & illorum & vester Dominus est in cælis: & quodcunque fecerit homo, hoc percipiet à Deo.* Tertium est consideratio Dei omnia iudicantis. Quemadmodum enim perfectio creaturæ est, asimilari aliquo modo Deo Creatori: sic perfectio principum ac iudicum terrenorū est, asimilari multò magis Deo altissimo, cælesti regi ac iudici, cuius imago est princeps & iudex terrenus. Deus autem in omni opere suo, præsertim in omni iudicio & vindicta, iustè misericorditerque procedit, & iustitiam & clementiam contemperat & commiscet, vt ait Anselmus: propter quod ait Psalmista: *Vniuersæ viæ Dni misericordia & veritas.* Deus nepe etiam eternaliter eodem natos in inferno, citra cõdignū, id est, minùs quàm meruerunt, punit: electos verò & sanctos, vltra cõdignū remunerat. Principes ergo & iudex christianus in hoc deū regem ac iudicem sequi debet, vt in punièdo declinet ad min⁹ potius

Prov. 20.

Prov. 16.

Prov. 20.

I.

Marc. 7.

II.

Matt. 7.

eph. 6.

III.

Psal. 124.

potius quam ad maius. In premiando autem declinet ad maius potius quam ad minus. Postremò, quanta fuerat olim clementia nò solum in Christianis, sed in gentilibus quoque principibus, suprà per quædam exempla ostensum est. Quibus nunc adijciendum est, quòd gloriosissimus ille Imperator Constantinus dixit, etiam cum adhuc erat gentilis: Etenim in præsentia suorum dixit principum ac baronum: Dignitas Romani Imperij, ex fonte nascitur pietatis, quæ etià hanc sententiam dedit, vt capite tricaretur, quicumque in bello occidisset aliquem infantem. Quid prodest Barbaros superasse, si à crudelitate vincamur? Nam vicisse extraneas nationes, virum est bellantium populorum: vincere autem vitia & peccata, virtus est morum. In illis prælijs fortiores existimus alijs: in istis verò, nobismetipsis fortiores sumus. qui verò in isto certamine fuerit superatus, victoriam obtinet victus. Victor enim post triumphum vincitur, si pietas ab impietate vincatur. Bene autem omnium aduerfantium poterimus esse victores, si à sola pietate supererimur. Omnium enim se esse dominum comprobatur, qui seruum se monstrauerit pietatis. Seneca quoque fatetur: Nobile vincendi genus est, nolle vlcisci cum possis. Hinc sicut in libro Hester habetur: Assuerus rex, qui centum viginti septem prouincijs præsi debat, in sua ait Epistola: Cum vniuersum orbem ditioni meæ subiugassem, volui nequaquam potentia abuti magnitudine, sed clementia & lenitate gubernare subiectos: vt absque villo terrore, vitam silentio transigerent, optata cunctis mortalibus pace fruerentur.

De decem rebus, per quas princeps potestatem suam conseruat. Articulus XXXI.



Secundum Aristotelis documenta, decem sunt, per quæ rex seu princeps se in suo principatu poterit præseruare, & potestatem suam saluare. Primum est, vt paruas transgressiones non permittat incrementum, neque in consuetudinem duci: sed eis in principio obflet, ne inualeant. Multæ enim transgressiones parua, æquantur vni magnæ: & ex paruo malo, dum non refrenatur, oritur malum magnum: sicut ex parua scintilla gignitur magnus ignis. Secundum est, ciuibus potestatem bene vt, eos honorando & ad officia promouendo, secundum quod digni & apti sunt. Tertium est, timorem incutere ciui-

bilibus ex bellis & aduersitatibus extrinsecis. Bella nanque exteriora, auferunt seditiones intrinsecas intestinæque prælia: & efficiunt ciues magis vnanimes & concordés. Hoc in Romanis clarissimè patuit: quibus cum extrinseca prælia defecissent, contra se inuicem bellare exorsi sunt. Vnde cum Carthaginem urbem Africæ potentissimam & imperialem, in suam redegressissent potestatem, & Romæ consulere, quid ciuitati illi essent facturi, quidam optimus ac prudentissimus inter eos cõsuluit, vt ciuitatem illam non demolirentur neque combureret: pensauit enim, quòd dum vrbe illa destructa, ab exterioribus bellis quiesceret, contra se inuicem dimicare, sicut & contigit, prout in libro de Ciuitate Dei recitat Augustinus: Expediit ergo, vt detur ciuitatibus & subiectis intelligi de extrinsecis bellis & damnis atque aduersis, quæ imminet. Hoc quoque præcipue vtile est, quòd in principatu sunt multi ad prælia assueti, qui de virtutibus curam non habent, nisi de fortitudine. Vnde Aristoteles assimilât eos ferro: quod dum in cõtinuo exercitio est, clarificat: si verò diu permãserit otiosum, rubiginè contrahit. Sic tales homines, dũ cõtra extraneos pugnant, obediunt principi suo: vacantes autem, nesciunt quietè ac debitè se habere. Quartum est, cauere ac prohibere contentiones & dissensiones nobilium contra se inuicem per aliquas leges, insituendo certas ordinationes legales talium dissensionum debitè punitiuas, nobilibus enim atque baronibus dissentientibus, sunt dissensiones in regno, & principis principatus debilitatur. Quintum est, diligenter adspicere, quomodo in officijs constituti se habeant: quia potestatem nil tantum conseruat & saluat, sicut homines virtuosos ac sapientes ad officia promouere, atque an rectè & virtuosè se habeant, frequentius perscrutari. De hoc superius dicta sunt plura. Sextum est, nulli subditorum magnum dominium dare: quia dominia talia solent hominum mentes corrumpere, & in elationem ac transgressionem æquitatis erigere: immo aliqui ex magnitudine honoris, sibi à principe suo exhibiti, præsumperunt contra principem cogitare, & principatum inuadere, vt patet de Decio Imperatore: qui cum miles strenuus esset Philippi Imperatoris, ei quæ de victoria redeunti Philippus cum reuerentia obuiaisset, intantum intumuit, vt desideraret imperium: & paulò post occidit Imperatorem præfatum. Talis etiam fuit Amã, quem Asserus Rex toti suo præfecit Imperio: ex quo honore intolerabiliter

ad. 16. biliter superbiuit. Vnde in libro Hester Assuerus Rex protestatur: Multi bonitate principum & honore, qui in eos collatus est, abusi sunt in superbiam: & non solum subiectos regibus nituntur opprimere, sed datam sibi gloriam non ferentes, in ipsos, qui dederunt, moliantur insidias. Nec contenti sunt gratias non agere, sed Dei quoque cuncta cernentis, arbitrantur se fugere posse sententiam: & eos, qui credita sibi officia diligenter obseruant, mendaciorum cuniculis conantur subuere. Porro sexta ista cautela potissimè est seruanda, quòd princeps de his, quos promouet, certam notitiam aut experientiam diuturnam non habet. Septimum est, vt princeps cordialiter diligit commune bonum politia, atque de eius prosperitatibus delectetur. Nempe qui aliquid diligit, sollicitatur ac metuit, ne aliquod inconueniens contingat amato. Timor autem facit hominem diligentem & consiliatum: sicque princeps per sana consilia ac magnam diligentiam, bonum politia multipliciter promouebit. Octauum est, quæ re ciuilem potentiam: quoniam absque ea princeps exequi non potest actus iustitias, quæ vrbem a contumacia, transgressoresque punit. Circa hoc ait Aegidius, quòd princeps debet habere multos facta ciuium explorantes & inquirentes vnde accipiat quod expendit, & quomodo rationem reddere possint sui victus. Nam qui huiusmodi rationem reddere nequit, signum est, quòd viuat ex furto, aut ex malè ablato, seu impiè acquisito. Nonum est, vt impleat principis sit virtuosus: eius enim bonitas in omnes redundat subiectos. Decimum est, scire qualis sit politia quam regit, & per quæ magis poterit conseruari aut destrui. Ideo debet princeps recordari præterita, quæ in suo contigerunt dominio: & quomodo terra sua temporibus retroactis fuit optimè conseruata, & meliùs gubernata: talisque regiminis se conformet processui & illis principibus, qui prudentiores fuerunt ac iustiores.

De multiplici bono, quod consequitur ciuitas obediendo principi suo. Articulus XXXII.



Dum ciuitates principi suo obediunt, & leges iustitiae seruant, bene succedit eis in exterioribus ac interioribus bonis, quia per hoc iusti efficiuntur ac virtuosii. Princeps enim, qui verè ac dignè princeps vocatur, plebem suam intendit ad virtutes dirigere,

ab excessibus remouere, ad felicitatè ac pacem deducere. Nunc ciues, dum principi suo obediunt, quietem cordis & pacem ac statum laudabilem fortituntur: atque in temporalibus prosperantur: & sua securius exercent officia, multipliciter verò turbantur, sollicitatur ac metuunt, dũ ab ipso dissentiant aut ei resistunt. Ideo Aristoteles loquitur, quòd stultius atque iniquius agunt, qui iussa sui principis aspernantur, quam ægri, qui medicorum vilipendunt consilia. Illi enim animas suas peccando occidunt: isti autem corpus suum interimunt. Anima verò incomparabiliter corpore extat præstantior. Ex his concludit Aegidius, quòd si consideretur, quanta bona eueniant vrbibus ex hoc, quòd principi suo subduntur, debent ei libetè subdi ac obedire: non solum si bonus ac virtuosus existat, sed etiam dato quòd in aliquo tyrannidè exerceat: quoniam tolerabilior est tyrannus aliqua, quam malum, quòd ex inobedientia & rebellionem contra principem oritur. Verum tamen si princeps præciperet aliqua diuini præceptis contraria, aut manifestè irrationalia & iniusta, in talibus ei obediendum non esset: quia, vt beatissimus Petrus Apostolus testatur: Obedire oportet Deo potius quam hominibus. In cæteris autem, videlicet in licitis & honestis, obediendum est principi. Præterea, ira principis maximè vitanda est subditis, cum Salomon dicat: Sicut fremitus leonis, ita & ira regis: & sicut ros super herbam, ita hilaritas eius. Rursusque ait: Sicut rugitus leonis, ita & ira regis: qui prouocat eum, peccat in animam suam. Indignatio regis, nunquam mortis: & vir sapiens placabit eum. Porro ira confurgit ex hoc, quòd aliquis videt se aut ea, quæ ad se pertinent, ab alio vilipedi. Principi autem debetur honor & obedientia: idcirco si viderit sibi aliquid horum à subditis subtrahi, irascitur eis, & iusto zelo potest inde irasci: nec solum irascitur, si sua per sona à subditis parui pendatur, sed etiam si parui pendantur atque iniuriam patiantur pertinentes ad ipsum: quos specialiter amare, honorare aut tueri tenetur: vt sunt parentes eius, vxor & proles, cognati & familia: immo quoniam omnes qui in principatu morantur, sunt subditi principis ac ministri, & suæ gubernationi ac protectioni commissi, fore facit principi, quicumque fore facit alicui sub eius dominio commoranti. Rursus, offenditur princeps, si quis possessores & iura ipsius usurpet: subditi ergo cauere debent, ne suo fore faciant principi in propria eius persona, vel in aliquo prædictorum pertinetente ad ipsum.

*vindi-
ca
Hester. 19

I.
II.
III.

III.
V.
VI.

VII.
VIII.
IX.
X.

Quomodo princeps se habere debet, ut diligatur ac timeatur à subditis. Articulus XXXIII.

SI princeps fuerit liberalis in dando subditis dona iuxta condecientiam excellentiæ & opulentia suæ, & iuxta conditionem, dignitatem & merita subiectorum, insuper si verè fortis atque magnanimus fuerit, exponendo viriliter seipsum & sua, pro bono communi & defensione reipublicæ, si etiam iustus fuerit obseruando æqualiter equitatem ad omnes sine personarum acceptione, item si moderatè misericors fuerit, tunc per hæc quatuor erit populo suo valdè honorabilis, exemplaris atq; amabilis. Denique vt timeatur, debet se rectè habere in puniendo maleficos. In punitione autem seu iusta vltione tria considerantur. Primum est ipsa punitio. Secundum est persona quæ punitur. Tertium est modus puniendi. Quantum ergo ad primum istorum, timeantur reges, duces ac principes, si vnum quæque puniant secundum mensuram suæ transgressionis; ita vt eos exquisitis pœnis exercent & occidant, qui vltra modum politiam perturbant aut enormia operantur. Ideo Aristoteles loquitur, quòd homines metuunt illos, quos noscunt aliquid durum fecisse. Vnde ad incutiendum alijs timorem, illud interdum iustè agendum est. Quantum ad secundum, principes timeantur, si nulli contra iustitiam operanti parcant, neq; amicis, neque cognatis, nec filijs. Nulli enim contra iustitiam est parcendum: sed neque pro patre, neque pro filio, neq; pro aliquo alio debet omitti princeps quod iustum est. Vnde si populus viderit, quòd princeps aliquè cognatorum aut amicorum siue nobilium suorum iustè ob suū excessum punierit aut vita priuauerit, tunc præcipuè metuit principem, cogitans se, si excesserit, non posse effugere. Hinc Aristoteles dicit, quòd decet principes rigorosiùs se habere circa amicos atque propinquos si excesserint, quàm circa alios, vt ampliùs timeantur: atque in toto territorio suo magis faciant obseruari iustitiam. Propter eam Iulianus Imperator, cum filius eius in domitè equitudo, filium viduæ occidisset, culpam illam in proprio filio vindicauit. Sic & Torquatus princeps Romanorum proprium filium interfecit, ed quòd contra præceptum suum processisset ad prælium: non obstantè, quòd filius eius triumphauit in prælio illo. Salomò quoq; in principio regni sui fratrem suum adoniam fecit occidi, quoniã paci regni cogitauit insidia-

ri. Præterea, quamuis in libro Machabeorū multa mala de Antiocho Rege scribantur, tamè hoc bonum ibi de ipso refertur, quòd cum audisset Andronicum vnum de primis suis principibus & amicis occidisse Oniam virum virtuosum ac optimum, iussit mox Andronicum purpura exui: per totam quoque ciuitatem circumduci, atq; in eodem loco, quo Oniam necauit, occidi. Quàtùm verò ad tertiu, princeps timeatur ex modo puniendi, dum eo instigante officii ac iudices sui, tam industriose & cautè se habent in punitionibus exequendis, quòd rei debitas pœnas effugere nequeunt. Postremò, quamuis princeps à suis subditis debeat velle diligere ac timeri, magis tamen debet velle amari. Primum, quoniam ipse amor nobilior est, magisque perficit animos subiectorum quàm timor. Secundò, quoniam amor multò fortius inclinât corda inferiorum ad benè faciendum, ad fideliter seruiendum, ad viriliter auxiliandum principi suo, quàm timor. Tertio, quia dum subditi ex amore obediunt suo principi, multò virtuosiores efficiuntur, quàm si ex solo timore hoc agerent. Quoniam ergo princeps intendere debet subditos suos facere virtuosos, potissimè debet curare & taliter se habere, vt cordialiter ab eis ametur.

Quid sit ciuitas, & quid regnum. Articulus XXXIII.



Ex bona ab Aristotele assignantur, propter quæ constituitur ciuitas. Primum est, vt ex communione loci homines amorosè delectabiliterq; conuiuant: quia vt communiter dicitur: Nullius boni possessio est iocunda absque consocio. Secundum est sufficientia necessariorum ad vitam: qui enim in eadem ciuitate morantur, sibi mutuò deseruiunt atq; succurrunt in his, quæ sunt necessaria vitæ, dum vnus abundat in isto, alter in illo: & vnus hoc habet venale, aliud illud. Tertium est gratia compugnationis & defensionis. Ideo nanque homines intra vrbs vnus ambitum claudi & commanere elegerit, vt se inuicè iuuent hostibus resistendo, & seipsum ac res suas defendendo: quod melius fit à plurimis, quàm ab vno: sicque securius cõquiescant. Quartum est, vt inter se emptiones & venditiones expeditius fiant, & quilibet faciliùs inueniat, quibus egerit: omnia ab vno aut paucis conuenièter quærit haberit: ideo congruit plures pariter habitare, & diuersa habere venalia, diuersos quoq; inter eos esse artifices ac magistrōs & sapientes,

V. pientes, qui cordium & corporum possint consulere sanitati. Quintum est communicatio conubiorum: Homines enim diuersi ac plurimi pariter habitando, notitiam amicitiamq; adinuicem contrahunt: sicq; coniugia pariter ineunt & sūt affines: vt magis se diligant, & varias ex hoc commoditates cõsequantur. Sextum est, virtuosè ac eligibiliter viuere: homines enim in vrbus simul morando, se inuicem magis considerant, instruant & hortantur, ita quòd magis morigerati ac virtuosè redduntur. Ex cohabitatione quoq; in ciuitate, mali magis refrenantur à vitijs magnis, quia in vrbe faciliùs cõprehenduntur, magisque metuunt scelera operari. Et quoniam sextum istud est bonu spiritale ac principale, ideo cætera quinque præfata bona ordinantur ad ipsum sicut ad finem, & per ipsum ciuitas diffinitur, dicitur: Ciuitas est communicatio ciuium propter sufficienter virtuosèque viuere, seu ad conuiuendum sufficienter ac virtuosè. Porro regnum supra ciuitatem addit multitudinem nobilium ac ingenuorum & alioru hominum, ita quòd ciuitas est pars regni, cuius nobiles debent cæteris esse virtuosiores, vt tantò sint vulgariùs in prudentia atq; virtutibus eminentiores, quantò in dignitate & potentia eminent. Rex autem & princeps debet omnibus his esse diuinior, atq; in omni sapientia & virtute perfectior. Porro quod hic dictum est de regno, etiam de ducatu & comitatu proportionabiliter intelligi debet.

De obedientia & reuerentia, quas populus principi suo tenetur. Artic. XXXV.

VI. Vm Pharaon Rex Aegypti constituebat castissimum Ioseph præpositum super totum regnū Aegypti, dixit ad eum: Absque tuo imperio nullus mouebit manum aut pedem in vniuersa Aegypto. Et iterum: Ad oris tui imperium cactus obediens populus, sicut in Genesi scribitur. Ex quo ostenditur, quàm vehemèter Aegyptij obediabant nõ solum regi suo, sed etiam his quos rex in officijs posuit, & honorari præcepit. Insuper Pharaone iubente, circumductus est Ioseph per totam Aegyptum: & omnes coram eo genuflectebant. Denique cum Assuerus Rex præcepisset Aman, qui post se primus summusque fuit, vt Mardocheum Iudæum regaliter adornaret, & regio superponeret equo, ipsumque equum per ciuitatè deduceret, atq; clamaret: Hoc honore dignus est, quem cū rex voluerit honorare: præcepto isto au-

dito, Aman protinùs obediuit, nil contradicere audent, quamuis Mardocheum maxime sperneret ac odiret, sicut in libro hesther describitur. Talia varia leguntur exempla & facta gentilium: ex quibus probatur, quòd gentiles principibus suis reuerentialiter obediabant, & obedièter reuerentiam præcipuam impendebant. Præterea, cum filij Israël mortuo mose, ipsum Iosue accepissent, Deo ordinante, in principem, dixerunt ad eum: Quicumque non obedièrit vniuersis sermonibus tuis, quos ei præceperis, occidatur: sed quantò lex Christi perfectior est lege naturali, ad cuius dictamen gentiles suis tam promptè obediabant principibus, iteq; lege scripta Mosaica, ob quam populus Israël suis principibus tam reuerèter obedièbat, tantò humiliùs atque perfectius debet plebs Christiana suis principibus parere, quemadmodum lex Christi, immo ipsemet Christus, ab ea requirit. Itaque licet de obedientia ac reuerentia, quas inferiores superioribus suis tenentur, multa possint allegari verba & facta sapientium paganorū, illis tamen tanquàm minus idoneis prætermisissis, inducendæ sunt autoritates sacræ scripturæ noui Testamenti: & primò occurrat, quod ipsemet Christus in euangelio ait: Redditæ, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Quibus verbis præcepit secularibus obedire principibus: quod etiã non verbis duntaxat, sed & opere docuit: quia pro se & pro discipulo suo Petro dedit tributum, sicut euangelista Mattheus testatur. Denique Paulus Apostolus in epistola ad Romanos ait iubetque: [Omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit. Nõ est enim potestas nisi à Deo. Quæ autem à Deo sunt, ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, ordinationi Dei resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.] Horum verborum, secundum beatum Augustinum cæterosque Doctores, iste est sensus: [Omnis anima subdita sit, id est, omnis homo obediens, potestatis sublimioribus, id est, principibus suis, qui propter potestatem eminentiores sunt alijs: quibus obediendum est in his, in quibus sublimiores sunt, & in quibus præcipere licitè possunt. Apostolus quoque potius ait, Omnis anima, quàm omnis homo: ad insinuandum, quòd nõ solum corporis motu, sed & spontanea voluntate atque ex animo obediendum sit temporalibus dominis. Quod probat addendo: [Non est enim potestas nisi à Deo: id est, omnis potestas à deo processit: & data est omnibus potestatem habentibus,

sive sint boni, sive peruersi: potestas nanque est bonum quoddam, idcirco à Deo est, à quo omne bonum descendit: propter quod Christus dixit Pilato: Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi datum tibi esset desuper. Sed potestatis abusus & nocendi volitio, cum sint vitia quædam, non sunt à Deo, sed à voluntate creata Deo ingrata. [Quæ autem à Deo sunt,] creata ac data, ordinata sunt, id est, sapienter ac rationabiliter instituta atque disposita, sicut Psalmista loquitur Deo: Omnia in sapientia fecisti. Ideo habentes potestatem, ex ordinatione eam habent diuina: idcirco infert Apostolus: [Itaque qui potestati resistit,] id est, principi potestatem habenti obedire contemnit in his, ad quæ se principis potestas extendit super subiectos, quando videlicet non præcipit aliquid Deo aut veritati & æquitati contrarium, [Dei ordinationi resistit:] id est, rei à Deo ordinatæ, & dispositioni diuinæ renittitur: & quantum in se est, diuino iuri ac Deo rebellis est: quemadmodum inobedientibus filiis Israel Moses dixit: Non contra nos est murmur vestrum, sed contra Deum. [Qui autem resistunt,] id est, principi suo rebelles sunt in his, in quibus ei subijciuntur, [ipsi sibi damnationem acquirunt:] id est, æternam damnationem merentur & incurunt: quia mortaliter peccant, agendo contra iustitiam. Frequenter etiam in vita præsentis malè euenit eis pro sua rebellionè, quæ ex superbia & indiscretione trahit originem, immo sicut optimum in principatu est recta obedientia, sic pessimum in eodè est rebellio. [Dei enim minister est tibi in bonum:] id est, princeps tuus, est Dei minister tibi præpositus ordinatione diuina ad tuum profectum atque salutem. Si enim princeps sit virtuosus & bonus, conatur subditos suos ad virtutes inducere, & multipliciter ipsis est utilis: si verò sit vitiosus atque iniustus, datus est subditis suis ad correctionem & profectum eorum, vt boni per eum probentur, purgentur, sicque in gratia crescant, & pro patientia sua, qua impium principem intuitu & amore Dei æquanimiter sustinuerunt, ei que obtemperauerunt in licitis & honestis, à Deo æternaliter coronentur. Mali quoque & vitiosi inferiores, per impium principem debite corrigantur. Sic ergo princeps malus subdito bono non nocet, etiam si eum corporaliter persequatur aut necet: quia quòd maiorem infert persequutionem atque iniuriam, eò sit patienti occasio maioris gratiæ in vita præsentis, pleniorisque felicitatis

& gloriæ in regno celesti. Deus quippe electos suos in vita hac frequenter probat, purgat & saluat per aduersitates, quas à malis principibus patiuntur: ideo etiam malis est obediendum principibus propter Deum: eò quòd authoritate & vice Dei fungantur, dummodo non iubeant contraria Deo atque iustitiæ. Hinc summè cauenda est subditis rebellio contra principem suum: & si in vno aut in paucis causis sit inter eos & inter principem suum dissensio ad tempus, propter hoc non debent se omninò ab ipso auertere, neque in cæteris inobedientes proteruique esse: sed indefinenter ad plenam conari concordiam: & vitare, ne augeatur dissensio, quæ valdè periculosa est tam bono corporis quàm animæ. Præterea, cum princeps sit iudex populi sui, non contra, ideo populus non facillè iudicet principem suum errare aut esse iniustum, quoniam tale iudicium est inordinatum & vitiosum. Si autem error aut iniustitia principis, tantæ sit magnitudinis & euidentiæ, vt dissimilari non queat, tunc adhuc ad subditos pertinet, vt quantum bono quiuerint modo, laborent pro pace & principis informatione. Præterea, quanta reuerentia & obedientia debeatur principibus, constat ex eo, quod rursus ait Apostolus Paulus: Serui, obedite dominis carnalibus cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo: non seruientes ad oculum tantum quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi: facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate seruientes sicut Domino & non hominibus. Quia videlicet principes sunt ministri atque vicarij Dei: ideo obediendum ac seruendum est eis tanquam his, qui DEI representant personam, cum prompto affectu & corde fideli, cum reuerentia magna. Vnde ad Timotheum scribit Apostolus: Quicumque sub iugo sunt serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur. Et considerandum, quòd sanctus Apostolus Paulus, iuxta formam præscriptam præcipit obedire etiam infidelibus dominis ac paganis ac patribus familias: quantum magis principibus Christianis, dominisque terrarum obediendum est modo præfatio? Insuper gloriosus princeps Apostolorum sanctus Petrus ait in prima sua epistola: [Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter DEVM,] id est, omni homini, potissimè superiori. Ideo sanctus Petrus adiecit: [Sicut Regi tanquam præcellenti,] quia Rex est valdè excellentis dignita-

gnitatis, [Sicut ducibus tanquam ab eo missis,] id est, officialibus regis etiam obediendum est, tanquam missis à rege ad certa negotia peragèda. Similiter obediendum est ducibus proprios principatus habètib, sicut & regibus. Insuper sanctus Petrus dicit: [Serui, subditi estote dominis,] non tantum bonis & modestis, sed etià dyscolis. [id est, indisciplinatis & vitiosis:] dummodo contra Deum & equitatem non iubeant. Circa hæc verba dicit Albertus magnus: Secundum illa, secundum quæ prælatio & potestas est à Deo, obediendum est dominis bonis & malis: sed secundum ea, secundum quæ prælatio & potestas à Deo non est, homo malis & infidelibus prælatis atque principibus obedire nõ debet. Porro sicut ait Albertus: Prælatio & potestas à Deo est tripliciter. Primò, quòd ad bonam ordinationem, ordo enim rerum, est maximum bonum, & præcipuum mundi ornamentum. Sed non est inter æquales, sed inter superiorem & inferiorem, inter prælatum seu principem & subditos eius. Sic ergo voluit deus esse in hominibus principatum & prælationem. Secundò est prælatio & potestas à Deo, quantum ad vitiorum correctionem: quia aliqui sunt proterui & vitiosi, qui nõ retrahuntur à vitijs nisi per pœnas: ideo ordinavit deus potestatem & prælationem, & dedit ei vim coactiuam, vt principes & prælati, per leges & ordinationes coactiuas siue pœnales, retrahat subditos duos à vitijs, & ad virtutes eos inducant. Tertio est prælatio & potestas à Deo, quantum ad virtutum adeptionem & conseruationem: quia ad hoc deus ordinavit esse principes & prælatos, vt subditos assuesciant ad opera virtuosæ, & conseruent eos in illis. Insuper dicit Albertus, quòd deus quandoque permittit malos dominari & potestatem habere, specialiter propter tria. Primò, propter maiorem eorù damnationem. Secundò, propter malorum correctionem, quemadmodum in libro Iob scriptum est: deus regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Tertio, propter bonorum hominum exercitiu: quoniam vita malorum, est quasi flagellum exercitiu: bonorum. Vnde Augustinus testatur, quòd omnis malus aut ideo viuunt, vt per eum malus corrigatur: aut ideo, vt per eum bonus exerceatur. Itaque ciuitates & cõmunitas, omnisque subditus, tota mente ac diligentia studeant pacem cum principe suo habere, debitamque reuerentiam & obedientiam ei in omnibus exhibere, vt in bonis corporis ac animæ prosperentur, & tam in seculo isto, quàm in futuro, bona quiete lætentur.

De causis, propter quas princeps fideliter conari debet, ut cum subditis suis habeat pacem.
Articulus XXVI.



Sicut lex Christi omnem aliam legem in perfectione valdè eminenter excedit, sic decet reges, duces ac principes Christianos cæteris dominatoribus esse omninò perfectiores in vera sapientia atque virtutibus. Quemadmodum autem in prima huius æditionis parte multipliciter est ostensum, princeps debet in Dei amore tantò ardentior esse atque perfectior, quantum plura à Deo dona sortitus est, & in maiori potestate dignitateque constitutus. Quantum autem fuerit in Dei amore perfectior, tantò erit in eo maior zelus diuini honoris seu vehementius desideriu honorandi Deum sublimem & benedictu. Cum ergo deus gloriosus & sanctus per peccata maximè in honoretur, & per opera virtuosæ potissimè honoretur, ideo princeps intuitu & amore Dei, ex zelo diuini honoris indefinenter & indefessè satagere debet, vt plebs sua secum habeat pacem. Et quantumcunque plebs fuerit tanta beneficentia principis sui indigna, ingrata atque peruersa, princeps tamen ex Dei amore & zelo diuini honoris, pro communi pace & vtilitate agere debet, sicut iam dictum est, nec propter populi sui malitiam à sua beneficentia ac diuini honoris promotione cessare, ne deus altissimus per sui populi rebellionem atque discordiam cæteraque peccata, in honoretur: sed per subditorum pacem, obedientiam ac alia opera virtuosæ, debitè honoretur. Secundò, ad hoc ipsum inducere principem debet amor præcipuus & sincerus, quem habere tenetur ad subditos suos. Quamuis enim omnem proximum diligere obligetur, subditos tamè suos tantò perfectius atque paternalitèr amare tenetur, quòd magis, deo ordinante, suæ sunt gubernationi commissi, & quòd ipsi promptius atque frequentius sibi seruiuerunt, aut adhuc, si opus esset, seruirent, etiam in arduis causis, & vsque in pericula mortis. Itaque ex spiritali charitate, qua subditos singulariter amare tenetur, debet potissimè desiderare & querere pacem & salutem animarum eorum: multò utique magis, quàm propria cõmoda, opes aut lucra. Quoniam ergo subditi, resistendo potestati, damnationem incurunt, vt Paulus docet Apostolus, satagere principes tenentur, vt eos ad obedientiam concordiamque alliciat: nec propter eorum improbitatem, imperitiam aut duritiam, debet à sua hac pa-

terna charitate, conatu ac diligentia sancta cessare: immo inflat clementissimi patris, tanto plus debet eorum insipientia atque periculis compati, quanto viderit eos grauius deuiantes. Tertio ad idem mouere principem debet debitum sui officij, ut puta iustitia: ut enim superius dictum est, hoc potissimum spectat ad principem, ut communitati & vrbibus suis pacem & vitam bonis moribus institutam procuret, protegat, conseruet. Idcirco quando est spes de corrigibilitate subditorum suorum, cessare non debet ab attractione eorum ad pacem ac mores laudabiles, nec facile iudicet eos incorrigibiles atque indociles esse: immo varijs sagacibusque industrijs, per seipsum & per verba ac scripta sapientium ac doctorum, & per praemonitiones secretas aut publicas imminenti periculis, inducere subditos debet ad concordiam secum, & ad cetera quocumque iustitiae opera, in quibus sibi sunt obligati. Quarto ad hoc principem debet inducere consideratio metuendissimi iudicij Dei: quia, ut dictum est: Durissimum iudicium fiet in his, qui praesunt. Cum ergo princeps sit pro omni populo suo rationem daturus Deo, valde metuere debet, ne forte ipse per suam indiscretionem aut culpam, aut negligentiam, sit causa rebellionis & discordiae, aliorumque vitiorum populi: sicque coram Deo reus inueniatur, & pro omni malo, quod in subditis accidit, condemnatur, atque aeternaliter puniatur. Unde ad vitandum tanta tormenta, sit modò timoratus: & ad habendam pacem cum omni plebe sua sollicitus sit: nec incaute excuset seipsum. In multis enim offendimus omnes, ut ait Apostolus Iacobus. Et frequenter, ut dicit Gregorius Papa, Deus occulto iudicio permittit subditos quaedam mala propter superiorum suorum peccata incidere. Quinto ad idem principem debet mouere ineffabilis magnitudo mercedis beatitudinisque aeternae. Quemadmodum enim omnia subditorum peccata redundant in ipsum, nisi fecerit diligentiam suam, & quod ad suum spectat officium: sic quicquid boni egerint subditi, in ipsum redudat, si praefato modo pro eorum emendatione & concordatione fatigerit. Si quoque aliquid plus egerit quam ex officio obligatur, pro hoc superabundantissimum desuper praemium fortietur. Sexto ad hoc ipsum moueat principem consideratio multiplicis vtilitatis, quam etiam in hac vita ex pace & concordia cum subditis suis consequitur: ex hoc enim opulencia eius augetur, honor & fama bona crescunt, potentior fiet, prolem suam ad honorabiliora perducet coniugia, securius vi-

uet, & fortiorem assentiam tempore necessitatis habebit: immo quamuis princeps non haberet culpam aut causam iniustam in discordia & rebellionem civium contra se, nihilominus res ipsa prima facie speciem mali habet: & multi ei imputant culpam, ac detrahunt ei & scandalizantur. Septimo ad idem moueat principem, ipsum diffusionis interestinae periculum: quod quam vehementer nocuum sit, Christus in Evangelio pandit, dicendo: Omne regnum in seipsum diuisum, desolabitur: & domus super domum cadet. Circa quod sanctus Hieronymus Sallustium sequens, scribit: Sicut concordia res minima crescit, ita discordia res maxima dilabuntur. Postremo, sicut vbertim praedictum est, principem decet esse tantae perfectionis in sapientia & virtute, ut nec benedictione nec maledictione a iustitia moueatur: sed sic fulgeat praesubditis in omni bonitate virtutum atque prudentia, ergo sol fulget praestris in caelo. Princeps ergo sua bonitate aliorum malitiam vincere debet: ut per suam sapientiam, pietatem, patientiam, charitatem, humilitatem, constantiam, vincat subditorum insipientiam, duritiam, turbationem, auersionem & pompam: & quantum libet illi passionibus moueantur ac superentur, ipse indefinenter in recta ratione medioque virtutum stabilis perseueret. Quod si ita se habuerit, cito vniuersos ad veram secum trahet concordiam: quemadmodum Salomon loquitur: Cum placuerint Domino viae hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem.

Quomodo principes seculares habere se debent circa reformationem spiritalis atque Ecclesiastici status. Articulus XXVII.



Icut ex dictis in prima parte compilationis praesentis innotescit, duplex est status & regimen, iustae Ecclesiae: videlicet status & lex ac gubernatio secularis. Alius vero est status ac lex & gubernatio spiritalis sanctae matris Ecclesiae. Status autem spiritalis, est aliorum status secularis: idcirco ad principes seculares non pertinet, ut propria auctoritate per modum sententiantis iudicent, corrigant, vel per vim coactiuam vel punitivam cohibeant seu emendent eos, qui ad spiritalis & Ecclesiasticum pertinent statum. Veruntamen ex commissione summi Pontificis posset hoc: quemadmodum Carolus Rex, & alij quidam christianissimi principes fecisse leguntur. Hinc sanctus Thomas testatur, & su-

supra allegatum est plenius: Nullus alium iudicare potest, nisi sit ei aliquo modo subiectus: videlicet aut per commissionem, aut per ordinariam potestatem. Porro qui alios benè gubernare ac reformare debet aut nititur, restat ut primo emendet atque perficiat semetipsum. Rursus, qui optat opera magne perfectionis & supererogationis peragere, primo studeat ea, ad quae tenetur, implere. Itaque si princeps secularis cupit spiritalem & ecclesiasticum statum in suo dominio reformare, ut sacerdotes & religiosos ac ceteri clerici virtuosè, castè & exemplariter cõuerfentur, primo reformet seipsum si indiget, iustaeque viuat, & domum suam atque communitatem sic regat, sicut ex suo tenetur officio: sicut iam diffusè conscriptum est. Deinde quicquid ordinatè ac ratioabiliter poterit, faciat pro reformatione Ecclesiastici status, praesertim in suo dominio, hortando, instruendo, rogando, charitatiuè corripiendo cum moderamine debito per seipsum & alias per sonas idoneas, sapientes ac virtuosas: Quod si ita viderit se non posse proficere, potest a superiori prelato, sicut a summo Pontifice vel vice eius fungentibus, obtinere commissionem atque licentiam inducendi eos, qui de spiritali sunt statu Ecclesiae, ad reformationem & debitam cõuersationem per vim coactiuam, si aliter se reformare noluerint. Itaque duobus modis principes seculares pro reformatione spiritalis status poterunt virtuosè ac meritorie laborare. Primo per modum admonitionis, sicut iam dictum est: & ad hoc a spiritali prelato non indigent commissionem aut licentiam adipisci. Secundo hoc laudabiliter agere possunt per modum coactionis, obtenta commissione & licentia ad hoc ab eo, cuius est eam donare, ut est Dominus Papa, & hi, quibus concessa est auctoritas dandi huiusmodi commissionem atque licentiam secularibus dominis. Etenim si summus Pontifex aut vice illius fungens, agnouerit principem secularem ad praefatum spiritalis status reformationem esse idoneum, libenter ei dabit commissionem suae licentiam reformationis huiusmodi. Denique iuxta huc sensum arbitror posse stare, quod gloriosissima vidua sancta Brigitta Principissa Neritig, orta ex Regno Sueviae illustri progenie, scribit in libro Reuelationum & doctrinarum suarum, inter cetera dicens, Christum reprehendisse principes seculares seu militares & curiales, eo quod vident & sentiunt iniquitates Ecclesiasticorum, & emendare ac prohibere non curant: Quod verbum videtur quibusdam valde incaute pro-

latum, & stare non posse: sed iuxta praedicta, ni fallor, potest saluari per distinctionem praetactam, ut intelligatur Christus tales seculares reprehendisse, quod saltem per modum exhortationis iniquitates Ecclesiasticorum apertissime male viuientium non emendant, nec prohibent, obtenta tamen prius commissione seu licentia prohibendi per vim coactiuam: quod etiam de bonis & virtuosis principibus & curialibus ac militaribus rite intelligi debet: itemque de reprehensione communiter sumpta, prout reprehensio est idem quod increpatio, quae pluribus modis fit. Interdum enim quis increpatur pro peccato mortali, interdum pro peccato veniali: interdum dicitur aliquis increpari pro eo, quod veraciter bonum est, quia per modum increpationis sermo ad ipsum dirigitur, quemadmodum sanctus Bernardus ait, beatissimam Virginem Mariam a Christo in nuptijs increpatam, quonia dixit: Vinum non habent: cum tam ex pia & virtuosa compassione hoc dixerit. Sic etiam aliqui humiles increpantur, dum post electiones, difficiles sunt ad suscipiendum praelationis officium, cum tamen ex vera virtute possint se moderatè ad hoc difficiles exhibere. Ista sub correptione melius intelligentium dicta sunt.

De pluribus causis, propter quas principes seculares decet praefatis modis pro reformatione status spiritalis conari.

Articulus XXVIII.



uemadmodum in principio penultimi articuli est probatum, quod principem secularem decet totis viribus pro communi vtilitate, salute & pace sui populi laborare ex diuina charitate, qua praesubditis debet esse ornatus ac inflammatus atque desiderans Dei honorem in omnibus: ita & nunc ex eadem causa potest ostendi, quod debeat ad reformationem spiritalis status, praesertim in suo dominio, laborare, videlicet ex diuino amore & zelo diuini honoris, ne Deus a sacerdotibus & religiosis ac ceteris clericis ecclesiasticisque personis, tam grauitur in honoretur, sed debite colatur ac honoretur ab eis. Secundo moueri debet ad hoc ex spiritali dilectione, qua spirituales & Ecclesiasticas personas, potissimum in territorio suo manentes, amare tenetur. Tertio moueatur ad hoc ex consideratione summi & incomparabilis fructus, qui ex spiritalis status reformatione consequitur: ex ipsa nempe reformatione,

non solum Ecclesiasticarum personarum oritur salus, sed & tota communitas maximè emendatur. Dum enim seculares conspiciunt sacerdotes & pastores prædicatoresq; suos virtuose & exèplariè conuersari, præcipuè se emendat atq; proficiunt. Ideo princeps quartò moueri debet ad hoc ex charitate, qua tenetur totum populum suum spiritaliter singulariterq; amare. Quintò moueri debet princeps ad reformationem prætaetâ, consideratione auxilij, quod sibi prouenit inde. Princeps etenim tenetur populum suum ad pacis & ciuilibus iustitiæ obseruationem, atq; ad bonos mores, prout in prima huius operis parte est dictum, inducere. Hoc autem multò facilius adimplebit, si populus suus à spiritalibus suis pastoribus, prædicatoribus & prælatis, verbo & exemplo debità in formetur: atque non solum à magnis excessibus, sed à minoribus quoq; vitijs abstrahatur: & benè se habeat in diuinis, in Dei obsequio, in obseruantia præceptorum decalogiq; Ecclesiæ. Si autem in istis malè se habeat, non dubium, quin & in graues cadit excessus: quoniam vnum peccatum suo pondere trahit ad aliud, vt ait Gregorius. Sextò moueri debet ad hoc ex propria facultate seu potestate: quò enim efficacius atq; facilius cooperari potest ad reformationem prætaetam, eò indecentius habet se, si diligentiam suam pro eo nõ fecerit. Princeps autem ratione excellentiæ atq; potestati suæ, multò magis quam alij, potest ad reformationem status spiritalis cooperari per seipsum & suos amicos ac cõsules. Penitens ergo decet, vt agat, quod potest. Septimò moueri debet ad hoc ex præcipua dilectione humanitatis Christi, passionis & sanguinis eius, vt passio Christi in multis fructificet. Octauò mouetur ad hoc, quia, vt dictum est, tam ipse princeps & domus ipsius, quam tota cõmunitas, precibus ac meritis spiritalium hominum veraciter deuotum atque claustralium verè religiosam vitam ducentium, maximè adiuuantur & custodiuntur à Deo: ideo princeps vt multos habeat idoneos oratores, pro se & sua vxore ac sobole, cognatis, amicis, familia, totòque populo suo orantes, satagere debet pro spiritali status reformatione: vt in omni dominio suo sacerdotes, pastores, canonici, religiosi, ac moniales, & maximè hi, qui alijs vbiq; ac publicè prædicant, vt sunt fratres quatuor ordinum, reformentur & virtuose deatuer ac exemplariter conuersentur. Nonò mouetur ac hoc intuitu inæstimabilis felicitatis & gloriæ, quam pro huiusce-

Gregorius.

modi labore ac reformatione à Deo æternaliter consequetur: atq; pro omni opere bono, quod ex reformatione suo labore peracta euenerit, coronam cœlestem ac præmiũ fortietur. Decimò inducitur ad hoc consideratione propriæ indigentia: nam propter multiplicem suam in exterioribus occupationem, non potest tam frequenter & purè Deo vacare, sicut suæ expediret salutis: ideo adiuutores querere debet, & pro spiritali status reformatione conari, vt Ecclesiasticæ personæ reformatæ, suis meritis ac precibus sibi succurrant, & suum suppleant imperfectum. Postremò induci debet ad hoc exemplo nobilissimorum optimorumq; principum noui ac veteris Testamenti, qui ita egerunt, sicut sequenti dicitur articulo. Præterea, quantò maior est princeps, tantò plus decet eum pro reformatione hac laborare. Vnde imperatorem istud potius decet: dein de reges ac duces & comites. Quòd si totũ, quod reformandum occurrit, reformare nequiverint, non tamen desistant, sed agant quod potuerint, auxiliante eis Spiritu sancto, cuius opem & gratiam imprimis, vbiq; & semper inuocare & querere debent.

De seruire ac diligentia sanctissimorum principum veteris Testamenti, circa reformationem atq; augmentum cultus diuini spiritalisq; status, quos sequi debent principes Christiani.
 Articulus XXXIX.

Cum diuinus ac sanctus Rex Dauid, post varias & grauissimas tribulationes, tandem ad pacificam totius Israelitici regni possessionem venisset, nequaquam in superbiâ se erexit, nec ad carnales se dedit delicias, nec otiositati aut corporali pausationi vacauit, nec ludis inanibus aut vanitati intendit, sed prima ac summa itemq; ardentissima eius diligentia fuit, circa Dei obsequiũ, circa sacerdotum sanctificationem, circa continuationem laudis diuinæ, circa preparationem domus cultus diuini. De hoc in secundo Regum libro aliqua scripta sunt. Sed primo Paralipomenon libro, inde conscripta sunt multò plura: quorum aliqua breuiter tangam. I taq; cum Rex factus fuisset, statim curauit arcam Dei afferre atq; reducere ad se: quod & fecit cum innumerabili multitudine filiorum israel, cum ingenti lætitia, & cum diuersis ac plurimis musicis instrumentis, ita quòd melodia audiebatur in excelso, & longè ac latè diffundebatur: ipse quoq;

2. Reg. 6.
1. Para. 17.

quoque Rex Dauid induit biffynam stollam ac lineum ephod, & ex ineffabili ac abũdantissimo cordisui gaudio, quo gaudebat in Deo Creatore suo, & in eius laudibus, honore atq; obsequio, seipsum refrenare, non potens, totis viribus saltauit coram Domino & coram arca ipsius. Deinde posuit arcam in loco quem ei parauit: ordinauitq; viros deuotos & sanctos, qui die ac nocte Deum laudarent in domo, vbi constituit arcam: & ipse cum illis laudibus Dei vacauit: varioque gradus & ordines ministrorum Dei ordinauit in domo præfata. Denique, ipse sanctus rex Dauid primus fuit, qui ordinauit in domo Dei duos choros psallentium: cuius deuotissimam ordinationem, vsque in diem hunc, sequitur sancta mater Ecclesia. Insuper Dauid volens ampliare cultum diuinum, ordinauit viginti quatuor sacerdotes in suis familijs principales: quorum quilibet in sua hebdomada ministravit in domo Dei: & tota illa hebdomada mansit in domo Dei vel propè, vacans puritati, sobrietati ac deuotioni. Postremò, tãti exitit feruoris in Dei cultu ac laudibus, quòd vniuersum populum suis sermonibus & exemplis traxit ad Deum, præsertim filios suos ac filias: idq; pro maxima parte. Præterea ex ardore diuini amoris, desiderauit pretiosissimum templũ construere Deo: sed quia hoc Deus ab ipso fieri nõ iussit, ipse Dauid filio suo Salomoni ad ædificationem tẽpli necessaria preparauit. Et quoniam tam religiose ac sanctè & seruidè se habuit in supergrosio Dei obsequio, ideo Deus in omni bello cõcessit ei victoriam: & omnes per circuitum reges ac populos ei subiecit aut confœderauit. Præterea, Asa rex Iuda securus est vestigia Dauid Regis. Asa enim rex, mortuo patre suo Abia, mox idola & idololatriæ loca atq; altaria, in toto regno suo destruxit: vniuersosq; populo suo præcepit, vt Deo Israel tota mente obsequerentur. Deinde zelo diuini honoris succensus, omnem populum suum in Hierusalem cõgregauit, induxitq; eum ad hoc, quòd populus iurauit & vouit, Deo seruire toto corde & anima sua. Ob hanc deuotionem Deus fuit cum Asa: & mirabilem ei dedit victoriam. Cum enim Zarah princeps Aethiopum venisset ad præliandum contra Asa Regem, habens in exercitu suo decies centena millia, & currus trecentos, ipseque Asa Deum Israel deuotissimè inuocasset, adiutorio Dei præualuit, Aethiopesque prostrauit. Porro post Asa reuigauit in Hierusalem Iosaphat filius eius, patris sui sequens vestigia. Tertio autem

1. Reg. 6.

1. Reg. 8.

1. Reg. 6.

1. Reg. 5.

Ibidem.

1. Reg. 7.

1. Reg. 6.

1. Reg. 15.

Ibidem.

Ibidem.

1. Para. 10.
1. Reg. 15.
1. Para. 17.

anno regni sui, elegit septem viros strenuos ac deuotos de principibus suis: nouè quoq; Leuitas, duoq; sacerdotes, quos omnes pariter misit per vniuersas dominijs sui vrbes, vt populum erudirent, atq; ad diuinũ inducerent cultũ: quod & fecerũt fideliter, librũ legis secum portantes. Constituit etiam Iosaphat Rex iudices in cõstitis ciuitatibus regni sui: in Hierusalem vero ciuitate regni sui metropolitana, cõstituit sacerdotes & principes, vt omni populo iustũ iudicium facerent: præcepitq; eis, dicēs: Vbi cumq; questio est de lege, de mandatis, de cæremonijs & iustificationibus, ostendite populo veritatẽ, & quid agere debeat, vt non peccet in domino. Confortamini, & agite omnia diligenter, eritq; nomen vobiscũ. Ob hanc deuotionem & pietatem, dedit Deus Regi Iosaphat, etiam præcipuam excellentiam in exterioribus bonis. Nam factæ sunt ei infinite diuitiæ, & gloria multa: & omnia regna terræ in circuitu eum timebant, intantum, qd Philistæi ac Arabes ei munera deferebant: habuitq; populũ copiosum. Habuit em̃ quinque principes exercituum suorũ. Primusq; princeps nomine Eduas, habuit sub se trecenta millia robustissimorum virorum. Secundus princeps nomine Iohannan, habuit sub se ducenta octoginta millia virorũ fortissimorũ. Tertius princeps nomine Amasias, habuit sub se ducenta millia virorũ fortium. Quartus princeps vocatus Eliada, habuit sub se ducẽta millia virorũ tenentũ arcum & clypeũ. Quintus princeps, qui dictus est Iosaphat, habuit sub se centũ octoginta millia expeditorum militũ. Hi omnes erant ad manum regis, exceptis alijs quos posuit in vrbibus suis. Insuper Ezechias rex Iuda, cuius pater nomine Achaz, pessimus fuit, & cultũ Dei destruxit, idola colens, quo mortuo Ezechias primo regni sui anno, immo primo mense anni illius, cepit cum omni diligentia cultum reformare diuinũ. Et quia ex reformatione sacerdotũ depedet magna ex parte reformatio vulgi, primò exhortatus est Leuitas ac sacerdotes, dicens: Audite me & sanctificamini. Nolite negligere filij mei: Vos elegit Dominus, vt stetis coram eo: vt ministris illi colentes eum, & cremetis ei incensum. Deinde induxit totum populum suum ad deuotissimum Dei obsequium: immo & populum decem tribuum Israel, qui alterius regni fuit, per nũtos atq; epistolas, quantum potuit, ad Dei traxit obsequiũ, & deo in magna sanctitate seruiuit: ideo Deus per eum maxima fecit miracula: quia & vitam Ezechia annis quindecim prolon-

1. Para. 19.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

2. Para. 28.

2. Para. 29.

4. Reg. 18.

2. Para. 29.

Esa. 37.

prolongauit: & ob eius petitionem fecit solem in celo naturalem cursum mutare, atq; reuertit decem lineis in horologio Achaz Regis. Rursus, ob eius petitionem angelus Dei occidit de Assyrijs hostibus Ezechiae centum octogintaquinq; millia vna hora. Postremò Iosias Rex sanctissimus, mortuo patre suo, qui impijssimus fuit, cum ipse Iosias adhuc puer esset, cepit querere Dominum Deum: & intantum profecit, quòd vniuersum populum suum couertit ad Deum, ita quòd cunctis diebus vitæ eius non recessit populus eius à Deo. Quæ autem hic scripta sunt de regibus istis, in libro Paralipomenon plenius describuntur: & Christianis principibus imitanda iugiter proponuntur.

De sancta ac feruida diligentia illustrissimorum principum Christianorum, circa promotionem cultus diuini, & mellioratione status spiritualis atq; Ecclesiastici. Articulus XXX.



Theodosius

Primi principes Christiani, quicquid in exterioribus, temporalibus ac secularibus rebus negotijsque agebant, totum ad bona spiritalia retulerunt: videlicet ad Christianæ fidei promotionem, ad Ecclesiastici spiritualisq; status emendationem, ad virtuosam rotius populi sui conuersationem. Hinc deuotissimus ille Imperator Theodosius, ipsos quoq; Episcopos ad sanctam vitam admonere multipliciter cõsuevit: sacerdotes, & religiosos laudabiliter conuersantes, vehementer dilexit: & quicquid pro spiritalis status mellioratione facere valuit, fidelissimè fecit: contra tyrannos pugnavit: hæreticos extirpauit: Ecclesias instaurauit. De sacerdotum & clericorum ac religiosorum spiritali profectu & sanctitate magnificè gloriabatur in Deo: & quicquid in talibus reformandum adspexit, pro illius reformatione diligentiam habuit magnam. Talis etiam extitit Imperator Iustinus, & eius successor Iustinianus vir sapientissimus: qui condidit leges, & edidit libros legum, scilicet Codicem & Digestum: ob cuius deuotionem & merita, multum omninò prospera fuit res publica in Oriente & Occidente. Nempè cum ipse totaliter libris ac regilioni esset intentus, Bellisario, quem principem bellorum constituit, Deus vbiq; mirabiles concessit triumphos: quia & Persas superauit, & Gothos & Vuandalos. Iustinianus quoq; Imperator, in Constantinopoli mirificum templum sanctæ Sophiæ, id est, æter-

næ Sapientiæ, scilicet Christi filij Dei, construxit: atque ibidem in magna pace defunctus sepultusq; est. Denique Carolus Rex, præ cæteris principibus Christianam fidem gladio dilatauit, & plurimas gentiliū nationes vicit, conuertit, immo, cum Saxones & Germanos superasset, totius penè Occidentis sibi subdidit regiones. Cum audisset terram sanctam à Saracenis occupatam, ad instantiam Patriarchæ Hierosolymitani ac Imperatoris Constantinopolitani, cum exercitu maximo illuc perrexit, & Saracenos deuicit, terramq; statim reddidit Christianis. Cumq; Constantinopolim redisset, & Imperator ille ipsi pretiosissima dona auri, argenti, gemmarum atq; similibus rerū offerret, noluit illa accipere, dicens se non propter talia illuc venisse, sed humiliter Imperatorem illum rogauit, vt sibi de reliquijs, quæ in Ecclesia Constantinopolitana abundantissimè cõtinebantur, communicaret: cuius desiderio Imperator ille promptè cõsensit. Itaq; oratione præmissa & factò ieiunio, ambo Imperatores cum Episcopis atq; nobilibus in Ecclesia cõuenerunt: & data sunt Carolo Imperatori pars spinæ coronæ Christi, & pars ligni crucis, vnusq; clauorum, quibus Christus fuit confixus: & sudariū Christi atq; camissa beatissimæ virginis Mariæ. Cumq; pars illa spinæ coronæ Christi tradita fuisset Carolo Regi, subito de manu tenentis euolans, mansit pendens in aëre, conspiciente quoq; Carolo Rege & vniuersis qui aderant, mirabiliter ac pulcherrimè virescens resoruit: quò factò, omnem intantum fleuerunt, quòd pauimentum Ecclesiæ humore maduit lachrymarū. Carolus verò præfatas reliquias comitantibus multis miraculis detulit A quisgranum: & in Ecclesia beatæ Mariæ, quam ipse ibidem construxit, recondidit. Præterea Carolus Rex, circa reformationem spiritalis status Ecclesiæ diligentissimus fuit, & circa punitionem sacerdotum & clericorum ac religiosorum, malè carnaliterq; viuētium, extitit rigorosus: ad quod à summo Pontifice commissiōnem licentiamq; suscepit: quia & ipse Carolus vir sanctus fuit. Multa his similia de alijs Christianissimis principibus possent narrari: sicut de Roberto Rege Francorum, potissimè de Ludouico rege Fraciæ sancto atq; pijsimo, qui & ipse circa reformationem Ecclesiastici status ardentissimus fuit: immo intantum accensus fuit fidei Christianæ amore, quòd etiam magnum Chan Imperatorem & Regem Tartarorum nitebatur ad fidem conuerrere per deuotos viros, quos cum deuotiona-

libus

libus quibusdam clenodijs misit ad illum. Horum ergo exemplis tuam cupio dignissime princeps, bonitate ad peragendum similia inflamari: atq; ad reformationem spiritalis status pro viribus ordinatè, sapienter ac feruè operari, præsertim in tuo dominio secundum formam præscriptam.

De militia & opere bellico. Articulus XXXI.



Ad principem pertinet populo suo pacè adipisci & conseruare. itemque aduersantibus paci & cõmuni utilitati populi sui, fortiter resistere & repugnare. Idcirco adiutorio magno eget, propter quod est instituta militia, vt sint aliqui ad hoc specialiter deputati, quòd aduersarijs cum communitatis & boni cõmunis seu patriæ reluctentur, & bonum cõmune ac patriam defendant. Primò ac principaliter extraneis hostibus resistendo, deinde etiam his, qui seditiones adintra concitant, aut inferiores (scilicet impotentes & pauperes) opprimunt. Porro quoniã bellicū opus periculosissimū est, eòq; circa pericula mortis versetur (mors em̄ maximè est terribilis) ideo magna exquirenda est industria, experiētia atq; sciētia, qualiter committēda sunt bella, & quales esse debeant bellatores ac milites: immo vt ait Vegetius in lib. de re militari: Sæpè ad obtinēdū victoriã, plius iuuat bellandi industria, q̄ multitudo aut etiã fortitudo bellantium. Et quãuis ista industria spectet ad milites tanquã ad pugnae artissq; huius executores, præcipuè tamè ad principem pertinet: non solum ad ducem principemq; exercitus, sed etiam ad regem, ducem, seu principem terræ: vt sciat qualiter committēda sint bella: & quomodo cautè queant remoueri, quæ boni cõmunis sunt impeditiua, atq; in talibus possit dirigere, instruere & hortari milites suos & cæteros pugnatōres.

De quibus non sit in hac editione tractandum: & de quibus regionibus, de quibus etiam artibus eligendi sunt bellatores, & de signis animositatis ac roboris corporalis.

Articulus XXXII.



Egidius de Roma in libro suo de regimine principum, valdè diffusè & plenè ac magnificaliter tractat de opere bellico, & de varijs materijs ad bellica negotia pertinentib;: sed multa dicit, de quibus in hoc opusculo loqui non volo ob certas causas: præsertim quoniam ad statum meum non attinet talia pertractare: sed ea scire volentem ad præfatum Aegidij librum

remitto. Veruntamen vt principes virtuosè feruentius optēt & studeant talia scire, atq; prædictum librum habere, breuiter tangam titulos capitulorū, in quib; tractat de eis in libro præallagato. Imprimis ergo inquit, de quibus plagis seu regionibus terræ sint bellatores potius eligendi. Ad quod respondet, quòd nec de regionibus soli multum propinquis: quia ob nimium solis calorem, sunt homines illi siccati, & paucum habent de sanguine, ideoque naturaliter sanguinis effusionem abhorrent, & timidi sunt, nec habent bellandi constantiam. Nec etiam eligendi sunt bellatores de locis à sole valdè remotis, vt sunt quædam regiones septentrionales, in quibus locis homines habitantes, ob sanguinis abundantiam, quãuis sint fortes nec vulnera vereantur, tamen (sunt quasi furibundi & nimium impetuosi, nec habent prudentiam ad pugnandum. Ista autem non sunt vniuersaliter, sed communiter vera: intelligendaq; sunt de hominibus, quantum pertinet ad eos ex distinctione locorum: quãuis aliundè possit subesse causa, quòd in regionibus soli propinquis, sint homines bellicosus, stabiles & audaces. Similiter in locis septentrionalibus magis remotis, sint viri prudentes atq; ad pugnam idonei: sed frequenter, vt dictū est, accidit: ideo potius eligendi sunt pugnatōres de regionibus medijs inter præfatas, vt tam prudentia, quã strenuitate animi vigeat. Insuper quærit Aegidius, de quibus mechanicis artibus sint eligendi præliatores. Et respondet, quòd fabri ferrarij & carpentarij sint ad pugnandum apti & præeligendi: quoniam brachia habent ex suæ artis exercitio assuetata ad percutiendum: similiter macellarij: quia non horrent sanguinis effusionem, cum sint animalia assueti macrare. Venatores quoque aprorum ad bellum sunt apti, quia magnæ audaciæ est inuadere aprum, atque vt dicitur, non minùs periculosum est certare contra aprum, quã contra hostem. Similiter venatores ceruorū, quia ad labores sunt assueti, ad pugnam sunt apti. Barbifores verò & sutores, si consideretur propria ars ipsorum, ad pugnam reputantur inuitiles: cum non sint ad labores bellicosus assueti. Quæ enim proportio acus ad lanceam? aut ratorij ad enses vel clauas? Sed istud intelligendum est, sicut dictum præcedens: non enim semper ita contingit, sed sæpius accidit modo opposito. Insuper dicit Aegidius, quòd antequam prælia intrent, discenda sita præliandi: item quòd vigilantia oculorum & ceruicis erectio, sit signum animositatis,

motitatis, strenuitatisque cordis. Duritia autem carnis atque compactio neruorum & musculorum ac lacertorum, sint signa fortitudinis corporalis. Similiter magnitudo extremitatis, ut brachiorum & pectoris latitudo, sunt signa corporei roboris, quia & leones talia habent.

De octo proprietatibus, quas expedit bellatores habere. Articulus XXXIII.



AD homines bellis aptos primò pertinet, posse ferre magnitudinem ponderis armorum, ut possint armati incedere, laborare, atque pugnare. Secundò, posse sufferre continuas motiones & circūductiones membrorum tempore prelij: aliter possent faciliter ac grauer vulnerari: sed assidue se mouendo, subterfugiunt vulnera: sicut sagitta tangere vix potest signum, si moueatur. Tertio, non curare de parcitate victus: quia & nimia repletio vētris, impedit laborem pugnandi: nec cōuenienter armatis portare victualium copiam penderosam. Quartò, non curare de in cōmoditate iacendi & standi, quia frequenter oportet eos esse armatos die noctūque. Quintò, spectat ad bellatores, propria vitā præferre iustitiam & bonum commune, paratumque esse mori pro æquitate & communi vtilitate. Vnde qui metuit occidi vel lædi, & pauidus est, non est aptus ad pugnam. Idcirco Deus in veteri Testamento præcepit per Mo sen filijs Israël, ut antequam contra hostes bellum inirēt, vnus eorum clamaret, ut si quis inter eos esset pauidi cordis, recederet: ne tempore pugne, suo exemplo alios faceret formidare. Vnde de Iuda Machabæo strenuissimo pugnatore legitur secundo libro Machabæorum: Iudas per omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat. Sextò, in bello iusto non horrere sanguinis effusiones, quando iustitia hoc requirit, nec aliter pax potest acquiri: ideo tunc esse non debent mollis nec feminei cordis. Septimò, habere artem seu industriam se in bello ab ictibus protegendi, percutiendique hostem. Octauò, abhorre- re & erubescere turpem fugam. Siquidem inter cætera, quæ reddunt hominem bellicosum & fortem in prælio, est appetere honorationem ex pugna, & erubescere fugam turpem. Vnde & istud fecit Hectorē & Diomedem bellicosos. Ex præinductis verbis infert Aegidius, quòd rurales sunt ad certamina pedestria aptiores: cum sint corpora

Deu. 20.

2 Mach. 8

liter fortiores, atque ad laborum ac onerum perpeffionem magis assueti: urbani autem & nobiles, aptiores sunt ad bella equestria, quia equorum fortitudo supplet defectum roboris corporalis ipsorum. In talibus etiam prælijs maxime prodest pugnandi industria, & erubescencia fugæ, quæ in nobilibus plus abundat.

De quibusdam documentis ad bellatores pertinentibus. Articulus XXXIII.



SCientia & exercitium, in omni negotio præbent fiduciam, & augent audaciam. Dicit enim Valerius: Natura facitabilem, ars facit, vsus verò potētē. Vegetius quoque testatur: Nullus facere metuit, qui se bene didicisse confidit. Ideo militares & nobiles, satis tempestiue sunt instruendi de arte & industria præliandi, & assuefaciendi ad exercitiationem armorum, ut congruo tempore possint rempublicam defendere: & pro bono communi atque iustitia salubriter dimicare: præsertim cum circa negotia bellica sit cautela maxima adhibenda, eò quòd bellorum casus & damna existant quasi irremediabilia: propter quod Cato disseruit: In alijs negotijs si quid erratum sit, potest postmodum corrigi: delicta verò præliorum, emendationem non recipiunt, sed statim perna errorem consequitur: quoniam imperite ac imprudenter pugnantes, aut confestim pereunt, aut in fugam versi, efficiuntur tam pauidi, quòd rarò vel nunquam audent contra suos victores pugnare. Præterea, tantum valet industria præliandi, exercitiumque armorum in bello, ut in prælijs ipsis paucitas hominum exercitata & docta, & bene disposita ad pugnam, sit ad victoriam apta: multitudo autem indocta ac rudis, semper sit ad fugam ac cædem disposita. Itaque pugnatōres instruendi & exercitandi sunt ad incedendum simul, dum opus fuerit, gradatim ac passim, ut se quilibet in suo ordine teneat. Nempē si acies inordinatè incedat, duo mala inde sequuntur: In vna enim parte erit nimis sparsa ac peruia, sicque ab hostibus poterit facilis perforari, debilitari ac diuidi: In alia verò parte erit nimis stricta & arcta: & sic dum vnus ab alio suo confocio nimis comprimitur, impediuntur brachia eius à suis ipsius protectione, atque ab hostium deiectione. Insuper exercitandi sunt bellatores tam pedites quam equites, ad cursum celeremque præcursum: quod valet ad obtin-

non-

tinendum aptiorem locum, ad explorandum facta & machinas hostium: ad insequendum & apprehendendum fugientes. Veruntamen cautè est præcurrendum, ne præcurrentes à suis socijs longius separati incidant manus hostiles, nec à suis postlatis fatis tempestiue iuari, & accidit eis, quemadmodum contingit Afaël cognato Dauid Regis, qui Afaël velocissimus cursor fuit. Vnde dum cæteros præcurreret, vrgeret Abner virum in rebus bellicis exercitatum, ab eo occisus est, ut legitur secundo Regum. Tertio exercitandi sunt ad saltum, si fortè fossæ occurrat aut fluuij.

Excusatio à diffusore prosecutione huius materiae. Articulus XXXV.



Multa insuper alia bellatoribus valde vtilia scribit Aegidius, ex libro Vegetij de re militari: quorum maior prosecutio meum non concedet statum: sed alia quadam salutem animarum magis concernentia, intendo de ista materia ex scriptura diuina commemorare ac scribere: de quibus mentionem non facit Aegidius, neque Vegetius. Veruntamen regibus & ducibus, cæteri que principibus, potissimè ducibus exercituum seu principibus militiarum, & cunctis militibus ac pugnatoribus valde perutile est scire ea, quæ de præfata materia scribit Aegidius libro de regimine principum. Idcirco est consulendum principibus, ut in libro prædicto talia legant, vel sibi exponi procurent: iubeantque principibus militiae suæ, ut talia promptè sciant, & pugnatores suos inde edoceant, ut omnia in bellicis actibus faciant ordinatè & cautè, secundum doctrinam libri præallegati.

Quòd princeps non debet ad bella procedere, nisi probabiliter sciat se iustam causam habere. Articulus XXXVI.



Ambitio, sicut auaritia, crescit in infinitum, nisi inuitu & timore amoreque Dei refrenetur & extirpetur. Denique non solum prælatio in spiritalibus, verumetiā dominatio in secularibus & temporalibus, est ineffabiliter periculosa: quoniā de veraque præsentia intelligendum est, quod ait sacra scriptura: Iudicium durissimum in his qui præsumunt. Ostensum est quoque in secūda huius cōpilationis parte, qualiter principes seculares reddenturi sunt rationē pro omnibus sibi subiectis: ita quòd tantò est periculosior status

276

eorum, quantò pluribus dominantur. Idcirco pensantes terribile iudicium Dei, non appetant dominia sua iniuste augere; nec sic ad temporales afficiantur honores humanaque laudes & famas, ut reproberentur ac vituperentur à Deo, & perdant æternos ac celestes honores. Insuper pensent, quòd sicut omne id peccatum est ex sua natura seu ex genere suo mortale, quòd directè contrariatur spiritali charitati Dei aut proximi: sic quicquid directè repugnat iustitiæ, est ex suo genere peccatum mortale. Et quantò quis alteri maius infert nocumentum, tantò grauius peccat. Quis ergo concipere queat aut eloqui, quàm graue peccatum sit, aliorum dominorum terram iniuste impugnare, prædari aut obtinere, & totam communitatem contra rationem atque iustitiam turbare, infirmos opprimere, pauperes contristare, iustos ad merorem inducere. Ideo antequam princeps prælium contra aliquem ineat, aut terram aliquam obtinere pugnando attentet, diligentissimè perferetetur, an iustam & dignam pro se habeat causam: atque de hoc à viris timoratis, iustis ac sapientissimis se faciat plenariè certificari: nec in formationem accipere aspernetur, sed sciat, quod non dimittitur peccatum, nisi restituatur in iustè ac violenter ablatum. Non ergo seipsum & hæredes ac posteros suos faciat æternæ damnationi obnoxios propter principatum terrenum: nec populum suum inducat ad pugnandum, atque ad exponendum vitam suam periculis mortis pro causa iniusta: ne tam innumerabilium ac grauissimorum facinorum, quæ in bellis iniustis contingunt, tam ante pugnam, quàm in pugna, & post pugnam, ipse princeps causa fiat & reus ac particeps.

Quòd in prælio tota spes ponenda est in Deo, & gloria expectanda ab eo: attamen facere debet homo pugnaturus, quicquid per suam industriam atque potentiam licitè facere potest. Articulus XXXVII.



Multi principes & bellatores ad prælium processuri, parum attendunt superbam prouidentiam summi Dei, sed totam spem suam in propria potestate & arte, pugnatorumque multitudine, & in cæteris adiutorijs suis constituunt: & ita se habent, quasi Deus non moderetur & curet actus humanos. Idcirco ad destruendum istum errorem & tantam impietatem, sacra scriptura sapientissimè atque clarissimè docet, quòd Deus

De poen. dit. 5 c. falsas. 24 q. c. si res.

Ppp omni-

D. DIONYSII CARTHYSIANI

722

omnipotens hominum bella disponit, victoriamque largitur cui voluerit, non sine iusta ac rationabili causa, quamuis causa illa frequenter cunctis hominibus sit ignota, saltem in speciali, nisi diuinitus reueletur. Itaque secundum scripturas, in praelijs victoria potissimè datur à Deo, & speranda & postulanda est toto corde ab ipso, ita quòd praeliatur totam spem suam in Deo ponere debent, eumq; fiducialiter, constanter & iugiter inuocare: quod princeps terræ duxq; exercitus, potissimè facere debent, deinde ceteri in agmine principales, & generaliter omnes: sicque cum maiori fortitudine, fiducia & iucunditate pugnabunt. Hinc etenim in libro Prouerbiorum Salomon loquitur: Equus paratur ad diem belli, Dominus autem salutem tribuet. Et Dauid, Rex ait: Non saluatur rex per multam virtutem, & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ. Fallax equus ad salutem. Hinc primo Regum Ionathas filius Saulis Regis dixit armigero suo: Veni, transeamus ad stationem incircuncidorum istorum Philistinorum: quia non est Domino difficile, saluare, vel in multis, vel paucis. Denique tanta fuit fiducia Ionathæ in Deo, quòd ipse cum solo suo armigero inuasit exercitum Philistinorum: auxilianteque Deo præualuit, & multos prostrauit. Talem quoque spem habebat in Deo Asa Rex Iuda: qui pugnaturus cõtra Aethiopes, Deum inuocans, dixit: Domine, non est apud te vlla distantia, vtrũ in paucis auxiliaris aut in pluribus: Adiuua nos Domine Deus noster. In te enim & in nomine tuo habentes fiduciam, venimus contra hanc multitudinem. Ecce propter hanc spem Asa regis, Deus exterruit corda Aethiopum, & fugerunt. Persecutus quoque est eos Asa rex cum populo suo, & interfecit: prout secundo Paralipomenon scribitur. Præterea, Iosaphat rex Iuda cum audisset conuenisse cõtra se tres fortissimas gentes, videlicet Moabitas & Ammonitas ac Idumæos, timore perterritus, totum se contulit ad rogandum dominum, & populo suo iniunxit ieiunium, Deumq; deuotissimè inuocans, ait: Domine Deus patrum nostrorũ, tu es Deus in cœlo & dominaris cunctis regnis gentium. In manu tua est fortitudo atque potentia, nec quisquam potest tibi resistere. In nobis qui dem non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos: sed cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residuum, vt oculos nostros dirigamus ad te. Et ecce ob tantam sancti regis illius deuotionem fiduciamq;

in Deo, concessit ei Deus miram victoriam, ita quòd gentes præfatæ intersecerunt se mutuo. Iterum secundo Paralipomenon legitur, quòd dum Amasias rex Iuda conduxisset centum millia hominum robustorum de regno Israël, ad pugnandum contra Idumæos, venit ad eum Propheta, & dixit: O Rex, ne egrediatur tecum exercitus Israël: non enim est Dominus cum Israël. Quòd si putas in robore exercitus bella consistere, superari te faciet Dominus ab hostibus: Dei quippe est adiuuare & in fugam vertere. Cũque Amasias rex acquieuit et verbis Prophetæ, cum solo populo suo in bello præualuit, & quadraginta millia aduersariorum peremit. Veruntamen non ita intelligenda sunt hæc, quasi princeps praeliaturus contra aduersarios suos, debeat esse negligens in agendo quod potest: nec sic debet in Deo confidere atque ab eo victoriam postulare, vt nõ apponat omnem diligentiam suam: immo facere quicquid potest modo humano: aliter enim Deum tentaret. Cumq; fecerit quicquid sua potestate ac sagacitate valuerit, tunc tamen debet Deum deuotissimè, confidenter ac iugiter inuocare, quia à Deo specialiter dependet & datur victoria. Huius præclarum exemplum habemus in Ezechia Rege sanctissimo: contra quem quum Sennacherib Rex Assyriorum cum tanto venisset exercitu, quòd Ezechias Rex humana virtute illi non valuit reluctari ac præualere, totam spem suam fixit in Deo, inuocauitq; eum: nihilominus congregata multitudine populi sui, obturauit fontes & riuos, ne Assyrij venientes, aquæ abundantiam inuenirent. Insuper murum Hierusalem, qui fuerat dissipatus, instaurauit: extruxitq; turres desuper & forinsecus alterum murum. Fecit etiam vniuersi generis armaturam & clypeos: constituitque principes bellatorum in exercitu suo: quibus peractis, allocutus est populum suum, dicens: Nolite timere: nec pauereis regem Assyriorum, & vniuersam multitudinem eius. Cum illis est brachium carnis, nobiscum est Dominus Deus noster, qui auxiliator est noster, pugnabitq; pro nobis. Confortatus est populus huiusmodi verbis Ezechia regis, cuius preces Dominus impleuit. Inuocantibus etenim Deum Esaiæ Prophetæ Ezechiaq; rege, misit Deus angelum suum: qui interfecit de Assyrijs centum octoginta quinque millia hominum.

De magnanimitate habenda in praelijs: & quòd cum iucunditate pugnandum sit pro causa iusta.

Articulus XXXVIIII.

Quem-



Vemadmodum timor metem & corpus debilitat, sic magnanimitas totum hominem roborat. Cum ergo fortitudo summè necessaria sit in bello, princeps & populus eius praeliaturus, immoderatè timorè debet omnino abijcere. Veruntamè moderatus & modicus timor, quia facit hominem consiliatiũ, & ad vitandum pericula cautum, vtilis perhibetur. Deniq; princeps aut alius quicumq;, non debet aduersarium suum nimis paruũ, vilem, impotentemque reputare: ne dum se nõ custodit nec munit, improuise ab aduersario prostratur. Magnanimiter ergo incipiendum, continuandum, & consummandum est bellum, non præsumptuose neque superbe. Cumq; praeliari pro causa iusta, sit actus virtuosus, debet aliquo modo delectabiliter fieri, præsertim, quia (vt Aristoteles dicit) Signum virtutis est delectatio coniecta actioni virtutis. In super pugnare pro causa iusta, est meritoriu vitæ æternæ: & qui pro iustitia moritur, in æternum saluatur. Idcirco secura ac hilariter mente pugnandum est pro iusta causa. Vnde in Ecclesiastico scriptum: Pro iustitia agonizare pro anima tua: & vsq; ad mortem certa pro iustitia, & deus expugnabit pro te. Iudas quoq; Machabeus dixit bellatoribus suis: Accingimini & esto te filij potentes ac parati ad pugnam, quoniam melius est nobis mori in bello, quam videre mala gētis nostræ & sanctorũ. Præterea, omni principi, militibus & pugnantibus aduertendum est delectabiliter ac prudenter, quod de fortissimo illo Iuda & adiutoribus eius conscriptum est primo Machabeorum, quo legitur: Surrexit Iudas Machabeus pro patre suo, & adiuuabant eum omnes fratres eius, & qui se cõiunxerant patri eius, & praeliabantur praelium Israël cum lætitia, & dilatauit gloriam populo suo: & induit se lorica sicut gigas, & accinxit se arma bellica sua in praelijs, & protegebat castra gladio suo. Similis factus est leoni in operibus suis: & sicut catulus leonis rugiens in venatione. Et persecutus est iniquos persecutans eos: & eos, qui conturbabant populum suum, succedit flammis. Et repulsi sunt inimici eius pro timore eius: & omnes operarij iniquitatis conturbati sunt. Et perambulabat ciuitates Iuda, & perdidit impios ex eis: & in seculum memoria eius in benedictione: & nominatus est vsq; ad nouissimum terræ & congregauit pereuntes. Hæc & multa similia de virilissimo illo Iuda leguntur. Cuius magnitudinem fiduciamque in Deo, & delectationem in praelio iusto, sequi debet omnis pu-

gnator & miles: præsertim princeps exercitus & dominus terræ, immo tantò opus virtutis est Deo plus placitum, maiorisque gloria æternalis meritorium, quòd sit magis delectabiliter atque spontaneè propter Deum: ideo subditi debent pro principe suo viriliter & iucundè pugnare ex animo iusta pro causa.

De duplici præparatione ad pugnam: & quòd durante ipso praelio, sit cor leuandum ad Deum. Articulus XXXIX.



Vemadmodum vestes induuntur contra imperiem frigoris & caloris, sic tempore belli arma sunt corpori necessaria ad vitandum proprii corporis læsionem, atque ad alium vulnerandum. Porro qui inermi nudoque corpore ad pugnam progreditur, stultissimus iudicatur, quoniam mortis periculo exponere semetipsum cognoscitur. Quemadmodum autem arma & vestimenta sunt corporis indumenta & ornamenta, sic virtutes & dona Spiritus sancti, sunt animæ indumenta, quibus ipsa spiritualiter vestitur, protegitur, decoratur, ornatur & confortatur, vt pulchra atq; accepta sit coram Deo: fortis quoque ad vincendum hostes suæ salutis, videlicet Dæmones: immo etiam ad inuadendum superandumq; eos. Si verò gratia charitatisq; Dei ac ceteris virtutibus careat, spiritualiter nuda & turpis ac contemptibilis est coram Deo: infirma quoq; ad resistendum Diabolo, idcirco varijs tentationibus vincitur, & peccatis, quæ incidit, spiritualiter læditur ac necatur: sicq; ad æternam damnationem pertrahitur. Constat ergo, quòd quantò anima nobilior est corpore, & quantò mors æterna, scilicet damnatio infernalis, peior atque fortius vitanda est morte corporis breui ac temporali, tantò plus fatuum est proficisci ad pugnam, anima virtutibus non ornata ac confortata, quam corpore nudo aut non armato. Qui enim, anima non existente in charitate & gratia Dei, tendit ad bellum, æternè se mortis damnationi ac pœnæ exponit: & si ita in bello fuerit interfectus, erit generaliter condemnatus, quamuis princeps aut populus, quem adiuuat, causam habeat iustam. Itaque accessuri ad praelium, primò ac principaliter armènt, vestiant, ornent ac roborent animas suas gratia charitatisq; Dei, & donis atque virtutibus Spiritus sancti. Hoc autem facere debent, de peccatis suis cordialem contritionem seu do-

lorem habendo, & eadem integratiter cō-
sistendo: & tempus habuerint, iniunctā pe-
nitentiā persoluendo: firmiter quoq; pro-
ponendo vitare peccata decerō. Cū ergo
hæc egerint aut agere cœperint, Spiritus
sanctus infundet eis gratiam, charitatem, cœ-
terāq; virtutes: sicq; securi ibunt ad præliū:
& actus pugnandi erit eis meritorius vitæ æ-
ternæ, si iusta sit prælij causa, & rectam intē-
tionem habuerint: vt scilicet intendant pro
bono communi, aut alia rationabili causa,
ad Dei gloriam & honorem pugnare: itaq;
ampliū cupiant Deo placere, & ipso remu-
nerari ac collaudari, quā velint principi
suo aut alicui homini complacere, vel ab eis
laudē vel præmiū adipisci: hoc enim est pu-
gnatoribus necessarium ad salutem: quia ali-
ter creaturam præponeret Creatori: atq; in
bono creatō, caduco & temporali, sibi con-
stituerent finem: quod est peccatum morta-
le. Præterea, durante prælio, debent semper
pro posse cor suum leuare ad Deum, inuo-
cando mentaliter eius auxilium: suasq; ani-
mas diuinæ misericordiæ committendo. Et
summe cauendum est pugnatoribus, ne bel-
lo durante, inuidiam contra aduersariorum
quenquam concipiant: immo nec contra eū
à quo percutiuntur, læduntur, aut occidun-
tur. Si enim inuidiam admitterent, pecca-
rent mortaliter, æternaliterq; damnaretur,
si morentur in ea. Sic quoq; vitare debent
iram immoderatam: sed iram bonam, quæ
dicitur ira per zelum, possunt & debent ha-
bere. Quid autem sit ira per zelum, dictum
est in prima huius opusculi parte. Impleant
ergo pugnantes, quod secundo Machabeo-
rum habetur, quo legitur: Iudas machabeus
& qui cum eo erant, manu quidem pugna-
bant, Deum autem cordibus exorabant. Id-
circo mirabiliter triumphabant. Talis fuit
Theodosius Imperator, qui orationibus, ie-
iunijs & ceteris actibus deuotionis, magis
quā gladio ac virtute armorū hostes suos
deuicit. Nemp̄ dum die aliquo pugnaturus
erat, consuevit tota nocte præcedente, ora-
tionibus lachrymosis insistere. Qui autē an-
te bellū benè confessi sunt, securiori animo
pugnāt, & iucundioris sunt cordis, melioris-
que spei: & fortius præliantur, nisi forte sint
homines penitēs mēte cæcati & intimorati.
Patet quoq; ex dictis, quod mulierculæ im-
pudicæ sint à pugnantibus exercitibus remo-
uendæ. Postremò, si quis intimoratus ad
bellum processerit inconfessus, nec pote-
rit bello iā imminente cōfiteri, nō tamē de-
speret: sed cordialiter de sua negligentia cæ-
terisq; doleat culpis, & confiteri ac emen-

2. Mach. 15.

dare vitam suam, si occisus non fuerit, toto
corde proponat: sicque Deus affectum eius
suscipiet pro esse: immo si in tali propo-
sito occubuerit, saluabitur anima eius. Sed
valde periculosum est, confessionem tam
diu differre.

*Quomodo principes bellatores suos debeant exhor-
tari antequam incant bellum, seu bello iam
imminente ac incipiente. Ar-
ticulus XL.*



Egidius de Roma in libro suo de
Regimine principum, & Vegetius
de re militari, multipliciter pro-
bant, quod cū bellum sit circa pericula
mortis, omnis cautela adhibenda est circa
bellatores & bellū, ante congressum, in con-
gressu & pugna ipsa durante. Veruntamen
omnis doctrina dīctorum doctorū in libris
præscriptis, pertinere videtur ad corporalis
vitæ conseruationem, & ad temporale victo-
riam. Sed cū æterna damnatio atq; cœlestis
felicitatis perditio, sint ineffabiliter deteri-
ores ac fugibiles corporali interitu, om-
niq; præsentium amissione bonorū, ideo
summa, prima & maxima diligentia est à prin-
cipe pugnatoribus adhibenda, vt animabus
suis provideant: & se, prout præcedenti dice-
batur articulo, ad pugnam disponant: ad
quod princeps eos hortari per se vel per ali-
os idoneos obligatur, ad singularem chari-
tatem, qua bellatores suos amare tenetur, &
quoniam vitam suam pro ipso exponunt pe-
riculis mortis. Deniq; supra iam dictum est,
quomodo in veteri Testamento sancti reges
Ezechias & Iosaphat, alij quoque reges &
principes, bello instante, populum suum ar-
dentissimè hortabantur habere spem bonam
& animum sortem, in Deo confidere,
ne hostes timere: sed paratum esse ad mori-
endum pro causā iusta, & viriliter præliari.
Talibus ergo atq; similibus verbis confortati-
uus, debet princeps terre, si alius, & dux
exercitus ac alij principales exhortari & cor-
roborare exercitum, immo & seipos. vnu-
quisque alium, instante iam bello. Vnde de
Iuda Machabeo ait scriptura, qd confidebat
semper cū omni spe auxiliū sibi à Deo affutū-
rum: & hortabatur suos ne formidaret, sed
speraret ab Omnipotente sibi futurā victo-
riam. Et allocutus est eos de lege & Prophe-
tis, singulosq; armauit, non hasta & clypeo
tātum, sed sermonibus optimis & exhortatio-
nibus. Sic Ioab princeps militum David Re-
gis, cōtra Ammonitas & Syros bellaturus,
cū mediam partē exercitus sui dedisset sub
manu

2. Mach. 15.

manu Abisai fratris sui hortatus est eum, di-
cens: Esto vir fortis, & pugnemus pro popu-
lo nostro. Dominus autem faciet, quod bonum
est in conspectu suo. Sic inuictissimi
illi Palatini Caroli Regis, Rolandus, Oliue-
rus, Gulielmus, Ogerus ac ceteri, quum præ-
liaturi erant, verbis magnanimitatis diuine
quæ spei hortabantur, confortabant & in-
flammabant se inuicem: ita quod leonibus
fortiores, & aquilis velociores effecti, cum
bellica animositate & omni fiducia congre-
diebantur: & quilibet quasi in acie esse opta-
ret. Veruntamen etiam ipso bello durante,
animositas bellica regēda est ratione & dis-
cretione prudentiæ: nec incautè circundun-
dendi sunt oculi, quāuis clamor aut strepi-
tus insolitus audiatur, ne quis improuise læ-
datur. Vnde cū Porus Rex Indiæ manu
ad manum contra Alexandrum Regem di-
micaret, & incautè circumsiceret, eò quod
in suo exercitu strepitus quidam fiebat, rep-
tē ab Alexandro in inguine est percussus
ac interfecus.

*Quod princeps & pugnatores debent euentum
belli Deo finaliter fiducialiterq; committi-
tere. Articulus XLI.*



Vadant sunt bona hominis, qui
bus nullus homo malè vt potest
directè, vt sunt gratia Dei, virtu-
tes ac dona Spiritus sancti. Ista
ergo sunt determinatè & absolutè à Deo pe-
tenda, cū sint necessaria ad salutē: & ea ha-
bere tenemur. Porro alia sunt, quæ directè
contrariantur salutī, vt sunt peccata & om-
ne opus displicens Deo. Idcirco Deum abso-
lutè, & sine cōditione orare debemus, vt au-
feratur ea à nobis. Aliæ autem sunt res, quæ
medio modo se habent inter prædicta: quia
homo potest eis vt benè ac malè, nec sunt
necessariæ ad salutē: sed exitū malū possunt
fortiri, vt sunt diuitiæ & honores, prælato,
pulchritudo, potestas & cætera bona exte-
riora, quæ dicuntur bona fortunæ, inter quæ
etiā victoria prælij cōtinetur. Propter quod
secundo Regum David Rex ait: Varius est
euentus belli, & nunc istum & nunc illū gla-
dius consumit. Itaq; ista res mediæ seu bo-
na fortunæ, non sunt determinatè & abso-
lutè à Deo petenda: sed cum conditione ex-
plicita vel saltē implicita, ita vt orans com-
mittat sapientiæ atq; clementiæ Dei Crea-
toris sui exauditionem precis suæ: deside-
rando videlicet, vt Deus precem suam ex-
audiat, quantum hoc fuerit pro honore &
gloria Dei, itemq; pro salute animæ suæ: im-

1. Reg. 11.

mo nisi orans cum tali mente Deū pro istis
bonis orauerit, oratio sua in exaudibilis ef-
fect: quia vt asserit Augustinus: Ad hoc, quod
oratio sit exaudibilis & placita Deo, exigi-
tur vt orans ea postulet, quæ ad veram spe-
ctant salutem. Vnde pro temporalibus non
est orandum, nisi in quantum necessaria atq;
vtilia sunt ad spiritalia bona beatitudinem
quæ æternam. Et quantum ad hæc, bona for-
tunæ, de quibus homo certus nō est, an sint
pro salute animæ suæ, veritatē habet positio
Socratis: qui, vt Maximus Valerius recitat,
dixit nihil determinatum ac certum ab im-
mortalibus nisi esse petendum, sed solum in
commune esse petendū, vt darent quod ex-
pedit nobis. Et ratio Socratis fuit, quia vj
melius scirent, quid nobis expediat quā
nos ipsi. Et rursus, quoniam frequenter ora-
mus, quæ impetrare non expedit nobis. Ita
que princeps & populus eius processurus ad
præliū, quāuis victoriam appetere possit
ac debeat, si tamen iustam habeat causam,
non tamen debet tam absolutè triumphum
optare, aut pro eo Deum orare, quin debeat
explicitè vel implicitè totum negotium bel-
licū exitum diuinæ pietati committere, fina-
liter appetendo, vt sic fiat sicut complacet
Deo, & sicut propriæ expediens est salutī: ra-
tionalis enim creatura, voluntatem suam
diuinæ debet voluntati subijcere. Talis quo-
que submissio atq; subiectio, qua princeps
& populus eius euentū seu exitū belli Deo
fiducialiter finaliterq; cōmittit, & suam in
hoc volūtate diuino beneplacito humiliter
subdit, est Deo maximè placita & accepta: &
per eam princeps ac eius exercitus victoriā
promeretur à Deo, si iustā habuerit causam:
eā quoq; obtinebit, vel aliud spiritale bonū
melius ea: immo frequenter vtrunq;. Hinc
Iudas Machabeus ad prælium processurus,
cū Deū inuocasset & suos adiutores fuisset
hortatus, sic verba cōcludit. Sicut fuerit vo-
luntas in cœlo, sic fiat. Denique David Rex
persecutionē Absolonis filij sui fugiens, &
regno pulsus, locutus est: Si inuenero gratiā
in oculis Domini, reducet me: si autem dix-
erit: Non places: præsto sum, faciat quod bonum
est coram se: quemadmodum secundo
Regum habetur.

1. Mach. 3.

2. Reg. 19.

*Quod princeps & populus eius diligere debet eos,
contra quos pugnat, etiam si eos occidat uel occi-
dat ab eis. Artic. XLII.*



Mnis Christianus omnem homi-
nem in hoc mundo viuentem re-
netur diligere vera ac spiritali di-
lectione. Porro vera hæc ac spi-
ritalis

Math. 22.

Mar. 12.

Vera fratrum dilectio que sit.

ibidem.

ritalis dilectio est, hominibus, quos diligimus, æternam salutem optare: & ea sine quibus illam adipisci non possunt, videlicet dona gratiæ Dei in vita præsentis. Tali autem dilectione tenetur omnis fidelis diligere non solum amicos, sed etiam inimicos, quia et si corporalem aduersariorum mortem desideret zelo iustitiæ, optare tamē tenetur, ut animæ eorum in æternum saluentur. Itaque princeps & eius exercitus prælium aggressurus siue ingressus, nunquam à spiritali aduersariorum dilectione debet cessare, quantumcumque lædat siue lædatur, occidat aut occidatur. Nempe si ab hac desisteret charitate, mox in peccatum inuidiæ laberetur: essetq; in peccato mortali, & in æternum periret, si moreretur in eo. Cum ergo pugnantibus periculosissimum sit esse in peccato mortali, potissimum tempore belli, cōstat quod inuidiam præcipue teneantur vitare. Sic quoque iudex reos quos morti adiudicat, occiditque facit, amare tenetur, optando ut Deo mortem corporalem, quam patiuntur, constituat eis pro vltione & satisfactione vitiorum suorum, præsertim si fuerint Christiani. Sic Abia Rex Iuda contra decem tribus Israël pugnaturus, charitatiuē dixit ad eos: Filij Israël, nolite pugnare contra Dominum patrum vestrorum, quia non expedit vobis. Similiter Carolus rex innumerabiles vincens gentiles, non solum Saracenos versus Orientem, sed etiam Paganos idololatrias in regionibus Occidentis, omnes dilexit atque ad fidem trahere nitēbatur: sed cōuerti nolentes occidit: quia melius fuit eis occidi, quàm in infidelitate manendo, quotidie peccata augere. Simili modo fecit Oger nobilissimus Dux Danorum. Porro talis præcipue fuit optimus ille Theodosius Imperator, qui hostibus à se victis tam clementissimus fuit, quod propter virtutū suarum perfectionem, etiam à Barbaris & incredulis maximè amabatur: & multæ gentium nationes cernentes bonitatem ipsius, ipso hortante, ad Christum conuerse sunt. Fuit autem Theodosius Imperator, propugnator & author rei publicæ, Orientis & Occidentis partes pacificè possidēs, corpore & moribus Traiano Imperatori cōsimilis, clemens, misericors, & communis: solo habitu se ab alijs differre existimās, multos sanctos & sanctas de sua cognatiōe existētes & consanguineos habens. Nam & sanctissima virgo Euphrasia fuit ipsius cognata, quæ conueuit non nisi semel comedere in hebdomada: cuius pater & mater sanctæ conuersationis fuerūt, & Theodosio Imperatori con-

8. Para. 13.

sanguinitate propinqui. Quemadmodū autem ante bella, quæ habuit, eleemosynas magnas distribuit religiosis ac pauperibus, & Missas plurimas celebrari fecit pro victoria obtinēda, sic adeptus victoriā, fecit missas celebrari & eleemosynas maximas dedit pro gratiarū actione Deo soluenda: nec de victoria superbiuit, neque inaniter exultauit.

Quod Deus interdum permittit iniustos principes melioribus præualere, etiam dum principes iniusti causam habent iniustam.

Articulus XLIII.

Sicut Deus omnipotens, cuius sapientia non est finis, nec mensura, nec numerus, reprobos & iniustos permittit multipliciter in hoc seculo prosperari, & varijs modis perire: ita electos & bonos in hoc mundo permittit multis infortunijs, aduersitatibus & tribulationibus exerceri, concuti & lassari: ut per talia à suis peccatis purgentur, gratia decorentur, & æternaliterque saluentur. Propter quod dicit Boethius: Licet occulta & mirabilia sint iudicia Dei, dum electis & iustis aduersa, reprobis verò & impijs prospera in hoc mundo eueniunt, occultiora tamē & mirabiliora sunt Dei iudicia, dum in hoc mundo electis prospera, reprobis contingunt aduersa. Hinc homines virtuosi prosperis non eriguntur in pompam, sed in eis plus metuunt quàm id aduersis. Hac ergo de causa permittit Deus sapienter principes electos & bonos, etiam dum iustam causam habent, à tyrannis & malis principibus superari: ita quæ hereditatem amittunt paternā, aut alia damna incurrunt: sicut interdum permittit bonis ciuibus res suas violenter auferri per homines malos: ut per exteriorum temporaliumque bonorum perdicionem, misericordiam Dei æternaliter consequantur. Porro principes malos Deus præualere permittit aliquando: vel ad maiorem eorum damnationem, vel quia aliquid boni fecerunt, seu diuinæ iustitiæ in aliquo deseruierūt, quauis ipsi hoc nesciunt: propter quod Deus in hac vita ipsos remunerat. Huius multa habemus exempla in sacra scriptura. Siquidem in libro Iudicum scriptum est: quod cum filij Benjamin grauissimum crimen fecissent, & cæteræ tribus Israël propter hoc cōtra illos venissent ad præliū, egressi filij Benjamin, occiderūt viginti duo millia de populo Israël, non obstante quod Deus indicasset populo vnde decem tribuū Israël, quis esse deberet dux belli in eorū exercitu. Altera die rursus progressi sunt contra filios Benjamin ad pugnam:

dum: egressi; filij Benjamin, occiderūt ex eis decem & octo millia, non obstante quod Deus respōdisset tribubus Israël, ut cōtra filios Benjamin cōgrederētur. Causa autem occisionis earū fuit, quia licet iustam habuerint causam, & zelo iustitiæ fuerint motæ ad præliū, aliquid tamen culpæ fuit in eis, propter quam Deus in hac vita eas castigauit, ut æternaliter saluaretur. Præterea in Esaiâ Prophetâ habetur, quæadmodum Sennacherib rex Assyriorū, homo sceleratissimus & blasphemus, venit cōtra Ezechiam sanctū regē, & penne omnes vrbes Regni eius vastauit atque obtinuit, quamuis postea populus eius ab angelo sit percussus. Insuper quarto Regum describitur, quemadmodum Iosias Rex optimus, à sagittarijs Nechao regis Aegypti viri gentilis, vulneratus fuit lætaliter, ita quod obiit. Amplius, ad Ezechielē Prophetā deus ait de Nabuchodonosor Rege Babylonis, quomodo ipse Deo seruerit, præliando aduersus Tyrum: & tamē mercedem à Deo non accepit, nec ipse nec eius exercitus pro labore, quo Deo seruiuit contra Tyrum bellando. Ideo Deus ad Ezechielē prædixit, quod Regi præfato & exercitui eius daturus esset pro mercede regnum Aegypti, sicut & factū est: & tamen Nabuchodonosor Rex & populus eius nescierunt se Deo seruire, pugnano contra Tyrum: sed ex ambitione & cupiditate mouebantur ad prælium contra Tyrum. Mali quippe & impij homines, sunt flagellum & baculus, quibus Deus in hac vita corrigit suos electos: immo etiam aliquando Deus vnum malum ac reprobū in hac vita punit per alium. Sed homines mali, quibus Deus voluntatem inspirat impugnandi tribulandi; alios, non faciūt hoc ea intētionē & causā, propter quam Deus eos instigat ad pugnam: sed intentione peruersa hoc agūt, videlicet intuitu proprii commodi & honoris. Hinc in Esaiâ Prophetâ Deo loquitur de præfato Rege Assyriorū: Væ Assur, virga furoris mei & baculus ipse est: Ipse autem non sic arbitrabitur: sed ad conterendū erit cor eius. Adhuc autē interdum permittit Deus bonos ac pro iustitiā præliantes, ab hominibus iniustis occidi, propter maiorem bonorum felicitatem & gloriam: aut quia vtilius est animabus eorum, quod ipsi occiduntur in prælio, quàm si redirent ad propria: eod quod reuerfi, multa fortassè peccata committerent, imparati que morentur. Hinc Deus Palatinos Caroli Regis, Rolandum, Oliuerum ac alios multos à Saracenis occidi permittit traditōe Gaulionis, videlicet propter maiorem eorum beatitudinem sempiternā.

Hęc ideo scribo, ut principes Christiani virtuosij paciētiam habeant, si contigerit eos in pugna succumbere, aut damna atque iniurias ab iniustis perferre: nec spes eorum in Deo ideo infirmetur, sed firmiter credant, quod pro meliori eorum deus ita disponit: sicque in aduersis Deo gratias agant, nec se putent à deo relictos aut spe sua frustratos. Item ne principes iniusti ex suis victorijs inaniter glorientur, vel se iustos præsumant: sed diuinū potius formidēt iudiciū: & quod iniuste aut violenter adepti sunt, restituant.

De amore ac fidelitate militum atque nobilium ad principem suum. Articulus XLIIII.

Barones ac milites, omnesque nobiles cuiuslibet terræ, decet principem suum cum tanta fidelitate diligere atque defendere, ut vitam ipsius propriæ vitæ præponant, & pro ipso parati sint mori, atque in omni causa iusta fidelissimè ei assistant. Princeps namque est publica persona, communis boni amator & defensor præcipuus, ex quo totius communitatis bonum dependet: cuius est omnes subiectos dirigere, pro omnium pace studere, vniuersisque prouidere. Idcirco in executione omnium horum, quæ ad suum spectant officium, primò & maximè ac fidelissimè ei assistere cooperarique debent nobiles eius, præsertim domestici & cognati ac officii & potentiores in terra ipsius: quos omnes decet præ ceteris iustiores, prudentiores, perfectioresque esse: qui si viderint principem suum in aliquo à veritate & æquitate discedere, debent hoc ei reuerenter & charitatiuè ac humiliter insinuare, & ad iustitiæ viam ipsum reducere. Denique, principi proprio infidelem existere, prima fronte est inhonestum & speciem mali habet, soletque exitum malum habere: nec princeps facilius credere debet illi, quæ noscitur proprio principi infidelē fuisse. Vnde cum quidam de principibus Darij regis venisset ad Regem Alexandrum, asserens se diu Dario deseruisse, nec aliquam condignam recepisse mercedem, ideoque velle tradere eum, Alexander respondit: Vade, quoniam tibi non credūt alieni, postquam propriū vis tradere dominum. Rursus, cum Alexander inuenisset Dariū in suo palatio lætaliter vulneratū, & deinceps mortuum, honorificè sepelisset, cupiēs scire à quibus Darius sic vulneratus fuisset, iurauit: per deos suos, quod viros, qui Dariū hostē suū sic vulnerassent & occidissent,

magnificè exaltaret ac remuneraret, si sciret eos: quo audito, duo impijssimi satrapæ Darij, qui proprium dominum taliter tractauerunt, locuti sunt Alexandro: Dominator, nos sumus, qui aduersarium tuum occidimus: quo prolato, mox iussit illos capi, ligari, & super sepulcrum Darij duci & decollari ibidem, dicens: Qui proprium dominum occiderunt, extraneo quid facerent? quibus visis, Persæ vehementer gaudentes, laudabant Alexandrum quasi Deum. Postremò legitur de quodam fidelissimo milite, qui cum regi cuidam seruiret, & rex ille captum haberet alium regem, qui antea extitit dominus præfati militis, immo hæreditarius eius dominus fuit, contigit quòd rex, cui miles dictus actualiter deseruauit, decreuit die sequenti occidere regem quem habuit captum: quo cognito, miles ille cupiens regè dominum suum à morte eripere, stramenta lecti eius colligauit, & capiti ac humeris regis & domini sui superposuit ea, sumptoque flagello aut baculo, percussit & expulit eum extra palatium quasi seruus ac armiger suus fuisset: alloquebatur enim regè illum, quasi fuisset armiger suus: cuius etiam vestes induerat regem. Custodes ergo ostiorum putantes quòd portator stramenti armiger militis esset, dimiserunt eum transire. Postea cum veritas facti huius innotuisset regi, cui hic miles seruiens fuit, & à consiliarijs atque nobilibus suis rex sciscitaretur, quam poenam miles iste & armiger eius promeruisent, qui hostem suum sic dimiserunt, vnus respondit, quòd meruissent viuui excoriari: alius quòd decollari: sicque diuersis diuersa respondentibus, rex iurauit & dixit per summum Deum: Nulla morte, sed omnino honore sunt digni, qui domino suo tam fideliter fuerunt.

De rebus, quæ requiruntur ad hoc, quòd bellum sit licitum. Articulus XLV.



Signat autem sanctus Thomas tria, quæ exiguntur ad hoc, quòd bellum sit licitum. Primum est autoritas principis, quia priuata personæ non licet sua autoritate aut voluntate bellum mouere, eò quòd possit ius suum in superioris iudicio prosequi ac fortiri. Ad priuatam quoque personam non pertinet multitudinem cõuocare: quod fieri in bello oportet. Hinc in libro contra Machæos beatus Augustinus, quod Christus in Euangelio ait, exponens, videlicet: Omnis qui acceperit gladiũ, gladio peribit, ait: Ille accipit gladium, qui absque superiori &

legitima potestate hoc agit. Itaque, quia principibus commissa est cura reipublicæ, interstinos atque extraneos hostes compescere habent: quod interdum per prælia fieri necesse est. Secundò exigitur iusta causa. Tertiò intentio pugnantium recta, ut propter defensionem boni cõmunis aut fidei Christianæ, aut propter similem finem honestũ ac licitum preliantur, & zelo iustitiæ moueantur ad prælium. Idcirco nocendi cupiditas, vlciscendi crudelitas, implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi atque similia, ab animo principis bellatorumque eius, sunt remouenda. Ex his clarissime constat, quòd omnino vitiosa & illicita sit consuetudo illa in partibus multis consistens, qua consanguinei & amici eius, qui læsus siue occisus est, statim se colligunt, & absque autoritate atque licentia domini terræ, pariter vadunt & querunt eum ac propinquos ipsius qui forefecit, ut inferant vltionem: ipsi enim non sunt iudices eius qui forefecit, nec cognatorum ipsius: ideo sua propria voluntate aut potestate eis non licet iniuriam suam vlcisci: sed secundum formam iuris debent procedere, & causam suã superiori suo proponere, ac iudicandam committere. Propterea dominus terræ siue sit princeps secularis, siue spiritalis prælatus, tenetur consuetudinem hanc pessimã de suo territorio extirpare: atque sub graui eam pœna vetare, præsertim cum sit summè periculosa & contraria salutis animarum vtriusque partis: quoniam aliqui hinc inde improuise interficiuntur, & magna inter eos inuidia oritur, immo ex Christi præcepto, ipse qui læsus est & eius cognati, tenentur vera & spiritali dilectione diligere: legorem & pertinentes ad eum: ideo obligantur ei culpam dimittere, sed debitam poenam & satisfactionem possunt secundum formam iuris exigere: præsertim in quantum hoc expedit anime eius qui forefecit, ut in vita præfenti pro suis peccatis castigetur, & satis facere compellatur. Ad omnem etenim pertinet Christianum, quod in Luangelio præcepit Christus: Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos: & orate pro persequentibus & calumniantibus vos.

An licet in bellis uti insidijs, An etiam licitum sit diebus festis pugnare. Art. articulus XLVI.



Insidiæ ordinantur ad hostium deceptionem. Porro dupliciter fallitur homo verbo seu factò. Primum, cum ei aliquid falsum dicitur,

aut promissum non observatur: & hoc illicitum est: quia ut ait Ambrosius in libro de officijs: Etiam inter hostes sunt fœdera & pacta seruanda. Secundò aliquis fallitur, quia propositum seu conceptus alterius ei non reuelatur nec panditur: & istud interdum est licitum. Quemadmodum enim in doctrina Christiana quædam fidei secreta aduersarijs fidei occultantur, ne sanctum canibus detur: sic quoque in documentis rei militaris præcipuum est, ne consilia hostibus reuelentur. Idcirco hoc modo licet uti insidijs in prælijs iustis: immo sic Deus præcepit in veteri Testamento, ut filij Israël ponerent insidias vrbi Hai, & contra filios Benjamin circa Gabaa, ut in libris Iosua & Iudicum legitur. Denique, obseruatio festorum non exigit à pugna abstinere festis diebus, si pugna sit iusta, & pro bono communi, necessitasque incumbat tali die pugnare, ita quòd conuenienter differri non possit: aliis multa mala atque pericula, et in spiritalibus quàm in temporalibus imminerent: immo secundum Thomam, hoc esset Deum tentare, in tali necessitate velle à prælio abstinere. Similiter diebus festis licet propriam vitam pugnando defendere: nam & medici licet in festis medentur. Hinc etiam primo Machabæorum habetur, quemadmodum Iudæi proposuerunt sabbato hostibus repugnare, si inuaderentur ab eis. Prætereà Thomas probat & asserit, quòd clericis, bellicis negotijs exercitijsque intendere aut bellare non liceat, nec bello interesse licet: possunt intentione bellandi, sed ex cõmissione superioris postuli prælati & clerici bellis interesse, ut populum exhörtetur, absoluant, in forment, & in cæteris spiritalibus eis prouideant. Possunt quoque populum ad iustum bellum inducere, quemadmodum Adrianus Papa Carolum Regem vocauit ad bellandum contra Longobardos, ut tactum est.

Recitatio quorundam exemplarium bellicorum gestorum: ex quibus princeps & pugnatore eius, multa possunt pensare cautelas, & pericula diuersa euadere. Art. articulus XLVII.

Titus Lilius lib. 5. ab Vrbe condita.



Refert Titus Lilius, & beatus Augustinus in libro de Ciuitate dei hoc tangit, quòd bello inter Romanos & Samnites existente, quòd dux Samnitũ nomine Pontius, exercitũ suũ haberet iuxta Furculas Caudinas, militum decem milites in habitu pastorali, qui diuersa

pecora pascere in diuersis locis iuxta viam, per quam venturus erat Romanorum exercitus: iussitque omnibus, ut Romanis venientibus ac sciscitantibus, ubi esset Samnitum exercitus, eodem modo responderent: scilicet quòd esset in obsidione vrbs Luceriæ, quæ fuit sociæ Romanorum: qui & venerunt ut eam iuarent. Romani igitur vnanimiter decreuerunt adire Luceriam, ut ab obsidione socios liberarent. Cùm autem ad Luceriam esset duplex via, vna iuxta mare, sed longior, alia per Furculas Caudinas, sed breuior, hanc elegerunt, ut socijs obsessis, celerius subuenirent. Via autem per Furculas Caudinas, ex vtraque parte claudentibus montibus præruptis & immeabilibus, habuit tantum vnum introitum & exitum per mediũ duorum saltuum, inter quos fuit media planities campi: ad quam venerunt Romani per medium vnus saltus ingressi: sed cùm vellet per aliam viam regredi, inuenerunt sibi viam præclusam deiectionis arboribus in transuerso itineris, viderunt quoque iuxta superiorem partem saltus præsidium armorum, reuerſi igitur, ut exirent ubi introierat, inuenerunt viam illam sibi præclusam deiectionis in transuersum vig arboribus, obsessumque locum multitudine Samnitum armorum: sicque inclusi vndique, manserunt in prædicta planitiæ. Cùmque post aliquot dies vigerentur fame, miserunt legatos ad Samnites, petentes vel pacem æquis conditionibus, vel belli cõgressum. Respondit dux Samnitum, debellatum iam esse: promisit tamen pacem æquis conditionibus, ita quòd Romani redderent Samnitibus omnia arma sua, omnemque aliam suppellectilem, retentis sibi tantum singulis vestimentis: sicque transirent sub iugum omnes, & imprimis Consul æ alij magistratus. Hanc pacem receperunt Romani necessitate coacti: sicque in hanc pacem iurati, cùm maxima sua deiectione ac verecundia reuerſi sunt Romam. Porro factum hoc scribo, non ut aliquis taliter agat, quia mentiri non licet, nec mentiendo decipere quenquam: sed ut princeps caute lam grandem adhibeat circa viarũ, per quas ducetur exercitus, securitatem. Vnde Aegidius ait cautum esse, ut dux exercitus habeat descripta itinera regionum & interualla locorum: itemque qualitates viarum, compedia, diuerticula, mōtes & flumina existentia in vijs, per quas proficiscetur exercitus. Melius quoque esset, quòd omnia præfata, quãtũ possibile fuerit, haberet depicta: & sic quasi oculis ea adspiceret, ut exercitũ securius duceret. Sed & ultra hæc cautũ est, habere

re etiam conductores viam bene scientes. Veruntamen circa ductores tales maxima est adhibenda cautela, quia nonnulli principes cum exercitibus suis leguntur per ductores decepti: idcirco circa ductores sunt ponenda custodiae, & cominanda est eis mors, si se habuerint fraudulenter. Praeterea providere dux debet, ne cum exercitu suo deueniat aut morari cogatur in locis inaequalibus ac aridis, ubi ex aquae defectu, populo & iumentis possit mors imminere: quemadmodum quarto Regum legitur accidisse Iosaphat Regi Iuda, & Ioram Regi Israel, & regi Edom: qui pariter per desertum pergentes contra Moabitae, ex aquae penuria perissent, nisi Deus miraculose eis subuenisset per Helisaeum Prophetam.

Prosecutio narrationis bellicorum gestorum: ubi ostenditur, quod hostes etiam uicti, non sunt nimis angustiandi.

Artic. XLVIII.

LEgitur in gestis Romanorum, & sanctus Augustinus in libro de Ciuitate dei id tangit, quod Manlius Volsco & Marcus Regulus consules Romanorum, missi ad Africam, primo vicerunt Carthagenenses bello nauali: postea Manlius Roman reuersus est, viginti septem millia captiuorum cum ingentibus spolijs secum ferens. Marcus vero Carthagenense praelium prosequens, contra tres Imperatores atrocissimum gessit bellum: in quo caesi sunt Carthagenensium decem & septem millia, quinque millia capta. Tandem Carthagenenses bellis fracti, pacem a Marco Regulo petierunt: sed cum duras ac intolerandas pacis conditiones audissent, melius rati sunt armati mori, quam miseri uiuere. Igitur inductis auxilijs Hispanorum, Gallorum & Graecorum, ducem belli constituerunt Xanthippum Regem Lacedaemoniorum: consertoque praelio, ingens ibi Romanorum extitit strages. Nam triginta millia Romanorum in illa congressione prostrata sunt: & Marcus Regulus nobilis ille dux captus est. Ex hoc probatur, quod aduersarij victi, non sunt nimis angustiandi atque arctandi, quia frequenter contingit, quod homines ex aduersitatibus pusillanimes facti, cum se vident nimis urgeri nec posse euadere, quasi desperatione fracti, resumunt audaciam & magnanimes fiunt: atque fortissimè praeliantur. Vnde secundo Regum habetur, quod Abner princeps

militiae Regis Israel, fugiens exercitum Dauid, dixit ad Ioab: Quare non dicis populo, ut mittat persequi fratres suos? An ignoras quod periculosa sit desperatio? Denique Alexander Magnus contra principes Darij regis potentissimi pugnaturus, cum uenisset ad fluium Euphratem, fecit pontem super eum. Cumque ipse & caeteri omnes qui secum fuerunt, pontem transissent, iussit pontem totaliter dissipari: videntes hoc milites ceperunt murmurare ac dicere, si contingerit in bello nos fugere, quomodo transiemus hoc flumen? quibus Alexander respondit: Ideo stregi pontem, ne habeatis spem fugiendi: sed sciatis vos aut in praelio occidendos, ac victuros esse hos Barbaros. Confortetur cor vestrum, & fortitudinem bellioicum putate. Hinc secundum Doctores de modo pugnandi scribentes, cum princeps viderit se potentior, & posse suo exercitu hostes includere, non debet ita includere, quin aliquam fugiendi aperturam eis relinquat: ne forte occasione desperationis animentur ad resistendum, plurimosque occidant: & hoc intelligendum est, nisi forsitan hostes essent valde pauci. Propterea dicit Aegidius: Pusillanimes dum valde formidant, & non credunt se posse euadere, inuadunt alios, efficiunturque probi. Vnde proverbialiter dicitur: Qui nimis fugat timidum, vi compellit eum esse audacem. Sic & bruta animalia communiter metuunt hominem: & nisi timerent ab homine laedi, raro aut nunquam inuaderent eum. Belligerum ut plurimum timore compulsae, inuadunt hominem. Praeterea, frequenter iusto Dei contingit iudicio, ut victores victis nimis crudeles, crudeliter opprimantur & occidantur. Quemadmodum Hannibali Imperatori Carthagenensium bellicosissimo ac acerrimo viro euenit: qui urbem, nomine Saguntum, Romanis consederatam, in tantam perduxit longa oblidione angustiam, ut ciues fame perirent, & viui corpora ederent mortuorum. Deinde grandi igne constructo, caesis primò pueris atque vxoribus, praecipitauerunt se ipsos in ignem: quoniam Hannibal nimis magna exegit ab eis. Postea verò Carthago à Romanis victa est atque combusta, habitatoresque eius miserabilissimè fuerunt oppressi. Similiter contigit Babylonijs & Chaldeis à Persis ac Medis, quia nimis crudeliter vastauerunt diuersas provincias: propter quod à Persis & Medis atrocissimè sunt vastati, prout sanctissimi vates Esaias & Hieremias vaticinati fuerunt.

Pro-

Prosecutio de bellicis gestis: ubi ostenditur, quod ad bellandum quærendus est aptior locus. Articulus XLIX.



DE strenuo quodam scribitur bellatore, quod cum post stragem suam inuaderetur à tribus, videns se tribus illis simul non posse resistere, simulauit se fugere, ut illos tres à se inuicem distraheret: quod cum fecisset, & vnus trium illorum eum praeteris velocius insequeretur, conuertens se, illum celeriter interfecit: rursusque fugam arripuit, & secundum trium illorum praerentem simili occidit astutia. Postremò congressus cum tertio, superauit, & illum necauit. Ita que insequendo fugientes, insequentes caute praerurrant, nec tamen à suis socijs se elongent, quod ab eis iuari non queant, si hostium inciderint manus. Denique aptitudo loci non parum iuuat ad victoriam obtinendam: ut sit locus satis spatiosus & melioris altiorisque situs: obseruanda est etiam congruentia temporis. Cauendum est enim duci exercitus, ne ineat bellum, quando habiturus esset solem fugaciter oppositum: & quando ventus fiat, & pulueres eleuat contra eum & suum exercitum. Neme qui solem & puluerem habent contra se, offenduntur in oculis, & impediuntur in pugna. Vnde & refert Orosius: Cum sanctus Imperator Theodosius contra Eugenium tyrannum & Arbogastum pugnaturus fuisset, & tota nocte in orationibus iacuisset, manè consurgens atque in Christo confidens, processit ad praelium, in quo humana virtute nequaquam potuit praualere, sed Deo agente impetuosis ventus contra aduersarios eius flare exorsus est, ita quod spicula exercitus Theodosij velocissimè ferebantur in hostes: sed tela hostium vento reperlta, infigebantur his, à quibus emittebantur: sicque Imperator praualuit, & Eugenius Tyrannus captus fuit ac interfectus. Arbogastus autem se propria manu peremit. Hinc etiam secundo Regum habetur, quemadmodum exercitu Dauid pugnante contra exercitum Absalonis, commissum est praelium in saltu: & multò plures fuerunt de populo Absalonis, quos consumperat saltus, quam hi, quos gladius populi Dauid deuorauit: quia videlicet locus ille ineptus fuit ad pugnam populo Absalonis. Vnde ait Aegidius, quod equites melius se defendunt in campis, pedites verò in locis syluestribus ac monto-

sis. Insuper princeps & eius exercitus non facile credere debent, si quis de parte aduersariorum venerit ad se, & sibi ad stare promittat: nam & qui suis infidelis existit, quomodo fidelis erit extraneis? Denique ita sanctus Dauid decepit iuste quodammodo, utique impius Absalonem, praecipiens amico suo Chusai, ut iret ad Absalonem ac diceret: Salue Rex, salue Rex: sicut parui patri tuo, ita parebo & tibi: sicque Absalon faciliter credens, paulò post magis acquieuit con filio Chusai, quam Achitophel: propter quod postea fuit victus. Praeterea tempore quodam Francorum exercitus Longobardiam ingrediens, & tandem ad tertia Longobardorum deueniens, inuenit ea hominibus vacua, sed omnibus bonis & maximè vi no plena: sicque putantes Longobardos timore ipsorum fugisse, ingressi tentoria, repleuerunt se cibo ac potu, & dormierunt: vnde Longobardi, qui callidè simulauerunt fugam, redeuntes, & super Francos improuise ruentes, penè omnes occiderunt. Vnde patet, quanta cautela atque prudentia necesse sit in bellis. Praeterea circa illud, quod dictum est, Dauid Regem decepisse Absalonem, mittendo ad eum Chusai amicum suum, qui Absalonem fecellit, multa possent subtiliter inuestigari. Primò enim videtur illicitum, quod Dauid comisit Chusai loqui ad Absalonem verba fallacia & non vera: & quod per talia verba Absalonem decepit, videtur fuisse illicitum. Sed circa ista materiam possent quàm plurima commemorari: quae breuitati studens relinquo. Breuiter tamen dicendum, quod quidam Doctores affirmant, verba, quae Chusai ex commissione Dauid protulit, vera fuisse: quia quantum ad aliquid Chusai seruiuit & paruit Absaloni, videlicet in aliquibus licitis. Alij Doctores dicunt non oportere ipsum Dauid, nec amicum eius Chusai à mendacio officioso, quod est peccatum veniale, non mortale, excusari in verbis praegalatis. Denique, quoniam inter Absalonem & Achitophel consiliarium eius callidissimum virum fuit mala concordia, licuit sancto Dauid illi vitiofae concordiae per industriam Chusai amici sui resistere, illosque decipere: quoniam quaedam deceptio bona est ac salubris, ut dum aliqui per vias iniustas ac callidas moliantur male concepta & impiè concupita ad effectum perducere, aut bono communi nocere, laudabile est, ut per processum prudentiae ex zelo iustitiae decipiatur, circumueniatur, atque à prosecutione suae malitiae impediatur. Nam & Deus hoc facit, quod admodum

in

Iob. 5.

Psal. 25.

in libro sancti Iob de ipso ait scriptura: Qui dissipat cogitationes malignorum, & consilium prauorum dissipat, ne possint implere manus eorum quae coeperant. Præterea aduertendum, quod Aegidius recitans cautelas, quibus princeps & dux belli uti debet contra aduersariorum suorum exercitum, inter cæteras ponit hanc, ut princeps immittat, procuret seu seminet discordiam inter aduersarios suos: ut inter se discordando, ineptiores fiant ad resistendum. Additque Aegidius, se hanc cautelam non approbare, quia videtur bonis moribus obuiare, quamuis Vegetius ponat eam: sed hoc verbum Aegidij non est satis clarè resoluteque dictum. Etenim interdum licet discordiam præactò modo immittere, & interdum non licet. Quocirca sciendum, quod duplex est concordia, scilicet virtuosa & vitiosa. Virtuosa concordia est, qua aliqui in bono consentiunt, atque in licitis ac honestis vnanimes sunt. Porro vitiosa concordia est, qua aliqui inter se consentiunt in his, quæ veritati & æquitati repugnant, sicut latrones & fures omnesque in malo confederati, in suis sceleribus sunt concordēs. Quemadmodum illicitum est, bonam concordiam dissipare, atque in discordiam vertere, sic licitum est malam concordiam frangere, & in discordiam commutare. Hoc enim & Paulus fecit Apostolus, secundum quod Lucas Euangelista scribit in Actibus Apostolorum. Cum nanque Iudæi captum Apostolum Paulum cõcorditer vellet iniuste occidere, beatissimus Paulus sciens Iudæos contra se concordēs, inter se in aliquibus dissentire, (nam quidam eorum erant Pharisei, & aliqui Sadducei) clamauit & dixit: Ego Phariseus sum filius Pharisei: & de spe & resurrectione ego iudico: quo prolato, statim orta est grandis discordia inter Phariseos, qui dixerunt animam hominis esse immortalem, futuramque resurrectionem mortuorum, & esse angelos ac spiritus: & inter Sadduceos, omnia ista negantes: sicque sanctus Apostolus euasit manus illorum, quia Pharisei pugnabant pro eo. Itaque si princeps certò sciret se iustam habere causam ac pugnam, aduersarios autem iniustam, posset licitè inter eos discordiam procurare: & ne vnus eorum alium adiuuaret, impedire.

An expediat principem personaliter esse in bello. Articulus I.



uantò princeps in sapietia & virtute perfectior fuerit, tantò vitæ eius magis necessaria, utilis & salubris est populo eius. Cum ergo existentibus in bello periculo mortis imminet, periculosum apparet, principem personaliter esse in prælio. Præterea, dum princeps virtuosus ac prudens est, totum bonum communitatis dependet ex ipso, & si eum occidi contigerit, totus eius exercitus efficitur minus magnanimus, & pristinam fiduciam, strenuitatem, audaciamque partim amittit. Vnde ex his motiuis & alijs, quæ tanquam possent, non videtur proficuum, ut princeps personaliter bello interfit. Veruntamen sunt & aliæ considerationes, ex quibus vitæ valdè videtur, principem personaliter adesse in prælio: Ipse enim est caput omnium & exemplar, ad quod vniversi respiciunt: cuius videtur alios verbo & facto dirigere. Ipso ergo præsentè & sapienter loquente, viriliterque agente & dimicante, cæteri omnes animantur, confortantur atque robustius præstantur. Ad hanc quæstionem dare absolutam, plenam ac claram responsionem, videtur mihi difficile: quia circa hanc rem, de qua quæstio ista est, oportet valdè multa considerare: atque imprimis hoc certum est, quod aliquando expedit principem adesse in prælio: quandoque verò non expedit. Si enim princeps sit vir bellicosus, confians, prudens, strenuus ac robustus, nullum est dubium, quin eius præsentia in bello sit vtilissima, dummodò aliud non occurrat obstaculum seu notabile impedimentum. Porro si princeps sit nimia senectute confectus, aut viribus destitutus, aut imperitus atque indocilis, seu nimis sui sensus, aut naturaliter formidolosus, eius præsentia in bello posset magis esse impediuita, quam adeptiua victoriæ. Interdum quoque princeps à bello est remouendus, quoniam ipse ab hostibus valdè specialiter occidi optatur ac quæritur: quemadmodum secundo Regum habetur, quod David Rege volente cum exercitu suo contra Absalonem eiusque populum egredi, plebs respondit: Non exibis: siue enim fugerimus, non magnoperè ad eos de nobis pertinerebit: siue media pars ceciderit è nobis, non satis curabunt: quia tu vnus pro decem millibus computaris. Melius est ergo, ut sis nobis in vrbe præsidio. In eodem quoque libro habetur, quod cum David Rex contra Philistæos pugnaret, & vnus de Philistæis nifus fuisset percutere eum, sed subueniente ei præclaro cognato ac milite suo Abisai euasisset, omnes principes

I. Reg. 15.
I. Machab. 13.

I. Machab. 13.

pes eius iurauerunt, quod deceterò non exiret cum eis in prælium: cuius causa (ut aliqui dicunt) fuit, quia tunc præsenio deficere cepit in viribus, ut alij asserunt, propter periculi magnitudinem vitandam, quod ex eius occisione imminet. Vnde & principes eius verbis inductis adiecerunt: ne extinguat lucernam in Israël. Præterea, primo Machabeorum describitur, quod Simon frater Iudæ Machabæi princeps Israël, cum senisset, congressum belli filio suo primogenito Iohanni commisit. Præterea, quamuis in libris veteris Testamenti, alijs quoque Chronicis atque historijs, interdum legantur reges ac principes terræ non personaliter bellis suis interfuisse, frequenter tamen & de pluribus legitur, quod personaliter interfuerint prælijs suis: immo strenuissimique clarissimi principes, quasi semper in acie esse ac præliari voluerunt, ac inuictissimè pugnaverunt: sicut in libro Machabeorum, de Iuda & Ionatha ac Simone fratribus eius, copiosissimè scribitur. In gestis quoque Romanorum, de Iulio & Pompeio, cæterisque quàm plurimis: immo & Octavianus, quamuis fuerat potentissimus Imperator, communiter tamen cum exercitu suo processit ad bellum. Sic fecit & Hannibal Carthaginensium Imperator: similiter Carolus Rex, Godefridus de Bologna: & alij quasi innumeri reges, duces, principesque fecerunt. Talis demum præcipue fuit Rex Alexander. Vnde frater Darij Regis, instante bello contra Alexandrum, locutus est Darij: Si tibi placet, fac sicut facit Alexander: Ille quippe pugnaturus non mittit principes suos, sed personaliter vadit, & antecedens omnes satrapas suos, pugnat viriliter, & acquirit sibi nomen atque victoriam. Alius satrapa Darij dixit: Alexander in omnibus peritissimus est, nec in villo offendit, omniaque viriliter agens, formam & virtutem habet leonis. Vnde propter hæc verba Darij Rex ad bellum personaliter est profectus. Itaque instante seu appropinquante iam bello, sapientiores consilij ac barones regis seu ducis ac principis, diligentissimè perpendere, & inter se consulere debent, an expediat Dominum suum personaliter proficisci ad bellum, attendendo rationes pro parte vtraque: & quod rationabilis vtilitasque prospexerint, principi suo persuadeant: qui eis acquiescere debet, & dirigibilis esse: sicut & David Rex, quamuis cunctis suis ministris sapientior esset, tamen principem ac populi sui consilij acquieuit. Dum ergo contigerit principem personaliter ad

prælium egredi, à duce exercitus & fortioribus, fidelioribus ac peritioribus militibus ac pugnantioribus tantò diligentius atque robustius est custodiendus ac protegendus, quantò eius ruina esset communitati nocentior. Sed & ipse princeps debet sui animalitudo temperare, atque ab immoderata se refrenare audacia, ne periculis ingerat se incautè, maximè propter bonum commune: attendens quod pelles sua non sit durior pelle aliorum aut spissior, sed frequenter tenerior.

Quod principis est providere, ut in urbibus suis seruetur iustitia in mutuis venditionibus ac emptioibus ciuium. Articulus LI.



N vrribus diuersi diuersa exercent officia, & vnus istud, & alter illud habet venale. Docet ergo Henricus de Hafsia in libro suo de contractibus, quod in vrribus venditores vidualium, utputà vini, ceruise, panum, carniū, atque similitum, non debet ea vendere tam pretiosè, ut voluerint siue potuerint: sed rectores ciuitatum, videlicet scultei atque scabini, ciuiumque magistri, constituere pretium debent, pro quanto quodlibet vendatur: & providere, ne in vigore aut pondere rerum venialium fraus committatur, & ne egeni ac simplices defraudentur, sed venditores lucro iusto ac rationabili sint contenti. Quemadmodum ergo superius dictum est, quod princeps officiatos suos hortari sic debet ac gubernare, ut sua iuste prosequantur officia, sic quoque rectoribus ciuitatum suarum de istis debet seriosam facere commissiõnem, ut circa prædicta iuste ac sapienter se habeant, iustitiamque in præmemoratis faciant obseruari negotijs: atque in omnibus tueantur egenos, impotentes & innocentes à violentijs & iniurijs diuitum ac potentum & malignorum: nec permittendum est, ut peregrinis & extraneis prædicta carius vendantur, quam ciuibus: nisi fortè magnitudo caritatis aut imminētis periculi, aliud rationabiliter exigat: nam & hoc est de lege naturali, ut alijs faciamus prout nobis fieri volumus.

An torneamenta liceant pugnatoribus atque militibus. Articulus LII.



Orneamenta, secundum Doctores, dicuntur quædam nundinæ ac feriæ, in quibus milites & militares conueniunt ex condicō:

& ad ostentationem virium suarum atq; audaciz temerariè congregiuntur. Dicuntur autem torneamenta hæc, nundinè: quia ex diuersis partibus ad ea conueniunt, & causa lucri, sicut ad nundinas. Dicuntur etiam feriz à feriando: quia tunc torneatores vacat ab alijs operibus rei familiaris. Deniq; sacri Canones prohibent torneamenta sub periculo peccati mortalis, propter homicidia & animarum pericula, quæ frequenter ex torneamentis proueniunt. Debent enim futura pericula præuideri: & quilibet discretus debet prospicere in futurum, quia debet cogitare hæc posse accidere. Nec excusantur à culpa, qui causa ludi torneare se dicunt: quoniam ludus ille noxius est, & ideo reprobatur. Quis autè ludos appellet, ex quibus crimina oriuntur? Itaque mortaliter peccant torneatores, faciendo contra prohibitionem Ecclesiæ, cui obedire tenentur. Si autè non esset prohibitum, non esset secundum se peccatum torneare: ut modo fieret ad discendum vsus armorum ad defensionem fidei vel reipublicæ, ut dicit Gulielmus Parisiensis. Porro si quis torneamenta exercens, occiderit aliquem etiam casu seu fortuito, reus erit homicidij, & irregularis efficitur: quoniam ludus ille noxius est, illicitus atque prohibitus. Ideo quicquid ex eo consequitur mali, imputatur ad culpam. Hi quoque, qui in torneamentis moriuntur, prohibentur in cæmeterio sepeliri. Sed & milites, qui veniunt ad torneamenta causa pugnandi, non tamen percutiunt aliquem nec occidunt, sed aliqui fuerint ibi occisi, hi tales sunt irregulares: quia ad rem damnatam atque prohibitam accesserunt. Cùm ergo torneamenta sint ita prohibita, nequam quàm timorari est principis, talia fieri velle aut permittere: sed nec interesse talibus debet: & si fecerit talia fieri, omnia torneamentorum peccata redundant in ipsum. Quæ autem de torneamentis hic scripsi, habentur in Raimundo, in Summa Durandi, in Summa Confessorum, in Summa Pisana: & Doctores concorditer ita tenent: videlicet Osthensis & Godefridus ac Gulielmus, cum cæteris. Veruntamen contra ista argui potest: Milites enim, & ad prælia deputandi, atque ad militiam promouendi, exercere se debent in armis & bellicis artibus, & discere seu renouare vel exercitare artem industriamque bellandi, antequàm bella iam instent. Denique Aegidius de Roma, Doctor Catholicus & vir religiosus, in libro suo de regimine principum, inter cætera de ista materia loquitur, quòd iuuenes à quartodeci-

mo anno assuefaciendi sunt ad labores militares, bellicosos & fortes. Ideo ait Vegetius, quoniam quæ à iuuentute discuntur & inchoantur, melius sciuntur, magisq; diliguntur, & delectabilius exercentur. Cùm itaque non parua sit ars, habere armorum industriam, tempestiue satis discenda est. Nam siue equestres siue pedestres sint bellatores, si victoriam obtinent absque arte pugandi, fortuito hoc contigisse videtur. Fatuum quidem est, tunc primò addiscere velle bellare, dum imminet bellandi necessitas, ubi vita periculis mortis exponitur. Ut ergo bellatores habeant spatium addiscendi singula, quæ requiruntur ad bellum, ab ipsa pubertate assuecendi sunt ad opera bellica: & princeps prælium commissurus, viros exercitatos in armis, ac strenuos bellatores debet assumere: sicut de Saule Rege legitur primo Regum, quòd omnem virum, quem vidit fortem & aptum ad prælium, coniunxit eum sibi. Insuper Aegidius ponit octo, ad quæ exercitandi sunt bellatores. Primum est, ad baiulandum pondera. Secundum est, ad inuadendum & percutiendum claua. Tertium, ad emittendum tela seu iacula, & ad percutiendum lancea. Quartum, ad iaciendum sagittas. Quintum, ad proiciendum lapides fundis. Sextum, ad percutiendum plumbatis. Septimum, ad ascendendum equos velociter. Octauum, ad sciendum artem necandi. Addit & nonum, videlicet ad percutiendum gladijs. Ista prosequi non condecet statum meum: sed apparet, quòd exercitatio in aliquibus horum sine torneamento conuenienter esse non queat. Et respondendum, quòd quamuis Aegidius ista affirmet, nil tamen de torneamentis profatur: nec docet fieri hæc octo eo modo, quo fiunt torneamenta: sed alium tangit modum licitum & securum, quem & Vegetius recitat apud antiquos fuisse Romanos: ut scilicet in campo multi palos figantur, & ad illos se exercent bellatores ac iuuenes, incedendo contra palum quasi contra aduersarium: & percutiendum palum nunc in summitate eius, & nunc in medio, nunc in imo: itemque eijciendo tela & iacula contra palos. Itaque Ecclesia non prohibet modicum, securum atque innoxium exercitum ad bellandum & ad artem bellandi habendam: sed torneamenta, prout nunc communiter fieri solent, sunt penitus vitiosa: & multæ abusiones & iniuriationes contingunt ibidem: fiuntque ex vanitate & propter laudem humanam, immo & ad complacendum scemi-

sceminis nobilibus, quæ adducuntur ex locis diuersis & confluunt: quod totum damnabile est, & Christianæ legi contrarium. Denique hastiludia priuata, quæ in carnifricio fieri solent, tantò sunt periculosiora & magis illicita, quantò cum præfatis torneamentis conuenientiam habent maiorem: & quòd ex maiori veniunt vanitate, aut propter hominum laudem. Vnde rarò aut nunquam sine peccato mortali fieri asseruntur: ideo cautum est ea vitare. Quomodo autem princeps & domestici ac ministri ipsius, bene & virtuosè habere se possunt ac debent in ludis, dictum est supra.

Exhortatio principum Christianorum ad recuperationem sancti sepulcri & terræ sanctæ. Artic. LIII.

Franciscus Petrarcha Poëta egregius, atque à Domino Clemente Papa laureatus, regibus & principibus Christianis ob suæ vitæ ac sapientiæ eminentiam notus & charus, in libro suo de vita solitaria affectuosè ac dolorosè, conqueritur de amissione sancti sepulcri Iesu Christi Creatoris Saluatorisque nostri: & quòd sancta illa terra, in qua Vnigenitus Dei Filius, verus vtique deus & deo Patri consubstantialis, pro nostra salute dignatus est homo fieri, inter homines conuersari, atque ab impijs crucifigi, iam Christiano ablata est populo, & cultu Christi priuata, ac per se ipsam Sarracenis subiecta. Ob hoc Franciscus præfatus principum Christianorum reprehendit ingratitudinem, ignauiam atque acediam. Denique, aliqua ex dictis Francisci huius commemorabo, ne fortè paruitati meæ Christianorum principum quispian indignetur, si talia ex me ipso scribere ausus extitero, qualia ille scribit. Sed quoniam stylus Francisci rhetoricus est atque difficilis, sensum potius quàm formam verborum Francisci inducam. Itaque ait: Nunc quid desiteam aut quid conquerar? Ecce præsepe Christi, Caluariz locum, Oliuierimontem, vallem iudicij, & reliqua Christo singulariter dilecta loca, ubi factus est homo, & natus vagijt, ac infans reptauit, ubi vir docuit, miracula fecit, mortem pro nostra redemptione sustinuit, sepultusque fuit, vnde ad cælos ascendit, ubi in fine seculi viuos ac mortuos iudicabit, terram patribus nostris promissam, nobis ablata nobisque debita, &, si viri essemus, spei nostræ sedem, æternæque patriæ aram, Aegyptiacus canis tenet, videlicet Machometus Sarrace-

norum deceptor ac legifer, videlicet Soldanus. Heu quid præter gemitum & querelas ac fletum relictum est miserò? quia & nostri reges ac principes nil nisi delicias, & nostri Pontifices nil nisi diuitias amant, & omnes quæ sua sunt quærunt: quæ autè sunt Christi, nullus. Cuius peculiare patrimonium, nobis spectantibus, ac otiosè sedentibus, laqueratur: immo dum fremimus & meditamur inania, dum cæno voluimur ac libidinibus exercemur, & nitimur profugas retinere, dum nummos pauperum numeramus & occultamus, dum superuacuas & ineptas turres construimus, humilimam Christi sedem, vtputa loca sancta, in quibus mansit & conuersatus est Christus, non est qui tueatur aut vindicet. Denique, dum Christianis & proximis nostris insidiamur, impijs hostibus Sarracenis, atque incredulis accessum præbuimus in thalamum regis nostri, in sanctam ciuitatem Ierusalem. Crimen ingens, & nostrarum frontium pudor æternus: quibus Christi vexillum, scilicet crucis signum, impudenter affigimus, vt tam magnificè Christi iniurias vlcescamur. Ecce nunc in explebili cupiditate, flammantique odio de miseræ terræ angustijs altercantur reges & principes nostri. Quiescent fortè, & somno voluptatibusque incumbent: lucra auarè captabunt: coniugem ac sobolem omnes diligunt, Deum ac proximum nullus. Par corporum cura erit, animarum incuria erit. Aurum, gemmas, pretiosamque supellectilem aggregabunt: ornamenta animarum, scilicet virtutes, despicient: pro suis agris ac terris pugnare, digladiari & occidi non meruent: nemo erit, qui terræ sanctæ vnueri salis dispendio moueatur: ita Saluatoris sui Iesu Christi gloriam non curantes, & propriam appetentes, his moribus volunt cælum ascendere, quibus Lucifer de cælo prolapsus est. Tibi quid dicam, o perdita ac deserta Ierusalem? Hoc vulnus absidue recens in oculis & in fronte portamus, & dissimulari aut regi nullatenus potest. Aliquantoque facilius damni sarcinam ferimus, quàm pudoris: sic sacra loca Christi ab infidelibus nunc calcantur & possidentur: atque torpentibus Christianis, principalis eorum hereditas, scilicet terra sancta, impune nunc ab Aegyptiaco cane discerpitur, & insulant pedes impij sanctuario Iesu Christi. O si hodie Iulius Cæsar ab inferis remearet, animum illi, quem habuit, potentiamque suam referens, & Christum agnosceret, quàm citò Christo patrimonium suum recuperaret: & non solum terram sanctam, sed Syriam quoque &

Aegyptum Sarracenis auferret, atque ad Christi cultum reduceret, quas terras nunc Aegyptius possidet latro. Idem de Octauiano Imperatore, & Pompeo Scipioneque Africano, & alijs pluribus dici potest: qui veræ fidei luce carentes, pro terrena patria ausi & operati sunt tanta: quantum magis si viuerent, Christianique essent, maiora auderent ac facerent pro æterna. Porro nostri principes in thalamo leonibus fortiores, in campo ceruis timidiores, ora virilia muliebribus animis dehonestant, ad luxuriæ studium animosi. Hæc multoque plura ac duriora scribit præfatus Franciscus, ex cuius verbis & ego tantillus Christi famulus, occasionem sumo hortandi principes Christianos, vt zelo zelentur pro Domino Deo suo Iesu Christo, & eius inflammentur amore ipsius gloriam & honorem præ cunctis huius mundi diuitijs atque delicijs cupientes, quærentes ac promouentes: sicq; intuitu & amore vni geniti Filij Dei Iesu Christi, & propter omnia, quæ ipse pro nostra salute assumpsit, fecit ac pertulit, propter omnia bona, quæ nobis concessit, & propter æternam beatitudinem, quam nobis promisit ac præparauit, principes Christiani, cohortentur, prouocent & inflamment seiplos ad laborandum atque pugnandum, pro recuperatione sancti sepulcri sanctæque terræ: vt sacratissima Christi loca, in quibus nostram operatus est salutem, à Christianis inhabitentur, & libe-

rè visitentur, ac debitè honorentur. O quanta esset eorum beatitudo æterna in cælo, si hoc ipsum fideliter attentarent, atque pro viribus prosequerentur: facta prius stabili pace inter eos, & mente eorum Deo per veram & saluberrimam confessionem reconciliata. Quantum in super angeli sancti omnesque ciues cœlestes, de eorum sancto proposito, virtuoso labore, strenua pugna gauderent, Deum laudarent, pro ipsis orarent: ita quod etiam quamuis fortè principes desiderium suum in adeptione sanctæ terræ exequi & implere non possent, Deus tamen omnipotès & benignus, virtuosum eorum affectum, pro effectu inclyto acceptaret, & æternaliter præmiaret. Cessent igitur contra te inuicem præliari: & rationabiliter pacificati ac confederati, cõtra Christi aduersarios homines infideles, Christianorum hæreditatem possidentes, concorditer, hilariter atque fortissimè prælientur. Ecce hoc opusculum de regimine principum, tuæ excellentiæ editum, dedicatum, itemque oblatum, ò inclyte, deuote ac optime princeps & dux, tam dignanter ac gratè cupio acceptari à tua clementia, quam deuotè & amorosè à mea copulatum est paruitate: ad laudem, gloriam & honorem Regis ac Principis vniuersorum, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

Libri tertij, de vita & regimine principum, finis.

D. DIO.

D. DIONYSII
CARTHUSIANI AD SERENISSIMUM
ROMANORVM IMPERATOREM, CUNCTOSQVE REGES
 & Principes Christianos Epistola Parænetica, eisdem per sacram scripturam & reuelationes eidem diuinitus factas, in hæc nostra respicientes tempora, ad celebrandum generale Concilium, & bellum aduersus Turcam exhortans.

INVICTISSIMO SERENISSIMOQVE ROMANORVM IMPERATORI, vniuersisq; Regibus & Principibus Christianis, ac cæteris illustribus Ducibus, Comitibus, Magnatibus, eorundemque ministris, quidam Religiosus gratiosam directionem Spiritus sancti in consulendo, efficacem processum in exequendo, victoriamq; de hostibus concupitam, obtinendo.



Loriosissime, inuictissime, serenissimeq; D. Imperator, excellentissimique Reges, Duces ac Principes, ceteriq; uiri Catholici, si utriusque Testamenti considerentur scripturæ, & sanctorum Patrum inspiciantur doctrinæ, dubitari non potest, quin tanta Christianorum oppressio à perfidissimis Turcis & Sarracenis, propter Christianorum peccata contigerit. Consulentiibus igitur qualiter infidelibus illis sit resistendum, hoc primò & maxime est necesse, ut de generali & condigna Christiani populi emendatione provideant. Nam, ut communiter fertur, durante & stante causa, stabit & durabit effectus. Si ergo uos ipsi infidelium illorum rabiem tyrannidemq; euadere, immo & uincere peroptatis, hoc primò consulite, ut quicquid offensiuum est Domini Dei uestri, & quicquid iram eius contra nos concitat, ueraciter emendetis tam in uobismet ipsis, quam in subditis uestris, eis potissimè, qui uobiscum sunt pugnaturi. Placato enim Domino Deo uestro, & eo uobis reconciliato atque fauente, poteritis hostibus eius ac uestris prosperè præualere. Eo autem uobis (quod absit) irascente & indignante propter uestra ac subditorum uestrorum facinora, qualiter triumphare ualebitis? Dominus & Saluator noster Vnigenitus Patris æterni, sacratissimam fidem & immaculatissimam Euangelicam legem, quas primò proprio ore, deinde per sanctos Apostolos in hoc mundo edocuit, per uitiosos & impios Christianos, nomine Christianitatis indignos, Christiana q; fidei inimicos & Euangelicæ legi rebelles, defendere, exaltare, diffundere non dignatur. Immo propter tales, Ecclesiam iusto permittit iudicio opprimi & uastari, quemadmodum, heu, heu, heu, experientia modò pandit. Itaque quoniam de his, quæ statum, causam & euentum Ecclesiæ Dei concernunt, aliqua mihi (quamuis pro-

ius indigno) per reuelationem supernisericordissimi Spiritus sancti ostensa sunt, prout infra tangetur, hac ipsa uestris dominationibus preinclytis motus sum scribere. Quae si dignanter acceperitis, & iuxta ea feceritis, Dominus erit uobiscum: Si quo minus, Dominus non pugnabit pro uobis.

Quod propter peccata hominum fiunt permutationes regnorum, ita quod omnium iustissimus Iudex Deus, punit peccata vnus regni per aliud. **Articulus I.**



Deus vnuerstatis Creator, mundū quē cōdidit, regit, & gen^o disponit humanū, quēadmodū ait scriptura: Abfit à Deo impietas, & ab omni potēte iniquitas. Opus em̄ hominis reddet ei & iuxta vias singulorū restituet. Quē em̄ cōstituit aliū super terrā: aut quē posuit sup orbē, quē fabricat^o est: nunc in ecclesiast. scriptū est: Regnū à gēte in gentē trās fertur ppter iniustitias & iniurias & cōtumelias & diuersos dolos. Kurus quoq; ait scriptura: Balteū Regū dissoluit De^o, & p̄cēgit funes eorū. Hoc si quidē efficit Deus, quādo reges ac principes propter eorū peccata, superari & irreuerēter tractari permittit. Hinc est illud Danielis Prophetae dictū: Sit nomē Dñi benedictū, qm̄ ipse mutat tēpora & aetates, trās fert regna atq; cōstituit. De hac re in eodē daniēle, Zacharia, ezechiele, ieremia, ceterisq; Prophetis multa legūtur. nabucho donofor quoque Rex pōtentissimus virgam Dei in seipso expertus, confessus est: iuxta voluntatem suam facit Altissimus, tā in virtutibus cœli, quā in habitatoribus terræ. Et iterum: Videbam, inquit, in visione, & ecce vigil & sanctus de cœlo descendit, clamauitque fortiter: In sententia vigillum decretum est, & sermo sanctorum est, & petitio, donec cognoscant viuentes, quoniam dominatur excelsus in regno hominum, & cuiusque voluerit dabit illud, & humilimū hominē cōstituet super illud. Ita que vnus princeps cum populo suo frequēter est flagellum & baculus Dei ad puniendum peccata alterius principis, subditorūque eius, prout per Esaiam Dominus de rege Assyriorum testatur: Virga furoris mei & baculus ipse est. Propterea in libro Prouerborum Salomon loquitur: Iustitia eleuat gentem, miserō facit populos peccatum. Ad stabilem verō subsistentiam principatum & regnorum, præcipuē confert iustitia regum & principum, vt Salomon rursus fatetur: Aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius. Constat

Iob. 34.

Eccl. 10.

Iob. 12.

Daniel. 2.

Esai. 10.

Prouerb. 14.

Prouerb. 25.

ergo, peccata Christianorum per infideles puniri, sicut in veteri Testamento excelsus Israēliticæ plebis, per Chaldæos, Assyrios, Philistæos, Madianitas, Ammonitas, & Chanaanæos secundum diuinę censuram iustitię puniebantur, quemadmodum ex libro Iudicum, librisque Regum ac Paralipomenon comprobatur. De hoc in libro de Ciuitate Dei diuise loquitur Augustinus, Gregorius quoque in Moralibus super Iob. Vnde & Maximus ait Episcopus in quodam Sermone: Vitiosi mores & vita peruersa ampla itinera barbaris nationibus in exitium cōmunis salutis aperit. Hi mores plebem Dei inimicis gentibus misere seruitutis iugo adducunt. Hi mores armatos dissipant populos, & munitas diruunt ciuitates. Et quid plura? Quicquid potentia, quicquid virium videmus in hostibus, corruptione vite nostræ ac nostra prauitate nutrit. Et inde est, quod nihil fusa ad Deum supplicatione proficimus, quonia inaccessibiliter impijs prauisque desiderijs in heremus, nec corda nostra integre atque fideliter Domino præparamus.

Augustinus, Gregorius, Maximus.

Quod in bellis uictoria sit à Deo speranda & postulanda. **Articulus II.**



Christus in Euangelio apertissimè docet, prouidētia Patris cœlestis vsq; ad minima quæque pertinere, intantum, vt dicat: Nōne duo passerēs asse uenūt, & vnus nō cadit ex illis super terrā sine Patre vestro: Quę sententia apud Lucā ita exprimitur: Nōne quinque passerēs uenūt dipōdio, & vnus ex illis nō est in obliuione corā deo? Si igitur vnus passer non cadit super terram, id est, uēditus nō occiditur absq; dispositiōe prouidētia Dei Patris, quātō magis credi oportet, in bello nō cadere hominē quenq; sine prouidentia Creatoris? Et istud intātū est uerū, vt hi quoque, qui improuisē atq; fortuitū occidūtur, à Deo in manus occidentiū tradi in scripturis dicātur. Scriptū est nāq;: Qui percusserit hominē, uolēs occidere, morte moriat. Qui aut nō est ei insidiatus, sed deus illū tradidit in manus eius, cōstituat tibi locū in quo fuge

Matth. 10.

Luc. 11.

Exod. 21.

re debeat. Triūph^o ergo in prælio cōfertur à deo secūdū moderamē & ordinē prouidētia eius, non sine iusta ac rationabili causa, quāuis illa frequēter hominibus sit ignota. Hinc Salomō dixit: equ^o paratur ad diē belli, Dñs aut salutē tribuet. Secūdo quoq; Paralipomenō vnus Prophetarū ait ad aegē lu da: Si putas in robore exercitus bella cōsistere, superari faciet te Dñs ab hostib^o tuis. Dei quippe superare & adiuuare est, & in fugam cōuertere. Idcirco primo Regū nobilis ille Ionathas fassus est: Nō est Dñs difficile, saluare, vel in multis, vel in paucis. Deniq; Asa Rex, cuius cor perfectū fuit cū Deo suo, pugnaturus cōtra Aethiopes, dixit: Dñe, nō est apud te vlla distātia, vtrū in paucis auxiliariis, an in pluribus. Veritatem hęc & cōsimilia nō sunt ita intelligenda, quāsi præliaturi nō debeāt facere quod in ipsis est, id est, quicquid possunt modo humano, immo cū omni diligētia atq; industria eis possibili preparare se debēt, ne sint quāsi homines Deū tentātes. Itaq; patet q̄ grauius peccēt, qui præliaturi, totā spē ponūt in multitudine armatorū, atq; in propria potestate & arte, adiutorijs industrijsque humanis, quāsi Rex mūdi omnipotens nō dispēset ac moderetur exit^o præliorū. Sic itaq; o inclyti principes ac viri fideles, sic in quā, cōsulite de modo resistēdi ac præliandi aduersus perfidos & iniquos, vt tota spes uestra cum omni humilitate & magnanimitate firmissimè stabilitur in Deo, omni præsumptiōe exclusā. Incōprehēnsibilis etenim deus, qui solus ad libitū suū instātaneē immutat, cōfortat, debilitat, obstruēfacit corda humana, & quocūq; voluerit vertit ea, in ipso congressu varijs modis afficit & immutat pugnantiū corda, iuxta eorū merita vel demerita euidentia vel occulta. Quod nisi sic esset, incredibiles essent historię præliorū multorū, quæ in sacris recitantur scripturis. Vt ergo, o principes gloriosi, mereamini in prælijs cōtra aduersarios fidei felicitate triūphare, imprimis fatagite pacē habere cū deo, implēdo quicquid ipse à vobis requirit: & quicquid perperā actū est, idoneē emēdādo.

2. PAR. 21.

1. PAR. 22.

1. PAR. 22.

1. PAR. 22.

1. PAR. 22.

Quod necesse sit, eo potissimum tempore, cum omni diligentia & conatu absque dilatione, communi emendationi ac reformationi insistere ac studere. **Artic. III.**



Non iam probare, sed deplorare oportet, quod tam summè necessarium nunc sit, vt vnuerfus populus Christianus à summo vsq; ad infimū cū omni anisū, seruore ac vigilātia se emēdet: neq; Ecclesia nō solū ab inuisibilib^o hostibus, sed à

perfidissimis quoq; Machumeti cultorib^o tā miserabiliter sit calcata, & (quod sanguine deflētū est lachrymis) nūc quatuor patriarchales ecclesię ab illis vastatę sunt. Qui & psumūt se romanā quoq; Ecclesiā, ac Romanū imperiū suę ditiōi subiecturos. Et certē tāta est modō Occidentalis huius ecclesię deformatio ac ruina, tāta Christiani populi huius vitiositas atq; corruptio, vt de grādi periculo, strage ingenti, deiectioneq; maxima nō mediocriter sit uerētū, nisi ecclesia ea uehemēter se corrigat, Christianusq; popul^o, potissimè prælati cū clero, ac principes & officiatī eorū se in oibus dignē reformēt. Denique tēpore magni Caroli regis, uidelicet ante sexcētos annos aut circiter, Sarraceni Hispaniā, Frāciā, atq; Germaniā impleuerūt. Et quāuis ipse Rex Carolus fuerit sanct^o vir, ac fortissimus, immo leōibus fortiores & aqualis velociōres palatinos, barones, milites ac pugnatōres habuerit, copiosissimos quoq; exercitus bellatorū, atamē fatis sudare coact^o est, & nō nisi laboriosissimè per diuerfa bella eaq; acerrima potuit expugnare ac pelere perfidos illos. Immo nisi de^o supernaturaliter illi affuisset, aut uix, aut non potuisset hoc ipsum. Tādē uerō deo auxiliāte, triūphis nobilib^o ipsos oppressit, sicut nō solū fertur in Speculo historiali, sed & notor ille præcipu^o Gulielmus Parisien. refert in lib. de fide & legib. Hęc tāgo, nō vt Christianos perterrea, uerū vt auferentur & difficultatē perpendāt negotij: sicq; efficacitūs se emēdēt, & gratiosissimū Christi auxiliū instātū obtinere cōtētur. Præterea sanctus testatur Hieronym^o, q̄ romanis adhuc idololatriis, deus monarchiā cōcessit ppter eorū virtutes. Quod si quærat, qualiter idololatriis illis poterāt inesse virtutes, dicendū q̄ virtutes naturales & acquisite habebāt. Si ergo virtutes huiusmodi inerāt illis idololatriis, multō pl^o possunt Sarracenis, tanq̄ vn^o dei cultoribus qualibuscūq; inesse. Quas eorū virtutes nō in præfenti dūtaxat remunerat, cū non sine virtutes meritorie & infulg. Sicque propter eas cōcedit eis iustissim^o omniū Iudex quādā interdū tēporales uictorias, etiā cōtra infideles. Idcirco ad expugnādū Sarracenos specialiter necessarius est Christianis fauor & assilientia Dei. Quos qualiter obtinebunt, nisi iuxta Euangelicę legis tenorem Omnipotenti uerē obediunt.

2. REG. 2.

Hieronym^o.

Qualiter procedendū sit modō ad præactā emendationem condignam, reformationemq; generalē totius Ecclesię seu populi Christiani. **Articulus IIII.**

4. Reg. 22.



Legitur quarto lib. Regū, quemadmodum optimus Rex Iosias scidit præ dolore vestimēta sua, cum ex auditione lectionis libri legis Moisaicæ considerasset, quam grauer patres sui ac populus regni sui neum offenderant: & metuens iram dei, misit superiores sui palatii ad Oldam Prophetissam, ad consulendum per eam Dominum de futuris euentibus. Cumq; ex responsione sanctę sceminę audisset, quanta aduersa imminerent regno suo, nõ desperauit de uenia: sed confestim misit & vocauit ad se vniuersos senes Iuda atque Hierusalem, ascenditq; cū eis & cum sacerdotibus & Prophetis in templum Dei, stetitq; rex supra gradum, & fœdus percussit coram Domino, vt ambulet tam ipse quam vniuersus populus eius post Dominum, vt custodirent præcepta & testimonia in omni corde, & in tota anima sua. Deinde sanctus Rex ille, omni dilatione postposita, cum ingenti feruore emundauit totum regnum ac populum suum à sordib; & peccatis patrum suorum, & generalem reformationem fecit in omnibus. Iuxta hunc modum esset nunc procedendum. Quoniam itaq; tam vastitatem Ecclesię iam illatam, q̄ imminet, Deus per diuersos viros virtutum, immo & per scēmas sanctas iam dudum euidenter multifarieq; prædixit, & nūc vsq; imminetia minatur aduersa: quid restat, quid vobis ò in clyti principes ac viri catholici restat & incumbit agendum, nisi vt omnes pariter intretis Ecclesiã, & misericordiã Creatoris deuotissimè inuocetis? Ne inde omni morã abiecta, procuretis generalem fieri synodum, & vniuersale celebrati concilium: in quo de emendatione idonea, de reformatione condigna, in omni gradu, statu & ordine Ecclesiastico sapientissimè pertractetur, diligentissimè provideatur, & efficacissimè ordinetur, qualiter omnia executioni mandentur. Postremò, quàmuis à diuersis diuersimodè assignetur partes prudentię, illa tamen assignatio Tuiliij secundo Rhetoricę, facilior & huic proposito aptior reputatur, qua ponit tres esse prudentię partes, videlicet memoriã præteritorum, intelligentiam præsentium, & providentiam futurorum. Cumq; consilium sit actus prudentię, hoc ad generalis forum concilij potissimè pertinet, ex memorijs præteritorum, ex consideratione rerum præsentium, & item ex providentia eorum, quę possunt acciderẽ, vtpotè ex lectionib; historialium speculorum & chronicarum, immo & sacrę scripturę, viuacissimè intueri, ponderare ac

Cicero vniuersę partes

diffinire, qualiter contra perfidos sit pugnandum, qualiter insidiaria pericula sint vitanda, quomodo pugnantibus contra infideles esset quotidie succurrendum, quomodo etiam pro eisdem & pro communi reformatione populi Christiani vbique; in omni regno, prouincia, vrbe ac pago, & particulari Ecclesia faciendę essent ab omni plebe Christianifideles processiones, orationes, abstinentię, vigilię, disciplinę & celebrationes pro præstantibus contra incredulos, & pro omni reformatione Ecclesię. Sicq; celebratio synodi generalis necessaria ac vtilissima esset, tã pro reformatione ipsã totius Ecclesię, quam pro prospero Christianorū principum contra infideles triumpho.

Quam multa & graua mala orta iam sint, & quotidiè in Ecclesia oriuntur, ex negligentia & dilatione celebrandi concilii generalis. Articulus V.



Uam salubris & fructuosa est frequens atq; legitima generalium celebratio conciliorum, tam noticia & damnoa est omisio eorundem. Et hoc experiẽtia docet quotidie. Hinc reuerendus pater & doctor præcipuus dominus Petrus de Aliaco ait in libro suo de Reformatione Ecclesię: In Toletano concilio legitur: Nihil penè mores disciplinę ab Ecclesia Christi magis expellit, quam negligentia sacerdotum & præfulum: qui contemptis canonibus, ad corrigendos Ecclesiasticos mores, synodos facere negligit. Item scribit ibidẽ: Experiẽtia docet, quòd propter defectum conciliorum, maximè generalium, quę sola audacter & intrepidè possunt omnes corrigere, mala, quę vniuersalem tanguant & concernunt Ecclesiã, diu manserunt incorrecta & impunita: adeoq; creuerunt & inueterata sunt, quòd tandem multa iniusta sub prætextu fidei & corruptę cõsuetudinis licita reputantur, ita quòd multi suspicantur, quòd hæc tam diu dissimulauerit Romana Ecclesia, & super his facere neglexerit concilia, vt possit ad suã libitū voluntatis amplius dominari, aliarumque Ecclesiarum iura liberisq; usurpare. Ob cuius diffinię expurgationem, tenemur su per congregationem conciliorum generalium & prouincialium providere, præsertim cum sanctissima illa Petri & aliorum Apostolorum curia legatur in Actibus Apostolorum quatuor concilia celebrasse. Insuper ait hic Doctor, qui fuit in his valde expertus, vtpotè curiæ romanę Cardinalis: Sunt aliqui

remuã

Adu. 21.

aliqui casus in Ecclesia necessariò reformandi, in quibus non potest commodiùs quam per generale conciliũm provideri, videlicet primò de reformatione Romanę Ecclesię, quę necessaria est, nec aptiùs quam per generale conciliũm fieri potest. Idcirco nõ debet respuere ab ipso concilio reformari, neinde reformatio totius corporis Ecclesię. Et specialiter providendum esset contra Saracenos & alios infideles, Christianitatẽ acriter impugnantes. Insuper Doctor iste testat, quòd duę sunt causę speciales, propter quas propterandum est ad celebrandum generale conciliũm: Vna, vt in generali provideatur concilio de aptiori modo subueniendi Gręcis contra Saracenos, ne Gręcorū Imperiũ à Saracenis iam penè destructũ, omninò ab eis destruat, & ne Saraceni destructo Regno Gręcorum, in uadant Romanum Imperium & regnum Italię. Alia causa est, vt in concilio generali provideatur de modo recuperandi sanctum sepulchrum, atq; vt subueniatur fidelibus, qui inter Saracenos & prope eos morantur, atque ab eis inhumaniter opprimuntur. Præterea aduertendum, quòd Doctor iste hæc scripsit in Constantiensi Concilio, quòd verè & sapienter hæc scripserit, iam pro dolor experientia pandit. Nunc enim Metropolis illa Gręcorum, vrbs Constantinopolis, cum diuersis vrbibus suis, à perfidis ac impijs illis vastata est. Quòd si iuxta decreta Constantiensis & Basiliensis conciliorũ fuissent interim celebrata concilia sancta, prouisum fuisset in eis de Gręcorũ subsidio: nec regnum eorum esset sic dissipatum, nec patriarchalis ciuitas illa sic esset perdita. Hinc vehementer timendum est illis, ex quorum culpa contingit interim omisio celebrationis conciliorum sacrorũ, ne & tanta mala illa præfata, imputetur eis à Deo, immo omnium omisio bonorum, quę orta & consecuta fuissent ex sacrorum celebrationibus conciliorum. Nam & Constantiensis concilij decretum fatetur: Frequens generalium conciliorum celebratio, agri dominici est cultura: quę vepres & spinas & tribulos hæresum, scismatum & errorum extirpat, excessus corrigit, deformata reformat, & vineam Domini ad frugem vberime fertilitatis perducit: illorũ verò neglectio, præmissa mala disseminat atque fouet. Hęc, ò gloriosi ac inclyti principes & viri Catholici, scribo, quatenus à Domino nostro sanctissimo Domino Apostolico concorditer ac celeriter obtineatis cõuocationem ac celebrationem generalis concilij, per quod diuinam propitiationem ac clementissimam

opem contra aduersarios Dei mereamini obtinere.

Quam uehementer reformatio Ecclesiastici status seu cleri, prodeset bono regimini ac saluti secularium principum, eorum, qui eis sunt subiecti. Articulus VI.



Vplici iure ac gladio Ecclesia gubernatur, vtpotè ciuili ac spirituali. Porro proximus finis iuris ciuilis ac secularis regiminis est, conuersatio secularium hominum atq; concilium pacifica inter se & etiã ad extraneos, ac ciuilitate iusta. Sed quoniam non solum principes Christiani, sed etiã vniuersi Christianifideles actus suos ex spirituali dilectione Dei debent principiare, & ad Dei gloriam & honorem, immo ad æternam beatitudinem trahere, quę agunt, finaliter ordinare, ideo finis vltimatus ac principalis iuris ciuilis ac secularis regiminis ad principes pertinentis, est honorificentia Dei, & vera atq; æterna felicitas tam ipsorum principum, quam subditorum suorum, quemadmodũ de hac materia plenius scribit Hugo de sancto Victore in libro de Sacramentis, & Alexander de Hales super tertium librum Sententiarũ. Sed & sanctus Thomas in Tractatu suo de regimine regum, ac etiã Aegidius in libro suo de Regimine principum. Principes igitur seculares ad huc duplicem finem ordine re tenentur, & meritò debent totam suam præsentiam, potestatem, conuersationem & occupationem, & summè studiosi atque solliciti esse, vt hoc modo impleant debitum sui officij, quia & ipsi ministri sunt, quemadmodum & spirituales prælati, subditorum suorum: & pro ipsis corã Deo reddituri sunt rationẽ, quantum ad ea, quę ad eorũ spectant officia. At verò ad hoc, quòd principes indocere queat subditos suos ad finem præfatũ, hoc est, ad conuersationẽ ciuilitate iustam, itemq; pacificã, maximè prodest, quòd ipsi vulgares ac seculares verbo & opere instruantur ac adificentur à spiritualibus suis prælati, & à prædicatorib; ac religiosi & clericis. Immo ex tali secularium informatione & edificatione à clero, ipsi seculares inducuntur ab bonos mores, ad obediendum quoq; humiliter suis principibus, & eorũ officiatu ciuilibusq; rectoribus. Hinc principes seculares debet esse solliciti de reformatione Ecclesiastici status, & virtuosa ac exemplari conuersatione eorum, qui spiritualiter præfunt ac prædicant: non quòd principes seculares debeant attendere ad hoc per modum

Hugo victor

22. reb. 331

coactio

coactionis, aut per inflectionem poenarum, quoniam auctoritatem & iurisdictionem non habent super Ecclesiasticum statum seu clerum, sed econuerso: sed ad hoc tendere debent, quantum ad eorum pertinet statum, instando & procurando, ut hi, quibus ex officio incumbit facere & conseruare reformationem praetam, virtuosamq; conuersionem in clero & Ecclesiastico statu, id faciant: & praesertim instando & procurando, ut generalia concilia tempore opportuno, sicut institutum est, celebrentur. Denique propter aliam multas rationabiles, saluberrimas ac pijsimas causas, hoc facere debent: ut potest, quatenus coram Deo fiant participes vniuersorum bonorum, quae ex legitimis conciliorum celebrationibus eueniret, ut respublica magis prosperetur & crescat: ut item religiosi & sacerdotes ac clerici reformati, efficacius orent pro ipsis ac politijs ipsorum. Et quonia tantum plus decet ipsos sic laborare pro communi & debita Dei honoratione, ac subditorum suorum, immo & omnium reformatione, quantum plus obligantur Deum, ac subditos suos diligere, & quod plura atq; maiora à Deo beneficia sunt sortiti, ut etiã per hoc abundantiora à Deo opem, gratiam ac triumphum adipiscantur. Itaq; ex his saluberrimis & tam necessarijs causis modo indilate à principes satagite, ut generale conciliũ legitimè celebretur, quatenus Deus reconcilietur populo Christiano, cui vehementer iratus est, & salubre vobis impendat auxilium contra Christianae religionis impugnatores.

Quam uirtuosi & iusti esse debeant principes Christiani. Articulus VII.

Quemadmodum in Ecclesiastico statu vnusquisq; praetatus debet esse tantum in omni virtute perfectior, quantum in dignitate praetatica extat sublimior: ita in statu ciuili vnusquisque princeps tantum debet prudentia atque virtutibus praesulgere, quantum se conspicit pluribus praesidere, & excellentioris dignitatis existere. Alioquin qualiter erit idoneus alios efficaciter gubernare, ad iustam atque pacificam conuersionem inducere, & iusta proferre iudicia, etiam in intricatis & arduis causis? Denique, quemadmodum sancti patres Ambrosius Basilisq; fatentur, qui in eisdem aut maioribus sunt peccatis, indigni sunt alios reos diiudicare. Princeps ergo quod plures iudicare habuerit, eò à vitijs purior erit: immo omnium subditorum vitijs oportet eum carere, qui de omnibus

eorum excessibus habet discernere. Insuper subditi ad principis sui iudicium, tanquam ad quandam indeuicibilem confugiunt rigulam. Ideo principem oportet esse iustissimum immobiliterque constantem in omni aequitate ac veritate. Propter quod etiam Aristoteles dixit, quod princeps & iudex debet esse quasi uia lex ac animata iustitia. Hinc sapientes dixerunt, quod princeps est euius datus Dei imago in terra. Et ita se habere debet in regni gubernatione seu territorij sui, sicut se habet Deus omnipotens in regimine vniuersorum. Ob hoc quoque ait Aegidius. Quantum quis altior est princeps, tantum alios excellere debet in dignitate conuersionis & magnitudine bonitatis. Et denuò: Principis, inquit, status requirit, ut sit conformior Deo per sapientiam & virtutes, quam subditi eius. Nam virtutes habere debet secundum perfectum gradum virtutum, ut potest virtutes heroicas. Ex quibus concludit, quod princeps debeat esse supra hominem: & omnino diuinus, immo & semi deus: quatenus, quantum cunctis; subditi eius à via virtutum recesserint, ipse iugiter in recto rationis iudicio, in obseruatione iustitiae, in vera prudentia stabilitate perseueret. Absistergo à principe Christiano omnis incontinentia, omnis intemperantia, auaritia, torpor, elatio. Hec à principes gloriosi tanguntur, ut vnusquisque vestrum conscientiam suam plenè discutat: sicq; animam armet, vestiat ac perornet virtutibus contra inuisibiles hostes, sicut corpus suum munit armis contra hostes visibiles. Periculosum est principi, ad bellum procedere, quantum obnoxius est alicui euidenti latentique crimini. Veruntamen multae abusiones, vanitates, crudelitates, carnalitates, negligetiae, cupiditates, iniustitiae, pompitates nunc, pro dolor, regnant in quibusdam principibus eorumq; officiat, à quibus omnibus nisi se ipsos & suos officiat purgare & emendare studuerint, adiutorio Dei erunt indigni: nec erit expediens iustis principibus, tales iniustos secum habere. Nec cessaria ergo & saluberrima esset nunc celebratio generalis concilij, in quo de omnium horum emendatione ac reformatione communi diligentissimè tractaretur ac prouideretur.

Quam periculosum sit, homines sceleratos habere in exercitu. Articulus VIII.

Egitur in libro Iosue, qualiter filij Israel misi à Iosue ad demoliendum urbem Hai, in fuga conuersi sunt, & triginta sex ex eis corruerunt.

auerint. Et hoc propter transgressionem vnius eorum, videlicet propter excessum Achan, qui contra Dei preceptum aliquid ex diuitijs Hiericho fuit furatus. Cumque sanctus vir Iosue principes Israeliticæ plebis, visa suorum fuga ac strage, cecidisset pronus in terram, inuocans Dominum, Dominus dixit ad eum: Peccauit Israel, nec poterit stare ante hostes suos, nec ero vltra vobiscum, donec coteratis eum, qui huius sceleris reus est. Ecce quod propter vnus viri transgressionem Deus permisit tantum turbari exercitum, eosq; fugere, & quosdam occidi. Insuper in libro Deuter. narratur, quod dum filij Ruben & Gad petissent rem quandam à Mose, quæ prima facie videbatur irrationabiliter postulari, sanctus Moses dixit ad illos: Vos surrexistis pro patribus vestris incrementa & alumni hominum peccatorum, ut auereretis furorẽ Domini contra Israel. Quod si nolueritis sequi Dominum, in solitudine populum derelinquet, & vos causa eritis necis omnium. Amplius in lib. Iosue Phinees ait ad quosdam ex Israel: Vos hodie dereliquistis Dominum, & cras in vniuersum Israel ira eius desequiet. Nonne Achan filius Zaræ præterijt mandatum Domini, & super omnem populum Israel ira eius incubuit? Et ille erat vnus homo: atq; vtinã solus perisset in scelere suo. Qualiter autem istud congruat sapientia Dei, nec derogat diuinæ iustitiae, Doctores suis in libris declarant: nec breuitas, cui nunc studeo, finit hoc in praetiarum recitari. Præterea, quomodo periculosum sit principi, impios in suo habere exercitu adiutores, constat ex eo, quod 2. lib. Paral. fertur: Cum enim Amasias Rex Iudae præliaturus contra Idumæos, conduxisset de Israel centum millia robustorum, venit ad illum homo Dei, & ait: O Rex, ne egrediatur tecum exercitus Israel. Non enim est Dominus cum Israel. Præterea, sicut periculosum est principi impios habere in suo exercitu, ita & exercitui valde periculosum est, principem habere, sequi & adiuuare iniustum. Vnde dum Achaz rex Iudae peccasset grauissimè, & pugnaret contra regem Israel, interfecit ipse rex Israel de exercitu achaz centum viginti millia pugnatorum in die vna. Sic & 4. lib. Regum conscriptum est, quemadmodum propter blasphemias Sennacherib regis Assyriorum, Angelus Dei percussit in castris eius centum octoginta quinque millia virorum in vna hora. Hec tango, ut principes Christiani reddant solliciti de reformatione & iustificatione subditorum suorum, praesertim dum cum eis ad praelia sunt iuri: nec sceleratos homines

in adiutorium scienter assumant, & item vt subditi de virtuositate principis sui sint solliciti, omnesq; pariter induant iustitiam, & omni virtute se arment. Nunc quoque potissime, o illustrissimi principes Christiani, contra perfidos congressuri, imprimis curetis vos ipsos & vniuersos vobis subditos reformare, quod per celebrationem generalis concilij poterit aptius adimpleri.

Cur iustus ac sapiens Deus frequenter permittat in bellis impios, iniustam causam & prauam intentionem habentes, praevalere hominibus iustis, iustam causam & rectam intentionem tenentibus. Articulus IX.



Mouere quempiam potest, quia si omnia diuinæ prouidentiae sunt subiecta, & si praemia hominibus disponuntur ab eo, qualiter possit accidere, quod perfidi Sarraceni & alij vitiosi frequenter in bellis praeualeant Christianis bonis & iustis, pro Christianae fidei defensione & equitatis ratione pugnantibus. Non enim videtur sancto & supersapientissimo prouisorio competere, ut impiorum manus confortet, & eis largiatur victoriam contra fideles & iustos. Ad quod respondendum, quod quauis iudicia Dei incomprehensibilia sint, & frequenter valde occulta, semper tamè verissimè iusta sunt & rationabilia valde. Quocirca pensandum, quod Deus in praesenti vita electos & bonos exercet, castigat & purgat per reprobos & iniquos: sicq; interdum permittit impios praeualere electis & bonis, vel propter grauiorẽ impiorum damnationem, vel propter electorum atq; iustorum beatitudinem ampliorem: vel quoniam impij aliquid boni ex genere perpetraverunt, quod Deus in eis remunerat per temporalem victoriam: vel quoniam electi & boni in aliquibus sunt culpabiles, propter quos Deus per impios castigat eos, in vita hac purgat, ut in aeternum saluentur: vel quia expedit bonis mori in bello: quoniam si praeualerent sine euaderent, deinceps peccarent & grauius periret. Denique omnia ista ex sacris probantur scripturis, in quibus omnium horum multa habemus exempla. Nempè in libro Iudicum legitur, quod cum filij Benjamin perpetrassent grauissimum scelus, ceteri filij Israel zelo iustitiae moti, ad vlciscendum facinus tantum processerunt contra filios Benjamin ad certamen. Egressiq; filij Benjamin, occiderunt de filiis Israel viginti duo millia. Altera die occiderunt de filiis Israel decem & octo millia, cum ta-

cum tamen filij Benjamin non fuissent nisi viginti quinque; millia & septingenti, filiorumque Israel fuissent millia quadringenta. Immo, quod mirabilis est, non obstante quod ante primum congressum filij Israel consulerunt Dominum, dicentes: Quis erit in exercitu nostro princeps certaminis contra filios Benjamin? Et Dominus ait: Iudas fit dux vester. Ante secundum quoque congressum fleuerunt coram Deo, & consulerunt eum, dicentes: Debeo ultra procedere ad dimicandum contra filios Benjamin fratres meos, an non? Quibus Deus respondit: Ascendite ad eos, & inite certamen. Ecce in praelio illo tam iusto iusti filij Israel bis occubuerunt & praeluerunt impij Benjamin, iniustissimam causam habentes, cum tamen ex diuina commissione & instructione filij Israel inissent certamen. Cur hoc? Non utiq; absq; iusta causa. Vna siquidem causa in textu libri tangitur allegati, quia videlicet filij Israel maiores fortitudine & numero, confidebant in viribus & multitudine sui exercitus, non satis pure in Deo. Quo constat, quod Christiani contra aduersarios pugnant, quantumlibet multi ac robusti consistant, tamen in Deo principaliter debet sperare. Alia praeferat occubitus filiorum Israel causa, a Doctoribus assignatur, quoniam filij Israel aliunde fuerunt culpabiles, utpote negligentes, non vlcisendo iniuriam Dei in tribu Dan: quae iam ante ad idolatriam declinavit, adorans idolum Michae, prout in libro iudicum describitur. Ex his quoq; ostenditur, quod Christiani deiles nequaquam diffidentes aut pusillanimes fieri debent, si interdum in praelijs contra infideles succumbant: sed semel victi, instar filiorum Israel coram Domino plorent, ieiunent, & Dominum consulant, id est, iuxta sapientum ac sanctorum virosum consilium ac doctrinam vires resument, ac fortiter congregiantur. Nam & filij Israel, qui (vt tactu est) bis succubuerunt, in tertio congressu filios Benjamin prorsus vicerunt. Amplius in Esai, & quarto libro Regum describitur, qualiter Senna cherib rex superbus & blasphemus, regnum Ezechiae regis sancti vastauit, & omnes vrbes eius, dempta Hierusalé, obtinuit. Sed quia Ezechias Rex virtuosus, & Esaias Propheta non cessauerunt clamare ad Dominum: paulo post totus exercitus impijssimi Regis illius ab angelo est occisus, decem viris exceptis. Praeterea per Ezechielem Prophetam Deus promisit Nabuchodonosor Regi regnum Aegypti pro mercede laboris atque obsequij, quibus Deo laborauit ac

deseruiuit cum suo exercitu contra Tyrum. Itaq; ex his patet, quod plene atque sollicitè debeat principes Christiani eorumq; subditi suas examinare conscientias, deplangere culpas, satisfacere Deo, antequam proficiantur ad praelium, praesertim contra perfidos Saracenos.

Quam promptè, audacter, magnanimitè & iucunde debeant principes Christiani & eorum ministri procedere ad pugnandum contra Turcas & Saracenos.

Articulus X.



Quamuis iuxta praehabita, principes Christiani debeant in omni virtute esse perfecti, aliqua tamen virtutes ad eos specialiter pertinent: quarum vna est iustitia, vel (vt asserit Augustinus) amor boni communis, ita vt bonum commune defensionem reipublicae, & praesertim tuitionem fidei Christianae atq; Ecclesiae, concordiae affectu praefertant proprijs commodis, immo & propriae vitae. Sicq; paratissimi sint ad pugnandum & laborandum. Immo & ad moriendum pro causa iusta: atque cum fortissimo Iuda Machabeo cohortantes se, dicant: Accingimini & estote viri potentes: quoniam melius est nobis mori in bello, quam videre mala gentis nostrae & sancti. Sicut fuerit voluntas in caelo, sic fiat. Secunda virtutum illarum est fortitudo, prout est virtus cardinalis, per quam timor circa pericula mortis refrenatur, & imperterrito animo ad praelium proceditur, viriliterque pugnatur. Cum ergo nulla sit dignior atq; salubrior pugnandi causa, quam defensio fidei Christianae, infidelibusq; resistere, clucescit, quod principes & populi Christiani debeant securo ac fortissimo animo contra perfidos congregari. Tertia illarum virtutum est liberalitas: quoniam in huiusmodi causis nequaquam diuitiarum expansio est vitanda. Quarta est magnanimitas. Principis namq; potissimum est, animum habere paratum ad arduos actus, praecipue commendabiles & magnis honoribus dignos: quales sunt, pro bono communi, pro fidei promotione, pro defensione Ecclesiae praeliari ac laborare. Quinta est prudentia, quae & in bellicis rebus summè necessaria est, vt ordinate omnia disponantur. Immo prudentia est virtus nobilior quam fortitudo. Et (vt ait scriptura) melior est prudentia, quam vires. Quum igitur iuxta praedicta debeant principes praetactas habere virtutes secundum gradum supremum, constat, quod cum omni

promptitudine, fortitudine, magnanimitate, prudentia & iucunditate debeant inire certamina contra fidei inimicos. Immo ad hoc eos potissimum debet accendere amor Christi, qui pro eis sanguinem fudit. Pro quo si milles sanguinem fuissent, nihil condignum ei rependerent: quoniam aliud est sanguis Dei, aliud sanguis hominum. Aliud dico, non secundum speciem, sed secundum dignitatem. Nec dignus est Christianus vocari, qui non paratus est pro Christo mori. Praeterea ad idem debet eos mouere magnitudo praemij huius belli, & certitudo salutis morientium in eodem. Quoniam talis congressus martyrio aequipollet, & morientes in eo, sunt martyres Christi. Ex quibus perpenditur, quam reprehensibiles atque damnabiles sunt principes Christiani, qui ad repugnandum infidelibus sunt formidolosi, tardi, parci ac pusillanimes. Tales quippe non dolent vicem Domini sui, qui ad vlcisendas eius iniurias ac blasphemias inueniuntur tam imparati.

Querimonia Christi contra praelatos & principes Christianos. Articulus XI.



ominus noster Iesus Christus conqueritur contra vos, o praelati & principes Christiani, & ait: Ego vnigenitus Patris, tempore diuinitus praordinato de corde Patris veni in vterum virginis, maiestatem meam exinaniui, humanam naturam assumpsit: homo factus, inter homines ambulauit in locis ab aeterno praeelektis, humanae redemptionis mysteria consummaui, viam salutis faciendo & docendo monstraui hominibus. Et cum essem omnium Deus, & infinitis diuitijs plenus, in maxima paupertate & humilitate, in summa continentia & plenissima obedientia, in laboribus atq; doloribus in medio hominum conuersatus sum, tandem acerbissimam & ignominiosissimam mortem pro hominibus pertuli. Sicq; merito meae passionis & pretio sanguinis mei fundauit & aedificauit Ecclesiam meam, quam praelatis & principibus tanquam vicarijs meis commisi ac dimisi regendam, vt eam fouerent, defenderent, exaltarent, & numero auerent ac merito. Quod & quidam praelati ac principes, praesertim in primitiua Ecclesia, diuq; postea diligenter ac fideliter impleuerunt. Nunc vero penè omnia sunt subuersa. Pastores in lupos sunt versi, praelati facti sunt elati, principes precipitatores, Imperator violatori, reges maiores, Domini facti sunt tyranni. Et qui maiores sunt auctori-

tate, magis abundant omni iniquitate. Qui Ecclesiam copiosius & magis aedificare tenentur, eam detestabilius scandalizant & foedant. Qui eam ab inuisibilibus ac visibilibus hostibus tuentur, inuisibilibus hostibus eam polluent ac deuorandam prosterunt: nec a visibilibus perfidis hostibus eam tuentur, immo (quod magis deplorandum est) ipsimet visibiles hostes Ecclesiae sunt effecti, eamq; in locis quampluribus demoliuntur, Christianum sanguinem fundunt, oues Christi dilaniant, vrbes, pagos, fortalitia Christianorum deiciunt, & contra me coniurasse videntur. Ecce quomodo ad perendas animas cooperatores Demonum, ad iutores incredulorum, & amici inimicorum meorum effecti sunt. Quicquid docui, spernunt: quicquid praecipi, transgrediuntur: quicquid feci, huius contrarium operantur, atq; cum sceleratissimis induratissimisq; Iudaeis opere dicunt: Verbum quod locutus est ad nos Dominus Deus noster, non audiemus: sed facientes faciemus omne verbum, quod egreditur de ore nostro. Voluptatibus carnis resoluuntur, rebus terrenis insatiabiliter inhiant, ambitione instar formacis successi sunt. Superbie cornibus eriguntur, obedientie iugum abiciunt, tanquam onagri in deserto ventum attrahunt vanitatis. Sicut vt leones, rapiunt vt falcones, opprimit vt subditos velut vrsi. Pro causa leuissima, pro haereditate paruissima, pro iniuria propria, quamuis permodica, contra se inuicem inflammantur, & concitant pugnas acerimas, multaq; millia subditorum corporali ac spirituali morti exponunt. Porro pro recuperanda haereditate mea atque Ecclesiae, praecipue pro sancta terra reobtinenda, pro sacratissimis locis, in quibus sum incarnatus, natus, conuersatus, locutus, passus, sepultus, nulla aut modica eis est cura. Et nunc meas iniurias, Ecclesiae meae ruinas, exterminia, oppressiones dissimulant, aut non satis attendunt, nec satis celeriter & constanter succurrunt. Veruntamen non de vniuersis praelatis atque principibus ista dico. Sunt quippe nonnulli, qui super his contristantur, qui pro meo zelantur honore, quod in ipsis est, facere sunt parati. Verum hi adeo pauci sunt, vt aliorum comparatione quasi nulli appareant. Quid ergo facturus sum illis, qui a nomine meo Christiani vocantur, & mihi tam grauiter aduersantur? Nunquid merentur, vt me auxiliante, de aduersarijs suis triumphant? Nunquid ero cum eis, nisi poeniteant, nisi se corrigant, nisi mihi subdantur? Hoc igitur eis denuncio, hoc pro-

Rrr testor,

Iudic. 18.

Esai. 36.
4. Reg. 18.

4. Reg. 19.
Ezech. 29.

Hier. 27.
Ezech. 27.

Augustinus

Iob. 24.

Deut. 27.

Hier. 26.

testor, quoniam nisi sic egerint, durissimū in eis-exercebo iudicium, citò & horrendè eis apparebo, & morte pessima interibunt, Occurram eis vt vrsā, diripiā interiora eorum, & consumam eos vt leo. Ecce complo si manus meas super prauitates eorum. Ecce iuravi in sancto meo, quoniam dies venient super eos, & leuabuntur in contis, comprimentur in ollis feruentibus, demergentur in infernalibus puteis, igne sulphureque ardentibus. Nunc igitur ingruentib⁹ calamitatibus tantis, ex corde peniteant, & totis viribus conuertant, vt in præsentī meo fulciant auxilio, & paulò pōst coronentur in cælo.

Querela Ecclesie de filiis suis & plangtus ipsius. Articulus XII.

Ego mater pulchræ dilectionis, ego charitatis visceribus effluēs, vniuersos filios meos syncerissimā affectione cōplector. Sed heu filij mei mihi ingrati sunt, mihi rebelles facti sunt, meq; contempta, contra se inuicem altercantur. Læsiones meas, vulnera, damna & ex terminia mea non desunt. Et quasi non sufficiat eis, quòd ab incredulis sum tam lamentabiliter dimembrata, angustata & minorata, ipsi me impugnant, lædunt, præscindunt. Ego sponsa Dei, mater fidelium, olim toto orbe terrarum diffusa, patriarchalibus sedibus decorata, Asiā, Aphricā, terramque sanctā, Aegyptum, & alia regna multa & magna habui mihi subiecta, quibus omnibus nunc miserabilissimè sum priuata. Ego olim omni charismate Spiritus sancti ornata ac splendida, infideles quotidie per diuersa miracula copiose ad fidem & Euangelicā legē cōuerto: Nunc verò ab infidelib⁹ quotidie vastor. Ego olim regulari religiosorū obseruatiā gloriabar, reclusionē deuotissimarū monialiū resplendebā, exēplari cōuersatione, efficacissima prædicatione quatuor ordinū gdficabar, virtuosa & casta vita in sacris ordinib⁹ cōstitutorū fulgebā. Insuper & optima gubernatione præsulū proficiebā, & ædificabar ex clero. Nunc autē hæc omnia pro maxima parte & quasi totaliter sunt euerfa. Et qui Deū pro populo efficacius orarēt, Deum inhonorant enormiūs. In monasterijs vota solēnia afsidue ac sceleratissimè violant, claustra monialiū scortis patēt. In collegijs obseruatiā penè nulla videt. In sacris constituti ordinib⁹ & plebani, sine refrenatione publicis incontinentijs polluantur, ex quibus plebs simplex ineffabiliter scandalizatur. Præfules secularibus principibus seculariores & carnaliores sunt fa-

Sep. 6. Osee 13.

Amos 14.

2. roc. 21.

cti. In vrbe, vbi totius sanctimonie plenitudo vigeret, maior quàm alibi vitiositas regnat: Quid ergo, o filij, quid restat, & imminet, nisi maior & grauior persecutio & conculcatio mei, immo & vestri? Mei, inquam, propter hæc tot & tanta scelera vestra: nisi nunc meis acquiescatis consilijs, obtemperetis doctrinis, obediatis præceptis. Audite nunc igitur fidelissimam & affectuosissimam matrem vestram, quæ familiari & infallibili directione Spiritus sancti regitur, mouetur, & loquitur vobis. En proferam vobis spiritum meum. Conuenite, o filij, in vnum locum, inite consilium, celebrate synodum sanctam ac generalem, & de communi ac plena emendatione in omni statu, gradu & ordine prouidete. Conuertat se vnusquisq; ab omni malitia, nequitia, & immunditia sua. Nolite differre, nolite dissimulare: quia periculum maius, quàm creditis, in foribus est. Perfidi illi mille dolos contra vos cogitant, & vestrū machinantur interitum. Pensate qualiter fratres vestri in regno Græcorū sunt conculcati, & cauetene similia, aut peiora, vobis contingāt. Oppressis fidelibus subuenite. O quantus dolor me penetrat, dū filios meos cerno ab atrocissimis Turcis & Sarracenis sæuissimè opprimi, quotidie deuorari, in captiuitate redigi, & eorum infantulos ad infidelitū terras transmitti: vt iam decætero non sacratissimam atq; mundissimā: Christi legem, sed sacrilegam, mēdofissimam, ac spurcissimam illius porcini ac fordidissimi Mahumeti legē addiscant & assequant. Ecce iā ad angulū istū Occidentis me redegerūt, & in eo quoque me delere præsumūt. Idcirco sine omni mora reconciliate vobis Dominū Deū vestrū per condignā in omnibus emédationē. Sicq; adepto Dei fauore, & impetrato eius auxilio, cum omni fiducia, magnanimitate, charitate, fortitudine, atq; prudentia, cōtra fidei inimicos procedite & pugnete: & spon sus Ecclesie, Dominus & Saluator Christus, vnigenitus Patris erit vobiscum.

Confirmatio prædictorū ex uerbis & reuelationibus sanctorū, & Catholicorum. Artic. XIII.



Vper Cātica ait electus Dei Bernardus: Serpit hodie putredo & tabes per omne corpus Ecclesie: & quòd latiùs, eò desperatiùs: coque periculosiùs, quòd interiùs. Si nanque insurgeret aperte hæreticus, mitteretur foras, atque arefceret. Si violentus inimicus, absconderet forsitan Ecclesia se ab eo. Nūc verò què eijciet, aut quòd

10hm. 21

Bernardus

Phil. 3.

1. 4. 10.

1. 4. 11.

aut quòd se abscōdet? Omnes amici, & omnes inimici. Omnes necessarij, & omnes aduersarij: Omnes domestici, & nulli pacifici. Omnes quæ sua sunt quærūt. Ministri Chri vocantur, seruiuntq; Antichristo. Honorati in cedit de bonis Domini, qui Dño honorem non deferūt. Olim prædictū est, & nūc tempus impletionis aduenit: Ecce in pace amartudo mea amarissima. Amara in mortibus martyrum, amarior in conflictu hæreticorū: nunc amarissima in moribus domesticorū, id est, in abusonibus & vitijs impiorū Christianorū. Inualuerūt & multiplicati sunt super numerum. Vox plangentis Ecclesie tēpore isto: Filios enutriui & exaltaui, ipsi aut spreuerūt me. Spreuerūt & maculauerūt me, à turpi vita, à turpi quæstu, à turpi commercio. Hinc (vt alibi scribit S. Bernardus) ipsa Ecclesia spiritualiter pauper & inops ac nuda relinquitur, facie miseranda, inculta, hispida, exanguis. Et non est tempore isto spōsam, id est, Ecclesiam ornare, sed spoliare: non custodire, sed perdere: non instruere, sed prostituere. Non est pascere gregem, sed maciare & deuorare. De ista materia in reuelationibus sanctæ Brigittę multa leguntur: Qualiter scilicet Dominus Iesus Christus in præsentia Dei Patris circumstante exercitu Angelorum coram Patre conquestus sit sæpè de vitiosa & scandalosa conuersatione tā prælatorum quàm principum & ministrantium eis, & qualiter Christus maledixerit eis, ac varijs modis districtè iurauerit, vin dicaturum se terribiliter de eisdem. Ad idē multa posse inducere ex dictis Gulielmi Parisiensis in suo Sacramentali. Ex diuersis quoq; tractatibus Domini Petri de Aliaco Cardanalis, & Iohannis Gersonis, Cancellarij Parisiensis, alijsq; diuersis sanctorum ac deuotorum opusculis. Sed quid neccesse est multipliciter ea probare, quæ patent ad oculum? Iam enim ad tam extremam & lamentabilissimā deformationē, ruinā, excationē, & corruptionis consuetudines deuenit Ecclesia, q̄ fornicationes, adulteria, sacrilegia, stupra, & consimilia crimina eorū, qui ceteris spiritualiores & perfectiores esse tenentur, vix attenduntur. De excommunicationibus & præceptis summi Pontificis parum aut nihil à multis curatur, & obedientia quasi totaliter perit in Ecclesia Dei. Quorum omnium præcipua causa est, quòd concilia generalia non celebrantur legitime tempore suo, sicut ab ipsis cōsiliarijs est sancitū. Certumq; est, q̄ quantò nunc plura atque maiora mala ac pericula in Ecclesia vniuersali versantur: tantò maior est cau-

11. 4. 11. c. om. nis Christia. nus. c. nihil. c. vno.

sa, immo neccesitas celebrandi sine dilatione synodum generalem. Per quam tot & tanta fierent bona, quòd Dominus Deus noster reconciliaretur, misereretur & succurreret nobis, saltem in multis, & multò vtique magis quàm aliàs.

Sequuntur tres reuelationes, ei, qui hæc scribit, diuinitus factæ, per quas omnia supra dicta etiam nunc plenius comprobantur.

PRIMA REVELATIO.



Vl dam religiosus in solēnitatē Purificationis beatissimæ virginis in summa Missa, toto conuentu præsentē & inspiciēte, ab exterioribus sensibus alienatus, atque in spiritu factus, & mente ad Dominum raptus, post aliquantulam increatæ lucis ac superbeatissimæ Trinitatis contemplationem, more sibi solito cepit mox totis præcordijs diuinam exorare clementiam pro tota militante Ecclesia, & eius reformatione in omnibus. Cui Dominus maiestatis in visione intellectuali & anagogica statim respondit: Quid vis? & quid oras pro Ecclesia? Et ille: O benignissime me Deus, vt digneris eam pijsimè intueri ac reformare, atque de manibus perfidorum, à quibus nunc crudelissimè deuasatur, erue, ad pristinum quoq; gratiæ decus reducere. Ad hæc Dominus vniuersitati protinus dixit: Ecclesia quasi tota auersa est à me, & deformata: & à summo vsq; ad infimum, à vertice vsq; ad calcaneum, non inuenitur in ea integritas vlla, pro maxima parte. Attamen multi boni, immo sancti aliqui sunt in ea. Ad quod frater respondit: misericordissime Deus, petimus misericordiā: Duplex est via veniendi ad te: Via misericordię, & via iustitię. Petimus vt super misericordiam in ægas nobiscū. Cui pominus ait: Et vis vt tot & tanta scelera Ecclesie dimittam prorsus inulta? vis vt non agam iuxta tenorē sapientię meæ: Ad quod frater: O clementissime Domine Deus, rogamus vt super pijsimè præuenias nos, & corda nostra cōpungas, emollias, & cōuertas. Maior est in infinitum bonitas tua, q̄ prauitas nostrā. Nō nobis Domine, nō nobis, sed nomini tuo da gloriā. Non secundū peccata nostra facias nobis. Ad quod Dominus: Quāuis ego omnia possim, tamen iuxta censurā sapientiæ meæ omnia ago, & in operibus meis misericordiam iustitiæq; contempero. Hoc ipsum quoq; protestatus sum,

1. 4. 11. 3.

sum, maximam esse misericordiam, quod per flagella & aspera visito in presenti, sicque hominum corda admono & conuerto. Indurata sunt corda vestra, nec per sola pietatis beneficia vultis conuerti ad me. Diu sustinui: frequenter admonui, & imminetia hæc aduersa prænucciaui: & quia non sequitur emendatio, necessè est vt visitem per aduersa, quatenus vexatio tandem det intellectum auditui. Ad hæc frater respondit in spiritu: O superdulcissime Deus, etsi nos omni miseratione tua sumus indigni, tamen parce nomini tuo magno, parce locis sacratis. Ecce iam multæ Ecclesiæ miserabiliter sunt destructæ, loca sanctissima profanata, vasa sacra & Christi sacramenta impijssimè conculcata & Christiana religio blasphematur. Ad quod Deus: Tu miraris & desles, quod materialia templa, & vasa sacra, & sacramenta conculcari & profanari permitto: & non potius quod immaterialia templa, videlicet ecclesiasticæ personæ seu animæ mihi in in baptisimate consecratæ, in quibus per fidem & veram gratiam habitauit, ab inuisibilibus hostibus taliter conculcantur & violantur? Nõne hoc est mihi maximè iniuriosum? Immo quid mirum, si illud iuste permitto, quando vos ipsi spontè sic subditis vos spiritualiter constuprandos & violandos aduersarijs mei honoris ac vestræ salutis? Ad quod frater: O benignissime Deus, in his persecutionibus perfidorum multi simplices & quodammodo innocentes, lamentabiliter opprimuntur & trucidantur, sed & cultus tuus minuitur. Et vbi paulò ante Christiana religio viguit, & Christi celebrabantur mysteria, iam sacrilegi Mahumeti figmenta coluntur, & bestia illa spurcissima contra agnum mundissimum videtur quodammodo præualere. Ad hæc Dominus dixit: Oppressionem illam simplicium ego benè scio eis ordinare in melius, & per temporalia hæc aduersa eos in perpetuū saluo. Ego demum tam bonus & sapiens sum, quod pessima mala, quæ tangis à perfidis fieri, nequaquam permitterem, nisi decreuissem maxima bona ex eis elicere. Et quod maiora sunt hæc aduersa, quod obscuriora sunt tempora ista, eò prosperiora sequuntur, & aurea post hæc tempora erunt. Non ita permitterem Ecclesiam deprimi, nisi hac occasione vellem eam erigere. Ecclesia ad extremam quandam deformationem, ruinā, peruenit, ingratitudeque; peruenit, nec facili disciplina potest purgari. Qui optimi essent in ea, prauissimi facti

sunt, & sine rubore præuaricantur. Sed & nomen meum intolerabiliter in honoratur ab his, qui fideles de nominant, quàm ab his, qui eos impugnant. Ad hæc locutus est frater: O Deus altissime, non est qui sapientia tua valeat respondere. Attamen scire desidero, an perfidi isti sanctam ciuitatē Romanam obtinebunt, an principes etiam Christiani contra eos præliari succumbent in prælijs. Ad quod Dominus: Hoc tibi dici vel alijs prænucciarī non expedit. Sed etsi succubuerint in prælijs, meliùs vincant, quàm si corporaliter præualerent. Ex hac responsione frater aliquid intellexit, quod non putauit huic scedula inserendum. Propter quod ardentissima affectione conuersus ad Dominum, rursus cepit pro communi bono Ecclesiæ exorare. Et ecce vidit in spiritu, totam triumphantem Ecclesiam diuinæ maiestati humilimè inclinatam, & pro tota militante Ecclesia deuotissimè deprecantem, & quasi conantem tenere manum Omnipotentis extentam ad percutiendum Ecclesiam in exilio isto degentem: nec aliud potuit obtinere Ecclesia triumphans responsum à Domino, nisi hoc: Iuxta mensuram emendationis Ecclesiæ, erit mensura temperationis imminentium persecutionum. Ex hac responsione frater aliquantulum consolatus & confortatus, clamauit in spiritu: O benignissime Deus, omnes emendabimus nos. Summus Pontifex, curia eius, cæteri tam superiores quàm inferiores se emendant. Ad quod Dominus: Etiam si iurauerint in nomine meo, viuere Dominus, hoc ipsum falso iurabunt. Quia responsione diffusius intellecta, quàm in schedula hac tangetur, frater non mediocriter animo consternatus, sensit quod cepit sibi ipsi dimitti, atque eodem momento clamauit repente ad Dominum: In quo igitur, o Deus benignissime, in quo stat finalis conclusio? Et responsum est ei à Domino: Iuxta mensuram emendationis vestræ, erit mensura temperationis castigationis meæ. Quo audito, finita est visio ista, qua Deus dignationis immensæ cum homuncione pauperculo, cum fragili ac luteo vasculo dignatus ex sua pietate immensā, taliter se habere & sic loqui. Cœpitque frater ad seipsum reuertī ac sibi restitui vireque corporis paulatim resumere, ac sensibus reddi, non sine graui fragilis carnis afflictioe. Deinde post hoc etiam in aliorum præsentia à lachrymis se continere non valens, sic mansit ex præscripta visione compunctus & debilitatus, quod

in pran-

in prandio manducare nequiuit, sed distulit refecionem in cenā. Durauit autè hæc visio per totū ferè tempus Missæ cõuentualis. Pateret in tota hac visione Deus habuit se per modū regis ac iudicis indignantis, irati & amaricati propter nimia peccata Ecclesiæ, ita quod videatur nõ posse flecti à rigore suæ iustitiæ, nisi per emendationem condignā populi Chfiani. Itaque religiosus, cui ostēsa sunt ista, quantum ad suam pertinet paruitatem, totis præcordijs vnuerfos & singulos exhortatur, & affectuosissimè rogat, vt vnusquisque iuxta suæ exigentiæ vocationis, efficaciter se emendet: quia reuera valde ac summè necessariū est, vt non solum temporalia hæc aduersa, sed & æterna tormenta euadere mereamur, atque perpetuam beatitudinē obtinere. Nec quisquam miretur, quod frater hanc visionem personaliter publicauit, quoniā dona gratiæ gratis datæ ad communem dantur utilitatē: idcirco sunt publicanda, prout causa requirit, & expedit. Hinc enim sancti Prophetæ, quàmuis humilimi, tamen visiones suas diligentissimè descriperunt, totique mundo insinuauerunt, sicut & vas electionis beatissimus Paulus Apost. raptū suū vsque ad tertium cælū & reuelationem arcanam, toti significauit Ecclesiæ.

IN REVELATIONEM SECUNDAM NARRATIO.

Religiosus quidam ante aliquot annos exhortatorijs scripsit epistolam ad principes Christianos, hortando eos idè ad succurrendū sanctæ matri Ecclesiæ aduersus perfidissimos Turcas & Sarracenos, atque in fine illius epistolæ subiunxit ac scripsit reuelationē quandā ei desuper factam, statū totius Ecclesiæ cõcernentem. Verum ex publicatione illarū modicis fructus videt sequutus. Interim quoque increduli illi grandè fecerunt stragē in populo Chfiano, & depopulati sunt regna prouinciæque; fidelium plurimas, item ecclesias demoliti. Attamen per pauci sunt, qui syncretè doleant vicē Christi, & de hoc in præfacta Epistola querulosè tractatū est ac flebiliter dictum. Præterea post præfactā reuelationis ostensionē, descriptionem ac publicationē, eidem religioso adhuc quædam reuelationes sunt factæ hoc anno, videlicet 1461. ex rationabilibus causis nunc describendæ. Præterea (vt planè loquar) ecce paratissimus est Dominus & Saluator suę subuenire Ecclesiæ, & ora reprimere blasphemorū, sceleratissimi

Mahumeti mendosa figmenta retundere, si & in quantum ipsa Ecclesia reformetur. In effectibiliter multæ & magnæ sunt transgressiones, abusiones, peruersitates ac vanitates, quibus populus Christianus Deū incessabiliter in honorat, etiam grauius quàm præfati incrementuli. Et, pro dolor, manus præsentium & superiorū nostrorū in transgressionibus istis est prima. Dominus Apostolicus Pontifex summus hortatus est principes auxiliari Ecclesiæ, infidelibus reluctari. Cui principes poterunt respondere. Parati sumus, o pater sanctissime, tuis obtemperare monitis & mādatis, dum odè tu facias, quod tuus (vt potè summi Pontificis) requirit officium. Ecce tu inter Deū nostrū & nos constitutus es mediator: Tu supra homines es, & infra Deū. Totus populus Christiani pastor es ac prælatus, iudex spiritalisque medicus. Tui ergo officij est, nos omnes Deo nostro reconciliare, Ecclesiam reformare, quicquid in Ecclesiā, in cœnobijs, collegijs, omnique statu, gradu ac ordine reformandū est, diligentissimè perscrutari: cuncta quoque ordinatè aggredi, proficisci & implere, ita, vt iuxta quod charitas exigit, à teipso imprimis, si opus est, & à collateralibus Romano sacro dominorū Cardinaliū collegio, cæterisque domesticis tuis incipias. Deinde ab alijs tantò immediatius, quā tō dignitate, officio, prælatura tibi ac Cardinalibus tuis extant propinquiores. Nec arbitramur tuam sanctitatem hæc compendiosius & efficacius posse efficere & cõplere, quàm generalem synodum conuocando ac celebrando. Denique vehementer miramur, cur Sanctitas tua & quidam prædecessores tui, qui post Basiliensē fuerunt conciliū, tot annis distulisti celebrare generale cõcilium, præsertim cum de eorum celebratione, à sacris generalibus synodis edita fuerint quædam decreta. Hortatur nos beatitudo tua, vt laboriosum assumamus cõtra infideles conflictum, iter prolixū, periculosos cõgressus, non propriæ vitæ, non subditis, non rebus, non possessioni proprię parentes. Fatemur iustissimum esse, pro fidei defensione, pro Ecclesiæ tuitione, pro Dei amore nos omnia ista implere. Tuæ etiam sanctitati obedire iustum agnoscimus. Veruntamen Turcas & Sarracenos expugnare nos posse sine specialis assistentia Dei & gratioso eius auxilio nequaquam præsumimus. Idcirco quàm diū videmus tot deformationes, ruinas, abusiones, transgressiones in ipsa Ecclesia, potissimè in Ecclesiastico statu & clero, veremur Deum nobis offensum & indignantem, nec gratioso auxiliaturum cõtra perfidos illos.

R r r 3 Idcirco

1. 2. 3. 4. 5.

Constantiensis
Concilij sess.

Joel 2.

1. 2. 3. 4.

Idcirco, beatissime pater, precamur, vt indilate concilium celebretur, in quo de omnibus reformandis, & cunctis agendis atque expedientibus, vigilantissimè pertractetur. Quo facto, Deo reconciliati, & gratiam eius adepti, contra incredulos hilariter ac magnanimitè in Domino confidentes, progrediemur. Enimuerd etfi regulariter ad summū spectet Pontificè, generale conuocare ac celebrare concilium, non tamen putamus Ecclesiam à Domino Iesu Christo sic esse relictam, vt seipsam congregare non possit, si Pontifex summus id agere non acquieuerit, aut nimis distulerit, præsertim in causis ita vrgentibus, prægnantibus, arduis ac necessarijs, sicut iam diu fuerunt & nunc sunt. Agat ergo & impleat sanctitas tua, quod sui est officij, nosq; ædificet in hoc ipso, & nos obedièter, quod nostrum est, implebimus.

REVELATIO SECVNDA.



Anno Domini M. CCCC. LXI. Dominica in passiõe, in ipso Missæ officio, religiosus præfatus, adstante & conspiciète cõuentu, ab exterioribus sensibus alienatus, pro communi bono Ecclesie Dñm exorauit in spiritu, dicens: Vsq; quod ò super misericordissimè & super dignissime deus, nõ est inuenire diu desideratam ac frequenter postulatam misericordiam coram te? Quam diu claudis oculos benignitatis tuæ immensæ à calamitatibus, oppressiõibus ac ruinis tuæ Ecclesie, nec preces pauperum seruulorum tuorū exaudis? Ecce aduersa pessima mala excrescunt, augentur & inualescunt quotidie. Ordo iuris subuertitur, & dies imminere videtur, de quibus diu insonuit rumor. Adhæc verba mentalia mox diuinum responsum factū est fratri in spiritu, dicens: Quicquid de hac re audisti & cogitasti, ita in veritate habet. Audierat autè frater ille paulò antè tristes rumores de quibusdã tribulationibus magnis, in aliquibus terris paulatim nascentibus: cõpitiq; cogitare hæc esse præambula tribulationum maiorum in Ecclesia paulò post futurarū, de quibus quidam diu prædixisse leguntur. Itaque responso illo audito, locutus est frater: Confido, ò Dñe, quod prænuntiatio illa de imminenti illis malis, ad comminationis pertineat prophetiã, quæ non semper impletur. Respondit Dñs: Viã misericordie pœnitentibus non præcludo: atq; vt ante aliquot annos contestatus sum tibi in simili visione, secundum mensuram vestræ emendationis, erit mensura mitigatio

nis meæ, castigationis seu futuræ afflictionis. Reuelationem tunc tibi factam vndiq; palpasti, & vsq; ad Romam insinuasti, & quæ interim emendatio est secuta? Nonne tu ipse sentis ac dicere soles, quod & incõparabiliter magis expediat genti peccatrici, ac deformatissimæ plebi Ecclesie tẽporaliter castigari, suppeditari, depauperari, quàm in hac pessima vita, quæ non est vita, sed mors, seculariter prosperari, ac damnabilissimè perdurare, atque impudè peccare? Ad hoc frater prædictus respondit: Nil verius dici potest: sed vtinam reformatio Ecclesiastici status fieret ordinatè, & absque tua offensa. Ad quod responsum est frater: Et si hi, ad quos ex iure & officio spectat, Ecclesie diligentiam debitam non impendant pro reformatione eadem, & imprimis pro emendatione propria & condigna, nonne iusto id putas permitti iudicio eius, qui vniersa moderatur ac temperat, vt dispositiũ fiat per eos, qui ad hoc auctoritatem non sortiuntur? Respondit frater: Etiam Domine Deus omnipotens, in cuius dispositione & gubernatione cuncta sunt posita. Hoc certissimè constat, quod summa, perfectissima & supergloriosissima prouidentia tua, sine iusta & rationabili causa nil mali sinat fieri: immo interdum grauissima & generalia fieri mala permittit, quatenus ex eisdem præclarissima atque communia bona elicias. Verũ, ò gratiosissime deus, de hoc nunc cupio plenius edoceri, quid tot tantisque malis imminenti bus restet populo Christiano, potissimè clero, agendum. Respondit Dominus vniersitatis: Quid quæris quod ex scripturis agnoscis? Nonne scis scriptum: Semel loquitur Deus, & secundo id ipsum non repetit? Hac responsione suscepta, frater cõuersus introrsum, & quasi in regione lucis immensæ se positum cernens, suauissimè cum ingenti tranquillitate clamauit secretò, non per strepente aut foris sonante clamore, ad secretissimum & verè absconditum incomprehensibile Deum: O superamabilissime Deus, tu ipse lux es & regio lucis, in te ipso lux es, regio quoque lucis, in qua tui electi dulciter conquiescunt, repaulant, soporant, obdormiunt. Tu velut superuastissima, planissima ac impermeabilis eremus, in qua mens verè deuota, & à priuato amore prorsus purgata, defuper illustrata ac validè inflammata, inerrabiliter deuiat, atque indeuiabiliter errat: feliciter deficit, in deficitẽterque conualescit. Nempe in te neque principium inuenit, neque finem, sed omnimodam potiùs incomprehensibilitatem. Te superplèdidissimo,

totius sapientiæ fonte mentem illustrante, repente veritas innotescit, teque pijsimè illustrante, nunc cerno, quid nobis miseris restet agendum: hoc vtique, vt vnusquisque fidelium secundum suæ exigentiam vocationis, tibi condignè seruire conetur, ac reformare seipsum, & tuum metuentissimum formidare iudicium.

CONCLUSIO HVIVS SECVNDAE REVELATIONIS.



In his & consimilibus colloquutionibus mentalibus ac internis, fuit frater prænominatus in præfata abstractione, & mastic sic frater ille per totum serè officium Missæ, in qua multa audiuit & vidit, quæ nec audet, nec expedit in ista conscribere schedula. Et certè nec ista sine grandi tangit rubore. Nec enim huiusmodi mentis secretum esset pandendum, nisi magnitudo exigeret causã, & bonum efflagitare commune. Hinc nemo hæc legens seu audiens, interpretetur sinistra. Si quidem & frater iste propriæ sibi conscientie defectuositatis, occultum quoq; Dei expauescens iudicium, mallet, quantum in ipso est, quod ista & consimilia per alios, ipso multo meliores, Deus gloriæ reuelaret ac nunciaret. Porro dispositioni voluntatiq; eius nemo valet resistere, qui sua vitur creatura liberrimè, veluti instrumentum. Nunc igitur frater iste vniersos ac singulos hortatur & deprecatur fideles, potissimè clerum & prædicates ac prelatos, vt se protinus cū omni diligentia & conatu emendent & reforment, reconcilientque Deo, ne tantis ac talibus plagis, flagellis ac cladibus visitetur, quod ab exordio Ecclesie vsque in præsens nunquam huiusmodi contigerunt: immo potissimè, ne æternaliter condemnentur. Breuis nanque est vita præsens, & arcta omninò via salutis. Penique modò verissimè dicitur illud Psalmitæ: Nisi conuerfi fueritis, gladium suum (summus Iudex) vibrabit, arcum suum tetendit & parauit illum. Et in eo parauit via mortis, sagittas suas ardentibus effecit. Et quod ait in Euangelio Saluator: Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Et denuò, quod sanctificatus in vtero Hieremias prædixit: Ecce turbo dominicæ indignationis egredietur, & tempestas erumpet super caput impiorum veniet. Non reuertetur furor Domini vsq; dum faciat & impleat cogitationem cordis sui, dabitque impios in vexationem & maledictionem, & in stuporem ac sibilum & opprobrium sempiternũ,

ed quod non audierunt verba eius, nec præcepta eius impleuerunt. Postremò, in visione præfata vidit frater præfatus futuram reformationem ecclesie, & omnem spiritualitatem eius decorem, designatum per pulcherrimam ac pretiosissimam vestem, indicibili venustate artificiosissimæ varietatis colorum & picturarum perfusam, iuxta illud in Psalm. Myrrha & gutta & casia à vestimentis tuis, à domibus eburneis. Adstitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Verum de hoc tantundem tetigisse sufficiat. Et illud Micheæ Prophetæ formidolosè pen semus, ac de proximo imminere sciamus, nisi emendatio iam præscripta interueniat: Ecce ego cogito malum super familiã istam, dicit Dominus, de quo non auferetis colla vestra, & non ambulabitis superbi, ed quod tempus pessimum sit.

IN REVELATIONEM TERTIAM NARRATIO.



Vamuis secreta diuina soleant frequentius seruis Dei reuelari non in medio hominum, aut in præsentia plurimorum, sed in solitudine aut seorsum (propter quod ad Ezechielem Prophetã Dominus dixit: Egredere in campum, & ibi loquar tecum) interdum tamen in præsentia aliorum manifestat altissimus incerta & occulta sapientiæ suæ ac futurorum, quatenus seruis Dei, quibus talia ostenduntur, celerius certiusque credatur, atque hi, quos reuelata concernunt, formidolosius audiant ea, & se diligentius emendare conentur. Porro reuelatio talium, ad dona pertinet gratiæ gratis datæ: ideo ordinantur ad vtilitatem communem, vt supra dictum est. Et si occultentur, vergit in detrimentum boni communis. Hinc manifestatio horum non vanitati, sed virtuti est ascribenda. Sic ergo accipiatur nunc hæc recitata.

REVELATIO TERTIA.



In Dominica tertia post octauas Paschæ, in prima celebratione cuiusdam deuotissimi fratris, frater præfatus ab exterioribus sensibus alienatus, & factus in spiritu solito sibi more, tantò affectuosius cõcepit mentaliter deprecari fontem pietatis immensè Deum excelsum pro pacificatione atque concordia principum Christianorum, quantò tunc tristiores audiuit rumores de imminente graui conflictu præcipuorum totius Christianæ religionis ma-

gnatum, regum ac ducum. Sicque frater iste in precibus suis affatus est Dominum: O misericordissime Deus, usque quod non succuris Ecclesiae tuae? quam diu permittes eam sic conculari? Ecce principes isti magni, qui modo essent primi in defensione fidei & expugnatione aduersariorum Ecclesiae tuae, in dilatione fidelium & cultus tui diuini, in confortatione populi Christiani, nunc (ut fertur) disponunt se ad impugandum se inuicem. Heu quanta strages inde consequetur. Nonne totus populus Christianus esset vnus exercitus ad dimicandum concorditer contra Christianam religionis ac fidei inimicos? Et quid tam prauum, tam periculosum in ipso exercitu, sicut diuisio, discordia & impugnatione mutua? O quantum gaudent perfidi Turce, increduli Sarraceni, omnesque hostes Euangelicæ legis, cum tale ac tantum esse malum audiunt in populo Christiano. Nonne in sua roborantur malitia? Celeriter quoque ac feliciter prauulituros se iactant, insipientiamque derident Christianorum. Ad hæc & multa consimilia querulosa & deprecatoria verba interna responsum est de super fratri quasi ex ore Christi, deinde ex persona vniuersalis Ecclesiae. Dixit quippe Saluator: Videte ingratitudinem populi Christiani & principum horum? Pro modica hæreditate terrena exacuunt corda & arma, cum tamē aliter ac melius ad iustam suæ dissensionis concordiam possent pertingere. Porro pro recuperanda hæreditate mea electa & sancta terra, in qua redemptionis humanæ compleui mysteria, nullo aut modico feruent zelo. Interim in suis lasciuunt fratris, & longos capiunt somnos, quasi pacata iam sint omnia: nec fratribus fratrum suorum, ab infidelibus crudelissimè oppresorum, calamitatibus condolent aut succurrunt. Nunquid per tales expugnabo incredulos, qui ipsis incredulis sunt peiores? Indecentissimè quoque sunt vestiti. Ideo nisi iam respiciant, arguam eos in furore & rigore iustitiæ meæ: & quibus plura donauimus & maiora commisi officia, acerbiora infligam supplicia. Ad hæc & plura huiusmodi frater respondit: O clementissime Christe, verbum æternum propter nos incarnatum & crucifixum, parce quæso, ignosce & subueni plebi tuæ, præueni, tange, conuertere corda nostra, quamuis excæcata & indurata, ut queramus & sapiamus quæ tua sunt, sicque vnanimitè resistamus hostibus tui honoris, nostræque fidei ac salutis. Ad hæc Iudex respondit supernus: Scriptum nostri: Semel loquitur Deus, quoniam in scriptu-

ris suam aperit voluntatem. Quid tibi amplius habeo respondere? quid restat consulere? Aduerte scripturam, audi matrem tuam, sponfam meam, sanctam Ecclesiam, que inhabitantem se habet spiritum meum, Spiritum sanctum, qui omnem docet & suggerit veritatem. Ioban. 14

CONCLUSIO HVIVS TER- TIÆ REVELATIONIS.



Vnc repentè quasi ex persona Ecclesiae insonuit vox interioribus auribus fratris: Audi fili mi voces & gemitus matris tue, perpede singultus & lamentationes dolorosissimæ, fidelissimæ & affectuosissimæ matris. Pungunt & penetrant me intolerabiles amarissimique dolores, ipsis quoque inferni doloribus quodammodo grauiores. Nonne dolor compassionis frequenter excedit dolorem passionis? quem admundum & in sponso ac Domino meo propter me & vos cruci affixi. Qualiter putas me exercuari, affligi, immo doloribus absorberi, dū recole, qualis fuerim olim, quam gloriosa, potens & inclityta, omnibus diuinorum charismatum affluentijs decorata, toto orbe terrarum longè ac latè diffusa, sanctis prælatis vndique fulgens, strenuissimis ac virtuosis principibus gaudens, & per eos de aduersarijs meis præclare triumphans, innumerabilibus turmis deuotissimorum religiosorum vtriusque sexus coruscans, collegijs quoque innumeris & personis constitutis in sacris ordinibus, in timore Dei & obseruantia regulari conuersantibus, perornata? Ex quibus omnibus plebs communis mirabiliter ac salubriter ædificabatur, & quomodo ac merito creuit, intantum, quod & infideles passim & vndique conuertebantur ad Christum, & mihi incorporabantur. In super in quatuor mendicantium ordinibus gloriabar, in quibus abundauimus personis literatis ac feruidis, regulariter exemplariterque viuentibus, per quos saluberrimè fructificauimus ad conuersionem, profectum ac beatitudinem plurimorum. Sed, heu, heu, heu, iam omnia sunt euersa, deformata & lapsa. Obscuratum est aurum, mutatus est color optimus. Et ego ipsa olim tam gratiosa & pulchra, tam potens ac splendida, deformis effecta sum, exanguis & hispida, egenca, infirma & conculcata, atque ad hunc angulum Occidentis redacta & coarctata. Nec tanta mea calamitas, angustia & pressura sufficit hostibus meis: quinimo in hoc etiam angulo me conantur opprimere &

REVELATIO III.

re & delere. Iam quatuor Patriarchales amissis Ecclesijs, & perfidi illi Romanæ quoque sedis locum & urbem præsumunt adipisci, ac demoliri. Præterea hoc nunc super omnia me contristat, & viscera charitatis ac pietatis me trāsodit, dilacerat & extorquet, quod non obstantibus tot ac tātis aduersitatibus, cladibus & dimembrationibus mei, video filios meos contra se inuicem inflammari, dissidere, configere: sicque hostium suorum manus iuuare, ac illis cooperari in diminutione conculationeque mei, immo in dilaniando & persequendo me matrem suam mortuosissimam. Nunc ergo, o filij, redite ad cor, audite me, & acquiescite mihi. Ignoscite me, & causas vestras secundum tenorem iustitiæ prosequamini charitatiuè, confugiendo ad superioris vestri iudicium, id est, Romani Pontificis aut synodi generalis, quæ certè à Spiritu sancto dirigitur. Nolite me

matrem vestram in filijs meis, proximis vestris, igne & gladio deuastare, egenos opprimere, ac inuicè trucidare. Immo potius per veram contritionem reconciliamini Deo, & condolete proximis & cōfidelibus vestris: qui ab infidelibus & tyrannis sceleratissimis quotidie deuorantur, gladio, fame, captiuitate, tributo vastantur. Quorum filij & filia adhuc infantes, ad infidelium terras mittuntur, quatenus à sanctissima atque mundissima Christi lege abstracti, imbuantur lege, immo turpissima fæce, superstitiosis significationibus, falsissimisque doctrinis spurcissimis ac immundissimis Mahumeti. Hanc fidelissimam ac desolatissimam matrem vestram benignè admonitionem gratanter obedienterque suscipite, & implete. Ad laudem & gloriam Omnipotentis, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus. Amen.

Epistolæ ad Principes Christianos, finis.

D. DIONYSII CARTHYSIANI DE VITA ET REGI- MINE PRINCIPISSAE, DIALOGVS. PRINCIPISSA ET CHRISTVS.

PRINCIPISSA.



Llumina Dñe Deus meus oculos meos interiores, intellectum & rationem, fidem & considerationem animæ meæ, ne vnquam obdormiam in morte peccati, cōsentiendo tentationi aut culpæ mortali, sed in pace peccatoris in te summo & inuariabili deo dormiam dulciter, repauidando ab inquietudinibus seculi huius, & requiescam in spe & contemplatione felicitatis futuræ & prægustatione gloriæ æternæ ab origine mundi præparatæ tuis electis: Ego enim, o Dñe, iā delictor, & tempus resolutionis meæ nūc instat ac propè est. Accende cor meum in te, o bonitas pura & infinita: O pulchritudo delectabilissima atque immensa, o Creator meus, Saluator & Iudex animæ meæ, quatenus sicut desiderat ceruus lassatus ac aestuans ad fontes aquarum, ira desideret anima mea ad te

Deus, CHRISTE. Ego sum, qui (ut in Apocalypsi testatus sum) isto ad osium cordis & pulso, ut si quis aperuerit mihi, intrem ad illud, & cenè cum eo. Tu autè, o Domine, mentem tuam mihi modò aperuisti, quæ tã affectuosè ad cordis tui cubiculum me inuitas, deprecās illud tam validè inflammari à me, ut instar cerui ad aquarum pocula sititētis ac festinatis desideret & suspiret ad me, ad intuentum me regem regum in decore & gloria excellentiæ meæ: te ergo libenter exaudiam: cor tuum ingrediar: tecum cenabo, ac tua deuotione reficiar, sicque magnitudinè suauitatis meæ profusè interminabilem tibi prælibare concedam, ut eius amore omnè delectationem carnalem, omnem consolationem mundanam contemnas, toto quoque cordis affectu ad plenam ac beatificam æternæ & increatæ dulcedinis fruitionem anhelas, tendas ac properes. PRINCIPISSA.

Ps. 118.

Benedictus es Domine; qui tam gratiosum te exhibes tuæ exuli creaturæ; sed noli ô Domine, noli me dominam nuncupare, quæ vti nam ancilla tua merca appellari. Interim precor te, doce me qualiter ad tuam receptionem deuotam, atque ad tuam in habitationem dignissimam refectioem que lautam cor meum debeam, te auxiliante, parare. CHRISTI. Domina magna diu fuisti & adhuc es in seculo isto, vtpuà Christianissimi Regis Portugaliæ filia, præcipui quoq; ac famosissimi Ducis coniunx: nunc verò sapientissimè agis, quia terrenis pompis, externis ornatus, mundanis etiam dominationibus (quantum fas est) derelictis, ad spiritalia & deuotionalia totam te applicas, inter viros verè deuotos & religiosas personas regulariter ac obseruantialiter conuersantes libentiùs es, quam inter magnates. Cultum meum auxisti, religiosissimis fidelibus habitacula construendo, & necessaria prouidendo: quod & nunc facere decreuisti circa nouam fundationem ordinis Carthusiensis. Age quod agis, perseuera in actibus sanctis, imple quod salubriter concepisti, daboq; tibi gloriam & honorem regni cælestis, cuius nõ erit finis. Cõsequenter ad id, quod vrbane quæstisti, breuiter respõdebo.

De preparatione cordis ad deuotam Christi receptionem, lautam refectioem atque dignissimam eius in habitationem.

Articulus I.

CHRISTVS.

4. REG. 4.



Nonne audisti, quodd venerabilis ac sapiens illa fœmina Sunamitis dixit suo marito de Helisæo Propheta? Animaduerte, inquit, quodd vir sanctus Dei est iste: faciamus ei cœnaculum, & ponamus ei in illo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum, vt maneat tibi: ita & tu in medio cordis tui construe mihi cœnaculũ, id est, liberalitatem ac hospitalitatis virtutem, per quam cum sancto Martino ac beata Elizabeth filia Regis, complaceas Deo Patri. In hoc cœnaculo libenter tecum manebo: quoniam quicquid faceris vni ex minimis meis mihi, vtique facis. Nam & liberalem ac hilarem datorem diligo: & qua mensura mensa fueris, remeati tibi. Preterea, in hoc spiritali cœnaculo lectulum mihi ponas: id est, conscientiam mundam, in qua tecum & in te quiescam: de quo lectulo sponsa depromsit in Canticis: Lectulus noster floridus. Hunc lectulum

Mat. 23

2. Cor. 9.

Mat. 7.

Mar. 4.

4. REG. 4.

Cant. 1.

mihi paras & ponis, dum de omni illo, quod tibi conscientiam parit remorsum, protinus te per contritionem, confessionem & emendationem idoneam purgas. Rursus, lectulus iste est quietæ & spiritualis dilectio, quæ nullo aduersariorum odio inquinatur: quæ nec ira neque ipsa impatentia, nec vllus passio tumultus, tentationumue impetus valet extinguere. In hoc lectulo mens deuota brachijs mundissimæ charitatis me amplectitur & constringit, hoc est, feruidè desiderijs Dei ac fraternè salutis. Insuper, lectulus iste est contemplatio stabilis diuinarum: dum homo sapiens & deuotus, assidue ac nocte meditatur in lege Dei: consideratque mirabilia legis diuinæ, mysteria incarnationis & passionis Saluatoris mundi, charitatem, promissa ac beneficia eius. Qui in hoc lectulo mecum quiescit, quauis degat exul in carne mortali, conuersationem tamen habet in cœlo. Amplius, in isto cœnaculo mensam mihi ponere debes, id est, sacram scripturam, quæ cordi est firmiter imprimenda, atque memoriter retinenda. Beati nanque qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Ideo dixit Psalmista: In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. In hac mensa sunt quatuor fercula, id est, quadruplex sensus scripturæ. Iterum, mensa ista est penitentia sacramentum: in qua comeditur panis doloris ac lacrymarum. Est etiam mensa ista altare cordis, hoc est, affectuosa recordatio Dominicæ passionis: in qua pro nostris diluendis peccatis, offerimus Deo Patri corpus & sanguinem Vniuersi sui, eaque spiritaliter manducamus & bibimus. Sellam item Christo in isto debent cœnaculo collocare, id est, iudicariam potestatem ei in omnibus reseruare, vt non præsumamus quoniam Pater omne iudicium contulit filio. Porro candelabrum vna cum sua ardente ac lucente candela, est virtus discretiois, totam mentem radio suæ lucis profundens, vt omnia ordinat ac rationabiliter fiant, sicut hortatur Apostolus: Rationabile obsequium vestrum, candelabrum quoque in anima, est fides firma & illustrata, itemq; sui ipsius recognitio humilis ac sapientiæ donum. Quoniam neminem diligit Deus, nisi qui cum sapientia habitat, & Creatoris sui notitiam habet. Postremò, quia virtutes ita cõnexæ sunt, quodd vna sine alia perfecte haberi non potest, intantum, quodd si quis totam legem impleuerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus: Idcirco ad habitationem & refectioem mei, in te adornare debes

Ex. 11
1. Cor. 21

Ps. 118.

debes cor tuum omni virtute ac dono & fructu Spiritus sancti, quotidiano profectu in sanctitate omniq; misericordia actu & exemplaritate salubri, vt sis bonus odor Dei tui in omni loco.

Qualiter omnia ista que ant impleri.
Articulus II.

PRINCIPISSA.

Iot mihi occurrunt quotidie puritatis internæ impedimenta, tot sanctæ ac spiritalis dilectiois obstacula, tot contemplationis interruptiua, vt non videam, qualiter iam præacta valeam adimplere: nam & occupor circa multa: plura quoque percipio, & auribus meis plurima ingeruntur. Deniq; quomodo possum aut deo hostes boni communis, detractores & persecutores eosque mortis diligere? CHRISTI. Sine me nihil potes facere, & sine auxilio gratiæ meæ nihil meritorium, nil Deo acceptum operari vales: immo nec cogitare nec fari neq; appetere: nihilominus omnia potes in me & meo subsidio, qui te semper iuuare paratus sum, dum modo toto cordis tui affectu inuocaueris me perseueranter. Fac ergo quod in te est, & ab oratione non cesses. Insuper multa, que tibi audienda, ordinanda, agenda occurrunt, refer ad vnum, ad Dei honorem, ad tuam salutem, ad vtilitatem communem. Ab inutilibus verò, prauis, vanis & friuolis verbis auerte auditum: sed & vnicuique horæ deputa suam occupationem: & nunc spiritalibus actibus, nunc exterioribus rebus esto inteta, prout vera requirit discretio. Aduersarios autem & impios spiritaliter dilige, pro eorum emendatione exora, personas & naturam bonam, qua ad Omnipotentis imaginem conditi sunt, ama: vitia odi: periculis atque erroribus eorundem compatere. Assidue cogita summi Dei presentiam, & quodd indefinenter te intuetur: sicq; erubescas ac pertimescas te in illius presentia & ad spectu habere indignè. Quod si nequiuers indefinenter, tamen frequenter, immò sapiensimè mentem tuam conuertere ad ipsum, orando, laudando, metuendoque illum, & in considerando in finitam bonitatem, pulchritudinem, dulcedinem ac excellentiam eius: incalescat cor tuum in ipsius amore, atq; in admiratione maiestatis & omnipotentia eius esto suspensa, totisq; viribus ipsum cum omni humilitate honora. PRINC. Saluberrima planè est ista doctrina: sed in medio seculi, in domibus principum, in societate nobiliu videtur vix posse impleri, cum scriptum sit:

Luc. 10

Mat. 23
Ioh. 15.

Ps. 41
1. Cor. 10

Cu peruerso peruerteris. CHRISTI. Iam dixi quodd auxilio gratiæ meæ fieri queat, & tãtò faciliùs, quãtò in corde humano plus creuerit gratia Spiritus sancti, qui omni momẽto mentem deuotã ac timoratã tangere potest, excitare, roborare, illuminare, accedere. Horum multa habes exẽpla in nouo ac veteri Testamẽto in principibus & principissis canonizatis. Et vtinã nobiles ac illustres vtriusq; sexus personæ tantũ laborarẽt ac facerẽt ad placendũ mihi, quantũ conantur & agunt ad cõplacendũ sibi inuicẽ in vanitatibus suis, q̃ citò implerẽt modò præacta. PRINC. Fateor nõc, quodd sit ita, sed grãdis est nostra fragilitas, & semp ad mala proclius. CHRISTI. Grãdis quoq; est vestra peruersitas, qui nec cõminatõẽ dãnationis æternæ, nec promissione felicitatis supernæ, nec largitate innumerabiliũ beneficiorũ meorũ, nec consideratione breuitatis, incertitudinis atq; fallaciæ vitæ presentis, neq; pauore rigorosissimi ac districtissimi iudicii mei respiscitis à peccatis. Preterea, quãm mira & desẽda est negligẽtia & inconsideratio plurimorũ præfidentũ ac magnatũ, qui ex sua eminẽtia extoluntur, cum tãto humiliores, timoratiores Deoq; gratiores & subiectiores esse deberẽt, immo & teneãtur, quantò pluribus præsumunt, vtputã pro pluribus rationẽ summo iudici præstituri, ac durius iudicãdi, plura quoque & maiora desuper beneficia iam sortiti. PRINC. O Iudex altissime, q̃ periculosum, immo & formidãdũ est pluribus præfidentibus, præsertim cõmunitatibus multis & magnis. CHRISTI. De hoc per sapientẽ quendã locutũ sum: Audite Reges & Principes ac Iudices terræ, quã data est vobis potestas à Dño, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes vestras scrutabitur: quoniam cũ essetis ministri regni illius, nõ rectè iudicastis, nec custodistis legẽ iustitiæ, neq; secundum voluntatẽ Dei ambulastis. Citò & horrendum apparebit vobis, quia iudiciũ durissimũ in præfidentibus fiet, & fortioribus fortior instat cruciatus. Exiguo enim conceditur misericordia, potentes verò potenter patientur tormẽta. Etenim omnium Dñs non verebitur magnitudinẽ cuiusquã. PRINC. Quid ergo præfidentibus est agendũ. CHRISTI. Officia sua sine elatione & vanitate, cũ ingenti sollicitudine ac Dei timore prudenter ac diligenter exequi debent, directionem Spiritus sancti in omnibus iugiter inuocando, nec propria cõmoda, delicias & honores, sed bonũ commune semper querendo. PRINC. Qualiter princeps & principissa in tot diuitijs, libertatibus, occupationibusque externis atque

Gene. 30

Sapient. 8

honorũ

honoribus, valēt incessanter esse ac permanere timorati ac iusti? CHRIST. Ad hoc sequenti tibi respondebo articulo.

Qualiter personæ sublimes ac præsidentes, in omni sua occupatione, honoratione ac præsentia queant & debeant in Dei timore & æquitate, immo in omni uirtute & prudentia stabiles permanere. Articulus III.

CHRISTVS.

Vis est qui appetit principari ac præsidere, nisi qui non perpendit quàm horrendum sit in manus Dei uiuentis incidere? Itaq; principans nequaquam ita sit occupatus fornicus, ut non interdum & saltem semel quotidie coram Deo conscientiam suam examine, qualiter ea, ad quæ tenetur, impleat, perscrutetur: seque in breui à metuendissimo iudice esse dilictè iudicandum, intueatur. In hac examinatione contempletur nouissima sua, amaritudinem & angustias mortis, pericula & tentamenta occurrentia in eadē. Deinde diuini rigorem indicij, grauissimas quoque pœnas inferni, Purgatorij etiā supplicia, quæ cuncta huius uitæ excedunt tormenta. Inæstimabilem item gloriam electorum principumque iustorum. Tunc diligentissimè penset vniuersa, ad quæ ex suo obligatur officio: statum territorij sui consideret: culpas & negligentias suas deploret, & coram Altissimo se prosternens, veniam deprecetur ac gratiam postulet, prudentiam ac virtutes iuste viuendi, fructuosæque præsidendi in omnibus. Præterea, ut oblectamenta carnalia, seculi vanitates, transitorios honores cordialius atque facilius aspernetur, acerbissimam & ignominiosissimam meam passionem & mortem profundè ac intimè recordetur. Erubescat inflari, recolendo qualiter ego Dominus Deus ejus conuersatus sim in hoc mundo in maxima paupertate, profundissima humilitate, immobili patientia omni que mititate & charitate. Insuper in hac sui discussione aduertat, quod quod maior est dignitas sua, quod pluribus præest, eod virtuosior esse tenetur. Cumque omnium virtutum fundamentum extet humilitas, sit humilis corde & humilis valdè, agnoscens se alijs similem in natura & specie, immo quod multi simplices & egeni, multo meliores sint eo in virtuosa conuersatione & omni dono Spiritus sancti: sicque suum dominium non aliud reputet quàm onus grauissimum, & se esse seruum commu-

nitatis, reipso, quoque ministrum: quoniam totum suum imperium ad subditorum suorum ordinatur pacem, commodum & profectum: sic nanque etiam Põtifex summus, se feruum seruorum Dei appellat. Postremò, cum ipse Iudex sit plurimorum, & vniuersos sibi commissos ac subditos habeat corripere, castigare, dirigere: debet esse quasi lex viua ac animata iustitia, omnibus exemplaris, zelo iustitię semper accensus, grandi discretione ornatus, castus, sobrius, mansuetus, non iracundus & præceps, bonæ etiam famæ, & in omnibus ordinatè procedens. PRINC. O quàm felix est huiusmodi princeps: sed ubi poterit inueniri? nec ego, prohdolor, metalem reperio. CHRIST. Arcta est via salutis, nec hinc difficultate potest homo saluari. Nonne difficile est carnem cum vitijs & concupiscentijs crucifigere, atque in medio nationis peruersæ ac prauæ, virtuosè & exemplariter se habere? Denique quod præsidentes personæ plura agere habent, quod plures habent occasiones peccandi, eod difficultius eis est nõ peccare: ideo incessabiliter egent Deum habere præ oculis, & esse custoditi ac timorati, & implorare auxilium Dei: quod si fecerint, erunt securi. PRINC. Hoc eis & mihi concede, ò Domine, nostrasque mentes misericorditer præueni, alsiduè excita, gratiosè illumina, indefinenter custodi ac roborata. Et nunc, ò Saluator dignissime, doce me plenius, qualiter tibi quotidie deuotius ac complacentius queam seruire, & quomodo habere me debeam in orationibus meis, in laudibus tuis in templo ac in diuino officio, itemque in confitendo & communicando, atque in omnibus intus & extrà, ac circa domesticos & alios omnes. CHRIST. Pia & salubris petitio, ad quam tibi per ordinè respondebo.

Qualiter habere se debeat persona præsidens ac sublimis in orando & laudando Deum altissimum. Articulus IIII.

CHRISTVS.

Nihil iniquius, quàm ut homo in præsentia constitutus, velit & exigit sibi à subditis suis reuerenter ac promptè seruire, nec tamè ipse sollicitus sit Creatori suo cum debita reuerentia ministrare, præsertim cum Deus omnipotens & æternus proors incomparabiliter & infinite præstantior, sanctior, excellentiorque consistat cunctis præsidentibus vniuersi. Vide quàm promptè ac reuerenter tibi obediunt, obsequantur, alsistant

tuis obsequijs deputati viri ac feminae etiā nobiles & potentes. Quàm agrè acciperes, si quis ex illis inobediens tibi fieret aut rebellis. Ex hoc perpende, quàm reuerenter, obedienter atque humiliter oporteat te Deum maiestatis immensæ inuocare, laudare ac colere. Certè, ut Propheta testatus est: Maledictus est qui opus Dei facit negligenter: & maledicti sunt, ut sanctus Dauid fatetur, qui declinant à mandatis ipsius. Itaque ante orationem præpara animam tuam ad orandum attentè, formidolosè & affectuosè, abijciendo de corde tuo cogitationes mūdanas, vanas, inutiles: considerando quoque indigentiam & pericula anime tuæ ac nouissima tua: sicque tam ante orationem tuam, quàm in oratione, attè de defectuositate, imbecillitate & culpas tuas, & item excellentiam, pietatem & iustitiā Dei, quatenus ex consideratione propriarum defectuositatum & culparum tuarum ores corde contrito & humilitate. Ex consideratione verò excellentiæ, iustitiæ & misericordiæ Dei ores cum ingenti reuerentia, timore & confidentia veniæ consequenda. Insuper cum magna cordis custodia debes orare, intueo præsentiam Dei omnipotentis, & sensum verborum pensando. Vide qualiter rei mortis principes iudicæque terrenos exorent, si aliquā spem habeat euaadendi. Si illi tam lachrymosè, tam suspensiosè tamque humiliter deprecantur pro liberatione à morte temporali: quàm flebiliter & compunctè ac feruentissimè peccator, qui toties peccauit mortaliter, & mortè meruit sempiternam, inuocare debet Iudicem summum pro ereptione à gehennali damnatione. Insuper Deum laudando, attendere debes infinitam sapientiam, omnipotentiam, bonitatem, misericordiam, equitatem & incomprehensibilem perfectionem ipsius in omnibus: tuam quoque indignitatem & insufficientiam ad ipsum laudandum: & ita totis præcordijs ac viribus debes eum laudare cum omni humilitate, alacritate, seruo ac gaudio spiritali, ita ut vehementissimè iocunderis de tam immensæ beatitudine, pulchritudine, sapientia & eminentia Dei Creatoris Saluatorisque tui, & intimè congratuleris ei in omnibus istis, & cupias eum à cunctis hominibus debitè honorari, timeri, amari ac coli. PRINC. O Deus Altissime ac æternè, quantum deficio, quàm longè disto ab ista spiritualitate. Aduua me Domine Deus, da virtutem & gratiam hæc implendi: da mihi stabilitatem in orationibus meis & laudibus tuis. Etenim ista nequaquam æstimo posse impleri à constitutis in aulis principum, in

palatijs ducum & regum, in præsidetijs magnis, sine misericordissimo, specialissimo & indefinente auxilio gratiæ tuæ. CHRIST. Qualiter hoc ita se habeat, & quomodo in his habere se debeant præsidentes, antè iam dixi ac tetigi tibi. PRINC. Ita est Domine. Nunc ergo me doce, qualiter in Ecclesia & in diuino officio celebrationibusque Missarum habere me debeam: non ego solum, quæ femui, sed iuniores quoque domicellæ ac dominæ, quibus hoc scire necessarium valdè est.

Qualiter illustres dominæ ac domicellæ habere se debent in Ecclesia, præsertim in celebratione ac diuino officio. Articulus V.

CHRISTVS.

Necessarius nil aliud est agendum, nisi id, ad quod Ecclesię sunt cõstruētæ & consecratæ: quæ utique dedicatæ sunt cultui dei: ideo ois confabulatio, pompa & vanitas, incustodia oculorum indecentesque gestus ibidem precipue sunt vitandi: Hinc peccant grauissimè, qui curiosè se ornant ad complacendum ibi hominibus, & qui ingrediuntur Ecclesiam, ut videantur ibi, ac videant impudicè. Omnis igitur Christianifidelis in Ecclesia cor suum vnire debet suo Creatori, ipsum feruenter orado, deuotè laudando, salubri meditando, & exteriores interioresque oculos suos sapientialiter refrenando. Porro in celebrationibus Missarum debes amarissimam passionem meam cum interna compassione & vehementi gratiarum actione recollere, quod ego Vnigenitus Filius Patris eter ni, tot & tanta pro tua redemptione atque salute feci ac pertuli. Hinc debes accèdi & informari ad vitandum omnem meam inhonorationem & offensam, atque ad imitandum meam humilitatem, patientiam, charitatem. Insuper quamuis vbi que in præsentia maiestatis diuinæ debeas te timorare, deuotè ac reuerenter habere, maximè tamen in templo & in diuino officio, & erubescere te in præsentia Creatoris tui indecenter habere.

Qualiter habere se debent in confitendo & communicando. Articulus VI.

CHRISTVS.

Sicut teneris Deum super omnia toto corde diligere, ita teneris de eius derelictione atque offensa, hoc est, de omni peccato mortali summè dolere, & malle mori ac omnia damna pati, quàm peccare mortaliter: nam & hoc charitas Dei requirit, qua obligamur Deum incomparabiliter plus diligere, quàm nos ipsos & cuncta creata: nec aliter esset charitas

Heb. 10.

Eccle. 7.

1. Cor. 4. Baruch. 3. Zachar. 9.

Matth. 17

Gal. 5.

Philip. 4.

1. Pet. 5.

Iohan. 11.

1. Pet. 5.

Deute. 6.

1. Marc. 12.

ritas vera, nec vera cōtritio. Debes igitur cōfiteri cum pręuia diligenti examinatiōe conscientię tuę, cum pleno proposito integrę emendationis vniuersę & singula tua peccata, quomodo excessisti contra pręcepta Dei atque Ecclesię, & in septem peccatis mortaliibus, atque per singulos sensus tuos exteriores & interiores, per cogitationes quoque & prauas affectiones, & in nouę alienis peccatis. In choreis, ludis, spectaculis ac varijs corporis ornamentis & indumentis superfluis, pretiosis, pōpaticis, ad lasciuiam prouocatiuis: quod item alios scandalizasti, nec fraternę correptionis pręceptum implesti: in verbis multipliciter nimis excessisti, immo in alijs innumerabilibus commissiōibus & omisiōibus culpabilis extitisti. Taliter ergo confessa, ad sacram debes communionem procedere tēpore opportuno, tanti sacramenti dignitatem sapienter ac diligēter pensando, & tui ipsius indignitatem humiliter ac contritę recognoscēdo, atque post sanctam communionem studeas Deo grata, deuota, & custodita manere. Considera charitatem & dignationem dei & Saluatoris tui ad te, quod se tibi taliter dare & vnire dignatur: idcirco nec tu debes pauperes, infirmos & abiectos despiciere, sed ipsis te affabilem, consolatoriam, largissimam exhibere.

Quomodo habere se debent in uestitu & ornamentis & circa ministrantes.

Articulus VII.

CHRISTVS.

Considerandum ac formidādum est specialissimē excellētibus nobilibusque personis, quod omnis vir & mulier curiosę & ornate se vestiens, ac suo ornatu aliorum oculos in se prouocans, quamuis nullum malum inde sequatur, tamen æternum supplicium patietur: quia venenum prębuit, si fuisse, qui biberet. Tenetur etenim vnusquisque proximos suos ædificare, non ad concupiscentiā aut transgressionem aliquam incitare. Quid ergo responsuri sunt Iudici summo, & quā ineffabiliter cruciabuntur, qui etiam ea intentione se ornant, excolunt, vngunt, vt pulchri videantur & placeant ac appetātur, etiā à non contoralibus suis? Denique quamuis aliquę nobiles personę vtriusque sexus vir tuosę & sanctę, legantur interdum auribus ac gēmatīs pretiosisque vestibus vsę, non tamē inani aut peruersa intentione, neque cum apparatu superbo aut formatione vana & indecenti. Tu igitur, que pręgemines alijs in ve-

stitū, verbis, factis ac moribus, esto exemplaris eiusdem, atque totius maturitatis ac probitatis exemplū: delinquētes & excedētes corripe seriose ac instrue sapienter. Quę admodum nanque propter transgressionē pręcepti castę viuēdi innumerabiles pereunt ac damnantur, ita & propter puaricationē pręcepti fraternę correptionis, quod à paucissimis debite adimpletur. Aduerte quod dixit Apostolus: Si quis suorum, & maximē domesticorum, curā non habet, fidē negauit, & est infidelis deterior. Postremò, quod plura bona sequuntur ex morigerata & exēplari conuersatione ac gubernatione excellentiū atque illustrium proliū, eò talium prolium parētes sollicitiūs prouidere debent, vt proles suę à pueritia in omni venustate morū & in scientijs atque virtutibus diligentissimē instruantur. Distinctē quoque eloqui affuescant. PRINC. Compendiosē me Domine, instruxisti de his que precabar: & quantum perpēdere queo, sicut alij statūs Christianorū varijs modis deformati ac lapsi sunt, ita quod multi ac graues abusus, excessus, vanitates & impietates ipsis admixti sunt penē in omni gradu, vocatione ac ordine, non in secularibus tantum hominibus, sed in spiritualibus quoque & religiosis nonnullis: ita de statu principum & principissarum nobilium atque illustrium personarum ac ministrantiū illis mihi videtur: & vt breuiter fatear & proteffer quod mihi apparet, vix capere valeo, qualiter quis de numero horum possit saluari. Etenim quis horum aut talium studet humilitati aut corporis sui castigationi, cum & paucissimi eorundem ieiunia seruēt Ecclesię, cum tamen tot feculorum reficiantur ac repleantur generibus? Quis eorum compunctiōni vacet & meditationibus sanctis, recordationibus quoque; Dominicę passionis & discusiōibus conscientię suę? Quis illorum in uestitu, simplicitate contentus est? & quis talium soli Deo intendit, cupit & conatur placere, & non hominibus etiam? CHRIST. In omni statu communiter habeo aliquos mihi placentes: plures tamē in vno statu quā in alio. Porro in statu nobilium communiter ita est, vt tetigisti, in quibus & alia multa extant pericula & peccata, vt quod non obstante prohibitione Ecclesię, in vrbibus pręfixis exercent tornea-menta, hastiludia & consimilia vana, in quibus contingunt innumerabilia scelera, quibus omnibus inuoluuntur atque participant adstantes, consentientes, cooperantes. Et quid mirum, si in curijs principum & domibus nobilium sit deformatio tanta, in qui-

in quibus abundant diuitiæ, deliciæ & honores, ex quibus alia multa & magna oriuntur facinora? P R I N C I P I S S A. Videntur ergo talium culpę magna ex parte alleviari. CHRIS. Quamò plura & maiora desuper beneficia sunt sortiti, & quod in altiori sunt statu, maioriq; dignitate fulciti, quod etiam plures homines ex ipsoorum peccatis scandalizantur, eò grauius peccant: quāuis quorundam minus principalium culpę, ex præactis causis possint aliquo modo alleviari. P R I N C I P. Iam quęso, mi Domine Deus, me doce, qualiter in secreto meo me tibi debeam applicare, vnire, offerre. CHR. Hoc agam.

Qualiter debeat homo applicare & vnire se Deo. Articulus VIII.

CHRISTVS.

Icut ait scriptura: Iustus ex fide viuuit. Exordium ergo vitę salubris est, esse fortis in fide: post ruinā verò in culpam mortalem, exordium vitę Deo acceptę, confessio est proprię iniquitatis. Fides autem sine operibus bonis est mortua in seipsa, immo fides sine charitate in decora est, nec vllum actum meritorium vitę æternę habet. Oportet etenim hominem esse ac viuere sine mortali peccato, si cōplacere debeat homo. P R I N. An homo, qui peccauerit mortaliter, non possit à mortali peccato mundari ac Deo reconciliari, nisi prius confessus fuerit illud peccatum? Et videtur quod non: Quia vt actum est, initium operis boni est cōfessio proprię culpę. CHRISTVS. Quādounque peccator ex vera contritione dolet de suo peccato, & confiteri proponit suo confessori tēpore opportuno, dimittitur ei peccatum, quantum ad culpam: satisfacere tamen tenetur Deo secundum confessoris arbitrium, nisi forsitan tam magna & vehemens esset eius contritio, quod non solum sufficeret pro culpę deletione, sed etiam pro peccatę remissione, & hoc sibi constaret. P R I N. Prosequere hanc doctrinam de cordis applicatione & vnione cum te. CHRIS T. Sine charitate nulla virtus sufficit homini ad salutem, nec potest homo diligere quod prorsus ignorat. Oportet ergo Deū aliquo modo cognoscere, quem in hac vita cognoscimus per naturalem rationem, per fidē quoque, & per sapientię donum: hoc nanque naturalis ratio dicit & docet, quod quicquid bonitatis, perfectiōnis, iocūdinitis, pulchritudinis, sapientię, felicitatis & glorię cōsistit

in creaturis, hoc totum infinite perfectius atque nobilius est in supergloriosissimo Creatore. Quam splendidus ergo & speciosus, quam dulcis, gloriosus, amabilis est in seipso, qui tantam lucem & claritatem indidit solis: qui gemmis, herbis ac floribus tam admirabiles vires, suauitates pulchritudine, que impressit: qui in modica parte corporis humani, hoc est, in facie hominum aliorum tantum collocavit decorē: qui brutis quibusdam, videlicet equo, leoni, rhinoceroti tam grande robur concessit? O quantā est virtus & omnipotentia eius, qui totum mundum vnico verbo ac iussu creauit, immo & in nihilo constituit & hucusque conseruat: Nec enim aliquid est extra totum mundum, in quo collocatus sit mundus, & super quod pēdeat, fundet aut innitatur, sed quasi in nihilo pendet. Quam desiderabilis & deliciosus est in seipso ad intueudum ac persquendū, qui in vnione ad corporalia quędam in sensibus ac sensibilibus tam vehementem deletionem inseruit. Quam incomprehensibilis est sapientia eius, qui cęlos & elementa atque innumerabiles species rerum ac gēnera inter se tam differentia & diuersa, tam mirabiliter, consonanter ac pacificē ordinauit adinuicem. Qui fluuios multos & quędam brachia magni maris sic ducit, trahit ac currere facit per terram: In ipsis quoque visceribus terrę tor aquarum receptacula fecit, & hoc totum ad hominum necessitatē ac cōmodum. Ex his & consimilibus Deū per naturalem cognoscere possumus rationem, multum autem sublimiūs per fidem & sacrę scripturam, ex quibus cognoscimus quod summus, omnipotens & æternus Deus in principio temporum creauit cælum empyreum, quod est totum splendidum, vniiforme, purum & maximum, cętera omnia visibilia & inuisibilia ambiens ac intra se continens: illud quoque mox sanctis angelis adimplet, quos in nouem choros ac ordines pulcherrimē ac sapientiissimē diuisit ac distinctit, in quibus innumerabilia millia beatissimorum spirituum cōtinentur. Præterea in fine seculorum inno uabitur mundus, ac multo maiori decorabitur venustate, in tantum, quæ tunc sol erit septies clarior quā sit modò, & luna tunc splendida erit vt sol iam est. Proportionabiliter etiam tunc clariora erunt sydera cęli ac orbēs cęlestes & elementa, quā nunc. Insuper corpora electorum tunc ineffabiliter erunt decora, splendida & valde suauia. His modis potes ex creaturarum consideratione per rationem & fidem ad superdignissimi

Creatoris cognitionem ascendere, & eius amore accendi, eiusque pulchritudinem, sapientiam, omnipotentiam & excellentiam prorsus immensam mirari, ac totis viribus venerari. P. R. I. N. C. I. S. I. S. ta mi Domine, aliquantulum te prestante intelligo, quamuis non ita subtiliter & profundè, ut viri literati & in scripturis exercitati: atque (ut video) valde viles ac miseri sunt homines impij & carnalès, qui in rebus creatis, terrenis ac sensibilibus detinentur, nec creaturas ad Creatoris notitiam & amorem, venerationem ac admirationem referunt & extendunt. CHRIST. Adhuc ad altiore[m] Dei contemplationem te erigam & docebo.

De contemplatione Dei per donum sapientiae & gustum internum.
Articulus 13.

CHRISTVS.



Eptem dona Spiritus sancti charitati inseparabiliter sunt annexa, inter quae donum primū & dignum est sapientia spiritalis, quae est cognitio Dei per internum saporē, quo sentimus & experimur de Deo excelso & glorioso, quod ipse est summum, perfectum & incomparabile bonum, immo bonitas pura & infinita, veritas sempiterna, potestas illimitata. Deus ergo est vnum simplicissimum esse, omnem perfectionem & eminentiam plenissimè comprehendens, in quo est infinita pulchritudo, immensa dulcedo, omnisque nobilitas, omnipotentia, beatitudo & gloria sine termino & mensura. Denique in contemplatione huius gloriosissimi Dei consistit delectatio magna, suauitas mira, tranquillitas summa: Et sicut tenemur Deū toto corde super omnia diligere, ita debemus de tam infinita & incomparabili eius perfectione, felicitate & gloria maximè gratulari, ac ei de omni sua excellentia & felicitate congratulari: maximè quoque desiderare, ut ipse à cunctis hominibus debitè diligatur ac honoretur, totisque viribus ad hoc laborare & cooperari: De ipsius quoque in honoratione valde dolere, & de eius veneratione vehementer gaudere. Quāto mens hominis Deum per hoc sapientiae donum clariùs noscitur ac contemplatur, tantò plùs cūcta transitoria, carnalia & terrena paruipendit & aspernatur, immo etiam gustato hoc spiritu, experientaliterque percepta eius dulcedine, despicit omnis caro: atque quò plenius gustat homo, quò dulcis, amabilis ac superspeciosissimus sit incomprehensibilis Deus, tantò cordialius

paruipendit vniuersa mundana. Et istud est signum, quod homo verè est deuotus, contemplatiuus, Deumque amans sincerè ac sapienter. Sunt verò nonnulli seculariter prudentes ac scholasticè literati aut etiam ingeniosi, qui sciunt pulchrè & profundè loqui & praedicare de Deo & spiritalibus rebus, de vitijs atque virtutibus, apta quoque quādam consilia dare: nihilominus corde mundani, querentes placere hominibus plùs quàm Deo, nec regulariter cōuersantes, de quibus ait scriptura: Vx qui sapiētes estis in oculis vestris, & corā vobismetipsis prudentes. Itemque: Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam deus spreuit eos: Tales etenim quaerunt propria cōmoda & honores magis quàm bonum commune, ac Dei honorem & veram animarum salutē. Idcirco inutiles sunt aut minùs vtilēs reipublice & magnatibus. Tu autem, o Domina, stude semper tecum habere vtriusque; sexus personas verè prudētēs, discretas, virtuosas, quarum directioe vtaris, & Spiritum sanctū assidue ac feruidè inuocēs, ut te intus in omnibus mouere, dirigere, docere dignetur: & ita in sancta ac spiritali sapientia crescas, de qua in scriptura veritatis expressum est: quae desursum est sapientia, primū pudica est, deinde modesta, pacifica, suauis, plena misericordiae & fructibus bonis. P. R. I. N. C. I. S. Salubres doctrinae, attamen circa has oritur mihi questio grandis: Videmus namque quosdam malè viuentes, carnalēs, ambitiosos, tamen prudentes, in iure peritos & consiliarios bonos. CHRIST. Etiam gentilis ille Philosophus famosus Aristoteles verè scripsit & declarauit, nullum esse verè prudentem, nisi virtuosum: mali autem bene habēt aliquid simile verè prudentiae, vtpotà quādam naturalem industriam, astutiam, experientiam, aut informem & acquisitam iuris notitiam, ex quibus datae queunt quaedam consilia bona: adeo dixi, quod sunt reipublicae inutiles minusue vtilēs. P. R. I. N. C. I. S. Gentiles potissimè infideles, & ille, quem nominasti, Aristoteles non fuerunt virtuosus, cum impossibile sit sine fide Deo placere: & tamen dederunt multa bona consilia, & qualiter consulendum sit, docuerunt. CHRISTVS. Gentiles illi, sicut & nūc aliqui Sarraeni, potuerunt habere, & quidam eorum habuerunt, modoque habent virtutes politicas, naturales & acquisitas, quae non sunt virtutes perfectae ac simpliciter directae: sic & quaedam bona consilia praestiterunt, quae, quia non referebant ad finem verè beatificum & salubrem, idcirco non

Aliud scholasticè, aliud philosophicè, aliud contemplatiuum esse.

13. 1.

13. 2.

13. 3.

13. 4.

13. 5.

13. 6.

non erant perfectae virtutes, nec consilia absolute salubria. P. R. I. N. C. I. S. I. S. ta mihi nimis sunt subtilia: sed quoniam, ut dixisti, sine charitate nihil meritorium est, nec Deo acceptum, doce me precor, qualiter in tua sancta dilectione & vera omnium hominum charitate possim proficere.

De modo proficiendi in Dei amore & omnium hominum charitate. Articulus X.

CHRISTVS.



Iam scires in hoc mundo esse hominem tantè bonitatis & sanctitatis, vt fuit Apostolus Petrus, tantae quoque sapientiae ac fructuositatis in praedicando, vt extitit Paulus Apostolus: nonne multum diligeres hominem illum, vehementer quoque optares illum conspiciere & audire? Quomodo ergo non inflammaris Dei & Creatoris tui dilectione, quem non dubitas infinite esse meliorem, sanctiorem & sapienterem omnibus sanctis? Certè quantum res habet de bonitate, perfectione & sanctitate, tantum habet de amabilitate ac appetibilitate. Primum itaque debes Dei amore vehementer accendi, ex consideratione summae & infinitae atque purissimae bonitatis ipsius. Et quoniam suae perfectionis & sanctitatis, suae pulchritudinis ac suauitatis, suae sapientiae & nobilitatis nullus est finis. Secundo debes Dei inflammari sanctae dilectione, ex consideratione maximorum & innumerabilium beneficiorum ipsius, tam in donis naturae, quam in muneribus gratiae, in promissis quoque gloriae sempiternae: ipse etenim contulit tibi esse, viuere, sentire & intelligere, corpus & animam ac omnia corporis membra viresque animae. Si tibi deesset vnum membrum, vt manus: aut vnus sensus, vt visus, quantum diligeres eum, qui tibi membrum illud & sensum illum recuperaret ac daret? Nonne ergo feruentissimè debes illi diligere, qui tibi omnia illa donauit, & quicquid es & habes, concessit: multò plùs debes diuino amore accendi, considerando quod Deus tuus propter te factus est frater tuus: quod pro tua salute factus est homo, cōuersatus in mundo, suspensus in ligno: insuper quod tam diu tibi pepercit, & tam longanimiter sustinuit in tuis peccatis: quod in sacramento corpus suum & sanguinem tibi largitur in cibum & potum animae tuae: quod semper paratus est poenitenti ignoscere, gratiam & virtutes conferre, immo, quod super omnia est, quod seipsum tibi promisit, parauit ac dare paratus cō-

sistit in premium, vt ipsum in aeternum possideas, ipso aeternaliter gaudiosissimè perfruaris, eius superpulcherrimam Deitatem ac totam supergloriosissimam Trinitatem immediate ac clarè cum beata cōtentione ac inuariabili securitate intuearis. P. R. I. N. C. O. benignissime, liberalissime ac superdulcissime deus, quàm ineffabiliter magna sunt ista incitamenta amandi te, & aestuandi in tuo amore. Heu quàm magna & deploranda est ingratitude, tarditas & perversitas nostra, quod crudelissimis ac impijssimis animarum nostrarum hostibus malignis spiritibus consentimus, & te Deum Creatorem nostrum à cordibus nostris excludim: quod in rebus istis vanis, foedis ac vilibus magis, quàm in te superdignissimo Deo, quaerimus delectari. O Domine deus, quid tibi retribuam pro omnibus quae mihi donasti? Quàm multos infernus absorbit, qui non tantum peccauerunt vt ego? Nūc ergo benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes beneficentias eius. CHRIST. Hæc charitas pretiosissimum balsamum est purissimumque vnguentum, quod recipi nequit nec cōseruari, nisi in vasculo mundo ac nobili, hoc est, in corde à vitijs expurgato: ideo quāto diligentior ac sollicitior es ad vitandum peccata, tantò plùs cresces in charitate. Cumque hæc charitas sit diuinum supernaturaleque donum, ad quod proprijs viribus sine pijsissimo Dei auxilio peruenire nō vales, debes Deum tuum assidue ac feruenter orare, vt dignetur hanc charitatē in te stabilire, perficere, inflammare. Denique hac charitate debes homines vniuersos diligere, quia ad dei imaginem & similitudinem sunt creati ac Christi sanguine liberati, atque à Creatore suo ad obtinendam aeternam beatitudinem conditi & vocati, sicque pro vniuersorum salute debes orare, pro infidelium conversione, pro fidelium reformatione, pro viuīs ac mortuis, pro propinquis & subditis atque domesticis: Cumque bonum sit tantò diuinius quāto communius, fac quicquid vales pro bono communi in omni territorio tuo, potissimè in Ecclesiastico spiritalique statu, vt & cœnobii reformatur, & regularis obseruantia vigeat in eisdem, maximè in quatuor ordinibus mendicantium fratrum, qui habent & alijs euangelizare: vnde ex eorum regulari exemplarique cōuersatione oriretur multa & magna bona. Si verò obiecteris corporis tui imbecillitatē ac senectutem, certè Vni genitum habes principè potentem ac strenuum, illum exhortare, instigare, accende, ad faciendum hoc ipsum: atque

13. 7.

13. 8.

Qualis debeat charitas esse amator.

Matt. 22 Gen. 11.

R. Pet. 2.

ne quis ei obijcere possit, quod super spiri-
 tuales personas iurisdictionem non habeat,
 propter quod per vim coercitiuā & discipli-
 nam ipsas reformare non potest, suggere ei,
 vt à summo Pontifice autoritatē obtineat
 super huiusmodi personas ad reformādum
 easdem, quemadmodum olim quidam Chri-
 stianissimi Principes Carolus Rex Franco-
 rum ac alij quidam fecerūt. P R I N C. In his,
 mi domine, diligentiam meam obsequium-
 que libet impendā: quia nec dubito, quin
 multū prodesset ad bonum ciuili regimi-
 nis statum, reformatio illa claustralium. Et
 nunc deprecor, pāde mihi, quē exercitatio
 sit mihi salubrior fructuosiorque quotidie.

*Quod diligens consideratio ac frequens recorda-
 tio passionis Iesu Christi, maxime ualet ad omnium
 uitiorum extirpationem, ad omniumq; uir-
 tutum adeptionem, profectum et conser-
 uationem. Articulus XI.*

C H R I S T V S.

IOC noscas, quod non sit, compen-
 diosior via vincendi peccata, con-
 tempndi oblectamēta carnalia,
 vilipendendi uana & cuncta tenta-
 menta Diaboli, carnis & mudi, quā quo-
 tidie ac frequenter considerare, quā, quan-
 ta ac qualia perpeffus sum pro hominum li-
 beratione atque salute: nam & hęc ipsa re-
 cordatio in seipsa valde est uirtuosa & me-
 ritoria: & quantō ex maiori & perfectiori
 charitate, patientia, pietate, māsuetudine &
 humilitate passus sum, tantō passio mea san-
 ctior efficaciorque consistit ad uitia expu-
 gnanda, ad tentationes uincendas, ad obti-
 nendas uirtutes, ad inflammationem diuini
 amoris, ad humiliandum seipsum in omni-
 bus, ad habendum patientiam in aduersis,
 ad extirpandum iram & odiū. Porro ad con-
 siderandum meam acerbissimam passionē,
 abstrahe te ab exterioribus occupatiōibus,
 à distractiōibus cordis, ab inquietudine se-
 culari, & intra locum secretum, ac ibi recol-
 lige te in Deo, considerando eius præsentiam,
 deinde quomodo genus humanū, propter
 originale peccatum & pro cæteris suis
 excessibus, fuit æterna felicitate ac gratia Dei
 priuatum, Diabolo subditum, damnationi
 obnoxium. Ego uerō Vnigenitus Filius Pa-
 tris æterni, compatiens perditis ac perden-
 dis, assumpsi naturam humanam in unitatem
 personę ad meam subsistentiam perso-
 nalem diuinam, & factus sum uerē homo, ac
 conuersatus in mundo in omni & perfectis-
 sima humilitate, patientia, paupertate, obe-
 dientia, charitate, sicq; mōstrauī hominibus

iter perueniendi ad æternam salutem: quam
 ut eis recuperarem ac promererer, spontē ac
 patientissimē pertuli amarissimam mortē,
 & factus sum opprobrium hominū atq; ab-
 iectio plebis. Recole ergo passionem meā,
 tanquā præsentialiter corā oculis tuis cō-
 tingeret, imaginare & uide, qualiter crude-
 lissimī aduersarij mei me agnum Dei mitis-
 simū inuidiosissimē ac inhumanissimē ca-
 ptiuauerunt, ligauerūt, impulerūt: qualiter
 oculos meos uelabant, faciem conspuebant,
 genas cædebant, collum & caput percutie-
 bant, ac blasphemando dixerunt: Propheti-
 za nobis Christe, quis te percussit? quomo-
 do deinde præsentatus fui Pilato, adductus
 Herodi, albaq; ueste illusus, flagellis lacera-
 tus, morti turpissimæ adiudicatus, ad mor-
 tis locum proprijs humeris crucem baiulās,
 ductus inter latrones, suspenfus, aceto pota-
 tus ac felle, toto corpore distentus uolētis-
 simē. Contemplare, quis, qualis & quantus
 sim ego, qui omnia ista sustinui pro te. Ego
 utique uerus Deus, sanctissimus & innocen-
 tissimus homo, Dominus angelorum rexq;
 cælorum. Ista cum profunda attentione re-
 cogita: Primō, ne tanto Saluatori ac benefa-
 ctori sis per obliuionē & inconsiderationē
 ingrata: secūdō, ut ei toto corde condoleas:
 tertio, ut eius passionem pro uiribus tuis se-
 cteris, corpus proprium cum discretione ca-
 stigando, & in penitentia operibus exercen-
 do, uirtutes quoque, quas in sua passione
 monstrauit, fideliter imitando. Si enim Do-
 minus Deus tuus Saluator & Iudex animę
 tuę se in tota sua conuersatione & passione
 tam humilissimē, patientissimē, mitissimē, obe-
 diētissimē ac charitatissimē habuit: nōne
 omninō indecens, iniustum, præpostere-
 rum est, ut tu eius creatura & ancilla habeas
 te superbē, impatienter, inimiciter, inobe-
 dienter & non charitatiuē? etenim Christus
 passus est pro te, exemplum tibi relinquēs,
 ut sequaris uestigia eius. P R I N C. Da mihi,
 ô Domine, hæc implere.

*De quibusdam rebus salubribus sæpē consi-
 derandis. Articulus XII.*

C H R I S T V S.

Verē salubriter hortatur Scriptura:
 In omnibus operibus tuis memo-
 rare nouissima tua, & in æternum
 nō peccabis. Hinc de impiētissimī
 amatoribus seculi huius Spiritus sanctus
 deprōpsit: Gēs absq; cōsilio est & sine prudē-
 tia: utinā sperēt & intelligerent, ac nouissi-
 ma prouiderēt. Quid tam stultū & iniquū,
 sicut præsentis uitę prosperitatem magis
 quā

quā futurę uitę felicitatem æternam que-
 rere & optare? Et uides quā multi hoc fa-
 ciant, qui more pecudū conuerfantur, ita in
 tēti terrenis diuitijs, carnis delicijs trāsito-
 rijq; honoribus, quasi non sit uita alia post
 præsentem. Et quid facient post hanc ui-
 tam delicatā ac nobiles istę personę, quę
 nunc pati uix possunt pulicum morsus, cum
 cœperint descendere in infernum, & igni-
 tissimis illis gehennę malleis cædi, atque
 sulphureo illo æstuantissimo igne incendi:
 pro cornibus quoq; ornamentorum suorū,
 cœperint eis crudelissimī Demones cornua
 cum irrisiōibus ponere, ac inter se dicere:
 Ornemus & expolire conemur hanc domi-
 cellam aut dominam istam iuxta omnē mo-
 dū, quo se ornare solebat & linire ac pulchri-
 ficare seculo: sed & pocula propinemus, ci-
 bosq; præbecamus eidem proportionabili-
 ter, ut rescici confueuit: Oportet nanque ut
 præmia respondeat meritjs, & dolores de-
 licijs: quatenus quantum glorificauit se & in
 delicijs fuit, tantum demus ei tormentū &
 luctum? nisi quod quantum ad durationem
 comparatio nulla erit. Siquidem pro tem-
 porali & breui tripudio, succedet & inflige-
 tur mœror perpetuus: pro delectatione ce-
 leriter transiente, punitio nunquā finie-
 da. Inæstimabiliter quoq; maior erit tormē-
 torum illorum acerbitas, quā sit inanium
 gaudiorum suauitas. P R I N C. Et nōne
 Deus naturaliter bonus, pius, misericors,
 propitiabitur eadē miseris illis, præsertim
 cum pœnę tam graues, essent illis intolerabi-
 les nimis? C H R I S T. Nunquid personarum
 acceptor est Deus? Nōne cui plus da-
 tum est, plus requiretur ab eo? Nōne uerē
 dixit Scriptura: Exiguo conceditur miseri-
 cordia, potentes autem potenter tormenta
 patientur, & fortioribus fortior inflat cru-
 ciatus? quod de potentibus & fortibus, sua
 fortitudine malē uentibus, est prolatum.
 Aduertant & timeant hæc puellę & matro-
 nę illustres ac nobiles in delicijs enutritę,
 quę præ teneritudine atq; mollitie corpus
 suū uix ualent sustetere, ac super pedes suos
 incidere: quia quod nunc magis sunt assuetę
 propria libertate gaudere, chorizare, discur-
 rere, honorari ac splēdidē epulari, mollibus
 indui, nec quippiam pati: eō grauius, pœna-
 lius intolerabilius eis erit infernali carcere
 claudi & coarctari, tartareo potari absin-
 thio, felle draconum uenenoq; aspidum ali-
 immo potius æterna esurie atq; ardore sitis
 calidissimę, nunquā refrigerandę, ineffabi-
 liter cruciari. Ecce quod tendit, ad quid per-
 tinget, quid in æternum recipiet uita volu-

ptuosa carnalium intimatorumq; homi-
 num, qui per arctam uiam salutis nolunt in-
 cedere. P R I N C. Ista mi Domine, terrenis
 uehementer me, & quod me ueram ignoro.
 C H R I S. Nōne in euangelio sum locutus:
 Væ uobis diuitibus, qui habetis uestram cō-
 solationem nunc: uæ uobis, qui ridetis nūc,
 quia plorabitis & flebitis: Væ uobis, qui nūc
 saturati estis, quia esurietis? Insuper uē uehe-
 mentiūs timeas, proponam tibi imaginatio-
 nem salubremp. Nōne tu credis quod ignis
 infernalis sit multo calidior ignibus huius
 mundi, quod item pœna gehennę excedat
 supplicia huius uitę? P R I N C. Planē cre-
 do: immo dici solet, quod ignis ille se habeat
 ad ignem istum, sicut iste ignis ad ignem de-
 picitum. Deuotarij quoq; allegant sanctum
 Augustinum dicentem, quod quamuis mar-
 tyres sancti immanissima tormenta perpess-
 si sint, attamen pœna purgatorij uniuersa il-
 la excedit tormenta. C H R I S T. Imagina-
 re ergo & cogita, quanta pœna esset corpori
 nudo iacere, & in æternum clausum mane-
 re in calidissima æstuantissimaq; fornace
 nūquā temperiē capiente. P R I N C. Mens
 mea hoc abhorret uehementer, nec possem
 sine ingenti afflictione uidere hominem in
 tanto iacentem tormento: nec tamē possum
 ambigere, quin maior sit acerbitas pœnæ cō-
 demnatorum: immo si dicere iam auderē,
 mirū uidetur quod eos creasti & creas, quos
 nosti ac præuidisti ad tantas miseria ruitu-
 ros seu lapuros. C H R I S. Nō putes in in-
 ferno solū esse tormentū ex infernali incē-
 dio ac calidissimo igne illo: immo sunt ibi
 & alia multa supplicia ineffabiliter graua &
 molesta: Est etenim ibi etiam intensissimū
 frigus ita excedens alia frigora, quemadmo-
 dum calor ille alios excedit calores: palpabi-
 les tenebrę, affligentissimus fœtor, horri-
 dissimus locus, desolatissima societas, gemi-
 tus, ululatus, ploratus, pœnalissima uisio ne-
 monum, desperatio sempiterna, quę præ cæ-
 teris pœnis deprimit, transfodit, excruciat
 mentem: Hoc quippe præ alijs pœnis iam
 tactis transuerberat cor damnati, quod in
 tot calamitatibus ac tormentis scit & perpē-
 dit se sine spe euadendi mansurum. P R I N.
 Non sufficio admirari, qualiter misericor-
 dissimus Deus potest sustinere tor & tanta
 creaturarum suarum supplicia. C H R I S T. Non
 attendis iustitiam Dei penitus infi-
 nitam, & quantum detestetur ac odiat ini-
 quitatem: quod etiam peccatum habeat in-
 finita quodāmodo enormitatē, eō q; cōtra
 Deū maiestatis ac sanctitatis immensę com-
 missū sit uel admissū. Præterea ego Creator
 S I F 4 omnipo-

Genes. 32

Roban. 1.

Matth. 23
Leu. 24
Matth. 23
Luc. 23
Matth. 23

Matth. 23
Luc. 23

Matth. 23

Matth. 23

Matth. 23

Matth. 23

Matth. 23

Matth. 23

Luc. 6

Amos 6

Matth. 23

Matth. 23

Matth. 23

1. Tim. 2. Hebr. 1.

omnipotens, quantum in me est, omnes homines volo saluari, & ad agnitionem veritatis venire: sed & angelos sanctos do eis custodes & adiutores, per diuinosque instinctus multipliciter eos admoneo, & emendationem ipsorum longanimitè prætolor, quibus omnibus reprobi sunt ingrati. Veruntamen propter ipsorum ingratitude non decuit me omittere, quod ad me pertinet bonitatem, & quod meam declarat & commendat iustitiam. Nonne ad perfectionem spectat castri regalis, quod in ipso est carcer, in quo est reorum iusta detentio atque punitio debita? Insuper lætantur iusti videndo vindictam in impijs. PRINC. Simpliciter me plus congruit & expedit prudenter timere, quam curiosè scrutari. O quantum condolendum est hominibus excæcatis ac miseris, qui clausis oculis currunt ad in feros, qui sine vilo timore perpetrant mala, immo & gloriantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. CHRIST. Qui stat, videat ne cadat. Incomprehensibilia sunt iudicia Dei. Ideo beatus homo qui semper est pauidus. PRINC. Refrigera Domine, & consolare paulisper animam meam vehementer territam ac timentem.

Psal. 57.

Eccles. 5.

Prover. 2.

1. Cor. 10. Rom. 11.

De misericordijs Dei & gaudijs electorum. Articulus XIII.

CHRISTVS.

Prover. 28.

Audium est iusto, facere iustitiam: & gaudium est misericordissimo Deo, misereri & parcere: qui nullum in se speratorem relinquit, neminem à misericordia sua repellit, dummodò se verè emendare poenitendo proponat: quamuis autem tot & tanta supplicia sint reprobis & iniquis parata, maiora tamè gaudia gloriosioraque præmia electis & iustis extant disposita, sicut dixit Apost. Resposita est mihi corona iustitiæ: nec enim sunt cõdignæ passiões huius tēporis, idonei uel labores vitæ præsentis ad gloriam illam futuram: quia nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus suis electis. PRINC. Quæ sunt bona istaque gaudia beatorum? quæ præmia ciuium supernorum? CHRIST. Tanta est dilectio mea ad meos electos, quod do eis me ipsum: & sicut nascendo ex virgine, & corpus humanum induendo ex ipsa, ac inter homines conuersando, exhibui & donavi me fratrem & socium hominum: manducando etiam in cœna nouissima cum discipulis, dedi me ipsum eis in cibum: morièdo

2. Tim. 4.

Roma. 8.

Esai. 64. 1. Cor. 2.

Iohan. 14. Luca. 2. Baruch. 3.

Matt. 28. Hebr. 2.

item pro genere humano, me ipsum donavi in pretium: ita regnando in cœlis, in omni triumphanti Ecclesia do me ipsum in præmium, & ego illorum heredes sum, plena possessio & beatissima merces, & tota super gloriosissima Trinitas. Præmium, inquam, illorum obiectale est Trinitas summa: quoniam ad libitum ea fruuntur, ac eius clara & beatifica visio plenissimè ac suauissimè reficiuntur, impletur, contentantur & quietantur, ita quod plus desiderare non valent, nec vnquam auerti ab ea. Cogita nunc & pro posse tuo considera, quàm ineffabilis & incomparabilis sit beatitudo & gloria illa, videre clarè facie ad faciem Deum pulchritudinis infinitæ, frui immediatè Deo profusus immensæ dulcedinis, æternaliter esse coniunctum fonti totius boni, in quo est omnis bonitatis, omnis decoris, omnis nobilitatis, perfectionis, sapientiæ, omnipotentia, opulentia, omnis amonitatis, desiderabilitatis & gloriæ plenitudo omninò perfecta. PRINC. Iam, ò Domine, me benè refrigeras, dulciter consolaris, gratiosè confortas: nam & ista aliquantulum capio, cum experientia proresteretur, quod quantum quid pulchrius est, tantò iucundius est ad videndum: & quantum suauius est, tantò delectabilius est ad gustandum atque fruendum. Præterea, cum angelum vnum ad momentum videre, valde sit optabile & iucundum; potissimè virginem gloriosam: incomparabiliter iucundius, dulcius, nobilius, desiderabilius atque felicius est, clarè & fruiuè videre summum, perfectum, infinitumque Deum, cuius comparatione totum vniuersum est tanquam pulvis exiguus & arena permòdica, immo vt nihilum, sicut ex præhabitis didici. CHRIST. Sapienter locuta es, & benè intelligis. Procede ergo ex his, & cõtemplare, quàm innumerabilia ac vehemētissimè magna sint gaudia accidentaliter felicitatis ac secundarij præmij beatorum in cœlis, hoc est, gaudiorum quæ in cognitione & vtu ac dilectione rerù creaturarum consistant. Vnusquisque enim ciuis cœlestis quemlibet suum conciuem cognoscit distinctè & clarè, ac diligit vehementer, multò plus quàm aliquis parens suam prolem in seculo isto. Idcirco vnusquisque illorum speciale & valde intèsum gaudium habet de quolibet suorum conciuum, etià multò copiosius ac dulcius gaudium, quàm aliquis in hoc mundo habere posset de aliquo alio. Tot ergo sunt ibi huiusmodi gaudia in quolibet sancto, quot sunt beati in cœlo, tam angeli quàm animæ, quorum numerus soli Deo est cognitus & ipsis beatis.

Num. 13

6/4/57.

1. Cor. 11. 1. Pet. 1.

Mat. 5.

Mat. 22.

Esai. 40.

Psal. 57.

Mat. 5.

Mat. 22.


Mat. 22.

Quantam verò lætitiã habeant omnes & singuli de Christi glorificatissima humanitate & deificatissima ac sacratissima virgine, nemo mortalium capere valet aut eloqui. Post diem quoque iudicij in corporibus suis glorificatis habebunt homines sancti multa præclara ac specialia gaudia: Nam & probabilius est, quòd ibi erit laus Dei vocalis inenarrabiliter iucunda ac dulcis, & tanta erit beatissimorum illorù felicitas, gloria ac sancta voluptas, quòd mille anni vix videbuntur eis duratio diei vnus: quemadmodum in inferno vnus dies apparet dñatis mille anni. PRINC. Iam certè, ò Domine melliflue, refocillasti & consolatus es animam meam: vnde & totis præcordijs tibi regrator. Postremò precor mihi dari compendiosam doctrinam, per quam omnia præinducta possint citius faciliusque impleri. CHRIST. Dilige te in Deo, & sufficit, hoc est, super omnia dilige Deum, & quæcunque tibi necessaria seu expedientia sunt ad complacendum Deo, veraciter amantem & hoc te scire oportet, quòd sunt duo amores, ex quorum vno omnis actus bonus procedit, videlicet amor Dei seu amor sui in Deo, qui vocatur amor diuinus & ordinatus, ac charitas, qua homo Deum super omnia diligit, & seipsum ac vniuersos proximos suos in Deo. Idcirco qui vnum hominem odit, nec Deum, nec seipsum, nec aliquem hominem salubriter diligit, cum sit in peccato mortali. Alter vocatur amor sui in seipso, vtputè priuatus, inordinatus, & ad seipsum peruerse reflexus, per quem homo amat propria commoda, delicias carnis, diuitias seculi, mundanos honores, solatia vana, choreas, ludos, spectacula,

dominari præsidereque alijs: & ita ex illo amore nascuntur superbia, gula, luxuria, iracundia, impatientia, indignatio contra iniuriantes, acedia, odium, & tãdem Dei contèptus, hoc est, inobedientia & præuaricatio præceptorum ipsius. Porro ex amore diuino seu ex amore sui in Deo, oriuntur humilitas & subiectio sui in Deo, mansuetudo & patientia in aduersis, castimonia corporis, puritas cordis, castigatio propriæ carnis, feruor in Dei obsequijs, & omne misericordie opus. Itaque quantum plus crescit & proficit in extirpatione propriæ priuati amoris, atque in aspersione cuiuspius, tantò plus crescit in Dei amore ac omni virtute: & quantum quis plus amat se in seipso, tantò longior est à Deo, & pluribus ac grauioribus impletur peccatis. PRINC. Quid est amare se in se? CHRIST. Appetere & amare illa, quæ sunt sibi ipsi delectabilia, vtilia aut honesta, per respectum ad propriam suam naturam sensualemque inclinationem, non per respectum ad Dei voluntatem ac veram salutem. PRINC. Intelligo hoc, & cõfundor ac doleo, quòd tam diu & excessiue extiti talis. Indulge mihi, ò Domine, indulge pijsime, & da mihi condignam emendationem in omnibus, cum tuis quoque miseris peccatoribus hoc infelici amore infectis & inquinatis, misericordissimè subuenire digneris. CHRIST. Iam te Spiritus sanctus tetigit & accendit intantum, quòd gratiam tibi collatam proximis comunicari affectas. In hac deuotione, pietate & gratia perseuera & profice vsque in finem, ad laudem & gloriam Omnipotentis, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

Dialogi de vita & regimine Principissæ, finis.

D. DIONYSII CARTHUSIANI IN DIRECTORIVM VITAE NOBILIVM, Præfatio.



Quicumque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contempnunt me, erunt ignobiles. Ista sunt verba Dei primo Regum. Deum glorificat, qui ei obedit in omnibus, non qui solis uerbis Deum ipsum honorat, extollit & laudat: immo de his, qui solis uerbis Deum glorificat, ipse ait per Esaiam Prophetam: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Tales enim uerbis Deum glorificant, operibus autem offendunt & inhonorant. Idcirco eorum glorificationem uerbalem Deus, qui cordium

1. Reg. 11.

Esai. 29. Marc. 7.

3. Reg. 16.

Lucæ. 6.
Ecclesi.

cordium est inspector, non acceptat, sed reprobat, quemadmodum Christus in Evangelio talibus loquitur: Quid dicitis mihi Domine Domine, & non facitis quæ dico? Hinc ait scriptura: Non est speciosa laus in ore peccatoris. Insuper, qui non obediunt Deo, sed transgrediuntur eius præcepta, non solum inhonorant maiestatem ipsius, uerum etiam (quod durius & horribilius sonat) ipsum contemnunt, quoniam eius præcepta non aduertunt, nec curant implere: immo in præsentia Omnipotentis omnia intuentis, non erubescunt nec uerentur peccare, & ista carnalia & caduca, uana & uilia præferunt puræ & æternæ infinitæq; bonitati & excellentiæ Dei, contra cuius documenta, consilia & mandata adherent rebus transitorijs, uilibus atque uanissimis, etiam plius quam Deo suo Creatori ac Saluatori: idcirco ignobiles sunt, id est, uiles & impij, hostes Dei & serui Diaboli, iugo iniquitatis subiecti, quod est ignobilitas maxima. Ait namque Iohannes Euangelista: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Vincitur etenim à peccato, hoc est, à propria concupiscentia mala, ab ira uel impatientia, ab acedia, gula, odio aut alia prauitate, quibus tenetur per rationem & uirtutes resistere ac præualere. Hæc est seruitus prorsus uilissima atque turpissima, & tanto stolidior & ignominiosior, quanto magis spontanea. Propterea ait princeps Apostolorum: Iniqui sunt serui corruptionis: à quo enim quis superatus est, huius & seruus est. O quam mira & magna, quam misera & despecta est excæcatio hominum. Erubescunt personæ nobiles & illustres ignobilibus ministrare, & non erubescunt uitjs deseruire, Dæmonibus obedire, & à proprijs desiderijs prauis ac turpibus superari. Hæc & consimilia considerans tu, o inclyta domicella, uirgo illustris, & famula Christi deuota, nequaquam contenta es nobilitate illa carnali, nisi & uera ac spiritali nobilitate orneris, uirtutibus splendeas, sapientia decoreris, & uanitatibus mundi resistas, nec solum iniquis operibus, sed prauis quoque desiderijs domineris. Magna cerè est gratia, personam sexu fragilem, ætate adolescentulam, diuitijs & honoribus abundantem, ac natione illustrem, paruipendere omnia ista, totoque corde affici Deo, esse sollicitam ad complacendum Creatori altissimo. Hæc ex causa desiderauit nobilitas tua, ut breui tractatulo tibi conscribam, qualiter coram Deo debeas conuersari, teq; in omnibus, præsertim in uestitu & exteriori ornatu, habere. Itaq; deuotioni tuæ ex corde congratulans, tam pie et humili petitioni pro posse obedire ac satisfacere laborabo.

De fundamento atque exordio conuersationis bonæ ac uirtuosæ. Articulus I.



Non solum præcursor Domini nostri Iesu Christi beatissimus Iohannes Baptista, sed etiam ipse Dominus noster Iesus Christus Unigenitus Patris æterni, prædicationes suas in hoc mundo sic incepit: Pœnitentiã agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Hoc est igitur fundamē-

tum & initium bonæ ac meritorie uitæ, de peccatis præteritis ex intimo corde dolere, & ea contrito & humili animo confiteri, satisfacere quoque pro eisdem, ac deinceps ea cum omni diligentia euitare. Et quia peccamus quotidie, & in multis offendimus omnes, debemus quotidie modo prædicto pœnitentiã agere. Non tamè oportet quotidie unumqueng; fidelium oretentis confite-

Matth. 3.
Lucæ. 3.
Marc. 1.
Lucæ. 13.
Matth. 10

fiteri presbytero, sed quantum sapius sit confessio talis ex contritione interna, tantò melius est. Valde autè expediens est, ut dum aliquis sibi conscius est de peccato mortali, cõfiteatur citius quò poterit. Præterea ad hoc, quòd sit uera pœnitentiã, neceßè est ut quãtò fuerit plura ac grauiora, tantò contritio de eisdem sit magis intensa. Nam quantum quis sapius & enormius Deum offendit & inhonorauit, tantò plius obligatur inde contristari ac cõfiteri. Et quia peccata sunt inestimabiliter peiora & magis nociua ac fugienda, quam quæcunq; temporalia damna aut corporales pœnæ seu aduersitates, idcirco ad hoc, qd sit uera cordis contritio de peccatis, neceßè est, quòd homo plius doleat de suis peccatis, præsertim mortalib; immo de quocunq; ac quolibet peccato mortali suæ memoriæ occurrenti, quam de quocunq; temporali damno seu pœna aut aduersitate, sicut Doctores declarant super quartum lib. Sententiarum. Quod etiam alijs duabus rationibus potest probari: Prima est, quia peccando mortaliter perdimus Deum & omnè gratiam eius, uirtutes ac dona Spiritus sancti. Ideo sicut Deus gloriosus & benedictus, est incomparabiliter & inenarrabiliter melior, desiderabilior ac dignior omnibus creaturis, ita debemus incomparabiliter plius dolere de eius amissione, offensa & inhonoratiõne, quam de quacunq; aduersitate, cõfusione, infirmitate, damno uel temporali. Ideo loquitur Hieremias Propheta: Luctu Unigeniti fac tibi planctum amarum: id est, ita acerbè & cordialiter desite tua peccata, sicut mater uidua deplorat mortem vnici filij sui. Michæas quoque Propheta: Faciam, inquit, planctum quasi draconum, & luctum quasi struthionum. Dracones quippe dum ab elephantis vincuntur, altum & terribilem sibilum faciunt, qui est quasi planctus eorum. Struthio quoque, quamuis duretur ad fœtus suos, & immemor ouorum suorum relinquat ea ab arena, prout Dominus ait ad sanctum Iob, tamen orta occasione, plurimum dolens est. Hoc modo doluit de suis peccatis electus ille Rex David, qui dixit: Tota die contristatus ingrediebar. Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei. Secunda ratio huius est, quia sicut tenemur Deum super omnia toto corde diligere, sic obligamur de offensione & amissione ipsius maximè contristari, dolere, gemere & plorare, saltem interiori ploratu: & qui de suis peccatis ita non dolet, non habet ueram contritionem, immo ostendit, quòd Deum non diligit plius quam fei-

sium & cuncta creata: ideo non est in statu salutis, sed æternæ damnationis. Ex his constat, quàm pauci uerè pœniteant: quod etiam innotescit ex hoc, quòd multi tam cito ac facilliter reciduant: qui si haberent ueram contritionem, diligentius custodirent se à ruina in pristina uicia, quam à quocunq; temporali damno uel corporali infirmitate, persecutione aut morte: immo qui non stat sic coram Deo, quòd mallet occidi & mortem susserre, quam peccare mortaliter, non est in charitate, sed in auersione mentis à Deo: quia plius amat seipsum quam Deum, & uitam naturæ præfert uitæ gratiæ ac uirtutum. Amplius, peccata aggrauantur ex multis, uidelicet ex loco & tempore, ex statu & authoritate peccantis, & ex peccandi frequentia, & ex parte personæ, cum quæ quis peccat.

De processu in uita uirtuosa, & quàm necessarius sit hominibus timor Dei.

Articulus II.

Dum homo taliter, sicut iam dictum est, doluerit de suis peccatis, & cum uera contritione ea confessus fuerit, indiget imprimis magno & indefinente timore Dei, ut in omni loco & tempore, in omni cogitatu, uerbo & opere timeat Dominum Deum suum offendere ex èplo beati Iob, qui dicebat: Semper quasi tumentes super me fluctus timui Deum. Et rursus: Deus solus est, & cogitatione eius nullus auertere potest: idcirco à facie eius turbatus sum, & considerans eum, timore sollicitor. Timor etenim Dei retrahit hominem à peccato, & facit eum diligentem atq; sollicitum ad cauendum uniuersa quæ displicent Deo, & quæ offensiva sunt eius: sicut uidemus, quòd serui qui metuunt Dominos suos, non audent eos offendere, sed cù sollicitudine seruiunt eis. Hinc Salomon protestatur: Qui timet Deum, nihil negligit. Quemadmodum tenemur Deum gloriosum & æternū super omnia toto corde amare, ita tenemur eum toto corde super omnia formidare. Idcirco qui ex humano uel carnali timore, hoc est, ex timore diffamiae, irrisionis seu uituperij hominum, uel ex comminatione eorum, seu ex formidine displicendi hominibus, aut ex uerecundia puerili relinquit uia iustitiæ, & alijs se conformat in ommissione bonorū ad quæ tenetur, aut cõmissione malorū, non est ueraciter Deum timens, sed est in statu damnationis & in uia perditionis. Propter quod sapiens dixit: Qui timet Deum, nihil trepidabit. Hoc est, qui Deum

tim. 6.

Mich.

Job. 39.

Psalm. 6.
Dua. 6.
Mich. 1.
Ier. 12.

Iob. 31.

Iob. 19.

Ecclesi. 7.

Ecclesi. 3.

docuit. Hinc nanque, cum esset vnigenitus Patris æterni verusq; Deus, elegit & voluit ex paupere virgine in paruulo oppido nasci in omni paupertate & abiectione, in mundo hoc inter pauperes discipulos conuersari, quorum pedes in cena lauare dignatus est: deinde ignominiosissimum crucis tolerauit supplicium, & dixit: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Et rursus: Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Cum etenim homo non habeat à seipso nisi deficere & peccare, atq; indefinenter indigeat gratia se adiuuari & conseruari à Deo, nec sine p̄simo Dei auxilio possit euadere laqueos inimici, tentamina vitiorum, & grauissima pericula animæ suæ quib; expositus est: certū est, quod primò ac maximè indigeat se coram Deo semper profundè humiliate, si debeat ita iuari, conseruari & saluari ab eo. Oportet, inquam, vt insufficientiam & defectuositatem suam imprimis humiliter recognoscat, sicq; ad Deū cōfugiat, & se ei subijciat, omni præsumptione, elatione & vana gloria abiectis. Quid ergo est vera humilitas, & qualiter potest homo ad eam pertinere, quomodo etiam debet se exercere in ea? Itaque secundum sanctorum patrum doctrinam: Humilitas est virtus, qua mens creata ex attenda consideratione sui ipsius ac proprii Creatoris, seipsam paruipendit ac despicit. Volens igitur humilitatem acquirere, seque in ea exercitare, debet seipsum imprimis diligenter pensare, videlicet quod nihil boni habeat à seipso, sed corpus & animam, omnesq; sensus & vires à Deo acceperit: ideo nil boni potest sibi ipsi ascribere, sed de vniuersis tenetur gratias agere Deo: & sicut à Deo sunt corpus & anima, ita & pulchritudo, opulentia, fortitudo, nobilitas, ingenium, facundia, scientia & potestas: & multò plùs constat, quod supernaturalia dona, videlicet gratia & virtutes, dona & fructus Spiritus sancti ac meritò actus non nisi à Deo profuuant ac præstentur. Idcirco de nullo bonorū istorū potest homo seipsum extollere aut in seipso in aniter gloriari, sed quātò plùs abūdat in bonis ac donis præfatis, tātò plùs obligat Deo regratari, subijci ac seruire. Propter quod Dominus noster in Euangelio loquitur: Cui multum datum est, multum quæretur ab eo: & cui multum commendatum est, plùs requiretur ab ipso, Paulus quoq; Apostolus Quid, inquit, habes quod non accepisti? si aut accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Hinc per Hieremiam Dominus dixit: Non gloriatur sapiēs in sapientia sua, & non

glorietur fortis in fortitudine sua, & non gloriētur diues in diuitijs suis: sed in hoc gloriatur qui gloriatur, scire & nosse me. Deinde homo volēs humilitatē acquirere, & in ea proficere, cōsiderare cū omni diligentia debet vniuersa peccata quæ fecit, & in quæ per omissionē & negligentia corruit: ita reputabit se omni creatura indigniorem, omnibus bestijs villiorem, omni stercore turpiorē, præsertim cū per vnum peccatum mortale fiat homo decies millies peior ac vilior omni bruto, atque indignus pane quo vescitur, aere quem respicit, tellure quam calcatur, vt Augustinus & alij sancti testantur. Idcirco in libro Sapientie scriptum est: Vita iniqui est villior luto. Quemadmodum enim Deus omnipotens & immensus, est vniuersis creaturis incomparabiliter sanctior atque præstantior: sic incomparabiliter est enorme Deum offendere, Tertio debet homo attendere immunditias proprii corporis, quod quantumcunq; foris ornatur, intus tamen sordibus foetoribusq; repletur, sicut omnia, quæ de ipso egrediuntur, testatur. Quarto perpendat quā procliuus sit ad omne peccatū, q̄ debilis in ratione, erroneus in intellectu, peruersus in voluntate, infestus in sensualitate, & q̄ imperfecta sunt opera bona quæ agit, quā sæpè ac grauiter quotidie peccet. Quinto consideret quod nō solum in finitè distet à perfectione Creatoris, sed etiā ineffabiliter valdè à sanctitate, sapientia & potestate angelorū sanctorū & omnium ciuiū supernorum: nec solum hoc, sed etiam à perfectione & virtuositate, sapientia & scientia multorum hominum adhuc in carne mortali vuentiū: ideo respectu & cōparatiōe omnīū horū, & maximè ex intuitu & cōparatiōe summi & infiniti Dei, debet se homo profundissimè humiliate, despiciere, deprimerere ac pro nihilo reputare. Sexto consideret, q̄ sicut nihil boni habemus nisi à Deo, sic nec per momentū possumus perseuerare in esse aut in vita aut in aliquo bono nobis concessio, nisi indefinenter conseruemur in eis à Deo beatissimo & excelso: sicut videmus quod quā cito candela extinguitur, lumen à candela diffusum in nihilū dilabatur: ita si Deus Omnipotēs virtutē suæ cōseruationis à creaturis retraheret, totus mundus repentē in nihilū recideret, sicut ex nihilo in esse surrexit. Quicunq; ergo cupit Deo placere, humilitatem acquirere, conseruare & in ea proficere, atq; æternā damnationē euadere, omnia ista iam tacta diligētē ac frequenter cōsideret: & statim sentiet fructum magnum, compunctionem

Humilitate acquirere de doctrina vniuersa.

4. p. 1.

10. 4.

1. Cor. 10.

10. 4.

nem internam, illuminationem supernam, inflammationem charitatis in Deo & consolationem à Spiritu sancto. Insuper, ad obtinendam sanctam humilitatem & ad proficiendum in ea, maximè confer diligētē omni die perpendere, quā humilimè Dñs noster Iesus Christus Rex glorie, Dominus virtutum, Vnigenitus Patris æterni, vniuersorum Iudex ac Dominus, vixit in seculo isto, & post eum sacratissima mater eius purissima virgo Maria & omnes electi: & quod omnes sancti tandè erant humiliores, quātò sapientiores & eminentiores. Postremò, ad acquirendam humilitatem & eius profectū ac perfectionem, præcipue valet Deum indefinenter ac feruidè exorare, vt virtutem istam præclaram dignetur in nobis plantare, augere, perficere. Cōsideremus quod beata humilitas est fundamentum virtutum, thronus gratie, præparatio ad omnem virtutē, ac euidens signum diuine electionis, sicut superbia est origo omnium vitiorū, sedes iniquitatis, introductio omnium impietatum, & manifestum indicium diuinæ reprobationis. Etenim per maledictam superbiam fit homo proles Diaboli, qui est rex super vniuersos superbis filios. Postremò, ad obtinendum nobilissimam humilitatem, & ad permanentem & proficiendum in ea, multum valet, vt homo semper referat atque cōsideret se per respectum ad eos, quibus inferior imperfectiorq; consistit, & non quod ad eos, quibus maior, melior & excellentior esse videtur: magisq; p̄ferat, quid sibi desit, quā quod habet vel habere se putat.

Quod timor Dei & humilitas singulariter sint necessariae nobilibus & excellentibus personis. Articulus V.



Bi maius periculum imminet, ibi custodia maior requiritur: & vnde acrior impugnatio surgit, illic fortius oportet resistere: & ne homo in conflictu lædatur aut occidatur, necesse est, vt ante conflictum se armet ac præparet. Ideo sicut personæ excellentes & nobiles habent maiores occasiones & plura incitamenta peccandi, quā homines alij: sic singulariter indiget magno timore Dei, per quem timorem retrahantur à peccatis, & cōpescant seipsos. Rursus, sicut habent plura incitamenta & plures occasiones superbicidij, ita profunda & firma humilitas est singulariter necessaria eis. Ideo ait scriptura: Quātò maior es, humilia te in omnibus. Occasiones autem & incitamenta peccandi & super-

biendi in personis nobilibus, sunt abundantia diuitiarū, multitudo obsequentiū, & quā multi laudat & beatificant eos etiā in peccatis, quæ admodū scriptum est: Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ. Multi quoque blādiuntur eis, & honorantur à plebe cōmuni, nec facilliter reprehenduntur: & si reprehenduntur aliquando, non tam acriter vt promerentur atq; oportet in promptu quoq; habet peccandi materiā & obiecta, sed & delicatè reficiuntur quotidie. Ex qua refectione sequi solēt inanis letitia, risus, iocundia & fabulationes, choreæ & saltationes, deinde cōcupiscentiæ vitiosæ, & tandè vitia carnis. Præterea, personæ excellentes & nobiles cōmuniter apprehendunt se tanq̄ aliquid magnū & sublime ac dignius alijs, & ita sunt magni & præclari in proprijs oculis, sicq; intumescunt & extollit seipsos & inflantur. Hinc elatio, præsumptio, iactantia, vana gloria & cōsimiles abusiones ac vitiositates, abundare solēt in personis sublimib; atq; nobilib;: & quia seipsos reputat tam magnos & eminentes, facilliter irascuntur, impatientes redduntur, nec volunt aliquid pati, immo pro parua iniuria indignantur, amaricantur, cōmquantur, & vltra modū se vlciscuntur: & quātò maioris sunt libertatis, tantò sunt ad peccandū audaciores. Itaq; vt refrenēt seipsos à vitijs & peccatis præfatis, inter tot occasiones & incitamenta atq; obiecta peccandi, valdè indiget grandi timore Dei & humilitate constanti, quotidiana quoq; exercitatione virtutum. Quicunq; enim cupit Deo placere, debet cōtra vitia illa præcipue se armare gratia Dei, oratiōibus & exercitijs virtuosis, ad quæ ex naturali inclinatione vel assuefactione aut aliorum societate est pronior. Insuper, quātò quis in sublimiori statu & maiori principatu aut prælatione est constitutus, tātò virtuosior & exemplarior esse tenetur. Et rursus, sicut præactum est, quātò quis plura & maiora à Deo beneficia sumpsit, tantò amplius obligatur Deo gratus, subiectus & obsequiosus existere. Itaq; nobiles & excellentes personæ quātò fuerint potentiores, ditiores, famosiores, honoratiores ac illustriores, tantò studeant esse virtuosiores & exemplariiores, quemadmodum obligantur. Deniq; quātò durius ac districtius iudicabuntur à Deo, & quātò pluribus præsent, & quātò maiore Dei gratia indigent, & quōd plures ædificantur in virtuosa eorum vita, tantò debent in omnibus timoratiores & humiliores existere. Aduertant ergo ac timeant quod in libro Sapientie scriptum est: Iudiciū durissimum in his, qui præsent, sicut

1. p. 1.

Mich. 6.

Sapient.

Exiguo enim hominum conceditur misericordia: Potentes autem potenter tormenta patientur, & fortioribus fortior instat cruciatus.

Quod persone nobiles non debeant carnalem nobilitatem, potestatem & opulentiam multum reputare. Articulus VI.

AD hominem sapientem iustumque pertinet, vnumquodque tantum appreciari seu reputare, quantum valet. Idcirco ad insipientiam ac iniustitiam spectat, viliora dignioribus rebus præferre: & super omnia insipientissimum iniustissimumque censetur, res creatas, terrenas, carnales, immundas plus desiderare, diligere & exquirere, quam Deum eternum, cuius bonitas, amabilitas, pulchritudo, perfectio, beatitudo, suauitas, sapientia, omnipotentia & opulentia nullum penitus finem habent. Porro, inter dona Dei præclarissima in hac vita, sunt gratia gratum faciens, virtutes infusæ, dona Spiritus sancti & actus eorum: Deinde præclariora sunt dona gratiæ gratis datæ, vt prophetia, operatio miraculorum, prælatio & potestas ciuilibis: post hæc sunt dona naturæ, vt ingeniositas, naturalis inclinatio ad virtutes, pulchritudo, eloquentia & consimilia. Vltimum verò locum in dignitate habent bona exteriora, vt opulentia, fama, honor, nobilitas, quæ dicuntur bona fortunæ. Nobilitas nanque carnis, secundum quod Aristoteles ait, non videtur esse nisi diuitiæ anti- quata: & dato quòd sit aliquid plus, illud tamen ad dona corporis pertinet, nisi fortè sit innata dispositio quædam ad mores venustos ac virtuosos. Quantumcunque ergo persona sit secundum carnem nobilis vel illustis, debet hoc modicum reputare, & pro certo tenere, quòd vna (immo & minima) intus gratia gratum faciens, sic incomparabiliter appetibiliior, præstantior & desiderabiliior, quam tota sua carnis nobilitas: propter quod debet sibi præferre cum omni cordis humilitate egenos & pauperes, famulos & ancillas: in quibus pie credere debet esse maiora dona Spiritus sancti, gratiæ & virtutes, perfectiones, maiorem deuotionem, humilitatem & cordis munditiam, quam in se. Denique, dona hæc gratiæ ac virtutum & meritorij actus verè ac saluberrimè nobilitant hominem, & faciunt eum Dei filium & amicum ac regni cœlestis hæredem. Carnis verò nobilitas neminem facit Deo placentem. Frequenter quoque con-

tingit, quòd proles vnius rustici aut mendici, sit melioris complexionis & ingeniosior atque formosior, melius quoque disposita ad virtutes, & nobilior animo quam filius regis. Nemo ergo de carnis nobilitate extollat se, immo omnem nobilem & illustrem personam valdè humiliet atque perterreat, quòd nobiles, diuites & potentes sunt communiter reprobi & elati, immo præ cæteris vitiosi, propter quod ait Apostolus Paulus: Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles sunt inter vos: sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, vt confundat sapientes. Et infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contempnibilia elegit Deus, vt non gloriatur in conspectu eius omnis caro. Ideo quantum immortalis rationabilisq; anima est dignior immunda, mortali ac misera carne, tanto plus appetenda & exquirenda est nobilitas animæ in virtutum exercitijs constituta, quam nobilitas carnis. Hinc ait sanctus Hieronymus: Sola apud Deum libertas est, non seruire peccatis. Summa apud Deum nobilitas est, clarum esse virtutibus. Et rursus: Nulli te vnquam de generis nobilitate præponas, nec obscuris natos putes te inferiores. Chrysostomus quoque: Quid, inquit, ei, quæ sordidant mores, prodest generatio clara? Aut quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornant? Ipse se vacuum ab omnibus actibus bonis ostendit, qui gloriatur in patribus. Quid profuit Absaloni, quòd filius fuit Dauid Regis? aut quid nocuit Abraham, quòd filius fuit idololatræ? Præterea de diuitibus ait Saluator: Væ vobis diuitibus qui habetis consolationem vestram. Et: Possibilibus est camelum transire per foramen acus, quam diuitem intrare in Regnum cœlorum. Veruntamen ista scribo, non quòd personæ nobiles & excellentes sint parui pendendæ, immo cæteris paribus, sunt præ alijs venerandæ atque ad principatus & dignitates Ecclesiasticas promouendæ: sed ne ipsæ personæ tales extollant se ipsas, & ea, quæ modici sunt momenti, multum appetantur: & vt magis considerent se vt fragiles homines, & tanquam viles peccatores aut peccatrices, grauioribusq; periculis expositas, quam vt excellentes ac nobiles. Postremò, & ipsas prælaturas ac principatus sciant esse officia quædam & onera periculosa, propter quæ necesse est non superbire aut inaniter gloriari, sed vehementius formidare ac gemere: pro multorum salute sollicitari.

Quali-

Qualiter omnis Christianus debeat totam vitam suam ordinare ad Dei gloriam & honorem. Articulus VII.

Sicut à Deo Creatore nostro accepimus esse, viuere, intelligere, velle, & quicquid sumus, possumus & habemus, ita nos ipsos & totam conuersationem nostram & vniuersam quæ p̄sidentem, seu quæ vsui nostro concessa sunt, ordinare ac vertere debemus ad Creatoris nostri honorem & gloriam, vt scilicet tota vita nostra, hoc est, cogitatio & appetitio nostra, omne verbum & opus nostrum, sint honoratiua Dei: quod fit, dum omnia ista diriguntur & regulantur secundum voluntatem Dei iuxta præcepta ipsius, sic quod nihil desideramus, volumus aut amamus, nisi si Deum, vel propter Deum: quia de rebus creatis non debemus aliquid desiderare siue diligere, nisi in quantum est nobis necessarium vel vtile ad seruendum complacendumque Deo, & ad proficiendum in eius amore, atque ad obtinendum felicitatem æternam: si quid aliter aut plus desideramus, volumus aut amamus, inordinatum est & vitiosum. Hinc dicunt Doctores & sancti Patres, quòd omnia sunt ponenda sub ordine diuini amoris, hoc est, vniuersas cogitationes, affectiones, locutiones & operationes nostras debemus sic refrenare & rectificare, vt per eas valeamus in amore Dei proficere, & sicut amor Dei requirit. Simili modo nihil debemus velle, scire, nihil studere, legere, querere siue addiscere, nisi quòd aliquo modo possit nobis prodesse ad proficiendum in cognitione Dei, & ipsam Dei cognitionem ordinare debemus ad eius dilectionem. Cõformiter debemus esse custoditi in verbis, ne proferamus aliquod verbum otiosum, superfluum, inhonestum, mendosum, pungitium, detractorium, præsumptuosum, iniuriosum fallax, adulatorium, simulatorium, aut alio modo illicitum. Istud est vnum generale documentum, ad cognoscendum qualiter debeamus totam vitam nostram coram Deo dirigere, atque ad laudem & reuerentiam Creatoris nostri nos ipsos & omnia nostra referre. Cum enim Deus sit vltimus finis noster, & clara fruitiuaque visio eius sit beatitudo nostra, propter quam conditi sumus, debemus nos ipsos & omne posse, nosse ac velle nostrum, & omnia quæ habemus, ad Deum & ad eius honorem atque beatificationem ac fruitionem ipsius rectè & sinceriter ordinare, nec aliquid extra Deum appetere. Hinc quippe ait Saluator: Primum

querite Regnum Dei, id est, primò ac principaliter intendite, affectate & obcinere studeate Regnum cœlestis, quod est æterna felicitas: & iustitiam eius, id est, adimplerem præceptorum Dei, iustam venerationem ipsius, per quas ad æternam beatitudinem peruenitur. Hinc & Apostolus loquitur: Siue manducatis, siue bibitis, siue aliquid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite. Itemque: Omne quodcunque facitis in verbo aut opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi agite, gratias agentes Deo Patri per ipsum.

De obseruantia præceptorum. Articulus VIII.

Dominus noster in Euangelio docuit nos duplicem viam pertingendi ad æternam salutem. Vna est via præceptorum, id est adimpletio mandatorum Dei, de qua ait: Si vis intrare ad vitam, serua mandata. Alia est via, id est adimpletio cõsiliõrum quæ Christus in Euangelio docuit, per quæ cõpeditiohõs, tutius atque cum merito ampliori ad perpetuam deuenitur salutem, de qua via locutus est: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Item: Qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Ad primam viam vniuersi Christiani tenentur, ad secundam soli religiosi. Quemadmodum autem Christus iussit obediri suis præceptis, hoc est, præceptis diuinis vicariorum suorum, id est, Ecclesiæ, videlicet summorum Pontificum aliorumque prælatorum, & præsertim generaliũ conciliorum, quibus ait: Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit. Denique, sicut in veteri Testamento erant decem præcepta principalia atque moralia, & ita in nouo Testamento sunt eadem decem præcepta: ita tamen, quòd obseruatio sabbati in celebrationem diei dominicæ est mutata. Item decem quoque præcepta docuit Christus duo esse præuia principalissimaque mandata: vnum & maximum est, vt Deum toto corde, tota mente, tota anima & omnibus viribus diligamus: Secundum est, vt diligamus proximos nostros sicut nos ipsos. In primo horum duorum præceptorum, continentur tria prima præcepta decalogi: quorum primum est, vt vnum verum Deum credamus atque colamus, quod est intelligendum de fide, quæ per dilectionem operatur. Secundum est, non iurare vanè per ipsum. Tertium est sabbata sanctificare, id est, dies festiuos celebrare. Et certum est, quòd hæc

Nobilitas quid.

Virtus plus quam carnis generatio uere nobiles efficit.

Hieronymus.

Chrysostomus.

1. Reg. 18.

Luc. 6.

Matth. 19.

Marc. 10.

Luc. 11.

Matth. 6.

1. Cor. 10.

Col. 3.

Mat. 19.

Luc. 9.

Luc. 14.

Luc. 9.

Matth. 23.

Deut. 10.

Matth. 23.

Matth. 23.

Exod. 20.

Deut. 5.

Gal. 5.

mum posse. Sicque sancti in regno cœlorum diligunt Deum, quod in hac vita impleri nō valet. Sed ad hoc debemus quotidie laborare, vt proficiendo in Dei amore sancto & in sapientia spiritali, appropinquemus viriliter omni die perfectioni illi cœlesti. Præterea, dum iubemur proximos diligere sicut nos ipsos, per proximos intelligēdi sunt omnes homines in hoc mundo viuentes, tā inimici quā amici, tam infideles quā fideles: quos omnes tenemur spiritali amore diligere, desiderando eorum salutem, & orando pro ipsis, vt ait Saluator: Diligite inimicos vestros, benefacite ijs qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Postremò, præceptum legis naturæ præallegatum ita est intelligēdum, vt quod nobis fieri volumus rationabili voluntate, faciamus proximis loco & tempore apto, prout requirit dilectio & dicat discretio. Et quod non volumus nobis fieri ab alijs rationabili velle, alijs non faciamus. Ex ijs clucescit, quā arcta sit via salutis, & quā pauci saluentur: quia per pauci sunt qui omnia ista obseruent, qui inimicos veraciter diligant, & omni homini faciant sicut sibi fieri volunt: & tamen necesse est omnia adimplere, cum dicat Apostolus Iacobus: Si quis totam legem impleuerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Idcirco & Salomon dixit: Qui in vno delinquit, multa bona perdet, nempe qui vnum hominem odit, nec Deum nec seipsum nec aliquem alium verè ac spiritaliter diligit. Postremò, amandi sunt inimici ac infideles propter Deum id præcipientem, in quantum sunt ad Dei imaginem similitudinemq; plastati, & sanguine Christi redempti, beatitudinis quoque capaces, quia possunt cōuerti. Tenemur quoque plus diligere animā proximi, quā proprium corpus.

Qualiter omnia corporalia sint ordinanda ad spiritalia bona. Articulus X.

Sicut constat ex anima & corpore, ita indigemus corporalibus ac spiritalibus bonis. Et sicut corpus ordinatur ad animam, sic corporalia bona & ea, quæ sunt corpori necessaria, ordinanda sunt ad vtilitatem salutemque animæ. Hinc de corporalibus rebus, de possessionibus, pecunijs, clinodijs, ornamentis, de cibo & potu, de sono ac vestimentis, non plus debemus appetere, acquirere aut tenere, quā vtile aut necessarium nobis est ad profectū

& salutem animarum nostrarum, hoc est, ad bene viuendum, ad seruendum Deo sobriè & deuotè, ad proficiendum in omni virtute. Si aliquid plūs cupimus aut seruamus de corporalibus rebus præfatis, hoc est superfluum atque culpabile. Ideo dicit Apostolus: Habentes alimenta & quibus tegamur, ijs contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueū Diaboli, & in desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt hominem in interitum & perditionem. Et per Esaiam Prophetam loquitur Deus: Væ vobis, qui coniungitis domū ad domum, & agrum agro copulatis. Filius Dei homo factus, volens suis fidelibus demonstrare exemplo & verbis omnia temporalia & terrena esse vilipendenda, nec superflua retinenda, sed bona cœlestia æterna totis præcordijs esse desideranda, elegit in summa & maxima paupertate in mundo hoc viuere, quem admodum ait: Vulpes terræ foueas habent, & volucres cœli nidus: Filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.

De moderamine obseruando in cibo & potu. Articulus XI.

X prædictis patent duo: Primum est, qualiter sit mensura tenenda in cibo & potu: Secundum est, quòd difficile valdè sit mensuram illam ita tenere, quòd non excedatur. Ad hoc enim debemus manducare ac bibere, vt corpore confortato simus magis idonei ad opera bona, ad obsequiū Dei, ad profectum virtutum. Tātum quoque debemus de cibo & potu accipere, quantum expedit ad sic agendum. Et tamen valdè difficile est, non excedere in hoc ipso. Ideo cum timore Dei & magna discretione est comedendum atque bibendum. Qui enim cum carnali iucunditate & confabulatione edunt ac bibunt, multipliciter excedunt in cibo & potu, & in verbis leuitatibusque diuersis. De quibus Iudas Apostolus ait in sua Epistola: Hi sunt in epulis suis conuiuantes sine timore, quibus procella tenebrarum conseruata est in æternum. Hinc quoque Dominus noster Iesus Christus præcipit & hortatur: Videte ne grauentur corda vestra crapula vel ebrietate. Denique in cibo & potu potest homo multis modis excedere. Primo, nimis multum accipiendo. Secundo, delectationē sensualem quærendo in cibis ac potibus. Tertio, nimis multa cibariorum ac potuum genera accipiendo. Quarto, valdè diū in mensa

mensa sedendo, & tēpus sic infructuosè expendendo, multaque opera bona negligendo. Quintò, valdè frequenter edendo siue bibendo, aut etiam nimis manè & ante spiritalia opera. Sextò, nimis auidè & indisciplinatè sumendo cibum & potum. Vitanda ergo sunt omnia ista. Præcipuè quoque nocet naturę potus superfluus & maximè fortia vina. Vnde refert Valerius, quòd nobiles matronæ ac filię Romanorum, non confueverunt vinum potare. Nam vina præter alia mala, quæ in fœminis pariunt, etiam dolores capitis generant. Vehementer timendum est omnibus nobis, quod Iudex noster in Euangelio loquitur: Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis. Vnde & Ambrosius: Saturitas, inquit, castitatem perdit, illecebram nutrit. Ideo ait Gregorius: epulas penè semper concomitatur voluptas, nam dum corpus in refectiois delectatione resoluitur, cor ad inane gaudium relaxatur. Postremò, ad tenendum mensuram in cibo & potu debemus Deum fideliter exorare, & tempore refectiois diligenter recollere, qualiter homo noster Deus noster in cruce pro nobis cibus est felle & potatus aceto, & qualiter nunc in inferno cruciet diues ille epulo, qui in hac vita epulabatur quotidie splendidè.

Qualiter nobiles & illustres persone habere se debent in vestimentis & ornamentis. Articulus XII.

E ista materia optasti specialiter informari, o illustres, pia ac prudens domicella: & meritò, quia manifestè vides, quā enormiter multæ matronæ ac virgines nobiles excedant in istis. Primò ergo sciendum, quòd sicut contingit in cibo & potu excedere, ita in vestimentis ac ornamentis multiplex est excessus. Primò, si sint nimis multa, cum dicat beatissimus Iohannes Baptista: Qui habet duas tunicas, id est, vnam superflua, det non habenti. Propter quod sancti Patres Ambrosius Basiliusq; testantur: Vestis, quam non eges, quam super perticam pendis aut in cista recludis, est pauperis & egeni, qui ante oculos tuos nudus (id est, malè & parum vestitus) incidit: quem spoliās, dum ei non præstas id, quo tu abundas. Secundo, si sint nimis pretiosa. Tertio, si sint nimis curiosè aut pompatice facta. Quarto, si sint ultra laudabilem cōsuetudinem aliqua vana nouitate notabilia. Veruntamen non est negandū, quin excellentibus nobilibusq; personis liceat vti vestibus pretiosioribus & magis or-

natis ac multiplicioribus quā vulgaribus hominibus: & tamen in hoc obseruandus est modus, ne aliquid fiat, quod sit directè contra ius diuinum, id est, contra dei præceptū, aut contra Apostolica documenta ac iussa. Etenim Dominus Deus Iudex & legislator noster in Euangelio clamat: Væ homini per quem scandalum venit. Et rursus: Qui scandalizauerit vnū ex ijs pusillis qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundū maris. Ista sunt iura diuina, non positua, nō humana. Quibus etiam consonat ius naturę & ratio naturalis. Cum enim teneamur proximos diligere sicut nos ipsos, & nihil ita sit secundum naturam, vt amare naturæ cōsortem, vt ait Ambrosius, vnde & in Ecclesiastico scriptum est: Omne animal diligit sibi simile: hinc constat quòd non solum sit contra ius diuinum, sed etiam contra legem naturæ & contra naturalem rationem, proximum scandalizare: quia proximum scandalizare, est eum spiritaliter lædere siue occidere, id est, ad peccatum inducere. Ideo super præfata Christi præcepta ac iura diuina de scandalis pusillorum (id est, hominū imperfectorum ad peccata procliuum) euitandis non cadit dispensatio, nec eis præiudicare potest aliqua consuetudo: sed omnis consuetudo eis contraria, est vitiosa, & magis dicenda est corruptela, quā cōsuetudo. Quicquid enim contrariatur bonis moribus aut scripturis seu iuri diuino, est corruptela, non consuetudo bona: immo tantò est vitiosius, quantò consuetius, vt sancti Doctores ac præfules Cyprianus martyr & Augustinus confessor testatur, quorum verba super hoc in prima parte Decreti copiosè sunt scripta. Idcirco infallibiliter & indispensabiliter verum est, quod gloriosi Doctores Hieronymus atq; Chrysostomus asserunt: Si vir aut mulier se ornauerit, & suo ornatu vultus hominum in se prouocauerit, quamuis nullū damnum inde sequatur, tamen æternū supplicium patietur: quia venenum præbuit, si fuisset, qui biberet. Istud etenim dictum immediatè & directè fundatur in iure diuino, quod filius Dei iussit & docuit, dicens: Videte ne scandalizetis vnum ex pusillis istis. Et rursus: Væ homini per quem scandalum venit. In præfatis quoque verbis Hieronymi atque Chrysostomi non videtur aliquid de positio iure adiuuetum: sed quod in prædictis Christi verbis includitur, per verballorum apertius referatur. Et si quis dicat, quòd in verbis illorum aliquid sit de iure additum positio, quia affirmant, quæ se ornans,

Matth. 22

Lucæ. 6.

Matth. 7.

Tobias. 4.

Matth. 7.

Iacob. 2.

Ecclesi. 9.

Genes. 1.

1. Tim. 6.

Esai. 5.

Iohan. 4.

Zach. 9.

Matth. 2.

Lucæ. 9.

Matth. 7.

Iohan. 19.

Lucæ. 16.

Matth. 9.

Matth. 23.

Ecclesi. 15.

Hieronymus.

Chrysostomus.

Matth. 18.

In cibo & potu

exceditur.

scandalum
quid.

ornans, æternum patietur supplicium, quâuis nullum ex eo sequatur damnum, id est, scandalum: & quando nullum inde cõsequitur damnum, non videtur ibi cõsistere scandalum: ad hoc respondendum, quod scandalum est dicitur aut factum minus rectum, alteri præbens occasionem ruine. Idcirco qui in conspectu alterius malè se habet, illum, quantum in se est, scandalizat, quamuis ille non scandalizetur. Quia beatus Augustinus testatur: Qui in cõspectu populi malè viuunt, quantum in se est, illum, à quo attenditur, occidit. Idcirco si alter ex sua bonitate manet illesus, ita quod non scandalizatur, ipse tamen, qui coram altero malè se habet, à scandalo non excusatur. Præterea ad sciendum quousque nobilium personarum ornatus possit rationabiliter excusari, consideranda sunt Apostolica documenta. Ait equidem princeps Apostolorum in prima sua Epistola: Mulierum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio aurium, aut indumenti vestimentorum cultus. Paulus quoque Apostolus dicit: Mulieres ornent se non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa. Ex his innoteat, quod vniuersæ matronæ ac puellæ, quantumcumque; nobiles aut illustres, tenentur se sub his limitibus coarctare, sub hac mensura constringere, sub hociure diuino non frenare, ut ita se vestiant & sic ornent, quod suo vestitu & ornatu neminem, quantum in ipsis est, scandalizent. Ideo diuino obligantur præcepto talem vestitum vitare & talia ornamenta abijcere, quæ ex sua dispositione sunt incitatiua aliorum ad incautum & periculosum aspectum, & inflammatiua illorum ad libidinosum affectum, & inductiua ad vitiosam imitationem: quia quod vna femina videt in alia, hoc si decorum est, cupit habere & sequi, aut etiam vincere atque supergredi: quoniam pronæ sunt mulieres ad desideria puerilia, & cupidæ laudis humanæ, facilliter quoque eis apparet quod contemnatur.

Quod vitiosus, damnable ac vitandus sit immoderatus, superfluous & lasciuus vestitus atque ornatus, ex verbis sanctorum Patrum & excellentissimorum Doctorum.

Articulus XIII.



Mulierum pulchritudo naturalis & ipsa facies femineæ, per se ipsam satis est attractiua virorum ad intuentium & concupiscendum, ita quod nisi vir virtutibus sit armatus, ex feminarum intuitu facilliter vulneretur, immo mortifero appetitu necetur: quod & ex-

perientia docet quotidie, & scriptura sancta testatur. Et quod amplius est, etiam viri virtutum & sapientia decorati, leguntur ex incauto feminarum aspectu mortaliter corruisse. Hinc diuina scriptura cohibet viros à moroso & incustodito mulierum virginumque intuitu, ne ex intuitu tangantur prauo affectu. Ideo in Ecclesiastico sapiens ait: Virginem ne conspicias, ne scandalizeris in decore eius. Noli circumspicere in vicis ciuitatis. Auerte faciem tuam à muliere compta. Propter speciem mulieris multi perierunt. Ecce quod decor & ornatus feminarum, ex sua natura attractiuus & inflammatiuus sit virorum, præcipue iuuenum. Quod autem pulchritudo mulierum per se, non apposito exteriori ornatu, satis, & plus quam satis, sit inflammatiua virorum, docet nos sacra scriptura. Legitur enim in Genesi, quemadmodum primò Aegyptij, deinde Palæstini abstulerunt Abraham suam vxorè propter ipsius pulchritudinem, quæ tamen non ornauit se exteriori ornatu. Et hoc idè timens Isaac fieri suæ vxori, dixit eam esse suam sororem. Cùm ergo hæc ita se habeant, quanta insipientia, quanta insania, quanta iniquitas est, ut virgo aut femina suæ naturali atque ingentæ pulchritudini, concupiscibilitati seu decori apponat incitamenta libidinis, inflammatiua concupiscentiæ, fomenta quæ scandalorum & vanitatis exempla, hoc est, curiosum pompaticumque vestitum, splendida ornamenta, superinductum colorem, cõstrictiones & ligaturas corporis ac membrorum. Quæ omnia quid aliud sunt, nisi arma Diaboli, rete & laquei Dæmonum, ad vulnerandum & occidendum animas iuuenum ac virorum, atque ad dandum exemplum impietationis alijs feminis, id est, ad faciendum similia? Præterea, sicut sanctus Iohannes Chrysostomus in Dialogo ad sanctum Basilium Episcopum scribit: Ornatus superfluous consistit in exquisitione vestimentorum, in cõpositione capillorum, in depictione colorationeque; vultus & colli, & in appositione gemmarum, vel aureorum, argenteorumue aut consimilium ornamentorum. De quibus idè Iohannes Chrysostomus ait: Pulchritudo faciei oculique depicti, in fectæ maxilla; ornatus capitis, criniumque tinctura, vestis pretiosa, splendor gemmarum, odor pigmentorum, & alia, quæ ad mundum multibrem pertinent, cor perturbant, animumque euerunt, & concupiscentiæ nutriunt flammam. Hinc quoque in libro de disciplina & habitu virginum sanctus loquitur Cyprianus: Epulemur (ait Apostolus) non in sermone malitiæ &

& nequitia, sed in azymis sinceritatis & veritatis. Nunquid sinceritas & veritas perfeuerant in te, quado, quæ sincera sunt, poluis adulterinis coloribus, & medicaminum fucis vera ac naturalia in mendacium mutas? Dominus tuus dicit: Non potes vnum capillum album facere aut nigrum: & tu ad vincendam ac falsificandam Domini tui vocem, vis te esse fortiorem, quam ille dixit: & audaci conatu sacrilegoque contemptu crines tuos malo futurorum præfugio, inficis, & iam capillos tibi flauos ac flammeos aspicias. His sanctus Cyprianus verbis consono, quod in Epistola ad Lætam nobilem feminam scribit sanctus Hieronymus: Cautè ne filia tua capillum inficias, & aliquid ei de gehennæ ignibus aspicias. Et in libro de Viduitate seruanda, ait de faciei depictione: Quid facit in facie Christianæ feminae aut primò purpurillum aut cerussa, quorum alterum ruborem genarum ac labiorum mentitur, alterum verò candorem oris & colli? Hinc rursus Cyprianus differuit: Non tantum virgines & viduas, sed etiam nuptas omnesque feminas arbitror admonendas, ut opus & plasma Dei nequaquam auertant aut subuertant in se, adhibito flauo colore, vigoreue pulueris aut rubore, aut aliquo medicamine natia lineamenta corrumpentes. Dicit Deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: & audet quisquam in se vertere & mutare quod fecit Deus? Manum Deo inferre, quando id quod Deus formauit, reformare & transfigurare contendis, nesciens quia opus Dei est omne quod nascitur, opus autem diaboli quod sic mutatur. Si artifex pictor vultum alicuius ac speciem & corporis qualitatem pinxisset, & alius pictor formatae imagini manum ad reformandum apponeret, magna prioris artificis videretur iniuria: & tu existimas te impunè transfigurare tam improbare temeritatis audaciam, & tantam artificis summi offensam? Hinc rursus beatus Martyr & Pontifex Cyprianus testatur: Si te sumptuosius ornas, & per publicum notabiliter incedas, & oculos iuuenum in te illicias, atque adolescentum suspiria post te trahas, peccandi fomenta succendis, ut etiam ipsa non pereas, tamen alios perdis: & velut gladium ac venenum te præbens ludentibus teque cernentibus, excusari non potes quasi mente casta sis & pudica. Redarguit te improbus cultus & impudicus ornatus. Hinc denuò idem sanctus Doctor effatur: Sericum & purpuram induta, CHRISTVM induere non possunt. Auro & mo-

nilibus & margaritis adornatæ, ornamenta cordis & pectoris perdidit. Quis illud non excretur ac fugiat, quod alijs sit exitio? Quis id appetat & assumat, quod ad necem alterius extat pro gladio? Certè virgines, quæ se huiusmodi artibus compescerint, non puto inter virgines numerari debere, sed tanquam oues contactas & morbidas à sancto grege arceri, ne contagio suo polluant cæteras. Insuper, his concordat, quod sanctus Ambrosius in suo ait Hexamero: Deles picturam Dei, ô mulier, si vultum tuum materiali candore oblinias, si acquisito rubore perfundas. Illa pictura vitij est, non decoris: fraudis, non simplicitatis: & aut pluuia aut sudore detergitur, sicque fallit te, ut nec tuo placeas Creatori, qui opus suum videt esse deletum in te. Noli ergo auferre picturam Dei, & picturam meretricis assumere, quod est opus Dei adulterare. Graue igitur crimen est, ut putes quod tu homo te melius pingas quam Deus, ut Deus de te dicat: Non agnosco colores meos, imaginem meam, vultum meum quem ipse formauit. Reijcio igitur quod non est meum, illum quem qui te pinxit. Hinc rursus ait Ambrosius: Collum catena constrinxit, compedes pedes includunt: nil refert, an corpus auro ligetur an ferro. Si ceruix premitur, si grauatur incessus, nil pretium iuuat, nisi quod vos mulieres miserabiliores estis, quam hi, qui publico iure damnantur. Illud optant exui, vos ligari. Mulier sic ornata, est omnium infernalium Dæmonum domus. Hinc ait & Augustinus: Quanta amentia est effugiem mutare naturæ picturamque quætere? Tolerabiliora sunt penè adulterij crimina, quam ista insania. In adulterio namque pudicitia violatur, in isto ornatu natura adulteratur. Postremò Hieronymus contestatur: Vestis ipsa, tacentis animi iudicium est. Si rugam non habeat, si per terram, ut altior videaris, trahatur, si de industria dissuta sit tunica, ut aliquid intus appareat, operiatque quod scedum est, & appareat quod formosum, papillæ fascioli comprimuntur, & crispans cingulo angustius pectus arctatur, capilli vel in frontem defluunt, vel in aures: palliolium cadit in terdum, ut candidos nudet humeros: & quasi videre noluert, celat festina, quod volens detexerat. Et quando in publico quasi per verrecundiam operit faciem, lupanaria arte id solum ostendit, quod ostensum, magis placere potest.

Quod

Quod in praefato ornatu superfluo & vestitu pompatico scandalizatio consistat mortale peccatum. Articulus XIII.



Antei Patres & gloriosissimi illuminatissimiq; Doctores contra ornatum superfluū & exquiritum, curiosum, superfluumque vestitum tam rigore non scriberent, nisi in eis mortalem culpā existere iudicassent. Venialia quippe peccata talem reprehensionem & condemnationem non promererent. Hinc quidam notabilis scribit in suo tractatu: Mulieres inaniter se ornantes, plus sibi nocent quam alij: quia mortaliter peccant, etiam si non alliciant alios. Vnde super illud Matthei: Qui viderit mulierem ad concupiscendam &c. ait Chrysostomus: Mulier si se decorauerit, & oculos hominum in se verterit, etiam si non intulerit plagam, extremam sustinebit vindictam. Venenum enim intulit, etsi nullus, qui bibat, inuētus sit. Præterea, si mulier nec appetat virum, nec appeti cupiat, indiscretè tamen & inordinatè ornatum suum pulchritudinemque ostendat, laqueum alij inijciendo mortaliter peccat, quemadmodum in Ecclesiastico scriptum est: Qui laqueum alteri ponit, peribit in illo: & qui fodit foueam, incidet in eam. Hinc quoque sanctus Moses ait: Si quis foderit aut aperuerit cisternam, & non operuerit eam, cecideritque bos vel asinus in eā, Dominus cisternā reddet (id est, persoluet) pretium iumentorum. Quod autem mortuum est, ipsius erit. Cisterna aperta & non clausa seu operata, est species mulieris, ornatu meretricio seu lasciuo ad capiendas animas præparata, videlicet collo extento, crinibus sparsis siue compositis, facie non velata. In hanc cisternam cadit bos aut asinus, dum aliquis vir aut iuuenis ornatu & specie eius decipitur. Ideo Dominus cisternā tenetur pretium reddere, & mortuum sibi tenere: quia mors animæ illius decepti feminæ se ornanti imputatur, & anima sua pro culpa illius poenæ æternæ obligatur. Hinc quoque ait Ambrosius in libro de Helia & ieiunio: Apostolus iubet mulieres in Ecclesia quoque tacere, & domi viros suos interrogare. Illæ verò in conspectu intemperatum adolescentulorum inuerecitas ducunt choreas, iactantes comas, trahentes tunicas, plaudentes manibus, saltantesq; pedibus & vocibus personantes, irritantes in se iuuenum libidines histrionico motu, pecculanti oculo, dedecoroso ludibrio: Spectat

corona adolescentium, sitq; miserabile theatrum inter ruinas cantantium, chorizatium atque spectantium. Cælum impuro aspectu contaminatur, & terra turpi saltatione polluitur. Denique Apostolus iubet: Si non velatur mulier, tondetur. Et rursus: Mulier debet habere velamen super caput suū propter angelos, id est, sacerdotes & clericos spiritualēque viros, ne cadant per eam. Præcedenti quoque articulo ex verbis sanctorum Cypriani, Hieronymi, Chrysostomi, atque Ambrosij est probatum, quod mulieres & ostendentes, præbent viros & iuuenibus peccandi fomenta, incitamenta libidinis, & velut gladium ac venenum intuentibus se exponunt. Insuper Hieronymus ait: Nitor, ornatu & species mulieris, ignis est iuuenum, fomenta libidinum, impudicæ mentis indicium: Quomodo potest sua peccata deslere, quæ cutem nudat & fulcos in faciem ducit? Ornatu iste non decor Dei, sed velamen est Antichristi. Qua fiducia vultus ad cælum erigit, quos Conditor non cognoscit?

Obiectio contra prædicta. Artic. XV.



Veritas huius materiæ certissimè innotescat, breuiter tangam ea, quæ obijci possunt prædictis. Potest namq; imprimis obijci, quod de beatissimo Apostolo Bartholomæo habetur in eius Legenda: Purpura vestitur, induitur pallio albo, quod per singulos angulos habet gemmas purpureas. Fuit autem sanctus Apostolus iste nobilissimè præ cæteris Apostolis origine carnis, vt Hieronymus in pluribus ait locis. Ergo videtur quod nobilissimè se possint ornare gemmis & purpura. Præterea, sancta Hester tempore opportuno ornauit se regij ornamentis & vestimentis in humum defluentibus, & antequam ducebatur ad regis cubiculum, ornabatur iuxta custodis virginum voluntatem, sicut in libro Hester describitur. Insuper legitur, quod ipsa venerabilis Iudith vidua, volens prosternere Holofernem, induit se vestimentis iucunditatis suæ, & ornauit se omnibus ornamentis suis, quæ exprimitur ibidem, erantque fati multa & pretiosa. Vnde videtur quod apud se habuit ac tenuit ea ad vtendum eis interdum. Amplius, de sancto Gregorio legitur, quod relictiis sericis vestibus, auro gemmisque radiantibus, vili monastico habitu tegebatur. Et tamen ante religionis ingressum fuit notabiliter virtuosus. Legitur quoque de sancto Al-

Alexio, quod quotidie ei assiscebāt tria milia puerorum, qui cingulis aureis vrebātur, & vestimentis sericis induebantur. Talis autem ornatu non est magis illicitus feminis & puellis, quam viris atq; iuuenibus: immo, secundum Gregorium, magis culpabilis est in viris, vt infra dicitur. Iterū legitur de sancta Cæcilia, quod licet ad corpus suum virginem induta esset cilicio, tamē vestibus deauratis forinsecus erat amicta. Cōformiter legitur de sancta Elizabeth vidua, filia Regis Vngariæ, quod quando Euangelium in Ecclesia legebatur, ex deuotione deposuit sua monilia & aurea ornamenta. Item quod licet marito absente, viliter se vestiret, redeunte tamen marito, decenter ornauit se. Quadam etiam vice quibusdam magnatibus visitantibus eius maritū & eam, maritus dixit ad eam: Doleo, o soror, quod iam decem annis amictum & conuenientem ornatū non habes. Ad quod ipsa piè subridens, respōdit: Dilectissime frater, potens est vobis prouidere. Deinde ingressa est cameram: & fusa oratione, exiit tā splendidissimo vestita amictu, quod maritus eius vehementer obstupuit. Præterea sanctus Thomas dicit in prima secundæ, q. 102. Hoc habet humanus affectus, quod ea, quæ communia sunt & non distincta, minus reueratur: ea verò quæ habet aliquam excellentiā discretionem ab alijs, magis miratur ac veneratur. Et inde hominū consuetudo inoleuit, vt reges & principes, quos oportet in reuerentiā haberi à subditis, prætiosioribus vestimentis vtantur, & maiora ac pulchriora habitacula habeant. Dicit quoq; idem Doctor in Secunda secundæ, q. 169. Illi, qui in dignitatibus constituuntur & ministri altaris, pretiosioribus vestimentis induuntur quam cæteri, non propter gloriā suam, sed ad significandam excellentiā ministerij sui vel cultus diuini. Idcirco in eis non est viciosum. Vnde Augustinus dicit in tertio de doctrina Christiana: Quisquis scit vitur exterioribus rebus, vt metas consuetudinis bonorum, inter quos versatur, excedat, aut aliquid signat, aut flagitiosus est. Veniq; super præallegata verba gloriosissimi principis Apostolorum asserit Glossa, quod mulieres possunt suum excusare ornatum per suos maritos. Et Albertus Magn⁹ super eadem verba dicit, quod mulieres bonæ possunt se ornare: primo, vt maritos suos ab adulterio reuocent: secundo, vt viris suis tantum complacent: tertio, propter decetiam status suorum virorum, ne viri earum vilipendantur. Amplius, consuetudo habet vim legis, & singularitas est vitanda: ergo matro

næ puellæq; nobiles debent se conformare cōsimilibus sibi, & nō esse singulares. Vnus quoque non debet alteri dare occasionem obloquendi, irridendi, indignandi, similitumque malorum: quia sic alium scandalizaret. Si autem mulieres nobiles non conformant se alijs in ornatu atque vestitu, dant eis occasionem detractionum, irrisionum, indignationum, & à viris suis spernuntur. Postremò, Deus intuetur cor, interioraque hominis, non exteriora: & in exterioribus rebus aut factis non est virtus & vitium, nisi ex interiori bonitate aut prauitate. Non ergo videtur esse curandum de exteriori ornatu atque vestitu, dummodò intentio cordis sit bona.

Solutio obiectionum istarum. Artic. XVI.



Vnc diligenter soluenda sunt argumenta prædicta, atque ad primum dicendum, quod Apostoli sequuti sunt Dominum suum ac magistrum in omni paupertate & humilitate: idcirco quod de beatissimo Bartholomæo allegatum est, aliqui dixerunt à Diabolo mendaciter esse prolatum: quia Diabolus mendax est & pater mendacij, & veris, quæ aliquando loquitur, solet aliqua falsa miscere. Si autem vera fuit recitatio illa, dicendū, quod Deo inspirante ac permittente, sanctissimus Bartholomæus vsus est pallio illo gemmato, ad insinuandum, quod illustres nobilesq; personæ vt possint vestibus pretiosioribus & magis ornatis, dummodò in tali vestitu atque ornatu non sit curiositas scandalizatiua aut superfluitas, vel vanitas aliqua in dispositione seu forma. Poterat quippe pallium illud simpliciter & humiliter esse formatum. Gemmæ quoq; poterant pallio sic esse innexæ, quod non apparebant pompaticæ, curiosæ aut vanæ. Ad secundum dicendum, quod sicut beata Hester ex dispersione, immo & ordinatione diuina nupta fuit Imperatori gentili cōtra legem Moysis, sic ex dispensatione diuina vtebatur regijs illis ornamentis ex quadam necessitate pro communi Israëliticæ plebis redemptione. Sed toto corde contempsit huiusmodi ornamenta, & inuitissimè detulit ea, nec processit cum eis in publicum nisi necessitate urgente, nec delectabatur in talibus. Propter quod in oratione sua dixit ad Dominum: Tu scis necessitatem meam, & quod abominer signum superbiæ quod est in capite meo, id est, regium diademam, & arbitror id quasi pannum menstruatam, & non portet illud in diebus silentij mei, & quod ancilla

tua nunquam lætata sit nisi in te DOMINI: Deus Israel. Ad tertium respondendum, quod quamvis venerabilis illa Iudith ex bona intentione ita ornauit se, ut scilicet generalem hostem totius Israelitici populi ac cultus diuini occideret, tamen compositio talis non est trahenda in exemplum imitationis: immo ex ipsa historia libri Iudith manifestè probatur, quod compositio talis sit inflammatoria virorum. Nam & Holofernes statim deceptus fuit per eam, & captus laqueum oculorum suorum in ea. Ad alia, quæ obiecta sunt de sancto Gregorio, beata Cæcilia, & gloriosa domina Elisabeth, dicendum, quod utebantur talibus ornamentis ac vestimentis iuxta decentiam sui status, absque scandalosa curiositate & vana superfluitate & absque delectatione inani, ita quod terminos diuinorum præceptorum non excederent, aliquem de re frè scandalizando. Ad ea quoque, quæ ex verbis sancti Thomæ sunt allegata, conformiter est dicendum, quod illustres & excellentes personæ & hi, qui in dignitatibus sunt constituti, possunt pretiosioribus & magis ornatis vestibus uti quam alij, comparando statum ad statum, ita quod licitum eis est ex statu eorum sublimi pretiosioribus vestibus uti, quam inferioribus ac subditis ex statu eorum declinari: non autem sic, quod quantumcunque inferiores transgressi fuerint metas sui status in vestimentis & ornamentis pretiosis ac curiosis, ipsi superiores possint se adhuc magis pretiosè vestire, curiosiusque ornare: immo hoc esset se qui errantes, & simul cum illis in foueam ruere. Veruntamen multò melius est, ut excellentes ac præfidentes personæ, potissimè spirituales, excellentiam suam demonstrent per opera specialiter virtuosâ & exemplaria, quam per pretiosa indumenta: immo quod in altiori & digniori gradu ac statu sunt constituti, eò humiliores & exemplariores esse tenentur. Vnde in Decreto habetur, & ex verbis sancti Basilij ibi probatur, sancta quoque synodus approbavit, quod olim omnis vir sacratissimus, id est, in sacris officijs seu ordinibus constitutus, veste abiecta & humili utebatur: & contrarium pretiosâ atque superflua indumenta sancti Patres Hieronymus & Bernardus rigorosè terribiliterque loquuntur. Porro, ad verba Glossæ & Alberti dicendum, quod mulieres possunt suos ornatus excusare per suos maritos modis prædictis, dum modo non excedant se ornando pompicè, scandalosè aut curiosè & ultra decen-

tiam sui status, sicque, quod contra præcepta diuina non agant. Nec ad retrahendum viros suos ab adulterio, vel ad complacendum eis tantummodò, debent aliquid agere contra præceptum Dei & proprias perdere animas aut proximos scandalizare: quia tenentur Deum incomparabiliter plus amare ac venerari, quam suos maritos, immo seipsas & proprias animas obligantur magis diligere quam proprios viros: nec ad complacendum suis viris licet eis laqueum damnationis & incentiuum carnalis concupiscentiæ exhibere aut iniungere alijs viris, sed implere quod ait Apostolus: Vnusquisque proximo suo placeat in bono ad ædificationem. Ad aliud respondendum, quod bona consuetudo habet vim legis, estque sequenda: mala autem consuetudo non est nisi corruptela & vitium, & tantò est peior & magis vitanda, quantò communior & magis inueterata, quemadmodum sancti Patres Cyprianus & Augustinus testantur. Dicitur autem consuetudo bona, quæ non est contraria bonis moribus, nec diuinis præceptis, nec scripturarum doctrinis. Absit ergo ut vna femina nobilis conformet se alteri in aliqua vanitate, pompa & scandalositate. Singularitas quoque, quæ est virtuti & obseruantia iuste contraria, est vitanda: non illa, quæ communibus vanitatibus & peccatis contrariatur. Denique, vnus non debet alteri dare occasionem peccandi, seu alium scandalizare, faciendo aliquid mali, aut omitendo aliquid boni ad quod tenetur. Potest tamen, immo & debet facere quæ bona & iusta sunt, atque vitare quæ vana & fatua sunt, quamuis alij inde scandalizentur: quoniam tale scandalum oritur ex aliorum peruersitate, prauitate & insipientia, vocaturque scandalum Scribarum & Phariseorum, quod secundum CHRISTI doctrinam non est vitandum. Si autem aliqua nobilis femina aut illustris virgo ab alijs difamatur, irridetur, aduersaque patitur, quia non vult se illis conformare in vanitatibus atque superbijs, debet hoc propter DEVM libenter & cum gaudio sustinere, ac recordari quod ait Saluator: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Et rursum: beati, inquit, eritis cum vos oderint homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes propter me. Gaudete in illa die & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Et itè quod ait Apostolus: Om-

Omnes qui volunt piè viuere in Christo, persecutionem patientur. Hinc ait venerabilis Iudith: Omnes qui Deo placuerunt, per multas tribulationes & tentationes transierunt fideles. Qui autem tentationes & tribulationes non acceperunt in timore Dei, perierunt. Ad vltimum respondendum, quod Deus principaliter intuetur corda & cogitationes affectionesque hominis. Intuetur quoque exteriora hominis, secundum quod fiunt aut veniunt ex interiori voluntate, intellectu aut cogitatione. Idcirco in exterioribus factis & ornamentis ac vestimentis frequenter consistit mortale peccatum, secundum quod veniunt ex interiori vanitate, leuitate, superbia, negligentia, carnalitate aut simili praua radice, vel ex errore & defectu sciētiae eorum, quæ quis scire tenetur. Hinc secundum Ambrosium in libro de Officijs: Exterior ornatus & vestis, incessus, risus & apparatus, sunt quasi sensibiles voces & euidētia signa interioris hominis. Propterea incustoditus oculus, signum est incustoditi intimatorique cordis: & facies dissoluta, signum est animi immaturi ac leuis. Vnde in Ecclesiastico sapiens ait: Ex visu cognoscitur homo, & ab occurso faciei cognoscitur sensatus. Amictus corporis & risus dentium & gressus hominis enuntiant de illo, id est, ostendunt qualis sit homo.

Demonstratio ex diuersis considerationibus, quod in exteriori ornatu superfluo & vestitu scandalositate consistat mortale peccatum. Articulus XVII.



Icut gloriosus Hieronymus loquitur, quicquid potest homo vitare salua triplici veritate, videlicet veritate doctrinæ, veritate vitæ, & veritate iustitiæ, hoc tenetur vitare, ne scandalizet pusillos, id est, homines imperfectos pronos ad vitia. Et ad hoc homo tenetur tam ex charitate Dei, ne inducat aliquem ad irreuerentiam & offensam ipsius: quam ex charitate proximi, ne animam eius vulneret aut occidat. Cum ergo omnibus constat, quod tam viri quam feminae, tam iuuenes quam puellæ, pro maiori parte sint imperfecti ac fragiles & proni ad concupiscentias malas, certum est, quod salua triplici veritate præfata, homo possit vitare ornatum & vestitum curiosum & immoderatum: idcirco tenetur ad hoc. Præterea, sicut homo ex diuino præcepto tenetur diligere proximos suos sicut seipsum, ita tenetur providere salutem proximi sui ut suisque, sic, ut scilicet non ponat illi laqueum perditionis obicem salutis. Pro-

pter quod iubet Apostolus: Non ponatis offensiculum fratri (id est, proximo) vel scandalum. Cum igitur ornatus ille exquisitus, præsertim faciei & capitis, & curiosus pompaticusque amictus sint multis incitamentum concupiscentiæ & mortalium vitiorum, constat quod qui talem ornatum & vestitum non vitat, ne aliquem scandalizet, non verè ac spiritualiter diligit proximos suos, sed eorum salutem præfert suam improbam voluntatem, propriam vanitatem, complacentiam vanam, delectationem iniquam, gloriamque humanam. Ideo, ut superius tactum est, sanctus differuit Cyprianus: Quis illud non excreteret & fugiat, quod alijs sit exitio? Quis id appetat & assumat, quod ad necem alterius est pro gladio? Amplius, secundum quod asserit Augustinus, non solum peccat mortaliter, qui facit aliquid quod in se est mortale peccatum, sed etiam qui aliquid agit, de quo probabile est quod sit alijs, præsertim pusillis, occasio culpe mortalis. Similiter peccat mortaliter, qui se committit discrimini, id est, qui facit id, de quo sibi dubium est, an sit mortale peccatum, etiam dato, quod non sit mortale peccatum. Cum ergo valde probabile sit vnicuique se taliter ornanti ac vestienti, quod alijs erit occasio concupiscentiæ & incētium libidinis, mortaliter peccat ita se vestiendo atque ornando. Conformiter, quoniam multi sancti Patres excellentissimi & Doctores valde illuminati tam feruenter & acriter reprehendant, & tanquam pestiferum venenum reprobent & condemnent talem amictum & ornatum, valde periculose agit & discrimini se committit, qui aliter sentit, nec acquiescit, sed adhuc ita se ornat & vestit. Insuper, vnusquisque tenetur non solum proximos suos non scandalizare, sed etiam tenetur eos edificare loco & tempore opportuno, secundum quod Christus in Euangelio iubet, dicens: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videat opera vestra bona, & glorificet Patrem vestrum qui in cælis est. Vnde & in Ecclesiastico scriptum est: Vnicuique mandauit deus de proximo suo. Sic igitur tenetur se vestire & decenter habere Christiani, ut se inuicem edificent, id est, ad humilitatem, continentiam, modestiam, conuulsiōesque virtutes alliciant, non ut vnus alium libidinoso amore, sensuali complacentia, incauto & periculoso aspectu aut appetitu inflammet. Postremò, homo tenetur actus suos per veram prudentiam & discretionem dirigere. Ad prudentiam autem requiritur circumspectio & cautela, qua vitentur pericula, maximè scan-

dala animarum. Hoc autem nõ agit qui præfato modo se ornat. Ideo agit contra veram prudentiam. Denique ad idem probandum possem alia multa inducere, vt quoddõ omnia opera sua debeat homo ponere sub diuini amoris ordine, atq; ad Dei honorem totam suam vitam ordinare, & coram Deo sollicitè ambulare: quod totum longè est ab his, qui arroganter, vanè & scandalosè se ornant.

*De ineffabili enormitate peccati eorum
qui ita se ornant. Articulus
XVIII.*



Sanctus Papa Gregorius ait: Omnis iniquus tot mortibus, tot æternis damnationibus dignus est, quot homines scandalizat. Et quamuis præstat exemplum & incitamentum perditionis, pro tãtis meretur supplicia perpetuæ mortis. Quicunque ergo cum suo curioso & immoderato ornatu hominibus se præsentat, tot homines (quantum in se est) scandalizat, quot hominibus se offendit. Idcirco tot perpetuis mortibus, tot æternis damnationibus, tot infernalibus dignus est pœnis, quot homines scandalizat, & quantum in se est, spiritualiter perimit. Denique sanctus Augustinus disseruit: Qui in præsentia populi malè agit, tot homines (quantum est in ipso) occidit, à quot hominibus malè agens concipitur. Hæc perpendant & pensent mulieres & virgines intimatoræ, quæ cum suo ornatu procedunt ad forum, ad nundinas, ad Ecclesiam, ad choreas, ad spectacula siue ad nuptias. Attendant quot animas Christi sanguine redemptas, quantum in ipsis est, perimant. Cõsiderent quot & quanta incurrant facinora, quot infernalium repenti mereantur tormenta. Aduertant hæc non solum mulieres & virgines curiosæ & vang, sed etiam viri ac iuuenes lasciuui & vagi, superflue se ornantes, & libidinose vestientes. Aduertant quod sanctus ait Bernardus: Nonne grauiorem persecutionem sustinet Christus ab illo, qui suggestionem maligna, pernicioso exemplo, occasione uel scandalali auertit ab ipso animas, quas pretioso sanguine suo redemit, quàm à Iudæis & gentilibus, qui sanguinem eius fuderunt? Quid ergo sunt huiusmodi viri & feminae, talesque iuuenes ac puellæ ita se ornantes & se inuicem taliter prouocantes, nisi retia Dæmonum ad illaqueandum & capiendum animas hominum? Præterea multis modis peccatum vnius alteri imputatur, vt dum vnus

allicit vel inducit alium ad peccandum consilio vel auxilio aut exemplo, vel quia non corripit illum, aut quia non impedit pro posse culpam alterius. Quia igitur suo ornatu alium scandalizat, multis modis sit participes vitorum omnium proximorum, qui ex ipsius ornatu tentantur & peccant, vel solo affectu, vel affectu pariter & effectu. Dat etenim illis exemplum perniciosum, & cooperatur Dæmonibus ad deceptionem illorum: & non solum non impedit lapsum illorum, sed iuuat & disponit ad ipsum. Præterea, sicut asserit sanctus Thomas, cultus muliebris viros ad lasciuiam prouocat, iuxta illud Prouerb. Mulier occurrit iuueni ornatu meretricio, præparata ad decipiendas animas. Idcirco vitandus est. In vsu autem vestium potest esse peccatum ex inordinato mentis affectu tripliciter: Primò ex hoc, quoddõ homo per ornatum & dispositionem vestitus querit gloriam suam & placere hominibus, non attendens quod ait Apostolus: Si hominibus placere, seruus Christi non essem. Et quod Propheta terribiliter ait: Quoniam Deus dispauit ossa eorum qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. Secundò, dum per superfluum vestium cultum querit delicias seu mollietatem carnis. Tertio, quando circa vestimentorum ornatum est nimis sollicitus, etiam si nihil mali intendat. Nec dubium, quin mortaliter peccent, qui magis se occupant circa exteriorem ornatum, quàm circa mentis purgationem. Similiter grauisimè peccant, qui ea intentione se ornant, vt ad concupiscendum prouocent alios. Si autem se ornent non illa intentione, sed ex quadam animi leuitate & vanitate propter iactantiam, non est semper mortale, sed quandoque veniale peccatum, vt ait Thomas. Et hoc potest esse, quando talis motus leuitatis & vanitatis est modicus, vel quando homo non representat se alijs cum suo periculo ornato. Nam & primi motus superbiæ atque inuidiæ veniales existunt. Postremò circa istam materiam scribit Albertus: Circa vestimenta & ornamenta contingit quinque modis peccare: Primo, in nimia pretiositate: quia non deest mulierem vti vestibus pretiosis, cum dicat Gregorius: Nemo putet in cultu & studio subtilium pretiosarumque vestium deesse peccatum: quia si hoc peccatum non esset, nequaquam sermo diuinus vigilanter exprimeret, quoddõ diues, qui torquebatur apud inferos, induebatur bysso & purpura. Secundo, in mollietate & suauitate: quoniam to

ta vita hominis debet esse in pœnitentia & deploratione culparum. Idcirco de superbis & carnalibus hominibus deliciose viuentibus ait Saluator: Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Tertio, in nimia speciositate, sicut iam patuit. Quarto, in nimia curiositate: quia secundum Augustinum, nõ debemus placere vestibus, sed moribus. Quintò, in superfluitate: quia non debemus vestes habere ad superfluitatem, sed ad necessitatem. Ideo dicit in Luca: Qui habet duas tunicas, det (vnam) non habenti. Ex ijs enotescit, quàm enormiter peccent, qui omnibus modis istis peccant in vestimentis & ornamentis, hoc est, in pretiositate, suauitate, speciositate, curiositate & superfluitate, qui multipliciter spoliunt pauperes. De talibus enim ornatoribus & ornatricibus sui mortalis ac miseri corporis dicitur in Esaia: Pro eo quoddõ eleuatae sunt filia Sion, & ambulauerunt collo extento, & nutibus oculorum ibant & plaudabant, & pedibus suis composito gradu incedebant, decalabit Dominus verticem filiarum Sion, & crinem earum nudabit, & auferet ornamenta calcamentorum, & lunulas & torques, monilia, armillas, mitras, discriminalia, pericelidas, muranulas, olfactorialia, in aures, annulos, gemmas in fronte pendentes, mutatoria, pallia, ac, specula, sindones, vittas & theristria. Et erit pro suaui odore foetor, & pro zona funiculus, & pro crispan te crine caluitium, & pro fascia pectorali cilicium.

Qualiter omnia iam prædicta contra ornamenta & reprehensibilia uestimenta feminarum & puellarum nobilium, applicanda sint ad viros ac iuuenes. Articulus XIX.



Quanto vir est naturaliter fortior in ratione, constantior mente, dignior sexu, & altior potestate quàm femina, tanto debet eam in vera sapientia & omni virtute præcedere. Nam & vir naturaliter caput est mulieris, & habet eam gubernare, instruere, corripere ac domare. Idcirco eodem genere culpe vir grauius peccat quàm mulier, vt etiam Thomas probat. Tamen Bonauentura videtur, quoddõ mulier quodammodo magis peccat, quoniam naturaliter est magis verenda ac timida. Veruntamen absolute loquendo, vir grauius peccat in eodem genere culpe. Ait namque sanctus Hieronymus: Quid, o miser vir, gloriaris in malitia? Centuplo plus peccas quàm mulier. Mulier mollis aer est, & tu fortem te existimas. Illa in do-

mo sedet, & tu mille modis eam illaqueas, & aliquando eam cogis, vt vi faciat quod vis. Hæc dum agis, quoniam Deus tacet, putas quoddõ sit similis tui? Sed veniet tempus in quo arguet te, & statuet te contra faciem tuam. Itaque sicut præfatis modis peccant mulieres & puellæ mortaliter in vestimentis & ornamentis superfluis, pretiosis, curiosis, impudicis & scandalizatiuis, ita (immo multò plus) viri ac iuuenes qui ita se ornant ac vestiunt, quoddõ oculos feminarum ac virginum trahunt in se, & corda earum tentant, ledunt, accendunt. Denique, his diebus viri in his enormiter atque grauisimè peccant, præcipue nobiles carne, sed ignobiles conuersione, qui vestes deserunt vsque ad nates ridiculosissime breuiatas, & sine omni pudore sic incedunt, sic stant coram feminis ac puellis, etiam in Ecclesijs officijsque diuinis. Legitur secundo Regum, quoddõ Rex Ammonitarum seruos Dauid Regis irrisit, turpissimè præcendendo vestes eorum vsque ad nates: sic Diabolus corda Christianorum iam ita infatuauit, quoddõ spontè faciunt suas vestes superiores vsque ad nates abscindi, vt videantur in eis magis derisi quàm vestiti. Similiter corda nobilium feminarum sic excæcauit, vt vestes trahant per terram cum caudis longis. Scriptum est secundo Regum, quoddõ filia Dauid potentissimi ac sapientissimi Regis portabant tunicas vsque ad talos porrectas: & nunc miseræ feminae deserunt vestes tam inutiliter atque superflue longas, de quarum superfluitatibus pauperes possent vestiari. Præterea non solum peccant viri, qui præfatis modis excedunt in vestimentis ac ornamentis, sed etiam qui coniuges suas ac sobolem inde non compefcunt, sed licentiã aut permittunt eas talia exercere. Ideo feminarum & filiorum ac filiarum suarum peccata redundant in eos. Mulieres quoque quæ talia faciunt, potius contra voluntatem maritorum suorum, quàm de voluntate ipsorum, nullam prorsus habet excusationem. Grauisimè etiam peccant domicellæ ac dominae, quæ vltra mensuram suæ genealogiæ insipienter & impudenter extendunt se, intantum, vt pomposius ac pretiosius ornent se, quàm feminae nobiliores: & quicquid impiæ nouitatis ac Diabolicae vanitatis atque in æternum damnandæ elationis vident in alijs feminis, nõ solum sectentur, sed etiam superare ac transcendere mox conentur. Istæ feminae maledictæ, secundum beatum Augustinum, sunt adulteræ Dæmonum corde, etiam nõ sint adulteræ hominum corpore. Respiciant ergo & sine dilatione dignè pœniteant, ne æterna damnatione

tione grauissima pereat, praesertim cum quaedam nobiles matronae, quae multis bonis operibus & actibus misericordiae fuerunt intentae, & diuina officia libenter audiebant, legantur fuisse in aeternum damnatae, eod quod se a praefatis ornamentis non represserunt. Postremo, cum peccata multum grauatur ex loco & tempore, certum est quod valde singulariter sit enorme, cum talibus ornamentis & scandalizatiuis impudicisq; vestibus Ecclesiam ingredi: & ibi in sacris locis, in diuinis officijs, in praesentia sacramentis proximis scandalizare, & aliorum deuotione taliter impedire. Diabolicis vero, non humanis impietatibus abusionibusq; replentur, qui ea intentione ingrediuntur Ecclesiam, ut ibi libidine se inspiciat aut inspiciantur, & alij praebent se videndos.

Qualis debeat esse uestitus cuiuslibet Christiani. Articulus XX.

Midemus multas ac diuersas esse religiones & status ac ordines in Ecclesia Dei. Alij enim sunt Benedictini, alij Cistercienses, alij Carthusienses, alij Regulares, alij vero Cruciferi, & ita de alijs. Quatuor quoque sunt mendicantiu ordines, & vnaquaeque religio proprium habet habitum & vestitum: & iuxta tenorem, qualitatem & exigentiam suae institutionis se vestire tenetur ac vestit communitur. Cum ergo Christiana religio seu Euangelica lex, sit religio & lex totius charitatis, humilitatis, innocetiae ac simplicitatis, ideo omnis Christianus debet se humiliter simpliciterq; vestire, ita ut in exteriori eius habitu resplendeat interna charitas, innocentia, grauitas, modestia atque humilitas: quatenus ex eorum habitu omnes intuentes edificentur, & Christum glorificent, qui tale suis cultoribus contulit legem. Quod si nobiles & potentes putent sibi licere aliter se vestire, sciant quod se ipsos & omnem suam nobilitatem & excellentiam teneantur legi & gratiae Christi subijcere, iuxta cuius praecipua & documenta se obligantur habere, vestire, incedere. Nam ipse Dominus ait per Sophoniam Prophetam: Visitabo super omnem qui arroganter ingreditur, & super eos qui induiti sunt veste peregrina, id est, curiosa. Ipse quoque Dominus noster Iesus Christus praecipit: Qui mihi ministrat me sequeatur. Et sanctus Iohannes Apostolus scripsit: Qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Hinc primo libro de Officijs Ambrosius: Decor corporis non sit affectatus aut exquiritus, sed simplex, naturalis, neglectus magis quam expolitus: non

pretiosis & albensibus vestimentis adiutus, ut honestati vel necessitati nil desit, & nihil accedat aut addatur nitore. Id autem verum honestum est, quod rationi & virtuti concordat, non quod superfluum hominum iudicio decet. Ex praehabitis patet, quod artifices, ut textores & sartores, ac alij qui circa panos & vestes, circa ornamenta & calceos, superflua & curiosa vanaeque nouitates inueniunt, grauiter peccant. Propter quod super Mattheum dicit Chrysostomus, quod etiam ab arte calcificum & textorum oportet multa abicere, quoniam necessitatem artis in luxuriam deduxerunt, artem corruptentes, & ea male vtentes. Hinc etiam dicit Thomas: Si operibus alicuius artis, ut plures, homines male vtatur, quauis artes non sint in se illicitae, tamen per officia principis ciuitatibus sunt excludendae, secundum documenta Platonis.

Qualiter debeat homo omne tempus suum fructuose & ordinate expendere. Artic. XXII.

Icitur in libro Sapientiae scriptum est: Honorum laborum gloriosus est fructus: ideo stultum & vitiosum est, otio locum dare, praesertim cum omni hora possit homo tot bona peragere, tot mala vitare, in omni gratia & virtute proficere, & loqui cum Deo, cum Christo miscere colloquia, ipsum orando, laudando, atque deuotis meditationibus se occupando cum ipso. Hinc ait sanctus Bernardus: Otiositas est mater nugarum, nouerca cunctarum virtutum, nutritrix superbiae, concupiscentiae fomes, acediae parens, inania tentationum & Daemonum sedes. Ideo ait Hieronymus: Semper fac aliquid boni, ut te Diabolus inueniat occupatum. Denique, cum simus Deo rationem daturi de omni tempore nobis ad vitam concessio, debemus semper esse solliciti, ne aliquam temporis horam expendamus infructuose. Nobiles ergo foeminae ac puellae in hoc se praebent suis ancillis atque pedissequis exemplares, & ad omne honestum opus sint alacres. Ad spiritalia namque virtutum exercitia obligantur tantum plus ceteris, quantum minus indigent se manualibus occupare operibus. Sed quia non valent se iugiter spiritalibus actibus exercere, dum ab illis desistunt, debent vtile aliquid manus facere, non quia rebus rerumque pretijs egent, sed ne otio locum dando praefata incidat mala. Nihilominus possunt interdum honeste recreationi & licito ludo vacare, ut per huiusmodi recreatione fortiores reddantur ad pristinos actus bonos. Quaedam enim

enim corpus aliquando indiget somno, sic anima recreatione. Legitur de potetissimo illo gentili Imperatore Octauiano, de Christianissimo quoque Imperatore Carolo Rege, quod filias suas edoceri fecerunt in arte filandi atque suendi & lanificio, nec permiserunt eas esse in otio. Hinc sanctus Hieronymus scribit nobili foeminae: Nescit filia tua tenere colum, rotare fufum, stamina pollice ducere. Denique assidua occupatio bona specialiter necessaria est foeminis, quoniam naturaliter sunt instabiles mente, & ad imaginationes inutiles pronae. Et sicut mola, cui nihil imponit, suo cursu consumit seipsam: sic mens foemina, cui nihil salubre aut vtile ad meditando imponitur, proprijs phantasys se frangit. Porro, ut homo assidue vacet actibus bonis atque fastidio, debet cuiuslibet horae seu parti diei suam occupatione deputare: & nunc huic, nunc illi actui bono insistere. Primum tamen & specialiter, quantum vires & caput queant sustinere, debet se spiritalibus actibus exercere, ut iuxta Christi preceptum primum quaerat Regnum Dei & iustitiam eius. Nobilis ergo foemina ab oratione incipiat diem expendere, & legat imprimis deuote matutinas de nomina, aliasque orationes, antequam cubiculum exeat, aut humana admittat colloquia. Deinde, quantum ipsi possibile est, meditationibus sanctis intenta sit, & frequenter legat libros deuotionales edificatorialesque historias, ut sanctorum Legendas, & praesertim vitas foeminarum virginumq; sanctarum, ex quibus lectionibus compungatur, & charitas accendatur: sicq; nutriatur deuotio & animus roboretur in bonis, mensq; stabilis in vero, intellectus quoque in salubri crescat scientia, & anima assuescat Deum intra se collaudare.

Qualiter elaudendus sit dies, & quomodo circa somnum sit moderamen habendum. Articulus XXII.

D omnem pertinet Christianum, ut die expleto, non eat ad dormiendum, nisi prius discatur conscientiam suam, & perpendat quid mali commiserit, quid boni omiserit, sicq; reprehendat & castiget seipsum: ac dolens de peccatis suis, veniam deprecetur, & emendationem firmam proponat, sicq; cum oratione & gratiarum actione recommendet se Deo, & lectum ingrediens, ad quietendum se ponat, atque exclusis cogitationibus prauis, in bonis studeat meditationibus obdormire, cogitando de beneficijs Dei, de passioe Christi, de pa-

nis inferni & gaudijs regni caelestis. Et dum in lecto se ponit, cogitet quod sicut ipse se reclinat in lecto, sic corpus suum cito colloca bitur ab alijs in sepulchro. Cum autem euigilauerit, protinus mentem suam leuet ad Deum, orando & ipsum laudando. Et si fieri potest, surgat ut aliquanto tempore orationibus, meditationibusq; ac Dei laudibus vacet. Quod si facere nequiverit, tamen manibus surgat, ut tam salutaribus actibus possit se exercere. Superfluum vero somnus corpori & animae est nociuus, & grauat naturam, hebetat mentem, parit acediam, tempus infructuose consumit, & phantasys immundis dat locum.

Quod nobilium ac magnatum filij ac filiae sint ab infantia diligentissime instruendi in uirtutibus atq; scientijs, & in uera morum factia.

Articulus XXIII.

Enerale est documentum, quod pariter soboli suae tenentur educationem corporalem, moralem instructionem, ac iustam correctionem. Sed quantum probitas ac prudentia, uirtuositas & modestia nobilium puerorum potest tempore procedente pluribus professe, & bono communi magis proficere, subditosq; copiosius edificare, quantum eorum ignorantia, improbitas, dissolutio & uirtuositas magis sunt communitati periculo sae & plurius scandalizatiuae, eod diligentius sunt salubriter custodiendi, in formando, coefferendi ac dirigendi a sua infantia. Hinc tempestiue prouidendum est eis de magistris idoneis, qui uirtutibus ac scientijs polleant. Et prouidendum est pueris illis de bona societate docilium ac diligentium & obedientium puerorum, quorum profectu incitentur ad proficiendum, & uinci se erubescant profectu illorum. Non ergo uanitatibus imbuantur chorizandiq; arte, nec ludrica discant aut carmina, ac tempore procedente a lasciuia retrahantur. Specialiter quoque filiae sunt ab omni loquacitate, in uerecundia & audacia reprimendae: ad humilitatem, maturitatem & oris custodia inducendae, atque ab omni occasione incontinentiae praeseruandae. Non decet virginem ex leui causa egredi domum, sed in domo quoque erubescere uirorum praesentiam, nec passim admittere adolescentum assatum, nec in aliquem uirum aut iuuenem figere visum. De hac re possent multae auctoritates & doctrinae ex sacra scriptura & dictis sanctorum patrum, immo & ex uerbis Philosophorum allegari: sed haec tantum de prouiter tetigisse nunc reor sufficere.

Qualiter circa familiam & ancillas habere se debeat femina nobilis. Articulus XXXIII.



MVM nobilis virgo ad eam aetatem, vel ad statum illum deuenit, quod subiectam sibi habuerit familiam, debet se illis exemplarem in omnibus exhibere, nec foemineae leuitate seipsam aliquo fastu extollere vel aspernari subiectos, sed cum humilitate, pietate & discretione illos regere. Nihilominus tempore opportuno autoritate sua utatur, corripiendo male agentes, & reprimendo indomitos. Itaque sicut seipsam, ita & suas pedissequas à superfluitate & vanitate ornatus vestiumque; compescat, & praeceptum fraternae correptionis adimpleat, refrenando familiam suam, quantum valet, à verbis illicitis, praesertim à verbis lasciuis, à contentionibus & detractionibus, à crapulis & choreis, & à transgressionibus praeceptorum Dei atque Ecclesiae. Innumerae enim homines aeternaliter condemnantur, eò quod non impleat praeceptum correptionis fraternae, cum & Augustinus testetur: Si corripere negligis, peior eo, qui peccauit, efficeris. Et Urbanus: Ita peccat, qui videt proximum peccare, & tacet, sicut qui veniam postulanti non indulget. Verum tamen correctio ista debet esse discreta, atque ex charitate & zelo iustitiae, non ex vehementi ira aut perturbatione procedere. Insuper, persona huiusmodi nobilis debet sacerdotes suos seu capellanos in reuerentia magna habere, & familiam suam ad idem hortari. Ineffabilis namque est dignitas sacerdotij euangelicae legis, immo, ut sanctus Ambrosius: Quantum aurum est dignus plumbo, tanto dignitas infimi sacerdotis maior est regali dignitate, imperialique potestate. Et graue Christo irreuerentiam irrogat, qui eius sacerdotes paruipendit, nec debite veneratur. Propter quod sanctissimus vir Franciscus sapiens dixit: Si mihi obuiarent S. Martyr Laurentius & sacerdos pauperculus, dimitterem sanctum Laurentium stare, & festinarem sacerdoti pauperculo occurrere, eiusque manus deosculari. De virtuosis quoque sacerdotibus debet sibi providere, & de confessore discreto.

De uitandis choreis & spectaculorum ac torneamentorum adspectibus.

Articulus XXV.



I quis iuxta doctrinas praehabitas vitam suam direxerit, coram Deo timorato & custodite viuendo, & suam conscientiam quoti-

die examinando atque purgando, ac spiritali studendo profectui, puto quod non delectabit eum chorizare, ludere ac iocari, vel visitare spectacula, aut torneamenta & hastiludia intueri. Praeterea, si attentè & cum cordiali compassione pensemus, quae, quanta & qualia tormenta Dominus & Saluator noster vnigenitus Dei Patris pro nostris peccatis sustinuit, qualiter expalsis brachijs pro nostra salute in crucis patibulo est suspensus, & toto corpore suo sacratissimo violentissimè ac penalisimè distento ac dissipato, ibi cum vehemētissimo inestimabili dolore & tormento pependerit, nequaquam ad choreas ac ceteras vanitates praefatas erimus inclinati. Conformiter, si persona quaecumque potens ac nobilis sapiens perpendat, qualiter filius Dei ex ardentissima sua ad nos charitate dignatus est pro nostra redemptione & aedificatione tot & tantas irrisiones, maledictiones, blasphemias iniuriasque sustinere, atque in alba veste tanquam fatuus subsannari, sicque per plateas Hierusalem duci, & corona spinea coronari, purpura quoque irrisorie indui, & contempibilissimè conspui, ex toto corde contemnet vanissimum vestimentorum ornatum & capitis sui decorationem per rosas & feras, per aurum, gemmas, monilia: nec poterit brachia sua cum iucunditate ad chorizandum extendere, nec corpus suum vile ac miserum in cinerem & puluerem, in putredinem & fetorem, in vermes ac serpentes celeriter resoluendum, tam delicate & ornate, tam vanè & deliciose tractabit, sed per opera poenitentiae se affiget. Amplius, si homo diligenter ac frequenter intueatur, quot & quatis peccatis sit repletus, quot & qualibet periculis sit expositus, quam crudelissimis & callidissimis suae salutis hostibus extet circumdatus, choreae & aliae vanitates vertentur ei in nauis. Insuper, choreae (praesertim nobilium & magnatum) sunt valde periculosa, immo & ineffabiliter (ut communiter) vitiosa, & Daemones habent in illis choreis tot gladios ad intersectionem animarum, tot pocula venenata ad inficiendum, tot laqueos ac retia ad decipiendum & capiendum, quot ibidem sunt personae ornatae & pulchrae, quae intuendo, confabulando, arriendo, tangendo, cantando & audiendo inuicem se alliciunt & inflant. Ibi quoque Daemones percutiunt corda inania gladio euaginato, & ex omni parte acuto: quoniam in choreis pallia & supertunicae remouentur, & personae chorizantes ex omni parte inuicem se ostendunt. Tunc etiam chorizare incipiunt, quando iam maxime dispositae sunt

sunt ad carnales affectus, ad delectationes inanes, ad consentiendum omni Diabolicae suggestioni, videlicet post lautam refectio-nem, post pocula calefactiua, post crapulosa conuiuia. Idcirco in choreis huiusmodi animae vulnerantur multipliciter atque grauissimè. Et ipsae choreae, sunt processiones Diabolicae: tantes verò in eis, sunt quasi clerici aut moniales daemoniorum: adstantes verò & consentientes, sunt velut conuersi & conuersae spirituum malignorum. Consideremus profundè, quot mala fiant quotidie, quam enormiter Deus omnipotens in honoretur asidue, quot animae pereant omni hora, quam innumerabiles homines diris ac varijs aduersitatibus, tristitijs afflictionibusque; premantur: & chorizationem reputabimus esse insaniam. Intueamur quoque quod in seculo isto simus quasi in valle lachrymarum & arumarum, & quasi in tenebris & umbra mortis, & quasi in exilio constituti, ut nostra vigiles deploremus peccata, & contra iniustitias nostros hostes pugnemus. Sicque intelligemus, quam vitiosum, vanum & stolidum sit chorizare, saltare, carnaliter delectari, ludis, iocis, ceterisque dissolutionibus esse intentum. O si homo attenderet, quam inenarrabiliter peccata sua & vanitates praefatae displiceant Deo, quam dire ac multipliciter per ea ledit seipsum, quantum laetificet Daemones, quantum quasi contristet angelos sanctos, usque ad mortem resisteret vitijs, & ea amarissimè deploraret. Denique, Ecclesia sancta propter multa & magna rationabilia motiua districte prohibuit torneamenta & hastiludia, intantum, ut hi, qui occiduntur in eis, sepeliri non possint in sacris locis. Ideo talia exercere, est valde mortale peccatum. Similiter ad ea inspicienda accedere, & ea exercentibus consentire, non caret mortali culpa. Ideo nec exercetes, nec visitantes & consentientes sunt absoluedi in foro confessionis, nec bona conscientia possunt ad Ecclesiae Sacramenta accedere, nisi inde verè poeniteant, firmiterque proponant de cetero omnia illa vitare.

Quam reuenter oporteat Deo seruire.

Articulus XXXVI.



Valiter Deo maiestatis immensa regi vniuersorum, principi ac domino incomparabilis excellentiae oporteat obedire ac ministrare, discere ac pensare possunt personae nobiles & potentes se semetipsis: quoniam voluntate sibi à subditis suis atque familiaribus reue-

reter seruire, promptè obtemperari, humiliter inclinari, cum reuerentia responderi. Ex hoc pensent, quam iniusti ac ingrati sint coram Altissimo infinite dignissimo, nisi ei in omnibus promptè ministrerent, celeriter pareant, atque cum debita humilitate & reuerentia cordiali ipsum adorent, laudent ac inuocent, praesertim, cum sanctus asserat Augustinus: Nihil, iniquius, quam sibi velle obtemperari à subditis, & non obtemperare suo superiori. Vae eis, qui se praeserunt Deo, & magis volunt se honorari, quam Deum. Idcirco sanctus David Rex loquitur: Maledicti qui declinant à mandatis tuis. Et rursus: Spreuisti omnes discedentes à iustitijs tuis. Et Hieremias testatur: Maledictus qui facit opus dei fraudulenter, id est, sine debita reuerentia & amore. Fraudem quippe committit, qui aliquid subtrahit sua, vel ei non soluit quod obligatur. Deum autem totis praecordijs super omnia diligere ac venerari tenemur. Ideo qui non agit hoc, sed in opere Dei est sine cordiali affectu & irreuerentia se habet, maledictus censetur. Quantum magis qui opus Dei penitus negligit & omittit? Hinc sine omni aecidia & pigritia Deo semper ministrare conemur cum diligentia summa. Unde Leo Papa disseruit: O impudens homo, millia millium angelorum Deo ministrant, & decies millies centena millia ei assistent, & tu negligenter te habes, atque in eius obsequio sedere praesumis? Scito, quia non dormientibus nec otio desidiaque torpentibus aeterna conceditur beatitudo. Hinc personae nobiles discant & assuescant mane confurgere, matutinali officio interesse: & quantum diu durant celebrationes Missarum, in Ecclesia perseverare: sermocinationes & ceteras horas diei deuote audire, quantum occurrerunt eorum permittunt. Nec inde facile ter se excusent, quia & Carolus Rex, & sanctus Ludouicus Rex Franciae, multique alij illustriissimi ac potentissimi principes ita egerunt. Postremo, quam indefinenter, vigilanter ac seruidè oporteat verba Dei & eius mandata recolere ac implere, constat ex hoc, quod ipse per Moysen dixit: Custodi temetipsum & animam tuam sollicitè, ne obliuiscaris verborum Domini Dei tui, & non excidant de corde tuo cunctis diebus vitae tuae. Et rursus: Erunt verba Domini in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis ea sedens in domo tua, & ambulans in itinere, & dormiens atque confurgens, & ligabis ea quasi signum in manu tua: eruntque & mouebuntur inter oculos tuos, scribesque ea in limine & ostijs domus tuae.

Quali-

*psalm. 118.
Ibidem.
Hier. 48.*

*Math. 22.
Marc. 12.*

Daniel 7.

Deut. 4.

Deut. 6.

Ambrosius.

*S. Francisci
apophthegma.*

Qualiter habere se debet homo in orando. Articulus XXVII.

Quod persona nobiles debeant ad opera misericordiae esse prona ac liberales. Articulus XXVIII.

Luce. 19.



Hristus in Euangelio loquitur: Oportet semper orare & non deficere. Et hoc ideo, quoniam indefinenter prouidimus ad uitia, idcirco indigemus incessanter conseruari a Deo. Et vndique impugnamur, tentamur, atque in medio periculorum & laqueorum ac inuisibilium inimicorum versamur. Propter quod omni puncto necessaria nobis est gratiosa confortatio atque praesentia Dei pijsima. Porro, quam reuerenter, attentè, timorè & feruidè debeamus Deum sanctum, viuum & verum inuocare, considerare debemus ex hoc, quod tam defectuosi, vitiosi ac fragiles sumus, quod tam grauiter & frequenter Deum offendimus, & quoniam tot & tantis periculis sumus expositi & vallati, & quia nescimus diem neque horam: ex hoc quoque, quod Deus, quem inuocamus, est tam infinitae dignitatis, sanctitatis ac honorabilitatis. Ecce qui terrenum regem aut principem offenderunt, & eius iudicio praesentantur, quantum humiliant se, quam feruentissimè & humilimè veniam deprecantur, dummodò habeant spem aliquam euadendi. Et hoc faciunt temporalis mortis timore. Nos ergo, qui toties aeternam damnationem meruimus, cum quanta humiliatione & fletu, cum quanto seruiore & contritione, cum quanta attentione, deuotione atque formidine Deum orare & inuocare debemus? Hinc sanctus Moses dixit: Cum quaesieris Dominum Deum tuum, inuenies eum, si tamen toto corde quaesieris eum, & tota tribulatione animae tuae. Sapiens quoque ait: Oratio humiliantis se, nubes penetrabit. Qui autem sic orat ore, quod mente vagatur, nec Dei maiestatem attedit, nec sensum verborum aduertit, potius aspernari quam exaudiri a Deo meretur. De eo etià, qui non obedit diuinis praeceptis, ait scriptura: Qui auertit aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Denique, homo orare debet non solum pro se, sed & pro communi bono totius Ecclesiae, pro amicis & inimicis, pro viuis ac mortuis: specialiter quoque pro suis parentibus, propinquis, commissis & benefactoribus. Postremò, quam sancta actio, quam salubris occupatio extet oratio, & quam libenter & indefinenter debeamus orationi vacare, patet ex verbis Augustini, dicentis: Oratio est orantis subsidium, angelo sancto solatiu, diabolo supplicium, Deo sacrificium.

Matth. 25.

Deute. 4.

Eccle. 35.

Proverb. 28.

orationis in camium.



Domnem Christianum misericordia & pietas specialiter pertinet, maximè autem ad personas nobiles ac potentes, quae & in cõmuni vltu loquendi communiter gratiosae vocantur, & libenter audiunt se ita vocari. Denique, misericordia Dei omnes egemus: & tam superiores & quam inferiores communem Dominum & Iudicem summum habent in caelis, qui sine personarum acceptio ne iudicat vniuersos: vnicuique quoque re metitur ea mensura, qua mensus est proximis suis. Hinc filius Dei compendiosissimè demonstrat viam pertingendi ad regnum caelorum: Beati, (inquietus) misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et iterum ait: Omni perenti te tribue. Item: Quod superest, id est, quod superfluit vobis, date elemosynam. Debet autè vnusquisque misericordiae opera tam spiritalia quam corporalia exercere secundum suam possibilitatem, & iuxta suarum affluentiam facultatum, prout venerabilis ille Tobias suum edocuit filium, dicens: Quomodo poteris, ita esto misericors: Si multu tibi fuerit, multum tribue: si parum habueris, etiam modicum libenter impartiri pauperibus stude. Noli auertere faciem tuam ab vltro paupere. Ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies Dei. Diuites ergo, nobiles & potentes pauperibus pie & liberaliter sua communicent bona, non solum fructum panis aut ciboru reliquias tribuendo, sed & nudos (id est, male vestitos) vestiendo, peregrinos ac inopes hospitando, sitientes potando, desolatos & oppressos consolando, ignorantes docendo, dubitantibus consulendo, iniuriantibus ignoscendo: sicque reliqua misericordiae opera spiritalia ac corporalia adimplendo, sicut sanctus Iob & Tobias se fecisse testantur. Etenim sanctus Iob: Foris, inquit, non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit. Praeterea hoc diuitibus diligentissimè est pensandum, quod quamuis temporalia bona sint propria possidentis, quod ad proprietatem & titulum possidendi, tamen quantum ad vsum, debent esse communia, & communica sunt illis qui indigent. quibus si denegetur id quod possidentibus superest, cõsiderato eorum statu atque grauitate, furtum est & rapina, prout sanctus Thomas declarat. Hinc Dominus & Saluator thesaurizationem prohibuit. Et sanctus Basilus: Si fateris,

Roma. 2.

Actu. 10. Matth. 7. Marc. 4. Matth. 5. Luce. 6. Matth. 6. Luce. 11.

Tobia. 4.

Iob. 31. Tobia. 2. Iob. 31.

nona temporalia quomodo propria seu communia dicantur.

Matth. 6.

fateris, ait, temporalia bona tibi diuinitus prouenisse, an iniustus est Deus, inequaliter res nobis distribuens? Cur tu abundas, & ille mendicat, nisi vt tu bonae erogationis merita consequaris, ille verò patientiae brauijs decoretur? Famelici panis est, quem tu tenes: nudi tunica, quam in tuo conclauis cõseruas: discalceati calceus, qui penes te marcescit: indigentis argentum, quod possides inhumatum. Idcirco tot hominibus iniuriaris, quot communicare potes, nec facis. Hec eadem dicit sanctus Ambrosius. Postremò, mulieres communiter naturaliterque sunt compassivae & misericordes propter cordis sui mollitiè: ideo specialiter spectat ad eas: vt toto cordis affectu actibus misericordiae sint intentae. Nobiles quoque foeminae suos maritos seu fratres aut cõsanguineos, apud quos audientiam habent, debent omni modo eis possibili ad misericordiam incitare, praesertim ne exactionibus aut immoderatis obsequijs, aut alio modo grauent subditos suos, & ne opprimant impotètiore, nec pauperibus sine necessaria & rationabili causa molesti sint. Veruntamen compassio circa reos & morte dignos est moderanda: quia frequenter requirit iustitia, vt tales debite puniantur, quatenus pax communis conferuetur. O quantum complacuerunt Deo altissimo multa nobilissima foeminae per propria opera misericordiae, vt sancta Elizabeth, sancta Ottilia, multaeque aliae, quae & proprijs manibus seruiunt pauperibus: quarum exempla sequi debent virgines & matronae illustres, & ea, quae in ornatum ac vestitum superflue pretiosum, curiosum, multiplicatum & scandalizatum conuertuntur à superbis ac fatuis, conuertere debent in opera pietatis, atque in elemosynas pauperum. Ait namque sanctus Hieronymus: Non meminimale mortuum eum, qui libenter opera pietatis exercuit, habebit enim multos intercessores, & impossibile est preces multorum non exaudiri. Ideo ait Saluator: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula. Sed vt opera ista misericordiae complacant Deo, ac meritoria sint agenti, valde necesse est vt sit recta intentio, omnisque vana humanae laudis affectio penitus excludatur: omnis quoque gloriatio fatua in seipso omninò vitetur, quatenus opera illa bona ex virtuosa radice, hoc est, ex vera charitate, pietate & humilitate procedant: & faciens ea, in corde suo praeponat sibi pauperes quibus largitur, & tanquam patronos ac intercessores Dei que pueros reputet eos, & petat

Hieronymus

Luce. 16.

vt orent pro se. Hinc quippe praecipit Christus: Cum facis elemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.

Matth. 6.

De cordiali & quotidiana recordatione passionis Domini nostri Iesu Christi. Articulus XXXIX.



Unigenitus filius alicuius regis principisue terreni dedisset seipsum ex voluntate patris sui in mortem pro redemptione seruatorum & subditorum suorum a morte temporalis, quantum Rex aut princeps ille indignaretur seruis & subditis suis, si eos videret sibi aut filio suo ingratos, rebelles aut beneficij tanti immemores? quanto magis Pater ille caelestis omnipotens iustus & intolerabiliter indignabitur nobis, si viderit nos sibi ac Unigenito suo ingratos & inobedientes, passionisue filij sui immemores? Quoniam ipse filius Dei sua acerbissima & ignominiosissima passioe & morte redemit nos à morte aeterna, atque ad caelestem haereditatem beatitudinemque perfectam nos reparauit. Teneatur igitur quilibet Christianus grata mente frequenter recolere & pensare, quae, quanta & qualia Unigenitus Patris aeterni pro nostra salute assumpsit, fecit ac tolerauit, & qualiter Pater omnipotens proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, & hoc ex mera dilectione & pietate sua ad nos, quemadmodum sanctus Euangelista Iohannes testatur: Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Magna ingratitude est, non recognoscere beneficia data, nec ea perpendere, sed obliuisci. Similiter, grauis ingratitude est, non repedere vicem benefactori pro posse. Maxima verò ingratitude est, mala pro bonis rependere, vt Seneca ait. Ideo ait Bernardus: Nihil gratius potest beneficienti rependi, quam si accipiens gratum habuerit quod sibi gratis donatur. Idcirco spiritui gratiae (id est, spiritui sancto) contumelia facit, qui beneficium dantis grata mente non suscipit. Chrysostomus quoque: Optima, inquit, beneficiorum custos est ipsa beneficiorum memoria & gratiaru actio charitativa. Porro, inter omnia beneficia Christi praecipuu est, quod pro salute nostra dignatus est amarissimum crucis supplicium pati. Ideo totam Christi passionem debemus cordibus nostris firmissimè indelebiterque imprimere, & memoriae nostrae inscribere, atque quotidie eam ad minus semel diligenter & amoro se cum interna compassione recolere, ac si praesentialiter cõspiceremus omninò nostru Iesum Christu propter nos comprehendi, ligari, conspui, irri-

Apo. 1.

Rom. 8.

Ioh. 8.

Chryso. mus

deri

deri & percuti: accusari, dijudicari, columnæ alligari, & vique ad costarum patefactionem crudelissimè flagellari: deinde spinis coronari, arundine cædi, atq; ad mortem duci ba iulantem propriam crucem: deinde clavis magnis cum inæstimabili pœna perfodi, crucifigi & violentissimè distrahi: sicq; in tanto dolore in cruce pendente, & suæ dilectissimæ matri intimè compatientem, eamque discipulo commendantem. In horû meditatione debemus attendere, quis, qualis & quantus sit, qui omnia ista pro nobis sustinuit, vtpotâ quod ipse sit verus Deus & verus homo in vnitæte personæ: & quod innocentissimus, mitissimus, sanctissimus fuit: quod etiam fuit Rex regum & Dominus vniuersorum. Hanc Domini nostri passionē recordari debemus: primò ad recognoscendum beneficia ipsius: secundò ad regratiandum eidem: tertio ad imitandum eum pro posse: quartò ad considerandum ac imitandum virtutes, quas Christus in sua passione monstravit ac docuit: quintò ad admirandū quod filius Dei dignatus est tanta pati pro nobis: sextò vt ex consideratione omnium horum accendamus amore ipsius, & ita mēs nostra iugiter in Christo quiescat. Quotidiè ergo Christo regratiemur pro vniuersis beneficijs eius, specialiter quod tāta pro nobis pati dignatus est, & passionem ipsius pro viribus imitemur, aduersitates & tribulationes amore ipsius sustinendo cum gaudio, quia vt ait Gregorius: Nihil tam graue est quod non æquanimiter toleretur, si passio Christi ad memoriam reuocetur. Consideremus quoque, quàm patientissimè, mansuetissimè, humilimè, constantissimè & affectuosissimè Dñs noster in tota sua se habuerit passione, quia cū malediceretur, non remale dicebat: cū pateretur, non comminabatur: sed tanquàm ouis ad occisionem ductus est, & tanquàm agnus coram tondente obmutuit: immo fixus in cruce, & inæstimabilibus plenus doloribus, pro suis crudelissimis crucifixoribus exorauit, & eos quātum potuit excusauit, dicendo: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. In his ergo virtutibus, quas in Christi passione quasi in libro legimus & pēsamus, hoc est, in vera & stabili patientia, in mansuetudine sancta, in profunda humilitate, in virtuosa constantia, præsertim in pura & in superabili charitate, Dominum Iesum in separabiliter sectemur. Denique ista Dominicæ passionis quotidianæ & præcordialis attentio, tantò plùs necessaria est nobilibus excellentibusque personis, quantò plùs solent esse proclius

Apc. 19.

Gregorius.

Isa. 53.

Luc. 23.

ad elationem, iram & impatientiam, atq; ad inimicorum suorum rācorem. Attendamus diligenter quod admonet Augustinus: Inspice vulnera pendentes, sanguinem morientis, pretium redimentis, cicatrices resurgentis: Caput habet inclinatum ad osculandum, cor apertum ad diligendum, brachia extensa ad amplexandum, totum corpus expositum ad redimendum. Hæc quanta sint cogita, hæc in statera cordis tui appende, vt totus tibi figatur in corde, qui totus pro te fuit fixus in cruce. Hinc Christus ait ad quē libet nostrum: O homo, vide quæ pro te patior: non est dolor sicut quo crucior, ad te clamo, qui pro te morior. Vide pœnas quib; afficior, vide clausos quibus confodior. Et cū tantus sit dolor exterior, intus tamen planctus est grauior, dū te tam ingratum experior. Itaque in omni tentatione statim ad meditationem passionis Dominicæ recurramus. Si de superbia, impatientia, ira, rancore, acedia aut concupiscentia carnali impugnatur, mox Christi præfatam passionem, patientiam, mansuetudinem, humilitatem, charitatem, cōstantiam incueamur & sequi conemur. Nō est seruus maior domino suo, nec dignus est Christianus vocari, qui non fatagit Christum in prænominatis virtutibus imitari.

Augustina.

De generalibus remedijs contra omnes tentationes Articulus XXX.



Vemadmodum per superbiam & præsumptionem meretur homo à Deo relinqui ac tentationibus superari, sic per humilitatem & timorē Dei meretur adiuuari à Deo, & eius auxilio in tentationibus præualere. Ideo primū in omni tentatione remedium est, seipsum in omnibus humiliare, & nihil de seipso præsumere, sed in solo cōfidere Deo: Hinc princeps Apostolorum hortatur: Humiliamini sub potētī manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis. Salomon quoque: Habe, inquit, fidutiam in Domino ex toto corde tuo, & ne initaris prudentiæ tuæ. Secundum remedium est, Deum statim ac seruidè inuocare. Idcirco Christus dixit discipulis: Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Et Dominus ait in Psalmo: Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. Tertium remedium est Dominicæ passionis diligens recordatio, prout præcedenti est expressum articulo. Ideo loquitur Augustinus: Sicut filij Israël adspiciendo serpentem æneum à Mose

I.

1. Pet. 5.

Proec. 3.

II.

Math. 26.

vsq. 48.

III.

Num. 21.

Mose factum & eleuatū, sanabantur à moribus & læsionibus igneorum serpentum: ita qui Christi passionem fideliter intuentur, sanantur à vulneribus vitiorum. Quartū est assidua meditatio mortis & incertitudo horæ ipsius. Hinc ait Saluator: Vigilate, nescitis enim quando Dñs veniat, serò an media nocte, an galli cantu, an mane: ne cum venierit repente, inueniat vos dormientes. Vide te, vigilate & orate. Quintum est frequens cōsideratio diuini iudicij, tam particularis, quod fit in morte vniuscuiusque, quàm vniuersalis, quod licet in fine mundi. Hinc ait Hieronymus: Quoties diem illud cōsidero, toto corpore contremisco. Siue enim comedo, siue bibo, siue aliquid aliud facio, semper videtur mihi tuba illa terribilis sonare in auribus meis: Surgite mortui, venite ad iudicium. Gregorius quoque locutus est: Ita præsentis temporis est agēda lætitia, vt amaritudo & rigor diuini iudicij nūquàm recedat à nostra memoria. Vnde ad insinuandum terribilitatem diuini iudicij sanctus Iob dixit Deo: Quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me, & abscondas me donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus in quo recorderis mei? Sextum est infernalium cōsideratio tormentorum, quorum diligens intuitio omnem potest vanitatem, voluptatem & tentationem expellere. Quis enim vellet pro toto mundo per vnum diem nudo corpore in ardenti fornace iacere? Ideo nimis durus & stolidus est, quem saltem terror infernalium suppliciorum non reprimat à peccatis. Septimum est, ante tentationem ad tentationem se præparare, sicut ait scriptura: Fili, accedēs ad seruitutem Dei, sta in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Octauum est, occasiones tentationum vitare, videlicet locum, alloquium, adspēctum, munuscula. Et si quis tentatur carnali concupiscentia, statim auertat se ab imaginatione, cogitatione & memoria vel adspēctū personę, de qua tatur, & rerum Venerarum, seque conuertat ad considerationem Dominicæ passionis, aliarumque rerum nunc præactarum. Nonum est, diuinæ maiestatis præsentiam omnia intuentem attendere. Magna nanq; necessitas nobis est benè agendi, quoniam ante oculos iudicis omnia intuentis omnia agimus. Decimum est, virginem gloriosam, angelum proprium & sanctos magis dilectos, in quibus maior habetur fidutia, inuocare. Vndecimum est, sapienter attendere, quàm gloriose coronentur in cœlis, qui tentationes vincunt in terris. Prætercā, perso-

III.

Mark. 13.

V.

Hieronymus.

Gregorius.

VI.

VII.

VIII.

IX.

X.

XI.

nis nobilibus, excellentibus atque diuitibus tantò plùs necessariū est, ista tentationū remedia scire & ad ea confugere, seque exercere in eis, quantò aciuus ac frequentius solent tentari: quia præ cæteris abundant diuitijs, delicijs, honoribus, amœnitæ locorum, varietatibus obiectorum, periculosis consortijs, lautis conuiujs, nec facilliter increpantur, immo multi eis dānabiliter blandiuntur: quæ omnia sunt incitamenta peccandi, & occasiones tentationum. Talibus ergo hominibus necessè est, vt tantò fortius per præacta remedia tentationibus renitentur, quantò frequentius intensiusque tentantur.

Quod virtutes mortales valde necessariae sunt nobilibus atq; magnatibus. Articulus XXXI.



Irtutes mōrales vocantur, per quas rēfrenantur ac moderantur passiones, id est, motus & affectiones sensitiui appetitus in nobis, quem oportet rationi ac rationabili subijci voluntati, vt non afficiatur nec gaudeat, nec contristetur, nec appetat, nec timeat, nec irascatur, nisi secundum quod recta ratio dicat & sacra docet scriptura. Indigent ergo nobiles & magnates patientia magna, per quàm tristitiam reprimant in aduersis. Nam multa solent eis occurrere, ex quibus facilliter conturbantur & immoderate tristantur, nisi virtute patientiæ sint armati. Sic quoq; indigent mititate, per quam reprimant iram, ne subditis & familijs suis facilliter aut irrationabiliter irascantur aut nimis intenses: ne etiam iniuriam eis ab aduersarijs irrogatam, inordinatè aut excessiue vlcisci desiderēt, immo vniuersi qui alijs præsunt, valde specialiter indigent patientia ac mititate, ne per iram & impatientiam excacati errent in iudicando, deiciunt in regendo & in vindicando excedant. Prætercā, quia in apparatu & lauticijs ciborū potuūq; abundant, indigent sobrietate: & quia ad voluptates sunt proni, castitas eis est necessaria vehementer. Indigent quoq; libertate, per quam tam auaritiam quàm prodigalitate deuitent: & magnificentia, per quam in sumptibus seruent mensuram. Porro, prudentia, quæ perficit rationē, tantò copiosior eis est oportuna, quòd plura & maiora habent disponere, & quòd pluribus præsidet. Iustitia quoq; quæ rectificat voluntatē, præcipue est necessaria eis, vt reddant vnicuique quod ei debetur, & sine acceptione iudicēt personarum, nec aliquem persequantur iniuste.

Virtutes mōrales.

Jacob. 2.

De moribus fœminarum. Articulus XXXII.



Ores fœminarum partim laudabiles sunt, & partim vituperabiles. Primò nanque in eis laudabile est, præsertim in virginibus, quòd communiter ex sua natura sunt verecundæ ac timide. Per quod vitant multa peccata, imo, vt Climacus ait: Nisi Creator omnipotens verecundiam & timorem fœminis naturaliter indidisset, vix quisquam virorù euaderet. Neinde in fœminis laudabile est, quòd naturaliter & communiter sunt misericordes, còpasiuæ & pronæ ad lachrymas, quòd contingit ex mollitie complexionis earù & teneritudine cordis: & etiam quoniam timide sunt, suspicantur sibi posse aliquid tale contingere, quale desent in alijs. Tertiò in eis laudabile est, quòd naturaliter pronæ sunt ad deuotionem & compunctionem, quòd ex mollitie & teneritudine cordis earum contingit. Idcirco sanctus Gregorius in Antiphona ait ad Virginem gloriosam: Intercede pro deuoto fœmineo sexu. Quartò, quòd còmuniter sunt humiliores quàm viri: quia sexus muliebris, est sexus subiectionis, & apprehendunt se tãquam aliquid imperfectum. Mores autem earum vituperabiles, sunt instabilitas cordis, & quòd faciliter còsentiunt passionibus, id est, moribus desideriorù & iræ atque tristitiæ: quoniam ratio est in eis communiter debilior, quàm in viris. Et quòd pusillanimes sunt, propter quòd faciliter eis apparet, quòd contemnantur vel minùs debite honorentur, & propter res paruas turbantur ac contristantur. Hinc quoque consequitur, quòd communiter cupidæ sunt laudis atque honoris. Sunt item pronæ ad loquacitates & contentiones. Veniq; quales sunt, tales sunt nimis. Quæ enim naturaliter piæ & mites sunt, sunt valde piæ & mites: quæ verò crudeles & iracundæ existunt, sunt valde crudeles & iracundæ. Propter quòd ait scriptura: Non est ira super iram mulieris. Nã propter rationis debilitatē & defectum sapientiæ, non bene sciunt se refrenare. Hæc tango, nò quòd in omnibus mulieribus ita sit, immo aliquæ etiã naturali dispositione sunt prudentiores & virtuosiores quàm viri multi, & præsertim per dona gratiæ plures fœminæ viros excedunt in bonitate & sapientiã salutari: sed ideo tango hæc, vt mulier nobilis bene perpèdat proprios mores: & quicquid boni in se est, studeat per gratiam Dei ac per virtutes perficere: quicquid verò mali in se compererit, extirpare conetur. Postremò &

hoc in mulieribus communiter inuenitur quòd nò bene sciunt secreta tacere. Propter quòd consulitur viris, ne secreta sua ipsi reuelent: in hoc ergo mulieres emendent se, quia reuelatio secretorum est sæpè valde periculosa: est quæ mortale peccatum, reuelare quòd in secreto acceptum est, id est, sub fide & cù obligatione celandi. Propter quòd in Ecclesiastico scriptum est: Qui denudat arcana amici, perdit fidem. Denudare amici mysteria, desperatio est animæ infelicitis. Et rursum: Eius qui reuelat secreta, ne commiscearis.

De statu & castimonia uirginali. Articulus XXXIII.



Virginitas in nouo Testamèto præcipue commendatur: quia lex domini nostri Iesu Christi, est lex maximè spiritalis, diuina, perfecta, docens hominē in carne angelicam ducere vitam, & soli Deo per contemplationem ac dilectionem seruentē vacare mète libera, pura & quieta: à qua còuersatione angelica ac diuina multum impedit status còiugalis propter diuersa, quæ matrimonio sunt annexa, vt sequenti tangetur articulo. Itaque virginitas primò còmendatur, quoniam Dñs noster Iesus Christus hanc in seipso còsecrauit, elegit & conseruauit, atque in sua electissima matre, quia de virgine nasci elegit. Secundò, quia per virginitatē homines angelis còformantur, prout sanctus testatur Ambrosius: Supergreditur virginitas conditionem humanæ naturæ, per quã homines angelis assimilantur. Major tamen est victoria virginis, quoniam angelorù: quoniam angeli sine carne viuunt, virgines verò in carne triùphat. Tertiò, quia per virginitatis virtutē homo potissimè superat proprium corpus & còcupiscentiã suipsius. Quartò, quia difficile est virginitatē inuolatam seruare: & quantò delectatiões carnis sunt naturaliores & intensiores, tãtò virtuosius est eas sibi ipsi propter Deum totaliter abscindere & negare. Hinc virginitati debetur aureola, quæ est præmiũ speciale & accidentale & honor quidã præcipuus, quæ dantur virginibus in regno cœlesti pro inclyto & laborioso suæ virginitatis triumpho. Quintò, quoniam castimonia uirginalis est decus mentis & corporis, atque ingenitæ verecundiæ custos & innocentia conseruatricis, sicut luxuria corpus & animam inquinat, verecundiã tollit, atque diuersa parit peccata. Sextò, quia de virginibus specialiter legitur & canitur, quòd sequuntur agnũ Dei Dñm Iesum quòd cunq; ierit. Sunt autem & alia multa ad virginitatis præconia excellentiamque spectantia. Sed & virgines specialem merentur illumina-

illuminationem, copiosamque consolationem à Spiritu sancto, si tamen in vera humilitate fundauerint se, omni vanitate & leuitate exclusã. Non enim ad veram virginitatem sufficit integritas seu incorruptio corporis, sed & requiritur castus affectus & firmiter puritatis propositum. Præcipue quoque virginibus est vitanda omnis elatio, omnis discursio, omnis audacia & otium prauum. Ait nanque lingua Ecclesiæ sapientissimus Augustinus: Quid prodest integritas corporis, mente corrupta? Melius est humile coniugium, quàm superba virginitas. Et iterum ait: Virgo deuota primò debet vitare strepitum in quietis & platearum frequentia, atque in domo operi, lanificio aut lectioni diuinæ seu orationi insistere. Hinc ait Hieronymus: Virginitas sanctitate ornatur, & gradu fortitur perfectum, ne tali virginitate loquitur Cyprianus martyr, doctor & præful illustris: Virginitas foror est angelorum, victoria libidinum, regina virtutum, possessio vniuersorum honorum. Præterea, quid ad virgines spectet, docet Augustinus dicendo: Virgo nec sermonis iactantia, nec diuitijs, nec generis nobilitate se debet extollere, sed iugiter laborare, vt in humilitate possit semper Deo placere. Virgo nec ornatum capitis, nec habitu come, nec erectis lætisque oculis, sed ceruice ac vultu in terram inclinatim procedat, ne iuuenem aut virorum in se accendat amores, sicq; alijs causa perditionis existat. Virgo ab omni inuerecudi sermone & dissolutio risi debet penitus abstinere, & disciplina atque silentio vitam suã ornare. Quæ enim loquax est & superfluè curiosa, indigna est virgo vocari, cum sit mente corrupta. Præterea ad conseruandam virginitatem valent sobrietas cibi & potus, raritas & modestia in loquendo, asper vestitus, occupatio semper honesta, custodia sensuum, euitatio opportunitatis seu occasionum fornicationis, vt sunt prauata præsentia, secretum colloquium, amatorum literæ, munusculorum susceptio, & alia quedam.

De statu & continentia còiugali. Articulus XXXIII.



Icet virginitas tam excellēt (vt dictum est) commendetur, matrimonium tamen nò vituperatur: immo & collaudatur, sed minùs quàm sacra virginitas. Hinc sanctus Bernardus sapienter locutus est: Vtinam qui continere non valent, se matrimonio darent, ne vrerentur. Estet procul dubio melius nubere quàm vri, & saluari in humili gradu, quàm aliunde vel in statu sublimiore perire. Quæ-

uis autem præclarius victoriosiusque confisat, quòd nobiles puellæ, diuitijs, honoribus atque familijs abundantes, in virginitate permanent, religionemque intrent, interdum tamen plures rationabiles cause nubedi possunt eis occurrere, quàm mediocribus pauperibusque puellis. Cause enim generales nubendi, sunt procreatio prolis ad Dei obsequium educandæ, conseruatio speciei humanæ, instauratio ruinæ angelicæ, euitatio incontinentiæ, obsequium mutuum in procuratione necessariorum, amicitia quoque augmentum. Porro speciales cause nubendi, sunt inimicorum reconciliatio, bellorum sedatio, còseruatio successione legitima in principatu. Et istæ cause speciales magis possunt locum habere in puellis nobilibus filijsque magnatum. Veruntamen propter multa & magna pericula annexa coniugali nobilitati statui, magis consulendum esset puellis nobilibus in virginitate manere, & religionem intrare quàm nubere, dummodò prædictæ speciales cause non impedirent. Et quæuis in statu coniugali possint multa bona efficere, rarò tamen & difficulter contingit in tali statu non incidere multa peccata. Estque pensandum quòd ait Saluator: quid proficit homo si lucretur vniuersum mundum, seipsum autem perdat, & detrimentum sui faciat? In religione quoque fieri possunt bona multo maiora. Veruntamen cum mulieres sint frequenter instabiles corde, omninò consulendum est puellis nobilibus, ne sine bona deliberatione firmisimodque perseverandi proposito religionem ingrediantur, ne (quod absit) postea cum suis ipsarum & parentum seu cognatorum suorum confusionem egrediantur. Si verò voluerint nubere, studeant in hoc rectam intentionem habere, vt scilicet propter præfatas rationabiles causas nubant, nò desiderio voluptatis, nec curiositate experiendi, quòd sæpè putant plus esse quàm est: nec propter mundanum honorem aut libertatem maiorem, immo sciant & ritè perpendant, quòd utique graue subeunt iugum, & seruitutem frequenter durissimam: Nam & viri magnates sunt sæpè fati & plus quàm satis mirabiles, & contoralibus suis proterui. Et quamuis in principio connubij totum sit bonum, pulchra aura, charissima foror, tamen tempore procedente facili occasione incipiunt eas despiciere, ac tãquam ancillas tractare, ne dicam & verberare. Sicq; frequenter absentat se, & coniugalem violant fidem. Vnde bonæ & nobiles coniuges non mediocriter còtristantur, intantum, quòd interdum ægritudine incidunt corporalem. Ideo nobilis vir-

go nequaquam ad coniugium incaute adspi-
ret. Denique de coniugatis ait Apostolus:
Tribulationem carnis habebunt huiusmo-
di. Et cur diuinus sapientissimusq; Aposto-
lus non dixit, Delectationem carnis habe-
bunt, nisi q; sciuit matrimonio maiores affli-
ctiones quam delicias esse annexas? Itaq; cū
magnum Dei donū sit, habere virū rationabi-
lem & concordē, pacificum & modestū, soli-
cita sit virgo nobilis ac nuptura, vt non nisi
tali donetur viro, & de hoc admoneat suos.
Prouidentū est quoq; vt matrimonio sociā
di, nō multū distet a tate aut parentela, quis
hoc semper obseruari non queat, immo in-
terdū non cōgruat. Insuper, sicut matrimo-
niū non est contrahendū, nisi ob causas ho-
nestas prætactas, ita nec cōiugati scinucem
debent cognoscere, nisi ob causas easdē, præt-
sertim desiderio prolis educandæ ad cultū
Dei: vel ob incontinentiā in contorali vitan-
dam, aut causa reddendi debitum carnis. Ad
coniugatam verō pertinet, maritum dilige-
re, familiā regere, gubernareq; domū, quan-
tum ad suū pertinet statum: honorare socer-
os, & seipsam in omnibus irreprehensibi-
lē exhibere, immo & alia multa, quæ tamē cō-
prehendi possunt in eo, quod dictū est, irre-
prehensibilem se exhibere. Postremō, sicut
connubiō interdū cōiungitur grande in-
commodū ex parte mariti, videlicet zeloty-
piæ malū, ita ex parte vxoris quandoq; an-
nectitur multiplex rædium ex suspicionib;,
curiositatibus, loquacitatibusq; scemineis,
propter quod Theophrastus Philosophus
scripsit in libro de nuptijs: Non est vxor sa-
pientia ducenda. Primō, quoniā Philosophiæ
impedit studia, nec potest quisquam libris
& vxori pariter deservire. Multa quoq; ma-
tronarū vrbibus necessaria esse vidētur: de in-
de vxor per totas noctes introducit garru-
las quæstiones: Illa (inquiens) ornatio pro-
cedit in publicū, hæc honoratur ab omnib;:
ego misera in cōuentu sceminarū despicior.
Cur adspicibas vicinam? quid cū ancilla lo-
quebaris? de foro rediens quid attulisti? A-
mor enim alterius, suspicatur odium sui.

*De spiritali profectu in cognitione & contem-
platione Dei. Artic. XXXV.*



Era, plena & æterna beatitudo no-
stra, in clara & fructiua omnipoten-
tis Dei contemplatione cōsistit, se-
cundū quod vnigenitus patris æterni in euā-
gelio ait ad patrē: Hæc est vita æterna, vt
cognoscant te verum Deū, & quem misisti Ie-
sum Christum. Idcirco debemus in vita præ-
senti conari ad appropinquandum æternæ

beatitudini illi, hoc est, ad proficiendum in
salutari & affectiua Dei cognitione, cū ip-
se Dominus per Hieremiam dicat Prophe-
tam: In hoc glorietur, qui glorietur, scire &
nosse me. Vnde & sanctus Euangelista Io-
hannes: Scimus, inquit, quoniam filius Dei
venit, & dedit nobis sensum, vt cognosca-
mus Deum verum. Denique, sicut præhabi-
tum est, charitas Dei est virtus virtutum, &
ad eius profectum ac perfectionē debemus
ordinare omnia exercitia nostra & opera.
Nemo autem potest diligere quod prorsus
ignorat. Idcirco ad hoc, quod Deū toto cor-
de diligamus, necesse est vt eū aliquo modo
noscamus, immo & cum aliqua speciali illu-
minatione. Et quāto plūs in eius cognitio-
ne proficimus, tāto cæteris paribus aptiores
efficimur ad hoc, quod eius accendamus a-
more, & in amoris eius perfectione cresca-
mus. Sed circa hoc aliquis admirari potest &
querere: quia si ita est, quomodo potest ac-
cidere, quod aliqui idiotæ ineruditi ac sim-
plices tam syncerè ac feruiddē diligunt Deū,
à cuius dilectione multi doctores ac eruditi
tam longè sunt? Et respondendū, quod nūc
loquor de cognitione Dei, quæ est actus fi-
dei formata; id est, per bona opera decora-
tæ, ac doni sapientiæ, quæ nō sunt nisi in bo-
nis & virtuosus hominibus. Et tamen cog-
nitio Dei, quæ habetur ex naturali ratione &
studio, quantum in se est, disponit ad Dea-
morem & sanctæ dilectionis profectū. Sed
aliud potest impediri à tali actu, videlicet
ex elatione aut carnali concupiscentia seu
alio vitio. Præterea, ad hoc quod aliquis ve-
rè & meritoridē diligat Deum, oportet quod
ad minus credat aut sciat, quod Deus glo-
riosus sit primum & summum bonum, en-
que omninō perfectum, omnipotens & eter-
num, à quo cætera omnia proflexerunt &
sunt ac habēt, quicquid sunt & habēt. Istud,
inquam, necesse est agnoscere vnuerfos,
qui Deum veraciter diligunt: sed quale sit
ens illud, hoc est, an sit penitus immateria-
le, an materiale in sua natura, omnes nō sci-
unt explicitè: necesse tamen est, vt omnes
sint dispositi ad credendum explicitè, quod
Deus in suæ Deitatis natura sit maximè sim-
plex & penitus immaterialis, cūm hoc eis
prædicatur siue proponitur. Quia hæreticū
esset asserere, q; Deus in propria sua natu-
ra sit ens materiale aut corporale, aut linea-
menta seu membra vel circumscribibilē ha-
bens figuram. Qui ergo vult aliquam perfe-
ctiorē cognitionē de Deo habere, oportet,
q; eleuet intellectum suū super omnia mate-
rialia & sensibilia accorporalia entia: immo
homo

homo non potest propriam animam suam
cognoscere, nisi eleuet cōsiderationē suam
supra omnia entia talia, cūm anima hominis
sit simplex immaterialisque spiritus, qui in
sua natura nō est extēsiuē magn⁹ aut paru⁹,
albus aut niger, aut aliquo modo coloratus,
vel calidus, frigidus, siccus aut humidus: sed
est simplex forma & immaterialis essentia,
dignior omni corporea creatura. Angelus
verō simplicior digniorq; consistit quā a-
nima: Deus verō vnuerlis angelicis spiriti-
bus est infinitè & incomparabiliter immate-
rialior, simplicior atq; præstantior. Et quo-
niam Deus est ens in seipso omninō perfe-
ctum, ideo quicquid perfectionis & excel-
lentia excogitari potest, hoc conuenit Deo,
& est in Deo, & est ipsemet Deus excelsus &
adorandus. Ideo Deus est ens infinitæ pul-
chritudinis, immensæ dulcedinis, cuius po-
testas finem non habet, & beatitudinis eius
nullus est finis. Sic quoq; nullus est finis sa-
pientiæ & opulentiæ eius, nec vlla mensura
est sanctitatis, pietatis siue iustitiæ eius. Et
omnia ista sunt vnū & idem in Deo: immo
ipse superbeatissimus Deus est omnia ista
cum perfectione, simplicitate & excellentia
penitus infinita, ita quod Deus inuariabilis,
sanctus & immortalis, est pulchritudo im-
mensa, dulcedo interminata, incircūscripti-
bilis virtus, sapientia, beatitudo, pietas, iusti-
tia penitus infinita. Et ipse gaudet æternali-
ter in seipso gaudio tanto, quod magnitu-
do gaudij sui caret omni mensura & fine.
Denique, Deus est naturaliter purè & incō-
prehensibiliter bonus, amabilis & desidera-
bilis, & eius natura est bonitas pura, veritas
æterna, vnitas simplicissima. Ecce quā ama-
bilis & superamabilis, supergratiosus, deli-
ciosissimus & delectabilissimus est Domi-
nus Deus noster: ideo viles, impij & peruer-
si ac valde ingrati, atq; æterna damnatione
digni sunt, qui res creatas, sensibiles & car-
nales plūs amant, querunt & cogitant, quā
Deū, & propter eas Deū relinquunt, offen-

dunt, obliuiscuntur, & grauitè inhonorāt.
Ideo iustissimè deseret, & contemnet, æter-
næq; obliuioni & condemnationi perpetuè
tradet eos. Amplius, Deus altissimus, increa-
tus, nulliusq; indigens, non solum est vnus
in essentia, sed etiam trinus in personis, ita
quod Pater & Filius, & Spiritus sanctus sunt
tres æternæ, increatæ, venerādisimæ & ado-
randæ personæ: & tamē sunt vnus Deus, quia
in tribus personis est vna & vna essen-
tia. Pater autem à nullo est, nec est creatus,
nec factus, nec genitus, nec procedēs: filius
autem à patre æternaliter natus est natiuitate
superpurissima, immateriali, intellectuā-
li, interna. Tali quoq; processione paracle-
tus Spiritus sanctus æternaliter à patre filio-
que processit, & vnaquæq; diuina & increa-
ta persona diligit aliam tantū sicut seipsum,
hoc est, superardentissimo & infinito amo-
re. Cum infinita quoq; & incomprehensibili
iucunditate vnaquæq; æterna & diuina per-
sona aliam æternaliter intuetur. Sicq; pater
æternus cum infinito gaudio & amore in spi-
ritu ac diligit vnigenitum superpulcherrimū
filium suū, qui est verbum patris æternum.
Similiter filius cum infinita lætitia & dile-
ctione intuetur & amat patrē suū æter-
num. Sed & pater ac filius tā iucundè ac amo-
rose intuentur ac diligunt dulcissimum pa-
raclerum Spiritum sanctum. Nec minūs de-
lectabiliter & feruenter Spiritus sanctus in-
spicit ac diligit Patrē & Filiū. Hæc est vita,
beatitudo, & gloria Domini Dei nostri, cuius
beatitudini totis præcordijs cōgratulari
debemus, & Dominū Deum toto corde di-
ligere, totis viribus honorare, & indefinen-
ter ei cum omni reuerentia ac feruore serui-
re, primō & maximè propter propriā & infi-
nitam bonitatem, maiestatem & honorabi-
litem ipsius, & eum in vita hac pro posse
contemplari modo præfacto. Ad honorem
& gloriam eius, qui est super omnia
Deus sublimis & benedictus.
Amen.

Directorij vitæ Nobilium, finis.

1. Cor. 7.

eph. 5.

Theophras-
tus.

1. ioh. 17.

DIONYSII CARTHYSIANI DE REGIMINE POLITIAE LIBER VNVS.

Præfatio.



Secundum Iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis est rector ciuitatis, tales sunt habitantes in ea. In his uerbis scriptura ueritatis compendio sissimè docet, quàm fructuosi atq; salubres sint populo iudices & rectores, prælati ac principes iusti & sapientes: quantum etiam periculosi ac nocui sint cõmunitati & subditis iudices & rectores, prælati principesq; iniusti ac imprudètes. Totanãq; salus, profectus & pax subditorum, ex superioribus & præsiditibus quodammodo pendent intantum, ut Deus gloriosus per Hieremiam Prophetã locutus sit: Quia fructus egerunt pastores, & Dominum non exquisierunt, ideo omnis grex eorum dispersus est. Indiscretio ergo, negligentia & iniustitia superiorum potissimè causa est turbationis, ruinae atq; malitiæ subditorũ, propter quod Salomon ait: Vbi non est gubernator, corrumpet populus. Et iterum: Princeps sapiens ædificat populum suũ. Princeps uerò insipiens destruet eum. Istud experientia quotidie pandit. Itaq; si iudex prudens uirtuosusq; fuerit, populus eius prudens erit ac uirtuosus: quia à iudice suo erudietur ad discernendum inter bona & mala, dirigetur quoq; ab eo ad uitandũ mala & ad prosequendũ bona ac iusta. Conformiter dũ rectores ciuitatum iusti & prudentes existunt, ciues in pace agunt, & rectorũ suorum prudentiam iustitiamq; sequuntur. Deniq; inferiores communitè superiorum suorum directionem sequuntur, & uoluntate illorum implere nituntur: idcirco dum superiores indiscreti, iniusti ac negligètes sunt, subditi ad diuersa uitia inducuntur, & in magna labuntur pericula. Hinc Salomon dixit: Cum impij sumpserint principatum, gemet populus. Præterea ad iudices & rectores pertinet, facta subditorum diligenter inquirere, prudenter examinare, ueraciter iudicare, excessus corrigere, iniuriam passis succurrere, & de satisfacione pro uiribus prouidere, prauos per pœnas debitas coercere, atq; communem utilitatem, pacem ac profectum subditorum & reipublicæ indefinenter cum summa diligentia querere, procurare ac conseruare. Dum ergo in ætibus his uigilantes extiterint & fideles, benè erit ciuitati ac populo: si autem fuerint desides & iniusti, utiq; mali & enormes contingent excessus. Vnde cum bonum tantò sit diuinius, quanto communius, bonum communitatis est præcipuè appetendum & exquirendum & conseruandum: idcirco de regimine ciuitatum in hac editione, quantum Spiritus sanctus conferre dignabitur, loqui intendo.

Eccl. 10.

Eccl. 10.

Præf. 11. 19. 20. 21.

Ibidem.

Intentio authoris in hoc opere.

De origi-

De origine ciuitatum & de causis foundationis earum. Articulus I.



Rectores ac iudices ciuitatum sua officia diligèter ac debitè exequatur, oportet eos imprimis aduertere, qualiter & ppter quas causas primò institutæ ac tactæ sint ciuitates. Itaq; sicut in libro Politicorum Aristoteles docet, & S. Thomas atq; Aegidius de roma in libris suis de regimine regũ ac principum ad regem Cypri Regèq; Fraciæ scribunt, sex sunt causæ propter quas constructæ sunt ciuitates. Prima, quatenus homines pariter habitado se inuicè amplius diligant, delectabilisq; conuiuant: homo enim naturaliter est animal ciuile ac sociale: ideo in societate hominum uiuere, est sibi connaturale & naturaliter delectabile. In ciuitatibus quoque sunt multa, quæ faciunt homines iucundius uiuere, quæ non reperitur in uillis ac solitarijs locis. Secunda causa est, abundantia aut sufficietia eorum quæ necessaria sunt sustentationi uitæ humanæ: qui enim in eadem ciuitate morantur, sibi inuicem deseruiunt ac succurrunt in necessarijs uitæ, dum vnus abundat in isto, alter in illo: & vnus hoc habet uenale, alius illud. Medicamina quoque infirmitatis humanæ magis abundant in urbibus. Tertia causa est, ut homines suis aduersarijs facilius possint resistere, & se ab illorum incurso defendere, sicque securius habitare: quod totum aptius fit per hoc, quòd multi intra vnus ciuitatis ambitum continentur ac cõmorantur. Quarta causa est, ut emptiones, venditiones, mutationes & locationes inter homines conuenientiùs fiant, & quilibet facilius reperiat quæ placeant, quibus uè indiget: non enim omnia ab vno aut à paucis habentur: ideo congruit plurimos simul morari, ac diuersa habere uenalia seu commutabilia aut communicabilia: diuersos quoq; inter eos esse artifices ac magistros, & sapientes officiatos, qui animarum salutem ac corporũ sanitati possint consulere. Quinta causa est, communicatio siue coniunctio coniugiorum: homines nanque diuersi ac plurimi pariter habitando, noticiam & amicitiam adinuicem contrahunt, sicque conubia pariter inuent & affines mutuo fiunt, ex quo magis se diligunt, commoditatesq; plurimas assequuntur. Sexta & summa causa est, ut homines uirtuosius eligibilisq; conuiuant: homines quippe in urbibus simul manèdo se inuicem magis considerant, in-

struunt & hortantur, sicque magis morigerati ac uirtuosi redduntur. In ciuitatibus quoque homines magis refrenantur à magnis excessibus, quoniam ibi facilius comprehenduntur maligni. Cumque hæc sexta causa sit principalis, ad eam ordinandæ sunt aliæ quinque. Itaque ad principes, iudices & rectores ciuitatum pertinet prouidere ac procurare, ut hæc sex bona, propter quæ institutæ sunt ciuitates, abundant semper, & sint in ciuitatibus quibus præfunt, ut scilicet ciues amorose delectabiliterque conuiuant, & de necessarijs uitæ ciuitates prouisæ sint, præsertim dum caristia aut obfessio seu impugnatio ab hostibus probabiliter aut certò imminet. Ciues quoque sibi inuicem fideliter ac constantè contra hostes assistant, atque emendo, uendendo, locando ac mutuando, dando & succurrendo adinuicem iustè, piè ac charitatiuè se habeant. Coniugia etiam pariter contrahant, & uirtuose, faceret ac eligibiliter pariter conuersentur. Postremò, quæ de causis constructionis ciuitatum præacta sunt, de bonis ciuitatum constructoribus intelligi debent. Si quidem homines prauis ob alias causas edificauerunt ciuitates, immo secundũ ueritatem sacræ scripturæ, ciuitates primò edificari cœperunt à malignis hominibus propter causas peruersas. Vnde super illud Genesis quarto: Cognouit Cain uxorem suam, quæ concepit & peperit Enoch: & edificauit Cain ciuitatem, & uocauit eam ex nomine filij sui Enoch: dicunt Doctores, quòd Cain, qui pessimus erat, postquam occidit innocentem & iustum fratrem suum Abel, cõgregauit generatos ex semine suo, & eorum auxilio ciuitatem construxit, ut in ea cum suis auxiliarijs ab alijs, quibus iniuriabatur, protegetur: Cain enim & eius posteritas rapinis, latrocinij & varijs prauitatibus infestebant, nec aliquis ante Cain ciuitatem construxit.

Quid sit ciuitas, & quid res publica. Articulus II.



Rimo lib. de Ciui. Dei inquit Augustinus: Ciuitas aliud nõ est, quàm cõcors hominũ multitudo. Isidorus uerò addit, dicèdo: Ciuitas est cõcors hominũ multitudo, societatis uinculo adunita. Quiddã autè Doctores clariùs scribunt, dicètes: Ciuitas est cõmunicatio ciuim propter sufficienter uirtuoseque uiuere, hoc est, in-

& associatio hominum ad conuiuendū sufficienter ac virtuosē. Hoc autem idem est quod respublica. Vnde secūdo libro de Ciuitate Dei recitat Augustinus, quemadmodum nobilissimus ille Romanus Scipio Africanus, in libris suis de republica scripsit ac docuit, quōd sicut in cantu melodia causatur ex dissimilium vocum congrua modulatione, & ex distinctis sonis, videlicet summis, medijs ac infimis benè temperatis fit concors ac suavis concertus: ita ex diuersis & plurimis ac dissimilibus cohabitatoribus animorum consensu vnitis, atq; in vnā societatem ordine conuenienti redactis, cōstat & fit ciuitas: quatenus sicut in cantu se habet harmonia, ita in ciuitate concordia, quæ est optimum atque fortissimum vinculum omnium in ciuitate atque republica: & istud intelligendum est de vera & bona concordia, quæ sine iustitia esse nō potest. Hinc præfatus Scipio rempublicam esse disseruit rem populi: populum autem dixit esse non quemlibet cætum plebis, sed cætum iuris consensu & vtilitatis communione sociatum. Ex his sanctus Augustinus concludit, quōd nisi in multitudine hominum sit verè concordia inter superiores & inferiores, imo & inter superiores inter se, inter inferiores quoque inter se, multitudo illa non est veraciter ciuitas neque respublica, nec habitatores digni sunt ciues vocari. Hinc illi prudentissimi Romanorum Cato & Cicero, Scipio atque Sallustius dixerunt, Romam neque ciuitatem neque rempublicam extitisse, quando in ea fuit seditio, ciuiumque per diuersa peccata corruptio atque rebellio: modicatumen discordia & paucorum dissensio, nomen ac rationem ciuitatis & reipublice non tollit nec impedit.

Quales debeant esse Rectores ac Iudices ciuitatum. Articulus III.

Quam igitur multitudo hominum, quamuis corporaliter inter eadem mœnia commoretur, indigna sit nomine ciuitatis & reipublice nisi consensu iuris & vtilitatis communione sit colligata, atque concorditer & virtuosè conuiuatur, certum est, quōd rectores ac iudices ciuitatum oporteat esse excellenter iustos, charitativos, stabiles ac prudentes. Primò ergo spectat ad eos, vti habeant singularem præcipuumque amorem boni communis, in tantum, vt vtilitatem reipublice proprijs commodis præferant, sicque diligentiores existant in procuracione & promotione ac

conseruatione pacis ac prosperitatis communitalis, quam propriæ vtilitatis: nec solum curent ac protegant partem reipublice, sed totam, vt scilicet solliciti sint pro omnium vtilitate & pace, & non solum pro quorundam. Hinc Tullius in libris de Officijs recitat, quemadmodū doctissimus ille Platon duo præcepta dedit vniuersis ciuitatum rectoribus atque iudicibus: Primò, vt vtilitatem ciuium sic optent & curent, vt ad eam ordinent cuncta quæ agunt, priorum commodorum oblitis: Secundò, vt totum corpus reipublice curent ac teneant, vniuersorum ac singulorum paci & vtilitati pro viribus prouidendo: ne, dum vnā reipublice partem tuerentur, aliæ negligantur: quia ex hoc dissensio oritur. Porro, vt iudices ac rectores vrbium tales sint, oportet eos ab omni auaritia & acceptione personarū esse immunes. Insuper cum proprius actus iudicij & rectorum sit, alios gubernare, in formare ac iudicare, necesse est eos esse eminenter prudentes ac iustos, vt iura sua agnoscat ac profundè intelligant: nec solum ad verborum superficiem, sed principaliter ad legislatoris intentionem respiciant, sicque in omni iudicio prudenter aduertant, quis sit verus suorum iurium, legum aut consuetudinum intellectus: deinde secūdum iura sua sic intellecta, vnicique eis subiecto iustum iudicium faciant sicut tenentur, omni carnali & inordinato amore ac odio, omni quoque timore & cupiditate prorsus exclusis. Itaque ad iudices ac rectores reipublice singulariter pertinent tres istæ virtutes: amor boni communis, prudentia atque iustitia, per quas respublica crescit, prosperatur ac stabilitur. Hinc de antiquis Romanis loquitur Cato: *Nolite putare, maiores nostros armis rempublicam ex parua magnam fecisse: si enim sic esset, multò pulchriorē nos haberemus: armorum enim & equorum maior copia nobis est. Alia fuerunt quæ illos viros magnos fecerunt, quæ nobis nulla sunt: vni industria, fors iustum imperium, animus in consulendo liber, nec delicto neque libidini obnoxius. Pro his nos habemus auaritiam atque luxuriam, publicæ egestatem, priuatim opulentiam. Laudamus diuitias, se quimur inertiam: omnia virtutis præmia, scilicet dignitates & officia, quæ virtuosis prudentibusque debentur, ambitio possidet. Ex his verbis Catonis patet, quōd sicut per amorem boni communis prudentia ac iustitia respublica proficit, prosperat & permanet: ita per vitia his virtutibus tribus contraria, hoc est, per priuatam amorem proprij commodi, seu per*

auaritiam & indiscretionem, seu per imperitiam ac iniustitiam, respublica decrefcit, turbatur, depauperatur ac perit. Hinc Seneca protestatur, quōd Romani Imperatores ac iudices, quando eorū respublica viguit, literati fuerint: atque ex tunc armata militiæ manum infirmatam, & ipsius principatus radicem quasi præcisam, ex quo in principibus languit virtus literarum, prudentiaque deficit. Hinc ait scriptura: Principatus sensati stabilis erit. Et rursus: Ciuitates inhabitabuntur per sensum prudentium.

Qualiter præstare virtutes in antiquis præclarissimis iudicibus ac Rectoribus reipublice uiguerint. Artic. IIII.



Quinto libro de Ciuitate Dei tangit Augustinus, quōd in gelis Romanorum plenius legitur, quemadmodum quidam iuuenis Romanus nomine Mutius, vrbe Romana obsessa à Rege potente dicto Porfena, petiuit licentiam à Romanorum rectoribus egrediendi Romam & ingrediendi castra regis præfati, vt ipsum regem occideret, sicque populum suum Romanum ab obsidione & periculo liberaret. Denique obtenta licentia ad castra regis deueniens, cognito vbi rex sedebat, ad thronum eius perueniens, scribam assidētē regi pretiosè vestitum regem existimans, pro rege occidit. Cōprehensus autem à satellitibus regis, atque ad regis tribunal perductus, & vnde esset aut cur venisset interrogatus, respondit: Romanus sum, & vt regem hostem nostrum occiderem veni. Iussitque rex eum igne torqueri, vt ab eo plūs negotij extorqueret. Mutius extendēs manum dexteram in ignem ardentem, immobiliter tenuit eā in igne. Motus rex horrore facti, iussit eum ab igne dimitti. Præterea Decius Consul Romanorum contra Latinos bellaturus, cum in visione nocturna nouisset illum exercitum superaturum, cuius princeps deuoueret se morti: cum exercitu aduersariorum inito bello deuouit se morti, & immiscuit se exercitui aduersariorū, vt occideretur ab eis, quatenus suus preualeret exercitus, & factū est ita. Simile huic recitat Augustinus de inclyto illo Atheniensi principe Theodoro: qui cum responsum audisset à Dijs, illum exercitum in bello, quod imminerebat, victurum, cuius dux occideretur, ipse Theodorus, vt exercitui suo obtineret victoriam, in habitu peregrino ac paupere hostibus se obiecit, vt primus occideretur: maluit enim mori, dummodò vin-

cerent sui, quam viuere eis victis. Insuper de Marco Regulo nobilissimo Principe Romanorum Tullius refert, quōd cum Marcus ille contra Carthageneses plura acerrima bellogessisset, & tandem ab illis captus fuisset: Carthageneses, vt suos à Romanis captos recuperarent (multa enim millia Carthagenensium à Romanis fuerant capta) inter legatos suos miserunt Marcum præfatum ad persuadendū Romanis, vt pro Marco dimitterent Carthageneses captiuos, accepto iuramento à Marco, quōd reuenteretur, nisi pro ipso remitterentur ipsorum captiui. Marcus itaque Romam veniens, & in senatum inductus, consuluit vt ipse remitteretur, nec Carthagenesium captiui dimitterentur, quia nō expediret reipublice Romanorum, vt pro ipso vno iam sene ac debili, parumque vtili, dimitterentur tot millia captiuorum: & acquieuerunt senatores eius consilio, & ipse Carthagenem se dicit, quamuis sciret se à Carthagenensibus atrociter occidendum. Amplius, Alexander Magnus contra Porū regē Indiæ fortissimè pugnans, cum iā de vtriusque exercitu pars maxima corruisset, dixit ad Porū: Non decet reges sic perdere populum suum, sed oportet vt per seipsum vnus contra alium prælietur, & suā ostendat virtutē. Stet populus tuus in vna parte, & meus in altera, pugnemusque soli manu ad manū: Si occideris me, populus meus fit tuus: si preualero contra te, populus tuus fit meus, & factum est ita: preualuitque Alexander, & Porū occidit. Multa similia de gentilibus principibus, rectoribus, iudicibusque leguntur: & quamuis similia ac maiora de fidelibus rectoribus atque iudicibus vtriusque Testamenti in scriptura sacra ac libris historicis scripta sint, nihilominus sancti Doctores facta gentilium fortia recitant, vt illorum exemplo præfidentes fideles prouocentur ad meliora, atque gentilibus illis crebescant inferiores, imperfectiores, iniustioresque inueniri.

Quid sit prudentia & de actibus eius. Articulus V.



Quo prudentia iudicibus atque rectoribus ciuitatum præcipue necessaria est, de ipsa prudentia quid sit, & de actibus eius, plenius clariusque est tangendum. Itaque prudentia ab Aristotele dicitur esse recta ratio agendorum ab Augustino autem, cognitio rerum appetendarum ac fugiendarum. Prudentia nanque est virtus intellectus, illum inans rationem ad cognoscendum efficaci-

Prudentia quid.

ter, quid verè expediat agere, & quid oporteat fugere ac vitare: inter vires etenim, quas Deus homini contulit, excellentissimè sunt intellectus seu ratio & voluntas. Porro voluntas de se cæca est, & nisi per rationem dirigatur ac gubernetur, custodiatur & refrenetur, multipliciter atq; grauissimè peccat & ruit in præceps, tanquam equus absq; freno discurrens: nec ratio voluntatem dirigere valet, nisi & ipsa illustretur prudentia. Ad conuertendum igitur virtuosè, ad regendum alios fructuosè, ad præsidendum atq; agendum salubriter & honestè, necesse est rationem prudentia decorari. Hinc Plato republicam dixit beatam, quando à verè prudentibus gubernatur. Augustinus quoq; sexto de Ciuitate Dei testatur: Illi qui vera pietate præditi sunt, si habent scientiam regèdi populos, nil est felicius rebus humanis, quam si Deo miserante habeant potestatem. Ideo ait scriptura: Rex sapiens, populi stabilimentum est. Et rursus: Multitudo sapientum, fanitas est orbis terrarum. Vnde Salomon, vt dignè ac fructuosè posset populo Israël præfidere, sapientiam à Domino postulauit. Ipse etiam sapientissimus Salomon dixit: Væ tibi terra, cuius rex puer est, & principes manè comedunt. Beata terra cuius rex nobilis est, id est, virtuosus ac prudens: et cuius principes vespertur in tempore suo ad reficiendum, & non ad luxuriam. Hinc iterum loquitur: Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia. Melior est acquisitio eius negotiatione auri & argenti. Pretiosior est sapientia cunctis opibus, & omnia quæ desiderantur, huic non valent cõparari. Dic sapientia, soror mea es, & prudentiam voca amicam. Denique Apuleius in libro de Deo Socratis ait: Si laudas virum quia diues est, hoc fortunè debetur: si quia fortis, ægritudine fatigabitur: si quia nobilis, non ipsum, sed parentes eius laudas: si quia pulcher, pulchritudo senectute recedet: si verò laudas virum, quoniam sapiens est & bonis moribus adornatus, tunc eum veraciter laudas, quia nec hoc ætate caducum est, nec casu pendulum, nec à progenitoribus hæreditatum. Præterea actus prudentiæ sunt, aliarum virtutum actus dirigere, modum seruare, quatenus omnia ordinatè & honestè fiant in nobis. Ideo Salomon ait: Vir prudens dirigit gressus suos. Prudentia docet discretionem in cunctis tenere, & ad eam pertinet providere, vt opera nostra Deo sint placita, nobis ipsi salubria & proximis exemplaria. Ad prudentem spectat fallere nolle, nec facillè falli posse, atque de rebus secundum verita-

Plato.

Augustinus.

sapient. 6.

Ibidem.

1. Reg. 4.

Eccles. 10.

Prov. 3.

Prov. 9.

Apuleius.

Prov. 11.

tem iudicare, exterioraque bona vtiliter administrare. Prudentia est, cauere ne aliquid leuiter inchoetur, vel inchoatum ante perfectionem defacili relinquatur. Eius quoq; est, inconstantiam deuitare, seque in omnibus rationabiliter stabiliterq; habere. Ideo Seneca ait: Si prudentiam amplecteris, vbiq; idem eris. Prudentis est, in prosperis magis quam in aduersis consultè agere: nec solum cogitationes noxias, sed & otiosas cauere, mentem ab inquisitione inutilium ac nimis difficilium cohibere, causam factorum inquirere, alia ex alijs conijcere: prudens namque ex apertis obscura perpendit, ex paruis magna, ex propinquis remota, ex partibus tota, ex præsentibus futura: & quando initium rei inuenerit, de exitu cogitat. Prudentia quoque facit temeraria iudicia euitare, nec nimis facillè credere: quia & omnib; credere leuitatis est, & nulli credere infidelitatis. Item prudentis est, de dubijs non diffinire, sed suspensam tenere sententiam: salubria, vtputa beneficia Dei ac proximi, remissici, & noxia, vt iniurias, obliuisci: moderantiam in loquendo tenere, quemadmodum scriptum est: Verba prudentium statera ponderabuntur: & qui moderatur labia sua, prudentissimus est. Ad prudentem pertinet, non esse in sensu proprio immanissimum, sed docilem ac dirigibilem, nec seipsum sapientem reputare, nec sibijpsi inaniter complacere, sed propriam imperfectionem perpendere: ideo ait scriptura: Ne innitaris prudentiæ tuæ. Et: Væ qui sapientes estis in oculis vestris. Insuper ad prudentem pertinet, interdum considerationi vacare, quemadmodum Seneca loquitur: Non semper in actu sis, sed interdum animo tuo requiem dato: & requies ista plena sit sapientiæ studijs & cogitationibus bonis. Est quoque prudentis, correptiones gratèter suscipere, prout Salomon ait: Argue sapientè, & diliget te. Et rursus: Qui acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Postremò, prudens præterita recordatur, præsentia ordinat, futuraque prouidet: de agendis diligenter consulit, acutè inquirit, audita examinat, & his, quæ non expediunt, derelictis, ad operandum ordinatè procedit, atque eum congruo moderamine & ingenti cautela profert sententiam, præcipationem & nimiam festinationem, tardiosam quoque dilationem & nociuam moram pro posse semper deuitans.

Quod nullus sit verè prudens, nisi virtuosus, & qualiter homo fiat prudens, atque de impedimentis prudentiæ. Artic. VI.

Prud.

Prudencia est virtus cardinalis: virtutes autem tam à Philosophis quam Theologis connexæ dicuntur, ita quòd vna sine alia non habetur: nullus ergo habet veram prudentiam, nisi etiam habeat iustitiam, temperantiam, humilitatem, charitatem, patientiam, mansuetudinem, cæterasque virtutes. Quicumque ergo superbus est, avarus, luxuriosus, acediosus, aut ceteris peccatis mortalibus inquinatus, vera caret prudentia. Præterea ad prudentiam pertinet benè iudicare de agendis, & de rebus & causis actibusque humanis, rectè quoq; consilire, & apta media inuenire ad obtinendum ac obseruandum bonum intentum ac debitum finem, qui est bonum commune, pax atque prosperitas reipublicæ aut personæ. Porro peccata passionisque animæ, vt superbia, concupiscentia carnis, ira, impatientia, inuidia, auaritia, malitia, rationem excacat, voluntatem inficiunt, & rectum peruertunt iudiciũ, ita quòd homo illis subiectus peruersè insipienterque iudicat, sequendo suas vitiosas inclinationes, non iustitiæ regulas veritatisque leges: quemadmodum homo habet gustum humoribus malis persusum, iudicat dulce esse amarum, & oculis stans in fumo aut nebula non lympidè videt, nec de coloribus congruè iudicat. Hinc homines vitiosi & passionati, non sunt verè prudentes: & hoc Aristoteles cæterique Doctores concorditer dicunt. Denique cognitio de agendis, quam habent mali, est quasi mortua atque inualida ad mouendum voluntatem ad hoc, quòd cognitio bono consentiat, & cognitio malo dissentiat: sed cognitio de agendis, quam habent boni, putà prudentiam, non tantum illuminat intellectum, sed viuacvalida est, & mouet voluntatem, vt appetat prosequaturque bonum, ac fugiat malũ. Sed his obijci potest, quòd aliqui homines vitiosi videntur valdè prudentes in dando consilia & regendo ac præsidendo, immo quidam Doctores in iure sunt vitiosi, & nihilominus videntur prudentes, atq; idonei ad regimen communitatũ. Respondendum est, quòd in prauis hominibus frequenter est aliquid simile veræ prudentiæ, scilicet quædam naturalis industria aut nuda pericia ac vulpina astutia & in formis cognitio legum ac iurium, ex quibus interdum procedunt actus conformes actibus prudentiæ: frequentius verò ex illis procedunt actus iniusti & communitati principibusque nociui, immo homines tales vitia sua palliant, & specie boni colorant, atque ex prudentia ac iustitia se iudicare ac consilia dare cõsin-

gunt, cum potius ex inuidia, cupiditate & calliditate aut simili radice iudicent ac consulant, quod expertus Assuerus Rex, dixit: Quidam aures principum simplices & ex sua natura alios æstimantes, callida fraude decipiunt. Insuper est tangendum, qualiter homo fiat veraciter prudens: Nunc autem de prudentia loquor, prout est virtus acquisita, & ad rectores ac iudices potissimè pertinens. Virtutes autem acquisitæ generantur in homine ex multis actibus bonis multoties iteratis. Quæadmodum ergo ex hoc, quòd quis frequenter refrenat & vincit concupiscentias carnis & iracundiæ motus, generantur in eo castitas ac mansuetudo: ita ex hoc, quòd quis frequenter cõsiderat ac discernit, audit seu legit vel experitur quid expedit, quid noceat, quid sit agendum, quid vitandum, quid iustum, quid iniustum, generatur in eo prudentia, dummodò affectum suum conformare studeat suæ cognitioni. Itaq; ad hoc, quòd homo fiat prudens, oportet eũ ab exterioribus occupationibus & inquietudinibus sæpè vacare, & cõsiderationibus agendorũ & actuum humanorũ insistere, legendo, audiendo, inspiciendo & experiendo. Hinc Plato asseruit, quòd anima quiescendo fit prudens. Scriptura quoq; testatur, quòd qui minoratur actu, sapientiã percipiet. Sed & Salomon loquitur: Audiens sapiens, sapiens erit. Hinc in Ecclesiastico scriptum est: Vir in multis expertus, cogitabit multa: & qui non est expertus, pauca cognoscit: atq; in libro Job legitur: In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Quemadmodum autè diuersas mundi prouincias perambulantes, multa videndo, audiendo, experiendo & cõsiderando sunt prudentes: sic qui prudentissimorũ virorũ libros, gesta q; legunt, prudentes efficiuntur: propter quod ait scriptura: Sapientiã omnium antiquorum exquiret sapiens. Postremò, ex his innotescit quæ sint impedimeta prudentiæ: qui dè impedimenta eius sunt, vniuersa peccata mortalia, & immoderata occupatio circa exteriora, vehemens quoq; sollicitudo & occupatio circa propria cõmoda & circa domesticos, qui mentè impediunt à cõsiderationibus eorũ, quæ pertinent ad bonum cõmunè: potissimè autem à vera prudentia impediunt actus luxuriæ, per quam mēs humana deprimitur, hebetatur ac bestialis efficitur. Similiter vitia gulæ, comeditiones superflue, potationes, ebrietates, rationè obscurat, animũ inquinant, prudentiamq; impediunt. Hinc ait scriptura: Fornicatio & ebrietas & vinum auferunt cor. Et Salomon protestatur: Luxu-

Hebr. 16.

Eccle. 3. 8.

Prov. 1. Eccle. 3. 4.

Job. 12.

Eccle. 3. 21.

Prov. 1. 1. Impedimeta.

1. Cor. 4. 1. Prout.

Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas: quicumque his delectatur, non erit sapiens. Anaritia quoque amorem boni communis & veram auferit prudentiam: quia quantum quis immoderantius occupatur circa proprias commoditates & facultates, tanto minus curat de utilitate, prosperitate & opulencia reipublicæ. Idcirco antiqui iudices ac rectores reipublicæ, non solum Christiani, sed & gentiles, vniuersa hæc prudentiæ impedimenta diligentissimè abiecerunt, summoque studio intenti fuerunt prudentiæ, prout sequens declarat articulus.

Qualiter antiqui Iudices ac Rectores studuerunt sapientiæ, & auaritiã atque intemperantiã uitauerunt. Articulus VII.

Julius imperator.



DE victoriosissimo illo Imperatore Julio, qui ingenio suo valdè atque egregiæ in doli extitit, quãuis de Alexandro Magno, legitur quòd studio sissimus fuit, cursumque solis inuestigans, dies per horas & momenta diuisit, multos libros conscripsit, & quatuor Epistolas simul dictasse asseritur. Præterea, teste sancto Hieronymo, Ptolemæus Rex Aegypti tã studio sus fuit, quòd omnium gentium libros habere, ac omnium nationum sapientiam discere laborauit. Alexander quoque Rex maximus, valdè fuerat studiosus, & desiderio proficiendi in scientijs, maximis se periculis frequenter exposuit: semper etiam tenuit secum prudentissimos viros, quorum consilijs utebatur in prælijs ac arduis causis. Denique omnium gentium Imperatorum optimus Traianus, libris diligentissimè intendebat, & à suo magistro informabatur quotidie, atque tam feruèdè amauit scientiam, quòd magistris sui Plutarchi prudentiã suã imperiali prætulit potestati. Insuper de christiani sismo Imperatore Theodosio legitur, quòd in die exercebatur in armis ac regni negotijs, & per noctes libros sollicitè intuebatur, immo ad lampadem studens, proprijs manibus oleum in fundebat: sequens Plato nem, qui interrogatus à quodam, qualiter ad tantam sapientiam peruenisset, respondit, quia de oleo plus consumpsi in lampade, quàm de vino in cypho. de Carolo quoque habetur, quòd doctus valdè extiterit, & in studendo assiduus, libros Augustini sepius legens, & nocturnis temporibus in lecto quiescens, considerationibus prudentiæ insistebat, quid reipublicæ expediret sollicitè cogitans: Cumque vtile aliquid menti suæ occurreret, accenso lumine, erigens se,

Ptolemæus

Alexander Magnus.

Traianus.

Theodosius

Carolus Magnus.

illud mox scripsit, ne obliuisceretur. Sed & Iustinianus Imperator, qui legum libros composuit, in libris studiosissimus fuit. Tantorum igitur principum exemplo prouocentur & discant inferiores iudices ac rectores frequenter prudentiæ operam dare, & quid expediat reipublicæ, quid ius exigat, solenter pensare. Præterea narrat Valerius, quòd dum Scipio Africanus obtinisset Carthaginem, & multos inde obsequio accepisset, inter ceteros missa est ei virgo eximij admirabilisque decoris: quam cum cognouisset desponsatam esse cuidam nobilissimo ciui Carthaginensi, vocauit parentes puellæ, & reddidit eam illis intactam: Aurum quoque, quod pro redemptione puellæ ei erat allatum, dotis nomine adiecit, vt cum illo puella suo restitueretur sponso. Ob quam continentiam, benevolentiam, liberalitatemque; sponso puellæ corda omnium nobilium suę gentis applicauit Romanis. Simile narrat Vegetius de Alexandro Magno, quia dum ei oblata fuisset puella pulcherrima cuidam principi desponsata, continuit se ab illa, ita quòd nec eam adspexit, sed ipsò suo remisit: factò, principem illum vniuersamque gentem eius sibi reconciliauit. Amplius antiqui rectores ac iudices Romanorum auaritiã maximè deuitauerunt, malentes reipublicam esse opulentam & rem domesticam inopem, quàm econtrariò, commune bonum proprio præferentes. Refert nanque Valerius, quòd cum gens Aetolorum per legatos suos misisset Curio Consuli Romanorum vasa argentea magni ponderis exquisitaque arte fabricata, quia legati illi retulerunt genti suæ, vidisse se vasa fictilia in consulis mensa, iussit eos redire cum valis suis, admonens eos, ne continentiam quasi paupertati succurrerent. Recitat quoque Valerius de eodem Consule, quia dum legati Samnitum venissent ad eum, portantes magnum pondus auri, rogantes vt illud acciperet, eoque vteretur, quia in lignea scutella cernere solebat, dixit ad illos: Superuacue mihi aurum portastis: & Samnitibus dicite, malle me diuitibus imperare, quàm diuitem fieri. Ideo pretiosa hæc reportate, & scitote me auro non posse corrumpi. Insuper cum nobilissimus ille princeps Romanus Scipio accusaretur de pecunia apud senatum, respondit: Cum totam Africã vestre potestati subicerem, nihil, quod meum sit, inde reportauit, nisi cognomen: nec me Africanam gazam fecerunt auarum: Immo quidam Consules Romanorum in tanta paupertate domi vixerunt, vt mortuis eis sumptus funeris deesset,

Iustinianus Imperator.

Valerius.

Vegetius.

Valer. lib. 4. cap. 6.

set, & aliunde collatus est. Quidam etiã Romanorum ab aratro, quo iugera suæ terræ arabant, ad summa assumpti officia, cum victoriam obtinissent, officijs illis relictis, ad pristinam paupertatem elegerunt reuerti, & obierunt in ea. Quidam quoque eorum ex suis officijs fuerunt eiekti, quia modicum thesaurizauerunt. Si ergo gentiles iudices ac rectores intantum contempserunt propria commoda, auaritiã atque diuitias, quantum republicam facerent opulentam, aptioresque essent ad vacandum prudentiæ, quantum magis Christiani iudices ac rectores sic agere debent? Postremò, de sobrietate principum clarissimorum multa leguntur. Siquidem potentissimus ille Imperator Octavianus modicissimi ac vulgaris extitit cibi, panem & caseum bubalinum, pisciculos ac virides ficos manducans. Flannibal quoque Carthaginensium Imperator bellicosissimus princeps, tota die in regni negotijs se occupauit, ante noctem non requiescens, & de nocte surgere consuevit, atque de bono communi imperij cogitare, & in crepusculo ad cenandum præbuit se vacantem, ciborum ac potuum oblectamenta contemnens, & somni torporem deuitans. Multa similia de sobrietate & parcitate potus excellentissimorum regum ac principum extitum atque fidelium sunt conscripta, quorum exemplis accendantur rectores ac iudices ciuitatum, ne corda eorum grauetur crapula vel ebrietate, sed sobrijs semper sint, atque idonei ad considerandum in omni causa quid verè expediat.

Quòd iustitia ad Iudices & Rectores reipublicæ maxime pertinet. Articulus VIII.



Vemadmodum asserit Augustinus, remota iustitia quid aliud sunt regna atque imperia, nisi magna latrocinia: sic quoque nisi in vrbe seruetur iustitia, erit ipsa velut latronum spelunca, & nullus quod suum est, pacificè possidebit. Cum ergo iudices & rectores ad hoc constituantur, vt vnquenque; conseruent indemnem, & pacem cõmunitatis procurent ac tueantur, oportet eos esse eminentes ac immobiliter iustos, vt nullo tempore, nullo motiuo contra iustitiam agant, sed iuxta inclinationem exigentiamque iustitię in omnibus iudicent: homines nanque; confugiunt ad iudices suos, tãquam ad iustitię regulam ac præconem, & sicut ad iuris patronum ac executorem. Hinc Aristoteles loquitur, quòd iudex & princeps debet esse quasi lex

via & animata iustitia, quatenus sicut lux non nouit nisi lucere, & calor nõ nouit nisi calefacere, sic iudex non noceat, nisi iustitiã exercere, ac iura seruare atque defendere. Præterea iustitia est virtus, vnicuique quod suum est, tribuens: & vt aiunt viri perfecti: iustitia est constans perpetuaque; voluntas, vnicuique; ius suum conseruans: atque vt Tullius scribit: Primum iustitiæ fundamentum est, ne alicui noceatur: deinde, vt communi utilitati deseruiatur. Hoc ergo iudices ac rectores politię indefinenter insatigabiliterque obseruent: Nam & gentiles præfides in obseruatione iustitiæ feruentissimi ac tenacissimi extiterunt, nec proprijs filijs contra iustitiã pepercerunt. Cum enim Romani expulissent Regem suum Tarquinium Superbum, & loco regum consules substituisent, ac postea legati Tarquinij laborarent pro reductione ipsius ad regnum, duoque filij Furij Consul Romanorum occultè tractassent pro reductione Tarquinij Regis, Furius Consul hoc cognito, ambos filios suos mox interfecit, pacem reipublicæ ac zelum iustitiæ amoris præferens filiorum. Torquatus quoque Consul & Princeps Romanorum proprium filium occidit, quoniam ipso ignorante contra hostes pugnavit, cum tamè ab aduersarijs fuisset prouocatus ad pugnam, eosque; fortissimè superasset. Insuper Zaleucus princeps cum legem dedisset, vt adulterij reus utroque; oculo priuaretur, & filius eius adulterium perpetrasset, iussit ei oculos erui: populo autem concorditer supplicante vt parceret adolescenti, cum tandem importunitate populi vinceretur, ne derogaretur iustitiæ, vnum oculum fecit sibimet erui, alium filio. Præterea Charondas princeps Tyriorum, cum ad sedandas populi seditiones iussisset, vt si quis cum ferro aut gladio concionem intraret, mox eodem gladio necaretur, & ipsemet postmodum de longa rediens via, concionem gladio accinctus sicut venerat introisset, & vnus adstantium eum de solutione legis admonisset, respondit: Ego illam protinus recuperabo: statimque se proprio gladio peremit, malens pœnam institutam in se sustinere, quàm legem perire, cum tamen se potuerit excusare, quia ex inadvertentia legem soluit. Si ergo gentiles iudices ac rectores, bonum commune & amorem iustitiæ prætulissent, non solum diuitijs ac delicijs mundi, sed etiam propriæ vitæ, dilectioni quoque; vitæ charissimorum filiorum suorum, quantum magis Christiani principes, iudices ac rectores hoc facere debent?

Iustitia quid.

Offic. 8.

Val. lib. 6. cap. 5.

Zaleucus.

De his, quae requiruntur ad hoc, quod Rectores ac Iudices recte & dignè ac meritorie iudicent. Artic. IX.



Quod ad omnem Christifidelè primò ac maximè pertinet, & ab ipso Deus id exigit, vt ex charitate Dei agat omne quod agit, atq; ad gloriam, honorem Dei ordinet cuncta quae facit: propter quod ait Apostolus: Omnia vestra in charitate fiant. Et iterum: Omne quod facitis, ad gloriam Dei facite: Quemadmodum enim anima est vita corporis, ita charitas Dei est vita animae, sine qua charitate anima spiritualiter mortua est, ita quòd nullum actum Deo placentem atque eterne vite meritum habet. Itaque ad hoc, quòd iudices & rectores dignè ac meritorie iudicent, primò exigitur, vt in charitate Dei existant, & ex charitate Dei iudicium eorum originaliter imperialiterque procedat, vt scilicet principaliter sic iudicent, quia Deo sic placet, & quia ipse hoc exigit, & vt ipse glorificetur, ex eorum iudicio, & pax communitatis custodiat. Secundò requiritur, vt iudices sint iustè ac virtuosè conuersationis, vt ex zelo iustitiæ inclinètur ad iudicandum, nec per peccata mortalia redantur ad iudicandam indigni. Ideo antequàm iudicent alios, examinent semetipsos an in aliquo sint mortali peccato: & si sunt, aut iudicare non audeant, aut antequàm iudicent, de suis peccatis peniteant, confiteri & emendare proponant, sicque ad iudicandum cum humilitate & Dei procedat timore. Dicitur est namq; quod iudex debet esse quasi animata iustitia, & vnde iustitia adornatus, eminenterque iustus ac iustior ceteris. Hinc sanctus Moses dixit ad filios Israèl: nate ex vobis viros sapiètes & gnaros, quorum cõuersatio sit probata in tribubus vestris, & ponam eos vobis principes ac iudices. Iethro quoque naturali ac humana prudentia prãditus, ait ad Moysen: Prouide de omni plebe viros potentes & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiã, & cõstitue ex eis, qui iudicent populum omni tempore. Tertio requiritur, vt iudices publica auctoritate fungantur, & iurisdictionem habeant super eum quem iudicant, vel ratione fori, aut ratione delicti in loco eorum commissi: quia vt sanctus ait Gregorius: Non licet falcem mittere in messem alienam: Hoc est, nõ licet iudicium exercere in non subditos. Quarto exigitur, vt iudices secundum statuta & ordinem iuris procedant, & legitimum modum obser-

1. Cor. 16.

1. Cor. 10

Deute. 1.

Exod. 18.

uent, secundum allegata atque probata argendo. Hinc asserit sanctus Thomas, quòd iudex non debet in criminibus aliquè condemnare, nisi habeat accusatorem. Accusator quoq; personaliter debet adesse, cum Canon dicat: Per scripta nullius accusatio suscipiatur, quod de accusatore absente, accusationem in scriptis mittente, Thomas exponit. Hinc sicut in Actibus Apostolorum habetur, præsens pro Pauli Apostoli defensione dixit Iudæis: Non est consuetudo Romanæ aliquem condemnare hominem, priusquam is, qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina, quæ ei obijciuntur. Veruntamen publica diffamia & euidencia facti, id est, sceleris perpetrati, locum supplet accusatoris: idcirco in talibus non oportet secundum ordinem iuris præactum procedere. Quintò requiritur, vt iudices non cedant multitudini, neque clamori multorum, idcirco per Moysen Deus præcepit: Non sequaris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio acquiesces sententiæ plurimorum, vt à vero deus. Sextò exigitur, vt non nimis facili ter credant, sed causam quam nesciunt, cum omni diligentiã inquirant atque discutiant, quemadmodum sanctus Iob iudex & princeps iustissimus loquitur de seipso: Causam quam ignorabam, diligentissimè inuestigabam. Septimò oportet, vt iudices non sint acceptores personarum, fouendo, palpando seu audiendo vnũ præalio cõtra iustitiam, sed ad omnes & singulos iustè ac indifferenter se habeant. Ideo Moses præcepit iudicibus: Ita paruum audietis vt magnum, nec accipietis cuiusquam personam. Octauò exigitur vt nullo timore declinent à recto iudicio, immo mori malint & omnia damna pati, quàm iniuste iudicare, præsertim cum omnis Christianus teneatur sic stare, quòd malit mori & omnia temporalia perdere, quàm mortaliter peccare: & qui ita non stat, in mortali peccato est, quia non plus diligit Deum Creatorẽ, quàm seipsum & bona creata. Hinc ait scriptura: Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne fortè expauescas à facie potentis. Nonò requiritur, ne immoderate compatiantur alicui in iudicando, propter quod moyses loquitur: Pauperis non misereberis in iudicio. Non enim miserandum est pauperibus in iudicio in præiudiciũ partitis aduersè, neque intantum, vt derogetur veritati & equitati. Veruntamen iudices exhibere se debent pios egenis, desolatis, miserabilib; personis, vt viduis, orphanis & pupillis

Act. 13.

Exod. 23.

Iob. 35.

Deute. 16.

Prover. 18.

Luch. 11.

Deute. 11.

Eccl. 7.

Exod. 23.

pupillis atque pauperibus, audiendo & iudicando causas eorum, quantum saluo iure fieri potest. Ideo ait scriptura: In iudicando esto illis quasi pater. Singulariter namq; iniquum est & crudele, opprimere tales. Ideo Salomò dicit: Non facias caluniam pauperibus, neq; conteras egenum in porta. Per portam autem intelligitur locus iudicij, quia in vrbiũ portis iudices sedere antiquitus ad iudicandum solebant, vt facilius inueniretur ac haberetur ab omnibus. De immisericordibus & iniustis quoque iudicibus Deus per Esaiam Prophetam conquerens, ait: Pupillo nõ iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos. Decimò oportet, vt auaritiã detestentur & munera spernant, quemadmodũ Moyses loquitur: Non accipies munera, quæ excæcant etiam prudentes, & subuertunt verba iustorum. In Ecclesiastico etiam dicitur: Exenia & dona excæcant oculos iudicum, & quasi frenum in ore auertunt correptiones eorum. Hinc de auaris impijsque iudicibus asserit esaias Propheta: Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Refert sanctus Bernardus de quodam iudice iusto ac magno, quòd equum accepit à quodam viro diuite: Cumque post paucos dies diues ille venisset ad iudicem illum pro subuentione in causa sua, iudex respondit: Nesciebam te causam habere apud me: Ecce equus tuus in stabulo stat, vade & recipe illum. Vnde & Tullius scripsit: Quomodo poterit alijs iustè dominari aut iudicare, qui proprijs cupiditatibus non dominatur? Vndecimò oportet, vt nullas recipiant preces in præiudicium alterius partis aut æquitatis. Duodecimò exigitur, vt carnalem & inordinatum amorem ac odium penitus deserant, quoniã talis amor & odium peruertunt iudicium. Propterea Cicero dixit: Exiit personam iudicis, qui induit personam amici aut inimici. Hinc aristoteles protestatur, quòd homo non est bonus iudex sui ipsius, quia nimis amat semetipsum: nec etiam hostis sui, quoniam odit eum. Veruntamen intelligendum est hoc de homine imperfecto: siquidem homo in virtutibus perfectus, seipsum spiritali diligens amore & dono sapientiẽ illustratus, optimè iudicat de seipso, nec carnali & inordinato excæcatur amore, nec odio alicuius, immo inimicos suos veraciter diligit, & bona pro malis rependit. Deniq; legitur, quòd Cambyfes Rex Perfarum vnũ iudicum suorum fecit viuũ excoari, quoniam iudex ille quandam ex odio condemnauit: Cutem quoque iudicis excoari iussit sedi iudiciariæ superponi, filiumque exco-

Eccl. 4.

Eccl. 7. 22.

Eccl. 4.

Eccl. 23.

Eccl. 10.

Eccl. 1.

Cicero.

riati in ea federe, vt pœnam patris sui iugiter recordaretur, nec aliquem iudicaret iniuste. Itaque grauissimè peccant, qui ex ira, impatientia, indignatione aut displicentia peruertunt iudicium atque iniustam vltionem exercent: hoc nanque est contra Dei præceptum, contra fraternam charitatem, & contra iustitiam: ideo est enorme ac mortale peccatum. Iudices quippe rationem sequi tenentur, non animositatis aut impatientiæ motum. Tertio decimò exigitur, vt vera decorentur prudentia & sufficienti iuriũ suorum scientia, quatenus in iudicando sapienter ac discretè procedant. Postremò iudicibus est cauendum, ne ex his, quæ audiunt, ad iram, impatientiam aut inuidentiam prouocentur, sicque ex impetu passionis ferat sententiam: sed corde tranquillo, maturo ac timorato est proferendum iudicium: ira autem & impatientia faciunt hominem stulto consimilem, propter quod Salomon exhortatur: Ne sis velox ad irascendum, quia ira in sinu stulti requiescit. Et rursus affirmat: Qui patiens est, multa gubernatur prudentia: qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam. Ideo Iacobus ait Apostolus: Sit omnis homo tardus ad iram, quoniam ira viri iustitiam Dei non operatur: Vnde mansuetudo omni prælato ac iudici valdè necessaria est.

Eccl. 38.

Prover. 14.

Iacob. 1.

Quòd Iudices teneantur frustratorias dilationes & tardiosas ac non necessarias moras præseindere ac vitare. Articulus X.



aturale ius est, vt vnusquisq; faciat alteri, quod sibi rationabiliter vult fieri: nec alteri faciat, quod sibi non fieri optat: ideo in Euangelio docet ac præcipit Christus: Quicunque vultis vt faciant vobis homines, hæc eadem facite illis. Et iustus ille Tobias deseruit: quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne aliquando alij facias. Ad obseruantiam autem iuris naturalis omnes maximè obligantur. Hinc ait sanctus Gregorius Papa: Ita nos habere debemus ad subditos nostros, sicut vellemus illos se habere ad nos, si ipsi nobis præessent. Scabini igitur ac iudices ceteri ita tenentur causas sibi propositas expedire, qualiter vellet proprias causas expediri ab alijs, si illi ipsorum iudices essent. Peccant ergo contra ius naturale, dum ita non agunt, sed protractiones non necessarias inferunt & innectunt. Insuper faciendo peccant contra ius positium, tam canonicum quàm ciuile. Etenim Bonifacius Pa-

Matth. 7.

Luc. 6.

Tobia. 4.

pa affirmat: Cordinobis est, lites minuere, hoc est, causas expedire, atque negotijs ce- rem terminum, quantum rationabiliter fieri potest, imponere: & ad hoc probandum possent quam plurimę authoritates vtriusq; iuris adijci. Ista quoque dilatio est cōtra sanctorum Patrum doctrinam: Nam sanctus Bernardus in libro de Consideratione ad Eugenium Papam, dilationes istas vchemēter vituperat: Sūt enim in grauamen & damnum, in laborem ac tædium pauperum, seu etiam aliorum, potissimè innocentium & iustorum. Præterea regula est apud omnes Theologos ac Iuristas, quod quicumque infert alicui damnum iniuste, tenetur ei ad restitutionem: & frequenter non sufficit restituere simpliciter, quod iniuste ablatū est, sed necessarium est ad salutem etiam satisfacere pro damno, quod alter perpeffus est, carente re sua: quam si habuisset, lucrum cum ea fecisset. Certumq; est, quod non solum infertur alicui damnum iniuste per hoc, quod res sua sibi abstrahitur, sicut in rapina & furto, sed per hoc, quod debita sua sibi tempore præfixo non persoluuntur, seu ea quæ ad ipsum de iure pertinent, sibi non adjudicantur tempore debito, secundum formam atque tenorem iuris naturalis atque positui, ab his quibus ex officio iudicare incumbit.

iudiciarię potestatis, & contra charitatem fraternam. Iudices ergo causas sibi propositas, præsertim causas pauperum & religiosarum ac miserabilium personarum celerius, quod congruenter queunt, expediant: Ideo nanque per Mosen Deus præcepit populo Israël: Iudices constitues in portis vrbium tuarum, quatenus omnes causam habentes, promptissimè iudices intuerent, celeremque expeditionem acquirerent. Salomon quoque ait: Vidisti hominem velocem in opere suo, coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles. Iudices ergo iuste atq; velociter quod iustum est prosequentes, digni sunt coram regibus & principibus apparere, immo summo Iudici Deo altissimo certum est eos placere: & sicut iuxta Apostolum: Hilarum datorem diligit Deus: ita & celerem debiti solutorem ac iuris executorem velocem diligit Altissimus: Qui autem in iudicando causas subditorum sua odia vel gratiam sequuntur, iniuste indigneque iudicant, vt ait Gregorius.

Deute. 15

Proverb. 11

2. Cor. 9

Quod illi, qui in magnis peccatis sunt, indigni sunt iudicare eos, qui in iysdem aut in minoribus sunt peccati.

Articulus XI.



Rdo charitatis atq; iustitię exigit, vt qui alium vult purgare, iudicare aut castigare, primò purget, iudicet ac castiget seipsum: quia post Deum homo tenetur maximè diligere semetipsum. Indignus quoque est esse publicus minister iustitię, & sedere in solio æquitatis ac iuris executor existere, qui per vitam vitiosam quotidie iustitiam violat, leges diuinas transgreditur, & cōtra naturale ac positium ius agit: talis autem est omnis homo, qui præcepta Dei & Ecclesię non obseruat, qui alijs facit quæ sibi fieri non vult. Hinc sancti Patres Ambrosius atque Chrysostomus dicūt, quod illi, qui sunt in magnis seu mortalibus vitijs, indigni sunt iudicare illos, qui in iysdem aut minoribus culpis sunt: & si iudicent illos, præsumptuose faciunt, atque seipfos maiori damnationi reddunt obnoxios: Nā vt ait Apostolus: In quo alios iudicant, seipfos condemnant, eadem enim faciunt: Ideo rursus dicit Apostolus: Qui alium iudicas, teipsum non iudicas. Itaque si iudices essent adulteri aut concubinarij, aut vsurarij, aut similibus magnis sceleribus inquinati, non liceret eis alicum iudicare seu condemnare pro furto, cū adulteriū & vsura ac concubinatus consuetudinis

Roma. 2

ibidem.

nalis sint multò grauiora peccata, quàm fur- tum: quamuis secundum humanas leges mi- nus puniantur quàm furum: & ista, vt san- ctus Thomas scribit, potissimè vera sunt, quando peccata iudicum publica sunt: quia tunc scandalum oriretur, si iudicarent: si ve- rò occulta sint, & iudicandi necessitas infert, possunt propter officium cum humilitate ac Dei timore iudicare, dummodò ex corde po- niteant, & emendationem firmam propo- nant. Ex his innotescit, quàm periculosa at- que damnabilis sit vita iudicum & rectorū communitatis, qui in manifestis ac grauibus sunt peccatis, vt sunt adulteri, vsurarij, forni- catores, ebriosi & similes, qui prorsus indi- gni sunt præesse & iudicare. Nec in vrbibus boni regiminis præesse sinuntur. Vnde de multis virtuosis atque prudentibus regibus ac principibus legitur, quod tales homines publicè vitiosos nequaquam ad officia pro- mouerunt, nec in suis reliquerunt officijs, nisi se protinus emendassent.

De varijs causis, ob quas Iudices & Rectores dare se debent ad conuersationem iustam, vir- tuosam & exemplarem. Ar- ticulus XII.



Saluator noster in Euangelio ait: Cui plus datum est, plus require- tur ab eo. Itaque iudices & recto- res communitatum quantò sibi præ ceteris ciuibus plura atq; maiora dona à Deo cognoscunt collata, id est, maiorem prudentiam, nobilitatem, opulentiam, pote- statem & eminentiam, eò ad ampliorem per- fectionem iustitię ac virtutum tenentur, & quò plura deluper bona sortiti sunt, eò plus obligatur Deo esse subiecti & grati, hoc est, magis humiles, deuoti ac timorati. Præterea iudices & rectores tenentur ad vitam virtuo- sam, non solum in quantum sunt Christia- ni, sed in super ratione sui officij, quod (sicut frequenter præactum est) dignè & absque frequenti periculo ac peccato exercere non va- lent, nisi verè iusti atque prudentes, nec ea- dem nec maiora peccata committant, quàm sunt, quę iudicant & condemnant in alijs. Insuper in exordio huius tractatus ostensum est, quod ex prudentia, iustitia & diligentia iudicum & rectorum dependet pax, amicitia & prosperitas, virtus & bonitas commu- nitatis: ex imprudentia verò, iniustitia, & ne- gligentia iudicum & rectorum, sequuntur & oriuntur diuersa & grauiamala & damna ac vitia in republica. Itaque quantò maior fructus oritur ex vita virtuosa ac iusto regi-

mine iudicum ac rectorum, tantò diligentius dare se debent ad cōuersandum ac præliden- dum & iudicandum iuste & virtuosè: quòd etiam plura & maiora mala sequuntur in cō- munitate ex eorum vita & præfidentia iniu- sta ac negligenti, tantò seruentius vitare de- bent omnem iniquitatem, negligentiam & indiscretionem. Amplius ad idem induci debent ex consideratione ineffabilis magni tudinis, felicitatis & glorię, quam à Deo sus- cipient, si virtuosè & iuste se habeant: iteq; ex consideratione in æstimabilis damnatio- nis & pœnæ infernalis, quam acquirēt, si ini- iuste vitiosèque vixerint. Cū enim bonè se habendo sint causa multiplicis boni in com- munitate, atque iniuste se habendo sint cau- sa multiplicis mali in ea, constat quod pro omni bono, quod in communitate ex eis fit, præmiabunt à Deo: & pro omni malo, quod ex ipso in iniustitia & negligentia puenit po- pulo, punietur. Denique ad vitā timoratā ac virtuosam inducere debet iudices & recto- res consideratio metuendi ac districissimi iudicij Dei, quod imminet eis, quemadmo- dum scriptum est in libro Sapientię: Audite & intelligite iudices terrę, quoniam data vobis à Deo potestas, qui interrogabit ope- ra vestra, & cogitationes vestras scrutabitur: quoniam cū essetis ministri regni il- lius, non rectè iudicastis neque custodistis legem iustitię, neque secundum voluntatē Dei ambulastis. Horrendè & citò apparebit vobis, quoniam iudicium durissimū in his, qui præfunt, fiet. Iudices ergo & rectores quotidie profundè aduertant, quia in bre- ui oportebit eos presentari ante tribunal re- gis ac Iudicis summi, & iudicari ab eo de om- ni iudicio quod iudicauerunt in mundo: & quid faciet Iudex ille altissimus de iniustis iudicijs, qui ipsas quoq; iustitias iudicabit, qui malè iudicata reiudicabit, & nil indis- cussum relinquet? Postremò quamuis quilibet Christianus teneatur proximis suis bo- num exhibere exemplum, & vitare ne ali- quem scandalizet, vnde curare debet vt bo- nū sit famę, non ob propriam laudem, sed ad gloriam Dei, ædificationemq; proximi, quatenus Deus in seruis laudetur suis & glo- rificetur: iudices tamen & rectores ac om- nes qui præfunt, tenentur præcipue exempla res existere & scandala euitare: Dum etenim superiores impiè viuunt, inferiores secu- rius peccant: immo culpa in imitationem vehementer trahitur, quando transgressor propter potestatem siue officij dignitatem honoratur, (vt ait Gregorius:) Enormiter ergo peccant in officijs constituti, qui gra-

Sapient. 6

Luc. 12

Ezech. 22

uia peccata committunt, cum asserat Augustinus: Qui in conspectu populi male uiuit, quantum in ipso est, eos, à quibus attenditur, occidit: immo tot mortibus, tot æternis dationibus dignus est, quantis exempla perditionis ostendit ac præbet. Hinc ait Saluator: Væ homini illi per quem scandalum venit. Et iterum: Qui scandalizauerit vnum ex his pusillis qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Quanta ergo damnatio erit eis, qui totam communitatem scandalizant?

De aliquibus documentis, ad Iudices ac Rectores reipublicæ pertinentibus.
Articulus XIII.

Lex Christi, est lex totius caritatis ac pietatis. Ideo Christiani iudices & rectores, quamuis interdum propter bonum commune teneantur circa maleficos rigorem iustitiæ obseruare, hoc tamen facere debent non ex crudelitate, sed ex charitate sincera & zelo iustitiæ, vt iniqui in hoc seculo pro suis excessibus puniantur, sicque purgentur, ne æternaliter condemnentur. Iudices itaque & rectores in reorum cruciatibus delectari non debent, sed potius condolere: possunt tamen gaudere de obseruatione iustitiæ, & quod paci communitatis prouideatur, & impietati finis imponitur. Præterea cum omnes prælationes, dignitates, principatus atque officia Christianæ religionis, sint quædam obsequia in bonum subditorum ordinata, & ad communitatis utilitatem, non ad propria commoda præfidentium referenda, idcirco iudices & rectores politiæ superbiere non debent, nec sibi ipsi inaniter complacere, aut cæteros aspernari, sed seruos cæterorum se reputare, præsertim cum summus omnium Christianorum pater, prælatus, rector & iudex, videlicet Dominus Papa, seruū suorum Christi se scribar ac nūcupet, immo quia prædictum est, quod iudicibus atque rectoribus districtius iudicium instat, quam alijs, & quod quantum pluribus præsumunt, tantum maioribus periculis exponuntur, & onere grauiori premuntur, atque ad maiorem perfectionem virtutum & pleniorē obseruationem iustitiæ obligantur. Hinc præ cæteris hominibus debent esse timorati ac deuoti, & sicut volunt sua præcepta à subditis obseruari, sic & multo plus debent ipsi præcepta dei & Ecclesiæ adimplere, tempus suū

fructuose expendere, diuina officia frequentare, nec solum vnam Missam audire, sed etiā quantum bono modo possunt, matutinas ac vesperas & cæteras horas, dum vacat eis, deuotè quotidie visitare, & nequaquam potationibus & confabulationibus vanis ac vitiosis insistere: qui enim hoc faciunt, innumerabilia vitia incidunt: nec diu vitare possunt peccata mortalia, qui non sunt solliciti venialia vitare peccata. Postremò, concubinā habere proفسus damnabile est, & quælibet incontinentia excæcitiua ac induratiua est cordis humani: potissimè autem adulteriū grauissimum est peccatū, multipliciterque mortale: in ipso nanque est fractio voti, id est, violatio fidelitatis, quam coniugati sibi inuicem promiserunt, videlicet ad alia non accedere personā: fractio autem voti, secundum doctores, est grauius peccatū quam periuriū: sicque adulter est peior periuuro. In adulterio quoque est sacrilegium, id est, abusus rei sacræ: cum enim matrimonium sit Sacramentum Ecclesiæ, matrimonium contrahentes consecrantur ac benedicuntur, & sic corpora eorum ad virtutum opera deputantur & ordinantur, vt scilicet vnus alteri debitum reddat, & ad hoc inuicem se cognoscant, vt prolem acquirant educandam ad cultum Dei, in qua prole fides & obsequium Christi augeantur. Dum ergo vir aut vxor alteri commiscetur, corpore suo abutitur, & sacrilegij crimen illabitur. Insuper in adulterio est furtū & rapina, quia vt ait Apostolus: Vir corporis sui potestatem non habet, sed mulier, & econtrariò: Dum ergo vir alteri commiscetur, subtrahit coniugii suæ quod ei debetur: & si facit hoc clam, furtum est: si palam & vxore inuita, rapina est. Ex his elucefcit, quod enorme, quamque multipliciter mortale crimen sit adulteriū. Præterea tactum est, quod magnum peccatū sit alium iniuste contristare ac scandalizare. Per hoc autem, quod vir vxori suæ fidem non seruat, valde eam contristat, & occasione adulterandi præbet eide. Idcirco enormiter peccat, potissimè si eam omnino expellat, causa fornicationis excepta, ob quam tamen non licet marito adultero vxorem pellere, cum ipse in eodem sit crimine. Denique in coniugatis debet esse continentia coniugalis, vt temperatè inuicem se vtantur, videlicet causa reddendi debitū, vel amore prolis ad Dei obsequium educandæ, & tunc actus ille coniugalis non est peccatum. Vel causa vitandi fornicationem, & si fiat causa fornicationis vitandæ in contorali, non est peccatū: Si verò fiat causa fornicationis vitandæ in seipso, dicunt aliqui quod sit veniale peccatum. Porro

Porro si vir cognoscat vxorem ex concupiscentia prædominante, idque tā magna, quod eā cognosceret quamuis non esset vxor sua, tunc est mortale peccatum: quia non maritali, sed adulterino affectu eam accedit. Vnde ait sanctus Hieronymus, quod omnis amator feruentior, est adulter: & idē est, si vxor ex concupiscentia prædominante iungatur marito. Si autem coniugati cognoscant se ex concupiscentia non prædominante, sed infra limites matrimonij stante, ita quod non cognoscerent se, nisi matrimonialiter essent iuncti, tunc est veniale peccatum. Hęc nunc breuiter tango, quia in alijs opusculis plenius ea scripsi. Postremò, ad correptionē fraternam omnes Christiani tenentur, in quantum correptio delinquentis, est actus charitatis: Iudices autem & rectores ultra hoc tenentur ad delinquentium correptionem, in quantum correptio ista est actus iustitiæ: idcirco dum vident aut sciūt aliquem excedentem, & contra bonum commune agentem, seu alijs iniuriantem, debent eum corripere: filios quoque suos & filias debent educare & in bonis moribus formare, atque dum peccant corrigere: sed & familiam & operarios corripere obligantur, dum in verbis aut factis excedunt, cum asserat Augustinus: Si neglexeris corripere, peior efficeris illo qui peccauit. Et vt homo sit dignus corripere alios, debet imprimis corripere ac emendare seipsum. Porro, vt Tullius protestatur: In vindicando seu corrigendo hæc vna lex secura est, quam princeps quoque & iudex sequi debet, vt aut eū, quē punit, emendet: aut pœna eius cæteros meliores reddat: aut vt malis sublatis, cæteri securius viuant.

Qualiter sit consulendum. Artic. XIII.



Ad iudices & rectores communitatis præcipue pertinet consulere, id est, inter se inquirere & conferre, quid expediat agere, & quod vitandum sit, alijs quoque dare consilium, id est, insinuare quid eis expediat. Ad hoc ergo, quod aliquis sit bonus consiliarius, primò oportet quod sit prudens & bene consideratiuus, multumque prodest experientia: In consilijs namque oportet vniuersa considerare, & pro vtraque parte motiua adducere, & quæ maioris sunt ponderis, bene attendere, atque futura pericula præcauere, & quæ accidere valeant, præuidere: Omnibus quoque hinc inde penlatis, id quod certius & facilius atque vtilius est, eligere, diffinire, agere aut vitare. Cum ergo omnia ista in consulendo sint attendenda & peragenda, rectè Aristoteles

dixit, quod oportet diu consultare, videlicet cum maturitate & bona deliberatione, sed bene consultata velociter exequi. Hinc præcipitatio & nimia festinantia contrariatur consilio. Secundò, ad hoc, quod aliquis sit bonus consiliarius, oportet quod sit iustus, ita quod non querat inaniter alicui complacere, nec sit adulator, nec cupiat sapiens apparere vel reputari, sed querat bonum commune, nec aliud quam veritatem & æquitatem intendat. Oportet ergo vt consiliarij ciuitatum sint viri constantes, non leues, & potius cupiant bonū commune, quam propria comoda, nec ex aliqua cupiditate, rancore aut inordinato amore à veritate & æquitate declinent. Præterea in consulendo omnia ordinatè sunt faciēda, vt vnusquisque consiliario suo loco & tempore liberè & maturè loquatur: diligenter quoque, patienter atque pacificè audiat: nec aliquis suū sentire pertinaciter defendere debet, sed quod maiori ac faniori parti consiliario rectius vtiliusque videtur, tenendū est. Cum itaque in consulendo indigeat homo multiplici & acuta consideratione, valde vitandæ sunt tempore consilij ira & impatientia, clamor confusus & omnis turbatio: quia per hæc ratio excæcatur, consideratio impeditur, discordia generatur, vtilitasque consilij tollitur, & bonum reipublicæ periclitatur: hinc mansuetudo consiliarijs necessaria est. Insuper, vt Aristoteles docet, moderatus timor facit hominem bene consiliarium, quoniam timor sollicitudinem ac diligentiam gignit: diligentia autem prouidentiam causat, & facit hominem multa vitare pericula, sicque coadiuuat ad consulendum idoneè. Præterea, quam vtilissimi ac saluberrimi sint communitatibus consiliarij boni, sacra scriptura copiosissimè contestatur: Salomon enim effatur: Erit salus, vbi multa consilia sunt: dissipationum cogitationes, vbi non est consilium: vbi verò sunt plures consiliarij, confirmantur. In Ecclesiastico quoque scriptum est: Fili mi, sine consilio nihil facias, & post factum non penitebis. Hinc Tobias dixit ad filium suum: Consilium semper à sapiente perquire. Nam vt Salomon loquitur: Consilia impiorum sunt fraudulenta. Postremò, prudentia siue consilium plus valet & expedit vrbibus, quam fortitudo & apparatus armorum, quemadmodum Salomon ait: Ciuitas parua, & viri pauci in ea, venit contra eam Rex magnus, & vallauit eam, inuentusque est in ea vir pauper & sapiens, & liberauit eam per sapientiam suam: & dicebam ego, meliorem esse sapientiam fortitudine. Ideo rursus in libro

Marc. 16.
Luc. 17.

Eodem.

1. Cor. 7.

Prover. 24.
Prover. 19

Eccle. 32.

Tob. 4.

Prover. 12.

eccle. 9.

Sapient. 6.

Mich. 6.

Que requiritur ad hoc, quod aliquis sit bonus consiliarius.

8sp. 6.

Sapientia scriptum est: Melior est sapientia quam vires, & vir prudens magis quam fortis: Vnde de Romanis in libro Machabæorum habetur, quod obtinuerunt omnia loca consilio suo. Tullius quoque affirmat: Parua foris sunt arma, nisi consilium domi sit: & Seneca asserit: Melius vincit homo consilio, quam iracundia.

2. Mach. 3.

De aliquibus documentis magistri Henrici de Hafia, pertinentibus ad bonum regimen ciuitatum. Articulus XV.



Doctor ille præcipuus ac virtuosus magister Henricus de Hafia, ad instantiam consulum & rectorum ac ciuium ciuitatis Viennensis, tractatum de Contractatibus compilauit, in quo plura inseruit documenta ad regimen vrbium valde vtilia, inter cætera dicens, quod vna causa caritatis siue penuriae in politijs est, ex improbitate cursu naturae, quod Deus immittit famem seu caritiam in pœnam vitiorum populi, terræ seu communitatis: & ista caristia patienter est toleranda, tanquam Dei flagellum, atque per pœnitentiam placandus est Deus. Aliæ causæ caristiae sunt, desiderium diuitiarum, amor carnalium deliciarum, & appetitus honorum ac otiositas plurimorum. Ex desiderio namque diuitiarum contingit, quod aliqui de bonis vtilibus tanta accumulunt ac reponunt, quod ceteri ex hoc patiuntur defectum. Multitudo quoque voluptuosorum ac superbiorum, multa inutiliter ac immoderanter consumunt, facit in communitate esse paucitatem rerum venalium, sicque inducit caristiam. Item ex multitudine otiosorum, & impeditio eorum, qui res de loco ad locum deferre solent: & ex bellis, atque ex paucitate ac perturbatione laborantium in rure, contingere potest caristia. Veruntamen ubi & quando modo præfato contingit caristia, præfides & rectores ciuitatis succurrere possunt ac debent communitati varijs modis, utputa pretium rationale, secundum exigentiam rerum quæ habentur, taxando: fraudes mensurarum ac ponderum puniendo: diuites auaros ad vendendum superflua compellendo: mercatores ad abundantes regiones mittendo: abductores rerum de ciuitate vel regione prohibendo, immo ciuibus, ne abductoribus vendant, iubendo: In superinutiles de ciuitate, si cogruè fieri potest, eijciendo, otiosos ad labores viles compellendo, victuique necessarios coexercendo. Hinc potest perpendi, quam peruersè ac impie-

Quo pacto sit caristia succurrendum.

gunt ciuitatum rectores, qui tempore caritatis non procurant vt necessaria vitæ adducantur aliunde, immo prohibent ea adduci, vt sua ad libitum possint carius vendere: Quis horum impijssimam auaritiam & iniquitatem valeat estimare, qui indigentes, quos toto posse releuare tenentur, indigentiores efficiunt: & vt seipsos superflue ditent, egenos ad extremam perducunt inopiam? Isti non præsumunt vt bonum commune procurant, sed vt proprium bonum nequiter cum aliorum incommodo miserabilique defectu accumulunt. Pensent ergo, cur homines in vrbibus sub cæteris rectoribus communitatis congregentur: nonne idcirco, vt quilibet ciuium per diligentiam rectorum sufficientius secundum suum statum de vitæ necessarijs habeat, pace gaudeat, felicitus uiuat? Quid namque est politice gubernare, nisi populum ad hæc obtinenda & seruanda dirigere? Vnde qui ita non regunt ac præsumunt, non merentur dici reipublicæ directores ac politice rectores, sed destructores: quorum auaritia & iniustitia frequenter parit seditiones & insurrectiones populi contra ipsos. Audiant hæc impij quidam, qui præsumunt vt sibi prouideant, qui non curant quid alij patiantur, dummodo ipsi ditentur: qui sumptibus muneribus, permittunt vnumquemque vendere quam care vult: qui pauperes permittunt iniquis grauari contractibus: qui fraudes mensurarum ponderumque non puniunt: qui quoslibet auaros ac diuites necessariam vitæ claudere sinunt: qui statuta sibi, non communitati, vtilia faciunt: qui iuxta exigentiam defectus vel abundantiam: aut mediocritatis rerum vtilium, pretium rationale rebus venalibus non imponunt: qui non student omni industria providere necessitatibus populi presentibus ac futuris. Istis atque similibus modis fieri solet siue augeri caristia seu fames per eos, quorum prouidentia, communis indigentia releuari debebat: quo reuera nihil detestabilius damnabiliusque consistit. Itaque ciuitatibus præfidentes, nec propter munera, nec ex negligentia aut imperitia permittant pro arbitrio aut cupiditate euentium atque venditum crescere & decrescere pretium rerum venalium, neque quantificent illud ad propriam vtilitatem, sed communitatis. Insuper doctor ille multipliciter probat & asserit, quod emptio & venditio reddituum ad vitam ciuitatibus & reipublicæ plurimum obest: quia, vt ait, licentia generalis emendi redditus ad tempus, otiosos, qui reipublice inutiles extant, multiplicat: pauperes grauatur, hereditates oneratur & tandem alienatur.

In malis politice

Reductio reddituum reipublicæ

alienatur: auaritia quoque amplificatur, & pecuniarum facit caritiam, dum multi colligunt eam, vt redditus emant ad vitam. Ideo communitatum rectores non debent sine causa multum rationabili vendere redditus tales, præsertim quia qui soluunt huiusmodi redditus, cupere solent mortem eorum, quibus eos annuatim persolunt, & gloriari dum illos obisse cognoscunt, quod est enorme & valde mortale peccatum: quonia vnuquisque tenetur multo plus proximum suum & vitam ipsius diligere, quam omnia ista exteriora temporalia & terrena. Iudices ergo & rectores vrbium nequaquam cupiant mortem illorum quibus tenentur, nec agnita illorum morte intimatorè lætentur, exclament aut rideant, sed orent pro illis. Nihilominus gaudere possunt modeste de releuamine suo aut communitatis.

Qualiter Iudæi permittendi sunt habitare inter Christianos. Articulus XVI.



Doctor præfatus in tractatu præallegato multa conscribit de cohabitatione Iudæorum inter Christianos, inter cætera dicens: Quando Iudæi propter scelera sua de propria regione expellebantur, atque in vniuersis gentium regionibus vendebantur, in nullo populo tantam pietatem & humanitatem experiebantur, sicut in populo Christiano. Iudæi namque, qui olim à gentilibus principibus tenebantur captiui, grauioribus subdebantur ac fatigabantur laboribus quam alij homines, & nullatenus permittentur viuere otiosi ex vsuris, vt nunc à quibusdam Christianorum principibus seu rectoribus male consultis viuere permittuntur. Nec olim feruente adhuc in populo Christiano terrenorum contemptu, sic tenebantur, sed ex auaritia Christianorum præfidentium modus iste processit: & quoniam homines cupiunt viuere otiose, & absque labore omnibus necessarijs abundare, idcirco Iudæi in quibusdam Christianorum vrbibus ultra modum multiplicati sunt, Christianorum bonis impinguati atque ditati. Veruntamen populus Christianus electus perfecte charitatis ac pietatis, ob varias causas permisit sibi cohabitare Iudæos: Primò, propter conuersionem ipsorum. Secundò, propter recentiorè Christi memoriam & fidei confirmationem: dum enim à Christianis quotidie inspicuntur Iudæi, qui ideo dispersi sunt, quoniam Christum occiderunt, Christiiani roborantur in fide. Tertio, vt certissimè constet, sa-

Cur Christiani in Iudæos se cohabitare permittunt.

cras scripturas populo Israëlítico olim traditas, integrè à Christianis haberi. Quarto, propter reuerentiam Patriarcharum ac Prophetarum. Quintò, quia (vt ait Saluator) sancti Iudæi ex femine Iudæorum sunt nati. Sextò, propter adimpletionem præcepti charitatis, quod Christianus populus implet, dum aduersarios suos Iudæos sibi cohabitare permittit: si tamen permittantur cohabitare per modum, quo non fiant peiores, & qui liceat Christianis. Denique tribus modis Iudæi à Christianis teneri consueverunt, vide licet in statu laboratorum tantum, & in statu vsurariorum tantum, & in statu ex vtroque permixto. Primus modus cõuenientissimus est: quia si Iudæi laboraret in agris, syluis ac aquis & cæteris mechanicis operibus, facilius conuerterentur, vexatione in intellectu eis præstante: & cõuersi, de suis laboribus ac bonis prioribus licite sustentarentur: à Christianis quoque plus amaretur, eò quod cum eis ferrent onus laborum ac reipublice deseruiret, essentque ciuiliores: nec sic plerumque à furente contra eos populo Christiano occiderentur, nec tantum peccarent: quia ex otio varia oriuntur peccata. Vnde secundus modus, quo Iudæi inter Christianos viuunt, est pessimus, & saluti Iudæorum summè cõtrarius, & Christianis præfidentibus valde periculosus, qui ex auaritia propter pecuniam tenent & fouent Iudæos in statu illo vsurariorum damnabili. Nam ex quo Iudæi in laboribus hominum non sunt, nec cum hominibus flagellantur, ideo, sicut ait Propheta, tenent eos superbia, operati sunt iniquitate & impietate sua, & proditi quasi ex adipe iniquitas illorum. Atque ex isto modo viuendi in otio ex vsuris, quotidie plus & plus elongantur à vera salute, & indispotiores sunt ad conuersionem. Cum enim assueti sint viuere delicatè, & non habeant nisi bona iniusta, id est, per vsuram adeptam, quæ omnia oportet eos deferere dum conuertuntur, ideo conuertuntur abhorrent. Ex his doctor præfatus concludit: Qui vsurarios Iudæos vel Christianos fouent aut defendunt propter lucrum, mortaliter peccant, & plurimis causa damnationis existunt. Postremò, in iure districtè præcipitur, vt fideles non sint serui aut ancillæ Iudæorum: estque valde dolendum, quod contra præceptum hoc agitur.

Iohan. 4.

1. Ier. 18.

1. Ier. 18.

De obedientia ac reuerentia, quas communitas superioribus suis tenetur.

Articulus XVII.

Aristo.



Aristoteles ait, quod optimum in rebus est ordo, id est congrua habitudo ac ordinatio inter diuersa, praesertim inter superiores ac inferiores, ita ut superioribus inferiores obediant, debitamque reuerentiam semper impendant, sic, ut unicuique superiori obediantur in licitis & honestis, quantum ad illa, ad quae se eius iurisdictioni superioritas extendit. Principi etenim terrae, ut regi, duci aut comiti, plus & in pluribus obediendum est, quam alicui ex officialibus eius. Principi quoque militiae obediendum est ab his, quibus praestitum est, in his, quae ad res bellicas atque ad suum officium pertinent. Similiter iudicibus atque rectoribus urbium obediendum est à ciuibus in his, quae ad illorum spectant officium, ut sunt ea quae ad pacem & prosperitatem ciuium attinent. Unicuique etiam patri familias obedire debent domestici eius, ut vxor, soboles & familia, prout ad ad singulos pertinet. Haec autem obedientia tam necessaria est, ut teste sancto Hieronymo: Nulla domus, nulla communitas sine ea diu aut bene subsistere possit. Siquidem ubi non est obedientia, non est concordia, sed discordia: vereque dixit Salustius, quod sicut paruae res crescunt concordia, sic per discordiam res maximae dilabuntur. Propter quod ait Saluator: Omne regnum in seipsum diuisum, desolabitur: si mili ratione urbs in seipsam diuisa, mox desolatur. Itaque ut bene ac prospere stet in ciuitate, oportet ut domestici obediant patri bus familias, & ciues iudicibus, magistratibus ac rectoribus suis: ipsique iudices & rectores simul cum communitate obediant principi terrae, cui tota prouincia obedire tenetur in his, quae ad principis praesidentiam iurisdictionemque pertinent. Etenim princeps terrae potissimum obligatur respicere ad generalem pacem ac prosperitatem totius patriae suae, hostibus patriae resistendo, maleficos extirpando, ut vnusquisque in patria securus atque indemniter ambulet. Unde si princeps in his negligens fuerit, tenetur ad restitutionem his quae in sua patria spoliatur, ut asserit sanctus Thomas: quoniam redditus principum sunt stipendia ad hoc instituta & assignata ac data, ut principes suam patriam ab incursum hostili ac malefactoribus tueant. Deinde, princeps intendere habet ac obligat bono communi cuiuslibet ciuitatis sibi subiectae, & ut ciuitates dominij sui inter se bene concordantes sint: iudices quoque & rectores omnesque officii iuste & prudenter sua exequant officia, & ne impotentes ac pauperes à potentioribus impijque grauentur. Praeterea, quonia popu-

lus Christianus non solum ciuili ac seculari, sed etiam spiritali & ecclesiastica regitur potestate, quae tanto dignior atque sublimior est seculari potestate, quantum anima est nobilior corpore: idcirco bonum commune ciuitatis, veraque pax & prosperitas eius, in hoc praesertim consistit, ut populus in cultu & honorificentia Dei bene se habeat, diuina praecipua obseruet, pastoribus ac prelatibus suis obediat, oblationes ac decimas fideliter, prompte & deuote persoluat. In hoc quoque superiores debent se inferioribus exemplares praebere. Denique, seculari potestati esse obediendum, Christus verbo docuit & exemplo: dixit namque: Reddite quae sunt Caesaris, Caesari. Tributū quoque; soluit pro se & pro Apostolo Petro. Insuper Paulus Apostolus iubet & ait: Omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit, id est, omnis homo prelatibus & principibus, iudicibus & rectoribus suis obediat in his, in quibus sublimiores sunt, & in quibus praecipere licite possunt: & potius homo ad designandum, quod non tantum corporis motu, sed verè ex animo atque spontanea voluntate obediendum sit superioribus, quod probat Apostolus, dicens: Non est enim potestas nisi à Deo: quae autem à Deo sunt, ordinata sunt, id est sapienter & rationabiliter instituta: Itaque qui potestati resistit, hoc est, qui superiori potestatem praesidentialem habenti obedire contemnit, quando non praecipit aliquid Deo aut veritati contrarium, nec terminos suae iurisdictionis transcendit, talis rebellis est Deo & dispositioni ac legi diuinæ. Qui autem resistunt superioribus suis, ipsi sibi damnationem acquirunt: quia mortaliter peccant, & poenam merentur aeternam. Frequenter etiam in hac vita male accidit eis pro sua rebellionem, quae ex superbia, impatientia ac discretionem procedere solet: immo, quae modum optimum in communitate est vera obedientia, ita pessimum in ea existit rebellio. Amplius, quam prompte ac reuerenter debeant Christiani suis principibus ac superioribus obedire, constat ex eo, quod etiam gentiles suis principibus tam maxime obediunt. Legitur enim in Genesi, quod dum Pharaon Rex Aegypti constituisset castissimum ac prouidissimum Ioseph prepositum super vniuersum regnum Aegypti, dixit autem cum: Absque tuo imperio nullus mouebit manum aut pedem in tota terra Aegypti. Et rursum: Ad oris tui imperium cunctus obediet populus. Iubente quoque Pharaone, circumductus est Ioseph, sedes in curru per totam

Totam Aegyptum: & iuxta regis edictū vniuersi Aegyptij coram Ioseph genua flectebat. Ex quibus ostenditur quam vehementer obedierunt Aegyptij non tantummodo suo Regi, sed & officialibus eius. Legitur quoque in libro Hester, quod dum Assuerus Rex praecipisset summo principi suo Aman, ut Mardocheum fidelem Iudaeum regalibus vestibus indueret, ac regio superponeret equo, ipsumque equum per ciuitatem deduceret atque clamaret: Hoc honore dignus est, quem cumque Rex voluerit honorare: Audito praecipito, Aman mox obediuit, nil contradicere ausens, quamuis Mardocheum vehementissimè sperneret ac odiret. Insuper cum Iob princeps militiae Regis Dauid vicisset aduersarios Dauid, nullus de exercitu Iob audebat ire ad annuntiandum regi Dauid illū trisphū, nisi obtenta à Iob licentia. Cū ergo lex christi sit perfectissima, populus Christianus maximè obligatus suis superioribus obedire: superiores quoque debent se moderatè, cauè ac iuste habere in praecipiendo, nec absque rationabili causa multiplicare praecipua.

De multis bonis, quae ciuitates consequuntur, obediendo fideliter principibus & officialibus ac magistratibus suis. Articulus XXVIII.



Vemadmodum decimonono libro de Ciuitate Dei asserit Augustinus, optimum bonum in ciuitatibus pax est: nam & omnia bella tendunt ac ordinantur ad hoc, ut hostibus ciuitatis deuictis, communitas vitam ducat pacificam: paci autem multo plus contrariatur dissensio siue rebellio contra proprium principem, quam contra extraneos. Itaque ciuitates proprio principi obediendo merentur, ut bene succedat eis in temporalibus ac spiritalibus bonis: Princeps namque, qui verè & dignè princeps vocatur, interdit ac nititur plebem suam à peccatis retrahere, ad virtutes dirigere, ad pacem ac felicitatem perducere. Hinc ciues dum principi suo taliter se habent obediunt, quietè, pacè ac statim laudabilem sortiuntur, in temporalibus prosperantur, extraneis hostibus praualere merentur, & sua securitatem exercent officia. Multipliciter verò turbantur, sollicitantur ac metuant, dum ab ipso dissentiant aut ei resistunt. Ideo Aristoteles loquitur, quod stultitia atque iniquitas agunt, qui principis sui iusta aspernantur praecipua, quam egri, qui medicorum vilipendunt consilia. Porro, si princeps irrationabilia aut iniusta praeciperet, dicendum ei esset à subditis, quod beatissimus princeps Apostolorum dixit principi-

bus Iudaeorum: Obedire oportet magis deo quam hominibus. Insuper, ira principis valde viranda est subditis, cum Salomon dicat: Sicut fremitus leonis, ita & ira regis: & sicut ros super herbam, ita hilaritas eius. Et iterum ait: Sicut fremitus leonis, ita ira regis: qui pronocat eum, peccat in animam suam. Indignatio Regis, nuncij mortis: & vir sapiens placabit eum: & quod Salomon ait de rege, de caeteris quoque principibus est intelligendum. Praeterea ira est appetitus vindictae, confurgens ex hoc, quod aliquis videt aut percipit se aut pertinentia ad se, ab aliquo vilipedi aut male tractari: ideo principes irascuntur, si eis aut pertinentibus ad ipsos, irreuerentia aut iniuria irrogetur. Er quonia omnes, qui in principatu principis commorantur, sunt subditi ac ministri ipsius, suaeque gubernationi ac protectioni commissi, ideo forefacit principi, quicumque forefacit alicui sub eius dominio habitanti. Subditi ergo cauere debent, ne suo forefaciant principi in propria eius persona, vel in aliquo ad ipsum pertinente. Postremò, fidelitas ad principem suum specialiter commendatur & multis exemplis laudatur. Cū enim rex quidam alium regem captum haberet, & die sequenti illum vellet occidere, vnus militum regis volentis illum occidere, qui miles antea seruus ac subditus natus regis illius capti fuerat, suum cupiens dominum liberare, stramenta lecti eius colligauit, & capiti ac humeris regis sui illius capti superposuit ea, percutiendosque illum cum baculo expulit eum extra palatium, quasi seruus suus fuisset. Nam & vestes serui sui induerat regem illum: & expellendo alloquebatur eum tanquam proprium seruum: idcirco custodes portarum permiserunt regem illum transire, putantes quod militis seruus esset. Die sequenti cum rex ille, qui alium habuit captum, inquisitione facta, veritatem huius facti cognosceret, interrogauit à consiliarijs atque nobilibus suis, qua morte puniendus esset miles & seruus suus, qui hostem suum sic dimiserunt. Cumque vnus diceret, viuos esse excoiandos, alius comburendos, tertius decollandos: Rex iurauit, & dixit: Per summum Deum, nulla morte, sed omni honore sunt digni, qui domino suo tam fideles fuerunt. Legitur quoque in vita Alexandri Magni, quod dum vnus militum Darij regis in bello valde percussisset vulnera affectus, Alexandrum regem, & milites Alexandri militè illum inuaderent, Alexander prohibuit eos, dixitque militi illi: Quis es tu o strenue vir, & cur hoc fecisti? Respondit: seruus sum Darij

Matth. 12.
Luc. 11.

Matth. 23.
Marc. 12.
Luc. 10.
Matth. 17.
Rom. 13.

ibidem.

ibidem.

Gen. 41.

totam

Darij Regis : & idcirco hoc feci, vt Dominū meum facerem tuum victorem : quo audito, Alexander militem illum magnificē colaudauit, prapofuitq; cum suis militibus in exemplum, dicens: Talem fidelitatem deceat omnem militem ac subditum exhibere suo principi: Hinc Alexander non permisit militem illum occidi, sed tenuit eum apud se, & exaltauit: Cū enim princeps terræ sit publica persona, boni communis amator, procurator atq; defensor præcipuus, vnusquisque nobilium & officiatorum ac ministrorum ipsius, cum tanta fidelitate debet principem suum diligere ac iuare, vt pro defensione ipsius propriam vitam exponat, & morti paratus sit.

Quid agendum sit communitati, si princeps tyrannizet. Articulus XIX.



In libro de Regimine Regum scribit sanctus Thomas: Curandum est, si princeps in tyrannidē deuerteret, qualiter possit occurrere. Et quidem si non fuerit magnus excessus tyrannidis, vtilius est remissam tyrannidē tolerare ad tempus, quam contra tyrannum cōsurgendo, multis implicari periculis ipsā tyrannidē grauioribus. Potest nanque contingere, vt qui contra tyrannum agunt, præualere non possint: sicq; prouocatus tyrannus, magis defæuiat: Quod si præualere quis posset contra tyrannum, ex hoc frequenter proueniunt grauissimæ dissensiones in populo, siue dum in tyrannum insurgitur, siue post eius deiectionem, dum circa ordinatio nem principis multitudo populi separatur. Contingit quoque interdum, vt dum multum alicuius auxilio tyrannum expellit, ille auxiliator potestate accepta tyrannidem arripit, & timens pati ab alio quod ipse in alterum fecit, grauiori seruitute subditos opprimat: Sic enim in tyrannide grauior fieri solet posterior, quam præcedens. Vnde in Syraculis mortem Dionysij tyranni cunctis optantibus, vetula quædam quotidie exorauit, vt sanus & sibi superstes maneret: & interrogata à tyranno, cur hoc fecerit, respondit: Cū graue tyrannum haberemus, alium principem optauimus: quo interfecto, durior successit: sicq; dominationē eius finire, magnum putauimus: deinde te molestiorē cepimus habere rectorē: vereor ergo quod te sublato, deterior in locum tuū succedet. Si autem sit intolerabilis excessus tyrannidis, quibusdam visum est, vt ad virorum fortium virtutem pertineat tyrannum occide-

re, & se pro liberatiōe populi periculis mortis exponere, sed hoc Apostolicæ doctrinæ non congruit: docet enim nos Petrus Apostolus, non solum bonis & modestis, sed etiam discipulis Dominis reuerenter subdi debere. Hæc est (inquit) enim gratia, si propter conscientiam Dei sustineat quis tristitias, patiens iniustē. Vnde cū multi Romanorum imperatores persequerentur fideles tyrannicē, magna; multitudo tam nobiliū quam populi Romani esset ad fidem conuersa, nō resisterunt illis tyrannis, sed de hoc, quod mortem pro Christo patienter tulerunt, laudantur: Vnde etiā in veteri Testamento leguntur fuisse occisi, qui Ioas Regem Iudæ, quāuis à cultu Dei recedentem, interfecerint. Esset quoque multitudini & eius rectoribus periculo sum, si propria præsumptione aliqui attentarent necē præsidentiū, quāuis tyrannorum: plerumque enim huiusmodi periculis magis exponunt se mali, quā boni. Malis autem solet esse graue dominium, non minùs principum iustorum, quā tyrannorum: quia secundum sententiam Salomonis: Dissipat impios Rex sapiens. Ex huiusmodi ergo præsumptione magis immineret periculū reipublicæ de amissione principis boni, quā remedium de subtractione tyranni. Ideo contra seuitiam tyrannorum non priuata præsumptione aliorum, sed potiùs autoritate publica procedendum videtur. Primum quidem, si ad ius multitudinis alicuius pertineat sibi prouidere de principe, non iniustē ab eadem princeps institutus, potest deslitui vel refrenari eius potestas, si ea tyrannicē abutatur: nec putanda est multitudo talis infideliter agere principem destituendo, etiam si se in perpetuum ei subiecit: quoniam ipse malè regendo se, promeruit, vt sibi pactum à subditis non seruetur. Sic Romani Tarquinium Regem suum eiecerunt. Sic quoq; Domitianus Imperator ob suam tyrannidem à senatu occisus est. Si verò ad superiorem pertineat, communitati de principe prouidere, expetendum est ab eo remedium contra tyrannum: quod si contra tyrannum haberi non posset humanum auxilium, recurrendū esset ad Regem omnium Deum, qui est adiutor in opportunitatibus in tribulatione: qui potest cor tyranni crudele in mansuetudinem vertere, & tyrannos reprobos potest per mortem auferre, & ad infimum gradum deicere. Sed vt hoc beneficium populus à Deo consequi mereatur, debet à peccatis cessare, quia in vltionem peccati diuina permissione impij accipiunt principatum, dicunt

Ofce 13.
Iob 34.

cente Domino per Osee Prophetam: Dabo tibi regem in furore meo. Et in libro Iob scribitur: Deus regnare facit hypocritam propter peccata populi. Cesset ergo culpa, vt cesset tyrannorum seuitia. Hæc omnia scribit Thomas libro prædicto: quibus consonat, quod in libro de Regimine principum scribit Aegidius de Roma, dicens: Si consideretur, quanta bona eueniant vrbibus ex hoc, quod principi suo obediunt, debent ei libenter obedire ac subdi, non solum si bonus virtuosusq; fuerit, sed etiam aequaliter tyrannizet: quoniam tolerabilior est tyrannidatio aequalis, quā malū, quod ex inobedientia & resistentia contra principem oritur. Veruntamen his obijci potest, quod Tullius in libris de Officijs laudat eos, qui Iulium Cæsarem occiderunt, eo quod sibi iura imperij quasi tyrannus vsurpauit. Item sanctus Thomas in scripto suo super secundum librum Sententiarum, commendat sententiam Tullij, dicens, quod Tullius loquitur in illo casu, quando aliquis dominium sibi per violentiam arripit nolentibus subditis vel ad consensum coactis, & quando non est recursus ad superiorem, per quem iudicium de inuatore fieri possit: tunc enim qui propter liberationem patriæ tyrannum occidit, laudatur & præmium accipit. Hæc sunt verba Thomæ: Ad hoc respondendum videtur, quod (vt idem sanctus Thomas affirmat) qui per violentiam dominium subripit, non efficitur verus Dominus, nec prælatus, nec princeps: idcirco cū ad eam facultas, potest aliquis dominium tale repellere, nisi postmodum verus Dominus sit effectus, vel per cōsensum subditorum, vel per superioris auctoritatem. Prædicta autem intelligenda sunt de tyranno, qui verè est princeps, quantum ad ius principandi, quod stat cum malitia vitæ. Postremò inquiritur, quid agendum sit communitati, dum princeps eius intolerabiliter tyrannizat, & tamen ex naturitate seu hereditaria successione sibi competit principatus: Respondetur, quod in Ecclesia Dei est vnus Pontifex summus, videlicet dominus Papa, in quo est veriusq; potestatis atq; dominij plenitudo & apex, hoc est, tam spiritualis quā secularis potestatis: idcirco iurisdictionem & dispositionem habet super omnia regna & principatus fidelium, non solum in spiritualibus, sed etiā in temporalibus, dum rationabilis causa requirit: Nam & imperatore potest deponere, & reges, si vitia eorum id mereantur, regnis suis priuare, eaque dignis ac sufficientibus dare, sicut

quidā summi Pontifices fecisse legunt. hinc in Summis Doctorū habetur, quod quando cunque princeps secularis fuerit negligens & inutilis circa regnum sen principatū atq; iustitiam, vel circa hæresum extirpationem, potest per Papā deponi. Vnde Zacharias Papa deposuit Ludouicū regē Francorū, & Innocentius III. Ottonē Imperatorē, & Innocentius VIII. Fredericū Imperatorē. Communitas ergo nō debet propria autoritate prælatum aut principē suū abijcere, sed potiùs ad Pontificē summū recurrere, & ei causam insinuare iudiciumq; cōmittere. Rursus, cū tota communitas sub vno principe viuens, sit quasi vnum corpus, ideo ciuitates eiusdem principatus debent mutuo esse cōfederatæ in bono atq; succurrere mutuo, si cut in corpore naturali humano vnū membrū subuenit alteri. Idcirco si princeps aut eius officiatu seu nobiles exercerent tyrannidem nimiam, vrbes abusu potestatis deberēt resistere, iura sua defendere, atq; oppressis aut opprimēdis succurrere: nec tamē ob hoc deberēt se à principe suo omninō auertere, nec contra eū inordinatē procedere.

De differentijs inter regem & tyrannum.
Articulus XX.



Ristoteles alijq; Doctores inter regem & tyrannum distinguunt, per regē intelligunt omnem principē iustū & piū: Per tyrannum verò omnē principē impiū & crudele. Horū ergo prima differentia est, quod rex primò ac principaliter respicit, intendit & quærit, atq; pro posse suo procurat bonū commune totius populi sui, deinde quærit propriū bonū: tyrannus autē primò ac maxime intendit & quærit propriū bonum, videlicet suas delicias, lucra & cōmoda, propriā libertatē atq; diuitias. Secūda differentia est, quod rex quærit honestū, videlicet opera virtuosa honore digna, vt per ea ciues ac subditos suos faciat virtuosos: tyrannus verò quærit pecuniam. Tertia differentia est, quod rex in suis actibus sequitur rationē: tyrannus autē sequitur voluntatē & impetū iræ, impatientiæ, animositate aliarūq; affectiōum sensualitatis. Porro, voluntatē sequi, tyrannicū est, nisi voluntas ratione regatur: ideo principū est, semper atredere, an voluntas eorū rectē ratio cōcordet, aliā eam refrenent. Quarta differentia est, quod rex magis confidit proprio populo quā extraneis, & potiùs vult custodiri ab intraneis quā alienis: quia populo suo fuit charitatiuus, fidelis ac vtilis: tyrannus autē, quoniam populo suo fuit molestus, odiosus

Regis & tyranni differentia.

si in vrbe sit iustum, vt post decimam horam noctis nullus discurrat aut clamitet per plateam: contingat autem incendium post horam illam in vrbe, tunc lex illa iuxta tenorē verborum seruanda non est: in actibus enim negotijsq; humanis tot circumstantiæ & diuersitates ac variabiles particulares occurrūt, quōd legislator humanus vniuersas præuidere & exprimere nequit: idcirco nec legem potest statuere: quæ in nullo casu patiatur instantiam, quæ in omni euentu secunda legem tenorem verborum implenda sit: hinc legislatoris intentione in oportet adspicere.

*De imperfectione legis humanæ.
Articulus XXXIII.*

LEges humanæ ad hoc sunt institutæ, vt per eas homines cohibeantur à vitijs, per quæ impeditur bonum communitatis, atq; ad illa opera bona inducantur, per quæ bonum communitatis acquiritur. Porro bonum communitatis est, conuersatio hominū adiuuicē pacifica, secunda & virtuosa: & quia hoc bonum potissimè impeditur per homicidia, rapinas, furta, violentas lēiones & apertas iniurias, ac alienæ hereditatis vel possessionis inuasiones iniustas, ideo talia mala potissimè prohibet lex humana: lex autē humana intēdit homines facere virtuosos ac iustos, secundum modū communitati proportionatum, hoc est, secundum quod homines communitate satis capaces sunt atq; dispositi: & quia maior pars hominum est multum imperfecta, atque ad mala vitia prona, & perfectionis difficilimè capax, ideo lex humana non solum permittit aliqua parua mala, sed etiam vitia quædam magna, vt sunt simplex fornicatio, meretricia & vsura: quia si lex humana hæc omnia prohiberet, peiora committeretur peccata ex nimia hominum corruptione & incontinentia: nec vulgus permitteret se à rectoribus communitatis cohiberi ab his, sed potius cōtra eos insurgeret. Hinc etiam lex humana permittit in emptionibus ac venditionibus fieri deceptiones, dummodò vltra mediam iusti valoris partē non fiat deceptio. Ideo quoq; dicitur lex humana ista permittere, non quia approbat ea, sed quia ea non punit: iuxta quem modum permittit vt vir occidat adulterum, quem cum coniuge sua inuenit fornicantem. Lex autem diuina cum sit perfecta, prohibet omne peccatum, & reprobat illud ac punit, quoniam displicet Deo & contrariatur iustitiæ, atq; ab æternæ beatitudinis adeptione im-

Lex humana cur vitia quædam permittat.

perdit homines. Præterea in hoc patet imperfectio legis humanæ: quod non infligit pœnam iuxta grauitatē culpæ, immo aliqua grauiora peccata deserit impunita, & minus grauiora peccata grauisimè punit, vt patet de furto, quod est minus peccatum, secundum Doctores, loquendo in generali, quàm adulterium: & tamen lex humana multo grauius punit furtum quàm adulteriū: quia per furtum præcipue impeditur secunda ac socialis hominum vita adiuuicem. In veteri autem Testamēto grauius puniebatur adulter quàm fur: nam adulteri tunc lapidabantur, id est, iustibus lapidū occidebantur, fures aut quadruplum aut circiter reddiderunt.

Leuit. 24

Vtrum licitum sit principibus ac iudicibus relaxare reis ac criminosis debitam pœnam. Artic. XXXV.

Pincipiterre cōmissa & data est plena potestas reipublicæ constitutæ sub eo, tamen secundum mensuram sui principatus ac status, hoc est, quantum ad ea, quæ ad suam præfidentiam pertinent. Hinc multa principi licent, quæ non licent iudicibus ei subiectis. Princeps nanque potest reo pœnam dimittere totaliter seu in parte, prout discretioni ac pietati suæ placuerit, dummodo viderit hoc bono communi non derogare, neq; reipub. esse nociuum: interdum verò non solum reus peccauit in principē, sed etiam alteri fecit damnum sine iniuriam: & tunc princeps, qui est publica persona, ad quam pertinet vniciq; dare ius suum, & ad iudicare ei quod sibi debetur, nõ debet nec licitè potest reo pœnã sic relaxare, quin compellat eum satisfacere ei in quem peccauit. Porro, si ex misericordia principis reus sumeret peccandi audaciã, aut verisimile esset, qd misericordiã consecutus atq; dimissus, esset reipublicæ nociuus, dimittendus non esset. Prouidendum est nanq; paci communitatis. Præterea cum iudex sit medius inter accusatorē & reum, inter quos habet iudicare publica autoritate, videlicet autoritate principis sui, cuius vice fungit, idcirco duobus modis sit ei illicitum pœnam dimittere: Primò ex parte accusatoris, ad cuius ius aliquando pertinet, vt reus puniatur propter iniuriã accusatori illatam. Secundò, ex parte publicæ autoritatis, qua fungit & cui subijcitur. Cū ergo subiectus sit principi suo, vt debet autoritate sibi cōmissa secundum dispositionem & cōmissionē illius: idcirco nõ sine licentiã aut dispositione sui principis debet

debet reo relaxare debitam pœnam. Misericordia verò iudicis locum habet in his, quæ suo arbitrio relinquuntur, & quibus boni viri est pœnam minuere, vt Aristoteles ait: Iudex enim, quātum in se est, pronus ad misericordiã esse debet. Hæc est responsio sancti Thomæ & aliorum Doctorum.

An Iudex debeat ferre sententiam contra veritatem quam nouit. Artic. XXXVI.

VT sanctus asserit Augustinus, bonus iudex nihil facit ex suo arbitrio, sed secundum iura & leges iudicat ac procedit. Porro secundum leges ac iura procedere, est secundum propolita atque probata sententiam ferre. Quamuis ergo iudex vt singularis persona, sciat aliquem innocentem, si tamen innocens ille iuridicè conuincitur, hoc est, per testes ac testimonia superata, iudex secundum iuris formam hadet procedere, præsertim quoniam iudici competit iudicare, non vt est priuata & particularis persona, sed in quātum fungitur publica autoritate. Ideo iudicare debet non secundum ea, quæ nouit vt priuata persona, sed secundum illa quæ scit, vt persona publica, hoc est, secundum leges & iura, atque secundum ea, quæ coram ipso per instrumenta & testes ac alia documenta probātur, quamuis vt singularis persona sciat oppositū. Veruntamen per ea, quæ scit vt certa & singularis persona, iuuare se debet laborando pro liberatione innocentis, discutendo districtius probationes inductas, vel testes informado vt cessent. Hoc Doctores communiter dicunt, & Dominus Gulielmus Antiochenus ait in Sūma sua: Quod si rex aut princeps præcipiat alicui iudici suo occidere aliquem, quem iudex scit innocentem, tunc ei iudex obedire tenetur: sic tamen, vt regi vel principi suo prius insinuet innocentiam occidendi. Et si princeps in sua sententiã perseueret, iudex debet parere aut officium resignare, si potest: aliter periret obedientia in Hierarchia humana: quoniam inferioris non est, cognoscere an sententia superioris sit iusta an non: quia si hoc posset cognoscere, posset semper in talibus casibus dicere: Prius cognoscam an superioris sententia iusta sit, sicque obedientia periret humana.

Quod propter peccata hominum ciuitates, regna ac principatus destruantur, grauantur aut transferuntur: sed propter uirtutes hominum stabiliantur ac prosperantur. Artic. XXXVII.

SAlomon ait: Iustitia eleuat gentem, miseros facit populos peccatū. Ex hoc Doctores concludūt, quod propter vitia hominū Deus sic ordinat, quod ciuitates & regna siue prouincię destruantur totaliter aut in parte, sed propter iustitias hominum prosperantur. Hinc rursus ait scriptura: Regnum à gente in gentem trāsfertur propter iniustitias, iniurias, contumelias & diuersos dolos. Omnia nanq; prouidentia diuinæ subiecta sunt, & vniuersa Deus iustè disponit: vnde Deus per vnum populum pupit peccata alterius, quemadmodum per Chaldeos diuersa regna terrarum vastauit atque plagaui. Deinde dum completa fuisset iniustitia Chaldeorum, destruxit regnum Chaldeorum per Persas & Medos, & illorum regnum propter eorum superbiam ac diuersa facinora destruxit per Græcos. Postmodum verò regnum Græcorum deiecit per Romanos: Romani quoq; propter sua peccata frequenter debellati fuerūt. Sed inter hæc quæri potest: An sicut vrbes & regna, quæ vastantur, propter sua peccata hoc patiūtur: sic ciuitates & regna, quæ præualent, propter suas virtutes victoriam sortiantur. Ad hoc respondendum est, quod interdū sic accidit, & quandoq; aliter contingit: frequenter nanq; in veteri ac nouo Testamento legitur Deus concessisse victoriam quibusdā principibus ac populis propter eorum virtutes, & quoniam sperauerunt in eo, inuocauerūtq; eū in prælio. Multoties quoq; legitur Deus populū suū in veteri ac nouo Testamēto vastasse ac castigasse per infideles, crudelissimos atque prauissimos principes, eorūq; populos, qui nequissimi propter suas præualuerunt virtutes, sed ipsi fuerunt quasi flagellū diuinæ iustitiæ ad uiciscēdam aliorum peccata: Nam & Deus per reprobos sæpè castigat suos electos. Hinc per Elaiam Prophetam Deus vocat regē Assyriorum virgam ac baculum suæ iræ. Sæpè quoq; vitiosi sunt tā qui vincunt, quàm qui vincuntur. Sed qui vincunt, nondū vitorū suorum cumulū impleuerunt, idcirco facit eos Deus præualere contra eos, quorū peccata cōpleta sunt, ita quod Deus non vult amplius sustinere excessus eorum: quemadmodū Hieremias dixit peruersis impijssimisque Iudæis: Non poterat vos Dominus vltra sustinere propter malitiam studiorū vestrōrū. Præterea Deus quibusdam gētibus interdū concessit victoriam: quia licet non fuerunt verè atq; simpliciter virtuosos, fuerunt tamen alijs gētibus meliores, & aliquantulum virtuosos fuisse legūtur. Vnde beatus Hieronymus ait, quod

Prover. 10

Eccle. 10

Questio pñs chra.

responsio.

Isaia. 10

Hiera. 48

quòd Deus concessit Romanis triumphum ac monarchiam, propter eorum virtutes. Et loquitur Hieronymus de Romanis gentilibus, qui ante Christi aduentum fuerunt, totique mundo imperauerunt. De hoc quinto libro de Ciuitate Dei multa loquitur Augustinus, recitans qualiter romani illi delicias atque diuitias amore reipublicæ contempserunt, & bonum commune proprijs commodis, immo & vitæ propriæ prætulerunt. Veruntamen Augustinus docet illos non fuisse veraciter virtuosos, quoniã laudis humanæ & mundani honoris avidissimi exiterunt, libertatem ac dominationem vehementer optantes. Vnde pro obtinendâ monarchia grauissima bella atque innumerabilia subierunt pericula: nec est imauerunt hoc esse peccatum, sed ad virtutem potius pertinere.

De nauis causis, propter quas Rectores ac Iudices ciuitatum, immo & ciues communiter conari debent, ut deuotæ ac religiose persone utriusque sexus abundant ac multiplicentur in urbibus: & ut sacerdotes atque claustrales, ac ceteri ad spiritualium statum pertinentes, reformentur, & uerè deuotè ac spiritualiter uiuant. Artic. XXXVIII.

Proverb. 11



Vm sapientissimus Salomon dicit: Benedictione iustorum exaltabitur ciuitas, & ore impiorum subuertetur, patet quòd preces & merita deuotorum ac spiritualium Deo placentium, maximè profunt ad conseruationem, protectionem & meliorationem ciuitatum ac territoriorum. Præterea, sicut in Genesi legitur, cum Deus uellet subuere Sodomam urbem magnam, Abraham Patriarcha orauit pro urbe illa: & primò orauit Deum, ut parceret urbi illi, si in ea inueniretur quinque uiginti iusti. Respòditq; Deus, quòd faceret ita. Deinde Abraham exorauit Dominum, ut non subuerteret ciuitatem, si essent in ea quadraginta iusti: & in hoc rursus Deus ipsum Abraham exaudiuit. Deinceps Abraham paulatim descendens, deuenit usque ad decem, deprecans Deum, ut parceret urbi, si inuenirentur in ea decem iusti. Respondensque Dominus, dixit: Non subuertam urbem, si in ea fuerint decem iusti, & quia in ea non erant tot iusti, subuersa est. Vnde ostenditur, quantum prodest urbibus multitudo iustorum in ea, & circa eam morantium. Hinc per Ezechielem Prophetam loquitur Deus: Quasi uirum, qui interponeret sepe, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni: & effu-

Ezech. 12.

di super eam indignationem meam. Deniq; ut asserit Augustinus: Preces multitudinis sunt maximè efficaces, idcirco dùm multi deuoti & uerè religiosi concorditer inuocant Deum, non contemnuntur, præsertim cum dicat Saluator: Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Hinc itaque ciues libentissimè habere debent, quòd congregationes deuotæ, claustra & Ecclesiæ cultusque Dei augentur in urbibus suis: & cooperari debent ad hoc, ut omnium bonorum, quæ inde proueniunt, fiant participes. Nec putent ex hoc grauari rempublicam, immo tam in temporalibus quam in spiritualibus ac interioribus bonis crescit & prosperatur communitas inde. Tales nanque deuotæ ac religiosæ persone indefinenter die ac nocte inuocant Deum, & orant pro bono communi atque pro singulis Ecclesiæ statibus ac hominum gradibus. Insuper ad iudices ac rectores ciuitatum pertinent, ciues facere virtuosos, ut pacificè, honestè ac iustè inuicem conuersentur: ad quod præcipuè conferunt exëplaris conuersatio, deuota oratio, seruens exhortatio, sermocinatio, informatio sacerdotum & prælatorum ac spiritualium personarum, eorum potissimè, qui præsentantur aut prædicant. Veruntamen quoniam persone huiusmodi tantum nocet malè ac scandalosè uiuendo, quantum profunt bonè & exemplariter conuersando, ciues & potissimè superiores ac potentiores ciuitatis omnem suam diligentiam ac possibilitatem facere debent, ut religiosi, qui inter eos sunt, ordines suos dignè obseruent, & maximè mendicantes, qui publicè prædicant, confessionesque audiunt. Sacerdotes quoque & canonici, ac ceteri ad spiritalem statum pertinètes, uirtuosè & exemplariter uiuant: & quamuis seculares non habeant iurisdictionem super spirituales, nec eos corrigere habeat per infliktionem pœnarum, aut per vim coactiuam eos ad reformationem ac emendationem inducere: possunt tamè eos ad hoc exhortari, & charitatiuè corripere, instanter humiliterque monere, & in super industriose prædicare, ut à suis superioribus ac prælatis reformentur: atque si opus fuerit, per rigorem iustitiæ corrigantur & emendantur. Vnde in quibusdam ciuitatibus boni regiminis nõ permittuntur habitare religiosi, nisi ordinem suum obseruent: nec sacerdotes & clerici audent ibidem publicè uiuere scandalosè. Postremò quam multæ religiosæ persone utriusque sexus conseruentur in urbibus commorari, constat ex eo, quòd sanctus Hieronymus in primo libro Vitalium

Math. 18

per hoc quod religiosi subueniunt, respiciunt non ego ualuit.

Vnus Christi-
ianorum ho-
spitalitas.

patrum scribit se uenisse cum suis ad ciuitatem quandam Christianam in regione Thebaide, in qua ciuitate habitauerunt religiosæ persone usque ad triginta millia: uirginum nanq; monialium uiginti millia, monachorum uerò decem millia exiterunt: magistratus quoque & principales ciuitatis ac reliqui ciues, tam deuoti fuerunt, & operibus misericordiæ tam feruenter intenti, quòd per singulas portas posuerunt ministros ad obseruandum, si aliquis peregrinus aut pauper ueniret, ut illum secù adducerent: cumque aliquis talis aduenit, certatim currebāt, ut unusquisque ipsorum illum ad domum domini sui adduceret: adductum uerò patrum familias cum omni charitate & pietate gaudioque suscepit, & necessaria abundantè ac gratis exhibuit. Hieronymum uerò & socios eius ita hinc inde inuitates trahebant, quòd eorum pallia scindebantur. Ecce qualiter olim in Christianis etiam coniugatis ac secularibus uiguit Christiana religio, seruator charitatis Dei ac proximi, operatio misericordiæ. Illos igitur imitentur Christiani temporis huius: & si non ponant ministros ad urbium portas, ad obseruandum quis peregrinorum aut pauperum ueniat, spontè tamen uenientes piè suscipiant, tractent ac hospitent gratis propter Deum.

Quòd aliqui ciuium debeant artis bellicæ esse periti, & ad pugnandum idonei. Articulus XXXIX.



Irea exordiū huius tractatuli tractatum est, quemadmodum una caularum, propter quas homines in una colliguntur accōmōrantur ciuitate, est, ut inuicem sibi assistant contra aduersarios suos: Dum ergo rationalis exigit causa, parati esse debent ad prælia, etiam in succurrendo principi suo, & pro defensione patriæ & urbium eius ac personarum. Porro bellicum opus periculosissimū arduissimūque consistit, quia circa pericula mortis, quæ omnium terribilium in hac uita terribilissimum est, uersatur. Hinc circa bella gerenda opus est maxima industria, experientia atque peritia, ut patet, quomodo sit pugnandum, qualiter bellatores sint disponendi ac ordinandi in exercitu, in itinere, & in pugna: ut enim ait Vegetius in libro de re militari, ad præualendum in prælio, plus confert bellandi industria atque pugnantium dispositio ordinata, quam multitudo eorum aut fortitudo: immo inordinatus exercitus, multitudoque imperita, non est nisi

hostium uictima: Iraque periculosum est illis ire ad bella, qui bellandi carent peritia. Idcirco dùm pax est, antequàm instant bella, est ars bellandi discenda, ut ait Aegidius de Roma: Nam, ut protestatur Vegetius, Nullus facere metuit, quòd se benè didicisse confidit. De his igitur rectores ciuitatum prouideant, & ipsi rectores sint in prædictis magis periti, ut tempore opportuno possint ciues inferiores de necessarijs informare, eosque cautè deducere ac prudenter disponere. Præterea, sicut in libro de Regimine principū ait Aegidius, inter ciues mechanicis artibus occupatos, quidam præ alijs sunt ad pugnandum aptiores & præligèdi. Nam fabri ferrarij & carpentarij ad pugnandum sunt apti: quia ex artis suæ exercitio habent brachia ad percutiendum assuescunt macellarij quoque, quia non horrent sanguinis effusionem, cum sint assueti bruta mactare. Similiter uenatores aprorum atque ceruorum ad bellandum sunt apti, quoniam magnæ audaciæ est inuadere aprum, & laboriosum in seque ceruum. Barbiton fores autem & futores, quatum est ex parte artis, reputantur ad pugnam inutiles, cum nõ sint ad labores bellicos assueti. Quæ enim proportio acus ad lanceam, aut ratorij ad enses? Hæc autem intelligenda sunt communiter sic se habere: sed interdum in aliquibus hominibus ex naturali dispositione uel exercitatione aut peritia contingit oppositum.

De octo proprietatibus, quas bellatoribus decet inesse. Articulus XXXX.



D bellatores imprimis pertinet fortitudo corporalis, ut possint portare ac ferre, magnitudinem ponderis armorum, & ut armati possint incedere ac laborare, & dum opus fuerit, currere & saltare atque pugnare. Secundo spectat ad eos agilitas, ut tempore prælij ualeant sufferre & exercere continuas motiones ac circunductiones membrorum: aliter possent facilliter ac grauitè vulnerari: oportet ergo ut assiduè se mouendo effugiant læsiones, quemadmodum signum, si moueatur, vix tangi poterit à sagitta. Tertio parcitatem uictus æquanimitèr sustinere, præsertim cum nimia uentris impletio impediatur efficaciam præliandi: moderata autem refectio est tenenda, si uictualia adsint. Quarto, non curare de inconuenientibus locis ad iacendum, dormiendum siue pausandum, quia multoties oportet bellatores die ac nocte esse in armis. Quinto, propriæ uitæ corporali præferre iustitiam & bo-

RUM

Deute. 20

num commune, paratumque esse pro iustitia & communi utilitate occidi: ideo timidi non sunt ad pugnam idonei. Unde filii Israel Deus præcepit, ut ante congressum vnus eorum staret ante exercitum, & clamaret: quis est homo formidolosus? reuertatur, ne paure faciat fratres suos. Hinc de optimo illo bellatore Iuda Machabæo scriptum est: Iudas per omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat. Sexto, non horrere sanguinis effusionem in bello, quando iustitia hoc requirit, & pax aliter nequit acquiri. Septimo, habere artem se protegendi ab incibus, percutiendi que hostem. Octauo, abhorere & maxime erubescere turpem fugam. Ex his infert Aegidius, quod rurales sunt ad bella pedestria aptiores, quia sunt corpore fortiores, & ad labores ac onera sustinenda plus assueti: vrbanis verò ac nobiles ad bella equestria magis sunt apti, quia equorum robur supplet in eis defectum fortitudinis corporalis. In talibus quoque pugnis maxime prodest peritia præliandi, & erubescencia fugiendi, que in nobilibus & vrbanis magis abundant. Itaque homines deliciofi, molles & effeminati non sunt apti ad bella, quoniam valde metuunt suæ pelli. Postremo, præcipue pertinet ad bellatores, habere peritiam ad res bellicas pertinentem: scientia namque & exercitatio in omni negotio præstant fiduciam, & faciunt expeditum, dicente Valerio: Natura facitabilem, ars facilem, usus potentem. Hinc pugnatore instructi & exercitandi sunt ad incedendum simul, dum opus est, gradatim & passim, vt in suo se quilibet ordine seruet: quia si acies inordinatè incedat, duo inde mala sequuntur: In vna si quidem parte erit acies nimis sparsa ac perua, sicque ab hostibus poterit facilius penetrari, debilitari, diuidi & occidi: porro in alia parte erit valde stricta & arcta: sicque dum vnus comprimit alium, impedit illum à sua ipsius protectione ac hostium prostratione, quoniam brachia sua liberè non valet mouere. Insuper exercitandi sunt pugnatore, tam pedites quam equestris, ad cursum ac velocem præcursum: quod valet ad præoccupandum & obtinendum locum aptiorè, ad explorandum facta & machinas hostium, ad apprehendendum fugientes. Veruntamen præcurrendum est cautè, ne præcurrentes à suis longius separati, incidant manus hostium, & percutiantur. Tertio exercendi sunt ad saltum, si forsitan foueæ occurrant fluuij. Præterea militares ac nobiles satis tempestiue sunt instruendi de arte & industria præliandi, & assuefaciendi se ad exercitationem

armorum, vt tempore necessitatis possint rempublicam defendere, & pro iustitia, pro fide, pro bono communi salubriter dimicare. Bellorum etenim casus & damna sunt quasi irremediabilia, secundum quod Cato dixit: In alijs negotijs si quid erratum sit, potest postea corrigi: delicta verò præliorum, emendationem non capiunt, sed poena errorem mox sequitur: quoniam imperite pugnantibus aut protinus pereunt, aut in fugam versi, tam pauidi fiunt, quod rarè vel nunquam audent contra suos pugnare victores.

De quibus materijs sit consequenter in isto libro bello tractandum, & de quibus non.

Articulus XXXI.



Vegetius in libro de re militari, atque Aegidius de Roma illum in plurimis sequens, multipliciter docent & probant, quod quia bella sunt circa pericula mortis, ideo omnis cautela est adhibenda circa bellatores ante congressum, in congressu, & etiam bello durante. Verumtamen tota illorum doctrina de ista materia pertinere videtur ad corporalis vitæ conseruationem ac temporalem victoriam: sed cum incomparabiliter magis curandum sit, ne anima æternaliter cõdemnetur, ne æterna felicitate priuetur, idcirco circa bellatores summa & incõparabilis diligentia imprimis est adhibenda, vt ante certamen animabus suis de necessarijs ad salutem prouideant, hoc est, vt abique mortali peccato cedant ad prælium, & in charitate ac gratia Dei existant ac moriantur. Itaque quoniam viri præallegati parum aut nil scribunt de spiritali præparatione ad pugnam, idcirco de illa deinceps potissimè loqui intendo, vt delicta de his, quæ ad animarum salutem in pugnatore pertinent. Nihilominus principibus & omnibus militaribus ac bellatoribus, & præsertim eorum rectoribus, valde perutile est scire ea, quæ Aegidius in lib. de regimine principum, atque Vegetius in libro de re militari, alij quoque Doctores scribunt de re bellica, de industrijs præliandi, de modo disponendi exercitum, sed ea magis, quæ ad materiam istam spectantibus. De talibus ergo informari plenariè cupientes, ad libros præfatos remitto: quoniam ea prosequi meum non concedet statum, sed ea magis, quæ in sacra scriptura de materia ista habentur, & animarum concernunt salutem. At tamen de omnibus his in alio quodam tractatu diffusius scripsi, ideo hic non nisi pauca perstringam.

De

DE REGIMINE POLITIÆ, LIB. VNVS.

829

De duplici præparatione ad bellum, & quòd bello durante cor sit eleuandum ad Deum. Articulus XXXII.



Vatò rationalis anima nobilior est corpore suo, & quantò æterna damnatio fugibilior, peior ac terribilior est morte corporali ac breui, tantò insipientiores sunt, qui anima non præparata, non armata, sed nuda ac debili accedunt ad prælium, quàm qui corpore nudo illud accederent. Porro sicut corporis arma sunt lorica, gladius, thorax & galea, sic animæ arma sunt charitas Dei & proximi, cæteræque virtutes & dona Spiritus sancti ac opera virtuosa: quibus omnibus anima decoratur, vestitur, armatur, firmatur, Deo chara efficitur, & hostibus suæ salutis feliciter reluctatur. Absque his armis anima turpis & debilis videtur, Deoque displicet, & à Demonijs vndique superatur, quousque ad æternam miseriam (quæ est mors infernalis) trahatur. Cum itaque accedentes ad prælium, corporali se exponant morti, postquam nullus de lege communi redire potest ad gratiam aut veniam promereri, qui in mortali obijt culpa: ideo bellatores ante certamen spiritaliter præparare atque armare se debent per veram & puram confessionem, per cordialem contritionem & satisfactionem & restitutionem, ac dispositionem rerum suarum: immo ad hoc tenentur ex præcepto Ecclesiæ. Quamuis nanque præceptum sit, vt quilibet Christianus confitatur ad minus semel in anno circa Pascha, in multis tamen casibus tenentur Christiani sæpius confiteri, sicut cum tam grauitè infirmantur, quòd morituri ex infirmitate illa putantur: & dum per maria nauigant, in quibus pericula imminente mortis: & dum aliquod Sacramentum Ecclesiæ sunt sumpturi, & dum ad prælium sunt ituri. Dum autem sic præparati ad pugnam accedunt, ipsa pugnatio est eis valde meritoria & plurium actus virtutum, videlicet obedientiæ, fortitudinis, iustitiæ, immo & charitatis, dum iustam habent causam pugnandi, & recta sit ipsorum intentio, vt scilicet pugnent pro iustitia, pro bono communi: & magis id faciant ad complacendum Deo & propter salutem eternam, quàm ad complacendum hominibus, aut propter temporalem honorem, laudem vel utilitatem. Amplius, qui ante bellum benè cõfessi sunt, & iuxta modum præactum spiritaliter benè parati, securiori animo præliantur, & iucundioris sunt cordis melioris: que spei, & fortius pugnant. Insuper, bello

durante pugnatore cor suum debent semper ad Deum leuare, eius adiutorium & protectionem cordialiter inuocando, & ei suas animas commendando, quemadmodum de quibusdam fidelibus ac robustis præliatoribus scriptum est: Iudas Machabæus & qui cum eo erant, manu pugnant, Deum autè cordibus exorabant, Talis etiã extitit Theodosius Imperator, qui orationibus, ieiunijs ac alijs actibus deuotionis magis, quàm potestate exercitus aut virtute armorum, hostes suos prostravit. Siquidè pugnaturus in die, tota nocte præcedente precibus institit Iachrymosè. Præterea, durante prælio summè cauendum est omni pugnantem, ne contra aliquem aduersariorum rancorem concipiat aut vitiosè irascatur, quantum cuncte legatur ab eo. Tunc enim esset in mortali peccato: & si taliter moreretur, æternaliter damnaretur. Omnis etenim Christianus ex diuino præcepto tenetur quemlibet hominem, quantumlibet inimicum, spiritali amore diligere & eius salutem optare. Unde pugnatore nullum debet in prælio ex rancore percutere, neque ex affectu vindictæ, sed potius ex zelo iustitiæ percutientem se repercutere: & si quem occiderit, illius saluationem debet appetere: estque multum laudabile, si oret pro illo. Postremo, si quis intantum fuerit negligens animæ suæ & intimoratus, quòd in confessus accessit ad prælium, nec prælio imminente valeat confiteri, non tamen desperet de sua salute, sed de tanta sua negligentia ac inobedientia, cæterisque peccatis cordialiter doleat, confiteri ac emendare proponat, si viuus euaserit: & tunc Deus pijsimus eius affectum suscipiet pro effectum. Verum ineffabiliter periculosum est, cõfessionem tam diu differre. Patet etiam ex prædictis, quòd mulierculæ impudicæ sunt ab exercitu repellendæ: deuoti verò presbyteri debent adesse ad exhortandum salubriter, & pro confessionibus audiendis ac celebrandis diuinis.

Quòd bellatores spem suam in Deo ponere debent, & euentum & exitum belli ei fide liter finaliterque committere.

Articulus XXXIII.



Mnia diuinæ prouidentia subijciuntur, & ab infinita sapientia Dei vniuersa prouidè disponuntur. Veruntamen actus hominum specialiter curantur ac moderantur à Deo, nec absque præordinatione diuina prosperitates & aduersitates hominibus accidunt. Sed hoc aliqui pugnatore non aduertentes, ita

2 Mach. 10

Math. 9. Luc. 6.

Sapient. 9.

ita in armis ac viribus suis confidunt, ita de multitudine sua presumunt, quasi non effect providentia Dei cuncta disponens: sed hu- ius oppositum copiosè ac pertissimè docet sacra scriptura: nam sanctus David Rex ait: Non saluatur rex per multam virtutem, & gigas non saluabitur in multitudine virtu- tis suæ. Fallax equus ad salutem. Salomon quoq; testatur: Equus paratur ad diem bel- li, Dominus autem salutem tribuet. Hinc si- cut primo libro regum habetur, Ionathas filius Saulis Regis dixit armigero suo: Ve- ni, transeamus ad stationem incircumfori fori Philistinorum, quia non est difficile dño saluare vel in paucis vel in multis. Cum hac fiducia Ionathas cum solo suo armigero aggrediens Philistæos, multos ex eis prostra- uit. Denique Afa Rex Iuda pugnaturus con- tra Regem Aethiopi, in cuius exercitu fue- runt decies cetera millia, totam spem suam in Deo constituit, eumq; inuocans, dixit: Domine, non est apud te vlla distantia, vtrū in paucis auxiliaberis aut in pluribus. Adiuua nos Domine Deo noster: in te enim & in no- mine tuo habentes fiduciam, venimus con- tra hanc multitudinem. Et ecce propter hanc spem Afa Regis Deus perterritus corda Ae- thiopum, & fugerunt, quos persequens Afa Rex, interfecit. Præterea Iosaphat rex filius Regis præfati, cum audisset contra se conue- nisse tres gentes innumerabiles atq; fortissi- mas, vtpatà Moabitas, Ammonitas ac Idu- mæos, valdè perterritus, totum se contulit ad rogandum Dominum, & populo suo in- dixit orationes, vigilias, inductionem cilicio- rum, atque ieiunium, Deumq; deuotissimè inuocauit, dicendo: Domine Deus patrū no- strorū, tu es Deus in cælo, & dominaris cun- ctis regnis gentium, nec qui squā potest tibi resistere. In nobis quidē non est tanta forti- tudo, vt possim⁹ resistere multitudini huic, quæ irruit super nos: sed cum ignoremus qd agere debeamus, hoc solum habemus refu- dum, vt oculos nostros dirigamus ad te. Et propter tantam huius virtuosi regis deu- otionem ac spem Deus concessit ei victoriā, prout secundo libro Paralipomenon legi- tur. Ibi etiam scriptum est, quemadmodum vnus Prophetarum dixit ad Amasiam Regē, qui conduxit centum millia robustorū vi- rum ex Israel ad pugnandū cōtra Idumæos: O Rex, ne egrediantur tecum exercitus I- srael: non est enim Dominus cum Israel. Quodd si putas in robore exercitus bella cō- sistere, superari te faciet Dominus ab hosti- bus: Dei nanque est adiuuare & in fugā ver- tere. Cumque Amasias Rex acquieuisset ver-

Psal. 22.

Prou. 21.

1. Reg. 14.

2. Para. 14.

2. Para. 20.

2. Par. 14.

2. Para. 25.

bis Prophetæ, cum solo populo suo præua- luit, & quadraginta millia hostium trucidauit. Multa similia leguntur in veteri nouoq; Testamento: hæc tamen non ita sunt intel- ligenda, quasi præliaturi non debeant sibi prouidere de humano auxilio, nec facere diligentiam suam, & quicquid licitè possunt per humanam industriam, hoc equidem es- set tentare Deū, sed cum fecerint quicquid in ipsis est, nihilominus Deum cordialiter inuocare, atque in ipso summè considerare debent: quoniam Deus diuersimodè largi- tur victorias secundum merita & demerita hominum, & propter causas interdum oc- cultas. Hinc Ezechias Rex sanctus cum au- didisset aduentum Regis Assyriorum aduer- sum se, totam spem suam fixit in Deo, inuo- cans eum continuò: & tamen fecit contra Regem Assyriorum quicquid potuit huma- na potestate atque industria, prout quarto Regum pleniùs recitatur. Nam obturauit fontes & riuum Ierusalem, ne venientes As- syrij inuenirent abundantiam aquæ: & mu- rum Ierusalem instaurauit, ac turres desu- per fecit. Præterea, quamuis bellatores pos- sint optare triumphum, & eum à Domino postulare, exitum tamen belli debent fina- liter Deo committere: quatenus ipse ita di- sponat in bello, sicut est pro honore & glo- ria nominis sui, & vt ipse nouit amplius ex- pedire salutem animarum eorum qui bellant. Victoria nanque est de numero rerum, quæ possunt salutem prodesse atque obesse. Ideo non est absolutè petenda à Deo, sed cum conditione explicita aut certè implicita, scilicet si & inquantum est pro Dei honore & animarum salute: iuxta quem modum pos- sumus Deum rogare pro corporis sanitate, pro damnorum euitatione. Hinc Iudas Ma- chabeus ad prælium processurus, verba ora- tionis & exhortationis ita conclusit: Sicut fuerit voluntas in cælo, sic fiat. Ioab quoq; princeps militiæ David Regis, contra gentes robustissimas pugnaturus, dixit fratri suo Abisai: Esto vir fortis, & pugnemus pro san- ctis & populo nostro. Dominus autem, quod bonum est in conspectu suo, faciet. Porro quædam sunt bona, quæ non possunt nisi prodesse ex sua natura, & necessaria sunt ad salutem, sicut virtutes: idcirco pro talibus bo- nis debemus Deum absolutè rogare, vt con- ferat ea: pro malis verò oppositis, scilicet p- peccatis, quæ ex se non possunt nisi obesse, orādum est absolutè, vt Deus tollat ea à no- bis: & commissio, qua homo se ita cōmittit Deo, est valdè virtuosa, Deoque placens ac meritoria & sæpè meretur triumphum.

4. Reg. 19.

1. Machab. 9.

2. Reg. 10.

Quodd

Quodd cum magnanimitate & bono animo sit pu- gnandum pro causa iusta. Artic. XXXIII.

Imor nimius & mentē & corpus debilitat: magnanimitas verò to- tum corroborat hominē, facitq; eū & magna & ardua viriliter ag- gredi. Hinc bellatores immoderātū timorē in congressu debent abijcere, & magnanimi- tatē assumere: moderatus tamen & modicus timor bellatoribus vtilis perhibetur, scū fa- ciat hominem benè consiliatū, & ad vitan- dum pericula cautum ac diligentē. Bellato- res quoq; non debent aduersarios suos nim- mē contemnere, ne improuisè lædantur ab eis, dum se contra illos non muniunt, nec sa- tis custodiunt: magnanimitate ergo, nō præ- sumptuosè aut ex elatione inchoandum ac prosequendū est præliū, vt sit actus virtutis, non vitij. Cumq; pro causa rationabili præ- liari, sit opus virtutū, cum delectatione fieri debet: Virtutes nanq; habent delectationes sibi annexas. Vnde secundū Aristotelē, signū virtutis est, delectatio fiens in opere. Præte- reā pro causa iusta pugnare, est multarū op⁹ virtutū, vt dictū est: idcirco est meritorium vitæ æternæ: & qui taliter pugnans occum- bit, saluatur: idcirco securā letaq; mente pu- gnandum est. Propter quod ait scriptura: Vt que ad mortē certa pro iustitia. Hinc Iudas Machabeus bellatoribus suis dixit: Accingi mini, & estote filij potentes: quoniā melius est nobis mori in bello, quā videre mala gentis nostræ. Postremò, vniuersis pugnato- ribus, principibus atq; militibus aduertend- um atq; pro posse sectandum est, quod de victoriosissimo illo Iuda & adiutorib⁹ eius 1. Machab. lib. sic legitur: Surrexit Iudas Ma- chabeus pro patre suo, & adiuuabant eum omnes fratres eius, & qui se coniunxerāt pa- tri eius, & præliabantur præliū Israel cū leri- tia: & dilatauit gloriam populi sui, & induit se lorica m vt gigas, & accinxit se arma belli- ca sua in prælijs, & protegebāt castra gladio suo. Similis factus est leoni in operib⁹ suis, & sicut catulus leonis rugiens in venatione. Et persecutus est iniquos, perstrutans eos, & eos, qui conturbabāt populum suum, suc- cendit. Et repulsi sunt omnes inimici eius præ timore ipsius, & omnes operarij iniqui- tatis conturbati sunt. Et perambulauit ciui- tates Iuda, & perdidit impios ex eis, & nomi- natus est vsque ad nouissimum terræ, & in seculum memoria eius in benedictione e- rit. Tales vtiq; multi fuerunt in veteri no- uoq; Testamento, quorum virtutes & ge- sta cunctis bellatoribus in exemplum cla- rissimum proponuntur.

1. Machab. 9.

1. Machab. 9.

1. Machab. 9.

Quæ requiruntur ad hoc, quodd bellum sit iustum: ex de diligentia inquirendi, an bellum sit iustum antequam pugnetur aut succurratur. Articulus XXXV.

Ad hoc, quodd bellum sit iustū, tria exiguntur secundum Doctores: Primum est auctoritas principis: non enim licet priuatæ personæ sua auctoritate bellū mouere: quia ius suū in superioris sui iudicio prosequi potest ac obtinere: nec ad personam priuatam perti- net multitudinem conuocare, quod ad bel- lum requiritur. Vnde super id, quod ait Saluator: Omnis qui acceperit gladium, gladio peribit, loquitur Augustinus. Ille accipit gla- dium, qui absque superiori & legitima pote- state hoc agit. Cum ergo principibus cura reipublicæ sit commissā, intestinos atq; ex- traneos hostes tenentur reprimere: quod se- pè per prælia fieri est necessè. Principes quo- que seu iudex vel minister iustè occidēs ho- minem, non est homicida dicendus, cum as- serat Augustin⁹: Cum homo iustè occiditur, lex occidit, non tu homo iudex. Secūdd ex- igitur iusta causa, vt paternæ aut debita hæ reditatis adeptio, communitatis defensio, fidei seu iustitiæ tuitio siue defensio. Tertiò requiritur recta intentio, quatenus bellum ad finem ordinetur honestum ac licitum, vt ad pacem communem, ad veram salutem, ad Dei honorem. Hinc à principibus bellatorūq; animo remouendæ & prorsus abijciendæ sunt nocendi cupiditas, vlciscēdi ferocitas, implacabilis animus, feritas rebellandi, libi- do dominandi, intentio opprimēdi. Præte- reā constat ex his, quodd penitus illicita, vi- tiosa atque damnabilis sit illa consuetudo, qua aliquo illicitè læso aut occiso, mox eius propinqui se colligunt, & propria auctori- tate pergunt ad vlciscendum quod factum est, vel in eo qui fecit hoc, vel in propinquis ipsius: nō enim sunt iudices eius qui forese- fecit nec propinquorum eius: ideo non se- cundum propriam volūtatē, sed iuxta for- mam iuris debent procedere, causamq; su- am iudicibus ac superioribus suis propone- re, & expediendam committere. Præfatam ergo consuetudinem vitiosā principes à terribus suis extirpare tenentur, quia reuerā summè periculosa est atque vtriusque par- tis salutem omninò contraria, nam magna in- ter eos inuidia oritur, & quidam hincinde improuisè & imparati necantur: immo ali- quando qui occidere optant ac fatagunt, oc- ciduntur eternaliterque damnantur. Deni- que ad omnem pertinet Christianum, im-

Ad iustitiā belli tria req; requiruntur.

Mat. 26.

Aaaa ple.

Matth. 5.
Luc. 6.

plere quod in Euangelio docet ac præcipit Christus: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persecutibus & calumniantibus vos. Lesus igitur & cognati eius, tenentur vero & spiritali amore lætorem & eius cognatos diligere: ideo obligantur culpam eius dimittere: debitam verò poenam seu satisfactionem possunt secundum tenorem ac feriem iuris exigere, vt obseruetur iustitia, & in quatum expedit anime eius qui se fecit, vt in vita hac castigetur, & ne alij audeant talia perpetrare, atque vt paci reipublice prouideatur. Insuper, cum vnus multipliciter inuoluatur, communicet seu particeps fiat peccati alterius, præsertim si ei in re iniusta assit, consentiat aut succurat, idcirco antequam subditi adiuuent principem suum in prælio, seu antequam communitas vna aliam iuuet aut principem eius, prouide sciscitentur ac pensent, an is, cui succurrere volunt, iustam habeat causam: & tunc non ex carnali amore, aut ex aduersariorum rancore aut cupiditate prædæ vel lucri, sed ex spiritali amore ac zelo iustitiæ seu ex pietate succurrant. Cum etenim non solum sit mortale peccatum quicquid charitati Dei & proximi contrariatur, sed etiã quicquid directè repugnat iustitiæ, & tantò peccata in proximum sunt maiora, quanto pluribus nocumenta inferuntur, & quanto nocumenta sunt grauiora: quis ergo queat effari, quam graue peccatum sit aliorum terram iniuste inuadere, deprædari, destruere, adipisci, totam communitatē contra Deum ac rationē turbare, infirmos pauperes que opprimere, contristare, & quasi ad desperationem blasphemiam que inducere, iustos quoque affligere? Præterea Dominus Gulielmus Antifiodorensis dicit, quod si rex aliquis iubeat pupulo suo expugnare aliquem, quem populus scit esse innocentem, populus obedire tenetur, postquam iudicatum est ab illis, quorum est in regno iudicare, videlicet à patribus, quod iste debeat expugnari: aliàs populus non tenetur. Veruntamen mihi videtur, quod si regis seu patrū aut quorumlibet aliorum iudicium continet manifestum inexcusabilemque errorem, subditi obedire non obligantur, nec debent: Aliàs excusarentur, qui ex præcepto tyrannorum sanctos martyres occiderunt, immo & illi, qui ex præcepto superiorum suorum, Christum multipliciter affixerunt ac crucifixerunt. Hinc sanctus Thomas testatur, quod subditi superiori suo obedire non tenentur vno modo, propter præceptum potestatis maioris in contrarium.

An liceat in bello uti insidijs, & utrum liceat diebus festis pugnare. Articulus XXXVI.



N veteri legitur Testamento, videlicet in libro Iosue & in libro Iudicum, quod deus præcepit populo Israël ponere insidias vrbi Hai ac filijs Beniamin. Sed cum insidiæ ordiantur ad hostium deceptionē, quos oportet diligere, mirū alicui videri potest, qualiter liceat in bello iusto uti insidijs. Ideo aduertendum quod dupliciter fallitur homo, siue in verbo, siue in facto. Primò, dū ei saluum quid dicitur, aut promissio non seruetur, & istud illicitum est, quia (vt in libro de Officijs ait Ambrosius) etiam inter hostes sunt pacta & fœdera obseruanda. Secundò quis fallitur, quia propositum seu cōceptū aut opus alterius ei non pãditur, & istud interdum est licitū. Quemadmodum enim iuxta doctrinā magni & diuini Dionysij, in sapientia fidei Christianæ quædam secreta fidei incredulis occultantur, ne sanctum canibus detur, ita in arte rei militaris præcipuū est, ne consilia hostibus reuelentur. Præterea, si bellū conuenienter differri non valeat, licitum erit diebus festiuis iustum præliū agere: aliàs pagani & impij diuersa damna inferrent iustis atque fidelibus festis diebus. Hinc primo libro Machabæorum habetur, quemadmodum Iudei inter se statuerūt hostibus repugnare, si die sabbati, qui apud eos celebris fuit, inuaderentur ab eis: Nam & festis diebus licet propriam vitam pugnando defendere, medicis quoque tunc licet mederi.

De cautelis circa bellatores & in prælijs prouide obseruandis. Artic. XXXVII.



Pugnaturi contra se inuicem, varias vias excogitant, & callidissimas subtilitates inueniunt, quibus aduersarios suos circūuenire, deicere ac sibi subijcere possent: idcirco vt ait Aegidius, expedit vt dux exercitus habeat descripta itinera regionum & interuallo locorum, qualitates quoque viarum, compendia, diuerticula, montes, paludes & flumina existentia in vijs, per quas ducetur exercitus: immo melius esset, quod vniuersa præfata, quantum possibile est, haberet depicta, & sic quasi oculis ea adspiceret, vt exercitum suum tutius duceret. Insuper cautū est, habere conductores viam benè scientes, circa quos diligentia summa est adhibenda, ne fallant: Nam quidam principes cum exercitibus suis leguntur per conductores decepti, hinc comminanda est eis mors, si se fraudulenter habuerint, & custodes circa eos ponendi

ponendi sunt. Præterea ad ducem exercitus pertinet, prouidere ne cum populo suo diu incedere seu morari cogatur in locis inaquosis seu aridis, vbi ex aquæ defectu exercitui aut iumentis posset mors aut grande periculum imminere, quemadmodum quarto libro Regum legitur accidisse Iosaphat regi Iuda & Ioram regi Israël, Regiq; Edom, qui per desertū pergrētes cōtra Moabitas, ex aquæ perissent penuria, nisi Deus eis miraculo se subuenisset per Haliſaū Prophetā. Amplius, aduersarij victi non sunt nimis angustiandi atque arctandi, præsertim quādū adhuc resistere valent: quia multoties accidit, quod homines aduersitatibus fracti, pusillanimesque effecti, cum se conspiciunt nimis vrgeri aut non posse euadere, resumūt audaciam, magnanimes fiūt, atque fortissimè præliantur. Hinc Abner princeps militiæ regis Israël, fugiēs exercitum Dauid Regis, dixit ad Ioab principē militiæ Dauid: Quare non dicis populo, vt omittat persequi fratres suos? An ignoras quod periculosa sit desperatio? Propterea, secundum Doctores de materia ista scribentes, dum princeps cōspicit se potētiorē, & suo exercitu se posse hostes includere, non sic eos includere debet, vt nullam fugiēdi eis aperturam relinquat, ne forsitan desperationis occasione animentur ad resistendum plurimosque occidant. Hinc ait Aegidius: Pusillanimes dum valdè formidat nec credunt se posse effugere, inuadūt alios, suntque prohi. Vnde cōmuniter dicitur: Qui nimis fugat timidum, vi cogit eum esse audacem. Sic & bruta cum muniter timent hominem: & nisi timerēt ab homine ledi, rarò aut nunquam inuaderent eum, nisi fame forsitan hoc facerent. Præterea iusto Dei iudicio sæpè contingit, vt victores, qui hostibus suis à se victis nimis feroces sunt, ab alijs ferociter opprimantur, sicut in libro Iudicū Adonibezech Rex, cum filij Israël amputassent sibi manus & pedes, dixit: Septuaginta Reges, amputatis manuum & pedū summitatibus, sub mensa mea collegerunt micas. Sicut feci, sic reddidit mihi Dominus. Insuper bellatores non debent se nimis abinuicè separare, ne aduersarij improuise irruant super eos, & antequam se mutuo possint iuuare, percutiantur ab hostibus. Legitur de quodā strenuo ac prouido pugnatore, qui cum post stragem suorum impugnaretur à tribus, cernens se illis tribus non posse simul resistere, simulauit se fugere, vt illos tres ab inuicem separaret: cumque vnus illorum cum ceteris velocius insequeretur, conuertens se, illum subito interemit: rursusque fugam arripens,

secundū illorum præcurrentē, eadē calliditate occidit. Postremò, cōgressus cum tertio, illum etiam necauit. Idcirco qui alios insequuntur, prudēter currant, nec tantū à suis adiutoribus se elongent, vt ab eis satis tepe siuē iuuari non queant, si indigerint. Denique aptitudo loci multū prodest ad obtinendum triumphū. Obseruanda est quoque congruentia temporis, ne dux exercitus tūc ineat prælium, dum habiturus esset ab oppposito splendorem solis, aut ventum, pulueres seu arenas, contra suum exercitum excitantem. Hinc secundo libro Regū describitur, quemadmodum inter exercitū Dauid & inter exercitū filij eius Absalonis, commissum est præliū in saltu, & multò plures fuerūt de exercitu Absalonis quos saltus cōsumpsit, quam quos gladius deuorauit, vt legitur Regum secūdo. Hinc ait Aegidius, quod eques melius se defendunt in campis, pedites verò in montosis atque syluestribus. Amplius, princeps & eius exercitus nõ facilius credere debent venienti de parte aduersariorū & promittenti assistentiā sibi: sic enim Dauid rex decepit Absalonē & eius exercitū, mittendo ad illos amicū suū Chusai, vt promitteret assistentiam illis: cuius consilio Absolō eiusque populus ac quiescentes, deuicti sunt, prout secundo Regū scribitur libro. Iterum legitur, quod quodam tempore Francorū exercitus Longobardiā ingrediens, & ad Longobardorū tentoria tandē perueniens, inuenit ea hominibus vacua, sed omnibus bonis & maxime vino plena: existimantesque Franci Longobardos ob timorē ipsorū fugisse, ingressi tentoria, repleuerūt se cibo & potu, ac dormierūt. Porro Longobardi, qui callidè simul lauerant fugam, redeuntes, & super Francos improuise ruentes, penè omnes trucidauerūt. Hęc calliditatē aduertit Ioas Rex Israël, cum audiret tentoria hostiū suorū Syrorū hominibus vacua, sed victualibus ac diuitijs plena esse inuenta, vt quarto Regum lib. habetur. Postremò Vegeti⁹ inter cautelas, quibus vtendū est cōtra hostes, ponit & hęc, scilicet feminare discordiam inter aduersariorum exercitū, quatenus inter se discordando debiliores fiant ad resistendum: sed cautellam istam non commendat Aegidius, asserēs eam bonis moribus repugnare. Veruntamen hoc nõ videtur satis resolutè probatum: nõ enim semper illicitum est inter alios feminare discordiam, cum beatissimus Paulus Apostolus inter Phariseos ac Saduceos discordiam feminasse legatur in Actib. Apostolorum. Idcirco sciendum, quod sicut illicitum est inter benè concordas discordiam femi-

1o. iuc. 8. iudic. 20.

4. Reg. 5.

1. Mach. 2.

Matth. 5.

1. Mach. 2.

2. Reg. 18.

4. Reg. 14.

Act. 13.

nare, sic licitum est inter male concordēs feminare eandem, ne in quo male concordat, fortiatu effectum. Ex his innotescit, quanta cautela, quanta diligentia atque prudentia necessariae sint in bellis: & si hoc ita se habet in corporalibus praelijs pro corporum vita feruanda, quanto magis in bello spiritali co-

tra inuisibiles hostes opus est diligentia summa ad euadendum mortem aeternae miserie, atque ad obtinendum vitam gloriae sempiternae, ad laudem & honorificentiam Regis vniuersorum adorandi, gloriosi ac omnipotentis, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

Libri de regimine Politiae, finis.

D. DIONYSII CARTHUSIANI DE VITA MILITARI LIBER VNVS.

Præfatio.

2. Tim. 2.



Labora sicut bonus miles Christi. Haec sunt uerba Pauli in Epistola ad Timotheum. In quibus uerbis sanctus Apostolus hortatur unumquemque fidelem, praesertim praelatum, ad laborandum fortiter atque fideliter in campo seculi huius, hoc est, in loco & incolatu praesentis exilij, in quo positi sumus tãquam in loco certaminis non parui aut breuis, seu modicè reputandi, sed planè sicut in loco magno ac diuturni, immo & periculosissimi belli, non solum

quotidiani, sed etiam assidui atque indefinitis, durantis ob exordio, quo ratione uti incipimus, usque ad extremum uitae huius momentum, quo animas exhalamus & spiritum tradimus. Hinc & antiquus & magnus ille Patriarcha ac Propheta Iob dixit: Militia est uita hominis super terram. Quod potissimè intelligendum est de homine uirtuoso rationem sequente, ac Creatori suo obediente, qui solus dignus est homo uocari, cum homo sit rationalis creatura: propter quod homo iniustus, irrationabiliter habens se, & uitiosè conuersans, potius meretur bestia nuncupari quam homo, ut patet ex uerbis Apostoli Pauli, dicentis: Si secundum hominem (id est, rationabiliter) ad bestias (id est, contra homines bestiales ac impios) pugnaui, id est, disputauit. Nam & Aristoteles uerè locutus est, quòd sicut homo inter animalia omnia est optimum animal, si ratione regatur, prudentiam ac uirtutes sequendo: sic inter omnia animalia est pessimum animal, si irrationabiliter conuersetur: immo ut rursus idem prudentissimus uniuersorum gentium aasserit magistrorum: Homo malus decies milies peior ac uilior est brutis. Itaque uita hominis boni, rationalis, uirtuosi, meritò appellatur militia super terram: quoniam indefinenter indiget praelari contra hostes suae salutis, hoc est, contra aciem uitiorum, contra proprium corpus, refrenando concupiscentias eius, & reprimendo motus propriae sensualitatis ac impetus passionum: contra propriam, improbam atque indomitam uoluntatem: contra mundum, id est, contra uanitates & pompas mundanas: & maxime contra inuisibiles inimicos, qui tanquam leones rugientes circumeunt, quæ-

rentes

rentes quem deuorent, qui sunt malignissimi spiritus, à quibus incessanter tam nequiter, inuidialiter, atrocissimè ac multipliciter impugnamur, ut ceterae impugnationes quasi nullius reputationis sint comparatione Diabolicarum impugnationum & tentationum illarum. Tantus nanque est rancor & furor Daemonum contra nos, ut nil aliud quærant, nisi ut ab aeterna felicitate nos retrahant, & infernali damnationi nos secum inuoluant. Ideo contra tam crudelissimos hostes debet unusquisque fidelis laborare sicut bonus miles Christi, ita ut tantò diligentius & incessabilius clamet & confugiat ad Deum Creatorem ac Regem suum, adherendo, obsequendoq; ei fideliter, atque quærendo ingiter eius honorem, quemadmodum decet militem adherere ac obedire suo regi, & quæere honorem ipsius. Præterea, quamuis omnis fidelis hoc modo debeat esse miles Christi, loquendo de hac spiritali militia, attamen quidam sunt & esse debent specialiter milites Christi atque Ecclesiae militia corporali, quæ tamen ad spiritalem finem est ordinanda, ut infra dicitur. Hinc in isto tractatulo breuiter tangam, qualis debeat esse uita militum Christianorum, & quam uirtuose uiuere teneantur: ad quod faciendum etiam specialiter monet & incitat me amor uenerabilium strenuorumq; militum, nobiliumq; & magnorum baronum, in hac urbe Ruræmundensi nunc congregatorum pro arduis causis, commune bonum totius patriæ huius respicientibus.

2. Tim. 2.

Cur instituti sint milites. Articulus I.

1. Reg. 4.



Mro iustitia agonizare, & ut que ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te. In omni lege, regno & populo milites fuisse leguntur. Etenim de strenuissimis atque fortissimis militibus regum ac principum Israeliticæ plebis, magna & mira sunt scripta, praesertim de militibus Dauid Regis ac Iudæ Machabæi, ut patet in libris Regum & Paralipomenon ac Machabæorum. De militibus quoque regum gentilium, ut Alexandri Magni & Principum Romanorum, multa magnifica reperiuntur descripta. Praclarissima uerò gesta de militibus Caroli deuotissimi regis extant descripta. Quâuis ergo ad unumquemq; pertineat ciuem, loco & tempore opportuno pro reipublice defensione pugnare, hostibus boni communis resistere, regi, duci seu principi suo assistere, nihilominus rationabiliter instituti sunt quidam, quibus ista præcipue specialiterque conueniant: & hi milites nuncupantur, qui legitime in hoc constituuntur officio, atque ad dignitatem hanc idoneè promouentur: & de hoc ordinauit Ecclesia, seu secularis principes eius, apta & specialia quædam statuta, qualiter formandi & percutiendi sint milites, & ad quæ obser-

2. Reg. 5. 1. Mach. 4.

uanda se debeant obligare promissione aut voto, de quibus sequenti dicitur articulo.

De actibus, qui ad milites specialiter pertinent. Articulus II.



Sto vir fortis, & pugnem pro legibus Dei nostri & pro populo nostro. Diuersi temporibus diuersi fuerunt modi ac ritus & consuetudines circa militum formationem & constitutionem: Interdum nanque quicunque fortes, audaces & apti ad praelia, consueuerunt ad militiam promoueri. Nunc uerò apud plurimos consuetudo est orta, quòd non nisi nobiles, diuites & potentes fiant milites. Nam tales ad actus militares sunt magis idonei, & horum quidam fiunt milites, postquam in bello tam strenuè pugnauerunt, quòd dignitatè hanc meruerunt. Quidam uerò ante congressum ad militiam ascribuntur, quatenus ex hoc prouocetur ad pugnandum robustius. Vnde secundo regum narratur, quòd quidam Philistæus accinctus fuit ense nouo, & nisus est Dauid regè percutere, circa quod dicunt quidam expositores, quòd illo die ad militiam erat ascriptus, ideoque conabatur aliquam probitatem & strenuitatè peragere. Præterea milites in sua ad militiam institutione, solent se promissione

1. Reg. 16.

2. Reg. 21.

sione aut iuramento obligare ad executionem actuum, ad officium suum spectantiū: & si ex ordinatione Ecclesiæ ita obligare se debent, videtur quod etiam illi, qui ita non obligant se, nihilominus obligati sunt ita eo ipso, quo militiæ statum assumunt: quia obligatio ista statui militari est aut esset annexa. Insuper, actus ad milites specialiter atque præcipue pertinentes sunt, fidem Catholicam contra fidei inimicos tueri, & pro fide ac pro communi bono Ecclesiæ strenue præliari, specialiter quoque pro patriæ suæ defensione viriliter dimicare, & proprio regi seu principi in omni necessitate iustaque causa promptè obedire, fideliterque adhare: sed & proprios subditos contra iniuriatores protegere, ac suæ gubernationi commissos prudenter dirigere. Miserabilibus etiam personis, viduis, orphanis ac pupillis, desolatis, oppressis, afflictis promptè & misericorditer subuenire. Quamuis enim ad actus hos præclaros & virtuosos vnusquisque Christianus ex Evangelica lege suo modo teneatur, quia pro fidei & boni communis ac patriæ defensione tenetur quilibet loco & tempore opportuno, præsertim necessitate instante, pro posse laborare, pugnare ac propriam vitam exponere, prout ad suum pertinet statum. Similiter ad obediendum & seruendum superiori in his, quæ ad suæ præsentiam pertinent cathedram ac iurisdictionem, omnes subditi obligantur iure diuino ac positiuo: & sicut tenemur proximis nostros diligere tanquam nos ipsos, sic tenemur & benefacere atque succurrere ipsis: immo ad opera misericordiæ omnes tenentur, potissimè circa desolatas, impotentes, miserabiles inopesque personas: quamuis inquam hæc ita se habent, rationabiliter tamen est institutum, vt quidam viri, præsertim nobiles & potentes, ad exercenda hæc opera specialiter deputentur, & ex suæ dignitatis officio obligentur ad ea, tanquam ad ea peragenda magis dispositi, atque ad tantæ dignitatis officium cum certa celebritate promoueantur: & hi meritò milites appellantur, quia ipsorum præcipue est iniuncto corde armatoque corpore contra aduersarios boni communis, & contra hostes iustitiæ, ac contra oppressores & impios afflictos miserabilium militare (id est, congregari atque resistere) personarum.

De præconijs & meritis conuersionis ueraciter militaris, & de dignitate militaris officij. Articulus III.

Non mihi cõtingat parcere animæ meæ in omni tempore tribulationis. Hæc uerba locutus est magnus & prudentissimus princeps filiorum Israël Simon frater inuictissimi Iudæ Machabæi, cum ipse Simon uidisset populū suum uehementer timere propter imminētia sibi pericula, damna & bella. Insuper Saluator noster Vnigenitus Filius Dei, in Euangelio ait: Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam suā quis ponat pro amicis suis. Cùm ergo iam dictum sit precedenti articulo, ad milites pertinere, pro defensione boni communis ac fidei Christianæ vsq; ad mortem pugnare, & pro his causis se periculis mortis exponere, innotescit, quod ad milites spectet specialis & grãdis perfectio charitatis. Hinc militare exercitium in talibus actibus est præcipue uirtuosum atq; sublimiter meritorium uitæ æternæ: immo si pro tali causa fuerint cruciati, inter martyres meritò cõputantur. Vnde cùm sanctus Thomas de Aquino, Doctor egregius, Deū orasset, vt sibi reuelare dignaretur statum animæ fratris sui defuncti baronis præclari, ostendit pio doctõri omnipotens Deus, quod frater suus esset sanctis martyribus in regno cœlesti associatus, quoniam pro defensione iustitiæ & libertatis Ecclesiæ fuerat à tyranno occisus. In Speculo quoque historiali & Chronicis recitatur frequenter, esse reuelatum & per signa certa ostensum in clypeis principibus, pugnatõres eorum ac milites in prælijs contra infideles aut tyrannos occisos, inter beatos martyres coronam æternæ felicitatis esse sortitos. Præterea, sicut cõmuniter ueraciterque assertur, bonum tantò extat diuinius, quantò communius: ideo bonum reipublicæ, prosperitatem pacemque patriæ, libertatem Ecclesiæ, ueritatē fidei Christianæ gladio defensare: & pro causis tam sanctis laborare, præliari, & sanguinem fundere, magni omninò est meriti coram Deo ac ualde diuinum. Cùm ergo hi actus iuxta præhabita ad milites pertineant, constat, quod militare officium & tale exercitium militum, excellenter uirtuosum, diuinum, nobile meritoriumq; cõstitat. Amplius, magna ualde est misericordiæ uirtus, intantū vt sanctus Ambrõsius testetur, quod omnis summa Christianæ religionis in misericordia & pietate consistat. Vnde & uas electõnis beatissimus Paulus Apostolus faretur: Pietas ad omnia utilis est, promissionem habēs uitæ, quæ uirtutis officij in executione misericordiæ ac

1. Machab.

1. Ioh. 14.

2. Pet. 1. 4.

1. Reg. 19.

Math. 5.

1. Cor. 10.

1. Tim. 4.

pietatis consistant præcipue, utputà in consolatione & protectione piarq; contrectatione miserabilium personarum, orphanorū, uiduarum, pupillarum & oppressorū ac pauperum, certum est, quod militare officium sit ualde præclarum & dignum, atq; ineffabilis gloriæ promeritorium, immo & Christianæ religionis perfectionem quodammodo cõprehendens. Insuper cùm maior pars hominum sit uitiosa, iniusta & cupiens aliena, ualde necessarium est militare officium ad refrenandum impiorum tyrannidem & insulsum, præsertim ne inferiores, impotētiore ac miserabiles opprimantur, spolientur & conculcentur. Denique, Deus altissimus in diuinis scripturis frequenter testatur se specialiter diligere & curare, in spicere ac tueri miserabiles inopesq; personas, peregrinos & aduenas, pupillos & uiduas, quibus iniuriari districte prohibuit, & quorum iniurias rigorose uisciscitur. Cùm ergo militum sit, istis personis cõsolationem, protectionem & opem multiplicem, prout indiguerint, exhibere, palam est, quod exercitium militare sit ualde diuinum, zelans pro Domino exercituum, & uices illius agens. Pertinet quoq; ad milites, præfatas personas in iudicio adiuuare, quantum fieri potest salua iustitiā: & cùm discordes fuerint, ad pacem reducere: quod totū est ualde meritorium ac diuinū, quod dicat Saluator: Beati pacifici, quoniam filij Dei uocabuntur.

De uirtutibus, quæ ad milites specialiter pertinent. Articulus IIII.

Arima militiæ nostræ non carnalia, sed spiritalia sunt. Quemadmodum miles ad prælium corporale contra hostes uisibiles progressurus, totum corpus suum tegit armis, & singula membra proportionatis & congruis munit ac operit armaturis, ne occidatur aut lædatur in corpore: ita indefinenter armare debet animam suam: & uires ipsius spiritalibus armis: atq; imprimis in charitate Dei & proximorum debet specialiter esse feruens & fortis, quia (vt dictum est) ad militem pertinet, fidem Christianam & libertatem Ecclesiæ ac bonum commune vsq; ad mortem tueri: ideo debet zelo boni communis semper esse accensus, & seipsum ac cuncta quæ habet & potest, referre ad reipublicæ ueram prosperitatem & pacem, sicq; pro bono communi incessabiliter laborare synccera intentione, consilio & auxilio & omni modo sibi possibili. Et quia pro his sanctis,

iustis, rationabilibus & honestissimis causis pugnare, est opus uirtutis cardinalis, quæ fortitudo uocatur, per quam tenet homo mediū uirtuosum inter ordinatū superfluumq; timorē in arduissimis periculis, quæ sunt pericula mortis in bellis, hinc fortitudo ista specialiter spectat ad militem, per quam uiriliter aggreditur pugnā, & strenuè manet in ea, nec sine idonea & rationabili fugit causa. Amplius, quia in bellis plūs prodest prudentialis discretio quàm fortitudo, etiam ipsa prudentia, cautela, discretio ualde necessaria est militibus, nō solum in bellicis rebus, sed in alijs quoque operibus, vt sciant quando, quib; & qualiter debeant exercere ac alijs exhibere pietatē ac misericordiam: & quando, quibus ac qualiter æquitatem, & qualiter pietatem atq; iustitiam debeant contempnere & commiscere. Quemadmodum enim auriga dirigit equos & currum, & equester equum freno, sic homo per prudentiā & discretionē dirigit & refrenat se in actibus suis, & decenter ac ordinatè se habet. Insuper dictum est, ad milites pertinere, miserabilibus subuenire personis: ideo misericordia quoq; ualde præcipue spectat ad eos, & tam corporalia q̄ spiritalia misericordiæ opera debent indigentibus ex uisceribus charitatis libenter ac iugiter impartiri. Rursus, vt patuit, ad milites spectat, aduersarios ueritatis ac fidei impugnare, iniquis resistere, pro conseruatione iustitiæ insudare: idcirco etiā iustitia præcipue ad milites pertinet. Prædictis item uirtutibus debet liberalitas esse adiuncta, ne milites ex auaritia & timore sumptuū, à præfatis uirtuosis actibus retrahantur.

Quod uirtuosa & exemplaris debeat esse militum uita. Articulus V.

Vi diligit cordis munditiam, amicum habebit Regem. Si ergo, o miles Christiane, cupis regē cœlorū, Creatorem uniuersorum, habere amicum, dilige cordis munditiam, abhorre peccata, ab omni inquinamēto carnis & animæ te emunda. Nihil enim inter Creatorem sanctum ac gloriosum & inter rationalem creaturam facit auersionem, displicentiam & inimicitiam, nisi peccata, propter quod Moses dixit: Auerfatur Dominus Deus omnem impietatem: Et Dauid Rex loquitur Deo: Odisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendaciū. Vnde in libro Sapientie legitur: Odio sunt Deo impius & impietas eius. Præterea, vt clariùs innotescat, ad quàm

Prophet. 23.

Psal. 9.

Sap. 1. 4.

virtuosam & exemplarem conuersationem milites teneantur, primò aduertant, ad qualem vitam obligentur omnes fideles, qui à Christo Christiani vocantur. Itaque ad vitam timoratam, virtuosam & penitentialem, ad vitam castam, sobriam, exemplarem, ad veram humilitatem, patientiam, mititatem, ad omnium hominum tam inimicorū quam amicorū synceram dilectionem, ad obseruantiam præceptorum Dei atque Ecclesiæ, vniuersi & singuli obligati sunt Christiani, hoc est, ad secundū vestigia Christi, qui iussit: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt, & orate pro persecutibus & calumniantibus vos, vt sitis filij Patris vestri, qui in cælis est: qui solem suū facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Omnipotens namq; Deus multa beneficia indefinenter largitur impijs & ingratis, quos & conseruat in esse, & eorum emendationem longanimitè præstolatur, nec eos permittit repenti à Dæmonibus iugulari, atque ad infernalialia tormenta, sicut merentur. Idcirco in hac pietate & patientia debet omnis Christianus Deum Saluatorem suum fideliter imitari, propriam iniuriam equanimiter tolerando: vel si velit eam vlcisci, debet hoc facere non ex ira, impatientia aut rancore, sed ex zelo iustitiæ: nec priuata, sed publica auctoritate, secundum processum & ordinem iuris, quatenus iniuriator in vita hac pro suis puniatur peccatis, ne æternaliter condemnetur. Ex diuino namque præcepto omnis Christianus tenetur delinquentibus in se & forefacientibus sibi dimittere culpam ex charitate & pietate, & optare ipsorum salutem: penam verò seu emendationem & satisfactionem potest exigere ex zelo iustitiæ secundum iuris tenorem. Communiter tamen laudabilius esset magisque meritorium, etiam penam & satisfactionem propter Deum dimittere exemplo Christi, qui cruci affixus, pro crucifixoribus suis orauit. Interdum verò expedientius est, iustam satisfactionem præfato modo exigere, quando videlicet iniurians ex hoc, quod satisfactio sibi dimittitur, sit ad iniuriandum & malefaciendum procliuor atque audacior, ita quod iustitiæ derogatur, & bonum commune incurrit ac patitur detrimentum. Non enim dissimulanda aut toleranda est iniuria aut iactura reipublicæ aut communitatis, immo Chrysostomus ait: Quamuis pius sit, propriam iniuriam patienter suscipere, impium tamen est, iniuriam Dei aut boni communis dissimulare. Hinc Augustinus in libro de nomine

Matth. 17.

Matth. 5.

Matth. 6.

Marc. 11. Luca. 6.

Esai. 53. Luca. 23.

Augustinus.

Christiano, differuit: Indignus est Christianus vocari, qui Christum non fatigat imitari: qui charitatius, pius, mansuetus, humilis, iustus, timoratus, castus, sobrius & misericors non est, Christianus nuncupari indignus est, & ad grauiorem suam damnationem dicitur Christianus. Porro inter omnia Dei præcepta primum principalissimūq; consistit, Deum toto corde diligere, etiam incomparabiliter plus quam seipsum & cuncta creata. Ideo omnis Christianus tenetur sic stare, quod mallet omnibus bonis mundi priuari, mori & occidi, quam peccare mortaliter, & summum bonum amittere, ac Deum Creatorem Saluatoremque suum offendere. Cumque incidit culpam mortalem, tenetur magis dolere de ea, quam de quacunque aduersitate terrena, temporali damno aut corporali incommodo. Cōsimiliter omnis Christianus tenetur magis timere Deum & eius offensam, quam homines aduersitatem & penam. Insuper omnis Christianus obligatur esse exemplaris proximis suis, & eorum (præsertim imperfectorū hominum) scandala deuotare, ita vt nec verbo, nec facto, nec vestitu, nec incessu, nec omissione operum bonorum trahatur aut prouocet eos ad culpam, sed verbis & factis, vestitu & conuersatione ipsos ædificet. Hinc quippe Christus præcepit: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est. Et rursus contra scandalizantes terribiliter loquitur: Quicumque scandalizauerit vnum ex his pusillis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundo maris. Væ homini per quem scandalum venit. Amplius, omnis Christianus tenetur sensuositatem suam rationi subijcere, concupiscentias carnis refrenare ac vincere, irrationabiles animi motus compescere, corpusq; proprium in actibus penitentia castigare, cum dicat Apostolus: Qui autem sunt Christi, id est, hi, qui per gratiam & obedientiam ad Christum pertinent, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Tenetur item quilibet Christianus incedere per arctam viam salutis, quæ tam arcta est, vt si quis vnum mandatum Dei aut Ecclesiæ fregit, quasi omnium transgressor damnatur, quem admodum ait Apostolus Iacobus: Quicumque totam legem impleuerit, offendat autē in vno, factus est omnium reus. Obligatur quoque quilibet Christianus ad fraternam correctionem, & facere alteri, quod sibi vult ratio-

Matth. 12. Deut. 6.

Matth. 5.

Matth. 18. Marc. 9.

Galat. 5.

Matth. 7.

Iacob. 2.

Tobie. 4.

rationabiliter fieri, sicq; omnem fraudē, duplicitem, hypocrisim, mendacium iugiter fugere, & in sinceritate & veritate, in charitate atq; iustitia coram Deo & proximis ambulare. Ecce ad talē vitam, ad tam exemplarem & virtuosam conuersationem tenetur omnis miles, in quantum Christianus: qualem verò conuersationem teneat habere, in quantum miles, patet ex dictis. Certum est nanque, quod quod maior est dignitas militaris, eò miles præ cæteris eo inferioribus debet in præfatis virtutibus esse perfectior: atq; in quantum miles, debet iuxta præhabita semper esse paratus ad defensionem fidei ac boni cōmunis & patriæ & miserabiliū personarum, orphanorum, pupillorum, viduarum & oppressorum, impotentū ac pauperum. Præterea, si fuerit vxoratus, debet se ad suam vxorem castè, decenter fideliterq; habere, nec eam cognoscere ex concupiscentia prædominate, sed desiderio prolis habendæ, ad Dei obsequium educandæ, vel causâ reddēdi debitum carnis, siue ad uitandum malum incontinentiæ in seipso aut cōiuge. Et quoniam iuxta doctrinam Apostoli, vir est caput mulieris, debet coniugem suam in omni virtute ædificare, delinquentē decenter corrumpere, ab omni vanitate & immoderato ornatu pompaq; vestitiū coercere. Sic & sobolem suam debet à puerilibus annis assuescere ad virtutes, ad morū & actū venustatē, sicq; eis de idoneo, puidere magistro, à quo in scientijs, moribus atq; virtutibus informetur, & à lasciujs retrahatur. Insuper, ministros Ecclesiæ sacerdotes, & præsertim spiritalem prælatum, Ecclesiasticâ quoq; sacramenta, debet miles in grandi habere honore, & quod eis tenetur, fideliter soluere.

Luc. 6.

1 Pt. 5.

1 Pt. 5.

Quod status uitæ ac dignitatis militaris sit iam valde deformatus: & quam uitiosa atq; damnable sit quorundam militum uita. Articulus VI.



Maiori vsq; ad minorem omnes auaritiæ student, & vnusquisque ad vxorē suā proximam hinciebat. Hæc sunt verba Hieremiæ Prophete, quæ iā in populo Christiano heu impleta cōspicimus, & præsertim in multis militibus & militaribus viris, quorū status est iam maximè deformatus, sicut & aliorū cōmuniter. Non enim student virtutibus, nec conuersationem suam fundant in vera humilitate & Dei timore, quæ sunt omnium fundamentum virtutum: sed potius ambu-

lant in vanitate & periculosa securitate ac elatione, & intemorati ac incustoditi sunt corde? Confabulationi, potationi, iocis, risibus, choreis, venatiōibus, otiositatib; lasciujs vacant: sicq; vsq; ad in satiabilem auaritiā, quæ ab Apost. seruitus idolorū nūcupatur, & vsq; ad adulteriū (quod est grauissimum scelus) labūtur. In istis cōpletur quod ait scriptura: In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos superbia, operi sunt iniquitate & impietate sua. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, transferunt in affectum cordis. Cogitauerunt nequitiam. Iniquitatem in Excelsum locuti sunt. Hi non aduertunt quod cœlestis, rigorosus ac metuēdissimus iudex in Euangelio loquitur: Væ vobis diuitibus, qui habetis cōsolationem vestram, Væ vobis qui ridetis nunc, quia plorabitis & flebitis. Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis. Si vanè gaudetibus, ridetibus, saturatis atq; superflue potantibus immineat ac debetur damnatio tanta: qualis & quanta erit adulterorum, homicidarum, violentorum, & eorum, qui impotentiores deprædantur & opprimunt, pena? Noli o miles, noli te ipsum extollere, neq; ex consideratione excellentiæ tuæ, & quia auro operire te potes, alijs te præferre & inferiores despicere: sed aduerte quod Dominus noster Iesus Christus differuit: Cui plus datum est, plus requiretur ab eo: Et quod maiores ac præidentes durissimè iudicabunt à Deo, atq; quod deus omnipotens communiter magis eligit pauperes & abiectos ac mundo despectos, quam diuites, nobiles & potentes. Attende qualiter debitum tui implesti inpleatq; officij, & qualiter iudici summo de omnibus donis tibi concessis, & de his, ad quæ teneris, reddere valeas rationem: sicq; depri me cor tuum, & time iudicium Dei, qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiā. Idcirco superbiā in animo tuo nunquam dominari permittas, quia in ipsa sumpsit initium omnis perditio, & ipsa radix omnium vitorum: & quantum quis maior est in oculis proprijs, atq; in cornibus arrogantiæ sublimius se extollit in seculo isto, tantò vilior & despectior est in oculis Dei, atque profundius deprimitur, intolerabiliusque punietur æternaliter in inferno. Noli temporalia bona immoderatè amare: quia vt asserit filius Dei, Possibilibus est camelum per foramen acus transire, quam diuitem (id est, superfluum diuitiarū amorē) intrare in regnū cœlorū. Noli dignitatem tuam sedare vitijs carnis, in quibus est maxima turpitudō: nec

1 Pt. 4. Col. 3.

1 Pt. 2.

Luc. 6.

Matth. 12.

1 Pt. 4. 1 Pt. 5. Tob. 4.

Matth. 19.

adulterio inquinaeris, in quo est tam enormis multiplexq; excessus, fractio voti, violentio fidelitatis, iniuria proprię cōiugis, transgressio legis naturalis, iuris positiui, & diuini præcepti: furtum, rapina, sacrilegus quoq; abusus proprii corporis, incertitudo prolis, & iniusta successio hæreditatis. Ecce, quot mala, quot crimina concurrunt in adulterio maledicto, per quod & alieno marito ac eius legitimæ proli fit iniuria & inhonoratio maxima. Stude ergo ô miles, iuxta exigentiam tuæ vocationis, tuæ dignitatis & professionis, viuere dignè Deo.

De magnitudine præmiorum felicitatis & glorie militum uirtuorum, de acerbitate quoq; damnationis & pœnæ multiplicis militum iniquorum. Articulus VII.

Non coronatur nisi qui legitimè certauerit. Certū est, quod quantum actus hominis ex pluribus ac sublimioribus procedunt uirtutibus, tantò excellentiorem felicitatē & gloriam promerentur. Porro iam antè ostēsum est, quod ad militem pertinet, quodammodo esse perfectum in charitate diuina atque fraternā, in tantum, ut semper paratus sit corde usque ad mortem certare & laborare pro defensione fidei & Euangelicę legis & boni communis ac patrię, & pro libertate Ecclesię. Ideo tantę charitati & actibus istis ex ea procedentibus, confertur ineffabilis beatitudo & gloria specialiter magna à Deo. Insuper declaratum est, quod ad milites eminenter pertineat, operib; misericordię esse intentum in consolatione, protectione & refocillatione miserabilium personarum, in concordatione quoque & pacificatione discordium. Ideo hæc agendo promeretur obtinere valde grandem misericordiam ac salutem à Iudice summo, & filij Dei erunt ac vocabuntur. Dictum est etiam, quod iustitia & fortitudo specialiter spectent ad milites. Iustitia autem & fortitudo sunt cardinales ac principales uirtutes, quibus & principale præmium æternale ab Altissimo redditur. Ideo milites uirtuosi fulgebunt sicut sol in regno Patris sui cœlestis. Amplius, facere opera bona ex voto, in æstimatorily augeat præmium gloriosum: quia & latria (cuius actus est, votum Deo promittere) est uirtus moralis dignissima: atq; ut sanctus testatur Anselmus: Facere bona ex promissione, est Deo offerre fructum cum arbore. Nam & ipsa promissio fortiter ligat, & propinquè vnit voluntatē bonā cū Deo: propter quod

actus boni ex promissione huiusmodi facti, sunt Creatori dignissimo magis accepti. Cū igit iuxta præhabita ad milites spectet, ad præfatos actus uirtutū obligare se voto aut iuramento, constat, quod actus hos ex voto strenuè exequendo, præmiū incomprehensibiliter copiosum merenter ac sortiuntur à iusto ac liberalissimo Deo. Gaude ergo humiliter ô strenue miles, & gloriare in spe beatitudinis sempiternę tibi citò præstante: viriliter age, & confortetur cor tuū: quoniam erit merces operi tuo, desiderium cordis tui implebit Omnipotens, pro temporali & breui ac iusto conflictu coronam æternę uictorię possidebis: immo inter martyres sanctos erit societas, iucunditas & habitatio tua sine fine māsura: cum sanctis & nobilissimis martyribus Georgio, Mauricio, Cæsario, Mercurio, eorumq; socijs collocaberis in æternum. Animam tuam de corpore exeuntem & plenè purgatam, Rex ille altissimus, cuius militum non est numerus, iucundè suscipiet & copiosissimè præmiabit. Hunc Regem cœlestem uidebis in decore ipsius, feliciter intueberis Deum pulchritudinis infinitę, & fontem totius dulcedinis in seipso iucundissimè ac securissimè perfrueris: immo (ut breuiter dicā) tanta felicitate & gloria in æternū repleberis, quod maiorem cupere non ualebis. Noli per negligentiam, per vitam carnalem ac uilem, per auaritiam aut ambitionem, per superbiam aut crudelitatem te ipsum tanta felicitate priuare, & in super æternam damnationem acquirere. Etenim quā magna erit gloria militis iusti, tam ineffabiliter grauis erit confusio, pœna, calamitas & infernalis miseria atque æterna damnatio militis uitiosi, qui in sua dignitate inaniter gloriatur, & de uirib; suis stultè præsumit, nec Creatori suo gratus esse conatur: magisque satagit terreno regi aut principi complacere, quā Deo maiestatis immensę. Non ergo attendas ô miles, unde tuā dignitatem & eminentiam, sed onus dignitati annexum sapienter & diligenter omni die aduerte, & conscientiam tuam examina, an illud adimpleas, ipsumq; implere non cesses; & sicut extrinsecus auro & uestitu armis splendēdis decoraris, sic intus in anima omni uirtute, præsertim charitatis diuinę feruore ac splendore sapientię, quę per aurum designantur, orneris.

Declaratio exemplaris de magnitudine felicitatis militis uirtuosi, & de ineffabili damnatione militis uitiosi, ex Reuelationibus sanctę Brigittę. Artic. VIII.

Euge

Math. 23.



Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudiū Domini tui. In Reuelationibus sanctę Brigittę illustrissimè uideat, Dominus noster Iesus Christus in uisione ait ad ipsam: Dico tibi de gloria & honore illius militis, qui ueram militiam uiriliter inchoauit atque uiriliter consummauit, iste miles amicus meus cū uenit ad finem uitę suę, & anima eius de corpore eius exiret, quinq; legiones angelorum mittebatur in occursum ipsius, inter quos uenerunt innumerabiles Dæmones, ut aliqui sui iuris inuenirent in eo. Tunc uia uox clarè sonuit in cœlo, dicens: Nonne ô Deus Pater æterne, iste miles se ad tuam uoluntatem obligauit & alligauit, & eam perfectè impleuit? Tunc ipse miles personaliter in conscientia sua respondit: Verè ego sum. Deinde tres uoces audiebantur de cœlo: Vna ex parte deitatis, dicens: Nonne ego creauit te, & dedi tibi corpus & animam? Tu es adoptiuus filius meus, & uoluntatem Patris tui cœlestis fecisti. Veni ergo nunc ad me tuum potentissimum Creatorem ac patrem dulcissimum. Tibi enim debetur hæreditas æterna, quoniam filius Dei es. Tibi debetur hæreditas Patris summi, quia obediisti ei. Veni ergo charissime ad me, & ego recipiam te cum lætitia & honore. Secunda uox audiebatur ex parte humanitatis Christi, dicens ad militem: Veni frater mi ad me fratrem tuum. Ego enim obruli me pro te in bellum, & fudi sanguinem meum pro te. Veni ad me, quia meam secutus es uoluntatem, & rependisti sanguinem pro sanguine, quia paratus fuisti dare mortem pro morte, & uitam pro uita. Ideo tu qui sequebaris me in uita tua, ueni modò in uitam meam & gaudium meum, quod nunquam finitur. Veraciter enim confiteor te esse fratrem meum. Tertia uox audiebatur ex parte Spiritus sancti, dicens: Veni miles meus, qui ita desiderabilis exististi, quod tecum habitare optaui. Tu tam uiriliter & iustus fuisti, quod dignus fuisti ut defenderem te. Ideo pro labore & inquietudine corporis tui intra in requiem æternam: pro mentis tuę tribulatione intra in consolationem ineffabilem ac cœlestē: pro charitate tua & decertatione tua uiriliter intra in me ipsum, & habitabo in te & tu in me. Veni egregie miles ad me, quia nihil desiderasti nisi me: ueni & repleberis diuina uoluptate. Postea quinq; legiones angelorū, quasi quinq; uocibus sonuerunt. Prima legio dixit: Præcedamus egregium militem istum, & seramus ante eum arma ipsius,

I.

II.

III.

III.

I.

presentem usq; Deo nostro fidē eius, quam inconcussam seruaui, & ab inimicis iustitię defendi. Secunda uox ait: Seramus ante eum clypeum eius, id est, demonstramus Deo nostro patientiam ipsius: quę quāuis Deo nostro sit cognita, gloriofior tamen erit militi ex testimonio nostro. Per patientiam enim non solum aduersa sustinuit patienter, sed pro eis etiam gratias egit Deo. Tertia uox dicebat: Præcedamus eum, & presentem conspectui Dei nostri gladium eius, id est, obedientiam eius, quā in duris & leuibus iuxta modum suę professionis Deo atque Ecclesię obediuit. Quarta uox dixit: Venite, & ostendamus Deo nostro equum ipsius, id est, humilitati eius testimonium perhibeamus. Quemadmodum enim equus fert hominis corpus: sic humilitas militis huius præcedens eum ac subsequens, ad omne opus bonum ferebat eum. Nihil quippe in eo inuenit superbia, ideo equitauit securè. Quinta uox ait: Venite, & presentem Deo galeam eius, id est, testimonium deus de diuino desiderio quod habuit ad Deū. Omni enim hora meditabatur Deum in corde suo, ipsum habebat in ore & actibus suis. Cum talibus uocibus ascendit anima militis huius in cœlum, & dixit: Felix ego sum quod unquam fui creata. Felix ego, quia Deo meo seruiui quę uideo. Felix ego, quia nunc gaudium & gloriam habeo, quę nunquam finientur. Et quāuis non omnes milites fuerint sanguinem suum pro nomine meo, nihil omnino eandem mercedem habebunt, si uoluntatem habeant completam ponendi uitam suā pro me tēpore oportuno. Deinde Christus in uisione hac ad sanctam Brigittā dixit: Nunc tibi pandam uitam militis uitiosi, quia uera recessit militia, & miserissimum finem quem habuit. Quidam uolens fieri miles, uenit ad templum meum, in quo dixi ad ipsum: Si tu uis fieri miles meus, oportet te plus solito abstinere à propria uoluntate, nec curare de mundi honore, & dabo tibi delectationem diuinam & honorem æternum. Quibus auditis, Diabolus dixit in corde militis: Si uolueris mihi seruire, dabo tibi diuitias, delicias atque honores mundi. Tunc miles intra se cogitauit: Deus iubet me credere quę non uideo, sperare quę nescio, & abstinere à delectabilibus quę appeto & in presentia habeo. Alius autem mihi promittit honorem quem ceruo, & delectabilia sensu quę experiri nunc possum: melius mihi est ista sequi. Cui suggestit Diabolus: Vade cū omni superbia in plateas

II.

III.

III.

V.

2. Tim. 2.

Math. 13.

plateas & campum, nec vllum genus ostentationis omittas, nulli per humilitatem curues ceruicem tuā, ceteris maior esse conare, gladium fume in manibus ad effundendum sanguinem proximorum, vt acquiras bona ipsorum, & à nulla voluptate abstineas. **Q**ui bus miles ille consentiens, recessit à vera militia. Cùm autem venisset ad finem vite suæ, & anima sua exisset de corpore, dixit ad corpus: Vbi est nunc delectabilis visio oculorum? vbi voluptas? vbi bona & delectabilia verba? Mox quæ affuit Dæmon, dicens: Visio illa non est nisi puluis, verba vana non sunt nisi aer, voluptas immunda non est nisi putredo, fetor & lutum: hæc ad nihilum tibi valent. Tunc anima exclamauit: Heu quàm miserabiliter sum decepta. Væ mihi, quia creata sum. Væ mihi, quia tã diu vixi in carne. Væ mihi, quia victura sum in morte perpetua. Tunc Dæmones occurrerunt ei cum impetu, contra quam sonuerunt tres voces ex inferno. Prima dixit: Nónne iste est qui recessit ab humilitate, & secutus est nos in omni superbia? Cui anima respondit: Ego sum: et respondit iustitia: Hęc est retributio tua superbiæ tuæ, vt de vno Dæmone cadas ad alium, quousque venias ad inferni nouissimum. Secunda vox clamauit: Nónne iste est qui de militia deo promissa se separauit, & nostræ adhæsit militiæ? Responditq; anima: Verè ego sum. Et dixit iustitia. Hęc est fors præmij tui, vt omnes, qui militiam tuā iniquam sequuntur, sua malitia augebūt tua tormenta, & suo aduentu ad te quasi lætali vulnere percipient te. Quemadmodum enim ille qui habet vulnus crudele, si ei vulnus super vulnus adderetur, intolerabiliter affligeretur: sic miseria super miseriam venient tibi, & dolor tuus super dolorem renouabitur, & Væ tuum nunquam minuetur. Tertia vox clamauit: Nónne iste est qui vendidit & reliquit Creatorem pro creatura, & amorem Dei pro amore sui? Respondit iustitia: Vtique ipse est, & ideo aperientur ei duo foramina: per vnum intrabit eum omnis pena constituta pro peccato à minimo vsq; ad maximum: per secundum intrabit eum omnis dolor atque confusio, nec vnquam intrabit in eum amor & consolatio Dei, quia dilexit se pro Creatore suo. Ecce, ex his patet, quanta sit beatitudo militis virtuosi, & quanta sit miseria militis vitiosi.

De documentis beatissimi Iohannis Baptistæ
quæ dedit militibus. Articulus
I.



Quod tibi non vis fieri, vide ne aliter aliquando facias. Quemadmodum refert Lucas Evangelista, milites accesserunt ad beatissimum Iohannem Baptistam, dicentes: Quid faciemus? Respondit: Neminem concutatis, neque calumniam alteri faciatis, & contenti estote stipendijs vestris. In quibus verbis tria præcepit militibus, prohibendo eis duo mala, ad quæ solent esse procliuēs. Primum est, vt nullum concutiant, id est, ne sub colore & specie sui officij alium grauent, lædant, opprimant, & iniuste, neque iniuste perterreant, præsertim cùm opprimere pauperes & infirmos sit vnum de quatuor peccatis clamitantibus ante Deum. Secundum est, vt nulli calumniam faciant, id est, nulli iniuste trahant in causam, nec falsè accusent, nec fraudentalicui ingerant ad emungendum seu extorquendum pecuniam. Tertium iubet vt suis stipendijs sint contenti, nec preda committant, nec aliena inuadant. Nempe cùm milites ex suo stipendio teneantur pauperes defendere, desolatos consolari, iniuriis & violentis resistere, iniuriosissimum esset, si ipsi opprimerent, grauent, læderent, spoliarent aut circumuenirent proximos suos, præsertim innocentes, simplices, inopes, impotentes aut religiosos. Cumque teneantur Ecclesiæ libertatem defendere, nullo modo debent Ecclesiasticas personas & ministros altaris grauari, spoliare aut lædere: sed eas fideliter toto posse tueri, suos quoque ministros ac subditos à præfatis coercere peccatis.

De quibusdam magnis peccatis, uanitatibus, abusionibus & excessibus, quæ regnant in multis militibus & militaribus & curialibus uiris. Articulus X.



Diuinitibus huius seculi præcipe nõ sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed facile tribuere, communicare, diuites fieri in bonis operibus. Qui enim volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum Diaboli, & in desideria praua & nociua, quæ mergunt hominem in interitum & perditionem. Quamuis diuitiæ non sunt mala in se, sed dona Dei, multis tamen sunt occasio atque materia multarum vanitatum, curiositatum, superfluitatum, carnalitatum & elationum. Ideo dixit Saluator: Quam difficile qui pecunias habent, intrabunt in regnum cælorum. Vnde videmus quosdam nobiles, diuites & potentes, in lautis pretiosisque cubicis

Tol. 4.

Luc. 11.

Chryso-
stomus.

& potibus ac multis eorum generibus, in vestibus quoque & ornamenti pretiosis, curiosis, pompaticis quotidie varijs modis excedere damnabiliter & enormiter valde, qui & in suis conuiujs & potationibus multipliciter Deum offendunt per verba lasciuia, otiosa, præsumptuosa, inania, detractoria, per ludos & inutilem temporis perditionem. Porro in vestibus raro aut nunquam obseruant modum, sed per nimiam longitudinē, aut nimiam breuitatem, aut immoderatam amplitudinē, aut strictitudinē, vel per diuersos colores, plicationes seu fractillationes grauitur peccant: ita vt in omnibus videantur magis derisi, quàm vestiti, intantum, quod ob hoc etiam ab infidelibus irridentur & contemnantur. Vxores quoque & filiarum talium, & earum pedisse quæ, in his & varijs ornamentis inhumane peccat. Vt niam isti aduerterent quid sancti Patres Hieronymus atque Chrysostomus dicunt: Vir aut mulier ornate se vestiens, & suo vestitu aut ornatu aliorum affectum ad se prouocans, etiam si nullum malum inde sequatur, tamen æternum supplicium patietur: quia venenum præbuit, si fuisse qui biberet. Quo testimonio constat morale esse peccatum, vt vestitu aut ornatu ad libidinem prouocatio. Denique, quamuis liceat nobilibus sublimibusque personis vt vestibus melioribus quàm inferioribus, tamen in tali vestitu debent omnem curiositatem, vanitatem, pompam, lasciuiam aut intuentium scandalam evitare: immo cùm lex Christi sit lex totius humilitatis, charitatis, prudentiæ & maturitatis, decet omnem Christianum ita vestiri, incedere, conuersari, vt in omni eius vestitu, in cellis & victu resplendant humilitas, exemplaritas, prudentia & maturitas: sicque in exterioribus pateat eum Christianum consistere. In his igitur viri se ipsos suasque uxores, filios ac filias, seruos & ancillas reuerent, ædificant & compescant. Præterea, quoniam temporales diuitiæ possessores suos non satiant, sed sæpè ad plura appetenda in flammam, contingit interdum in quibusdam nobilibus, quamuis multum diuitibus, cupiditatem regnare, ita quod varijs modis etiam illicitis sibi temporalia congregant bona: quod & quidam in officijs constituti & iudices facti, per fraudulentiā, minas, falsasque criminationes & punitiones facere non verentur: & sic opprimunt pauperes, innocentibus & impotentibus iniuriantur, iudicantque iniuste, & peccat grauissimè: atque ad restitutionem omnium iniuste acquiritorum tenentur, atque pro

iniurijs alijs illatis, satisfacere obligantur eisdem. Ab omnibus ergo istis excessibus cessent, & iusti consistent in iudicando, & iudices atque officiatos ac famulos ceterosque sibi subditos, ab omni huiusmodi reprimant prauitate. Denique, quidam militares ex ambitione, auaritia, aut simili praua radice mutant certas summas pecuniæ dominis pro habendis castris, castellis, villis, officijs seu dominijs, quousque pecuniæ illæ ipsis reddantur: quod totum vsurarium est, nec cum lucris inde perceptis possunt saluari. Vnde Henricus de Hasia in tractatu suo de Contractibus ait: Qui tenent pro pecunia mutua castra, villas, domos, vineas & huiusmodi, & fructus, expensis in sortem deductis, non computat, communiter omnes in statu damnationis sunt, cùm sint in peccato mortali, quoniam manifestè vsuram committunt. His itaque persuadendum est, vt à tantis se expurgent periculis: & vitam bene aduerterent, quàm periculosum sit alijs præfidere, dominari aut iudicare. Nempe vt ait scriptura: Deus eos qui præsumunt, durissimè iudicabit, & male iudicata ab eis, reudicabit, atque qua mensura mēsi fuerint proximis, remetietur ipsis; & sicut sanctus affirmat Gregorius: Quem nunclibet esse iudicem hominum, non libebit in die iudicij videre iudicem Deum: nec dignus est sedere in sede iustitiae, qui non est veraciter prudēs & iustus, cùm iudicare sit prudentiæ atque iustitiæ actus, immo vt beatus dicit Ambrosius: Indignus est alios iudicare, qui in eisdem aut maioribus est peccatis, quàm de quibus iudicat reos. Hinc cùm adulterium & vsura sint peccata multò grauiora, quàm furtum, si iudex esset adulter aut vsurarius, peccaret mortaliter furem iudicando ad mortem. Insuper, aliqui militares à præfata auaritia & vitijs eam sequentibus alieni, econtrariò sunt nimium prodigi, & hæreditates patrum suorum stultè consumunt, & dissipant gulo se & luxuriosè viuendo aut taxillando, seu alijs vanitatibus seruido: quod totum est ineffabiliter vitiosum: & quicquid taxillando aut similes ludos illicitos exercendo acquirunt, restituere seu in pios vsus conuvertere obligantur. Taxillare quippe est ludus omninò detestabilis & iniustus, non solum iure diuino, sed & humanis quoque legibus valde prohibitus. Ideo principes debent ludum illum Diabolicum in suis territorijs sub pœnis grauibus prohibere. Quod autem quis lucratur taxillando, non debet restituere ei, à quo illud lucratus est, nisi induxisset & traxisset illum ad taxillandum,

Bbbb aut

844

D. DIONYSII CARTHVSIANI

aut aliqua fraudulenta versutia vsus esset in taxillando. Amplius, torneamenta & hastiludia ab Ecclesia districte prohibita sunt propter vanitates, crudelitates & abusiones, quæ contingere solent in eis: vnde in locis consecratis prohibentur sepeliri, qui occiduntur in illis. Ideo non per torneamenta & hastiludia exercitare se debent militares in præsentia fœminarum, sed potius seorsum in campo, prout in libro de re militari tangit Vegetius. Præterea, quidam militares proflus intimatori, adulteria & fornicationes committere non abhorrent: & quamuis sciant se pronos ad tanta facinora, tamen ob temporalia lucra sine necessitate à suis se absentant vxoribus, etiam diu & sæpè, quod valdè illicitum est & multorum occasio vitiorum. Nam & suis vxoribus per hoc præbent occasionem tentationum & culpæ. Ab his igitur abusionibus, excessibus & peccatis milites ac militares se refrenent & caueant semper, & suos domesticos ac sibi commissos debitè regant, ædificent atque corripiant, ne peccatis communicent alienis, sed debitum charitatis & æquitatis in cunctis adimpleant.

Quòd de militis rebus in hoc opusculo esset tractandum, nisi in his tractatibus tractatus esset tractatum. Articululus XII.

Ioh. 53.



Emel loquitur Deus, & secundò id ipsum non repetit. Superflua verborum multiplicatio semper vitanda est. Idcirco hinc iterare omitto quedam, quæ alibi scripsi, quamuis eorum notitia ad milites militaresque viros specialiter spectet, videlicet de bellicis rebus, de octo proprietatibus, quas expedit bellatores habere, de quibus regionibus & artibus seu officijs eligendi sint bellatores, de quibusdam documentis ad pugnatōres & milites præcipuè pertinentibus, de duplici præparatione ad prælium & duplici armatura, de virtutibus, quæ ad bellatores specialiter pertinent: Quæ requirantur ad hoc, quòd bellum sit iustum, an licitum sit vti in bellis insidijs, qualiter disponendus & diuidendus sit exercitus prælio imminente. Quòd principes non debent ad bella procedere, nisi probabiliter sciant se habere iustam causam pugnandi. Quòd processuri ad bellum, teneantur confiteri. Quòd bellatores debeant tempore prælij totam spem suam in Deo reponere, & ei committere exitum belli, atque ex adiutorio Dei expectare

re victoriam: & nihilominus facere quod in ipsis est, & quod licitè facere queunt. De magnanimitate habenda in prælijs. An expediat aliquo modo timere in prælio & ante congressum. De fidelitate militum atque nobilium ad principem suum. An expediat regem seu principem personaliter esse in prælio. Quòd in bello querendus & eligendus est aptior locus & aptius tempus. Quòd bellantes teneantur ac debeant ex charitate diligere eos, contra quos præliantur, siue illos occidant, siue occidantur ab illis. Quòd bello durante & insidijs vulneribus, bellatores debeant cor suum cleare ad Deum. Qualiter exhortandi sunt bellatores à principe suo, pugna instante. Quòd in bellis plus valeat prudentia & experientia, ars & exercitatio, quàm fortitudo multitudineque plebis. De recitatione multorum bellicorum gestorum, & de varijs cautelis obseruandis in bellis. De his omnibus & consimilibus scripti in tractatu de regimine principum, & in opusculo de regimine politiæ: de quibus etiam sanctus Thomas in libro suo de regimine regum, Aegidius quoque de roma, in libro suo de regimine principum, atque Vegetius in libro de arte & re militari: idcirco pertranseo, & ad libros illos lectorem remitto.

De aliquibus documentis Vegetij in libro de arte & re militari, pertinentibus ad pugnatōres & milites. Articululus XIII.



Receptum Dauid rex, vt doceret filios Iuda arcum, id est, artem sagittandi. In libris Regum describitur, quòd viri sagittarij Philistæi insecuti sunt Saulem Regem, & eum lætaliter vulnerauerunt: quo mortuo, Dauid, qui successit ei in regno, ordinauit & iussit, vt iuuenes nati ex tribu Iuda cognati sui, instruerentur in arte sagittandi, quatenus sua arte possent resistere arti aduersariorum suorum, quia in bellis plurimum confert ars bellica. Itaque quamuis in præfatis tractatibus de bellicis rebus plura conscripsi, prout præcedenti articulo tetigi, nunc tamen ex libro Vegetij illustris viri aliqua addam vtilia. Ait ergo Vegetius: Nulla re alia videmus populum Romanum orbem sibi subiecisse terrarum, nisi exercitio armorum, disciplina castrorum, vsuque militiæ. Quacunque euenire in acie atque in prælijs possunt, omnia campestri exercitio conuenit præmeditari & attentari. Scien-

Scientia enim rei aggrediendæ nutrit audaciam: nemo facere metuit, quod se benè didicisse confidit. Hinc in certamine exercitata paucitas, ad victoriam promptior est. Rudis autem & indocta multitudo, semper exposita est ad cædem, id est, ad interfectionem. Hæc Vegetius. Quocirca pensandum, quòd Vegetius ista locutus est secùdum considerationem naturalis rationis, & inferiorum naturaliumque causarum, non habendo respectum ad omnipotentis Dei prouidentiam atque iustitiam, qui suo iuxta iudicio præstat in bellis victoriam, iuxta sacræ scripturæ doctrinam. Hinc sanctus affirmat Hieronymus, quòd Deus contulit romanis monarchiam propter eorum virtutes, quamuis enim erant gentiles idololatæ, tamen naturales & acquiritas habebant virtutes. Fuit & alia ratio, quòd totum mundum subiecit Romanis, quia culmen fidei Christianæ & fastigium Apostolicæ sedis voluit collocare in roma, vt ex hoc fides Catholica per totum mundum celerius diffunderetur: quod in sermone de beatissimis apostolis Petro & Paulo sanctus asserit Leo Papa. Insuper ait Vegetius: Non solum à tyronibus, sed etiam à stipendiarijs militibus salitio equorum districte est semper exercenda. Equi lignei hyeme ponebantur sub tecto, estate in campo: supra quos iuniores primò inermes, deinde armatiangebantur ascendere: tantaque cura erat, vt non solum à dextris, sed à sinistris quoque partibus ascendere discerent, euaginos etiam gladios vel contos tenentes. Hoc assidue faciebant, quatenus in tumultu prælij sine mora ascenderet, quia tam studiosè exercebantur in pace. Pondus quoque baiularum vsq; ad sexaginta libras, & iter facere gradu militari, frequentissimè cogendi sunt iuniores. Nihil magis prodesse constat in pugna, quàm vt milites assiduo exercitio dispositos ordines seruent in acie, nec vltra quàm expedit, aut conglobent agmen, aut laxent. Quemadmodum enim nimium confispati, spatia perdunt pugnandi, & sibi iniucem impedimèto sunt, sic rariores & interlucentes aditum irrumpendi hostibus præbent. Iuniores, noui milites, manè & post meridiem ad omne genus exercebantur armorum. Veteres autem & eruditi, sine intermissione semel in die exercebatur in armis. Ad palum quoque & sudes exerceri accommodatum est, vt latera & pedes ad caput impetere punctim celsimè addiscant. Ratio enim manifesta testatur id in otio fieri debere, quod necessariò faciendum videtur in prælio. Sagittarij verò vel funditores, scopas

(hoc est, fruticum vel straminum fascies) pro signo ponebant, à quibus per sexcentos pedes distabant. Qui desiderat pacem, præparet bellum: qui victoriam cupit, milites imbuat diligenter: Qui secundos optat euentus, dimicet arte, non casu. Nemo prouocare, nemo audeat offendere, quem intelligit superiorem esse pugnaturum. Nihil rectè imperatur, nisi præcognitum fuerit imperanti. Neminem magis decet meliora scire vel plura, quàm principem, cuius doctrina omnibus potest prodesse subiectis. Euidenter apparet, nimium copiosos exercitus magis propria multitudine, quàm hostium virtute frequenter esse depressos. Nam pluribus casibus subiacet amplior multitudo. In itineribus etiam ex mole sua est tardior. In longiore aut agmine etiam à paucis superuentum assolet pati. Porro in locis asperis vel fluminibus transeundis, propter impedimentorum moras sæpè decipitur, sed & grandi labore numerosis animalibus & equis pabula colliguntur. Aqua quoque præ nimia multitudine quandoque vix sufficit. Veteres autem, qui remedia difficultatum experimentis didicerant, non tam numerosos quàm eruditos armis habere exercitus voluerunt. Penuria sæpiùs quàm pugna consumit exercitum. Prouidere oportet, ne seditione turbeatur exercitus. Interdum namque mouet tumultum ex diuersis locis collectus exercitus: & cum pugnare nolit, irasci se simulat, cur non ducatur ad bellum. Qui rem militarem studiosè didicerunt, afferunt plura pericula in itinere, quàm in ipsa acie solere contingere. Nam in conflictu armati sunt omnes, in itinere minus prouisus, armatus, attentus est miles. Ideo omni cura prouidere dux debet, ne proficiscens patitur incursum, vel vt eum faciliter sine damno repellat. Idcirco itinera omnium regionum & interualla locorum plenissimè debet habere descripta, aut etiam picta. Præterea in trāsitu fluuiorum grauis molestia negligentibus frequenter exoritur. Omnes artes & actus quotidiano vsu & iugi exercitatione proficiunt, quod in bellicis rebus maxime custodiri oportet. Quis autem dubitat artem bellicam omnibus rebus esse potiore, per quam libertas retinetur, indignitas propulsatur, & prouinciæ conseruatur imperiū? Hæc dimicaturis est necessaria, per quam retineant vitam atque victoriam. Obseruandum est presentibus hostibus, siue ex ciuitate, siue ex castris productis ad prælium, ne dum per angusta portarum particulatim procedat exercitus, collectis ex parte debi-

litteris inimicis. Ipsa die, qua certaturi sunt milites, diligenter conuenit explorare quid sentiant. Nam fiducia vel formido ex vultu, verbis, incessu ac motibus cernitur. monitis verò, exhortationeque ducis, exercitus virtus crescit & animus. Tunc inimicorum error vel ignauia ostendenda est: Ordinaturus aciem, habet antè prospicere solem, pulucrem, ventum. nam sol ante faciè eripit visum, puluis oculos implet, ventus contrarius tela insecutur. Multa his consimilia compedio scribit Vegetius, quæ Aegidius scribit diffusius: & valde expediret Christianis principibus & magistris militiæ atque militibus, habere & diligenter perlegere, memoriter scire, frequenter reuoluere præ tactos illorum libros, præsertim dimicaturis aduersus perfidos Turcas, Sarracenos & cæteros infideles. Docet namque præfati auctores, quibus remedijs resistatur hostium virtuti vel dolis in acie. Item, quor modis atque generibus pugna publica committatur, qualiter etiam exercitus minor numero ac viribus valeat præualere. Et qualiter hostibus danda sit via fugiendi, quatenus fugientes facilius deleantur. Circundatis enim & clausis ab hostibus, dum se vident non posse effugere, crescit audacia: & dum nihil superest spei, sumit arma formido. Item, quomodo ab hostibus cautè recedatur, quando pugnare non placet. Quid fieri debeat, si pars exercitus vicerit, & pars fugerit, vel si pars fugerit, vel totus exercitus: & quæ sint generales regulæ belli. Quibus modis prouident dum sit, ne famem patiantur obsessi. Quæ species preparandæ sint pro defensione murorum, & qualiter in superabiles muri fiant: de varijs machinis bellicis, & de bello nautico. Quid agendum, ne aquæ inopiam patiantur obsessi. Quid agendum sit, dum primo impetu venitur ad muros: de machinis, quibus muri impugnantur, & qualiter resistatur eis: de curribus ambulatorijs, & qualiter queant incendi. Quid facere debeant oppidani, si hostes irruerint ciuitatem: de adhibenda cautela, ne hostes furim occupent muros. Quid faciendū sit, obfidentibus hostibus ciuitatem. Hæc & consimilia multa in rebus bellicis expedientissima ponit Vege-

Libri de vita militari, finis.

D. DIO-

tius. Quamuis enim fideles in omni euentu debeant in Deo confidere, non tamen omit tant facere quod in ipsis est, ne sint quasi homines Deum tentantes: sed ubi deficit humanum auxilium, recurrendum est ad diuinum. Præterea, aliqua scribit Vegetius à bel latoribus esse seruanda, quæ non videntur Christianis licita esse, nisi valde piè intelligā tur. ait enim, quod dux militiæ vel sui debeant discordiam inter suos aduersarios seminare, quatenus contra se inuicem moueantur. Seminare autem discordiã videtur charitati contrarium, & periculosum est homini tale quid agere, præsertim imminente sibi articulo mortis: vnde ad hoc dici potest, quod licet est bona & salubris cõcordia ex charitate procedens, cui contrariatur praua discordia, quam inter proximos seminare non licet: ita est praua & vitiosa concordia, qua aliqui in illicitis rebus vnanimis sunt, quemadmodum Pharisei & Saducei erant concordēs in persecutione Apostoli Pauli: & inter ita concordēs licitum est seminare discordiam bonam, quod dissentiant circa illicita: & talem discordiam inter Phariseos & Saduceos misit Apostolus, sicque inter exercitum aduersariorum licet parti aduersæ discordiam seminare & hoc bona intentione ex zelo iustitiæ, non ex rancore odio uè personæ. Insuper scribit Vegetius, quod bello instante, princeps militiæ debeat exercitui suo commemorare atque proponere ea, quæ valeant eos ad iram & odium hostiũ excitare, vt sic acrius ipsos inuadant: quod rursus charitati repugnare apparet: quocirca sciendum, quod quamuis teneamur inimicos ex charitate diligere, naturam & personam in ipsis amando, atque eorum æternam appetendo salutem, tamen vitia eorum odisse debem⁹, & quicquid in ipsis est, quod paci & bono communi contrarium est: & quantum ad hoc, potest princeps militiæ suos ad illorum odium & iracundiam contra ipsos inducere. Hæc de conuersatione, virtutibus & exercitijs ad milites militare: que viros pertinentibus breuiter tacta sint. ad laudem & gloriam Regis omnipotentis, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

D. DIONYSII

CARTHUSIANI DE LAVDABILI VITA VIRGINALI, LIBER VNVS.

Præfatio.



Virgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. Hæc sunt uerba Apostoli Pauli in prima ad Corinthios Epistola, capitulo septimo, in quo docet, quantum & quare uirginitas sit matrimonio præferenda, uidelicet quoniam coniugati non sunt tam apti adherere ac puro corde seruire Deo omnipotenti, ut uirgines. Coniugati namque circa multa sunt occupati, & carnalia ac terrena tractant negotia: suntque frequenter solliciti, qualiter sibi inuicem placeant. Ipsa quoque uoluptas carnalis deprimit mentem, & à diuino amore, ab interna puritate atque à spiritualium deliciarum degustatione impedit eam. Insuper multa sunt onera annexa coniugio, & uxor sub potestate est uiri, uarijsque miserijs frequenter grauatur, per quæ omnia plurimum impeditur à syn cera mentis quiete & pace in Deo, & à spiritali iucunditate ac libero & seruido Deitatis obsequio: frequenter etiam accidit, ut maritus & uxor malè concordent, sicque ex discordia, lite & contentione concipiunt contra se inuicem odium graue, & tædiosissimam pariter ducunt uitam, immo tantò tædiosiorem ac grauiorem, quanto magis inseparabilem, ita ut interdum unus cupiat, ne dicã pro curet, mortem alterius, aut fidem uiolet conjugalem: propter uitanda ergo hæc mala, uirginitas præfertur coniugio, loquendo de uirginitate prout est uirtus, per quam homo ab omni abstinet commixtione carnali, & ab ea semper abstinere proponit, ut liberiori perfectiori que animo uacet Deo & exercitationi uirtutum: & persona, quæ tali intentione uitat connubium & omnem carnalem amplexum, digna est uirgo uocari: atque de omni huiusmodi uirgine dixit Apostolus: Virgo cogitat quæ Domini sunt, id est, diuina præcepta attendit, & qualiter possit Deo placere inquit, de rebus salubribus ac diuinis assidue medians: & quicquid pertinet ad Dei honorem propriamque salutem quotidie diligenter aduertit & recordatur, ut sit corpore & spiritu, id est, quatenus ab omni immunditia carnalium ac spiritualium caueat uitiorum, cunctisque uirtutibus decoretur & splendeat coram sponso cœlesti, qui ait: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Qui quamuis sit sponus omnium fidelium uirtuosarumque animarum, specialiter tamen sponus est uirginum, quæ amore ipsius despiciunt sponsas carnales, quatenus toto cordis affectu intentæ sint & uniuersas sponsas superno, unigenito filio eius, & omni seruituti ac cultui eius, ipsum iugiter exorando, laudando, contemplando ac diligendo, atque in actibus istis omni die proficiendo.

Cur Dominus & Saluator noster in Euangelio uirginitatem docuit, consuluit & laudauit. Articulus I.

Exod. 20.



Deus altissimus & aeternus olim dedit filijs Israel legē grossam & imperfectā per Moſen seruum suum, sicut & popul' ille grossissimus fuit defectuosusq; valde:

idcirco in lege illa non dabatur cōsiliū de uirginitate seruanda, praesertim quia & lex illa data non fuit nisi populo Iudaeorum, in quo cultus Dei conseruabatur per generationem carnalem. Deinde Pater aeternus per unicum filium suum Iesum contulit Euangelicam legem, perfectam & spiritalem, uniuersis totius mundi nationibus promulgandam, cuius legis finalis perfectio est, Deum gloriosum toto corde, tota mente, totisque uiribus syncerē diligere. Ideo Christus prohibuit ea, quae directē & omnino impediūt hominē à tali dilectione diuina, ut sunt peccata mortalia. Porro ea, quae necessaria sunt ad habendam & conseruandam huiusmodi Dei amorem, Christus praecipit, ut sunt humilitas, patientia, mansuetudo, misericordia, sobrietas, iustitia, prudentia, & maximē charitas proximorum, tam inimicorum quàm amicorum, qui omnes ex charitate amandi sunt, propter praecipitum Dei, & quia ad summae Trinitatis imaginem & similitudinem sunt creati, ac Christi sanguine liberati, atq; aeternae felicitatis capaces. Sūt autem aliqua, quae licet non sint in seipsis praua neque illicita, tamen communiter sunt occasio uitorum: & multa mala eis annexa sunt, quae sunt impedimenta dilectionis diuinæ, ita quod valde difficile est in charitate Dei, praesertim in spiritali & perfectō Deitatis amore persistere eis, qui habent talia, quae in seipsis non sunt mala, ut sunt temporales diuitiae, libertas proprię uoluntatis, atque coniugiū. Ideo Christus Filius Dei, uirtus & sapientia summi Patris, consuluit nobis relinquere talia, ne per occupationes & sollicitudines temporalium rerum, ac per sensualem contortalis amorem, aut per delectationem carnalē retrahamur à spiritali amore & uirtutū profectū, atque à puritate, quiete, pace ac stabilitate mentis à Deo. Ideo Filius Dei, qui uenit in hunc mundū, ut faceret homines perfectos ac spirituales, consuluit uirginitatem, quatenus homines tantō purius, liberius atque seruentius adhæreant ac seruiant Deo, quanto plūs à rebus & actibus ac delectationē carnalibus se elongant, & quātō plūs ab-

Euangelice legis finalis perfectio.

Mat. 18.

Mat. 19.

Uirginitatē Christus cur consuluerit.

stracti ac liberi sunt ab inquietudinibus, rixis, molestijs, curis, displicentijs & suspitionibus malis, quae matrimonio solent esse connexae.

Quid sit uirginitas. Articulus II.



In communi modo loquendi, uirgines appellantur omnes personae uiriusque sexus, quae à carnali cōmitione immunes sunt: sed talis uirginitas non est uirtus, faciens hominem placentem Deo atque aeterna beatitudine dignum. Itaque uirginitas, quae est uirtus, est castitas uitiōsam concupiscentiam carnis refrenans, ab omni contagione corporis aliena, per quam homo firmiter proponit propter Deum ab omni uicio castitati cōtrario semper cauere. Pertinet igitur ad uirginem, non solum uitare carnalem coniunctionem, sed etiam refrenare concupiscentiam primam, nec consentire in delectationem carnalem, neque in opus. Insuper euitare amplexus & oscula, & omnes cōtactus, ex quibus potest & solet carnalis concupiscentia excitari. Hinc asserit Augustinus: Uirginitas est in carne corruptibili meditatio incorruptionis perpetuae, id est, propositum seruandi perpetuā incorruptionem. Ad hoc enim, ut in spiritali ac diuino amore perseueremus & proficiamus, necessarium est, ut uniuersas affectiones sensitiui appetitus refrenemus, modere mur & rationi subdamus, ita, ut non afficiamur ad aliquam rem terrenam, carnalem ac temporalem, nisi secundum rectae rationis iudicium, & iuxta diuinorum praecceptorum tenorem, hoc est, in quantum res temporalis, sensibilis seu terrena, uilis ac necessaria nobis est ad benē uiuendum & complacendum Deo, uel prout expedit ipsi rei ad obtinendum aeternam salutem. Ideo quilibet homo debet diligere alium, non carnali, sed spiritali amore, hoc est, non propter propriam delectationem quam posset habere in illo, sed ad hoc, ut ille in hac uita uirtuosē se habeat, & in gratia Dei ac in omni uirtute proficiat, atque post uitam hanc breuem adificatur aeternam salutem. Sicque diligere proximos, praecipue spectat ad uirgines, quae debent ab omni carnali & sensuali affectione se custodire, & in spiritali, sancta ac pura dilectione dei & proximorū quotidie crescere, immo uniuersa uitare, quae à synceritate, profectu & seruire cōlestis impediūt spōsi.

Augustinus.

Mat. 22. Marc. 12. Luc. 11.

Laudatio sanctae uirginitatis. Articulus III.

Gregorius.



Mnis actio Christi, est nostra instructio. Hoc ergo primò ostendit uirginitatem esse ualdē laudabilem Deoq; placitam, quod ipsemet Dominus Deus Creator & legislator noster propter nos homo factus, & inter homines conuersans, in uirginate permanit, immo & familiaritates ac priuatas allocutiones foeminarum uitauit: non quod sibi potuit esse periculo sum, esse familiarem atque affabilem foeminis, sed ad nostram instructionē, ut talia caueamus. Hinc apud Iohannem habetur: Mirabantur discipuli, quia cū muliere loquebatur Iesus, utputā cum muliere Samaritana. Secundo monstratur uirginitas esse ualdē commendabilis ac Deo gratissima, quoniam ipse filius Dei ex uirgine nasci elegit, sicq; uirginitatem in seipso & in sua dilectissima matre consecrauit & dedicauit. Conformer praecursorem suum sanctissimum Iohannem Baptistam uoluit uirginem permanere: Iohannē quoq; Apostolum & Euangelistam reuocauit à nuptijs, ut fertur, & fecit eum in uirginate manere. Tertio patet idem, quia ut sancti patres testantur, uirginitas est pretiosissima, incomparabilis, irrecuperabilisq; thesaurus in fragili uasculo, id est, in carne mortali absconditus: Ideo est diligentissimē custodiendus. Vnde sanctus Thomas apostolus dixit filio Regis & sponsae ipsius, antequam carnaliter conuenerunt: Habetis carnis integritatem, id est, uirginitatem, quae est omnium regula uirtutum, & fructus salutis perpetuae. Uirginitas est soror angelorum, possessio omnium bonorum, uictoria libidinum, sicut trophaeum, expugnatione Daemonum, & aeterna securitas gaudiorum. Quarto innotescit ineffabilis dignitas uirginitatis consecratae sponso cōlesti ex hoc, quod ipsa uiolanda non est, nec per matrimonium constringenda propter uirtutem integri regni cōuersionē ad fidē Christianam. Vnde cū sanctus Matthaeus apostolus Iphigeniam uirginem Regis Aethiopiae filiam consecrasset cōlesti sponso, & Rex quidam paganus rogaret beatum Mattheum apostolum, ut Iphigeniam uirginem daret sibi in sponfam & coniugem, & ipse cū toto regno suo Christianam assumeret fidē, non acquieuit ei sanctus Mattheus, & dixit: Quāuis bonum sit matrimonium, tamen si quis seruator sponfam Regis sui usurparet, non solum offensam Regis sui uirginitatis, sed & mortem in super mereretur: non

Christus in uirginitate permanit.

Ioh. 4.

Christus ex uirgine nasci uoluit.

Uirginitas incomparabilis.

quia uxorem sumpisset, sed quia sponfam Domini sui inuasisset. Ita & tu Rex sciens Iphigeniam Regis aeterni sponfam effectam & sacro uelamine consecratā, quomodo poteris sponfam potentioris te tollere, & tuo matrimonio copulare? Et ex isto Albertus, & alij multi Doctores probāt & tenēt, quod nec pontifex Papa possit dispesare in uoto castitatis solenni, id est, dare licentiam maritali ut nubat, etiam si Soldanus cum toto regno Sarracenorū uellet fieri Christianus, dummodo posset moniale illam ducere coniugem. Quinto patet laus uirginitatis ex hoc, quoniam castitas uirginalis ponit uirginem in statu cōlesti: quoniam uita uirginū assimilatur uitae cōlestium ciuium: propter quod filius Dei in Euangelio loquitur: In resurrectione non nubēt neque nubentur, id est, post diem iudicij homines non inibūt cōiugia, sed erunt sicut angeli Dei. Hinc asserit sanctus Bernardus: Sola uirginitas in hoc mortalitatis loco & tempore quendam statū immortalis gloriae repraesentat. Uirginitas in star pretiosi ac odoriferi balsami, quo corpora defunctorum incorrupta seruātur, continet ac restringit membra ac sensus hominum à putredine uitorū, praesertim à sectore concupiscentiarū carnalium, & à corruptione turpiū operum. Sexto patet uirginitatis praecōnium, quoniam uirgo inclytē superat corpus proprium, & regnat in eo: & ratio sua dominatur ac prauelet suae sensualitati: sicq; sequitur Christum atq; naturae angelicae puritatem. Hinc uirginitas designatur per hyacinthum, qui est pulchri ac cōlestis coloris: quoniam uirgines mortificantes & aspernantes uiles carnis illecebras, cōlestem uitam ducunt in terris: & inter homines positi, angelicam imitātur mundiciam, ut sanctus diseruit Cyprianus martyr, praeful & doctor. Vnde & sanctus pater Ambrosius: Uirginitas, inquit, supergreditur conditionem humanae naturae, per quam homines angelis conformantur: Maior tamen est uirtoria uirginum, quàm angelorum: Angeli nanque sine carne uiuunt, quoniam incorporei sunt: homines uero uirgines in carne triumphant. Idcirco ut gloriosus ait Hieronymus: In carne praeter carnem uiuere, non humana uita est, sed cōlestis. Septimo patet idem, quoniam uita uirginum est uita nobilissima, honestissima & regalis, cū sint sponsae regis superni. Cū enim hoc sit ex corpore & anima, & per sensitiuas potentias cū brutis communicet, per intellectum uero & liberam uoluntatem cum Deo & angelis: idcirco uera nobilitas, perfectio, decor, honestasq;

Pontifex in solenni uoto castitatis dispesare non potest.

Matth. 22.

Bernardus.

Uirginitatis symbolum, hyacinthus.

Uirginum uirtoria maior est angelorum.

Uirgines Regis aeterni sunt sponsae.

flascq; hominis est, elongare atq; abstrahere se à rebus carnalibus, trāstorij ac terrenis, & occupare se in rebus actibusq; diuinis, spiritalibus ac æternis, hoc est, in exercitijs virtuosis, in orationibus, meditationibus & laudibus Dei, quod totum ad virgines specialiter pertinet, quæ à fœditatibus & voluptatibus carnis se abstrahunt, vt regi omnium se colorum immortalis, inuisibilis, purius obsequant. Ideo sicut in virtijs carnis est maxima turpitudō, vilitas, brutalitas, & exceptio mēris: ita in vita virginali existit præcipua puritas, spiritualitas & honestas atq; illuminatio cordis: & quantò plūs virgo contemnit delectamēta carnalia propter Deū, tantò copiosius promeretur dulciter inhabitari ac vilitari à Spiritu sancto, dummodò aliundè per vanitatem, elationem, negligentiam aut aliā culpam obicem non ponat.

De his, quæ virginibus sunt vitanda ac metueda. Articulus III.

Dictum est iam, qd virginitas sancta pretiosissimus & irrecuperabilis sit thesaurus, quem portat virgo in fragili vasculo, hoc est, in corpore suo ad vitia pronō: Idcirco ne tā præclarū perdat thesaurum, necessaria sibi est diligens atq; incessabilis custodia cordis, præsertim cū ipsa virginitas tot habeat insidiatores & æmulos, qui eam corrumpere & auferre conantur, videlicet homines lubrici, inuisibiles quoq; hostes humanæ salutis: sed & caro iugiter inclinat ad mala: oportet ergo vt virgo semper sit custodia. Ideo primò cauere debet prauam securitatem, ex qua incustodia nascitur. Hinc virgo non debet de viribus suis præsumere, nec quali certam se reputare, quòd non possit corruiere, præsertim cū dictum sit, quòd virginitas supergreditur conditionem humanæ naturæ. Secundò cauenda & abhorrenda est virginibus omnis elatio mentis & gloria vana: iam etenim dictum est, quòd multipliciter virginitas fit laudanda, quàm diuina ac nobilis virtus existat. Cauendum est igitur virgini, ne ex apprehensione suæ virginittatis extollat se ipsam aut inaniter gloriatur, vel se præferat alijs, aut meritis proprijs suam afferibat virginittatem: immo quò virginitas est præclarus donum Dei, cò de ipsa sit virgo Deo plūs grata ac subdita, semperq; anxia, pauida & suspecta. Si autem ceperit superbare aut inaniter gloriari, meretur à Deo relinqui ac despui, immo & in manifesta vitia labi, sicque suam virginittatem vel corpo-

raliter vel spiritaliter perdere, hoc est carne aut mente corrumpi. Hinc loquitur Augustinus: Quantò maius bonum extat virginittas, tantò plūs timeo ei surum superbiæ, hoc est, ipsam superbiam gloriāque inanem. Tertio vitanda ac odienda est cunctis virginibus inconsideratio seu fœditas cordis: virgo nanque sollicitè debet pensare, ne quaquam sibi ad salutem sufficere suam virginittatem: nec de ea còtenta esse debet, sed magis debet aduertere, quòd nec sine charitate nec sine humilitate sua queat virginittas Omnipotentem placere, nec meritoria esse. Ideo virgo aduertat ac timeat, quod Iacobus ait Apostolus: Qui cunq; legem totam impleuerit, offendit autem in vno, factus est omnium reus. Ecce quid terribilius, quid rigorosius dici valeat? Hinc & omnium iudex Christus Deus in Euangelio iubet: Cū feceritis omnia que præcepta sunt vobis, dicitis: serui inutiles sumus: quod debimus facere, fecimus. Itaque virgo assidue suum consideret statum, & quid iudex ac sponso cœlestis ab ea requirit: sicq; deui tet omne quod potest offendere summi oculos amatoris. Hinc in exordio epistolæ ad Demetriadem virginem scribit Hieronymus: Prima virginis cura primumque studium sit, scire voluntatem domini sui, ac diligenter inquirere, quid placeat & quid displiceat Deo, quatenus secundum doctrinam Apostoli: Rationabile Deo reddat obsequium, totumque vitæ suæ cursum ordinet secundum diuinam scripturam. Imple ergo o virgo, quod ait Apostolus: Noli alium sapere, id est, magna de te sentire, ac magnum te reputare, sed time: quod in Ecclesiastico scriptum est: Altiora te ne quæsieris: sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper. Sis itaque o virgo Christi, semper sagax & prouida, quoniam in Euangelio fatuæ virgines condemnantur. Quarto vitanda est virgini tepeditas animi & omnis pigritia, quæ virgibus quibusdam solent accidere, quia de prerogatiua ac merito suæ virginittatis nimis confidunt, præsumunt & malè securæ sunt, quasi sufficere vno mortale vitasse. Considerent ergo quod ait Apostolus Iacobus: In multis offendimus omnes: & quòd in via Dei non progredi, nec in virtutibus crescere, sit regredi atque deficere. Et item, quòd homo non potest diu mortalia vitare peccata, nisi fuerit diligens ad euitandū venialia. Pensent quoque, quantum iudex ac sponso cœlestis detestetur ac spernat cordis tepeditatē, qui in Apocalypsi comminatur ac protestat: Vtinam calidus esses aut frigi-

Augustinus

Augustinus

Luc. 17.

Luc. 17.

Luc. 17.

Hieronymus

Rom. 12.

Rom. 12.

Eccl. 3.

Matth. 23.

Luc. 17.

Apoc. 3.

frigidus: sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Ideo sanctus Leo Papa differuit: Non tepidis, nec pigritia negligentiaq; torpentibus, prouenit Regnū cœlorū: immo, vt ait Eusebius, Omnipotens Deus in suo obsequio, despiciat negligentem, respuit indeuotum, euomit tepidum. Nempè qui piger & tepidus est, citò atque facilliter vincitur ab hostibus suæ salutis, & opus Dei efficit negligēter, propterea damnationem meretur, sicut Hieremias Propheta affirmat: Maledictus homo qui facit opus Dei negligenter. Virgo igitur cum omni diligentia seruiat Deo, & tantò seruentius adhæreat ac ministret sponso cœlesti, quantò benignius ab ipso est præseruata à grauioribus vitijs. Quintò vitanda est virginibus inquinatio suæ virginæ nobilitatis ac claritatis: Earū nanq; nobilitas & claritas est ipsa virginittas, quæ per omne mortale peccatum fœdatur & offuscatur intrātum, quòd sponso cœlesti fit inaccepta, sicut ait Hieronymus: Accepta & præclara est coram Deo virginittas & pudicitæ virtus, si aliarum fœditate culparum non inquinetur: & sicut modica macula valdè deformis apparet in pretiosa ac candida veste: sic paruum peccatum valdè dehonoret & in decens est virgini. Sextò vitanda est virgini vniuersa leuitas cordis & dissolutio morum, cū semper debeat esse custodita & timorata, ne mente aut corpore violetur, & ne cœlestē offendat sponsum, & ne offenso eo, relinquat ab ipso & cadat. Iuxta hunc modum multa familia virginibus sunt vitanda, videlicet otiositas, loquacitas, audacia, inuerecundia, incustodia oculorum, chorizatio & discursus, contentio, impatientia, ira & omnis gulositas atq; diuisio cordis, hoc est, ne partim adhæreant Deo, & partim mūdo, & ne velint placere mūdānis hominibus, ac simul gaudere cum Christo & cum seculo isto, sed toto corde adhæreāt Creatori, Saluatori ac sponso superno. Cōformiter vitare debent occasiones peccandi, munuscula, familiaritates nociuas, secretas epistolas, tactus, oscula & amplexus, loca suspecta, cōuenticula quoq; priuata, cōfabulationes inutiles & occultas, arrisus, & morosas impetitiones, ludos & iocos cum personis alterius sexus, prout de his infra magis tangetur.

Augustinus

Luc. 40.

De his, quæ specialiter valent ad virginittatis conseruationem. Artic. V.



Venamodum ea, quæ in præcedenti articulo tacta sunt, existit virginibus specialiter fugienda, vtprout incustodia cordis, elatio-

vana gloria, inconsideratio, tepeditas, cordis leuitas, dissolutio, otiositas, loquacitas, audacia, inuerecundia, incustodia oculorum, chorizatio, discursus, & cætera in sine præcedentis articuli nominata: sic horū cōtraria sunt virginibus specialiter appetenda, amplectēda & conseruanda, videlicet diligens custodia, vera & profunda humilitas, lætitia spiritalis in Deo, assidua consideratio præceptorum, feruor & seriositas mentis, maturitas morū, refrenatio linguæ, occupatio fructuosa, verecundia virginalis, euitatio speculaculorum, chorearum & consimilium vanitatum, custodiatio visus, pudicitia & elongatio ab omni indecenti contactu, osculo & amplexu, austeritas quædam & rigor ad personas alterius sexus, aspernatio munusculorum, salutationum, familiaritatum, cōfabulationū, arrisuum, iocorum, ludorum, secretorum locorum, & breuiter omnium incitamentorum & occasiōū libidinis. Imprimis ergo necessaria est virgini perugil, timorata, atq; indefinēs cordis custodia, ita vt semper ab immundis & prauis cogitationibus illicitisq; desiderijs mentem suam præseruet, & cū tale quid senserit in corde suo versari, mox illud abijciat & contemnat, cōuertēdo se ad cogitationes salubres de passione domini nostri Iesu Christi, de rigoroso eius iudicio, de pœnis purgatorij ac inferni, de gaudijs quoq; paradisi cœlestis, & de acerbitate, incertitudine ac appropinquatione incessabili mortis, de quibus omnibus debet virgo intentè ac frequenter quotididè cogitare, sicq; auxiliante Deo perfacile erit ei cogitationes vanas & vitiosas affectiones abijcere: & ita implebit quod Salomon exhortatur: Omni custodia custodi cor tuū. Deniq; negotiatores per rura & syluas cum mercibus pretiosis pergentes, iugiter custodiūt & circūspiciunt atq; armati sunt, ne ab aduersarijs impugnentur & spolientur: sic virgo in seculo isto nequam conuersans, & pretiosissimum virginittatis thesaurum in fragili sui corporis vasculo deferens, debet indefinenter esse custodita, circūspecta, sollicita, spiritaliterq; armata, ne mente ledatur per prauū consensum aut cogitationē impuram, & ne corpore violetur aut opprimatur. Nā vt ait scriptura: Si non in timore domini tenuerit se homo instanter, citò subuertetur domus sua, id est, cor suum citò falletur ac corrumpet. Insuper sponsa & vxores, quàmuis suis sponsis ac maritis sint infideles, atramen in illorum præsentia ab impudicitia signis & actibus se refrenant. Cū igitur virgines habeant sponsum cœlestem omnia intuentem, de-

Virginibus necessarium

Prover. 40.

Eccl. 17.

1. Tim. 1.

Virginibus que sunt cauenda.

Virginibus que sunt cauenda.

tem,debet se incessanter in illius presentia ab omni inhonestate, immunditia & infidelitate custodire, & ei sine cessatione fideliter adherere. Idcirco o virgo, assidue cogita & aduerte, spon sum celestem tibi esse praesentem ac omnia inuentem, & erubescere te in eius praesentia & adpectu inhoneste reprehensibiliterque habere: nec audeas, eo in spiciete, cogitare aut affectare seu facere, quod coram honestis hominibus non auderis loqui aut operari. Etenim vae homini, qui homines mortales aut defectuosos magis, quam sanctum & immortalem Deum, veretur. Secundo debet virgo veram aut profundam humilitatem iugiter in se habere ac conseruare, reputando se vile, defectuosam, insipientem ac fragilem creaturam, non solum quotidie multipliciter grauiterque peccantem cogitatione, affectione, verbis & actibus atque multorum omissione bonorum, sed etiam in suis orationibus, actibusque bonis tam defectuosam ac mente distractam, vt totum possit Deo amplius displicere, quam complacere, nisi humilitas suppleat, & Deus altissimus misericorditer adspicere & acceptare dignetur. Omne quoque bonum & omnem gratiam sibi concessam, debet virgo pietati diuinam cum omni humilitate & gratiarum actione ascribere, ac se ipsam coram spso aeterno in omnibus accusare, & pro illuminatione ac confortatione Spiritus sancti, cum grandi fauore ac instantia exorare. Aduertat igitur virgo, quod sanctus ait Bernardus: No mediocriter placet Deo anima illa, in qua humilitas commendat virginitatem, & virginitas exornat humilitatem. Ideo pulchra est permixtio humilitatis & virginitatis. Veruntamen magis necessaria est humilitas, quam virginitas: potest Deo placere humilis homo, quamuis non virgo: non autem virgo superbiens: immo nec beatissima Maria virginis virginitas sine humilitate Deo complacuisse. Ideo gloriosa virgo Maria non dixit: Quia respexit virginitatem ancillae suae: sed, respexit humilitatem ancillae suae. Nonne verissime ait scriptura: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam? Si ergo cupis, o virgo, in gratia Dei perseuerare ac crescere, humilitatem semper amplectere, atque in ea proficere stude: sicque adimpleas quod hortatur venerabilis ille Tobias: Superbiam nunquam in tuo sensu aut in verbo tuo dominari permittas, quia in ipsa sumpsit initium omnis perditio. Tertio debet virgo non vanam gloriam, sed spiritalem habere laetitiam, gloriano in Deo de omni & infinita excellentia, bonitate, pie

tate, sapientia, liberalitate ac beneficijs eius & seruendo eidem cum iucunditate interna, sicut ait Propheta: Seruite Domino in latitia. Apostolus quoque: Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete. Itemque: Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Debemus enim Deo excelsio & glorioso ex charitate ferueti cum gaudio deseruire, & in eius laudibus, orationibus & sanctis meditatiombus delectari. Quarto debet virgo vere sapiens esse, meditatio in lege Dei die ac nocte: sicq; oleum in lampade sua habere, id est, de testi monio conscientiae bonae coram Deo gaudere: nec velle placere hominibus, nisi in Deo eos edificando. Debet quoque virgo confiderare infinitam bonitatem, nobilitatem, sanctitatem, pulchritudinem ac sapientiam sponsi caelestis: & sic eius intuitu ac amore omnem carnalem sponsum despiciere, omnemque insipientiam, vanitatem ac fatuitatem abijcere: quoniam sponsi sapientes, pulchri ac nobiles, volunt sponas sibi similes, speciosas, prudentes, nobilesque habere. Quanto magis sponsum ille caelestis, insipiens & incomparabiliter nobilis, formosus ac sapiens, vult spsas habere prudentes, & spiritaliter pulchras ac nobiles, id est, virtuosas. Quinto debet virgo esse in omni obsequio Dei feruens & seriosa ac perseuerans: & quicquid agit seu agere potest ad reuerentiam sponsi caelestis, debet pro nihilo reputare respectu infinite honorabilitatis ac dignitatis illius, qui dignus est cultu & reuerentia in infinitum maiori, quam sibi ab vniuersis creaturis valeat exhiberi. Idcirco no debet virgo in obsequio tanti spsi pigra ac negligens seu frigida esse, ne videatur sponsum vilipedere adorandum: sed quicquid potest, debet feruenter humiliterque implere: & praecordialiter tanto spso regratiari, quod dignatur pauperularum suarum ancillarum sponsum appellari ac esse.

De ceteris, quae uirginibus sunt seruanda, & quae eis sunt fugienda, ut scilicet sint resrenatae & moderatae in uerbis, custodiae in usu: & operosa, non otiosa; matura, non leues, nec curiose in ornatu ac uesibus. Articulus VI.

Solent feminae esse uerbosae ac garrulae. Verbositas autem in omni homine est vituperabilis, estque insipientiae signum, iuxta quod Salomon loquitur: Vidisti hominem velocem ad loquendum? Stultitia magis speranda est, quam illius correctio. Et iterum: Stultus uerba multiplicat. Itemque: notum spiritum

rum suum profert stultus, sapiens autem differt & reuerat in posterum. Specialiter uero vituperanda est loquacitas ista in foeminis, quae communiter sunt debilioris rationis quam uiri: & naturaliter debent esse uerecundae & timidae, ne in uerbis excedant. Hinc taciturnitas in foeminis uehementer laudatur; quae admodum in Ecclesiastico legitur: Mulier sensata & tacita non est immutatio eruditae animae. Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata. Specialissime uero & maxime vituperanda est in uirginibus uerbositas, cum uirgines debeant esse potissimum uerecundae ac pauidae; atque in uirginitate taciturnae & ab omni irrefrenatione linguae cauentes: quia ut sapientissimus Salomon ait: Qui custodit os suum & linguam suam, custodit ab angustijs animam suam: Qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala. Qui uero moderatur labia sua, prudensissimus est. Vnde denuo proferatur: Sicut urbs patens & absque murorum ambitu, ita homo non potens in loquendo cohibere spiritum suum. Hinc Iacobus exhortatur Apostolus: Sit omnis homo uelox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Non enim potest homo cor suum custodire ad distractione, instabilitate, uarijsque peccatis, qui non custodit os suum ad uanis, prauis & inutilibus uerbis, immo etiam ad auditione & complacencia uerborum huiusmodi: immo sicut uas non operatum, impletur multis pulueribus: sic cor hominis, cuius os non operitur refrenatione taciturnitatis, impletur uitijs multis & magnis. Item pronitas fabulandi, est si gnium incustoditi intumescitque cordis: propter quod asserit beatus Bernardus: Vanus sermo, uana conscientiae index est, mores hominis lingua pandit: & qualis sermo profertur, talis esse animus comprobatur. Quia ex abundantia cordis os loquitur. Si ergo o uirgo uis caelestem sponsum esse cordis tui habitatorem ac possessorem, stude mentem tuam ad uerbis illicitis seruare immunem & puram. Hinc uirgines religiosae debent in obseruatione silentij esse diligentes ac rigorose. Insuper, sicut irrefrenatio linguae, sic & incustodia oculorum ualde nocua est cordi: & plurimas cogitationes inanes, prauas, impuras ingerit ei, sicque mors culpae per corporis fenestras ingreditur animam. Hinc Dauid in seipso expertus, quanta crimina incidit ex incauto adpectu, orauit: Auerte oculos meos ne uideam uanitatem. Non ergo liceat imprudenter adspicere, quod non licet appetere: & si uirgo uisum suum projiciat in aliquem uirum, non tamen ligat oculos suos

in illum per diuturnum adpectum, sed mentem suam eleuet mox ad Deum; nec imprimat suo cordi uirorum memoriam, nec aliquid mundanae curiositatis recordationem. Idcirco in Ecclesiastico scriptum est: Noli circumspicere in vicis ciuitatis. Auerte faciem tuam a muliere compta. Propter speciem mulieris multi perierunt. Virginem ne conspicias, ne scandalizeris in decore eius. Et sicut ista dicuntur uiris, ut caueant morosum mulierum uirginumque; intuitum: sic mulieribus atque uirginibus est dicendum, ut ab omni immoderato abstineant adpectu uirorum ac iuuenum. Maxime autem sic custodiendus est uisus in sacris locis & in diuino officio. Itaque, incustoditus uisus, incustoditi cordis est index. Conformiter refrenatus est auditus ad uerbis iniquis, detractorijs, proclatorijs & lasciujs, ab amatorijs quoque & mundanis carminibus. Praeterea uirginibus otiositas est semper uitanda, quae fastidij, fabulationis, nugarum & pluriarum radix est uitiorum. Idcirco de otiosis ait Psalmista: In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos superbia, operati sunt iniquitate & impietate sua: prodijt quasi ex adipe iniquitas ipsorum, transierunt in affectum cordis. Otiosi namque de commodis & delicijs cogitant carnis, tempus infructuose expendunt, ludis & iocis ac risibus uacant: quae omnia uerae contritioni poenitentialique uitae contrariantur. Virgo igitur semper intenta sit occupationi honestae, spiritali aut corporali: in corporalibus quoque exercitijs suis mentem suam frequenter leuet ad Creatorem orando ac meditando. Hinc sancti patres Augustinus & Ambrosius dicunt: Virgo Domini, domi debet manere, & operi lanae, uel orationi aut meditationi uel lectioni insistere. Ideo sanctus hortatur Hieronymus: Semper aliquod boni age, ut te Diabolus iugiter bene occupatum inueniat. Otiosus enim ad multis impugnatur Demonibus, occupatus ab uno. Insipientissimum quoque est, tempus pretiosum & breue, nobis concessum ad poenitentium & fructuose uiuendum, non solum infructuose, sed etiam uitiuose deducere. Amplius, sponsum caelestis uult sponas suas ab amatricibus & puellis seculi huius omnino differre, ne leues sint moribus, nec sine necessitate circumeuntes. Ideo asserit Augustinus: Dominica uirgo primitus debet strepitus ac platearum frequentiam euitare, ac domi posita, uilibus operibus inuigilare. Et iterum: Dominica, inquit, uirgo ab omni inuerecundo sermone ac risu debet se

bernardus.

Lucas.

Iacob. 4. 1. pet. 5.

Tobias. 4.

Psal. 99. Phil. 4. 1. Cor. 1.

Psal. 1. Math. 23.

Pro. 21. 10. 10. 10.

Pro. 25. 5.

Luc. 3.

Matth. 22.

Pro. 29. 29.

Eccles. 10. 1. 29.

Ecc. 9.

Psal. 71.

penitus

penitus abstinere, & cum disciplina ac silentio omnem vitam suam ornare. Et enim virgo garrula seum curiositate superflua, indigna est virgo vocari. Hinc Ambrosius: Discite (inquit) o virgines non circuncursare alienas aedes, non demorari in plateis, nec aliquos in publico miscere sermões. Præterea, virgo prudens spiritales diuitias & verã virtutum nobilitatem, non carnalem originis dignitatem debet appetiari, prout allegati sancti fatentur patres, dicentes: Dominica virgo nec sermonis iactantia, neq; diuitijs, nec generis nobilitate se debet extollere, sed in humilitate & spiritus paupertate Christo semper subdita permanere. Postremò, omnis curiositas, pompa, superfluitas vestitũ & ornatus inanis, vitandæ extat virginibus: similiter curiosus incessus, ceruix erecta, oculorumque nutus. Propterea quoq; loquitur Augustinus: Dominica virgo nec ornatu capitis, nec habitu comæ, nec oculis erectis & lætis, sed depressa ceruice, & vultu in terram demisso procedat, ne iuueniles inducat amores, & ne alijs causa perditionis existat, quãvis & ipsa peccat. Aduerte o virgo, quod sancti patres Hieronymus Chrysostomusq; loquuntur: Si vir aut mulier, virgo aut iuuenis se ornauerit, & vultus hominũ in se pro-uocauerit, etsi nullum malũ inde sequitur, tamen æternum supplicium patietur: quia venenũ præbuit, si fuisset qui biberet. Hinc beatissimus princeps Apostolorum Petrus in sua prima iubet canonica: Mulierum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumentum vestimentorum cultus. Quocirca differuit Cyprianus: Serico & purpura induta, Christum induere nõ possunt: auro & margaritis monilibusq; ornata, ornamenta mentis & Dei gratiam amiserunt. De hoc, & qualiter intelligendum sit, plenius scripsi tractatu de vita nobilium.

Adhuc de aliquibus rebus, quæ conseruatiuæ & corroboratiuæ sunt virginitatis. Articulus VII.



Mltra ea, quæ nunc sunt tacta, adhuc multa sunt, quæ virginitatẽ roborant & cõseruant. Primum est exemplum Iesu Christi Domini nostri, qui in seipso virginitatem consecrauit & commẽdauit: deinde exemplum beatissimæ matris suæ, & aliorum innumera-bilium vtriusque sexus Sanctorum, qui in virginitate inuolabiliter permãserunt: quorum multæ personæ maluerunt atrocissimas pati mortes, quàm virginitatis amittere florem: quæ tamen in omni nobilitate, pulchri-

tudine, opulentia abundabant. Secundum est sacra scriptura, potissimè noui Testamen-ti, in qua Christus & Apostoli virginitatem valdè consulunt & commendant, eamq; ma-trimonio præferunt, quorum consilijs & do-ctrinis acquiescere est salubre ac sapiẽtiale. Tertiũ est consideratio excellentissimi atq; multiplicis premij, quod virginitati debet, cui nõ solũ debet esẽtiale premiu beatorũ, quod est beatifica visio deitatis, sed etiã præ-mium accideẽtiale, quod aureola nominatur, & aliæ quædam mercedes, prout paulo post describetur. Quartum est euitatio incõmo-dorum & variarum tribulationum, curarũ, inquietudinum, afflictionum & seruitutũ, quæ matrimonio & coniugatis annexa sunt. De quibus ait Apostolus, quod tribulatio-nem carnis habebunt huiusmodi: qui & fre-quenter malè concordant, atque cum tædio & rancore viuunt adinuicem: nec pro aliqua causa quantumcumq; molesta, separari que-unt ab inuicẽ, fornicatione excepta: ob quã separari possunt, quantum ad thorum, non quod ad vinculum coniugale. Quintum est ipsa nobilitas virginitatis, quæ in seipõsa clara est, tã angelica, cœlestis & pura, ac mul-ta priuilegia habet sibi coniuncta, Deiq; filium meretur habere spõsum: quorum om-nium diligens consideratio, ad virginitatis amorem & conseruationem potest & debet accẽdere. Sextum est multiplex fructus, qui virginitatem consequitur, quoniam fructus centesimus ei debetur, prout infra dicitur. Septimum est, quod virginibus etiam in hac vita tam copiosa gratia condonatur, & quod præ ceteris habent vitam tranquillam & in nocẽtem, à multis anxietatibus, doloribus, sollicitudinibus, inquietudinibus, subiecti-onibus, tædijs atq; laboribus liberam, quib' personæ cõiugate (præsertim fœminæ) sunt subiectæ. Octauum est, seruens incessabilif-que oratio Deo susa, quatenus in ipso oran-te dignetur virginitatem conseruare, persẽ-cere, roborare: pro eadem quoq; causa inuo-care gloriosissimam virginem Mariam ac alios sanctos, ad quos quis deuotionẽ habet maiorem, & etiam proprium angelum san-ctum custodem. Nonum est, tentationibus carnis & incontinentiæ viriliter reluctari: quod qualiter fieri debeat, in sequenti pan-detur articulo.

Qualiter resistendum sit tentationibus carnis & incontinentiæ. Articulus VIII.



Ingulare ac salutare propositũ vir-ginũ, Diabolus per seipsum ac suos satellites tam inuisibiles quàm visi-biles,

- I. biles, impugnare nõ cessat, quibus omnibus virgo deuota sapienter resistere debet. Pri-mò, tantò feruentius atq; frequentius Deũ, beatissimam virginem ac ceteros sanctos in auxiliũ inuocando, quantò acrius impugna-tur: Secundo, mox resistendo principijs sug-gestronis iniquæ ac lubricæ, nec eam tenen-do aut verlando in corde: sed quàm citò fen-titur, statim se inde auertendo: passionẽque Christi, resurrectionẽ, mortem, rigorẽ diuini iudicij, tormenta inferni intentè ac pro-fundè considerado: sicq; omnia vitia abhor-rendo, iuxta quod ait scriptura: Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Tertiò, vitanda ea, quæ carni sunt mollia, ip-samq; corpus proprium cum discretione ca-sigando, per asperitatem vestitus, per vigi-lias, disciplina, ieiunia, delicata quoq; & su-perflua alimenta fugiendo, pro posse. Quartò, curiosè attendèdo vilitatem carnis ac de-lectationum ipsius, non tamen diũ manen-do in consideratione huiusmodi. Solent e-quidem virgines quandoq; tentari quadam curiositate experiendi oblectamenta car-nalia, quæ putantur maiora quàm sunt, dum non pensantur mala eis annexa: cui curiosi-tati cum aspersione est resistèdum, ne vir-go propter tam vilem delectationẽ, de qua constat, quod vilis, breuis & fallax sit, velit pretiosissimum virginitatis suæ thesaurum amittere, & diuturna, immo & sempiterna, supplicia promereri. Quintò, se fortiter oc-cupando in exercitijs bonis, & delectationẽ spiritalem querendo in eis, præsertim in ex-oratione, laude, cultu, contemplatiõe & pu-ra ac seruata dilectione sponõs cœlestis, sicut ait Psalmista: Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Sextò, cum dilige-tia fugiendo incitamenta & occasiones car-nalium vitiorum, putã choreas, spectacula, vaniloquia, inspectiões, scurrilitates, atta-ctus, loca priuata, amatoria verba, familiari-tates incautas, arisiones, munuscula atq; similia, de quibus prætractũ est. Septimò, ape-riendo alicui spiritali ac discretæ personæ proprias tentationes, etiam in Sacramen-tali confessione idoneo sacerdoti, & vtendo consilijs: quia per hoc versutia Dæmonum valdè confunditur ac debilitatur. Octauò, indefinenter ac sapienter pensando præsen-tiam Dei iudicij summi, cœlestis sponõs, om-nia intuentis ac iudicantis, & mentem assid-ue erigendo ad ipsum: sicque erubescere in præsentia ac conspectu Omnipotentis ac san-cti turpia cogitare, fœda appetere, aut vili-ter se habere. Nonum est, ante impugna-tionem tentationum se ad eam disponere per

arma virtutum, & per prætracta remedia: sic-que dum venerint, eis confessim modis nõc dictis resistere: nec in spiritali conspectu de-ficere, sed cogitare quàm gloriosum & meri-torũ sit, in tẽtationibus præualere: & quàm vile, miserum atque damnabile sit, ipsis suc-cumbere: quia vt ait apostolus: Non corona-tur, nisi qui legitimè certauerit. Decimũ est, carnalibus amicis & cognatis virginitatem dissuadentibus, aut coniugium consulentibus, non consentire: sed intueri, quàm incõ-parabiliter melius, dignius, salubriusq; con-sistat, sponõs cœlesti Vnigenito Filio Dei (qui est infinitæ nobilitatis, speciositatis, o-pulentie, sapientie, sanctitatis & eminentie) spiritaliter desponsari, mentaliter adhære-re, purè ac feruenter coniungi, mundo cor-de castoq; corpore deferuire, atque ab eo cœlesti lumine fœcũdari, ac omni dono Spi-ritus sancti repleri, quàm carnalem ac mor-talem accipere sponsum.

De multiplici, copioso, singulariq; premio uirginum. Articulus IX.



IN Apocalypsi quædam magna, spe-ciosa & gloriosa de virginibus, earumque gloria & premijs ascri-buntur: Hi sequuntur agnũ quo-cunque ierit. Et rursus: Cantabant canticũ nouum, quod nemo potest dicere, nisi qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & agno &c. quod totum simul dici potest de virginibus sexus fœminei, quæ cum vi-ris non sunt inquinatæ. Itaque virgines di-cuntur sequi agnũ, vt purã Christum, quo-cunque ierit: quia pro eo, quod eminenter & singulariter dominatæ sunt concupiscen-tijs carnis, meruerunt præcipua quadam libertate vt cum Christo in patria: & sicut imi-tatæ sunt Saluatorem in via non solũ per iter mandatorum, sed etiam per viam consi-liorum atque per mentis & corporis in tẽgri-tatem, sic specialibus gaudijs & priuilegijs magnis conformantur ei in prima, & asse-runt ei canticum laudis & gratiarum actio-nis pro specialibus gratia & gloria virginita-tis: quod nemo potest Deo pro se tancre & offerre, nisi cui collatum est tantum diuini beneficiij munus: sicque per canticum istud insinuat aureola virginum, id est, speciale gaudium, quod pro sua virginitate sortiuntur in cœlis. Aureola nanque vocatur spe-ciale gaudium mentis, datum pro victoria operis specialiter ardui, eminentis ac priui-legiati, vt sunt virginitas, martyrium & præ-dicatio efficax: quibus tribus, in quantum

ex charitate nascuntur, seruantur aut sustinentur, debetur essentiale præmium, quod est superdignissimæ Trinitatis visio fructiva & clara: sed ratione difficultatis priuilegiatiq; operis ac perfecti triumpho, debetur eis aureola, quæ est quoddam præmium accidentale, & ornamentum præmij essentialis, quod corona seu aureola nuncupatur. Quemadmodum enim ex gaudio præmij essentialis resultat quidam decor in corpore, qui gloria corporis appellatur, ita ex gaudio aureolæ existenti in mente, redundat decor in corpore: sicq; aureola principalis consistit in corpore, atque per redundantiam fulget in carne glorificata. Itaq; virginibus debetur aureola, quia de proprio corpore specialem victoriam ac plenam obtinent. Idcirco viduis non debetur aureola, quia aliquando acquieuerunt desiderijs carnis vsque ad operis consummationem, virgines autem nunquam. Nec illis duntaxat virginibus datur aureola, quæ ad virginitatem obseruandam adstrinxerunt se voto vel iuramento, nec etiam omnibus illis, quæ vsque ad mortem manent incognitæ viro, cum aliquæ tales ante vsu rationis discendant, & aliquæ nubere aut viro miseri proponant, quamuis ab opere impediatur: sed illis virginibus infertur pro mercede aureola, quæ ex charitate proponunt virginitatem inuolabiliter obseruare, & sic manent vsque in finem. Et quamuis interdum à suo laberentur proposito, aut aliter peccarent mortaliter, non tamen priuarentur aureola, dummodo pœniteant, & in bono morerentur proposito: quia virginitas mentis potest per pœnitentiam reparari, non autem virginitas seu integritas corporis. Quod si aliqua omninò violenter opprimeretur, & nullatenus cõsentiret, non ex hoc aureolam perderet. Studeat igitur virgo in suæ virginitatis proposito inflexibiliter permanere: & si (quod absit) interdum à suo proposito declinauerit, mox pœniteat, respiciat, & in sancto perseueret intento, vt pro temporali virginitate æternaliter gaudeat & ornentur in anima sua & corpore. Quemadmodum enim seruum, factum de rosis & floribus speciosis, superpositum diademati regis, illud decorat, & regis exornat caput: sic aureola virginum, beatitudinem earum principalem efficit magis decoram, & mentem ac corpus earum ornabit.

Quod virginitati debetur fructus centesimus in regno cœlesti. Articulus XII.

Dominus noster Iesus Christus in ^{Mat. 11.} ^{Luc. 4.} ^{Luc. 7.} Evangelio loquitur: Semen cecidit in terram bonam: & ortum, fecit fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. Vbi expositores fructum centesimū attribuunt & assignant continentię virginali: fructum verò sexagesimum continentię viduali: fructum autem tricesimum continentię coniuuali. Fructus nanque confurgit ex semine: spirituale autem semen est verbū Dei. Ideo quantum quis ex auditu verbi cœlestis à carnalitate recedit, & ad spiritualitatem conuertitur, tantò in ipso fit maior fructus ex verbo Dei. Porro, qui ex verbis, doctrinis, atq; consilijs Christi, à Veneris totaliter abstinet, ad maiorem spiritualitatem præceteris in genere continentię proficit & pertingit, vt virgines, qui ob hoc dicuntur vitam angelicam & cœlestē in corpore ducere, sicut ostensum est. Idcirco ascribitur eis fructus ceterisim: ceterario nāq; totalitas ac perfectio designatur. Itaq; constat ex præinductis, quod eidē actui meritorio diuersa merita correspondent, secundū diuersa, quæ sunt in illo, quæ admodum continentię virginali seu virginitati correspondet & datur pro præmio beatifica visio Dei, in quantum ex charitate seruatur: aureola verò, prout est opus quoddam perfectionis hominis, ratione eminentis triūphi: fructus autem, in quantum homo ex verbo Dei per virginitatē ad præcipuam pertingit spiritualitatem, à carnalitate se abstrahens. Denique, sicut magis meritorium est, facere bonum ex voto, quam sine voto, quia qui facit bonum ex voto, offert arborē Deo simul cū fructu, & seipsum inseparabiliter obligat Deo: sic etiam seruare virginitatem aut castitatem ex voto, magis est meritorium, Deoque placitum, q̄ abiq; voto. Hinc virgines virginitatem ex voto seruantes, & potissimè religiosæ personæ, quæ ex voto solenni ad custodiam virginitatis se adstringunt, magis merentur (cæteris paribus) tam de gaudio beatificæ visionis, q̄ de aureola & de fructu. Verū tamen non est consultum nec tutum, personam in seculo conuersantem, ad virginitatē aut castitatem voto se obligare, præsertim quoniam votum frangere, grauis est peccatum quàm periurare. Itaque virgo ab omni carnali affectione se purget & abstrahat, ab omni sensuali dilectione se semper elōget, atque in Deo vniuersa desideria sua simplificet, recolligat, in desinenterq; sigat, ita quod quicquid cupit, vult, agit seu loquitur, ad veram & spiritalem ordinem charitatem, ad diuini amoris profectum, ad Omnipotentis gloriam

^{Colos. 3.} gloriam & honorem, & ad beatitudinem æternalem, sicut docet Aposto. Omne quodcumque facitis in verbo aut opere, omnia in gloriam Dei facite. Quicquid verò spiritali contrariatur amori, & à charitate impedit sponſi cœlestis, virgo deuota tanquam venenum vitæ ac horreat infernale: sicq; cõtra aciem vitiorum & contra omnem carnalem affectum efficaciter & insuperabiliter reluctetur, vt præclaram adipiscatur aureolam. ^{1. Tim. 2.} Siquidem ratione pugnet idonea ac triūphalis datur aureola, dicente Apostolo: Non coronatur, nisi qui legitime certauerit. Infatigabiliter quoque laboret & satagat à sensualitate ad spiritualitatem pertingere, & non nisi in Deo gaudere, vt sic fructum centesimum obtineat excellenter & gloriose: quia vt ait scriptura in libro Sapientię: Bonorum laborum gloriosus est fructus.

De obiectionibus infidelium atque carnalium hominum contra virginitatem. Articulus XI.

Amaiores turpitudinis, serui carnis, & filij perditionis eterne, obstinati heretici, contra ea, quæ dicta sunt de laude & excellentia ac merito virginitatis, varia faciunt argumenta, & matrimonium conantur æquare aut etiam præferre virginitati. Primò, quoniam primis parentibus nostris Adæ & Euz Deus altissimus in exordio mundi præcepit: Crescite & multiplicamini, & replete terram: Contra quod præceptum videntur agere virgines. Præterea, natura dedit hominibus membra ad proficiendum, ergo debent generationi intendere. Insuper, Christus in Evangelio protestatur: Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Sed virgo est arbor infructuosa, quia non generat fructum, & ad minus melior est arbor fructuosa, quam infructuosa, & quod fructuosior, eò & melior: ergo præcipue commendandi sunt atque virginibus eminent, qui plures procreant proles, præsertim cum rationalis creaturæ tantæ sit dignitatis. Amplius, qui habet semen aptum ad fructificandum, melius facit, si fundat illud in terram vbi fructificet, quam in locum, vbi fructificare non valet. Adhuc, bonum quantum commune, tantò diuinius: & bonum commune præferendum est bono priuato, seu commo dno vni personæ: Matrimonium autem ordinatur ad bonum commune, vtputa ad speciei conseruationem, & ad reipublicæ roborationem ac tuitionem, atque ad cultus diuini augmentationem: virginitas autem non nisi ad ipsius virginis

salutem. Denique, generare simile sibi, est naturalissimum opus: gratia autem naturalis non destruit, sed perficit: ergo ad gratiam pertinet, generationem rectificare, non dissuadere. Præterea, virtus consistit in medio, virginitas verò in extremo: quoniam à Veneris totaliter abstinet, non ergo videtur esse virtus, sed vitiosum extremum. Postremò, Deus gloriosus & æternus per Moſen dixit: Maledictus qui non reliquerit semen in Israël. Et iterum: Maledicta sterilis, quæ nõ parit. Hinc sancti Patriarchæ & Prophetæ ac iudices leguntur habuisse multas vxores, vt multos gignerent pueros, vt patet de Abraham, Iacob, Gedeone & Dauid.

Solutio argumentorum istorum. Articulus XII.

Orum genus humanum est vna communitas, & assimilatur corpori naturali: vnde & corpus mysticum appellatur. In communitate autem sunt diuersæ personæ, diuersi actus atque officijs deputatæ, quemadmodum & in corpore naturali diuersa membra ordinantur ad actus diuersos. Ideo non oportet nec decet, vt vniuersi & singuli homines eodem aut similes exercent actus, sed quosdam oportet præesse, præcipere, gubernare: quosdam autem subesse & obedire, quosdam autem oportet studio sapientiæ ac literarum intendere, quosdam mechanicis artibus occupari, quosdam agriculturæ operam dare. Insuper, aliquos decet esse vitæ actiuæ, quosdam vitæ contemplatiuæ, quosdam decet esse villanos, quosdam vrbanos: quosdam congruit vitam ducere socialem & humanam, quosdam verò vitam solitariam ac diuinam. Cum enim homo sit rationalis creatura, habens communionem & conuenientiam quãdam cum Creatore suo Deo adorando & angelis, optimum hominis & vera beatitudo ipsius est, occupari & inhære actibus angelicis ac diuinis, hoc est, contemplationi & dilectioni primæ & incommutabilis veritatis, summæ increatæque bonitatis, atque incorporaliū substantiarum angelicorum spirituum & aliarum creaturarum, per respectum & ordinem ad Creatorē: cultui quoque, orationi & laudibus Creatoris & sacrificijs eius. Cumque certum sit ex prædictis, & experientia doceat, quod ab huiusmodi vita spiritali, angelica ac diuina, & à conuersatione solitaria, cõtemplatiua & anachoretica vehementer impediatur vita matrimonialis & carnalis voluptas cū occupatiõibus, citris ac sequelis sibi annexis, quæ depriment

mētē hominis ad terrena, & ad puritate interna & spiritali libertate, à quiete & pace pectoris ac stabilitate in Deo valde impediūt cor humanum, cōstat, quod multo preclarior & acceptior sit corā Deo, & multo nobilior, diuini, magisq; meritorū, in virginitate & castitate manere ob Dei amorē, ad feruendū ac adhærendū ei perfectiūs, & ad proficiendū copiosius in diuino amore, in sapiētia salutari, omniq; actū contēplatiuo, q̄ carnali generatiōi vacare. Ex his argumēta prætacta facilliter possunt solui. Quod enim De⁹ præcepit primis parentibus propagationi sobolis intendere, pro tēpore fuit necesse, & similiter postea diu in lege naturæ, quousq; genus humanū fuit multiplicatū. Similiter in lege scripta per Moſen data, in qua cult⁹ nei per carnalē generationē in vna gente cōseruabatur, vt dictū est supra. Non autē est ita in lege Euāgelica, in qua omnes gentes ad cultū Dei cōueni se sunt. Nec tamen in lege naturali aut scripta sic fuit præceptū generationi vacare, vt vniuersi & singuli facerēt hoc: sed vt tot homines facerent hoc, quot sufficit: sicut præcipitur ciuitati, vt hostibus suis resistat, non quod singuli ciues hoc facere teneantur, sed tot, quot sufficit. Porro Creator omnipotens, qui vniuersorū prouidentiam habet, & rector est mudi quē condidit, atq; specialis generis humani prouisor, oīa benè disponit, & in sapientia sua præordinat, qui quid facere debeat: aliquosq; elegit ad vitā contēplatiuā, castā, virginē: quosdā ad vitā actiuā, ciuilem & coniuualē. Ideo non est periculū, quasi periturū sit genus humanum ob hoc, quod aliqui omnino à cōiugio abstinent, atq; in virginea perseuerant munditia. Præterea, natura dedit hominibus membra generationi deseruientia, nō solū ad prolificandū, quod necessariū est pro cōseruatione speciei: sed item pro naturalitū superfluitatū egestione, quod necessariū est ad cōseruationē indiuidui: qui vsus magis necessarius est hominibus singulis, quā sibi similē generare. Insuper, quod Christ⁹ ait: Omnis arbor, quæ non facit fructum bonū, excidetur, intelligendū est spiritaliter de homine vitioso, qui fructus (id est, actus) virtutū nō profert: qui in scripturis vocat arbor infructuosa, arida, sterilis, etiā si mille habeat proles carnales. Porro homo virtuosus vocatur arbor fructuosa, florēs & viridis, quāuis nullā carnalem habeat sobolē. Hinc cum Christus sibi crucē, de seipso ac impijs loquens, dixit: Si in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet? Si autē præinducta auctoritas de carna-

li ficu ac partu intelligatur, sequitur, quod ipsemet fuit arbor infructuosa, similiter beatus Iohannes Baptista, cuius sunt verba illa: Spiritalis autē fecunditas & aliorū cōuerſio, incōparabiliter melior est fecunditate carnali. Vnde in Ecclesiasti. scriptū est: Melior est vir timens Deū, quā mille filij nequam. Et, melius est mori absq; filijs, quā relinquare filios nequā. Virgo autē merito suæ virginē puritatis & sanctæ deuotiōis, feruidę quoq; orationis, superne cōtemplationis & virtuosę exēplarietatis, meretur multis gratiā cōuerſiōis: & sic beata fecunditate mater efficitur generalis multorū. Vnde & S. Paul⁹: In Christo, inquit, per Euāgeliū ego vos genui. Sicque spiritalē esse ratiōalis creaturæ, quod habet ex gratia, incōparabiliter extat suo naturali esse præstātius. De feminis verō effusione dicendū, quod melius est illud effundere ordinatē, vbi potest fructificari, quā aliter, cæteris paribus, vel quā illegitimē aut inordinatē. Ad aliud quoq; dicendū, quod spiritalis fructus virginittis plus conferit toti Ecclesiæ, quā soli carnalis fructus cōiugij, sed & vobis sapiēs vtilior est reipū, quā mille insipientes, prout Salomō in lib. Proverb. & in Ecclesiasti. declarat: meritis quoq; & precibus spiritaliū ac sanctarū personarū, præsertim virginearū, respub. & bonū cōmune potissimē prosperatur. Insuper, quāuis generare legitimē sibi simile, sit bonū ac naturale, melius tamen est, supernaturaliter conuersari ac deificē viuere in sancta virginitate, quē admodū dona gratiæ tranſcedūt dona naturæ. At verō virginitas, sicut & cæterę virtutes morales, consistit in medio rationis, & inter continentiam ac infensibilitatem est mediā: abstinere autē omnino ab omni vsu Venereorum, non est extremū vitiosum, sed maximē virtuosum. Postremō, maledictio illa, quā in veteri Testamento dicebantur maledicti, qui non genuerūt, nō fuit peccatum, sed quoddam inter homines opprobriū, cum multi ex naturali dispositione sint steriles. Alioqui sanctissimi veteris Testamenti Prophetę, q̄ in virginitate māsferūt, vt Helias & Hieremias, maledicti fuissent.

Qualiter virgo debeat se quotidie, immo & incessanter coram Deo habere, ac semper ad meliorē & perfectiōrā festinare. Articulus XIII.

Ex præhabitis innotescit, quod omni virgini primō & maximē necessaria est vera, stabilis ac profunda humilitas, per quam seipsam coram Deo indefinēter deprimat & vilipendat: & quicquid virtutis ac gratiæ in se habuerit

buerit, Deo cum ingenti gratiarum actione ascribat: omnem gloriationem inanem perpetuē detestet, odiat & conculcet, & non nisi in Dño gloriētur. Deinde necessari⁹ est virgini timor Dei filialis, call⁹ & sanctus, ita vt vereatur Deū offendere magis ex syncera charitate ipsius, quā ex penarū formidatione. Timeas ergo o virgo, ne dignissimū, sanctissimū ac superdulcissimū Dñm Deum tuū, sponsum cœlestē, Creatorē ac Saluatōrē animæ tuæ offendas per negligentiam & incustodiā cordis tui, ne discedat a te: Vide qualiter sponſa honesta & vxor fidelis metuit sponsum suū carnalē & maritū offendere, & si offensus fuerit, qualiter cupit, conatur & properat ei reconciliari. Sic tu, immo incōparabiliter plus metue & verere sponsum illū cœlestem, omni carnali sponso innitē meliorē, amabiliorē & honorabiliorem offendere, ne offensus te deserat. Ipse nanq; odit iniquitatē, & omnem negligentiam aspernatur: nec in mente accediosus, pigra, incustodita habitare dignatur. Et maledictus est corā ipso, qui in eius obsequio se habet negligenter, irreuerenter, intimatorē, incustodite. Hoc itaq; scito, quod quātō plus aliquis diligit Deū, tantō plus veretur & cauet offensam & omnē inhonoratiōem ipsius: atque ex hoc potes pendere an diligas, si cum omni diligentia abhorres & vitas omnē offensam & irreuerentiā eius. Deniq; vt tā timorātē & purē habere te valeas, in desinēter in omni actione tua interiore & exteriorē confidera & aduerte Deū esse presentē, & omnia intuentē ac iudicantē: sicq; erubescere eo intuente peccare, inania cogitare, illicita affectare, inutilia loqui, & tēpus tibi cōcessum infructuosē expendere: & vt possis mentem tuā in sponso cœlesti desigere, & à districtionibus cordis te refrenare, verbū illud sancti Prophetæ Helię frequenter omni hora reuolue: Viuit Dñs in cuius conspectu sto hodie. Ad cuius saluberrimi verbi memoriam toties mentem tuam reducas, quoties senseris eam dilictā, negligentem aut viliter occupatā: & ita in vera cordis custodia, in stabilitate interna & in omni virtute quotidie multum proficies. Præterea, sic fundata in saluberrima humilitate, filialiq; & casto ac sancto timore Dei, stude in cæteris cunctis virtutibus quotidiana acquirere incrementa, atque pulcherrimā virtutū structurā in anima tuā cōstruere, in omni māfuetudine, patientia, sobrietate, pietate & misericordia proficiendo, præsertim in charitate Dei & proximorū, in omni exercitatione interna: ita de die in diem orationibus, meditationibusq;

salubribus ac laudibus Dei, magis ac magis deuotē, alacriter & perfectē se habeat, & iuxta doctrinā Apostoli: Nullus sermo malus de ore eius procedat, sed qui vtilis est ad edificationē, vt det gratiam audienti. Ampliūs, virgo deuota, quāuis in omni loco & tēpore, in omni actu, causa atq; negotio debeat cor suū ad spōsum cœlestē frequēter ac feruētē erigere, aliquas tamē horas diei ac noctis debet spiritalibus exercitijs specialiter deputare, in quibus debet oratiōibus, meditationibus ac laudibus Dei vacare: tantamq; sanctæ deuotiōis gratiā & virtutū profectū ab Omnipotēte fortiri, vt tota die corā alijs exemplarior, custoditior, mitior, syncerior, potentiorq; consistat. Insuper, quotidie certis horis, præsertim antequā vadat dormitū, conscientiā suā examinet diligēter: qualiter diem & noctē expēderit, quid boni omiserit, quid mali cōmiserit prudenter discutendo, & seipsam corā Iudice summo cum grandi cōtritione accusando, veniāq; petendo, & emendationē in omnibus proponendo, opportunoq; tēpore cōsistēdo. In sanctis quoq; cogitatiōibus studeat obdormire: & quando euigilauerit, mentē suā mox leuet ad Deū, orando ac salubria meditādo: & vniuersa bona quæ agit, conetur quotidie magis deuotē peragere. In cibo & potu moderantiā seruet, & in cūctis per dīcretionē se regat: superioribus quoque suis cum omni promptitudine cordis propter Deum libenter obediat ad proficiendū in bonis, prout inſpiratio Spiritus sancti docet. In omni aduersitate, persecutione, irrisiōe, in firmitate, iniuria sit patiens & trāquilla, nec aliorū improbitate vincatur, immo potius vincat in bono malum. Nulli faciat, nisi quod sibi vult fieri, neq; alicui obloquatur, nec detrahenti consentiat: sed verbis aut signis ostendat se verba detractoria, pungitiua, discordiā seminatiua, scurrilia, mendosa, dolosa, duplicia, aut alio modo illicita, immo & otiosa, iocosa & ludicra, ad dissolutionem & cachinnum prouocātia, omnino inuitē audire ac abhorrire. Postremō, quātū ad suū pertinet statū, studeat sapiētē implere præceptū fraternę correptionis, increpādo delinquentes cum humilitate, seruiore ac serio, nec vnquā peccatis consentiat alienis. In diuino autem officio sit maximē custodita, & Deo totaliter stabiliterq; intenta: & semper faciat aliquid boni, ac totis viribus regretietur Altissimo: & ore assidue pro bono communi & generali, ac plena reformatione Ecclesiæ in omni gradu, statu & ordine, pro viuīs & mortuis, potissimē pro parentibus,

Non est necesse omnes numerare.

Matth. 17.

Luc. 23.

Matth. 21

Act. 16. 4.

1. Cor. 4.

Hier. 48

1. Reg. 17.

bus, propinquis, benefactoribus & commissis.

Qualiter uirgo deuota debeat mentem suam sponso cœlesti indefinenter unire, & in ipsius contemplatione, amore & cultu gaudere. Artic. XIII.



Naturalis est homini, delectatione appetere atque requirere. Idcirco, qui spirituales delectationes ignorant, nec consolationes Spiritus sancti experiuntur, ad exteriora, carnalia & mundana solatia se effundunt, & in ludis, iocis ac risibus, in cibis & potibus, in vestitu & fabulationibus delectationem exquirunt: sicque grauius & multipliciter peccant quotidie, nec ad mortali peccato diu poterunt abstinere. Vt ergo uirgo deuota a talibus vanitatibus, leuitatibus & vilibus consolationibus possit se elongare & inuicem feruire, studeat in amore sponsi superni quotidie crescere, perfici & accendi. Porro, dilectio oritur ex præiua quadam cognitione. Multa sunt etiam, quæ inuitant mentem hominis ad amandum, uidelicet bonitas rei, pulchritudo, suauitas, sapientia, propinquitas, beneficentia, liberalitas, pietas, similitudo, sanctitas, perfectio, & consimilia multa: quorum omnium cognitio diligensque consideratio mouet, excitat & accendit cor hominis ad diligendum eos, in quibus sunt illa. Vt ergo o uirgo Christi, in sincero ac feruenti amore sponsi cœlestis quotidie crescas, considera, quis, qualis, & quantus sit sponsus ille cœlestis Dominus Iesus Christus. Ipse enim in unitate personæ est uerus Deus & homo perfectus, atque in quantum Deus, est Patri æterno omnino æqualis, consubstantialis & coæternus: immo Patris & Filij & Spiritus sancti una est diuinitas, æqualis gloria, coæterna maiestas. Ideo sponsus cœlestis, Christus Dei Patris unigenitus, secundum quod Deus, est summa bonitas, pura ac penitus infinita, præ omnibus creaturis infinite incomparabiliterque amandus, desiderandus ac mente iugiter amplectendus. Idcirco ei & eius amori nihil est preferendum, nihil æquandum: immo ipse met & sancta ac spiritalis dilectio eius, infinite & incomparabiliter præferenda sunt omni sponso carnali, omni sensuali affectioni, & omni delectationi impuræ, cunctisque creatis simul acceptis. Insuper, Christus, secundum quod Deus, est pulchritudo prorsus immensa, & uniuersis creatis pariter sumptis infinite formosior ac delectabilior atque iucundior ad intuentium. Similiter ip-

se est infinita dulcedo, ita quod omnium creaturarum dulcedines simul collectæ, in infinitum minores sunt ipsius suauitate. Hinc ipse præ cunctis creatis infinite & incomparabiliter dulcis est ad fruendum, & ineffabiliter iucundum ac dulce est, ipsum in sua Deitate clarè videre, ipsoque frui, & ab ipso spiritaliter amplexari. Insuper, ipse est essentialiter sapiens, immo & sapientia Dei Patris: & sapientia eius non est finis, nec numerus, neque mensura: ideo ipse est super omnia nobilissimus ac desiderabilissimus. Cumque regina Saba ueniret à finibus terræ, ^{1. Reg. 10. 2. Para 9} audire sapientiam Salomonis, nos multo plus toto cordis affectu festinare debemus ad patriam illam cœlestem, ad intelligendum clarissimè, atque ad audiendum dulcissimè sapientiam Filij Dei. Denique, ipse est propinquissimus nobis, uidelicet Creator & Saluator, Deus & Dominus noster, qui & nostram assumpsit naturam, & factus est frater noster. Ab ipso quoque habemus & tenemus, quod sumus ac possidemus. Propter quod ipse est benefactor noster incomparabiliter magnus & maximus, cui nihil condignum rependere possumus, nec unquam satis regratiari ualemus. Insuper, ipse prorsus infinite pijsimus, liberalissimusque consistit, in omni sanctitate & perfectione incomprehensibiliter infinitus. Vnde certissimè elucescit, quod ipse sit nobis summè & incomparabiliter ex omni parte ac omnifariè appetendus, amandus & complectendus: quem tam uehementer, purè ac feruidè affectare & amare debemus, ut comparatiōe ac respectu ipsius, uniuersa creata quasi pro nihilo adspiciamus ac reputemus, & iuxta ^{philip. 3.} documenta apostoli, omnia ista carnalia & terrena arbitremur & aspernemur ut sterora, quatenus Christum lucremur, atque in eius crescimus amore & in omni gratia ac uirtute, pro qua re omnia carnalia oblectamenta libentissimè contemnamus. Itaque omnia ista frequenter ac diligenter considera, & ex eorum consideratione & deitatis amore accendere. Ipsum quoque sponsum cœlestem assidue ora, ut sanctam suam charitatem augeat, conseruet, inflammet & perficiat in te, & ad ipsum omni hora adspira, dicendo: O Domine Iesu Christe, quando in negligentij & defectuositatibus meis, in tepiditate & frigiditate mea manebō: quando te super omnia toto corde indefinenter amabo? quando in tua sancta dilectione stabilis ero? Accende animam meam tua purissima charitate: intellectum meum pijsimè erudi, & illustra ad cognoscendum & con-


contemplandum te, qui es bonitas infinita, ueritas sempiterna, sapientia increata, uirtus omnipotens, pulchritudo, dulcedo, felicitas, cuius nullus est finis. Tu es ens simplicissimus & perfectum, incomprehensibile & immensum, in quo est omnis perfectio, omnis nobilitas, omnis excellentia sine termino & mensura. Purga me ab omni inordinato & priuato amore, ut me ipsum & proximos uniuersos in te solummodo purè & feruidè diligam: & quicquid expedit mihi ad complacendum tibi, omnè uidelicet aduersitatè & tribulationè, libentis-

simè tolerem, & tibi quotidie magis gratior existam. Fac me omni hora in cordis puritate proficere, & ab omni impuritate uictiorum iugiter abstinere, quotidiana quoque peccata quotidie dignè desistere, quatenus in corde meo digneris indefinenter quiescere, atque quotidie gratiosius habitare: sicque post uiræ huius circulum me digneris ad tuæ Deitatis beatificam uisionem ac superdilectissimam fruitionem perducere. Ad laudem & gloriam tujspsius, qui es super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

Libri de laudabili uita uirginali, finis.

D. DIONYSII CARTHUSIANI DE LAUDABILI VITA UIRGARVM, LIBER VNVS.

Præfatio.



Lo quod castitatem amaueris, & post uirum tuum alterum nescieris, ideo manus Domini confortauit te, & ideo eris benedicta in æternum. Hæc uerba scripta sunt de inclita, uirtuosa atque famosa illa uidua Iudith. In quibus uerbis castitas uidualis sublimiter commendatur: quia per eam uidua illa electa promeruit intantum diuinitus confortari, quod potentissimum ac crudelissimum illum principem Holofernem cunctis hominibus inuincibilem, sicut ac interfecit: eumque uincendo, uniuersum populū suū Israeliticum de morte & maximis tribulationibus liberauit, & de grauissima desolatione atque penuria ad cordialissimam consolationem ac omnium rerum uidei necessariorum abundantiam grandem perduxit. Hinc à pontifice suo & uniuersis sacerdotibus eius meruit hac laude extolli: Tu gloria Ierusalem, tu læticia Israël, tu honorificentia populi tui: quia fecisti uiriliter, & confortatū est cor tuum. Insuper uidua illa Iudith per suam continentiam uidualē meruit benedictionem æternam à Deo, uidelicet multiplicem gratiā in hoc mundo, beatitudinemque completam in cælo. Omnes quoque uiduæ in nouo Testamento illius sequentes uestigia, merentur desuper confortari per gratiam, uirtutes ac donum Spiritus sancti, ita quod erunt æternaliter benedictæ, laudabiles ac beatæ, dummodo in continentia uiduali fideliter ac deuotè perseuerauerint usque in finem. Præterea, sicut clarissima illa Iudith uidua sue merito castitatis Holoferni præualuit, sic imitatrices eius deuotæ iam uiduæ, per suam castimoniam merentur auxiliante Deo præualere Diabolo, per Holofernem signato. Vt ergo, quæ nunc uiduæ sunt, in uidualitatis suæ statu ac continentia constantius ac de-

notiis perseverent: hæc quoque, quæ nondum suis maritis priuatae sunt, uidualis castimonie amorem propositumque concipiant, (non quod suorum uirorum debeant mortem optare, hoc nanque mortale esset peccatum & uitium pessimum: sed sub conditione, ut putati si eos contigerit suis superuivere uiris) aliquid in præfenti tractatulo de uita & uirtutibus uiduarum, in quantum Spiritus sanctus præstiterit, scribam, etiam aliquarum uenerabilium ac deuotarum uiduarum spirituali ac speciali amore inductus ad hoc, præsertim quia & duas habeo secum dum carnem forores, nunc uiduas, in uidualitate per sistere intendentes.

De triplici castitate, & comparatione earum adinuicem. Artic. I.



Virgenitus Filius Dei, Dñs noster Iesus Christus, uirgo ac uirginis filius, puritatis ac castitatis doctor, amator ac copiosissim' præmiator, in Euagelio loquitur: Semen cecidit in terrâ bonâ, & ortû, fecit fructum, aliud centesimû, aliud sexagesimum, aliud tricesimû. In quibus uerbis per semen intelligitur uerbum Dei, hoc est, doctrina Christi seu prædicatio salutaris. Porro, per terrâ bonâ intelligitur cor humanû docile, uerboq; dei obediens. Per fructû uerò intelligitur spiritualis quædam puritas, & profectus exurgens & crescens in homine ex hoc, quod uerbu dei intra se suscipit & ei obedit. Hæc aut' spiritualitas est castitas, hoc est, continentia siue abstractio à concupiscentijs delectationibusq; carnalibus, per quas homo præcipuè impeditur à contemplatione & amore diuinorû ac spiritaliû atq; celestium. Hæc quoque continentia triplex est: vna, qua homo uitat delectationes carnales uiciosas, diuina lege prohibitas, téperatè se habens circa copulam illâ carnalem eiusq; delectationem: & hæc est castitas coniugalis eorû, quorum iuxta doctrinâ Apostoli, honorabile extat connubium & thorus immaculatus: quoniâ fidem cõiugalem sibi inuicè seruât, & nõ nisi propter causas honestas ac licitas uitiatur, uidelicet desiderio prolis habendæ ad Dei obsequiû educandæ, in qua fides & Christiana religio, augeantur: uel propter debitum reddendû, causa incontinentiæ in contorali uitandæ. Alia est castitas, qua homo à carnalibus delectationibus se totaliter abstrahit per totû spatium uitæ suæ propter Deum, hoc est, ex Dei amore ad eius honorè propter felicitatè æternam: & hæc est castitas uirginalis. Tertia est castitas, qua homo se abstrahit à uinculo maritali copulaq; carnali ad tempus & post cõparis mortè: & ista est castitas uidualis. Prima castitas designatur per fructum tricesimû, secunda per fructum sexagesimû, tertia per fructum centesimum.

Matt. 13
Luce. 8.

Continentia
triplex.

Heb. 13.

Vnde ostenditur, quod castitas uidualis castitati coniugali secundû duplâ præeminet quantitatè. Nam sexagenarius numerus ad trigenariû est duplus. Porro castitas uirginalis etiam uiduali continentia amplius eminet ac præfulget, quemadmodum centum plûs excedit sexaginta, quàm sexaginta triginta. Quamuis autem sacra scriptura & sancti Doctores, loquendo de castitate uiduali, non uideatur explicitè loqui de ea, nisi prout competit feminis contorali priuatis, nihilominus castitas ista etiam uiris uxorè priuatis ac continentibus competit. Estque in eis commédabilis, uirtuosa ac meritoria nõ minus, quàm in uiduis: sed quantum ad aliquid, magis. Quemadmodum ergo castitas uirginalis & coniugalis, ita & uidualis conuenit uiris.

Cur castitas uidualis in nouo Testamento commendetur & consulatur. Articulus II.



Ota perfectio hominis consistit in hoc, ut à rebus terrenis, temporalibus atque carnalibus ad spiritalia, æterna ac diuina se transferat: & creaturis transcens ac derelictis, ad Deum Creatorem suum se eleuet, illi adhæreat, illum super omnia diligat, timeat, que rat, cogitet, cõtempetur ac ueneretur. Hinc tota Christi doctrina in Euangelio tradita ac descripta, ordinatur ac tendit ad hoc, ut Deo glorioso & sancto pura mète adhæreamus, eumq; toto corde amemus. Ab hac aut' puritate & spiritali diuinitatis amore, atque celestiu ac spiritaliû meditatione, plurimû impeditur homo per delectationes carnales & uarias occupationes, curasq; & inquietudines statui matrimoniali coniunctas. Hinc castitas uidualis laudatur, & ab apost. Paulo cõsulitur: quoniâ uiduæ & etiâ uiri nõ uxorati castè uiuèntes, aptiores sunt ad cordis mûdiciam, ad Dei amorè, ad diuinorum meditationem, ad spiritalè profectû & mentis quietem in Deo, quàm coniugati. Etenim mens humana tantò integrius, feruentius itemq; syncerius diligit Deum, quando eius affectio minus effunditur, occupatur & dispergitur seu partitur circa sensibilia, carnalia & caduca. Coniugati quoq; solent se inuicem carnali amore diligere, per quod à spiritali dilectione non mediocriter impediuntur. Interdum etiam malè concordant, & contra se displicentiam grandem concipiunt: sicq; rixantur, & cum radio pariter uiuunt, ac tandè se mutuo odiunt, per quæ omnia à Deo & ab omni spiritali profectû ac gratia retrahunt. Uidualis itaq; castitas cõmendatur, nõ quia matrimonium malû sit, sed quia castitas ista melior est atq; salubrior, maiorè à Deo mercedem suscipiens, dummodò uiduæ in ceteris se habeant sicut tenètur, ut infra dicitur. Præterea, quantò plûs occupatur sollicitaturque homo in his, quæ sunt mundi & carnis, tantò minus sollicitus est quomodo seruiat & complacet Deo. Ideo status uidualis tantò laudabilior est statu cõiugali, quantò minus indiget occupari & sollicitari circa carnalia & mundana. Postremò, quàmuis secundè nuptiæ sint licitæ, non tamen sunt ita honestæ ut nuptiæ primæ: quia frequenter concupiscentia incitat ad eas, nec sunt tam perfectè sacramentales ut nuptiæ primæ: quia nõ plenè repræsentant coniunctionem Christi atq; Ecclesiæ, cum in eis sit diuisio carnis, nõ coniunctio uicini in diuini cum uicini, sicut Christus est unicus sponsus uiciniæ suæ sponse Ecclesiæ. Vnde in secundis nuptijs nõ adhibetur benedictio sicut in primis: quod tamè (ut sanctus asserit Thomas) intelligendû est, quando nuptiæ sunt secundè tam ex parte mariti quàm coniugis tantum. Si enim uirgo contrahat cum illo, qui aliâ habuit coniugè, nihilominus nuptiæ benedicuntur. Nam quàmuis Christus habeat uiciniæ sponfam Ecclesiæ, in ipsa tamè ecclesia sunt plures personæ sibi spiritaliter desponsatæ, uidelicet omnes in charitate & gratia existentibus. Sed anima nõ potest esse alterius sponsa q̃ Christi, quia cû Dæmone fornicatur, nec cû illo habet matrimoniû spirituale. Idcirco dum mulier secundò nubit, nuptiæ non benedicuntur propter sacramenti defectû: & quantum ad hoc, magis decet mulierem non nubere secundò, quàm uirum: quia in ea secundæ nuptiæ specialiter habent quandam turpitudinis speciem, eod quod careant honestate significationis in primis nuptijs extitètis, qua uicini Chri & Ecclesiæ designatur.

Thomas.



AD Timothæum scribens Apostolus, ait: Viduas honora, quæ uerè uiduæ sunt, id est, uidualiter uiuunt, uidelicet uirtuose secundum regulam subsequentem. Si qua autem uidua filios habet seu filias aut nepotes aut neptes, præsertim sibi cohabitantes, discat primò domum suam regere, id est, suam familiam, scilicet filios, filias, nepotes aut neptes, cætero scq; domesticos laudabiliter gubernare, instruendo eos in bonis moribus atq; uirtutibus: & dū culpabiles sunt, increpando & corrigèdo, ac corporaliter illos alèdo pro posse. Discat quoque mutam uicem reddere parentibus, id est, parentibus suis (si uiuunt) grata existat, eos honorando, & (si indigeant) necessaria pro uiribus ministrado. Filij enim ac filia tenentur parentibus suis obedientiam, reuerentiã & necessariorum prouisionem dum egent: immo ut Aristoteles loquitur, Deo & parentibus non potest reddi æquiualens, id est, plena atque sufficiens gratiarum actio, ac beneficium tantum, quantum ab illis collatum est. Quæ autè uerè uidua est, & desolata, id est, uiri solatio destituta, seu etiam filiorum & filiarum consolatione priuata, & mundi gaudijs carens, aut à suis cõtemptra, speret in Deû, id est, diuinæ misericordiæ innitatur, & consolationem ac confortationem ab ipso requirat, mentem suam semper in Deo humiliter figens: & instet obsecrationibus & orationibus die ac nocte, id est, omni tempore opportuno inuocet Deum deuotissimè ac feruenter, ut se à malis præseruet, à peccatis eripiat, & donis gratiæ suæ adimpleat, atque ad sempiternam felicitatem perducatur. Nam quæ in delicijs uiuit, id est, uidua, quæ carnales & mundanas consolationes habet, amat ac recipit, dilicatè se nutriendo, in ludis, iocis, risibus ac similibus uanitatibus excedendo, uiuens mortua est: quia corporaliter uiuens uita naturæ, spiritaliter mortua est in anima, carendo uita gratiæ ac uirtutum: ita quod nihil Deo placitum seu uitæ æternæ meritorium operatur, cum sit in peccato mortali. Qui enim sunt Christi, carnem suam cum uitijs & concupiscentijs crucifigunt, ut ait Apostolus. Qui iterum protestatur: Si secundum carnem uixeritis, moriemini, morte utique damnationis æternæ. Et: Hoc præcipe uiduis, & Timothee, ut irreprehensibiles sint, id est, exemplares in omnibus, sine mortalibus peccatis uiuendo, à uenialibus quoq; pro posse diligenter cauèdo. Ex hoc patet, quod ad uiduas specialiter pertinet se in omnib' maturè, facètè, timoratè,

1. Tim. 5.

ethico. 7.

Gal. 5.
Rom. 8.

De documentis Apostoli ad uiduas pertinentibus. Articulus III.

Judith 6.

1. Cor. 7.

moratè, de uotè ac incustoditè habere, quem admodum scriptum est de Iudith uida, quod non fuit qui malum loqueretur de ea. Insuper, in epistola ad Corinthios aliquid scribit Apostolus ad uiduas pertinens. Ibi etiam ait: Dico autem non nuptis & uiduis: Bonum est eis si sic permaneant, scilicet in castitate absque vinculo coniugali: cuius causam assignat, dicendo: Mulier innupta (id est, uida & uirgo) cogitat quæ sunt Dei, ut sit sancta corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Docet quoque; Apostolus, ut uiduæ adolescentiores & coniugali vinculo aptæ, quæ continere non volunt, nubant, ne fornicationis incidant vitium. Melius est enim nubere quam vri, id est, quam ardore libidinis astuare ac agitari, seu vinci & inquinari.

De diuersitate uiduarum, & quod non omnibus uiduis iisdem actus conueniunt, neque æquale primum pro continentia uiduali.

Articulus III.



Iduarum quædam tam mariti quam prolis solatio sunt priuatæ, ita quod nec filium habent nec filiam: & istæ maiorem habent libertatem vacandi Deo & actibus uirtuosis, quam illæ, quæ sobolem habent, præsertim si soboles illa nondum sit emancipata. Vidua ergo, quæ filios habet aut filias, non solum tenetur ad actus statui uiduali conuenientes, sed etiam ad quosdam actus coniugatorum, uidelicet ad opera matris. Quomodo autem pater & mater habere se debent circa sobolem suam atque familiam, in alio scripti opusculo: quæ breuitati nunc studens non repeto, nisi parum tangendo. Itaque uidua mater sobolem suam non carnali, sed spiritali diligat semper amore: nec de exterioribus & temporalibus bonis plus appetat ei, quam expedit salutis animæ prolis suæ, uidelicet competentiam secundum status & conditionis suæ qualitatem atque decentiam. Non ergo immoderatè occupetur, neque superflue sollicitetur qualiter suam sobole dicit, vel ad magna & alta promoueat: sed quantum anima est corpore dignior, tantò plus occupetur & spiritaliter sollicitetur, ne filij sui aut filie Deum offendat, & ne spiritalibus ac internis diuitijs (hoc est, charitate & gratia Dei, uirtutibus & donis Spiritus sancti, uirtuosis & exemplaribus operibus) careant: idcirco quotidie oret fideliter ac seruenter pro eis, committatque eos Deo & prouidentia eius paternæ, ut ipse sit pater, prouisor atque protector & rector ipsorum. Insuper hortetur eos ad opera uir-

tuosa, ad frequentandum Ecclesiam, præsertim ne per incontinentiam Deum offendant, neque per alias impietates, fraudes ac vanitates mundanas: & si excesserint, charitatiuè ac iuste corripiat eos, ac pro posse castiget. Denique, immoderata illa sollicitudo pro rebus terrenis, ex carnali uenit amore, estque à Christo prohibita, & grande peccatum, pacem & quietem mentis impediens, cor affligens, atque superfluas occupationes, varias distractiones & fluctuantes cogitationes in animam gignens, etiam tempore orationis ac diuini officij, non permittens hominem deuota ac stabili mente orare, neque salubribus meditationibus synceriter immorari, immo nec nocte quiescere. Præterea, uiduarum quædam suis priuantur maritis, ad huc multum iuuenes sunt & nuptui aptæ: & istæ amplius promeretur apud Deum, si eius intuitu ac amore in uiduitate permaneant. Quæ uero suis uiris destituuntur in matura ætate, minus merentur in uiduitate manendo: & breuiter, quanto aptiores sunt ad uitam matrimonialem ac secularè, tantò plus promerentur in uiduali & humili statu perseuerando, ut si sint pulchræ, opulentæ ac nobiles. Iterum, uiduæ nullam prolem habentes, & tamen in uiduali castimonia permanentes, amplius promerentur, quam uiduæ, quæ prolis habent solatiu. Aliquæ quoque; uiduæ manent in uiduitate potius intuitu & amore sobolis suæ, quam Dei, quarum meritum non est tantum, sicut earum, quæ Dei amore atque respectu in uiduitate persistunt, ut scilicet Deo purius quietiusque deseruiant, vacent, ac placeant. Denique, sicut unusquisque; fidelium tenetur quemlibet proximum spiritali amore diligere, ita tenetur eum (dum peccat) corripere loco & tempore opportuno, dummodo sibi sit spes de emendatione illius. Idcirco uidua famulos suos aut famulas, si habeat, dum peccant, pie & charitatiuè corripiat, non nimis aspernanter & acriter. Famulis quoque; & famulabus ac operarijs bona ac debita merces est promptè hilariterque soluenda. Postremò, quicquid in isto articulo de uiduis dixi, de uiris quoque post uxoris obitum castè propter Deum uiuentibus, est proportionaliter intelligendum.

De uirtutibus atque operibus ad uiduas, in quantum sunt uiduæ, specialiter pertinentibus.

Articulus V.



Voniam iuxta prædicta idcirco continentia uidualis laudatur atque consulitur, quia per eam uaria diuini obsequij impedimèta (quæ

7. Ioh. 1. 1. Iudith. 12.

1. Tim. 5.

1. Iudith.

1. Cor. 5.

1. Iudith.

Rom. 12.

(quæ coniugatis contingunt) tolluntur & ordinantur ad hoc, ut femina talis Deo quietius vacet, purius seruiat, liberius integritate adhæreat, feruentius quoque diligat ipsum: hinc primò & maximè spectat ad uiduas, ut quantum valent, ad veram ac spiritalem mentis pacem in Deo se donent, eique mundo corde deseruiant, & amoro se adhæreant. Sed hoc non poterunt adimplere, nisi patientiam habeant in aduersis, nec pro uarijs euentibus se perturbent, immo Deum præ oculis habeant incessanter, sicut ait Propheta: Oculi mei semper ad Dominum: Et Salomon contestatur: Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. Sicque; Dei ostensam semper cauentes ac formidantes, uitiis commotiones iræ, tristitiæ, impatientiæ, indignationis, amaritudinisque; vitabunt. Præterea, cum iuxta præmemoratam doctrinam Apostoli, uidua, quæ in delicijs uiuit, mortua est, hinc secundo spectat ad uiduas, mundanas consolationes contemnere, sensuales delectationes abijcere: cachinnationes, loquacitates, dissolutiões vitare: in cibis & potibus necessitatem nature, non uoluptatem gustus, optare: in uestibus quoque, leuiter nisi ac somno non mollitiem carnis, aut superfluum repausationem, sed solum decentiam, indigentiamque nature exquirere. Tertio spectat ad uiduas, deuotis orationibus assidue immorari, præsertim in Ecclesia & tempore diuini officij: deinde quoque; in propria domo, & in exterioribus suis occupationibus, frequenter mentè eleuare ad Deum orando ac meditando. Hinc in Euangelio scriptum est de beatissima illa uidua Anna, quod non discedebat de templo, ieiunijs & orationibus seruies Deo die ac nocte. Quarto ad uiduas pertinet, ieiunijs & sanctis uigilijs ac disciplinis corpus proprium castigare, & Deo ac rationi illud subijcere, sicut ait Apostolus: Castigo corpus meum & in seruitutem redigo. Unde, quem admodum tactum est, Anna uidua ieiunijs Deo continuè deseruiuit: & de Iudith uida legitur, quæ habuit super lumbos suos cilicium, & ieiunabat omnibus diebus uitæ suæ præter fabulata & neomenias & festa domus Israel. Veruntamen ieiunatio & castigatio ista iunioribus uiduis magis necessaria est, in quibus caro adhuc contra spiritum concupiscit: & debet esse discreta, ne corpus nimis debilitetur, sicque uidua impotens fiat ad Dei obsequium. Senioribus uero ac debilibus uiduis est consulendum, ut ultra vires suas se non exerceant in prædictis, cum dicat Apostolus. Rationabile (id est, discretum) sit obsequium

uestri. Quintò ad uiduas spectat, operibus misericordie pro posse insistere, pauperibus & infirmis seruire, talesque; uisitare, consolari ac hospitare atque; uestire, prout Esaias Prophetata hortatur: Frange esurienti panem tuum, & egenos uagosque; induc in domum tuam. Cum uideris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Sextò uiduarum est, ut uestibus sint incultæ, non ornatae, sed humiliter simplici; uestitu contentæ, ne suo ornatu aliquè prouocent ad affectum illicitum: immo (ut sanctus affirmat Hieronymus) si uir aut mulier suo ornatu ad spectum hominum in se prouocauerit, quamuis nullum malum inde sequatur, tamen mortaliter peccat. Hinc in Genesi scriptum est, quod Thamar uidua deposuit uestimèta uiduitatis suæ: atque; de Iudith legitur, quod exiit se indumento uiduitatis suæ: ex quibus probatur, quod uiduis competat habitus specialis, simplex & humilis, nequaquam lasciuiam prouocans. Septimò uiduarum est, non multum exterius apparere, sed quantum possunt, domi sedere, & ibi fructuose atque; salubriter occupari. Idcirco de Iudith habetur, quod in superioribus domus suæ fecit sibi cubiculum secretum, in quo habuit oratoriū, in quo cum puellis suis clausa morabatur. De uirtuperabilibus etiam uiduis scribit Apostolus: Simul & otiosè discunt circuire domos, non solum otiose, sed & uerbose ac curiose loquentes, quæ non oportet. Viduæ ergo in omnibus timoratae, sobriæ, custoditæ & humiles esse debent, in Dei amore feruentes, in eius cultu deuotæ, in ecclesia frequentes, & custoditæ in uisu. Coniugia quoque; debent pro posse vitare, sicque; peccata in coniugio perpetrata delere, atque; pro defuncto satisfacere viro, & se in omnibus exemplares ac irreprehensibiles exhibere.

De quibusdam documentis beati Augustini ad uiduas pertinentibus. Articulus VI.



Instantiam cuiusdam deuotæ uiduæ sanctus Augustinus edidit librum de bono uiduali, ubi inter cetera ait: tibi sunt filij, nec ideo laudanda es, quia filios habes, sed quia pie nutrire & educare studes. Ex hoc verbo Augustini discant uiduæ sobolem habentes, gloriari, non quia filios habent aut filias, sed gloriantur in Domino, si eos pie nutriunt, id est, uirtutibus instruunt, à uitijs retrahunt, Deo coniungunt. Insuper uiduam illam admonet Augustinus, ut hoc ipsum, quod in uiduali castimonia manere elegit, non sibi, sed Deo & gratia eius ascribat, & ei sit gra-

1. Iudith. 12.

Hieronymus.

Gen. 38.

Judith. 10.

Judith. 8.

1. Tim. 5.

fit grata, nec eas despiciat, quæ in viduitate non permanent: quia diuersa sunt dona dei, & vnusquisque donum suum habet à Domino, secundum Apostolum. Docet etiam Augustinus, vt quicquid intencionis & occupationis impendit mulier nupta ad placendum marito, hoc virgo ac vidua impendat ad placendum Deo: cui quantò magis placuerit, tantò beator est: quantò autem plùs cogitat quæ sunt mundi, tantò minùs complacet Deo. Cui omnis vidua cum omni diligentia placere conetur interiori pulchritudine mentis, id est, decore virtutum, humilitate, castitate, sapientia, dilectione: & spiritalibus deliciis, delicijs carnalibus in viduis succedant, lectio, oratio, psalmus, bona cogitatio, operum bonorum frequentatio, spes vitæ æternæ, eleuatio cordis ad Deum: & pro his omnibus gratiarum actio Deo deuotissimè persoluatur. Absit autè à viduis, vt cupiditate capiantur diuitiarum pro cupiditate nuptiarum, ne in earum cordibus amor nummi succedat amoris mariti. Sæpè hancque experti sumus, in quibusdã sceminis, repressa lasciuia, auaritijs etiam excreuisse. Nam sicut in sensibus corporis acutiùs audiunt qui non vident, atque tangendo multa discernunt, nec tanta viuacitate tangunt & audiunt qui oculorum visu vtuntur, tanquàm ex altero conentur implere, quod non habent ex altero: ita sæpè carnalis cupiditas, à carnalis copulæ voluptate cohibita, maioribus viribus in pecuniæ se porrigit appetitum: & illinc auersa, huc impetu ardentiori conuertitur. In viduis autem amor diuitiarum simul frigeat cum amore nuptiarum, plùsq; vsus rerum possellarum ad spirituales delicias ordinetur, & cor accendatur ad succurrendum egenis, non ad ditandù auaros, quoniã elemosynæ maximè orationes adiuuant viduarum. Ieiunia quoq; & vigilia, in quantum ualitudinè non perturbant, si in orando, psallendo, legendo atque in lege Domini meditando allumantur, in spirituales vertuntur delicias, quàmuis in se laboriosa videntur. Nō enim sunt onerosi labores amātium, sed delectant, quemadmodum in venantibus, aucupantibus, piscantibus & negotiantibus patet. Nam in eo quod amatur, aut non laboratur, aut ipse labor amatur. Et vide quāta sit humana miseria. Nam diū delectat labor vt bestia capiatur: & nō delectat labor vt Deus acquiratur: Curandum quoque est viduis, vt studeant esse bonæ famæ, non ob propriam laudem, sed ad Dei honorè, & proximorum edificationem, ne quis scandalizetur in eis. Qui enim negligit famam, crudelis

est: Nam proximum lædit, & spiritaliter interdum occidit, dando ei occasionem culpæ mortalis. Vidua ergo non tamen à concupiscentia mala ac opere vitioso, sed ab omni quoq; specie mala abstineat, ne per familiaritates aut collocaiones suspectas, seu per similia det alijs occasionem malè suspicandi ac detrahendi, vel conformia faciendi. Propterea docet Apostolus, vt prouideamus bona, non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si autem fecerit homo diligentiam suam ad vitandù malam famam de se, & nihilominùs oriãt mala fama de ipso absq; suo demerito, patiens esse debet & equanimiter ferre, immo & gaudere, quoniam merces eius magna erit in celo, si vsq; in finem perseueret in bonis operibus. Postremò in libro ad viduã nomine Probam, de modo orandi instruit Augustinus, vt vidua, quantumcumq; sit diues, nobilis, sana, & filios ac filias habens, nihilominùs in seculo isto desolatam se reputet & reuatur cōsolari nisi in Deo, perpèdens se esse peregrinã & exulem in hoc mundo, in valle hac lachrymarum: multis etiam periculis esse expositã, & à vero æternæ felicitatis solatio longè distantem, immo de peruentione ad regnum cæleste incertam. Ideo cum propheta exclamet: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, id est, habitatio mea in isto exilio, à cælesti patria longè differtur ac ac distat. Et cum Apostolo gemens, dicat: In felix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Talis igitur vidua implet quod ait David sanctissimus: Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Similiter, si deliciae circumfluant ei, apponere cor non debet, nec filios aut filias seu cognatos diligere nisi in Deo, nec carnaliter consolari ex eis: sed in hoc solum gaudere, si viderit eos Deum timere & laudabiliter conuersari. Auaritiã igitur penitus spernat, cum dicat scriptura: Auaro nihil est scelestius, nihil est iniquius, quam amare pecuniam: quia auarus animam suam habet venalem, quam pro nummo perdit ac vendit Diabolo. Hinc iuxta Apostolum: Cupiditas est radix omnium malorum, & auaritia est seruitus idolorū. Sed & Christus in Euangelio loquitur: Quam difficile, qui pecunias habent, intrant in Regnum celo- rum. Et rursus: Facilius (inquit) est camelū transire per foramen acus, quam diuitem intrare in Regnū Dei. In quibus verbis per diuitē intelligitur omnis homo, qui bona terrena superflue diligit. Et hæc omnia cōsideranda sunt diligentissimè viduis, etiam senibus: quia in senibus auaritia crettere solet.

1. Tim. 5. 1. Cor. 13. 2. Cor. 8. Psa. 119. Rom. 7. Psa. 61. eccle. 1. Tim. 6. 1. phe. 5. Luc. 10. Mat. 19. Luc. 8. Augustinus.

Sperandum

Sperandum est ergo in Domino & in paterna eius prouidentia, atq; de moderata & cōpetenti prouisione est contendendum.

An consulendum sit viduis, seu etiam coniugatis, ut vidualem castitatem Deo promittant.

Articulus VII.

Augustinus in lib. de bono viduali viduas exhortatur, vt voucant Deo castimoniam vidualem, duas ad hoc rationes adducens, dicens: Multæ nuptæ statim post suam coniunctionem matrimonialem, viris suis in longinqua profectis, eorum reditum expectando, grandæuæ effectæ sunt: & quasi velociter viduatæ, redeuntes maritos nec senes ipsæ iam vetulæ factæ suscipere meruerunt. Si ergo spernentibus vel tardantibus sponis vel peregrinantibus maritis, carnalis concupiscentia potuit refrenari, ne stuprum aut adultarium committeretur, cur refrenari non potest, ne sacrilegium (id est, voti fractio) committatur? Si repressa est concupiscentia, cū ferueret dilata: cur non opprimitur, cū friguerit amputata? Alia ratio est, quæ etiã præta ctæ iã rationis est confirmatio. Ardentior rem ferunt libidinem, hoc est, maiorem patiuntur concupiscentiæ motum, quæ non desperant eiuſdem voluptatem: quæ autem innuptarum castitatē Deo vouerint, ipsam sibi spem subtrahūt, quæ sones amoris est. Vnde facilius cōcupiscentia refrenatur, quæ nulla expectatione succenditur. Ad idè probandum postunt & aliæ rationes proferri. Primò, nam castitatem vouere est opus valdè meritorium, cum sit actus excellentis virtutis, quæ latria appellatur, per quam homo cultum ceremoniamq; impendit Deo. Insuper, quantò actus aliquis virtuosus ex pluri- bus ac sublimioribus virtutib; principatur & oritur, tantò plùs placet Deo, & virtuosior magisq; meritorius extat. Cū autem castitas obseruatur ex voto, tunc obseruatio castitatis non solum procedit ex temperantia seu castitate, sed etiam ex latria, quæ est virtus valdè sublimis, & inter virtutes morales præclarior. Ergo ex voto castitatem seruare, placet Deo præcipue: & multò plùs meritorium est, quàm absq; voto in castitate manere. Amplius, sicut ait Anselmus: Qui aliquod boni facit ex voto, offert neo arborem simul cum fructibus, id est, voluntatem cum opere bono: qui verò facit bonum absq; voto, offert neo fructum dūtaxat. Item, qui aliquid vouet Deo, magis se subijcit Deo, quàm qui nō vouet: & propria libertatē subtrahit sibi in eo, qd vouet intuitu atq; amore Dei,

quod est virtuosum ac meritorium valdè. Hinc omnes religiosi promittūt Deo castitatem perpetuã. Vnde Origenes quoq; super Lucã hortatur nō solum viduas, sed etiam coniugatas, vt castitatē vidualem Deo promittant, ita vt coniugata sic dicant: Si mihi humanū aliquid contigerit, quod non opto, vt scilicet vir meus obierit, nihil aliud faciã, nisi vi- dua & incōtaminata perseuerabo, & hoc Deo promitto. Atq; idcirco cōsultit Origenes cōiugatis votū hoc facere, quatenus pro bono proposito & sancta promissione meritū fortiantur à Dño, etiam si ante viros suos obierint. Veruntamè, quàmuis ista sint vera, nihilominus cōtra ea obijci potest: Primò, quia talis est humana pueritas, quòd post prohibitionē & negationē magis accenditur ad habēdum quod ei negatur aut prohibetur: quod etiam in sceminis magis cōtingit: Vnde communiter dicitur: Nitimur in vetitum semper, cupimusq; negata.

Ergo scemine post castitatis promissionem maiori concupiscentia infestantur, grauiusque tentantur: Sicque periculosum videretur, castitatem vouere. Rursus, votum frangere, grauissimum peccatum est, atq; (vt sanctus asserit Thomas) magis graue, quàm periurare. Cū igitur mulieres sint naturaliter molles & instabilis mentis, periculosum videat eis, promittere castitatē, quandiu in seculo manent. Denique Apostolus ait: Volo viduas iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse. Nō ergo consulendum est eis in castitate manere, multoque minùs illam vouere. Sed respondendum ad ista est, & ad primum dicendum, quòd quàmuis communiter ita sit, quòd nitimur in vetitum atq; illicitum, quando propriæ pueritati relinquitur, tamè quando Dei gratia adiuuamur, tantò plùs aliquid euitamus, quòd magis illicitū prohibitumq; cōstitit. Idcirco pro adiutorio gratiæ Dei, & continua confortatione Spiritus sancti semper orandum est, præsertim post voti emissionem. Vnde cum sanctus Augustinus dixisset: Facilius cōcupiscentia refrenatur, quæ nulla expectatione succenditur, notabiliter mox subiunxit: Cū tamen, nisi oreur vt superetur, ipsa illicita ardentius exoptatur. Ad secundum dicendum, quòd nisi Spiritus sanctus tam pius & pronus esset ad succurrendum fragilitati & instabilitati humanæ, periculosum esset castitatem promittere. Ideo nemo debet hoc facere absq; bona deliberatione & confidentia ac inuocatione diuini auxiliij, non præsumēdo de proprijs viribus aut me-

Origenis. Obiectio. 1. Tim 5. Responsio. Augustinus.

D d d d r r r r

Augustinus

Sap. 6.

ritis, cum sapiens dicat: Nemo potest esse continentis, nisi Deus det: & hoc ipsum erat sapientiae, scire cuius esset hoc donum. Ad tertium respondendum, quod (vt dicunt Doctores) Apostolus loquitur ibi de viduis vagis ac petulantibus & lasciuis, de quibus ibidem praedixit: Cum luxuriatae fuerint, nubere volunt. Talibus utique expedit nubere: quoniam matrimonium non solum est officium naturae, sed & remedium culpae. Postremo, quamuis castitatem vouere non competit propriè viduis, nisi coniugio aptis, vel saltem ad unionem carnalem non impotentibus, si tamè viduae seniores corâ Deo sic stent, quâ quis iuniores esse, nihilominus Deo promitterent in castitate viduali persistere, puto quod merito sanctae promissionis non penitus priuarentur, sed pro bono praemiantur affectu. Ideo consulo, vt tale sibi propositum, talemq; cogitatum sapientialiter faciant: & de hoc, quod tempore iunioris aetatis castitatem vidualem non promiserunt, cordialiter doleant.

Quae castitas difficilior obseruetur, uirginalis an vidualis Articulus VIII.

Hieronymus

Sanctus Hieronymus in commentatione viduarum loquens, affirmat: Quamto maior est difficultas foeminis delectationes carnis quondam expertis, à voluptatibus abstinere, tanto maior est merces earum. Ex hoc sequi videtur, quod viduis difficilior sit continere, quam virginibus, praesertim cum & Aristoteles in naturali sapientia summus magister in libro de animalibus dicat, quod iuuenula corrupta, magis appetunt maritalem amplexum propter rememorationem delectationis praeteritae. Sed si hoc ita se habet, videretur quod castitati viduali magis quam virginali deberetur aureola: quae tamè non debetur nisi doctoribus, martyribus atque virginibus, vt concorditer scribunt Doctores. Ad hoc sanctus Thomas respondet, quod quantum ad aliquas, virgines maiorem sustinent difficultatem seu pugnam in continendo quam viduae, caeteris paribus. In virginibus namque concupiscentiam auget aliquando & accendit desiderium experiendi, quod quasi ex quadam curiositate procedit: qua fit, vt homo libentius videat ea, quae nunquam vidit. Interdum etiam in virginibus concupiscentiam auget aestimatio maioris delectationis quam sit, in consideratio quoque incommodorum, quae delectationi huiusmodi adiunguntur. Et quantum ad haec, in viduis minor est incontinentiae difficul-

Aristoteles

Thomas.

tas & pugna: sed quod ad aliqua, maior est eius difficultas, praesertim propter expertae delectationis memoriam: & in diuersis mulieribus vnâ horum praedicat alteri secundum varias dispositiones. Nam quaedam magis mouentur ex vno, quaedam ex altero. Quicquid verò sit de maiori parte difficultatis & pugnae, certum est, quod maior est victoria virginum, quam viduarum. Perfectissimum namque atque pulcherrimum genus victoriae est, hosti nunquam cessisse. Aureola autem debetur victoriae de pugna, non pugnae sine victoria.

Quam custodit & caute in omnibus habere se debent viduae, praesertim quae castitatem nouerunt. Articulus IX.



Icut ait beatus Gregorius, vnum peccatum suo pondere trahit ad aliud, nisi mox per penitentiam deleatur. Idcirco peccata nostra dicuntur non solum peccata, sed etiam poenae peccati: quoniam praecedentis peccati demerito meremur à Deo relinquari, atque in aliud vitium labi. Ideo vt viduae mereantur à Deo iuari, & ab incontinentiae vitio praeseruari, oportet vt in omni conuersatione sua sint timoratae atque sollicitae, ne Deum offendant, ne gratiae eius destituantur auxilio & labantur. Ab inordinato ergo viro ru ad spectu, à curioso vestitu, ab elato incessu, ac caeteris quae ad vitia prouocant carnis, eas abstinere necessè est, praecipue ab ebrietate & crapula, à dissolutione, familiaritate & loquacitati lasciuia: & quato enormius peccati est post promissionem castitatis illa non obseruare, tanto foeminae post huiusmodi votum custoditiores debet esse. Si autem (quod absit) vidua aut vidua post castitatis promissionem nubat, nunquam tamè à marito debitum petere potest, sed reddere. Praeterea quanto foeminae sunt naturaliter molliores, instabilliores, magisque attrahibiles, & in ratione minus vigentes, tanto plus necessaria eis gratiosa assilientia & confortatio Dei. Propter quod coram Deo semper sollicitae esse debent, ne ipsum inhonorent, & ne ab ipso mereantur relinquere, eiusque opem & protectionem inuocare iugiter debent. Itaque iuxta Apostolicum documentum, cum metu, timore ac tremore suam operentur salutem: & vt Salomon docet: Omni custodia cor suum custodiât, cunctam foemineam leuitatem & loquacitatem vitantes, pensantes se in Dei praesentia & ad spectu ubique esse & viuere: & quicquid agunt, loquuntur, cogitant & affectant, ab omnipotenti Deo Domino ac Iudice summo diligentissimè intueri. Idcirco in summi Dei praesentia erubescant se inhonestè habere: magisque timeant, erubescant ac venerent vultum Dei altissimi, quam ad spectum humanos: & cum beatissimo Helia dicant: Viuit Dominus, in cuius conspectu sto hodie: quatenus cum sancto Iob dicere queant: Semper quasi tumentes super me fluctus timui Deum.

Gregorius

Phillip. 2.

Proter. 4.

Reg. 17. lib. 1.

inhonestè habere: magisque timeant, erubescant ac venerent vultum Dei altissimi, quam ad spectum humanos: & cum beatissimo Helia dicant: Viuit Dominus, in cuius conspectu sto hodie: quatenus cum sancto Iob dicere queant: Semper quasi tumentes super me fluctus timui Deum.

Qualiter viduae ad perfectionem uirtutum pertinere possint ac debeant. Articulus X.



Quemadmodum sancta cantat ecclesia: Dominus deus noster omnipotens & aeternus, cuius natura est bonitas pura ac infinita, tanta est liberalitatis, quod abundantia suae pietatis merita supplicantium excedit & vota. Quae ergo est causa, quod non implemur gratia eius, quod virtutibus donisq; Spiritus sancti non decoramur: quod etiâ non impetramus quotidie tantam gratiam perfectionem à Deo ut perimus? Nunquid ex parte Dei defectus est? Non utique, sed ex parte nostrum: quia ad gratiam Dei recipiendam non praeparamus animas nostras, sicut tenemus aut decet, nec cum tanta fiducia atque instantia & affectu inuocamus Deum sicut oportet: sed negligentes ac desides, sumus, & post orationes ac diuini adiutorii officij ad consuetas ac pristinas iniquitates & culpas negligitiasq; reuertimur: atque tam grauius ac frequenter Deum offendimus, quasi in orationibus nostris non postulasset ab eo praeritorum indulgentiam vitiorum: nec dignè solliciti sumus corda nostra à cunctis vitijs expurgare, & in puritate stabiliter conseruare: immo si vna hora parum proficimus, alia hora tantum de auribus deicimus. Hinc sanctissimus Esaias Propheta locutus est: Ecce, non est abbreviata manus Domini vt saluare non possit, neque aggrauata est auris eius vt non exaudiat: sed iniquitates vestrae diuiserunt inter Deum vestrum & vos, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis. Sanctificatus quoque in utero matris fugerit heremias effatur: Peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis. Volens ergo gratiam & virtutes à Deo acquirere, imprimis curet ac studeat animam suam ab omni peccato mortali mundare per veram ac cordiale contritionem, per humilè confessionem & penitentiam læ satisfactionem. Idcirco per Hieremiam Prophetam praecipit Deus: Laua à malitia cor tuum vt salua sis. Et per Esaiam Prophetam loquitur Spiritus sanctus: Lauamini, mundi estote, & auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Omnia autem in confessione lauantur, quemadmodum Salomon protestatur: Qui absconderit peccata sua, non dirigitur: qui

autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Insuper, sicut ad suscipiendam gratiam & virtutes, necessè est cor à peccatis purgare mortalibus: sic ad proficiendum in charitate & gratia Dei, in virtutibus ac donis Spiritus sancti, oportet mentem à venialibus custodire ac purificare peccatis. Quemadmodum enim peccata mortalia charitatem, gratiam & virtutes extinguunt ac tollunt, sic veniales culpae à charitatis seruore, à gratiae incremento, à profectu ac perfectione virtutum impediunt. Ideo volens proficere, debet in omnibus esse circumspectus atque sollicitus, ne venaliter peccet per cogitationes inutiles, per verba otiosa, per risum, iocum, siue similia, aut etiam per operum omissionem bonorum. Veruntamen, quoniam homo non potest vniversa ac singula venialia vitare peccata, idcirco de quotidianis ac venialibus suis culpis oportet hominem proficere cupientem, quotidie dolere ac gemere, & ea desistere, atque à Deo veniam postulare, emendationem proponere, & pro gratia emendationis condignae misericordiam Dei in fatigabiliter inuocare. Hinc namque ait diuina scriptura: Qui spernit aut negligit modica, paulatim decedit. Itemque: Si non in timore Dei tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua, id est, conscientia tua velociter polluetur, & in mortalia rues peccata. Praeterea purgatio ista à peccatis & passionibus animae, est viduis & cunctis foeminis valde necessaria: quia (vt dicitur Doctores) foeminae communiter solent esse multum passionatae, & non bene sciunt se frangere, id est motus & affectiones suas non sciunt faciliter superare: immo quales sunt, tales sunt valde. Nam quae crudeles & iracundae seu garrulae sunt, sunt valde crudeles, iracundae seu garrulae: quae autem sunt molles & pia, sunt nimis molles & pia, ita quod non sunt satis constantes ac iustae. Et causam huius assignat Doctores, quoniam ratio (vt communiter) non est ita fortis in mulieribus, sicut in viris. Hinc bonae foeminae sunt valde bonae, & malae foeminae sunt valde malae. Et hoc scriptura manifestè testatur. In ecclesiastico siquidem scriptum est: Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata: sicut sol oriens in mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonae species in ornamentum domus suae. In eodem quoque scribitur libro: Omnis plaga, tristitia cordis: & omnis malitia, nequitia mulieris. Non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris. Commorari leoni & draconum magis placebit, quam habitare cum muliere.

Eccle. 19.

Eccle. 27.

Eccle. 26.

Eccle. 25.

Psal. 2.
Philipp. 1.
Hebr. 12.
Niere. 48

Seruite Domino in timore, & exultate ei cū tremore. Apostolus quoque: Cum metu, inquit, & reuerentia Domino seruiamus. Maledictus nanq; qui facit opus Dei negligenter. Rursus, cum Deus sit misericordiæ infinitæ, cum omni fiducia ipsum exorare debemus: quia in infinitum maior est bonitas ac misericordia eius, quàm prauitas & miseria nostra. Præterea, cum Deus sit dignitatis ac sanctitatis interminatæ, inuocandus est mente ei obediens ac pura. Nam (vt ait scriptura) Qui declinat aurem suam ne audiat legē, oratio eius erit execrabilis. Et in libro Sapientiæ scriptum est: Odio sunt Deo impius & impietas eius. Amplius, cum tam ineffabilis sit defectuositas, vitiositas, uilitas, periclitatio ac indigentia nostra, cum summa humilitate, ardenti instantia, in fatigabili perseuerantia Deum deprecari debemus, quia utiq; causa animæ nostræ cum Deo, est inestimabiliter magna. Ideo sanctus affirmat Basilius: Non renuisse diuinum est inplorandum auxilium, nec corde hinc inde uagante orādus est deus. Si quidem taliter orans, non solum nil imperrat, sed etiam Deum magis offendit. Corde itaque recollecto, attento, seruēti, timorato ac humiliter inuocandus est Dominus uniuersorum, ut sensus attendatur uerborum, & Dei præsentia ac maiestas sapienter pensentur. Denique, qui sic orat, licetque orare assuescit, in ipsius uis orationibus dulcem quandam mentis refectionem ac saporem internum sortitur à Deo ac sentit in animo suo, & delectatur in exorando, estque frequenter delectabile sibi orationibus immorari. Est etiam dignitas magna, tam sancto ac nobili exercitio occupari. Qui enim orat regem regum, Deum incomparabilis excellentiæ alloquitur, quem sine magna attentione ac reuerentia, totaq; cordis custodia affari non debet homo mortalis, fragilis creatura. Hinc asserit Augustinus: Oratio tua, locutio ad Deum est: quādo legis libros deuotos, Deus loquitur tibi: quādo oras, tu loqueris Deo. Chrysostomus quoq;: Considera, inquit, quanta sit tibi concessa felicitas: quanta gloria attributa, orationibus loquicū Deo, cum Christo miscere colloquia. Optare quoq; rationabiliter uelis, & quod desideras, postulare. Amplius, si bene perpēdat homo qualitate proprii status in seculo isto, ubi in medio ambulat laqueorum, quos pauci euadunt, quorū inuisibilibus hostibus, spiritibus malignis circumdatus est, quā pronus est ad peccandum, quōd æternæ dānationis periculis obsidetur, quōd nec sit diem neque horam, quōd post uitam

Prouerb. 28.

Sapient. 14.

Basilius.

Augustinus.

Chrysostomus.

istam breuissimam mox ad Dei iudiciū deducetur. Si hæc atque similia profundè pensauerit homo, satis uidet, quā necessarium sibi sit, Deum iugiter inuocare. Propter quod ait apostolus: Sine intermissione orate. Et ipsemet in Euangelio loquitur Christus: Oportet semper orare, & non deficere. Verū (vt ait Isidorus) quid prodest strepitus labiorum, ubi cor mutum est? Quemadmodum enim uox sine modulatione, est quasi uox porcorum: sic oratio sine deuotione, est quasi uox muti bouum. Oratio cordis est, non labiorum: neque enim uerba deprecantis Deus intendit, sed orantis cor adspicit. Melius est cum silentio orare corde absque sono uocis, quā solis uerbis sine aduertentia mentis. Hinc ait sanctus Gregorius: Illam orationem Deus non audit, cui ipsemet orans non attendit. Porro, tunc toto corde ad Deum clamatur, quando aliunde non cogitatur. Oratio pura, seruens ac humilis penetrat cælos. Oratio est oranti præsidium, animæ deuotæ subsidium, Deo sacrificium, angelis sanctis solatium, Demoniisque flagellum: atque (vt ait Gregorius) ueraciter orare, est amarus in compunctione gemitus fundere, non uerba composita resonare. Et taliter exorantem Deus exaudit, quemadmodum sanctissimus Moses contestatur: Cū quesieris Dominum Deum tuum, inuenies eum, si tamen toto corde quesieris eum, & tota tribulatione animæ tuæ. Magna ergo est uirtus puræ orationis, & cum certa spe inuocandus est Deus. Nam ut ait Iohannes Chrysostomus: Nunquā oranti beneficia denegat, qui ut orantes non deficiant, sua pietate instigat. Interdum tamen postulat homo, nec tamen exauditur à Deo, quia infideliter aut leuiter aut non perseueranter, aut quæ suæ salutis non expediunt, postulauit. Veruntamen cū cor humanum sit ualde instabile, si orans ex fragilitate humana distractionem incurrat, fructus orationis non impeditur, cū sanctus dicat Basilius: Si debilitatus à peccato, fixè orare non potes, quantum uales, te ipsum corhibeas, & Deus ignoscit: quoniam non ex negligentia, sed ex fragilitate non potes, ut oportet, coram Deo assistere. Hinc (vt scribit sanctus Thomas) conādum est, ut in principio orationis assit deuotio & seruor ac diligentia, quia ex hoc tota oratio sortitur uirtutem. Denique, non solum pro se, sed & pro communi bono Ecclesiæ, pro pace & reformatione ipsius in omnibus, pro pace patriæ, parentibus, propinquis, commissis ac benefactoribus, uiuis ac mortuis,

1. Thes. 5.
Luce. 18.

Isidorus.

Gregorius.

Dionysius.

Chrysostomus.

Basilius.

Thomas.

tuis, & uniuersis hominibus est orandum. Vidua ergo specialiter debet orare pro uiro suo defuncto, & pro sobole. Postremò, quamuis tam uirtuosum ac nobile opus sit orare, tamen Deum laudare præstantius & magis angelicum. Deuota igitur uidua Deum quotidie, immo uberrimè laudet, glorificet, benedicat, & ei cordialiter gratias agat, quemadmodum docet Apostolus: Omnem quodcunque agitis in uerbo aut opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi agite, gratias agentes Deo Patri per ipsum.

De patientia in omni aduersitate inuolabiler hilariterq; seruanda. Articulus XIII.



Irtuosa ac sapientissima uidua illa Iudith ait: Memores esse debemus, quomodo Pater noster Abraham tentatus est: & per multas tribulationes probatus, amicus Dei effectus est: sic Isaac, sic Iacob, sic Moses & omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Qui autem tentationes non susceperunt in timore Dei & in patientia sua, exterminati sunt & perierunt. Et nos ergo non uiscamur nos pro his quæ patimur, sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse, flagella Domini, quasi serui qui corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem nostram, euenisse credamus. Humiliter igitur Deo animas nostras, & in spiritu contrito & humiliato seruiamus illi, expectantes in aduersis humiliter consolationem ipsius. Ex his prudentissima Iudith uiduæ uerbis multiplex trahitur causa, ob quam aduersa æquanimiter sunt ferenda, ita quod in tribulationibus, persecutionibus, infirmitatibus, aduersitatibus quasi in omnibus diuitijs est gaudendum. Primò, quia per hæc conformatur homo electis Dei, sanctis Patriarchis, Prophetis, Apostolis ac cæteris sanctis: qui quantò electiores, Deoque chariores fuerunt, tantò plura ac duriora aduersa in hoc seculo sunt perpessi. Secundò, quia aduersa propter Deum hilariter sustinendo, amici Dei efficiuntur, quoniam in aduersis nequaquam ab ipso recedimus: quæ admodum Abraham per multas tribulationes probatus, amicus Dei effectus est. Tertio, quia in aduersitatibus deficientes exterminantur, id est, extra terminos & extra celestem patriam electorum ponuntur. Ait enim Saluator: In patientia uestra possidebi-

tis animas uestras. Quemadmodum ergo per patientiam homo possidet (id est, peccatis præseruat, & à seruitute Diaboli liberam tenet) animam suam, ita per impatientiam perdit animam suam. Ideo Salomon loquitur: Qui patiens est, multa gubernatur prudentia: qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam. Apostolus quoque: Patientia, inquit, uobis necessaria est, ut uoluntatem Dei facientes, reportetis promissionem. Quarto, quoniam aduersitatibus afflicti & tribulationibus exerceri, est signum dilectionis Dei ad nos, Deus etenim ait: Ego quos amo, arguo & castigo. Si ergo desideramus amari à Deo, gaudeamus in signis sui amoris, utputa in aduersis, per quæ experimur nos diligere à Domino Deo nostro, qui de reprobis & inimicis suis testatur: Dimissi eos secundum desideria cordis eorum. Hinc enim Salomon dixit: Disciplina Domini, fili mi, ne abijcias, & ne deficias cū ab eo corripis: Quem enim diligit Deus, corripit. Quintò, quoniam istud non solum est signum amicitie Dei, sed etiam quod sumus filij eius aut filie, cū dicit Apostolus: Quis est filius, quem non corripit pater? quod si extra disciplinam estis, ergo adulteri, & non filij estis. Sextò, quia qui in aduersis fideles sunt, & propter Deum constanter ac æquanimiter tolerant, non solum in futuro coronantur à Deo in cælis, sed in præsentia etiam uita multipliciter, gratiosè ac dulciter consolantur ab ipso. Ideo in aduersis humiliter expectanda est consolatio à Deo, ut Iudith dixit. Unde apud Tobiam deuota illa Sara loquitur Deo: Post tempestatem nomine, tranquillum facis, & post fletum exultationem infundis. Et rursus: Hoc pro certo habet omnis qui colit te nomine, quia uita eius, si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in correctione fuerit, ad misericordiam peruenire licebit. Ob id etiam ait Apostolus: Sicut abundans passio nes Christi in nobis, ita per Christum abundat consolatio nostra. Septimò, quoniam per aduersitates, tribulationes & persecutiones à uitijs præteritis emundamur, & à multis præseruamur peccatis. Culpæ enim debetur pœna, idcirco per pœnas culpæ delentur. Unde apud Tobiam legitur: Benedictum est nomen tuum deus patrum nostrorum, quia in tempore tribulationis peccata dimittis his, qui inuocant te. Octauò, per tribulationes ad gratiam dei disponimur, & dei præsentiam assistentiamque mere-

Prouerb. 14.

Hebr. 10.

Apoc. 3.

Psal. 90.

Prouerb. 3.

Hebr. 12.

Tobie. 2.

2. Cor. 12.

Tobie. 3.

Psal. 90.

Psal. 33.

bro Psalmorum: Cum ipso sum in tribulatione. Et iterum: Iuxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde. Sanctus quoque Martinus dixit, quod misericordia Dei in aduersis & tribulationibus maximè adest. Non dè, per hæc Christo propter nos passio conformamur. Si ergo volumus postmodum regnare cum Christo, non renuamus nunc pati cum eo: quia ut ait Apostolus: Si compatimur, & conregnabimus: si commorimur, & conuiuemus. Hinc princeps Apostolorum beatissimus Petrus testatur: Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, ut sequamur uestigia eius. Decimè, quoniam per aduersitates & tribulationes vitæ præsentis, à futuris liberamur supplicij: sicque tribulationum deuota humilisque perpessio, est compendiosissima ac optima via pertingendi ad regnum cælestè. Præterea, tam ineffabilis est patientiæ fructus, quod quamuis post hanc vitam non premiaretur à Deo, nihilominus meritò patientes essemus propter multa & præcipua bona ex patientiæ virtute nascuntia. Quæadmodum enim māsuetudo est virtus iram refrenans ac moderans, sic patientia est virtus tristitiam reprimens, ordinans aut expellens. Tristitia autem est passio valdè nocua, non solum animam lædens, sed corpus quoque affligens, & corporalem vitam in disponens atque abbrevians. Nam Salomon Prouerbiorum vigesimo quinto ait: Sicut tinea nocet uestimento, ita tristitia cordi. In Ecclesiastico quoque habetur: Tristitiam non des animæ tuæ: Multos enim occidit tristitia, & non est utilitas in ea. Tristitiam longè expelle à te. Iucunditas cordis, hæc est vita hominis. Hæc autem intelligenda sunt de inordinata & seculari tristitia, qua quis dolet propter temporalia damna, vel propter læsionem siue iniuriam sibi aut suis illatam, de quibus nõ est immoderanter tristandum. Est autem & alia bona tristitia, qua quis de proprijs aut proximorum peccatis, aut de dilatione cælestis gloriæ dolet. Insuper, patientia facit hominem imperturbatum, tranquillum, iucundum, suauem. Qui autem impatiens est, frequenter turbatur, inquietatur, amaricatur, tristatur, & impetum suum sequendo, irrationabiliter agit. Propter quod Salomõ Prouerbiorum decimo quarto asserit: Qui impatiens est, operatur stultitiam. Aduersitates ergo & tribulationes considerandæ sunt, non solum ut quædam pœnalitates, sed tanquam saluberrimæ medicinæ contra animarum vulnera, id est, peccata, & tanquam præcipua Dei dona, ac paternæ suæ dilectio-

Roma. 8.

1. Pet. 1.

Eccl. 30.

Prouerb. 14.

nis indicia, & tanquam fructuosissima media impetrandi gratiam ac virtutes, & incrementum earum in seculo isto, gloriæque in futuro. Per aduersa quoque discit homo cognoscere semetipsum & propriam fragilitatem ac culpam, & ea quæ mundi sunt spernere, futura supplicia considerare, ad Deum confugere, ad cælestem beatitudinem adspirare. Propterea in tribulationibus, aduersitatibusque lætandum est, & Deo regratandum.

De remedijs contratentationes.

Articulus XIII.



IN libro sancti Iob scriptum est: Iob. 7.

Militia est vita hominis super terram: quod de virtuosis & iustis hominibus est intelligendum. Tales enim quotidie pugnant contra aciem vi-

tiorum, contra suggestiones tentamentaque Demonum, contra desideria carnis, contra vanitates mundanas. Hinc quilibet iustus est miles Dei & persona exercitus sui. Sed quoniam fragilis homo contra tot hostes animæ suæ, contra tot tentationes & vitia proprijs nequit viribus reluctari ac præualere, ideo primum remedium atque consilium est, in omni tentatione ad Deum iugiter cõuolare, ad eius pietatem recurrere, eius auxilium inuocare, & propriam insufficientiam semper humiliter profiteri. Secundum est, passionem Christi intentam mente reuoluerè, & semper in mente portare, se quoque in eius vulneribus occultare, sicque omnem oblectationem carnalem, omnem pompam ac vanitatem mundanam despiciere. Tertiũ est, considerare prudenter, quæ, qualia & quanta supplicia pro vitijs infliguntur, quæque horredum sit, incidere in manus Dei viuentis. Quartum est, ponderare, quanta mala faciat peccatum homini, etiam in præsentem, quæ iniustum & impiũ sit Deum offendere, Diabolo consentire, concupiscentijs deseruire. Siquidem per omne peccatum mortale sit peccans hostis & aduersarius dei, membrum ac seruus diaboli, iniquitatis minister. Quintum est, se fructuosè occupare, omnem otiositatem vitando, seque ab illicitis cogitationibus auertendo, atque ad salutaria conuertendo, utputa cogitando de rebus pertinentibus ad salutem. Sextum est, propriũ angelum custodem & sanctos (potissimè virginè gloriosam, ac eos, ad quos habetur specialis deuotio) inuocare, ut assint, pro se orent, tueantur, confortent. Vnde in libro beati Iob legitur: Ad aliquem sanctorum conuer-

Remedia contra tentationes.

Iob. 5.

ter

ter sancti tentationibus restiterunt, & eorũ in hoc seculi uestigia. Octauum est, contemplari quanta sit in futuro beatitudo, merces & gloria eorum, qui tentationibus victoriosè resistunt. Si igitur vidua concupiscentia tentetur carnali, præactis vtatur remedijs, cogitationibusque immundis nullatenus immoretur: immo mox cum senserit eas, se ab illis auertat, & passionem Christi, pœnas inferni, districtum iudicium Dei attendat: tantoque fortius agat hoc, & præfata assumat remedia, quanto plũs tentatur ac infestatur: nec fatigetur, quia in talibus maximè promeretur. Estque valdè expediens, ut alicui personæ spirituali ac sapienti, præsertim suo confessori, si talis est, cor suum aperiat & eius informatiõem vtatur: quia per hoc potestas Diaboli valdè debilitatur.

De conuersatione Christi in seculo isto, & de passionibus eius, ac alijs rebus ad salutem spectantibus. Articulus XV.



Quemadmodum ait Iohannes Apostolus: Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Ex quo declaratur, quod omnis operatio Christi, est informatio & exemplar cuiuslibet Christiani, quoniam Christi virtutes & opera sectari debet plebs Christiana. Siquidem inaniter, immo ad grauiorem suam damnationem Christianum vocatur, qui Christi virtutes non imitatur. Oportet igitur vnumquemque fidelem virtutes & opera Christi diligentissimè atque æpissimè considerare, & in illis seipsum attendere, an verè sit Christianus. Hoc autem imprimis constat ac intuendum est, quod tota conuersatio Christi in seculo isto, à natiuitate sua ex virgine vsque ad mortem in cruce, omni humilitate, paupertate, mansuetudine, patientia, charitate fuit plenissima. Denique, cum esset verus Deus & Patris eterni vnicus Filius, Patri consubstantialis, cõequalis & cõternus, ex nimia charitate atque ineffabili pietate sua ad nos, nostram assumpsit naturam, & factus est homo, ac pauperè virginem elegit in matrem, & natus est ex ea in paruulo oppido, in vili stabulo, in noctis ac Iheremii mediõ: in præsepito quoque est positus, quia in diuersorio illo alter ei locus apertus non fuit. Voluit etiam circuncidi, in templo præsentari ac baptizari ut homines alij. Prædicando autem Iudæis, plurimas ac grauissimas persecutiones, irrisiones, contumelias atque blasphemias ab eis perpessus est. Interdum conati sunt eum precipitare, aliquando lapidare, & tandem morte acerbilissima ab ipsis occisus est. Contemplandum est ergo deuotissimè ac intèrè, ad minus semel quolibet die, qualiter Christus post cœnam suam nouissimam, instante iam hora suæ sanctissimæ passionis, Deum Patrem ter rogauit: & quomodo tunc factus est sudor eius ut guttæ sanguinis, ita quod sudorem sanguineum ac sanguinem verum tam copiosè sudauit, quod sudor ille à corpore suo benedictio decurreret in terram præ nimia anxietate & angustia animæ suæ, quam anxietatem & angustiam spontè propter multas causas assumpsit: & quomodo tunc ad Apostolos dixit: Tristis est anima mea vsque ad mortem: & qualiter deinceps à crudelissimis ministris pontificum ac Pilati captus est, ligatus, tractus, rursus, & vsque ad Annam pontificem imperiofissimè ductus, & ibi à sceleratissimo seruo alapa cæsus: deinde ad Caipham missus, & ibi mortis reus est iudicatus, blasphematus, oculis velatus, in faciem sæpissimè ac durissimè cæsus, consputus, illusus, & tanquam vilissimus ac impijssimus hominum vsque ad mane tractatus. Postea manibus ligatis, tanquam latro & fur Pilato est præsentatus, falsissimè accusatus, ab Herode alba veste indutus, & instar stulti derisus: ad Pilatum quoque remissus, amarissimè est flagellatus, spinis coronatus, arundine cæsus, consputus, irrisus ac blasphematus, purpureo indumento illusus, deinde patibulo ad iudicatus: & proprijs humeris crucem suam ductus est: & inter illos in patibulo crucis suspensus, manibus & pedibus cum inæstimabili dolore magnis clauis atrocissimè perforatus, toto corpore vsque ad venarum diruptionem distentus, sacro cruore perfusus, grauiter sitiens, aceto & felle potatus, cum impijs reputatus, irrisus ac blasphematus ac mortuus. Hæc omnia intèrè, morosè, distinctè cum quadam sensibili compassione sunt deuotissimè meditanda ac intuenda, ac si corporaliter inspicerentur, & in præsentia fierent meditatis. Nec solum consideranda est passio Christi in se, sed etiam quis, qualis & quantus sit, qui ista pro nobis sustinuit, quod scilicet vnigenitus Filius Dei, Deus & homo, mansuetissimus & innocetissimus agnus, à crudelissimis ac sceleratissimis pro nostra æterna salute hæc passus est in regia vrbe, in festo præcipuo, coram tot millibus hominum, cum patientia summa & charitate plenif-

ter sancti tentationibus restiterunt, & eorũ in hoc seculi uestigia. Octauum est, contemplari quanta sit in futuro beatitudo, merces & gloria eorum, qui tentationibus victoriosè resistunt. Si igitur vidua concupiscentia tentetur carnali, præactis vtatur remedijs, cogitationibusque immundis nullatenus immoretur: immo mox cum senserit eas, se ab illis auertat, & passionem Christi, pœnas inferni, districtum iudicium Dei attendat: tantoque fortius agat hoc, & præfata assumat remedia, quanto plũs tentatur ac infestatur: nec fatigetur, quia in talibus maximè promeretur. Estque valdè expediens, ut alicui personæ spirituali ac sapienti, præsertim suo confessori, si talis est, cor suum aperiat & eius informatiõem vtatur: quia per hoc potestas Diaboli valdè debilitatur.

Matt. 16.

plenissima. Hæc cogitando, gratias Christo agamus, nostra plangamus peccata, Christi patientiam, humilitatem, charitatem, ceterasq; sectemur virtutes. Insuper, vidua pia, omnisque anima Christiana p̄fer̄ quotidie vitę presentis incertitudinem, vanitatē, fallaciam, mortis amaritudinem, diuini quoq; distinctionem iudicij, & inex cogitabiles p̄nas inferni: quàm amarissima sit desperatio damnatorum, quanta afflictio, quanta tristitia, dum se in tantis sciunt supplicijs æterna liter permanfuros. Cogitemus, quàm intolerabile esset in mundo per vnā horam in ardenti iacere fornace. Quid ergo est, in medio infernalis incendij æternaliter sine specuationis iacere? Neque enim damnati tantū affligentur in corpore igne tartareo, quātum iugiter affliguntur in mente, dum cogitant se in illis tormentis sine finemansuros, vt magnus ait Albertus. Est quoque in inferno inestimabile frigus, & de summo calore vadunt ad maximum frigus; est etiā ibi grauissimus fœtor, horrendissimus Dæmonum & omnium damnatorū adpectus. Postremū pensandum est, quàm incomprehensibilis sit beatitudo & gloria electorum, Deum gloriosum & sanctum (cuius pulchritudo, dulcedo & amœnitas finem nō habēt) indefinenter & clarē cernentium, quibus nil deest, & de tanta felicitate in æternum securi sunt. Quàm miserum ergo atque stultissimum est, pro huius breuissimæ delicijs vitę infernalem illam calamitatē mercari, & cœlesti felicitate priuari.

De contemplatione Dei. Articulus XVI.



Contemplatio Dei clara per speciem in seipso, in propria eius luce atque essentia, est plena beatitudō & tota merces omnium electorum in cœlis, vt asserit Augustinus. Nam & Vnigenitus Filius Dei loquitur Deo Patri: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christū. Hæc autem contemplatio Dei in cœlis, amorosissima est & prorsus iucundissima. Tota ergo perfectio nostra in vita hæc est, vt cœlesti illi ac beatificæ contemplationi Dei quotidie propinquemus, proficendo in terris in contemplatione Dei amorosa per fidem & speculum. Quāntum verō in charitate, puritate, cæterisq; virtutibus modō proficimus, tan-

tum in dono sapientię crescimus, per quod donum Deum in hac vita contēplamur. Denique, in vniuersis ac singulis creaturis Deū Creatorem possumus contēplari. In omni etenim creatura perfectio & excellentia dei resplendet. Præterea, totus mūdus est quasi quædam magna domus Dei. Quemadmodū ergo videntes aliquod castrum aut habitaculum speciosum optimē ædificatum, in ipso edificio & pulchritudine eius artificem laudant, eiusque sapientiam admirantur: sic inspiciendo totum mūdū & omnē magnitudinem ac pulchritudinem eius, varias etiā creaturas, virtutes & proprietates earū, contēplari debemus in eis Deū altissimum, quanta sit omnipotentia eius, qui opus tam magnum, tamque diuersas creaturas in eo, vno creauit imperio, vnoq; verbo: quoniam iuxta Prophetam: Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Quam immensa est sapientia eius, qui cuncta tam optimē ordinauit, tam speciosē ornauit: qui soli, lunę, planetis ac stellis omnem quam habent lucem, pulchritudinemq; impressit? Quāta est eius suauitas, à quo omnium rerum dulcedo effluit? Itaq; quicquid perfectionis & nobilitatis, quicquid pulchritudinis atq; dulcedinis, quicquid sapientiæ, eminentiæ, felicitatis, bonitatis, desiderabilitatis & gloriæ inuenitur in vniuersis rebus creatis imperfectē, finitē ac sparsim, hoc totum eminentissimē est in Deo perfectē, infinitē, simplicissimē & coniunctissimē: immo ipsemet deus omnipotens & æternus, est simplicissimum esse, in quo est, & quod est omnis perfectio, immensa nobilitas, infinita felicitas, interminabilis virtus, sapientia, cuius nō est numerus, opulencia, pulchritudo, dulcedo, cuius nullus est finis: bonitas pura, charitas plena, pietas, sanctitas, iustitia, cuius nullus est mēsurā. Si ergo aliquid amabilitatis aut delectabilitatis in creaturis conspiciamus, nosq; allicit, protinus cogitemus omne id in Deo incomparabiliter perfectius inueniri, & ipsum præ omnibus in infinitum amabiliorem, dulciorem ac deliciosiorem consistere: nec aliqua occasione ab ipso cor auertamus, magis inhærendo creaturæ quàm Creatori: immo ad ipsum mentem nostram iugiter conuertamus, ipsum in omnib; & super omnia indefinenter amantes, timentes, desiderantes, quærentes ac venerantes, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

Libri de laudabili vita viduarum, finis.

D. DIO-

D. DIONYSII CARTHUSIANI CONTRA AVARITIAM AD QVANDAM VIDVAM. LIBER VNVS.

Præfatio.



Venerabili ac deuotæ personæ quidam religiosus, Sic transire per bona temporalia, ut non amittas æterna, pro salute. Charissima Domina, ex quo placuit tuæ prudētia, ut aliqua exhortatoria tibi scriberem, opto hoc ipsum implere. Hoc ergo imprimis exhortor, ut tantō sollicitior sis de tua salute, quāntō uides te esse seniore & magis propinquare ad mortē. Qui autem sollicitus est de sua salute, vitat pro posse suo omnia, quæ sunt saluti suæ contraria: ea quærit, apprehendit atque exequitur, quæ sunt sibi necessaria ad salutem. Præterea o deuota Domina, cum sis iam uenerando senio decorata, non est necesse facere tibi exhortationem de uitandis iocis, ludis, choreis & vanitatibus huius mundi, aut de castitate uiduali seruanda, quam per aliquot annos laudabiliter obseruasti, quando ad huc aptior fuisti ad contrahendum matrimonium quàm nunc es: sed quia nunc abundas magna ualde abundantia temporalium rerum & copioso pecunia rum thesauro, de hoc potissimē admonenda es ac informanda, qualiter debeas ac possis tantis pecunijs uirtuose ac meritorie uti, & ordinatum ac moderatum habere affectum ad eas. Cumque senes solent naturaliter esse auari, aliqua nunc specialiter contra auaritiam scribam. De cæteris autem uirtutibus & sanctis operibus ad uiduas pertinentibus, feci & mitto pietati tuæ specialem tractatulum: sed ista scribo seorsum, quoniam tuam personam singulariter concernunt.

Quare Filius Dei uenerit in hunc mundum. Articulus I.



Dominus noster Iesus Christus in Euangelio ait: Ego sum uia, ueritas & uita. Nemo uenit ad Patrem, nisi per me. Nemo ergo potest saluari, nisi uestigia Christi sequendo, hoc est, acquiescendo eius doctrinis, & obediendo eius præceptis. Ideo ait Apostolus: Qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Et ipsemet Dominus Iesus Christus est fatur: Si quis mihi ministrat, me sequatur. Idcirco secundum Augustinum, mendaciter Christianus uocatur, qui Christum non imitatur. Sed quid est Christum imitari, nisi uirtuosa opera exercere, quæ exerceuit ipse? Ideo nanque ipse Vnigenitus Filius Patris æterni dignatus est homo fieri, & cum hominibus cōuersari, vt non solum uerbis, sed

etiam operibus & exemplis ostenderet nobis uiam eundi ac pertingēdi ad æternam salutem. Hinc uenit in mūdum istum, & uixit in eo in omni humilitate & maxima paupertate, vt doceret nos esse uitā æternā beatissimā & gloriosissimā, cuius desiderio & amore debeamus contēnere omnia illa tēporalia & terrena, sicq; toto cordis affectu aspirare, festinare ac tendere ad deliciosissimā ac diuiniissimā illam uitā cœlestē: nec de tēporalibus rebus plus appetere aut tenere, q̄ uile aut necessarium nobis est ad acquirendum bona spiritalia ac æterna. Vnde vt Filius Dei monstraret, quàm uehementer impediat hominem à salute abundantia talium rerum, ipse tantam paupertatē in seipso elegit ac habuit, vt testetur: Volucres cœli nidōs habent & uulpes terræ foueas, filius autem hominis nō habet ubi caput suum reclinet. Si

Albertus magnus.

Contemplatio quid.

Augustinus.

Ioh. 17.

Mat. 14.

Mat. 23.

Mat. 23.

1. Tim. 6. Zacha. 9.

Mat. 23.

Mat. 23. Luca. 9.

Siergo Filius Dei omnipotentis, Rex angelorum & Princeps caelorum, ac Dominus omnium creaturarum, tantam paupertatem propter nostram informationem ac salutem assumpsit, quid est quoddam homo fragilis ac mortalis, peccatis ac defectuositatibus plenus, querit ditari, aut esse desiderat diues, hoc est, superflue abundans in temporalibus rebus in seculo isto? Itaque ut cognoscamus quam incomparabiliter praeligenda & praemandanda sint bona spiritualia & diuina, caelestia ac aeterna praeter omnibus rebus transitorijs & terrenis, voluit Filius Dei inter homines conuersari in profundissima humilitate & perfectissima paupertate: & non solum ut hoc cognoscamus, sed etiam ut in hoc ipsum sequendo per veram humilitatem & sanctam paupertatem, aut saltem per moderatam & competentem terrenarum rerum possessionem, perueniamus ad caelestes diuitias, ad aeternas delicias, angelicisque honores.

Quid sit auaritia. Articulus II.

Sicut homo constat ex corpore & anima, sic indiget duplicibus donis, videlicet corporalibus ac spiritualibus. Corporalia bona, quibus indiget homo, sunt cibus & potus, habitaculum & vestitus, atque pecunia, per quam possit emere & acquirere corporalia bona sibi necessaria. Pecunia nanque non est propter seipsam necessaria aut utilis homini, sed in quantum per eam acquirere potest necessaria suae vitae, aut alijs subuenire in talibus, & eleemosynas facere, ac cultum Dei augere. Porro spiritualia bona hominis, quibus maxime indiget homo in hac vita, sunt gratia Dei, virtutes sanctae & dona Spiritus sancti ac opera virtuosa, sine quibus nemo potest saluari: & sicut anima hominis est incomparabiliter nobilior corpore eius, sic spiritualia bona ista sunt ineffabiliter digniora & amabiliora corporalibus bonis. Nec corporalia bona sunt appetenda aut retinenda, nisi in quantum deseruiunt homini ad virtuosum viuendum, atque ad proficendum ac perseverandum in Dei amore, in gratia ac donis Spiritus sancti, & ad pertinendum ad incomprehensibilia bona caelestis patriae aeternalisque gloriae. Et si temporalia bona plus appetantur aut copiosius referentur, hoc est auaritia, quae est superfluus amor pecuniae & immoderatus appetitus rerum temporalium, ita quod non minus pertinet ad peccatum auaritiae, temporalia bona nondum habita superflue affectare &

querere, quam contra ea iam habita ac possessa superflue referuare, nec fructuose exponere, sed plus de eis apud se retinere, quam sibi utile aut necessesse sit ad viuendum iuste atque deuote.

Quod uehementer sacra scriptura uituperet & condemnet auaritiam. Articulus III.

Illius & discipulus ac minister, qui facit contraria praecipis & documentis patris & magistris ac domini sui, ostendit se esse peruersum, inobedientem atque rebellem. Cum ergo Deus sit pater noster optimus ac benignissimus, magister quoque sapientissimus ac fidelissimus, & Dominus, Rex ac Iudex noster altissimus, qui in tota scriptura noui ac veteris Testamenti auaritiam maxime vituperauit, prohibuit ac damnauit, quicumque temporalia ista superflue cupit, amat, conuertit aut retinet, ostendit se non esse bonum filium, proficientem discipulum ac obediendum ministrum dei & Creatoris sui, sed potius pandit se esse peruersum, inobedientem ac rebellem. Nunc igitur breuiter ac modice tangam, quid sacra scriptura contra auaritiam dicat. Ecce Dominus noster Iesus Christus, Deus & homo, Magister & Iudex noster, proprio ore in Euangelio ait: Quam difficile, qui pecunias habent, intrabunt in regnum caelorum. Amen dico uobis, facilius est camelum transire per foramen acus, quam diuitem intrare in regnum caelorum. Verbum istud, o venerabilis Domine, valde considerandum ac formidandum est tibi, quae quamuis iam sis grandaeuatae, retines apud te tam multa millia florenorum. Iterum loquitur Christus: Vae uobis diuitibus, qui habetis hic consolationem uestram. Et rursus: Nolite thesaurizare uobis in terra, sed thesaurizate uobis in caelo. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Insuper sanctus Apostolus Paulus dicit: Qui uolunt diuites fieri, nec dubium, quin etiam qui uolunt diuites esse aut sunt, incidunt in tentationem & laqueum Diaboli, & in desideria multa praua & inutilia, quae mergunt hominem in interitum & perditionem. Et denud idem Apostolus protestatur: Radix omnium malorum est cupiditas. dicit etiam, quod auaritia est seruitus idolorum, & quod auari non intrabunt in regnum caelorum. Praeterea, beatus Apostolus Iacobus loquitur: Agite nunc diuites, plorate uolentes in miseris, quae aduenient uobis. Diuitiae uestrae

strae putrefactae sunt, uestimenta uestra à tineis comesta sunt. Aurum & argentum uestrum aë ruginavit, & aë rugo eorum in testimonium uobis erit, & manducabit carnes uestras sicut ignis. Thesaurizastis uobis iram in nouissimis diebus. In libro quoque Ecclesiastico scriptum est: Auaro nihil est sceleratius. Nihil est iniquius quam amare pecuniam: Auarus enim animam suam habet uenalem. Qui diligit aurum, non iustificabitur. Haec pauca ex diuinis scripturis allego, o venerabilis Domine, non quia malè sentio de tua persona, sed ne occasione tantarum pecuniarum quas possides, incidas laqueum inimici & auaritiae culpam, atque ut cordis tui affectus sit circa haec temporalia ordinatus, & ut eiusdem uirtuosè ueraris.

Quod bona temporalia debent esse communia, quantum ad usum. Articulus IIII.

Sanctus Thomas de Aquino ait: Quamuis bona temporalia sint possidentis, quantum ad proprietatem, tamen quantum ad usum, debent esse illorum, & illis communicanda sunt, qui indigent his, quae possidendi superfluum: & quicquid possessori superest, consideratis condescendit & grauiamine sui status, debet ad usum pios conuertere. Et istud probat Thomas ex doctrina sanctorum Patrum Basilij atque Ambrosij. Ait nanque sanctus pater Basilius: Si tu o diues, fateris & recognoscis bona haec temporalia & exteriora tibi prouenisse à Deo, an iniustus est Deus, qui bona ista inaequaliter distribuit nobis? Cur tu abundas, & ille mendicat, nisi ut tu consequaris merita, acquirasque praemia bonae erogationis & pie communicationis, hoc est, uirtuosus usus diuitiarum, pauper uero decoretur patientiae brauijs & mercede ac gloria paupertatis? Et iuxta hunc sensum, uerum est quod ait gloriosus abbas Bernardus: Filij hominum uani & cupidi, cur amatis terrenas diuitias, quae nec uestrae nec uestrae sunt? & si uestrae sunt, tollite eas uobiscum: sed homo cum dormierit, non sumet quicquam ex eis secum. Itaque constat, quod Deus omnipotens, Creator iustus ac sapiens, creauit, hominibusque communicauit, deputauit ac dedit bona terrena, quatenus unusquisque eis utatur moderatè secundum exigentiam & condecensiam sui status.

Quam periculosum sit, temporalia bona retinere superflue. Articulus V.

In quo temporalia bona debent esse communia, quantum ad usum, idcirco qui plus conseruat sibi ex eis, quam sibi & pertinentibus ad se utile est vel necesse ad seruendum Deo, & ad proficiendum in gratia atque uirtutibus, potissimè in amore Dei, facit iniustè, & retinet sibi ea, quae tenetur indigentibus communicare, aut in pios usus ad Dei honorem expendere: immo retinet sibi ea, quae non sunt sua coram Deo, & facit iniuriam tam Creatori, cuius honorem & cultum posset augere bene utendo suis diuitijs, quam hominibus indigentibus, quibus posset succurrere. Hinc ait magnus Basilius: Panis famelici est quem tu tenes. Nudi est tunica quam in conclauis referuas. Fiscalceati calceus est qui apud te marcescit. Indigentium est argentum & aurum quod habes reconditum. Idcirco tot hominibus iniuriaris, quot inde succurrere posses. Hoc idem ait uenerandus pater Ambrosius, qui etiam addit: Captiuorum redemptio est pecunia quam abscondis. Hinc etiam asserit sanctus Thomas: Auaritia contrariatur iustitiae, secundum quod auaritia importat immoderatam acceptionem & reservationem diuitiarum, quas homo ultra debitum adipiscitur aut conseruat: sicque auaritia ex sua natura est peccatum mortale, quia sic spectat ad eam res aliorum retinere aut sumere, eò quod exteriora, quantum ad usum, communia sunt: immo sic auaritia comparatur rapinae ac furto. Hinc iterum dicunt sancti Doctores Ambrosius & basilius: Non minoris est criminis, habenti quod suum est tollere, quam cum possis & habeas, indigentibus denegare. Ideo scias te tantorum bona in uadere, quantis potes, nec vis praestare. Vides o dilecta ac uenerabilis Domine, quam periculosum sit animae tuae, tantas pecunias apud te retinere, nec eas pie expendere: immo cum sanctus Thomas dicat, quod homo peccat quotidie plus omittendo bona, quam committendo mala, sicut homines seculares, qui tempus duarum aut trium horarum consumunt fabulando, iocando, ridendo, potando, non solum grauitè peccant committendo haec mala, sed & valde grauitè Deum offendunt, omittendo ac negligendo multa opera uirtuosa, quae facere possent & deberent intra horas illas: Idcirco timere debes, ne fortè non solum pecces in Deum, retinendo apud te tanta temporalia bona quibus non indiges, per quas tam multa opera bona patrare posses, sed etiam quod omisit omnium operum talium imputabitur tibi à Deo.

Contra auaritiam ex dictis sanctorum Patrum. Articulus VI.

Beatissimus Doctor Ecclesie Augustinus disseruit: Non solum auarus est, qui cupit aut rapit aliena, sed etiam ille, qui cupidè feruat sua. Auarus similis est inferno. Nam sicut infernus nunquam dicit: Sufficit, quanto scunque deuorauerit, ita auarus non impletur pecunia. Quæ est ista auiditas auaritiæ, cum & bestiarum habeant modum? Tunc enim rapiunt, quando indigent & famescunt; & parcunt prædæ, cum senserint satietatem. Auaritia uero quantum plura acquirat, tantò plura desiderat. Hinc ait Innocentius Papa: O insatiabilis cupiditas igni inextinguibili similis, quis auarorum fuit unquam primo voto contentus? cum adipiscitur quod optauit, appetit ampliora. Nunquam constitit sibi finem in habitis, sed iugiter in habendis. Hoc est quod ait Gregorius: Sicut hydropicus quantum plùs bibit, tantò plùs sitit: ita auarus, quantum plura acquirit, tantò ad acquirenda plura amplius inardescit. Auarus nunc ardet æstu concupiscentiæ atque multiplici cura custodiæ sue pecuniæ, postmodumque ardebit igne gehennæ. Ex quibus constat uerum esse quod ait sanctus Iohannes Chrysostomus: Qui seruit pecuniæ, presentibus ligatur compedibus & futuris. Qui pecunias habet, uelut nolit, timori ac dolori succumbit. Auaritia ita deprimit cor ad terrena, ut nequeat se eleuare sincriter ad cælestia & æterna. Nec potest anima contemplari diuina, aut promereri gaudia sine mansura, nisi fuerit à peccato auaritiæ expurgata. Denique sanctus Abbas Bernardus effatur: Cupiditas est radix iniquitatis, cupiditas ex negligentia oritur. Nam ideo homo inhiat & inhiaret trāsitorijs rebus, quoniam negligit meditari æterna & dignè considerare futura. Ex auaritia & opulencia procedit cæcitas cordis, furor animositatis, anxius labor suspitionis, crudele uenenum liuoris, insatiabilis amor diuitiarum. Longè plùs torquet suo desiderio animam, quam suo usu refrigerat eam. Insuper, uir ille profundi sensus Iohannes Climacus dicit: Auarus est uoluntarius præuariicator & subannator Euangelij Domini nostri Iesu Christi, quoniam Christus in toto Euangelio uerbis & exemplis docuit terrenorum contemptum.

Quòd multa mala sequantur ex auaritia, & quam uehementer impediatur hominem à charitate & gratia Dei, atque à regno cælesti.

Articulus VII.

Christus in Euangelio diuitias uocat spinas, quoniam uarias curas amaras, timores & suspiciones, inquietudines & occupationes animam instar spinarum penetrantes, producant in homine diuite & auaro. Ideo ait sanctus Bernardus: Qui amat pecuniam, non satiatur: qui diligit aurum, non quietatur. Non antè satiatur cor hominis auro, quam corpus aura. Requisite diuitiarum est plena laboris, earum possessio est plena timoris, ipsarum amissio est plena doloris. Denique beatus Ambrosius dicit: Sicut qui per insaniam mente translatus sunt, non uident res ipsas, sed imaginationum & passio num suarum phantasias: ita mens auara semel ligata uinculis cupiditatis, semper credit se aurum & argentum uidere, semper computat reditus suos, & aurum libentius intuetur quam solem. Præterea, quanta mala sequantur ex auaritia, non opus est scribere, quia experientia satis hoc edocet. Specialiter tamen oriuntur ex ea obduratio cordis, inquietudo, uolentia, dolus, periuriu, proditio, furtum, rapina, mendacium, testimonium falsum, multaque alia, ut patet ex dictis. Ecce quantis uitijs atque periculis, quantis damnationibus inuoluit hominem hæc auaritia detestanda. Ipsa enim in primis priuat hominem omni uero & spiritali amore, facitque mentem à charitate Christi penitus alienam: & tanquam lapis molaris cor deprimit, ut semper terrena & caduca adspiciat, cogitet & affectet: immo efficit, hominem idololatram similem, ita quòd magis inhaeret auro quam Deo, magis honorat pecuniam quam bonitatem æternam, incretam & infinitam, sæpius cogitat nummum quam proprium Creatorem: sicque auaritia facit hominem seruum peccati, membrum Diaboli, spiritalibus diuitijs destitutum: & priuat eum non solum felicitate æterna, sed etiam trahit eundem ad tormenta perpetua: & sicut nunc priuat animam pace pectoris, consolationibusque spiritalibus ac internis, ita post uitam hanc priuat eam pace æternitatis & iucunditibus sempiternis.

De causis seu occasionibus inducentibus ad auaritiam. Articulus VIII.

Aristoteles dicit, quòd numisma seu pecunia est quasi fideiussor ad obtinenda cætera omnia, quoniam in hac uita solè optari aut reputari. Propter

Propter quod uis sapientum dixit: Pecunia obediunt omnia. Videmus enim quòd per pecuniam acquiruntur honores mundi, deliciae cæteræ & delectabilia carni. Diuitibus quoque plurimi adulantur, & diuites honorantur ac famam acquirunt, immo & ab excellentibus uisitantur ac uenerantur personis. Itaque amor & complacencia honoris temporalis, laudis humanæ, transitorie famæ, delicatæque uitæ & consimilium, multos trahunt ac mouent ad auaritiam, & conseruant eos in illa. Præterea, sicut multi appetunt ista sibi metipsis: sic cupiunt ea acquirere ac relinquere posteris suis, uidelicet soboli suæ cæterisque propinquis: Idcirco amor carnalis ad proprios pueros aut cognatos, multos inducit ad auaritiam. Insuper Seneca ait: Pecunia auaritiam non extinguit, sed prouocat, nutrit & auget eandem. Quemadmodum enim appositio lignorum ad ignem, est nutritio & augmentatio ignis, sic pecuniarum acquisitio seu abundantia auaritiam plùs accendit. Iterum, cum aurum ex sua natura habeat vim quandam lætificandi intuentem, ipsa delectatio, quam aliqui habent intuentem aut cogitando suos aures numeros, conseruat eos in auaritia. Familiaritas quoque aureorum incitat ad auaritiam. Iterum, cum senes sint naturaliter frigidi & multis indigeant, naturalis eorum frigiditas ac indigentia mouet eos ad auaritiam, atque in ea tenet ipsos ligatos: immo quemadmodum aliqui ex naturali complexionem suam inclinati ad iram uel ad libidinem aut superbiam, ita nonnulli ex sua complexionem etiam à iuuentute inclinati ac prouisi sunt ad auaritiam. Veruntamen, cum cætera uitia decrescant in senibus, auaritia tamè ex causa præacta crescit in ipsis.

De remedijs contra auaritiam. Articulus IX.

Auaritia non est hominibus ita cõ naturalis, sicut gula & appetitus uenerorum. Ideo à principio facilius potest uitari, quam uitia illa: sed postquam auaritia intromissa est, & mentem semel possedit, valdè difficile est eam superare & extirpare. Ideo nunc diligenter tangendum est de remedijs auaritiæ, quorum primum est frequens ac diligens consideratio mortis, in qua omnia simul terrena sunt deserenda, ut ait Anselmus. Ideo sanctus Iob loquitur: Diues cum dormierit, nihil secum auferet. Apprehendet eum quasi aqua inopia. Sanctus quoque Hieronymus

protestatur: Faciliter cuncta terrena contemnet, qui se semper cogitat moriturum. Et consideratio ista debet senes specialiter inflammare ad superandum auaritiam, cum sciant se diu uiuere non posse: sicque ad istud primum remedium potest reduci, quod scribit beatus Gregorius: Auaritia, inquiens, bene compescitur, si ipse status auari sollicitè consideretur. Nam cur instet ad colligendum aut retinendum terrena, cum stare diu non possit ipse, qui colligit aut retinet ea? Longa nostra desideria increpat breuis uita. Incautum multa portantur, dum propè est quòd pergitur. Secundum remedium est, diligens consideratio enormitatis peccati auaritiæ in seipsa: iam enim declaratum est, quòd ea, quæ auarus superflue optat, quærit, colligit aut reseruat, non sint sua, quantum ad uisum: & ita in auaritia includitur peccatum rapinæ & furti, ut dicit sanctus Thomas, & sic auaritia contrariatur iustitiæ & etiam liberalitati, & est non solum contra legem Euangelicam ac diuinam, sed item contra legem naturalem, qua unusquisque tenetur alteri parcere sicut uult sibi fieri, aut sicut uellet rationabiliter fieri sibi, si esset in statu alterius. Cum ergo auaritia sit in seipsa tam graue ac turpe peccatum, præsertim cum ab Apostolo appelletur idololatria, merito est penitus odienda. Tertium remedium est, diligens consideratio uitijs omnium quæ sequuntur ex ea. Cum enim sit radix omnis mali, quid est inter peccata, quod non oriatur ex ea? Nam & superbia, quæ omnium uitijs regina & mater uocatur, frequentissimè ex auaritia nascitur. Opulencia namque parit non solum animositatem, sed etiam præsumptionem, iactantiam, inanem lætitiã, immo & gulam, ex qua uita carnis & multiplex prauitas procedunt. Ne igitur incidat homo tot uitijs, de quibus plenius est prædictum, debet omnino auaritiam detestari: Quartum remedium est, sollicita consideratio spiritualium damnorum pœnaliumque malorum, quæ ex auaritia generantur. Ipsa enim (ut dictum est) priuat hominem omni gratia, cunctisque uirtutibus & omnibus septem donis Spiritus sancti in uita præsentis. Deinde post uitam hanc priuat eum gloria æternali, & facit eum retrudi in carcerem infernalem, atque perpetuo igne torqueri, tantò acrius, immo & intolerabilius, quãto in seipsa enormior & immeritorior extat, & quò plura uitijs oriuntur ex ea. Porro, inter septem dona Spiritus sancti, primum dignissimumque consistit donum sapientiæ, per quam homo contemplatur

Ecce 2 Deum

Auarus inferno similis.

Auaritiam que sequitur.

Remedia contra auaritiam.

Job. 17.

neum & spiritalia ac aeterna cum gustu mentali & suauitate interna. Huic autem dono sapientiae contrariatur specialiter auaritia: quia per eam homo preponit ista vilia & terrena Deo altissimo ac rebus spiritalibus ac diuinis. Si ergo o Domina, diligenter ac profundè consideraueris, quæ & quanta damna a tormeta ingerat auaritia homini, & quàm ineffabiliter & incomparabiliter damna & tormenta illa excedant omnem utilitatem temporalem & delectationem carnalè, quas bona terrena possunt cõferre auaro, non erit tibi difficile terrena despiciere, pecunias pro nihilo reputare, superflua in pios vsus expendere. Quintum remedium est, formidolosa & quotidiana consideratio metuendi confusibilisque iudicij, quod restat auaris, qui à Iudice summo præcipuè confundentur, quemadmodum ait Propheta: Videbunt iusti & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent: Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum. Ideo dicent auari in die iudicij: Quid profuit nobis superbia, & diuitiarum iactantia quid cõtulit nobis? Transierunt omnia illa tãquam umbra. Tunc iudex supremus dicit specialissimè auaris diuitibus: Ite maledicti in ignem æternum. Esuriui enim, & nõ dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi potum: nudus eram, & non cooperuistis me: peregrinus fui, & non collegistis me. Sextum remedium est, vt homo discat & incipiat contemplari diuina, amare cœlestia, & toto cordis affectu applicare se Deo, adherereque ei, qui est vniuersis & singulis penitus infinitè melior & amabilior, dulcior, pulchrior, deliciofior. Tunc enim comparatione tam summi infinitique boni, vilescunt homini omnia ista terrena, caduca & vilia. Septimũ est, sperare in Domino Deo tanquàm in fidelissimo ac benignissimo patre, & in paterna ac infallibili prouidentia eius, qua non solum hominibus, sed etiam auibus cœli & bellijs terræ necessaria vitæ largitur, prout Christus in Euangelio docet: Nolite, inquit, solliciti esse in crastinum. Octauum est, despiciere humanum honorem, laudè, famam & gloriam temporalem, quæ quosdam alliciunt ad temporalium diuitiarum amorem. Nonum remedium est, consideratio scripturarum sanctarum, quæ auaritiam reprobât, & quid contra eam agendum sit, manifestât, vt cum in Euangelio ait Saluator: Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Respicite volatilia cœli, quoniam non ferunt, neque

metunt, neque congregant in horrea, & Pater vester cœlestis pascit ea, quantò magis pascet vos modicæ fidei? scit enim Pater cœlestis quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primò regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Item cum ait Apostolus, habentes victum & quibus tegamur, his contenti simus. Quemadmodum enim stultus viator est, qui ad aliquem pergens locum, portat super se onera grauiora, sibi non necessaria, immo & valdè impediencia eum à processu: ita auarus est fatuus, qui pecunias & cætera temporalia superflue cõgregat aut reseruat: quia per talia maximè retardatur à virtuosis operibus, & diuersis se inuoluit laqueis, cum sit difficile pecunias multas habere, nec eas iordanatè amare, sed virtuosè expendere, præsertim cum dicat Saluator: Beati pauperes spiritu, quoniam vestrum est regnum cœlorum. Vnde rursus ait scriptura: Beatus vir, qui inuentus est sine macula, qui post aurum nõ abiit, nec sperauit in pecuniæ thesauris. Hinc iterũ ait Propheta: Ne timueris cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius. Quoniam cum interierit, non sumet omnia, neque descendet eum eo gloria eius. Et iterum: Nihil, inquit, inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Decimum remedium est, consideratio paupertatis extremæ Domini nostri Iesu Christi, qui ab utero matris vsque ad patibulum crucis paupertatem elegit, & in maxima paupertate permansit. Cum ergo non sit seruus maior Domino suo, nõne peruersum est, vt Christianus velit esse locuples in hoc mundo? Propterea dicit sanctus Bernardus: Magna abulio & magna nimis, vt diues fieri velit vilis vermiculus, pro quo pauper dignatus est fieri Dominus maiestatis.

Consilium eius qui hæc scribit.
Articulus X.

M Am o venerabilis Domina, multa contra auaritiam sunt scripta, & remedia cõtra eam sunt tacta, ex quibus potes elicere quid agere debeas. nec ideo scripsi hæc, quasi sentiam aut innuere velim alicui quod sis auara. Nõ enim pertinet ad me ita iudicare aut sentire de te, sed vt auaritiam diligentius vites, & pecunias tuas virtuosè ac laudabiliter expendas. Alioqui non posses de auaritia excusari, neque grauissimam damnationem euadere, sicut ostensum est ex verbis sancto rum & ex scripturis diuinis. Si enim veraci-

ter vis saluari, oportet te superflua diuitiarum tuarum piè expendere. Præterea, Christus in Euangelio docuit duplicem viam contra auaritiam: Prima est via cõsilioium, ad quam pertinet vniuersa terrena relinquere, nec aliquid penitè sibi met referuare, sed in perfecta paupertate Deo seruire, vt faciunt viri religiosi. De qua via loquitur filius Dei: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me. Itemq; Qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Sed hæc via tibi, o Domina, forsitan nõ placet propter senium tuum & alias causas. Est ergo alia via mandatorum, de qua ait Saluator: Quod superest, date elemosinã, hoc est, de his quæ vobis superflua sunt, facite opera misericordiæ, atque in pios vsus expendite illa. Et dicuntur illa superfluere homini, quæ non sunt ei necessaria per respectum ad spiritalia bona, considerata honestate & condecencia status sui & domesticorum suorum. De hac via rursus disseruit Christus: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula. In super, de hac via scribit Apostolus Paulus ad Timotheum: Diuitibus huius seculi præcipe, non sublimè sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo: diuites fieri in operibus bonis, facillè tribuere, communicare, vt apprehendant veram vitam. Item ad hanc viam contra auaritiam pertinet, quod dicit venerabilis ille Tobias: Quomodo poteris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartire stude. Itaque o venerabilis Domina, si paruitatis meæ consilium placet prudètiæ tuæ, consulo vt exoneret te ipsam ordinatè & citius quomodo conuenienter pote-

ris à pecunijs, reseruando tibi competentiam bonam ac sufficiẽtiam, assignando quæque cognatis tuis rationabilem summam ex vera charitate, non vt eos immoderatè ditès aut eleues in seculo isto, sed iuxta mensurã & conditionem parentelæ ac status, onerisque eorum. Si verò ex carnali amore ditares & eleuares eos in vita ista superflue, omnia peccata eorum ex tali ditatione & eleuatione gorum sequẽtia, imputarẽtur tibi à Deo, & simul cum eis damnareris. Ipsi quoque in inferno æternaliter maledicerent tibi, & damnationem suam tibi cum maximo odio imputarent, sicut de hoc leguntur multa exempla authentica. Residuam verò tuam pecuniam eroges in vsus pios, succurrendo pauperibus, & cœnobis collapsis & deformata recuperando pro posse tuo. Præterea, cum inter omnia opera pietatis pijsimum sit, cultum Dei augere & vitã verè religiosam fundare, consulo, vt cum abundes tantis pecunijs, ordines competentem ac rationabilem summam pecuniæ ad fundandum monasterium approbati & reformati ordinis, ad laudem & gloriam Dei omnipotentis, atque ad ædificationem & salutem animarum multarum, pro te ipsa & pro salute mariti tui defuncti, & parentum vtriusq; & pro cõteris, pro quibus optas, vt sis particeps omnium bonorum operum, quæ vnquàm prouenirẽt ex tali fundatione, & quæ fierent in ipso monasterio. hoc enim gloriosissimum tibi esset coram Deo & omnibus sanctis eius, atque ex tunc deinceps viuas in magna quiete, in istendo deuotioni & orationibus sanctis, secundum quod plenius scripsi tibi in præfata tractatulo de laudabili viduarum vita. Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

Libri contra auaritiam ad quandam viduam, finis.

Ecce 3 D. DIO

Matth. 25.

Matth. 6.

Idem.

Matth. 19.

Matth. 14.

Matth. 5.

Eccl. 7.

Psal. 51.

Luc. 16.

1 Tim. 6.


Tob. 4.

ter

D. DIONYSII

CARTHUSIANI DE LAUDABILI VI- TA CONIUGATORVM, LIBER VNVS.

Præfatio.



Dixit Dominus Deus, non est bonum, hominem esse so-
lum. Faciamus ei adiutorium simile sibi. Misit ergo Do-
minus Deus soporem in Adam. Cumque obdormisset, tu-
lit unam de costis eius, & edificauit eam in mulierem,
& adduxit eam ad Adam: Dixitque Adam: Hoc nunc os
ex ossibus meis, & caro de carne mea. Hæc uocabitur
uirago, quia de uiro sumpta est. Quamobrem relinquet
homo patrem suum & matrem, & adhærebit uxori suæ,

et erunt duo in carne una. In his uerbis, quæ scripta sunt in Genesi, sanctus Mo-
ses describit ac docet, qualiter Deus primos parentes generis humani produxit,
atque in paradiso ante primorum parentum transgressionem matrimonium insti-
tuit. Primum namque Deus creauit uirum, uidelicet Adam, extra Paradisum.
Deinde de costa uiri in Paradisum translatus, condidit mulierem in paradiso, dea-
ditque eam Adæ sociam & uxorem. Sed circa hæc queri potest, cur Deus non fe-
cit Adam & Euam simul, hoc est, eodem loco & tempore uno, sicut in alijs ani-
malibus simul produxit matrem & feminam. Cur etiam Deus fecit Euam po-
tius de costa uiri, quam de alia eius corporis parte. Ad primum horum dicendum
est, quod ideo Deus primo creauit uirum, quoniam uir dignitate sexus, prudentia
rationis, & robore corporis, uulterem excedit. Ideo dicit Apostolus, quod mu-
lier facta est propter uirum, ita quod uir est quasi finis mulieris: propter quod
rursus Apostolus ait: Vir est imago Dei, mulier autem imago est uiri. Formata
namque est mulier in adiutorium uiri, quia ad propagationem educationemque
sobolis, ad gubernationem æonis, ad necessarium præparationem ac prouisionem
uir indiget muliere. Ideo dixit Deus: Non est bonum, hominem esse solum.
Faciamus ei adiutorium simile sibi. Præterea Deus formauit mulierem ex costa
uiri, ut uir cordialius semper diligat suam uxorem, & ei magis adhæreat, nec eam
contristat accedendo ad aliam. Idcirco duodecimo libro de ciuitate Dei loquitur
Augustinus: Quod ex latere uiri facta est mulier, signat quam chara debeat esse
coniuñctio mariti atque uxoris. Hinc iterum sanctus asserit Augustinus: Ani-
malia bruta, tam ea que solitudinem amant, quam ea que in gregibus uiuere ma-
lunt, Deus non ex singulis propagauit, sed plura simul iussit existere. Hominem
uerò, quem inter angelos bestiasque condidit medium, ex uno uoluit multiplicari,
ut commendaretur eidem societatis unitas, uinculum concordie, cognationis affe-
fectus. Porro mulierem fecit Deus non de capite uiri, ne uir habeat coniugem suam
ut dominam: neque de pedibus uiri, ne uir habeat eam quasi ancillam, sed de
latere uiri, ut habeat eam tanquam comparem atque consociam, & iuxta se col-
locandam: In aliquibus tamen uir est muliere superior, sicut infra dicitur. Sed
cum uir sit dignior, prudentior, ac fortior muliere, cur Deus fecit mulierem in

Paradiso

Paradiso, uirum autem extra Paradisum? Dicendum, quod Deus in hoc honora-
uit sexum sœmineum primamque sœminam, quatenus uiri exemplo Dei, uxo-
ribus suis honorem cum discretionem impendant. Insuper, quoniam quilibet Chri-
stianus dignè Deo uiuere debet, secundum exigentiam sui status, quemadmodum
hortatur Apostolus: Obsecro uos in Domino, ut dignè ambuletis uocatione qua
uocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportan-
tes inuicem in charitate: status uerò coniugalis est status specialis, ad quem mul-
ta specialiter pertinent, ideo in coniugio constitutos (si Deo placebunt) illa om-
nia, quæ ad suum pertinent statum, scire & obseruare oportet. Quæ autem sint
illa, & ad qualem conuersationem teneantur coniugati, in hoc libello declarare
intendo: uidelicet, qualiter habere se debeant in obseruationibus præceptorum
Dei atque Ecclesiæ, quomodo uir habere se debet ad coniugem suam, & illa ad
suum maritum, & qualiter ambo simul habere se debent ad filios suos ac filias,
itemque ad suam familiam & ceteros homines, & in officijs quæ exercent, &
qualiter tempus suum quotidie expendere obligantur, ut absque mortali uiuant
peccato. Si quidem de hac materia aliquid scribere ab aliquibus uiris in matrimo-
nio positis, notabilibus, eruditis & multum dilectis, frequenter rogatus sum.

Quod matrimoniū est unū de septē Sacramentis Ecclesiæ. Artic. I.



Matrimoniu (ut dicunt Do-
ctores) est legitima con-
iunctio maris & sœminæ,
indiuidua uitæ consue-
tudinem retinens. Hæc au-
tem coniunctio matrimo-
nialis non solum est in officium naturæ, ui-
delicet ad generationem prolis, sed etiam in
remedium culpæ, uidelicet ad uitandam for-
nicationem & omnem illicitam commixtio-
nem. Idcirco matrimonium est sacramen-
tum. Sacramenta namque Ecclesiæ, sunt re-
media homini contra peccatum exhibita, per
sensibilia signa: sicut baptismus est remediū
contra originale peccatum, confessio contra
uitium actuale. Præterea sacramentum
est sacræ rei signum. Matrimonium ergo est
signum alicuius rei sacræ: significat enim cō-
iunctionem Christi & Ecclesiæ, Dei quoque
& mentis deuotæ. Est etiam signum coniu-
ctionis naturæ humanæ cum natura diuina
in filio Dei: Christus siquidem est sponsus
Ecclesiæ, & omnis anima uerè deuota, Dei
est sponsa. Insuper sacramenta Ecclesiæ con-
tinent gratiā, & conferunt eam. Idcirco ma-
trimoniū, secundū quod in fide Christi con-
trahitur, confert gratiā, per quam coniugati
possunt a sūs illis, ad quos matrimoniū ordi-
natur, conueniēter atque salubriter exequi,
cognoscēdo se inuicē, sicut decet, desiderio
prolis educandæ ad cultū Dei, uel ob aliā ra-
tionabilē causam, ut infra dicitur. Hæc autē

gratiā Deus principaliter præstat, & per eam
cōcupiscētia carnis debilitatur. Sed ad hoc,
quod cōtrahētes cōiugiū, suscipiāt gratiam
istā, oportet ut ad gratiā se disponāt & aptēt,
nō ponēdo impedimentū seu obicē gratiæ
per peccatū mortale, sed penitendo de suis
peccatis ideo cōfiteri debēt anteq̄ cōtrahūt,
uel anteq̄ cōsecrantur seu benedicuntur. Et
quātō puriūs cōfiterentur, deuotiusque accēdūt
ad contrahēdū cōiugiū, aut ad benedictio-
nē nuptialē, tātō maiorē a Deo gratiā fortiūt
tur. Nō ergo libidinis causa, aut uoluptatis
amore, sed posteritatis affectu, in qua obse-
quiū Dei, fides atque religio Christiana cōfer-
uētur & augeātur, est cōtrahēdū coniugiū,
quæadmodū Tobias iunior dixit ad Deum:
nōne Deus patrū nostrorū, tu scis quia nō lu-
xuriæ causa suscipio coniugem meam, sed
sola posteritatis dilectione, in qua benedica-
tur nomen tuum in secula seculorum. An-
gelus quoque Raphael ad eundē dixit Tobia:
Audi me, & ostendā tibi quibus præualere
potest Dæmoniū. In eos quidem, qui cōiugi-
a ita suscipiunt, ut suæ libidini uacent, si-
cut equus & mulus quibus non est intelle-
ctus, habet super eos Dæmoniū potestatem.
Tu autē accipies coniugē cū timore Dei, amo-
re filiorū magis quā libidinis, ut benedictio-
ne in filijs cōsequaris. Porro in matrimonio cō-
stituti, qui tam sincera intentione (ut tactū
est) non contraxerunt cōiugiū, de sua pec-
niteant culpa, & deinceps sincera inten-
tione

Eccc 4 tione

Gen. 2.

Mat. 19.
1. Cor. 6.

Gen. 1.

Gen. 2.

1. Cor. 7.

1. Cor. 11.

Gen. 2.

Mat. 9.
Apoc. 22

Tobia. 8.

Tobia. 6.

Psal. 31.

tione in suo perseuerent connubio. Postremò clandestina coniugia extant prohibita. Ideo manifestè & cum debita solemnitate iuxta ordinationem ac iunctionē Ecclesiæ sunt matrimonia contrahenda, vt contrahentes gratiā consequantur. Et quoniam matrimonium est sacramentum, idcirco ob reuerentiā sacramenti se mutuo honorare debēt maritus & vxor, atque ab alijs quodammodo honorandi sunt, & honestè ac virtuose viuere debent.

De commendatione matrimonij.
Articulus II.



Matrimonium primò laudabile est, quoniam ipsemet Deus instituit illud. Hinc de coniugatis loquitur Christus: Quos Deus coniunxit, homo non separet. Secundò, quia in paradiso est institutum. Tertio, quia in exordio mundi Deus illud instituit. Quarto, quia in statu innocentie institutum est antequam Adam peccauit. Quintò, quoniam tempore diluuij non sunt saluati nisi coniugati, videlicet Noè & coniunx eius, & tres filij Noè atq; vxores eorū. Sextò, quia beatissima virgo maria desponsata est viro, & ex ea sic desponsata, filius Dei nasci elegit. Septimò, quoniam ipsemet Christus iuit ad nuptias factas in Cana Galilææ, in quibus etiā pijsima mater ipsius fuit. Octauò, quia in nuptijs illis Christus fecit primū suum manifestum miraculum, conuertendo aquā in vinū. Nonò, quoniam matrimonium cōtrahentes, tā solēniter benedicuntur à sacerdote iuxta altare tempore Missæ in præsentia corporis Chfi. Decimò, quoniam pretiosissimus fructus ex matrimonio oritur, scilicet filij & filiæ, ex quibus Ecclesia militans quotidie augmentatur, & cōseruatur, regnū quoq; cœlorū impletur atq; angelica reparatur ruina. Vnde si commendabiles sunt ager & arbor fructum plurimū afferentes, multò magis matrimonium, cum vnus infantulus pretiosior sit omnium agrorū ac arborum fructibus. Vnde decimò, quia est vnus de septē sacramentis Ecclesiæ, prout præcedenti dicebatur articulo. Duodecimò, quia per ipsum copula carnalis à peccato excusatur, quæ aliàs mortale esset peccatum. Tertio decimò, quia per ipsum amicitia inter homines maximè dilatatur & cōseruatur, etiā inter multos, videlicet inter consanguineos viri ac fœminæ. Quarto decimò, quia per ipsum maximè inimicitia etiam regum & principum extinguitur, turbationes sedant, discordiæ concordant, & totæ prouinciæ à multis periculis eruuntur,

& hæreditaria bona ad veros reducuntur hæredes. Quintodecimò, quia per hoc ipsum, quòd coniugati inseparabiles sunt, proles eorum diligentiùs enutritur, instruitur, custoditur ac prouidetur. Per matrimonium quoque homines à varijs retrahuntur excessibus, pristinas leuitates ac vanitates relinquunt, prudentes, maturi atque solliciti sunt.

De aliquibus malis statui coniugali adiunctis.
Articulus III.



Vniuersum matrimonium in se bonum sit & necessarium, atque diuinitus institutum, multa tamen mala, tam mala pœnalia, videlicet tribulationes, afflictiones, sollicitudines, inquietudines, onera, labores ac seruitutes, quàm mala culpabilia ei ex latere coniunguntur. Hinc de coniugatis dicit Apostolus, quòd tribulationem carnis habebunt: Si quidem in prouidendo ac procurando necessaria sibi ac soboli suæ, in custodiendo res suas, in vitando damna atque pericula, in regimine suæ domus, in acquirendo sua debita, in exercendo sua officia, graues ac varias habent curas, timores, inquietudines & labores. Frequenter etiam contingunt coniugatis aduersa in seipsis, in filijs ac filiabus, in rebus & possessioibus, in propinquis atque amicis, & tunc multipliciter affliguntur. Cōtingit quoq; multoties, quòd malè concordant, sæpeq; litigant, & paulatim magnā displicentiam contra se inuicem cōcipiunt, ita quòd tandem mirabile atque grauissimum odium oritur inter eos: & tunc amaram vitam pariter ducunt, & tantò molestiorem, quòd quotidie amplius conueniunt in domo, in mensa, in lecto, in colloquijs atque operibus. Interdum quoque coniugati solliciti sunt, quomodo sibi inuicem placeant, & per omnia ista impediuntur ab obsequio Dei, ab integra adhæsione mentis cum Creatore, à deuotis orationibus, à diuinarum contēplationibus, à cordis custodia, à mentis munditia: sique difficile eis est vitare semper peccata mortalia. Hinc dicit Apostolus: Vir sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & mente diuisus est. Similiter mulier sollicita est quomodo placeat viro, & ita non tota mente Deo adhærent. Veruntamen sollicitudo sibi inuicem complacendi, si sit moderata & ad bonū finē relata, videlicet ne inter eos oriatur displicentia siue discordia, & ne quis eorum coniugalem violet fidem, non est vitiosa & mala,

mala, sed bona. Præterea vir & mulier ante coniugium habent quandā sui corporis libertatem: sed cōtracto cōiugio, in mutuam rediguntur seruitutem, atq; in multis fiunt sibi debitores. Idcirco secundum Apostolū: Vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier, & e contra. Iterum sæpè contingit qd vxores suspicantur malum de suis maritis, similiter viri de suis coniugibus. Insuper, quāuis actus matrimonialis possit fieri absque peccato, sicut infra dicitur, est tamen coniugatis non parū difficile, non immoderanter se habere neq; excedere in actu illo: immo (vt dicit Doctores) hoc difficilius est, quàm penitus continere. Voluptas nāq; carnalis quò magis experitur, eò plus accendit & desideratur. Vnde in libro de bono cōiugali loquitur Augustinus: Multi hodie facilius se tota vita ab omni concubitu abstinent, quàm modum teneant, si matrimonio copulentur. Et iterum ait: Multi facilius se abstinent, vt non vtantur, quàm temperant, vt bene vtantur. Sicque statui matrimoniali multa miscentur peccata, præsertim circa copulam carnalem, prout infra scribetur. Postremò quædam fœminæ viris suis molestæ sunt, etiam tempore noctis, per vana & querulosa colloquia, dicēdo: Illa ornatio proceedit in publicum: hæc honoratur ab omnibus, ego infelix in conuentu fœminarum despicior. Cur adspiciebas vicinam? quid cū ancilla loquebaris? de foro veniens quid attulisti? Alterius amorem, sui odium suspicatur. Hæc de malis matrimonio adiunctis tanguntur, ne quis inconsultè coniugium contrahat. De remedijs autem contra præfata mala inferius dicam.

Quòd non solum castitas uirginalis, sed etiam continentia uidualis, præferenda est matrimonio. Articulus IIII.



Propter præfata mala statui coniugatorū annexa, Apostolus docet & consulit potius in uirginitate manere, quàm nubere: quia in uirginitate manere intuitu & amore Dei, salubrius est magisque meritōriū, eò quòd varia diuini beneficij impedimenta matrimonio sint coniuncta. Qui autem in uirginitate aut etiam uiduali castitate permanet, aptior est ad exercitia virtuosa, ad puritatem internam, ad mentis quietem ac pacem, ad spiritus libertatem in Deo, ad spiritalē Dei ac proximo rum amorem, ad orationes feruentēs, ad meditationes sanctas, ad contēplationes diuinas. Quò etenim mens humana amplius ac multipliciùs occupatur, distē-

ditur ac partitur circa exteriora, temporalia atq; carnalia, eò ineptior debiliorq; cōstitit ad spiritalia ac diuina. Voluptas quoq; carnalis matrimoniali actui cōiuncta, deprimit cor humanum, & obtusum efficit ad cœpus, ita quòd ad vacandum diuinis ineptū efficiatur. Hinc dicit Apostolus, quòd virgo cogitat quæ sunt Dei, vt sit sancta & immaculata mente & corpore. Deniq; Christus in Euangelio consulit continentiam uirginalem, & ait: Semen cecidit in terram bonā, & ortum fecit fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum: Vbi per fructū centesimum intelligitur castitas uirginalis, per fructum sexagesimum castitas uidualis, per fructum tricesimum continentia coniugalis. Vnde constat, quantum castitas uirginalis præcellit, deinde castitas uidualis. Insuper per uirgines Christo uirgini & ei⁹ uirginæ genitrici, sanctisq; angelis singulariter assimilantur. Et sicut ait beatus Hieronymus: In carne non carnaliter, sed uirginaliter uiuere, angelica vita est, non humana. Uirginibus quoque, quemadmodum martyribus, datur aureola in regno cœlorum. Veruntamen uirginitas sine humilitate non prodest. Et in uirginitate uolens salubriter permanere, debet cæteris uirtutibus inhære, atque ab omni illicito abstinere affectu. De laudibus autem uirginitatis & continentie uidualis multa dici possent, sed hæc congruentiorem alibi habent locum.

An actus matrimonialis possit exerceri sine peccato, & quando actus ille est culpabilis uenialiter, & quando mortaliter. Articulus V.



Hæretici quidam, vt cæteris hominibus uiderentur ac reputarētur spiritaliores ac puriores, dixerūt actum matrimonialem exerceri non posse sine peccato. Ideo matrimonium reprobauerunt, cum tamen Apostolus aper-
tissime dicat: Virgo si nupsit, non peccauit. Fuerunt ergo & alij hæretici, quibus matrimonium intantum complacuit, quòd illud uirginitati adæquauerunt. Contra quos est quod ait apostolus: Qui matrimonio iū-
git uirginem suam, bene facit: & qui nō iungit, melius facit. Inter hos igitur duos errores sancta mater Ecclesia & fides Catholica medium tenet, videlicet quòd actus matrimonialis absq; omni culpa fieri potest. Nihilominus uirginitas est coniugio præferenda.
Apostolus nāq; clarissime dicit, docet & præcipit: Vxori uir debitu reddat, similiter vxor viro. Vbi per debitum intelligitur cognitio, qua cōiugati carnaliter mutuo se cognoscunt,

Gen. 2.
Math. 19.
Marc. 10.

Gen. 10.

Gen. 8.

Math. 1.

Luc. 11.

Iohan. 2.

1. Cor. 7.

Eodem.

1. Cor. 7.

Ibidem.

scunt. Ergo tenentur ad hoc dum ab iniuicē id requirunt. Reddere autem debitum, est actus iustitiæ, quæ est virtus præclara. Iterū ait apostolus: Volo iuueculas nubere, filios procreare. Sed hoc non voluisset apostolus, si procreatio filiorum non posset fieri sine peccato. Præterea omnipotens, iustus ac sapiens Deus, sic ordinavit atque ad hoc matrimonium instituit, vt per copulam conjugalem homines generenter: idcirco irrationabile fatuum q̄; cōsistit asserere, quod actus huiusmodi absq; peccato nequeat exerceri. Itaq; sicut Doctores super quartum librum Sententiarum cōcorditer dicunt: Actus hic cōiugalis potest fieri sine peccato omni mortali ac veniali tripliciter. Primò enim potest esse actus iustitiæ, quando videlicet vno cōiugatorū petēte, alter exercet, dum modo exerceat principaliter ex inclinatione iustitiæ ob cōparis sui instantiā, nō voluptatis amore. Secundò potest actus matrimonialis esse actus virtutis, q̄ latrā nūcupat, per quā Deo cultus impenditur. Dū ergo coniugati se cognoscunt desiderio prolis ad Dei obsequiū educandā, in qua Christiana fides & honor Altissimi augeantur, cognitio illa cōiugalis est latræ actus. Tertio potest esse actus pietatis, dum fit propter fornicationem vitandam in compare: Vt si viro constet, quod vxor sua ex verecūdia aut alia causā debitum ab ipso non exigat, atque ob hoc veretur de ruina illius, petatq; debitum ne illa cadat, opus est pietatis. Similiter, si coniugi constet de viro, quod ex peruersitate, vel q̄ ad alias foeminas magis afficitur, ab ea nō exigat debitum, vel quia sine peccato vir non potest illud exigere, vt si ante contractum coniugij fecit votum continentię simplex, & tunc vxor blandiatur viro honestē, & debitū petat ab illo, ne cum alia foemina peccet, aut vitiosam iniquationem incidat, opus est pietatis. Insuper, quoniam charitas est summa virtus, omniumq; virtutum imperatrix ac motrix, in prædictis tribus modis potest actus matrimonialis esse opus charitatis seu spiritalis amoris. Siquidem omnia opera bona fieri debent ex spiritali & diuino amore. Præterea igitur modis, actus matrimonialis nō solū caret peccato, sed opus est virtutis, si tamen coniugati sint in charitate & gratia dei, viuentes absq; peccato mortali, & cognoscant se congruo loco & tempore, recta intentione, cōuenienti q; modo. Porro dum actus matrimonialis procedit ex concupiscentia seu desiderio voluptatis, tunc est peccatum: & si concupiscentia fuerit omninō immoderata atq; prædominans, id est, rationi ne-

quaquam subiecta, nec infra limites matrimonij sistens, tunc est mortale peccatum, sicut dum vir ex tanta concupiscentia accedit vxorem, quod eam accederet, quāuis, sua vxor non esset. Tunc enim nō maritali, sed adulterino eam accedit affectu. Propter quod ait sanctus Hieronymus, quod omnis amator feruentior, est adulter, quia sic peccat sicut adulter. Simile quoq; iudicium est de vxore, si ex concupiscentia prædominante miscetur marito. Si autē actus matrimonialis procedat ex concupiscentia non prædominante, sed rationi subiecta, ita quod coniugati non se cognoscerēt, nisi matrimonialiter iuncti essent, tūc est veniale peccatum. Sed quæri potest, an actus matrimonialis sit peccatum in viro, quando coniugem suam cognoscit ad vitandam fornicationem seu aliam iniquationem in seipso: item an sit peccatum in cōiuge, dum ipsa miscetur marito, debitum petens ab illo ad vitandā fornicationem in seipsa, videlicet, ne ipsa adulterium aut iniquationem aliam incidat. Ad hoc sanctus Thomas respondet, quod in isto casu actus matrimonialis sit veniale peccatum, quia tunc in eo est superfluitas quædam. Alijs verò apparer, quod ex quo matrimonium institutum est in remedium contra culpam, si in casu præfato maritus aut vxor non intendat voluptatem, sed solum fornicationis aut alterius iniquationis vitiationem in propria persona, nō peccet. Denique sacris temporibus & diebus festiuis, diebusq; ieiuniorum ac processionum, præsertim quando communicandum est, non licet petere debitum conjugale: quia tunc specialiter vacādum est orationi ac deuotioni & eleuationi mentis ad Deum, à quibus carnalis voluptas impedit hominem, deprimēdo ipsius mentem: & si vir tunc debitum deposcat, vxor (si congruè potest) debeat eum bono modo auertere, non tamen importundē: immo reddere debet, si maritus petat instanter: nec peccatur addendo, dummodò quantum in se est, mallet non reddere. Similiter habere se debet maritus, si præfatis diebus mulier debitum petat. Veruntamen (vt sanctus Thomas & alij dicunt) Nō est peccatum mortale, præfatis diebus debitum petere, nisi ex concupiscentia prædominante petatur. Insuper, vt ait sanctus Ambrosius, quando imprægnata est vxor, non decet ab ea petere debitum, præsertim dum propinquat ad partum, non tamen videtur mortale peccatum tunc petere. Nocet autem non parū factui concepto, post imprægnationem matris cognoscere eam, vt ait Ambrosius.

brofius. Postremò, coniugati in petendo atque reddendo debitum conjugale æquales sunt, id est, paris authoritatis ac potestatis: nec in hoc vir vxori præfertur, quia per matrimoniale contractum, corpus vnus transfertur in potestatem alterius.

De tribus bonis, quæ excusant matrimonij actum ab omni peccato, & eum honestant.

Articulus VI.



Vāuis (sicut prædictum est) actus matrimonialis potest exerceri absque peccato, multa tamen consequuntur ad actum illum, per quæ ratio hominis impeditur à contemplatione diuinorum, à vita quieta exercitijque virtutum. Nam voluptas illa carnalis rationem deprimit & absorbet, & statui coniugali multiplex cura incumbit. Iterum, copula illa carnalis coniugatorum, quod ad esse naturæ, non differt à copula solutorum. Hinc Doctores ponunt esse tria bona, per quæ actus matrimonialis ob omni culpa excusatur, ac honestatur, videlicet proles ad Dei obsequium educanda: fides quoque, id est fidelitas, quam coniugati sibi inuicem seruant, non accedendo ad alias personas: & sacramentum, quia matrimonium est sacramentum designans vnionem Christi & Ecclesiæ, & ex hoc actum conjugalem honestat. Si ergo coniugati cognoscant se, non intendendo prolem, nec debiti redditionem, sed voluptatem duntaxat, peccatum est. Et dixerunt quidam hoc esse peccatum mortale. Sed sanctus Thomas contradicit, & dicit, quod si intendant voluptatem infra honestatem ac limites matrimonij, ita quod non quærerent huiusmodi voluptatem, nisi matrimonialiter iuncti essent, sic quod ibi non est concupiscentia prædominans, tunc est veniale peccatum. Si autem intenderent & quærerent voluptatem extra terminos & honestatem coniugij, ex concupiscentia prædominante, ita quod se cognoscerent, quāuis non essent coniugio sociati, tunc esset mortale peccatum. Et istud etiam sanctus Augustinus affirmat, dicens: Coniugalis concubitus, qui fit causa satiande concupiscentiæ, habet culpam, tamen propter fidem thori veniale. Et iterum dicit, quod computatur inter quotidiana peccata, pro quibus in oratione Dominica dicimus:

Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, &c. Veruntamen sicut in alijs peccatis, quæ in se venialia sunt, frequenter peccat homo mortaliter per nimiam frequentiam & complacentiam ac vsū in illis: ita coniugati propter voluntatem se cognoscentes, si hoc in consuetudinem ducant, & incultoditè se habeant, citò atque faciliter ac frequenter incidunt in mortale peccatum. Igitur coniugati Deum præ oculis semper habentes, nequaquam se brutaliter habeant, voluptati irrefrenatè vacando, omnem quoq; indecentem lasciuiam & carnalem mollitiem in tactibus, osculis, situiq; corporis, verbis, signis, ad spectibusque deudent, quemadmodum hortatur apostolus: Honorabile coniugium sit & thorus immaculatus. Vnde per Amos Prophetam Dominus loquitur: Vx vobis qui lasciuitis in stratis vestris. Talia quippe nequaquam ad conjugalem copulam, sed ad meretricias spectant blanditas, sicut beatus inlruit Augustinus. Et vt sanctus testatur Hieronymus, in talibus carnalitatibus sæpè confilicit peccatum mortale. Postremò, sicut patet ex dictis, corpus viri est in coniugis potestate, & econuerso, quantum ad debitum thori: idcirco dum vnus petit ab alio debitum, tenetur reddere ex præcepto diuino: & si importundè irrationaliterq; negaret: peccaret mortaliter, transgrediendo diuinum præceptum & contra iustitiam peragendo, præsertim cum matrimonium sit peccati remedium. Ergo dum alter coniugum concupiscentia infestatur, non est ei (si petat) debitum denegandum. In hoc tamen quædam personæ coniugatæ, quali sub specie boni incautè & insipienter, immo iniuste se habent, compari suo debitum negando, aut non satis promptè reddendo, per quod comparem suum exponunt interdum grandi periculo. Siquidem concupiscentia inflammatus, in tali uegatione aut dilatione posset aliam iniquationem incidere, vel indignationem grauem aut odium contra thoralem concipere, vel adulterium affectare siue proponere, & peccatum eius redundaret in thoralem. Veruntamen cum semen, quod est materia redditionis debiti, sit superfluum alimenti, nec necessarium ad conseruationem suppositi, si vxor petat à viro suo debitum immoderatè, hoc est, plus quàm superfluum alimenti se extendit, non tenetur vir reddere: immo tunc non esset iusta petitio, sed iniusta exactio: talisq; femina potius se haberet vt meretrix, quàm vt vxor.

Math. 6

Heb. 13.

Amos. 6.

1. Cor. 7.

vxor. Dicunt quoque Doctores, quod vir non solum tenetur debitum reddere coniugi, quando illa expressè hoc petit per verba, sed etiam si interpretatiuè id petat per signa. Ideo sanctus Thomas affirmat: Quando vir percipit per aliqua signa, quod vxor vellet sibi debitum reddi, sed propter verecundiam tacet, tenetur vxori reddere debitum, si expressa signa appetitionis debiti in vxore percipiat. Huius autem potissima ratio est, vt succurratur ac prouideatur infirmitati humanæ, ne in grauiora labatur peccata, vt etiam beatus scribit Ambrosius. Interdum quoque mulieres sunt in tali dispositione, quod non licet eis debita petere: quoniam illa dispositione durante, concipiuntur fetus monstruosi, cæci, claudi, leprosi, membru priuati. Sed hoc ex causa clarius non describo, quia vtile esset, quod viri discreti de hoc essent edocti. Certum est etiam, quod propter corporalem infirmitatem, coniugati à redditione debiti excusantur.

De his que viri debent suis uxoris.
Articulus VIII.

Rimò mariti tenent vxores suas magno ac speciali amore diligere. Ait namq; Apostolus: Viri diligere debent vxores suas sicut corpora sua. Cùm enim homines diligant specialiter consanguineos suos propter naturalem propinquitatem, multò plùs viri diligere debent coniuges suas propter quandam identitatem, quoniam de viro & vxore in veteri nouoq; testamento ait scriptura, quod sunt duo in carne vna. Insuper causa dilectionis est communicatio. Cùm ergo inter virum & coniugem sit communicatio maxima propriorum corporum, & vniuersorum quæ habent, videlicet possessio-num, laborum, domus, mensæ, lecti, sobolis atque familiæ, idcirco se inuicem cordialiter & valdè præcipuè diligere debent. Hinc ait Apostolus: Qui sui suam vxorem diligit, seipsum diligit: & vtique qui vxorem suam non diligit, odit seipsum, quia animam suam mortaliter peccando occidit. Secundò, viri tenentur vxoribus suis instructionem ac directionem in moribus & agendis seu cognoscendis. Ideo dicit Apostolus: Si mulieres aliquid discere volunt, domi viros suos interrogent. Viri enim naturaliter atque communiter prudentiores mulieribus esse solent, quibus interdum contingat oppositum. Viri quoque si non sciunt quæ vxores earum ab eis interrogant, faciliùs atque honestiùs petere possunt informationem à

suis prælati vel doctis viris, quàm scemine, & sic suas possunt instruere cõiuges. Tertio, viri debent suis vxoribus correptionem dū peccant, quemadmodum sanctus Iob vxori suæ reprehensibiliter loquente dixit: Quasi vna de stultis mulieribus locuta es: immo quantò maritus vorem suam magis diligere obligatur, tantò diligentius eam corripere debet dum errat: piè tamè & charitatiuè, nisi forsàn scemina propter suam peruersitatem esset durè corripienda, vt infra dicitur. Quarto, viri vxoribus tenentur honorem. Hinc beatissimus princeps Apostolorū sanctus Petrus hortatur viros, vt vxoribus suis tanquam fragilioribus vasculis impendant honorem, non eas quasi ancillas aut fragiles despiciendo; & secundum scientiam, id est, cùm discretionè cohabitèt eis, quatenus verbis & factis cum reuerentia tractent ipsas. Quintò, viri tenentur vxoribus gubernationem. Vir enim, secundum Apostolum, caput est mulieris. Sextò, sustentationem, quia in necessarijs vitæ maritus tenetur cõiugi prouidere pro posse. Septimò, cohabitationem, nisi rationabilis causa impediatur. Hinc in exordio mundi Adam dixit: Relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit vxori suæ: Octauo, coniugalitatis debiti solutionem, de quo satis præhabuit est.

De multiplici dilectione, qua coniugati se inuicem diligere debent. Articulus VIII.



Vaduplex est dilectio, videlicet spiritalis, naturalis, socialis atque carnalis. Spiritalis dilectio est, qua vnus desiderat ac vult alteri æternam salutem & gratiam, virtutes ac dona Spiritus sancti, per quæ promereri potest atque acquirere felicitatem æternam. Naturalis dilectio est, qua vnus diligit alium propter similitudinem naturæ, vel propter propinquitatem originis, aut propter dispositionem in naturalibus donis, secundum quod homines naturaliter plùs afficiuntur ad homines pulchros, dulces, pios, mites, liberales ac legatos. Dilectio socialis est, qua homines se inuicè amant propter familiarè aut specialè communicationem in cõuersationibus suis. Porro carnalis dilectio est, qua homines se mutuo amant propter sensuales delicias, aut pro prias ac terrenas commoditates. Harum dilectionum nulla est virtuosa ac meritoria vitæ æternæ nisi prima, videlicet spiritalis. Vir ergo & vxor, primò, principaliter & maxime se inuicem debent diligere spiritali amore, & pro

& pro se inuicem quotidie exorare, seq; mutuo ad virtuosa opera prouocare, & de spiritalibus rebus ad salutem pertinentibus colloqui, etiam dū simul in lecto sunt. Cùm enī quilibet Christianus teneat quilibet Christianum spiritaliter diligere, vir & coniunx tantò cum maiori spiritali amore se debent amare, quantò inter eos est maior communicatio, coniunctio atque identitas. Secundò se debent diligere naturali amore, quia eiusdem sunt speciei. Nihil enim tam naturale (vt ait sanctus Ambrosius) quàm diligere confortem naturæ. Ideo ait scriptura: Omne animal diligit sibi simile, & omnis caro ad sibi similem coniungetur. Tertio debent se amare sociali amore valdè præcipuè, quia maxima est communicatio conuersionis viri & coniugis, quorum est vna domus, vna mensa, vnus lectus. Hinc Adam de sua coniuge sua dixit ad Deum: Mulier quam dedisti mihi sociam, &c. Sed difficilis quæstio est, an coniugati debeant se mutuo diligere carnali amore. Et apparet quod non, quoniam amor carnalis est totus immundus & vitiosus, vt dicunt Doctores. Aliqui tamen Doctores affirmant, quod cõiugati se mutuo diligere licitè possunt amore carnali. Est itaq; respondendū, quod non debent se inuicem diligere carnali amore, secundum quod amor ille vitiosus asseritur, sed quia maritus & vxor possunt se cognoscere absq; peccato & virtuose, vt dictum est, & ita se diligunt propter voluptatem, quam adinuicem & abinuicem habet, in quantum illa voluptas est naturalis, & ex diuina prouidentia actui matrimoniali adiuncta, atq; ad debitum finem relata. Vt enim Aristoteles ait, & S. Thomas allegat: Idem est iudiciū de operatione & de delectatione operationi annexa. Ideo bonæ & virtuosæ operationis, delectatio bona est: & in quantum bona est, appeti potest. Itaq; in quantum coniugati se mutuo diligere possunt propter voluptatem, quam habent adinuicem in actu matrimoniali, secundum quod actus ille est opus virtutis, dicuntur se licitè diligere carnali amore. Vnde sanctus Thomas dicit in Summa cõtra gentiles, quod commixtio maris & scemina non inter homines tantum, sed etiã inter bruta dulcem quoddam atq; præcipuam amicitiam facit. Cùm igitur inter cõiugatos debeat esse tam multiplex, tam specialis, tam cordialis dilectio, nimis peruersi & vitiosi sunt, nisi se inuicem spiritaliter cordialiterque, sicut iam dictum est, diligant. Veruntamen valdè cauere debent, ne se nimis carnaliter ac sensualiter ament, & ne voluptatem

adinuicè immoderater exquirant, quia hoc esset mortale peccatum atq; dånabile, quem admodum in reuelationibus S. Brigittæ legitur vir quidam grauitèr terribiliterq; dånatus, non propter adulteriũ, sed quia ad suã vxorẽ nimis carnaliter afficiebatur, & carnẽ eius nimis carnaliter diligebat. Et istud præcipuè obseruandum est viris, habentibus vxores naturaliter multũ amabiles, scilicet pulchras, benè complexionatas, pias, honestas, iucundas. Similiter obseruandũ est istud vxoribus, habentibus viros multũ amabiles. Postremò ex præhabitis innotescit, quod vir ad coniugẽ suam habere se debet piè & dulciter, discretè atq; humiliter, non durè & aspernanter, non superbè neq; amariter, cùm dicat apostolus: viri, diligite vxores vestras, & nolite amari esse ad eas. Hinc de viris crudeliter & amarè ad coniuges suas se habentibus, dicit Ambrosius, quod peissimi sint, serpentibusq; peiores. Sunt namq; quidã serpentes, qui dum compari suo miscere se volunt, primò omne venenũ suũ effundunt, & dulcem quandam assumunt affectum. Præterea, vt cõiugati se inuicem non nimis carnaliter, sed valdè spiritaliter diligant, oportet vt omnẽ naturalem ac sociale, & suo modo carnalem amorẽ suũ subiciant spiritali dilectioni, seipsum & vniuersa quæ habet ac sentiunt, ordinando ad spiritalẽ Dei ac proximi, potissimè conthoralis, dilectionem.

De proprietatibus ac moribus mulierum, & quomodo vir habere se debet in instruendo & corripiendo suam vxorẽ. Articulus IX.



Vemadmodũ summus ille genitilis magister Aristoteles docet, mulieres naturaliter & communiter sunt verecundæ ac timidæ. Hinc multum timent inhonorationem atq; diffamiam, & ex eadem cõtingit radice, quod communiter multũ appetit laudẽ, honorem, & famã bonã. Per hanc autẽ verecundiam naturalem retrahuntur scemina à multis peccatis. Verecundia namq; est timor de re turpi. Secundò, mulieres ex natura sua sunt cõmuniter misericordes, cõpassiue, piæ & pronæ ad sletum ex compassione: habet siquidem cor molle ac tenerum: idcirco dura & aspera audire & sustinere non possunt. Et dū aliquem dura pati cõspiciunt, condolent. Tertio, mulieres quæ afficiuntur & inclinantur, nimis afficiuntur & inclinantur: quod in bonis bonum esse potest, in malis verò est valdè malũ. Cùm enim sunt misericordes, sunt valdè misericordes, immo potius remissæ &

1. Cor. 7.

Gen. 2. Matth. 19. 1. Cor. 6.

Epe. 5. Col. 3.

1. Cor. 7.

Ecle. 31. philosophus.

Gen. 9.

1. Pet. 3.

Ephe. 5.

Gen. 2.

Dilectio qua duplex.

Col. 3.

laxæ: cùm aut sunt immiseriores, sunt valdè immiseriores. Et ratio huius est, quoniã mulieres cõmuniter sunt debiles in ratioe: ideo per vsum & iudicium rationis non satis refrenat se, sed affectiones suas immoderanter sequuntur. Prædicti autem mores mulierum extant laudabiles, quia dispositiui sunt ad virtutes. Porro mores mulierum vituperabiles sunt isti: Primò, cõmuniter sunt passionum imitricæ, motus sensualitatis sequendo, eò quòd non sint fortes in ratione ab illicitis retrahente, & passionibus seu motibus & inclinationibus sensualitatis refrenate. Hinc accidit, quòd fœminæ sunt sæpè multum in temperatæ. Secundò, mulieres communiter sunt verbosæ atque rixosæ. Tertiò, sunt mobiles ac instabiles ex mollitie complexionis & debilitate rationis. Et istud intelligendum est de mulieribus secundum communem cursum naturalis dispositionis earum. Veruntamen per auxilium gratiæ Dei & per exercitia bona esse possunt valdè fortes in ratione, stabiles & prudentes, passionum quoque victrices, & temperatæ. Et aliæ quæ fœminæ ex naturali dispositione sunt multum honestæ, maturæ & ad virtutes benè dispositæ: immo cõmuniter quãdo mulieres sunt malæ, sunt multum malæ: & quando bonæ, sunt multum bonæ. Denique, qui vult aliquem informare ac emendare, primò pendere debet, in quibus ille sit magis defectuosus, quatenus in illis horretur eum ad emendationem. Itaque prudens vir uxorem suam informet ac moneat, vt in omnibus medium obseruare conetur, & per vsum rationis affectiones suas moderetur, passionibus refrenet, moderantiamque obseruet in cibo, potu, somno, vestibus atque coniugali: Insuper, vt loquacitatem, inquietudinem, discursum, rixas, instabilitatem deuitet, in verbis ac signis pudica sit, pacifica & matura. Si ergo maritus conspexerit coniugem suam esse piam, tractabilem, pudoratam, debet eam, si opus fuerit, blandè corrumpere & docere. Si verò viderit eam esse proteruam, garrulam & peruersam, aut vagam & fatuam, debet eam asperioribus verbis instruere rigorosiusque corripere: non tamen sit pronus vir ad percutiendum coniugem suam, ne forte deterior fiat, aut fugiat, aut adultera efficiatur: Si autem maritus perpenderit coniugem suam esse elatam, humiliet eam, habendo se ad eam auctoritatiuè atque maturè. Nec multum ostendat ei signa amicitiae ac familiaritatis, donec eam viderit humiliatam. Et si maritus per seipsum non possit uxorem suam instruere atque dirigere, faciat hoc per alias

mulierum vituperabiles mores.

virtuosas matronas, seu prudentes ac fideles personas.

Quomodo uir est caput suæ uxoris, & superior ea in gubernatione domus & sobolis atque familiarie. Articulus X.



MN aliquibus (sicut prædictum est) maritus & vxor æqualis sunt potestatis adinuicem, sicut in exactione redditioneque debiti coniugalis, in quibus vnus nõ est superior alio. In cæteris uir caput est coniugis, id est, superior ea in gubernatione domus & maiorum negotiorum, emendo, vendendo, & de necessarijs prouidendo: instructio quoque & directio ac castigatio filiorum ac filiarum, & traditio eorum ad nuptias, præcipue ad patrem familias pertinet. Similiter gubernatio famulorum & ancillarum ac mercenariorum, præmiatioque eorum. Viri namque cõmuniter (vt frequenter prædictum est) perfectiores sunt fœminis in naturalibus, fortiores in ratione, prudentiores stabilioreque, in animo. Ideo Assuerus Rex de consilio sapientium suorum, qui iura ac leges maiorum nouerunt, scripsit & iussit per omne imperium suum, vt vxores uiris suis deferret honorem, & vt mariti essent principes ac maiores in domibus suis. Hinc in exordio mundi deus dixit ad Eua: Sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tibi. Paulus quoque, Apostolus ait: Mulierem nõ permitto dominari in uirum, sed subiectam esse. Gloriosissimus etiã princeps Apostolorum beatus Petrus ait: Mulieres subditæ sint uiris suis, sicut Sara obediebat Abraham, Dñm eum uocans. Veruntamen principatus mariti super coniugem suam, nõ est sicut domini sui super familiam, immo nec tantum sciuit domini sui super sobolem suam, ideo nõ se debet superbè extollere supra coniugem suam. Præterea dispositio rerum minorum, ue eorum, que quotidie fiunt in domo, magis pertinet ad vxores. Et si uir perpenderit uxorem suam esse prudentem ac diligentem, potest & debet ei plura ac maiora committere, neque de minoribus intromittere debet se. Vxor itaque nõ debet magna peragere, nec multum exponere absque sui scitu atque consensu mariti: nec etiã debet filijs suis aut filiabus pecunias dare aut destinare occultè, præsertim si id sibi à marito prohibeatur, & si perceperit quod filij pecunias uiriose consumant. In talibus quippe vxor uiro suo obedire tenet, nisi forsalsis uir euidenter se haberet irrationabiliter & iniuste, negado necessaria filijs suis. Postremò, propter præhabita dicitur Doctorum, quod vxor nõ potest benè facere elemosinas magnas

Ephe. 5.

1. Pet. 3.

Gen. 3.

1. Tim. 5.

1. Pet. 3.

Ibidem.

Gen. 18.

magnas absque consensu sui mariti, nisi forsitan haberet aliqua bona separata, de quibus id sibi liceret. Et si vxor oppositum fecerit, instare debet apud maritum modestius industriosiusque, quòd potest, vt ea quæ facta sunt, uiro complacèat: nisi uir tantæ peruersitatis atque duritiæ esset, quòd non expediret ipsi talia insinuare.

An uiri debeant sua secreta suis uxoris reuelare, & an debeant uti consilio suarum uxorum.

Articulus XI.



Vamuis quædam fœminæ ex speciali dono Dei exercitijque virtutum, sint prudentes atque constantes, communiter tamen (vt sæpè iam tactum est) mulieres in usu rationis sunt debiles, mente instabiles. Ideo (vt Aristoteles dicit) mulierum consilium communiter extat inualidum: immo earum consilium solet esse tantò plus validum, quantò fuerit magis uelox & improuisum. Dum enim ratiocinari & inquisitionibus ac considerationibus immorari incipiunt, imaginationibus inuoluunt, & phantasias atque erroribus implicant. Hinc scribit quidam doctor, quod si quis improuisè & citò aliquid esset acturus, ita quòd sufficientem deliberationem habere non posset, uilius sibi esset consilium mulieris quam uiri. Hinc mariti, potissimè principes & in officijs constituti, nõ debent faciliter secreta sua suis vxoribus reuelare, nisi per longum tempus & certa indici ex diligenti consideratione experti sint, quòd coniuges suæ prudentes sint, stabiles & benè celantes. Cõmuniter quippe mulieres malè sciunt secreta sua celare: immo dum aliquid eis prohibetur, magis afficiuntur ad illud agendum, & affectionem suam communiter sequi solent, quia in rationis iudicio nõ sunt fortes. Insuper fœminæ cõmuniter habent cor molle ac ductile: propterea dum aliquis eis applaudit, siue aridit, mox credunt eum esse amicum, & sua secreta ei interdum reuelant. Dicitur etiam, quòd mulieres communiter multum appetunt laudem: idcirco fœminis, quas putant amicas, reuelant suorum secreta uirorum, quia uidetur eis quod hoc ad earum pertineat laudem, quòd uirorum suorum sciunt occulta. Viri ergo non debent vxorum suarum uerbis & precibus ac persuasionibus valdè citò credere aut consentire, præsertim dum vxores uolunt aliquem accusare, & uiros suos contra aliquem inflammare. Quoniam mulieres solent grauius multipliciterque retari, & suspiciosa existere, quia non benè sciunt se per rationem

vincere atque compescere. Ideo uir debet coniugis suæ persuasionibus, uerbis & precibus diligenter discutere, & nõ absque præuia examinatione assentiri & credere. Hinc aliqui magni uiri grauisima inciderunt pericula, quoniã suis vxoribus nimis citò crediderunt. Quod etiã sæpè ideo accidit, quia nimis carnaliter & ardentè eas amabat, & talis amor maximè rationem excæcat immo ut S. asserit Augustinus. Nihil uirilem animum ita deijcit atque effemminat, sicut illa fœminea blandimenta, corporumque contactus. Hinc uiri summè debent vitare, ne ad suas vxores nimis intense atque carnaliter afficiantur. Hæc autè de imperfectione fœminarum sunt dicta, salua in omnibus pace & reuerentia matronarum honestarum atque prudentium.

De his, quæ coniuges tenentur suis maritis.

Articulus XII.



UXor primò tenetur uiro suo dilectionem. Hinc in libro Tobie legitur, quòd parentes Sara hortabantur eam diligere maritum, immo (vt ait sanctus Iohannes Chrysostomus) vxor intantum debet suum amare maritum, ut nullum uirum reputet sapientiorum, pulchriorem aut fortiorem suo uiro. Secundò vxor tenetur uiro uero fidem thori, intantum, ut malit mori & occidi, quam fidem frangere coniugalem. Tertiò tenetur uiro timorem, sicut ait Apostolus: Vxor timeat uirum suum. Et iste debet esse timor purus & castus, ex amore procedens, ut scilicet timeat suum uirum offendere, aut ab eo relinquere. Nã & mulier mala atque adultera timet uirum suum timore seruili, quia timet à uiro suo in uitij deprehensi ac percuti: & quãdo uir eius est absens, timet quod uelociter reuertetur. Sed mulier bona, uiro suo absente, timet quod nimis diu tardabit. Quarto vxor tenet uiro suo subiectionem in obsequijs. Ideo Sapiens loquitur: mulier si primatum habeat, contraria est uiro suo. Quintò tenet uiro obedientiam in preceptis, & hoc in licitis & honestis, & quantum ad ea, in quibus uir habet superioritatem & potestatem super coniugem suam, uidelicet in gubernatione domus ac sobolis & rerum suarum. Hinc ait Scriptura, quòd Sara obediebat Abraham suo marito. Sextò tenetur uiro suo reuerentiam in uerbis. Unde Petrus Apostolus recitat, quòd Sara Abraham Dominum appellauit. Reuerentialis namque allocutio cõseruat & auget amorem, pacem atque concordiam. Propter quod ait Apostolus: Honore inuicem præuenientes. Et scriptum est: Sapiens seipsum in uerbis amabilem facit. Pie

1. Cor. 7.

Eccl. 25.

Gen. 18.

1. Pet. 3.

Rom. 12.

Eccl. 29.

ergo atq; humiliter loquat mulier suo viro, cum Salomon dicat: Responso mollis fragit irā, sermo durus suscitatur furorē. Septimò vxor tenetur viro cōsortium cohabitationis. Ait namq; Apostolus: Præcipio vxorē à viro non discedere. Octauò tenetur viro adiutorium operatiōis. Vir enim & mulier in multis indigent auxilio mutuo: & aliqua conuenientiū sunt per fœminam quàm per virū. Omnia ergo hæc vxor suo viro fideliter ad honorem Dei exhibeat, & tunc vtiq; magnā à Deo mercedem recipiet.

Quid parentes teneantur filiis suis ac filiabus.

Articulus XIII.



Nus & idē homo, ad diuersos diuersimodè habere se debet. Ali- ter namq; habere se debet homo ad Deum, aliter ad suum prælatū, aliter ad principem secularem & officiatos illius, aliter ad suam vxorē, aliter ad filios, aliter ad filias, aliter ad seruos & ancillas ac mercenarios, aliter ad conciuēs siue propinquos, aliter ad cognatos, aliterq; ad alienos, quoniā homo debet vnicuiq; exhibere seu reddere quod ei debetur. Nunc autem dicēdū est, quomodo parentes habere se debent circa sobolem suam. Primò itaq; parentes tenentur filiis filiabusq; suis corporalem educationem ab infantia vsq; ad congrua incrementa, videlicet quousq; panem, suū lucrari seu acquirere possint, si pauperes extent. Secundo tenetur eos tempore infantie custodire ab exterioribus nocuentis, ne cadant in ignem, aquam, foueam, aut cultellū, & ne à bestiis quibuscunq; lædantur. Tertio parentes tenentur pueris suis competentē in temporalibus prouisionem, secundum mensurā suā possibilitatis ac status. Idcirco parentes, qui bona sua immoderātè inutiliterq; consumunt, vendūt, disperdunt, enormiter peccant, & multipliciter rei sunt, quoniā progenitorū suorū patrimonium & labores iniuste dilapidāt, proprios pueros spoliant, & suo ventri, gulæ vacando deseruiunt. Hinc naboth virū iustum, ideo interfecit, quoniā noluit Regi Israël vendere hæreditatem patrum suorū, sanctus Ambrosius martyre vocat. Apostolus quoq; ait: Non debent filij parentib; thesaurizare, sed parētēs filijs. Quarto parentes tenentur soboli suæ informationem in moribus atq; virtutibus, in credēdis & cognoscendis, vt à pueritia discant filij ac filia Deū cognoscere, credere, colere, timere, diligere, ecclesiam visitare, parentibus, senioribus ac superioribus reuerentiam obedientiamq; impendere, & vt faciet, verecun-

di ac pauidi sint: & si parentibus adest facultas, nequaquam omitant, quin pueros suos faciant frequentare ad minus quousq; discant orationem dominicā, & salutationē angelicam ac fidei symbolum. Discantq; scribere, & saltem materna lingua legere. melius verò esset, si frequentent tā diū, vt latinū intelligant, & congruè loqui sciant, quatenus quæ in Ecclesia leguntur siue cantantur, intelligere atq; ad Missam seruire queant. Sed prohi dolor in his multi parentes fati diuites valdè culpabiles sunt, præsertim in illis, qui pueros suos parū aut nihil faciunt frequentare: immo statim dum alicuius sunt discretionis, faciunt eos custodire oues aut alia pecora, nec instruunt eos in morib;. Aduertant parētēs huiusmodi quod Salomon asserit. Qui diligit filium suū, instanter erudit illum. Et rursus ait, scriptura: Qui docet filium suum, laudabitur in illo, & in obitu suo non cōtristabitur de illo. Ob id iterum Salomon protestatur: Filius sapiens lætificat patrem, filius stultus mœstitia est matri suæ. Quintò parentes tenentur pueris suis correptionem & castigationem dum peccant. Nempè dum iuniores sunt pueri, sunt verberibus corrigendi. Dum autem tempore procedente hoc fieri congruenter non valet, verbis sunt acriter arguendi, iuxta mensuram peccati eorum: tamen cum discretione, ne indurentur & spernant ac pereant, aut alio modo sint durius puniendi. De his diuina scriptura copiosissimè loquitur. Salomon enim ait: Qui parcit virgæ, odit filium suum. Noli subtrahere à puero disciplinam: tu virga percutis eum, & animam eius de inferno liberabis. Item quæ: Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam. Iterum ait diuina scriptura: Qui diligit filium suum, asiduatur illi flagella, vt lætes in nouissimo suo. Non des filio potestatem in iuuentute sua, sed curua ceruicē illius, & tunde latera eius dū infans est. Iterū ait scriptura: Filius qui relinquit volūtati suæ, cōfundit matrē suā. Idcirco enormiter peccāt parentes, qui ex negligentia aut carnali amore omitūt pueros suos peccātes dignè corrivere ac iussè corrigere. Propter quod omnia filiorū ac filiarū peccata in illos redundāt, quæ modū vitia subditorū prauorū redundant in negligentes prælatos. Et sicut sunt quidā prælati in seipis competentē boni ac pij, tamen ob hoc potissimè perdit, quoniā subditos suos nō satis instanter ac dignè informant, corripiunt & castigant: sic multi parentes aternaliter condemnantur, quoniā circa sobo-

lis suæ

lis suæ instructionem, correptionem & castigationem sunt miserabiliter negligentes, quod est contra legem diuinam ac naturalem. Hinc etiam grauitè peccant parentes, qui nō sunt filios suos incontinentèr viuere, tamen dissimulant: & quāuis proponāt eos coniugio sociare, tamen propter aliqua terrena comoda diū hoc differunt, magis cauentes exteriora incommoda, quàm animarum pericula & peccata ac Dei offensam. Sicq; exteriora & temporalia præponunt bonis spiritalibus ac æternis, immo Deo & felicitati æternæ, quod est omninò contra ordinem charitatis, & est mortale peccatū, quod heu paucissimi nunc perpendunt. Denique, sunt fœminæ quædam nimium molles atq; carnaliter piæ: quæ si audierint suos viros in corripendo corrigendosq; prolem culpabilem aliquid ferre nō possunt: patiuntur, & æquanimiter ferre nō possunt: quod periculosum est valdè, & spiritali amori, quo prolem suam amare tenentur, contrarium. Præterea quædam damnabile fit & nocuum, pueros in adolescentia non refrenare ac debite castigare, docet Salomon, dicens: Proverbium est: Adolescēs iuxta viam suā, etiam cūm senuerit, non recedet ab ea. Et rursus ait scriptura: Ne iucunderis in filiis impijs si multiplicentur. Melior est vnus timens Deum, quàm mille filij impij. Et vtilius est mori sine filijs: quàm relinquere filios impios. Insuper ad præteritā proli cor- reptionem tenentur parentes, nō solum specialim mandato, inquantum parentes, sed etiam generali præcepto, inquantum sunt christiani: quoniam ad fraternam correptionē omnes tenentur. Quicquid ergo peccati viderint parentes in sobole sua, in verbis aut factis seu omissionibus, diligenter corripiant & castigant, atq; ad moderatiam cibi ac potus, somni ac vestium eam pro posse inducant. A choreis in honestis ac prohibitis ludis, potissimè taxillationibus, spectaculis, atque similibus vanitatibus, auertant eandē. Nec sufficit coram Deo sobolem qualitercunq; seu remisse & rarè corrivere, sed seriose, frequenter ac rigorose oportet hoc facere, dum magnitudo culpæ id promeretur. Ideo namq; Heli sacerdos ac iudex filiorum Israël, à Deo est reprehēsus, quoniam filios suos peccantes non satis rigorose corripuit & correxit, vt primo libro Regum habetur. Veruntamen cum discretione corripiendi sunt pueri, ne indignantur, exasperentur, irascantur, aut pusillanimes fiant, vel ad peioralabantur. Nam propter iuuenilem ætatem sanguinisq; feruorem, ad iram & indigna-

tionem, ac alios motus prauos sunt proni. Ideo dicit Apostolus: Patres, nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina & correptionē Domini. Et denuò exhortatur: Patres, nolite ad indignationem prouocare filios vestros, vt non pusillo animo fiant. Præterea circa instructionem & gubernationem filiarum ac puellarum est specialis diligentia adhibenda. Informandæ sunt namq; & coercendæ, ne fiant inuerecundæ, audaces, lasciuæ, vagæ, verbose, vel saltatrices aut procatrices. Ideo ait scriptura: Filia tibi sunt? serua corpus illarum, & ne offendas faciem tuam hilarem ad illas. Præcipuè quoq; est prouidentum, ne filia & puella sint otiosæ, sed semper vtile aliquid operentur, & domi remaneant, nec oculis vagæ sint, nec visum suum dehigant in viros aut iuuenes: præsertim autem in Ecclesia & plateis sint custoditæ in visu, & timorata ac verecundæ in omnibus. Ideo sanctus Ambrosius loquitur: Ambrosius virgines, nō circūcurrere alienas domos, non demorari in plateis, nō aliquos in publico miscere sermones. Postremò, vt tactum est, otiositas summè vitanda est filiabus. Multa em̄ mala docuit otiositas, vt ait scriptura: Eccle. 33 Bernardus immo vt sanctus testatur Bernardus: Otiositas est origo & mater vitorū. Hinc de potētissimo illo Imperatore Octauiano legitur, quod filias suas addiscere fecit incidere, texere, cōasuerere, & quicquid sit in lino & seta & lana.

Quam magnum Dei donum sit habere coniugem bonam, sicut & infelicitissimum est habere coniugem malam. Et qualiter instruendi sunt filij ac filia. De modo se habendi circa matrimonium con- trahendum. Articulus XIII.



Acra scriptura testatur ac loquitur: Mulieris bonæ beatus vir, numerus enim annorum illius duplex. Mulier fortis (id est virtuosa & viro suo fidelis) oblectat virum suum, & annos vitæ illius in pace implebit. Talis enim mulier facit virū suum delectabiliter atq; pacifice viuere, quantum est ex parte ipsius. Pars bona est mulier bona, quoniā magnum Dei donum est mulier talis. In parte bona timentium Deum dabitur viro pro factis bonis. Gratia mulieris sedulæ delectabit virum suum, & ossa illius impinguabit. Nam mulier diligens in regimine domus, & circa Deū deuota, facit viro suo dies iocundos: & sicut Salomone testante, Animus gau-

Ffff 3 dens

dens ætatem floridam facit, spiritus verò trifis ossa exiccat: sic mulier bona virum suum lætificando ossa ipsius impinguat. Mulier senata & tacita, non est immutatio eruditæ animæ: id est, prudens vir pro nulla re exteriori talem vxorē videret aut mutaret. Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata. Sicut sol oriens in mudo in altissimis Dei, sic mulieris bonæ species est in ornamentu domus suæ. Beatus qui habitat cum muliere senata. Salomon quoque ait: Fallax est gratia, & vana pulchritudo: mulier timens dominum, ipsa laudabitur. Ecce ex his sacra scriptura ostendit, quàm magnum sit, habere coniugem bonam, & pacificè conuersari cum ea, cum Sapientis dicat: In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram deo & hominibus: Concordia fratrum, amor proximorum, & vir & mulier benè sibi cõsentientes. Sed quia opposita adinuicem cõparata, clariùs cognoscuntur: scriptura eodem loco, vbi ostendit quàm magnum sit, coniugem bonam habere, etiam docet, quàm malum sit, peruersam habere vxorē, dicendo: Omnis plaga, tristitia cordis est: & omnis malitia, nequitia mulieris. Non est caput nequius super caput colubri, & nõ est ira super iram mulieris. Cõmorari leoni & draconi magis placebit, quàm habitare cum muliere nequam. Malitia mulieris immutat faciem eius, & quasi saccum ostēdet eam in medio proximorum. Breuis omnis malitia ad malitiam mulieris. Ascensus aënosus in pedibus veterani, sic mulier linguata viro suo homini quieto. Plaga mortis est mulier nequam, quæ non beatificat virum suum. Ex his patet, quantum inter se distent mulier bona & mala. Qui ergo bonam vxorē sortitus est, gratus sit Deo, & spiritaliter magis quàm carnaliter diligit illam. Qui autem malam accepit, patientiam habeat, nec odiat illam, nec alteri misceatur. Quem admodum autem magnum donum est viro, habere coniugē bonam, ita & mulieri magnū est, habere virum bonū, prudētem, pacificū. Imprimis ergo instruendi sunt filij ac filia, ne clandestina matrimonia cõtrahant: quia hoc est contra præceptum Ecclesiæ, & sub pœna excommunicationis prohibitum, & matrimonia talia malum exitum solent habere. Secundò sunt instruendi, vt non absque consilio parentum vel propinquorum aut fidelium amicorum, matrimonium contrahant. Qui autem vult sibi ipsi aut alteri vxorem accipere, primò & maximè debet adspicere ad naturalem dispositionē ac mores feminæ seu puellæ, & etiam diligenter inquirere, an sit bonæ indolis, mansueta, mode-

sta, verecunda, pacifica, taciturna, operosa, & prudens: immo omnium prouisorum dominum Deum inuocare debet quotidiè, vt talē vxorem sibi dignetur concedere. Salomon nanque verisimè loquitur: Domus & diuitiæ dantur à parentibus, à Domino autem propriè vxor prudēs. Et sanctus Gregorius ait: Vxor ab omnipotente Deo petenda est. Itaque magis adspiciendum est ad bonitatem, virtutes ac mores puellæ, quàm ad diuitias eius: quoniam multò melius atque salubrius est, habere bonam coniugem pauperem aut parum habentem, quàm malam ac diuitem, quia cum bona vxore magis charitatiuè ac pacificè viuatur. Atque vt Salomon ait: Melior est buccella sicca cum gaudio, quàm domus plena diuitijs cum iurgio. Et iterum ait scriptura: Melius est modicum cum timore Dei, quàm thesauri magni & multi. Itemque: Iucunditas cordis hæc est vita hominis. Ideo rursus Salomon dicit: Perfruiere vita cum vxore quam diligis. Quemadmodum autem consideranda sunt ista in coniuge accipienda, ita & in suscipiendo marito, an scilicet sit bonæ dispositiõis in naturalibus, pius, pacificus, non crudelis, non ebrius aut prodigus. Insuper volentes contrahere matrimonium, debent eligere personas sibi consimiles in nobilitate aut parentela, ne vnus aliū tanquàm ignobilem spernat: Item in ætate & pulchritudine. Dum enim iuuenis & pulchra nubet seni atque deformi, habet eum exosum, sitque adultera. Similiter dum vir iuuenis & formosus ducit turpem ac vetulam, despicit illam, & adulter efficitur. Et quàmuis non adulteraret, tamen vetula illa facilliter suspicaretur hoc malum, nec concordarent. Postremò contrahendum est cum puella, quæ habet parentes honestæ vitæ, qui non exercent vitiosâ officia, nec iniusta habent bona. Non ergo est contrahendum coniugium cum filio aut filia vsurarij vel raptoris.

Quomodo paterfamilias & vxor eius habere se debent circa seruos & ancillas ac operarios.

Articulus XV.



Sanctus Gregorius Papa dicit: Ita nos habere debemus ad subditos, sicut vellemus illos se habere ad nos, si nos subditi illis essemus. Paterfamilias ergo & vxor eius, ita se habeant ad suam familiam, quomodo vellet illam se habere ad ipsos, si ipsi essent familiæ suæ subiecti. Et quoniam paterfamilias est principalis in sua domo, pertinet primò

primò ad eum, vt ad omnes suos domesticos habeat se amosè, patienter, humiliter atque pacificè, salua tamen iustitiæ disciplina. Hinc ait scriptura: Noli esse sicut leo in domo tua, euerrens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi. Et quoniam diuina ait scriptura: Quantò maior es, humiliare te in omnibus, & inuenies gratiam coram Deo, quàm ab humilibus honoratur: hinc paterfamilias & etiam eius coniunx, piè & charitatiuè, iustè & humiliter habere se debet ad famulos & ancillas ac operarios, tanquàm ad fratres & sorores, atque coelestis regni cohæredes: immo paterfamilias & omnes qui præsent, diuitijsque abundant, diligenter semper attendant, quòd pauperes Deus magis elegit. Et vt ait beatus Gregorius: Hos eligit Deus, quos despicit mundus. Nam teste Apostolo: Abiecta mundi Deus elegit. Ideo loquitur Christus: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Hinc superiores debent subditos & seruientes sibi, seipsis præferre in cordibus suis, & nequaquam superbe, seueriter, iniuste aut aspernante se habere ad eos, sed taliter, qualiter cupiunt Deum se habere ad ipsos. Ideo monet Apostolus: Et vos Domini eadem (scilicet quæ vobis fieri vultis aut velletis, si serui essetis) facite seruis vestris, scientes quia & vester & illorum Dominus est in cœlis. Si autè aliquid culpæ & reprehensibilitatis in familia apparuerit, hoc paterfamilias seu vxor eius piè & patienter debet sufferre, & charitatiuè corrigere, atque peccantem familiam informare, nec eam despiciere, sed pensare, quòd etsi aliqua mala à pauperibus & seruientibus committantur, per suam tamen paupertatem ac seruitutem, ab illis Deo miserente possunt facilliter purgari. Præterea seruientes nõ sunt immo deratis laboribus fatigandi. Bona quoque merces danda est eis, & promptè soluenda, quia per sanctissimum Moysen Deus dixit: Nõ morabitur opus mercenarij apud te vsque manè. Et iterum scriptum est: Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt. Hinc laborantibus ac ministrantibus debita mercedem non soluere, est vnus de quatuor peccatis clamitantibus ante Deum, quæ sunt, homicidium, vitium contra naturam, oppressio pauperum, & detectio mercedis laborum. Insuper, vt beatus loquitur Augustinus, quilibet paterfamilias debet in domo sua quasi episcopale officium exercere, omnes suos domesticos ad virtutes hortando, salubriter instruendo, peccantes redarguendo, & quod summè Deus ab ipso requirit, seipsum in omnibus virtuosè ex-

placiterque habendo. Cæteris nanque, qui in domo ipsius sunt, virtuosior esse debet. Hinc dicit Apostolus: Si quis suorum & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Paterfamilias quoque non debet se ad famulos suos habere nimis familiariter, neque secreta sua illis reuelare, nisi de illorum fidelitate & dilectione ad se certus existat. Nimia nanque familiaritas parit contemptum. Et Christus dixit Apostolis: Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Veruntamen seruo fideli etiam reuelantur secreta à Domino suo: fidelis etenim seruus tanquàm filius est amandus, cum dicat scriptura: Seruus fidelis sit tibi dilectus quasi anima tua. Sed an seruus sit Domino suo verè stabiliterque fidelis, Dominus eius non citò neque incautè credat, sed diu examinet, & certitudinaliter seruiatur. Qui enim citò credit, leuis est corde, secundum scripturam. Præterea laborantes ac seruientes diligenter sunt admonendi, vt fideliter seruiant ac laborent, Deum præ oculis semper habentes, ne fraudis sint rei & tanquàm iniusti damnentur, & ne ad restitutionem teneantur mercedis, quam receperunt iniuste. Idcirco dicit Apostolus: Serui, obedite Dominis carnalibus cum timore, in simplicitate cordis vestri sicut Christo, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate seruientes, sicut Domino & non sicut hominibus, scientes quoniam vnusquisque quod fecerit bonum, hoc percipiet à Domino, siue seruus, siue liber. Itaque informandi sunt seruientes, vt nec solum nec principaliter seruiant ac laborent propter temporalem mercedem, sed primò atque potissimè & omninò finaliter propter præmium æternale seu vitam æternam, & ex charitate diuina ordinantes suum laborem atque obsequium, ac temporalem mercedem, ad Dei cultum, gloriam & honorem, gratias Deo agentes, qui ita cum ipsis disposuit, quòd panem suum indigent lucrari, & labores manuum suarum comedere, sicut ait Propheta: Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & benè tibi erit. Siquidem quàm multa vitia incidunt diuites ex opulentia sua, dum otiositatibus, comestationibus, potationibus, venationibus, confabulationibus vacant, consistat.

Qualis debeat esse vita cuiuslibet Christiani, Articulus XVI.



Omnis noster Iesus Christus in Euangelio loquitur: Ego sum via, veritas & vita. Nemo venit ad Patrem, nisi per me. Omnis igitur Christianus si debeat saluari, Christum imitari tenetur, & Christi virtutes eum sequi oportet, ac omne mortale peccatum vitare. Ideo Iohannes Apostolus ait: Qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulavit, & ipse ambulare. Hoc est quod Paulus Apostolus exhortatur: Imitatores Dei estote sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. Inaniter ergo Christianus vocatur, qui Christi humilitatem, mansuetudinem, patientiam, pietatem, iustitiam, charitatem, ceterasque virtutes non sequitur. Qui legem Christi non seruat, qui eius mandata non implet, Christianus mendaciter appellatur: immo qui talis est, seruus est peccati, minister Diaboli, non Christi, sed Dæmonis membrum. Præterea, sicut vnigenitus Filius Dei Dominus noster Iesus Christus, omnium legislatorum est summus, sic lex Christi omnes alias leges excedit in sapientia, in puritate, in perfectione: quia per legem Christi, homines ad clariorem Dei notitiam perducuntur, à carnalibus desiderijs, & vniuersis mentis ac corporis inquinamentis plenius abstrahuntur, ad virtutum munditiam, castimoniam sinceritatem, charitatis spiritualitatem excellentius eriguntur. Ad hoc nanque tota Euangelica doctrina & lex, fides & sapientia tendunt, ut credentes à temporalibus atque carnalibus ad æterna ac spiritalia eleuentur, ne ad sensibilia immoderate afficiantur, nec in carnalibus & creatis inordinate delectentur, sed omnibus creaturis præferant Creatorem, soli Deo finaliter adhærendo, & alia omnia ad eius honorem ac gloriam ordinando. Hinc Christiani præ cæteris hominibus tenentur esse virtuosij, spirituales, diuini, id est, humiles, pii, mites, casti, patientes, iusti & charitativi, omnem superbiam, omnem iram, incontinentiam, iniustitiam, impatientiam, acediam, gulam, inuidiam ac cætera vitia toto corde odientes ac euitantes: in obseruationibus præceptorum Dei atque Ecclesiæ diligentes, Deum præ oculis semper & vbique habentes, atque in cunctis quæ agunt, Dei honorem ac animarum suarum salutem intendentes, optantes, quærètes. Ecce taliter viuere debet quilibet Christianus. Hinc in libro de nomine Christiano loquitur Augustinus: Nomen Christiani frustra sortitur, qui Christum non imitatur. Quid enim tibi prodest vocari quod non es, & nomen vsur-

pare alienum? Sed si Christianus vocari lætetur, quæ Christi sunt quere. Nonne fecerum ac miserum est te vocari quod non es? Qui Christianus dicitur, Christum se habere dominum profiteretur: & verè habet, si Christo in omnibus obsequatur. Si quod minus, non ille seruus est Christi, sed subsannator eius & derisor, qui ipse se seruum dicit, cui seruire non curat, sed negligit. Huic ergo geminum damnationis iudicium reseruat, videlicet pro Dei subsannatione, quem sine causa Dominum appellauit, & pro qualitate sui peccati. Sed plerique imprudentes ac negligentes ideo peccant audacter, quoniam Deus non statim vlcisitur. Sed hi miseri sunt & ingrati, ac suæ salutis improvidi, non pensantes, quod quantè diutius Deus expectat, tantè impœnitentes horribilius damnat. Idcirco ait Apostolus: Existimas ô homo, qui impiè agis, quod tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis Dei & patientiæ & longanimitatis contemnis? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad patientiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam & impœnitens cor tuum, thesaurizas tibi iram in die iusti iudicij Dei. Rectè ergo hortatur scriptura: Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius. Denique ut sanctus asserit Augustinus: Tam diu quemlibet peccatorem sustinet Deus, quousque terminum peccatorum suorum compleuerit, id est, tot peccata commiserit atque incurrerit, quot ab eo Deus sustinere decreuit. Quibus cõpletis, mox à Deo percipitur, moritur: nec vlla iam venia reseruat, sed æternaliter condemnatur. Et istud de peccatoribus impœnitentibus est intelligendum. Nemo igitur sibi blandiatur, nemo se palpet & fallat. Impios & iniustos, malos & fornicatores Deus non amat, sed pios, castos, mites, iustos & innocentes, sicut propheta loquitur Domino: Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es: Neque habitabit iuxta te malignus, neque permanent iniusti ante oculos tuos. Odisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus. Quomodo ergo audes te Christianum vocare, qui Christi virtutes non imitaris, imo omnia præceptis Christi contraria operaris? Quis tam vanus & miser est, qui se aduocatum aut doctorem audeat profiteri, cum literas nesciat? Quis tam insanus & excors est, ut profiteatur se militem, si nesciat arma gestare? Nemo enim quodcumque nomen sine causa sortitur. Tu ergo quomodo Christianus-

stianum te dicis, in quo nullus Christi actus apparet? Christianus nanque nomen est bonitatis, iustitiæ, pietatis, patientiæ, castitatis, prudentiæ, innocentiæ, charitatis. Et tu quomodo nomen istud tibi vendicas & defendis, qui de tot virtutibus nec paucas, immo nec vnā habes? Christianus est, qui Christum operibus sequitur, in cuius pectore non habet locum malitia, in cuius mente non nisi bonitas pietasque consistunt, qui nullum nouit ledere aut nocere, sed omnibus opem ferre. Christianus est, qui Christi exemplo inimicos diligit, aduersantibus benefacit, pro persecutoribus & hostibus orat. Nā qui alicui nocere aut ledere paratus est, Christianum se esse mentitur. Tales esse cõuenit Deo cultores & seruos, tam mansuetos, maturos, prudentes, humiles, patientes, castos, iustos ac virtuosos, ut quicumque eos viderit, admiretur & dicat: Verè isti sunt homines Dei. Væ igitur falso ac impio Christiano, cuius tam nequam est conuersatio, cuius tam indecens habitus, tam turpe opus, cuius vita est tam iniusta, tam intimorata, tam luxuriosa & sordida, per quæ Deus in honorem, Deus enim nihil magis à nobis desiderat & requirit, quàm ut per actus nostrorum maiestas sua ab omnibus honoretur, laudetur, atque ex vita seruorum suorum verus & sanctus esse monstratur. Virtuosam nanque vita seruorum, redundat in honorem Dominorum suorum. Quicumque ergo non fuerit pius, hospitalis & misericordiæ operibus deditus, non euadet inferni supplicia. Hæc omnia & maiora scribit beatissimus Augustinus, ex quibus ostenditur, qualiter omnis Christianus viuere obligatur.

De aliquibus Euangelicis documentis. Artic. XVII.

Rincipium prædicationis beatissimi Ioannis Baptistæ præcursoris Christi, fuit: Pœnitentiam agite, appropinquet enim regnum celorum: Hoc idem fuit exordium prædicationis Christi, prout gloriosi Euangelistæ Matthæus & Marcus describunt. Istud igitur primò ad omnem pertinet Christianum, qui post baptismum peccat, ut statim de suis peccatis pœnitentiam agat, id est, cordialiter doleat, oretenus confiteatur, & per opera bona satisfaciatur. Et quantò peccata sunt plura & grauiora, tantò cordialius ac vehementius de eis dolendum est, & cum maiori compunctione sunt confitenda tempore congruo, cum pleno proposito ea non reitrandi. Ad minus enim confiteri tenetur quilibet Christianus semel in anno, videlicet an-

te Pascha, & tunc communicare, secundum quod Innocentius Papa in generali Concilio iussit. Aliqui verò Doctores dixerunt, quod quodcumque aliquis est sibi conscius de mortali peccato, statim cõfiteri teneatur, quàm citò potest confessorum habere. Sed alij Doctores aliter sentiunt. Porro in hoc omnes Doctores concordant, quòd dum aliquis est sibi conscius de peccato mortali, tenetur statim de hoc pœnitere, & pro remissione Deum rogare, atque proponere quòd confitebitur tempore opportuno. Verumtamen multò securius salubriusque cõfiteret, statim post peccatum mortale cõfiteri: quia peccatum, quod per pœnitentiam non deletur, suo pondere mox trahit ad aliud. Multa quoque sunt in confessione, quæ valent ad remissionem peccatorum, ad gratiæ ac virtutum impetrationem aut augmentum, & ad vitandum peccata, videlicet humiliatio confitentis & erubescencia, quam habet de suis peccatis, oratio & absolutio confessoris, & vis clauium Ecclesiæ, quam habet confessor. Confessio etiam, in quantum est Sacramentum Ecclesiæ, cooperatur ad remissionem culparum. Ex longa quoque dilatione cõfessionis, peccator pro magna parte obliuiscitur sua peccata. Præterea in multis casibus tenetur quicumque Christianus sæpius quàm semel confiteri in anno, videlicet dum grauius infirmatur, ita quòd moriturus putatur: Et quando ad bellum iturus est, vel expositurus se periculis mortis in nauigando, vel ambulando: & item dum accepturus est aliquod Sacramentum Ecclesiæ, scilicet matrimonium contracturus, aut communicaturus seu inungendus. Decet autem, ut etiã in Aduentu & ante Pentecosten, & circa festa præcipua, ut potè Omnium sanctorum, & Assumptiõis Virginis gloriosæ, & circa principium Quadragesimæ quilibet Christianus confiteatur. Amplius satisfactio pœnitentiæ, quæ in confessione iniungitur, fideliter atque humiliter est implenda: Et hoc ex charitate & vera deuotione. Pœnitentia nanque, quam facit homo, in mortali peccato scienter existens, non acceptatur à Deo nec valet, sed tenetur eam post confessionem vel contritionem reiterare. Itaque iuxta Christi & præcursoris sui prædicationem, primò pœnitentia est agenda. Ideo loquitur Augustinus: Initium bonorum confessio est malorum. Vnde Salomon protestatur: Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem cõfessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiã consequetur. Insuper dixit Saluator: Sic luceat lux vestra (id est, bona & exemplaris

1. Ioh. 1. 4.

1. Ioh. 1. 2.

1. Petr. 5.

1. Ioh. 1. 5.

1. Ioh. 1. 2.

1. Ioh. 1. 2.

1. Cor. 10.

Rom. 2.

Eccl. 5.

Ps. 1.

Matth. 3.
Marc. 1.
Luce. 3.Matth. 3.
Marc. 1.
Luce. 3.

Prou. 28.

Matth. 5.

con

conuersatio uestra) coram hominibus, ut videant opera uestra bona, & glorificent Patrem uestrum qui in cœlis est. In his verbis docuit Christus, ut opera uirtuosa, ad quæ tenemur, publicè faciamus, nõ propter propriam laudem aut uilitatem, sed ad proximorum ædificationem ac Dei honorè, quatenus fideles uidentes bona opera proximorum, glorificent Deum qui tantam gratiam contulit illis. Sic nanque laudatur & honoratur deus in suis ministris ac donis. Opera autem uirtuosa, ad quæ non obligamur, & quæ speciale deuotionem & supererogationem prædant siue includunt, occultare debemus magis quam publicare, quãtũ in nobis est: Ideo ait Dominus Iesus omnibus Christianis: Audistis quia dictum est antiquis, id est, filiis Israël à Deo per Moysen est præceptum: Non occides hominem propria autoritate & contra ordinem iuris. Qui autem occiderit hominem contra ius, reus erit iudicio damnationis: Ego autem dico uobis, quia omnis qui irascitur fratri, id est, proximo, reus erit iudicio. Istud intelligendum est de ira inordinata, rationem præueniente & perturbante, qua vnus irascitur sibi uel alteri ex irrationabili cõmotione animi sui. Est autem & alia ira bona, quæ oritur ex zelo iustitiæ ratione dictante, qua vnus irascitur sibi ipsi aut alteri ex charitate, propter sua peccata corripens aut corrigens eum, ut in hac uita purgetur, ne in futura uita dānetur. Et ista ira ex ratione procedit, & spõte assumitur, ut actus charitatis atque iustitiæ diligentius exequatur. Et talis ira fuit in Christo, & est in uirtuosis hominibus. Qui autem dixerit fratri suo racha, id est, signum aut uocem indignationis emisit contra proximum suum, reus erit concilio, id est, grauius peccat, quàm si solum intus iram haberet. Ideo dignus est, ut de eo tractetur quæ pœnam promeruit. Qui autem dixerit proximo suo, fatue, reus erit gehennæ ignis, id est, qui proximum aut hominem appellauerit fatuum aut fatuam, ex contemptu personæ uel inuidia aut passione prædominante, & ex irrationabili causa, æternam damnationem meretur, quia mortaliter peccat. Si uero aliquis ita loquatur proximo suo ex charitate & zelo iustitiæ, animo corrigendi & emendandi fratrem culpabilem, non est peccatum. Sed discutiatur vnusquisque conscientiam suam, ex qua radice & qua intentione loquatur, & reprimat animum suum ac linguam. Deinde loquitur Christus omni fidei: Si ergo offers munus tuum ad altare, & tibi recordatus fueris, quia frater tuus habet a-

liquid aduersus te, relinque tibi munus tuum ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum. Sensus uerborum istorum est, quod si quis aliquem offenderit, prius debet ab illo ueniam postulare, eique satisfacere, & ipsum placare pro posse suo, si conuenienter potest habere accessum ad ipsum. ut si propter locorum distantiam non potest corporaliter illum accedere, concordet eum animi preparatione, & proponat eum accedere quando potest. Istudque faciat homo antequam aliquid offerat Deo, præsertim antequam celebret siue communicet, hoc est, citius quod congruè potest: quia tenetur ad hoc, ne & alter maneat perturbatus. Nec tamen oportet omnino opus bonum dimittere, quousque eatur ad reconciliandum se fratri, ut si quis nocturno tempore oraret aut cõtempletur, sed opus bonum inceptum debet dimitti ad minus tam diu, quousque homo proponat ire ad reconciliandum se proximo quem offendit. Insuper Christus specialissimè docet, omnem uanam gloriam & laudem humanam ac temporalem & uanum honorem, esse omnino spernendos ac fugiendos, atque in omni opere bono primò & principaliter querere & intendere laudem, honorem ac gloriam Dei. hinc etenim ait Saluator: Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis, alioqui mercedem non habebitis apud Deum: Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, & Pater tuus cœlestis qui uidet in abscondito, reddet tibi. Et cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis & in angulis platearum stantes orare, ut uideantur ab hominibus. Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem in abscondito. Veruntamen istud non est sic intelligendum, quasi non sit orandum nisi in loco secreto & clauso, cum dicat Apostolus: Volo uiros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira & disceptatione: sed ideo Christus locutus est uerba ista, quoniam nemo debet Deum orare in loco aperto & patulo, ad hoc ut ab hominibus uideatur & collaudetur: & etiam quia ad orandum deuotè, multum cõfert & iuuat locus secretus atque quietus: Rursus, dum homo orat in Ecclesia aut alibi coram alijs, non debet altè orare, suspirare, pectus multum præ alijs tundere, aut familia specialis deuotionis signa ostendere, ne & alios propè stantes ab oratione impediatur, & hypocritis similis uideatur. Amplius

plius ait Dominus Iesus: Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Exterminat enim facies suas, id est, innaturalem & pallidam seu confusam uultus dispositionem assumunt, ut uideantur hominibus ieiunantes. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua, id est, lætum in Deo te exhibe, & bonam faciem dispositionem assume, atque ad uitij te expurga, ne uidearis hominibus ieiunans, id est, ne uidearis speciales abstinentias facis. Ieiunia uero, ad quæ homo tenetur, publicè facere debet recta intentione, ne alij in ipsius gula scandalizentur. Prætereà Christus docet ac præcipit auaritiam euitare, dicendo: Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra: hoc non est intelligendum, quasi non liceat aliquid pecuniæ seorsum reponere & seruare pro uilibus & rationabilibus causis, sed ne aliquis plura reponat ac seruet, quàm sibi necessarium aut utile extat, consideratis suo statu, dispositione, conditione ac onere, ut si sobolem multam habeat, nobilitate existat, aut infirmetur: secundum hoc potest sibi ac suis rationabiliter ac decenter providere, sic tamen, ut ad pecunias ac cætera temporalia non afficiatur immoderatè, neque in illis, sed in Deo confidat, & diuitijs benè utatur. Ideo Christus dixit: Thesaurizate autem uobis thesauros in cœlo, id est, opera uirtuosa abundanter peragite, & non nisi à Deo mercedem in cœlo optate. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum, id est, cogitatio, intentio & dilectio tua. Hoc modo auari diuites cor suum habent in suis diuitijs ac thesauris, potius quàm in Deo: ideo in statu damnationis sunt. Aliqui autem sunt diuites, liberales & misericordes, implentes quod ait Propheeta: Diuitiæ se affluant, nolite cor apponere. Isti cor suum non habent in suis diuitijs fixum, sed in Deo, quem summè amant atque desiderant.

Ahuc de aliquibus Christi doctrinis, ad omnes Christianos pertinentibus.

Articulus XVII.



Pus hominis quantumcunq; bonum uideatur, tamen malum & uitiosum est, si mala & peruersa fiat intentione, ut si quis vadat ad Ecclesiam ut uideat mulieres. Hinc Dominus noster Iesus Christus affirmat: Si fuerit oculus tuus simplex, id est, si recta fuerit cordis tui intentio, totum corpus tuum lucidum erit, id est, opera tua erunt uirtuosa, dum modò opera sint proportionata intentioni. Si au-

tem intentio sit peruersa, opera sunt uitiosa. Iterum ait Saluator: Ne solliciti sitis quid manducetis, neque quid induamini. Hoc loquitur Christus contra eos, qui immoderatam sollicitudinem & anxietatem habent de necessarijs corporis, scilicet de cibo, potu, uestitu atque similibus. De his autem, quæ eis necessaria sunt ad animarum suarum salutem, uidelicet de donis & uirtutibus Spiritus sancti, de charitate & gratia Dei, de uirtuosa cõuersatione, de discretionem inter uirtutes & uitia, parum curant. Tales non satis confidunt in Deo & in prouidentia eius. Respicite uolatiliam cœli, quoniam non serunt neque metunt, & Pater uester cœlestis pascit ea. Quantò magis uos pascet? Scit enim Pater uester cœlestis, quod his omnibus corpori necessarijs indigetis. Querite ergo primò regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijciuntur uobis. Per hæc uerba Christus non prohibet moderatam sollicitudinem pro temporalibus & necessarijs acquirendis & conseruandis, sed ne prima & principalis sollicitudo nostra sit pro eis, immo uult ut primò & principaliter solliciti simus, qualiter Deo complaceamus, ac dignè & debitè seruiamus, qualiter peccata uitemus & uirtutes procuremus, atque diuina obseruemus præcepta, quatenus ad æternam pertingere beatitudinem mereamur. Ista debet esse prima, quotidiana & maxima sollicitudo cuiuslibet Christiani, et quantò anima nobilior est corpore, tantò plùs solliciti esse debemus pro his, quæ anime necessaria sunt ad salutem, quàm pro exterioribus & temporalibus rebus quibus indiget corpus. Quantò etiam spiritalia bona, quæ sunt uirtutes & dona Spiritus sancti, ac opera uirtuosa, sunt meliora corporalibus bonis, tantò plùs diligere tenemur illa spiritalia bona, quàm corporalia & temporalia ista. Similiter quantò uita illa æterna, beatissima, in cœlis futura, melior est uita præsentis, breui, incerta ac misera, tantò plùs debet quilibet Christianus esse sollicitus, qualiter ad æternam illam beatissimam perueniat uitam, quàm ut habeat necessaria corpori pro uita præsentis. Itaque sollicitudo pro temporalibus rebus debet esse moderata & secundaria, quatenus de temporalibus rebus non plus habere desideret Christianus, quàm sibi necessarium aut utile est ad uiuendum benè ac uirtuosè, ad complacendum Deo, ad obtinendum felicitatem æternam, sicut hortatur Apostolus, dicens: habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum Diaboli, &

*Matth. 5.
Exod. 20.
Deut. 5.*

Matth. 6.

Matth. 6.

Matth. 6.

1. Tim. 6.

*Matth. 6.
Luc. 11.*

Matth. 6.

1. Tim. 6.

Matth. 6.

boli, & in desideria multa mala ac inutilia, quæ mergunt hominem in damnationem. Insuper loquitur Christus: Nolite iudicare, ut non iudicemini. Hanc Christi doctrinam ac iusionem Christiani pessimè seruât, qui faciliter iudicât alios esse superbos, auaros, aut sibi contrarios, vel alijs vitij subditos. Christus igitur docet & vult, ut alios non iudicemus, quâdo non scimus pro certo quid egerint, vel quo animo fecerint aut dixerint, quæ fecerunt siue dixerunt. Quædam enim sunt verba ac opera, quæ non possunt bono animo proferri aut fieri, sicut mendacia, furta, adulteria: & de talibus possumus iudicare pro certo, quòd mala sint atque illicita, & quòd culpabiles sunt qui talia dicunt aut faciunt. Quales autem sint futuri postea, pro certo iudicare non possumus, quoniam omni momento potest pœnitere peccator. Nec etiam possumus certitudinaliter iudicare, quales futuri sint, & qualiter suam finient vitam: quia non scimus an sint electi à Deo, an reprobi. Hinc aliq̄ iudicare quasi pœnitere non possit, vel quasi nūquam pœnitentiam facturus sit, stultum est & peccatum. Porro alia sunt verba & facta, quæ bono & malo animo proferri ac fieri possunt: & de talibus iudicare non licet, quia nō scimus quo animo prolata aut gesta sint: & peius est talia vituperare quàm commendare: quia dubia in meliorem partem trahenda sunt, non cum certa assertionem, sed cum pia estimatione. Præterea, multum desenda est plurimorum Christianorum prauissima atque damnabilis consuetudo, qui ex leui signo aut sola suspitione, aut modica occasiōe, vel ex indignatione, ira, impatientia aut inuidia absque timore Dei iudicant, vituperant ac diffamant alios, seu detrahunt eis publicè vel secretè, & ea, quæ bono animo fieri possunt, interpretantur in peius. Istud est peccatum valdè mortale: idcirco qui Deo vult complacere, sit timoratus & circumspectus in omnibus: Nec alios faciliter iudicet quales sint, immo de omnibus meliora præsumat, nisi apertissima signa repugnent. Seipsum verò vnusquisque adspiciat, consideret atque diiudicet, & per opera pœnitentiæ peccata sua vindicet in seipso. Amplius loquitur Christus sapientia Dei Patris: Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Hypocrita, eijce primò trabem de oculo tuo, & tunc videbis ut eijcias festucam de oculo fratris tui. His verbis redarguit Christus quosdam presumptuos atq; mendaciter iustos, audaces, & sibijpsis placentes, qui acuti sunt ad considerandum defectus &

I. Cor. 1.

Matth. 7. Lucæ. 6.

peccata aliorum, & proni sunt increpare ac redarguere illos, seipsos verò non attendunt: immo proprias defectuositates & vitia non aduertunt: & si reprehendantur ab alijs, indignantur. Cum quæ aliorum culpas, quamuis paruas, reputant magnas, propria tamen peccata non ponderant, sed parua iudicant & excusant, quâuis magna existant. Isti sunt mente cæcati ac fatui, non spiritali, sed carnali amore se diligentes, magni in proprijs oculis & superbi. Denique secundum doctrinam sanctorum, indigni sunt corripere, iudicare & corrigere alios, qui in maioribus vel eisdem peccatis sunt, de quibus corripunt, iudicant & corrigunt alios. Ideo Filius Dei docet ac iubet, ut vnusquisq; imprimis purget seipsum, & antequam corripiat alios de paruis peccatis, corripiat & emendet seipsum de magnis. Præterea, quàm fiducialiter, instanter ac indefinenter debeamus Deum inuocare, docet Saluator, dicendo: Petite, & dabitur vobis: quærere, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærere, inuenit: & pulsanti aperietur. Insuper, qualiter vnusquisque fidelium habere se debeat ad proximos suos, Christus breuiter docet, cum ait: Omnia quæcunq; vultis ut faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Hoc vtiq; naturalis ratio dicit, & naturale ius exigit, ut vnusquisque faciat alteri, quod rationaliter vult fieri sibi: & quod sibi rationabiliter nō vult fieri, non faciat alteri. Hoc est quod Tobias docuit filium suum, dicens: Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne aliquando alij facias: Contra hoc agunt auari, fraudulenti, violenti, iniusti, adulteri, fornicatores, superbi & omnes iniqui. Amplius, quàm difficile sit saluari, docet Christus dicendo: Intrate per angustam portam, quia lata & spatiosa est via, quæ ducit ad perditionem, & multi inueniunt eam: Quàm angusta est porta, & quàm arcta est via, quæ ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam. Hæc porta angusta & arcta via ducens ad vitam æternam, beatissimam & cœlestem, est conuersatio pœnitentialis & virtuosæ, quæ est propria peccata quotidie deplorare, castigare, vitare, carnales concupiscentias frangere, mentem iugiter custodire, omne peccatum mortale repellere, in Dei timore semper persistere, coram Deo sollicitè ambulare, tentatiōibus Dæmonum & vanitatibus mundi resistere, præceptis Dei atque Ecclesiæ in omnibus obedire. Hęc omnia obseruare, est vtiq; multum difficile. Idcirco dixit Saluator: Quàm angusta est porta, quasi dicat, multum angusta &

Matth. 7. Lucæ. 11.

Matth. 7.

Tobias. 4.

Matth. 7.

Lucæ. 11.

Matth. 12.

Matth. 12.

Mich. 6.

Matth. 7.

Lucæ. 6.

Matth. 7.

Dicit. 6. Matth. 10.

Matth. 7. Lucæ. 11.

Matth. 7.

Tobias. 4.

Matth. 7.

Lucæ. 11.

Matth. 12.

Matth. 12.

Mich. 6.

Matth. 7.

arcta est. Quod etiam patet ex eo, quod rursus loquitur Christus: Væ vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram. Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Væ cum benedixerint vobis omnes homines. Porro lata & spatiosa via perditionis, est conuersatio intimorata, carnalis & dissoluta: quam viam tam multi incedunt, vt comparatione eorum non nisi pauci consistant, qui arctam salutis ambulant viam.

Persecutio documentorum Christi, in quibus omnium fidelium salus consistit. Articulus XIX.



Eum super omnia esse timendū, docet Christus, præcipiens: Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem nō possunt occidere: Sed potius timete eum, qui habet potestatem corpus & animam perdere in gehennam ignis. Hoc ait Saluator, ad designandum, quòd Christiani non debeant tantum timere tyrānos & persecutores, vt propter illorum comminationes aut persecutiones recedant à diuinis præceptis, aut Deum offendant, immo potius eligant omnia dura pati atque occidi, quàm peccare mortaliter. Et quantò terribilius est cum corpore & anima æternaliter infernali igne torqueri, quàm temporalem mortem in corpore breuiter pati, tantò plūs formidandus est Deus, quàm tyrannus quicumque aut quilibet homo. Contra hoc Christi præceptum ac documentum agunt homines imperfecti & molles, & temporalium amatores, qui vel desiderio placendi hominibus, vel timore displicendi eis, seu patiendi ab eis damna siue aduersa, relinquunt timorem Dei & præcepta ipsius, mendaciter loquendo, iurando, per iurando & iniuste agendo, aut ea ad quæ tenentur omittendo. Istud est indecens valdè ac impium. Cum enim quilibet Christianus teneatur Deum super omnia summè incomparabiliterq; diligere, tenetur sic stare, quòd inallet propria vitam & vniuersa quæ habet, immo & totum mundum, (si suus esset) perdere, quàm Deum per mortale peccatum amittere, inhonorare, siue offendere. Insuper loquitur Christus: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. His verbis Christus consolatur imperfectos, afflictos, tentatos, quibus adhuc laboriosum est vias virtutum incedere, de stationibus mundi carere, tentationes ac vitia superare. Hos ergo inuitat Saluator, vt ipsum accedant spiritali accessu, inuocando

auxilium eius, vt releuentur & consolentur ab ipso, sicut hortatur Apostolus: Accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Taliter igitur accedentes reficit Christus in anima per consolationes diuinas, per meditationes deuotas, per diuersa gratiarum charismata. Ideo monet: Tollite iugum meum super vos, id est, legem meam implete, subiugando vos meis præceptis: Et discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue. Sed quæri potest, quomodo iugum Christi suauis est & onus eius leue, cum iugum istud non sit aliud quàm angusta porta & arcta via, qua itur ad vitam beatam? Respondetur, quòd iugum Christi imperfectis durum & laboriosum est, perfectis autem charitateq; seruidis dulce est, iucundum ac leue. Præterea quàm custoditus & moderatus debeat esse omnis Christianus in verbis suis, docet Christus dum ait: De omni verbo otioso quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij. Docet quoque Saluator, vt quilibet post Deum præcipue amet seipsum, & de propria salute primò sollicitus sit, dicens: Quid prodest homini si lucretur vniuersum mundum, seipsum verò perdat, & animam suam detrimetum patiatur? Conformiter solos humiles posse saluari protestatur Dominus, dicens: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quantum verò vitandum sit, ne quis alii potissimum vulsum, imperfectum & incipientem Deo serui rescandalizet, constat ex verbis Christi dicentis: Qui scandalizauerit vnum ex pusillis his, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ homini per quem scandalum venit. Porro scandalum istud, est dictum aut factum minus rectum, quo alius ad peccandum inducitur. Cum igitur, quilibet Christianus debeat Deum super vniuersa diligere, eiusq; honorem in omnibus quærere, proximum quoque sicut seipsum amare, certum est, quòd debeat suis proximis esse exemplaris, vt eos inducat ad dei venerationem & propriam animarum salutem. Scandalizare verò est contra charitatem Dei & proximi. Sed, pro hoc dolor, in isto Christiani sunt lamētabiliter defectuosi, quoniam mille modis vnus alium scandalizat verbis, factis & vestium curiositatibus, vanitatibusq; mundanis. Præterea Christus fraternam correptionem docet ac præcipit, dicens: Si peccauerit in te frater tuus, id est, te videntem, audiente aut sciente proxi-

Hebr. 4.

Matth. 11.

Matth. 12.

Matth. 16. Lucæ. 9. Marc. 8.

Matth. 13.

Matth. 18.

Marc. 9.

Dicit. 6. Marc. 12.

Matth. 18.

mus tuus peccauerit, aut tibi iniuriam fecerit, vade & corripe eum inter te & ipsum solum, increpando eum secreta in charitate ac mititate, dum modò sit tibi spes de emendatione illius. Si te audierit, lucratus es fratrum, quia de via perditionis eum ad statum reduxisti salutis. Si autem te non audierit, adhibe tecum unum vel duos testes, & in presentia horum corripe eum, praesertim si isti aliunde sciant culpam proximi delinquentis. Quòd si nec illos audierit, sed in peccato suo permanferit, dic Ecclesiae, id est, praetor delinquentis, ut subdiciam suum corrigit. Si autem Ecclesiam non audierit, id est, correctioni & correctioni sui praetor non obediens, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus, id est, tanquam gentilem & publicum peccatorem reputa eum atque deuita. Istud preceptum de correptione fraterna, à Christianis pessimè custoditur, & ut quidam Doctores testantur, propter transgressionem huius praeccepti, & praeccepti de incontinentia fugienda, quasi totus mundus damnatur. Iam enim vnus Christianorum videns alium peccantem, non solum non corripit illum, sed potius ei congratulatur, consentit & fouet, sicq; peccata illius redundant in ipsum. Itaque quanto anima nobilior est corpore, tanto per correptionem fraternam diligentius curanda sunt vulnera animae, id est, peccata, quam vulnera corporis. Propter quod asserit Augustinus: Si neglexeris corripere, peior efficeris eo qui peccauit. Quicumque ergo in aliquo extat culpabilis, pie & charitatiuè est corripendus, atq; ad emendationem & satisfactionem prouocandus. Vnde & pater familias praecceptum istud in suis domesticis strenuè debet implere, deinde in cæteris secundum exigentiam loci ac temporis & causa ac delinquentium personarum: Et quod dictum est de corripiendo fratre vel proximo, etiam intelligendum est de corripienda sorore seu proxima.

Quòd quilibet Christianus tenetur obedire praecceptis Dei atque Ecclesiae, & rationi seu conscientiae. Articulus XX.



Vemadmodum Deus sublimis & benedictus creauit genus humanum ad obtinendum felicitatem aeternam, sic dedit eidem praeccepta, per quorum obseruantiam meretur ad beatitudinem illam pertingere. Hinc loquitur Christus: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Quamuis autem communiter dicantur esse decem praeccepta, quae Deus dedit

Mosi in monte Sinai, duo tamen sunt principalia praeccepta, in quibus alia decem includuntur. Vnde ait Saluator: Primum mandatum est: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Secundum verò mandatum est: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Debemus ergo Deum diligere ex toto corde nostro, id est, integro intellectu, & plena voluntate, quatenus toto intellectu & integra voluntate tendamus in Deum, ipsum super omnia seruidè desiderando, purè amando, & quicquid ipse odit ac prohibet, scilicet vana & falsa, errores & vniuersa peccata odiendo & fugiendo: quicquid verò Deus amat ac fieri praecipit, vtpotà omnem bonitatem, virtutem, pietatem, sapientiam, munditiam, amando ac profsequendo. Debemus quoq; diligere Deum tota anima, quatenus omnes sensus nostri exteriores ac interiores Deum pro posse suo honorent. Tota etiam fortitudine diligere Deum debemus, quatenus sicut totum, quod sumus & habemus, à Deo accepimus, sic ad eius obsequium, gloriam & honorem totum illud vertamus, vtamur & expendamus, vt omnibus mèbris corporis & omnibus viribus animae Deum in omnibus veneremur, quia ad hoc data nobis sunt omnia. Impij autem & immundi homines, vtuntur his omnibus in obsequio Demonis ad contumeliam Creatoris. Praeterea Deum amare debemus spiritali, puro & infuso amore, primò & principaliter propter puram & infinitam ipsius bonitatem ac amabilitatem: deinde, quoniam ipse prior dilexit nos: postea propter vniuersa beneficia eius, & propter bona gloriae beatitudinisq; aeternae, quae nobis promisit ac praeparauit in caelo. Quidam autem diligunt Deum principaliter propter beneficia eius, videlicet quoniam benè eis succedit & prosperantur in multis ac diuites sunt, temporaliterq; in terrenis bonis felices. Sed tales nò diligunt Deum vero, puro & spiritali amore: immo in statu damnationis sunt, hoc est, in mortali peccato: quia seipso praefert Deo, amantes Deum non quia in seipso bonus est, sed quoniam bonus est eis, dando eis tot bona. Porro in hoc cognoscere possumus, an Deum verè ac spiritaliter diligamus, si eius praeccepta in omnibus custodimus, & ipsum pro posse in omnibus honoramus, atq; ab omnibus honorari optamus. Spiritalis etenim amor Dei conformat voluntatè rationalis creaturè voluntati sui Creatoris. hinc in Euang. loquitur Christus: Si diligitis me, mandata mea seruate. Et ite. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.

Exod. 20.
Deute. 5.
Matt. 23.
Marc. 10.
Luc. 10.

1. Ioh. 4.

1. Ioh. 4.

Ioh. 14.
2. Ioh. 1.

Iohan.

Iohannes quoque Apostolus ait: Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Praeterea proximos nostros, id est, omnes homines in mundo viuentes, fideles ac in fideles, amicos & inimicos, debemus diligere sicut nosipso spiritali amore, desiderando aeternam eorum salutem, & vt nunc conuertantur ad Deum, eique incessanter adhaereant, vniantur, atque obediant: & vt gratiam tantam Deus eis concedat, pro ipsis cordialiter orare debemus. Itaque proximos plùs amare tenemur, quàm omnia bona exteriora, temporalia & terrena, immo plùs quàm proprium corpus. Hinc quilibet Christianus tenetur sic stare, quòd mallet non solum omnia sua bona exteriora, sed etiam corporalem suam vitam amittere, quàm animam cuiuscunque proximi sui seu hominis condemnari.

De primo praeccepto. Articulus XXI.



Primum praecceptum est, Credere vnum Deum: Hoc est, vt fide charitate ornata, ac bonis operibus decorata, credamus, amemus, colamus, adoremus, timeamus ac veneremur vnum, solum, verum, aeternum, omnipotentemque Deum, vnum ac trinum, qui solus potest saluare. Cui propter suam infinitam maiestatem & excellentiam, summus honor debetur, & est infinita reuerentia dignus. Nec potest ipsi à quacunque creatura tanta reuerentia exhiberi, quin dignus sit reuerentia in infinitum maiori. Ideo tam incomparabilis eminentiae Deum, Regem ac Principem vniuersorum inhonorare, non timere, ei non obedire, iniustissimum extat, praesertim cum peccatum tantò sit grauius, quanto maior est dignitas eius in quem peccatur. Quàm enorme ergo est, Deum immensè dignitatis offendere! Insuper contra hoc praecceptum agunt non solum increduli, falsos Deos & idola adorantes, sed etiam omnes iniqui & intimatori Christiani, mortali peccato sedati, quoniam rebus creatis magis inhaerent quàm Deo, & ista carnalia atque caduca plùs amant, colunt, querunt, cogitant ac venerantur, quàm summum & incommutabile bonum, Creatorem dignissimum. Tales sunt omnes impij Christiani, qui non attendunt se in presentia summi ac metuentissimi Iudicis omnia inuentis, agere vniuersa quae agunt, atque de cunctis suis cogitationibus, affectionibus, verbis, factis & omissionibus, & de omnibus bonis sibi à deo collatis, rationem ei daturus: immo sic agunt & viuunt, tam intimatorè & turpiter ac innu-

1. Ioh. 2.

Deute. 5.

1. Tim. 2.

merabiliter peccant, quasi non esset Deus, nec prouidentia eius, neque futurum iudicium. De quibus Salomon ait: Quia non cito profertur contra malos iudicium, absque vilo timore filij hominum perpetranti mala. Hi sunt qui latantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Non enim est timor Dei ante oculos eorum. Insuper contra praecceptum istud agunt & grauissimè peccant, qui vana & vitiosa opera sua intantum amant, quòd mallet Deum non esse, quàm illa relinquere, & qui vellent Deum non esse omnia cognoscètem, nec hominum vitia vlciscentem, quatenus possent liberè & impunè peccare. Agunt etiam contra praecceptum hoc, qui fortilegos consulunt vel diuinos, & qui vtuntur pomis inscriptis aut schedulis collo suspensis, aut characteribus seu alijs credulitatibus vanis, quasi non esset Deus satis bonus & potens ac sapiens ad subueniendum eis, quantum expedit salutem eorum. Aduersitates enim, infirmitates, dapa ac caetera afflictiones, frequèter per maximè expediunt homini, suntq; signa amoris Dei ad homines, quem admodum ipse ait: ego quos amo, arguo & castigo. Ideo nihil illicitum facere debet homo, vt liberetur aut praeseruetur ab illis: immo patietèr & cum gratiarum actione sustinenda sunt paternae castigationes pijsissimi Dei. Nam & praecipuum signum, quòd homo sit à Deo electus, est, si habeat multa aduersa, & patietèr sustineat ea. Hinc ait scriptura: Multae tribulationes iustorum. Et rursus: Omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes & tentationes transierunt fideles. Paulus quoque Apostolus protestatur ac loquitur: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum caelorum. Postremò, contra hoc primum agunt praecceptum, qui opus Dei negligenter persolunt, qui cum tediò & torpore seruiunt Deo, qui temporalibus dominis vel principibus aut praetatis magis optant ac student placere, diligentiùsq; obsequuntur quàm Deo, & qui illis propter temporalia commoda blandiuntur: item qui filios suos, aut filias, vel vxorem seu propinquos, aut aliam quamcumq; humanam personam plùs amant quàm Deum, quarentes ditare, exaltare, delectareq; illos, intantum, quòd propter hoc agunt contra Dei praeccepta. Ecce pensamus quàm grauum, quàm amabile, delectabile & acceptum sit nobis, esse, viuere, sentire, intelligere, saluum existere, satis habere: Quàm inuitè hæc perderemus, quàm inuitè vno sensu aut mèbro priuaremur: Cur ergo non diligimus illum, à quo omnia hæc habemus, sine cuius

Eccles. 3.

Proter. 4.
Psal. 13.

Apoc. 3.

Psal. 33.

Iudith. 8.

Act. 14.

Gen. 1.
Sapient. 9.
Exod. 31.

Matt. 19.

conseruatione nec ad momentum ea tenere ualemus? Cur tam omnipotenti atque pijs- simo Creatori, conseruatori ac prouisoru su- mus ingrati, eumq; quotidie tories in hono- ramus, & membris ac uiribus nostris, quæ no- bis largitus est, ut ei fideliter seruiamus, ad- uersarijs eius (videlicet Diabolo & peccatis) seruiamus, in contumeliam Creatoris? Quis tantam ingratiudinem, puerilitatem, im- pudentiam, iniustiamq; satis mirari aut cõ- prehendere possit? Quid igitur restat, quàm ut verè & condignè nos emèdemus, & sicut omne quod habemus & sumus, à Deo susce- pimus, sic eius obsequio & honori omnia re- pendamus? Si etenim rex aut princeps terre- nus daret alicui militi equum & arma, opes & omnia necessaria ad exercendum milita- ria opera, quatenus miles ille sibi fideliter deseruiret, patriam suam defenderet, & suo exercitui se ueniret, si tunc miles ille principi suo in omnibus inobediens esset, & his, quæ sibi à principe suo collata essent, abuteretur in contumeliam principis, acquiescendo vo- luntati aduersariorum principis sui, & adiu- uando exercitum aduersariorum illoru con- tra exercitum proprii principis, nonne mi- les talis impijssimus infidelissimusque exi- steret? Tales utique sunt omnes iniqui & li- bidosi, qui mèbris suis ac uiribus abuten- tes, omnia quæ receperunt à Deo ad eius ho- norem, uertunt in obsequium Dæmonum ad omnipotentis Dei iniuriam. Respiciant ergo à laqueis Diaboli, à quo captiui tenen- tur, & insensatis atq; uilissimis ac impuden- tissimis canibus asimilarè uerecundentur.

Declaratio secundi præcepti. Articulus XXII.



Secundum præceptum est: Nō vane iurare per Deum, id est, ea quæ falsa sunt, cum iuramento nō as- firmare, nec etiam vera absq; rationabili causa iurare. Hoc præcepto prohi- betur iuratio falsa & irrationabilis, per Euā- gelium, per Sanctos, per Sanctoru reliquias, atque per alias creaturas: per quas interdum licet iurare, non in quantum sunt creaturæ, sed in quantum in eis relucet ac repræsenta- tur virtus ac veritas Dei. Vnde qui falsum scienter iurant, transgrediuntur istud præ- ceptum, & mortaliter peccant, quoniam Deū assumunt in testem suæ falsitatis. Quamuis autem ex lapsu lingue aut inaduertentia iu- rare interdum quod verum est, sine rationa- bili causa, sit veniale peccatum, consuetudo tamen ita iurandi, mortalis est culpa. Est nã- que contrarium reuerentiæ, Deo altissimo

debitè, ipsum frustra in testè assumere. Item, qui iurat contra conscientiam, quamuis sit verum quod iurat, transgreditur hoc præ- ceptum. Insuper qui iurant per intestina Dei, per membra, vulnera aut sanguinem Chri- sti, enormiter peccant: & contra tales iurato- res sunt positæ leges punitiuae ab Ecclesiasti- cis prælatis, secularibusque principibus: & valdè dolendum est, quod leges illæ non ob- seruantur. Istud quoque præceptum damna- biliter frangunt, qui causa lucri faciliter iu- rant, & sæpè periurant, ut aliqui mercatores ac alij venditores, taxillatores, alijq; lusores: & qui promissa non implent, & qui fidem iugalem non seruant: hi quoq; qui promittunt aut iurant illicita, aut spiritalis profes- sus impeditiua. Nam eo ipso quo talia iu- rant siue promittunt, crimè periurij aut fra- gionis voti incurrunt, quoniam talia non im- plere tenentur. Quandocunq; enim votum aut iuramentum contrariatur veritati aut iustitiæ, vel discretioni, vitiosum est, & non obseruandum. Amplius, quàm vitiosa ac vi- tanda sit inanis ac falsa iuratio, patet ex ver- bis Christi, qui ait: Ego dico vobis non iura- re omninò, neque per cælum, neque per ter- ram. Sit autem sermo vester, est est, non nō, quod his abundantius est, à malo est. Iaco- bus quoque Apostolus loquitur: Ante omnia fratres, nolite iurare. Hinc ait scriptura: Iurationi non assuescat os tuum, multi enim casus sunt in ea. Nam vir multum iurans, replebitur iniquitate, & non recedet de do- mo illius plaga. Præterea Augustinus affir- mat: Qui prouocat hominem ad iurationem, & scit eum falsum iuraturum, peior est ho- micida, quoniam homicida corpus occidit, ille animam: immo duas animas, scilicet su- am & eius, quem iurare compellit. Ex quo innotescit, quod magis tenetur homo rem suam amittere & damnum sustinere, quàm aliquem ad falsam iurationem inducere. Si- quidem magis tenetur animam proximi sui, quàm exteriora & temporalia cuncta dilige- re. Iterum asserit Augustinus: Qui exigit iu- ramentum, valdè interest si nescit illum fal- sum iuraturum, aut scit. Si enim nescit, & ideo dicit: iura mihi, ut ei fides fiat, non audeo di- cere non esse peccatum, tamen humana ten- tatio est. Si autem scit illum falsum iuratu- rum, & tamen iurare compellit, homicida est. Dicunt etiam sancti Doctores: Quacun- que arte verborum quis iuret, Deus, qui cõ- scientiæ testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur, intelligit. Postremò verbum Christi quo ait: Dico vobis non iurare, om- ninò, intelligendum est de iuramento vane

no & falso: atque ob id Christus ita locutus est, ut doceat nos, quàm periculosum sit sine sufficienti & cogenti causa iurare, quoniam consuetudo verum iurandi, ducit ad cõsu- tudinem periurandi, cum dicat Chrysosto- mus: Nemo est qui frequenter iuret, & ali- quando non periuret. Idcirco asserit Augu- stinus: Christus, qui prohibuit te iurare, no- luit te super ripam ambulare, ne pes tuus in angusto positus, labatur in præceps. Prouis- simam ergo consuetudinem iurandi abijci- ant Christiani, & quoniam longè est à pecca- to inanis iuramenti atque periurij, qui om- ninò non iurat, nisi sufficienti causa coactus, studeat vnusquisq; penitus nō iurare, quod maximè necessarium est his, qui consuetu- dine iurandi polluti sunt. Porro si quis iu- ret ex rationabili causa cum debita reueren- tia, congruo loco & tempore, licitum est, & actus virtutis. Ideo ait scriptura: Dominum Deum tuum timebis, & per nomen eius iu- rabis.

Declaratio tertij præcepti.

Articulus XXIII.



tertium præceptum est, ut dies festiuos celebremus. Nam & ratio dicit, ut aliquo die hebdomadæ homo specialiter vacet Deo, & a- liorum dierum negligentias & peccata re- paret, desinat, & emendet. Sunt igitur dies Domini & festiui celebriter obseruandi, quoniam est quotidie, tunc tamen specia- liter à vitijs est cessandum: Ideo grauius est tunc peccare. Tunc ergo ab operibus mecha- nicis atque seruilibus, scilicet agricultura, mercato & placito, ac ceteris vacationem ad- neum impediètib; oportet desistere, Deo vacare, propriam conscientiam examinare, mentem purgare, verbum Dei libenter audi- re, diuinum officium frequentare, beneficia Dei recolere, & de eis Deo regratiari, oratio- nibus deuotè insistere, propria peccata ad memoriam reuocare, deslere, confessionem & emendationem proponere. Et præsertim tenentur fideles tunc Missam audire, nisi im- pedimento excusentur legitimum. Tunc igitur præcipue sunt vitandæ scurrilitates ac superfluitates verborum, saltationes & can- tus lasciuiae vani, comestationes, potatio- nes, ludi indecentes, immoderate consolati- ones, voluptates carnales, & cordis dissol- lutiones. hinc sanctus Apollonius ait: Die Dominica nihil aliud est agendum, quàm Deo vacandum. Nulla operatio in illa san- cta die agatur, nisi tantum Psalmis & Hym- nis & Canticis spiritualibus dies illa transi-

gatur. Sanctus quoque Gregorius loquitur: Die Dominica à labore terreno cessandum est, & orationibus insistendum, ut si quid ne- gligentiae per dies sex agitur, die Dominico precibus expietur. Hinc etiam loquitur Ori- genes: Si desinas ab omnibus secularibus o- peribus, si spiritualibus operibus vaces, si ad Ecclesiam conuenias, diuinis sermonibus aurem præbeas, de cælestibus cogites, de fu- tura spe sollicitudinem geras, futurum iudi- cium præ oculis habeas, nec respicias ad visi- bilia atque præsentia, hæc est Christiano ve- ra obseruatio diei Dominicæ ac festiui. Et quia Deo vacare nihil plus contrariatur quàm peccare, ideo asserit sanctus Augu- stinus: Melius faceret colonus aliquod vile in agro suo die dominico, quàm in teatro se- ditiosus existeret. Et melius femina lanam nerent, quàm in festis saltarent. Sed heu om- nia nunc subuersa sunt. Nam diebus Domi- nicis ac festiuis Christiani vanitatibus, car- nalitatibus, confabulationibus vitiosis, va- rijsque peccatis vacant, plus quàm cæteris diebus, non attendentes, quod toties peccet mortaliter, quoties præceptum Dei aut Ec- clesiæ transgrediuntur. Hinc vitiosum atq; damnabile est, quod quidam diebus festiuis barbam radunt, aut radi se faciunt, aut equos ferrant, nisi esset tam magna necessitas, quod coram Deo excusaret. Nec talia facientes, se imprudenter excusent. Non enim iustus est, nec Deum veraciter diligit, qui amore lucri aut timore humanæ offensæ, aut propter dâ- num temporale, Dei aut Ecclesiæ præceptum transgreditur, cum dicat Iohannes Apo- stolus: Si quis dixerit, diligo Deum, & manda- ta eius non custodit, mendax est. In terdum etiam mercatores & fartores, ac alij quidam mechanici, in obseruatione huius præcepti sunt multum defectuosi ac rei. Et ex dictis potest vnusquisque illorum pendere, an in obseruatione huius præcepti sit reus ac negligens.

De quarto præcepto. Arti- culus XXIII.



In tribus præceptis prehabitis do- cetur, qualiter habere se debet quilibet circa Deum: in alijs sep- tem præceptis sequentibus edo- cetur, quomodo habere se debet ad proxi- mum, quorum primum est, Honorare prox- imos. Quod primò intelligitur de carnalibus parètib; deinde de prælatis ac spiritalibus patribus, ac omnibus superioribus, atq; de his qui ætate, sapientia aut virtute patres vo- cari merentur. Carnales ergo parentes filij

Job. 1.

2. Tim. 2.

Exod. 20. Deut. 5.

Math. 5.

Eccl. 13.

Math. 5.

honorare tenentur, quia ab illis habent esse & educationem ac informationem, varioſque dolores, labores ac curas parentes ſuſtinent propter ſobolem ſuam: Ideo ſufficienter & dignè à filiis & filiabus ſuis honorari vix poſſunt. Propterea Ariſtoteles ait, quòd Deo & parètibz nò poteſt reddi æquivalès. Itaque filij ac filiz obligantur parentes ſuos cordialiter valdè diligere, verbis & factis honorare, eiſque neceſſaria vitæ miniſtrare, ſi indigent, & obedire eiſdem, ſicut ait Apoſtolus: Filij, obedite parentibus veſtris per omnia, hoc eſt, in omnibus, ad quæ ſe extendit autoritas parentum ſuper ſobolem ſuam, videlicet in bonis moribus, & in hiſ que ad diſpenſationem rei familiaris, gubernationemq; domus ſpectant. Vnde contra præceptum hoc grauitè & mortaliter peccat, qui parentibus ſuis aut ſuperioribus & prælatiſ faciliſter indignatur, iriſcuntur, obloquuntur, aut maledicunt: & qui præcepta ſanctæ matris Eccleſiæ paruiſpiciunt, aut excommunicationem non curant, & qui oblationes ac decimas miniſtris Eccleſiæ renuunt aut tardant perſoluere. Præterea, hoc præcepto iubentur ſubditi ſecularibus ſuis principibus obedire in hiſ, quæ ad illorum ſpectant officium, quorum ordinationes & iuſſa non debent inſipienter arguere neque contemnere, niſi euidenter eſſent contra iuſtitiam, contra Deum, contra charitatem fraternam, aut contra Eccleſiæ libertatem. Honorandi ſunt quoque auj, & auiz, ac ceteri ſeniores cognati. Quemadmodum autè parentes viuos hij ac filiz honorare tenentur, ita pro eiſdè defunctis orare, & alijs modis ſibi poſſibilibz, animabus illorum ſuccurrere obligantur. Hinc ait ſcriptura: Qui timet Dominum, honorat parentes, & quali Dominis ſeruiet eiſ in opere & ſermone cum omni paciètia. Gloria hominis ex honore patris ſui, & dedecus filij pater ſine honore. Fili, ſuſcipe ſenectam patris tui, & ne contriſtes eum in vita illius: & ſi deſecerit ſenſu, veniam da, & ne ſpernas eum. Quàm malæ famæ eſt qui relinquit patrem: & eſt maledictus à Deo, qui exaſperat matrem. Hinc virtuoſus ac ſapiens ille Tobias præcepit filio ſuo: Honorem ſemper habebis matri tuæ. Memor etiam eſſe debes, quæ & quanta pericula paſſa ſit propter te in vtero ſuo. Ideo rurſus ait ſcriptura: Gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris. Inſuper Deus per Moſen iuſſit: Qui maledixerit patri aut matri, occidetur. Et iterum: Filium contumacem, comellationibus, ebrietatibusque vacantem, lapidari (id eſt, lapidum iſcibus occidi) præcepit. Idcirco contra præ-

ceptum hoc enormiter peccant filij ad studium miſi, qui non curant proficere, ſed bona parentum vitioſè, guloſè, turpiterque conſumunt. Poſtremò, vt præceptum hoc meritorie atque ſalubriter impleatur, oportet vt parentes honorentur, non ſolum aut principaliter quia parentes ſunt, aut ex naturali amore, ſed principaliter quoniam Deus hoc iuſſit, & ex diuino ac ſpiritali amore ad gloriam Dei, non propter laudem humanam aut propria commoda, vel ſolum ad complacendum parentibus.

De quinto præcepto. Articulus XXXV.



Quintum præceptum eſt: Non occides; Vbi primò & maximè prohibetur corporalis occiſio hominis, non ſecundum ordinem iuris facta. Et quia peccata in proximum tantò ſunt grauiora, quantò proximum amplius lædunt aut nocent: ideo inter peccata in proximum, homicidium eſt maximum. Præterea hoc præcepto prohibetur implicite ſeculis ira, inuidia, inordinata percuſſio, læſio, depilatio, contumelia, perſecutio, violentia, oppreſſio atque detractio. Agunt itaque contra præceptum iſtud, qui conſilio, auxilio, conſenſu aut ſimili modo ad homicidium cooperantur, & qui illud non impediunt, ſi congruè poſſint, & qui neceſſaria vitæ non dant conſtitutis in neceſſitate extrema, & qui alios ſcandalizant, ad mortale peccatum illos trahendo aut inducendo. Item qui peccatorem à peccatis ſuis non retrahunt per correptionem fraternam, aut correctionem paternam, ſeu per exhortationem aut inſtructionem, loco & tempore opportuno, cum poſſint ac debeant. Inſuper, vt ſanctus Clemens teſtatur, beatiffimus Petrus Apoſtolus dixit triplex homicidium eſſe, vnum corporale, quo naturale eſſe & viuere auferuntur: aliud ſpirituale, quo quis ad mortem animæ (hoc eſt, ad mortale peccatum) inducitur, vel quo corporalis aut ſpiritualis mors alicuius optatur: Nam & Iohannes Apoſtolus loquitur: Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Deus nanque affectum computat pro effectu. Tertium homicidium eſt, quo quis in corde aliorum viſcit, & eſt bonæ famæ amittit, ſicq; detractio homicidium appellatur. Ideo Salomon ait: Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil minus eo habet qui detrahit. Detractio nanque mortale peccatum eſt, & grauius furto, vt dicunt doctores, quoniam maius bonum

num auferit detractor quàm fur: ſur enim auferit ſubſtantiam, detractor famam bonam, quæ præponenda eſt opibus, ſicut ait ſcriptura: Curam habe de bono nomine, hoc enim plùs proderit tibi quàm mille theſauri. Et Salomon ait: Melius eſt nomen bonum, quàm prætioſa vnguenta. Porro Chriſtianus homo appetere debet bonam famam, non inquantum fama bona eſt pro ſuo honore, ſed inquantum eſt ad gloriam Dei, ædificationemque proximi. Ampliùs, contra præceptum hoc agunt, qui inter fratres diſcordiam ſeminant, quod eſt mortale, & valdè enorme peccatum, quia charitatem corrumpit, & multa peccata inducit. Ideo Salomon dixit: Deſtat anima mea cum qui ſeminat inter fratres diſcordiam. Et iterum ait ſcriptura: Suſurro & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacem habentes. Detractoribus autè & diſcordiæ ſeminatoribus non ſolum non eſſe ſentire debemus, ſed faciem quoque ab eis auertere, aut triſtem vultum eiſ offendere, ne communicemus peccatis illorum: quia vt Salomon teſtatur: Per triſtitiã vultus corrigitur animus delinquentis. Et ſapiens ait: Sepiaures tuas ſpinis, & nolì audire linguam nequam. Poſtremò, homicidæ grauiſimè peccant, non ſolum quoniam corpus interimunt, ſed etiam quia animam æternæ damnationis periculo exponunt. Frequenter nanque qui occiditur, ad mortem ſunt imparati, quod homicida attendere debuit. Faciant item contra præceptum iſtud, qui propter iniuriam ſibi aut proximis ſuis illatam, aliquem querunt propria autoritate occidere, damniſicare aut lædere, cum non ſint iudices illius, nec publica autoritate fungantur: immo ſi iudex reum occidat, nò ex zelo iuſtitie, ſed amore vindictæ aut ex liuore, tranſgreditur hoc præceptum.

De ſexto & ſeptimo præceptis. Articulus XXXVI.



Sextum præceptum eſt, Non furari. Vbi non ſolum prohibetur reale furtum, ſed & furandi affectus: immo omnis illicita appetitio, contrectatio, ablatio, retentio ac defraudatio rei alienæ, videlicet rapina, latrocinium, iniuſta mercatio, mala menſuratio, infidelis labor, Simonia, vſura, patrociniatio falſa. Itaq; contra præceptum hoc agunt, quorum peccato ſeu adulterio accidit, quòd nò verus hæres in hæreditatem ſuccedit. Similiter Eccleſiaſtici viri, qui bona Eccleſiæ ſu-

perſuè carnaliterque conſumunt, ideo ad reſtitutionem tenentur. Item, qui ſcienter vel ex carnali affectu indignos ad Eccleſiaſtica promouent bona, quæ non niſi dignis (videlicet Deum timentibus ac deuotis) debentur. Hi quoque, qui parentibus ſuis aliqua furtiuè auferunt, & qui debita non perſoluunt pro poſſe dum repetuntur: quod eſt periculoſum, quia ſi hi, quibus tenentur, ex dilatione perſolutionis damnatum patiantur, debitores tenentur eiſ recompenſare hoc damnum, iuxta dictamen viri diſcreti ac ſapientis. Præterea ſeptimum præceptum eſt, Non mœchari ſeu fornicari. Quo præcepto (vt loquitur Auguſtinus) prohibetur omnis illicitus concubitus, atque membrorum generationi deſeruientium omnis illegitimus vſus, omnis quoque libidinoſus contactus, etiam in coniugatis, quo non ſeruatur naturalis ordo indiſtus à natura, immo omnis copula, commixtio viri ac ſemina extra limites legis ac vinculi matrimonialis. Nec ſolum prohibetur iſto præcepto omnis illegitimus coitus, ſed etiam eiſ appetitus. Quoniam omnis conſenſus deliberatus in illicitum coitum, aut in delectationem Veneream, eſt mortale peccatum. In libidinoſis quoque oſculis atque amplexibus mortalis eſt culpa. Oportet ergo vitare occaſiones concupiſcentiæ vitioſæ & commixtionis illicitæ, ſcilicet incautum ſeminarum adſpectum, colloquia ſecreta, immoderata & impudica, contactus, amplexus & oſcula, conuiuiã, arrisus, munuſcula, & ſe coram Deo timorè habere. Quòd ſi tentatio venerit, ſtatim immundam cogitationem oportet abijcere, paſſionem Chriſti adſpicere, de diſtricto ac metuendiſimo Dei iudicio cogitare, poſnas inferni penſare, Dei auxilium inuocare: ſedque ab adſpectu, cogitatu & conſideratione eorum, quæ concupiſcentiam cauſant, auertere, conuertendo ſe ad cogitationes & opera rerum ſalubrium.

De alijs tribus præceptis. Articulus XXXVII.



Octauum præceptum eſt, Non falſum teſtimonium dices: Hoc nanq; eſt valdè graue peccatum: & qui falſo teſtimonio eſt alicui cauſa damni, ad reſtitutionem tenetur. Si autem famam eiſ corrumpit, eam poſſe reſtituere obligat. Si verò per falſum teſtimonium eſt cauſa mortis alicuius, homicida eſt coram Deo. Ideo Salomon loquitur:

Eph. 6.

Eccl. 5.

Tob. 4.

Exod. 21. Deut. 21

ud. 4.

Eccl. 7.

Prout. 5.

Eccl. 7.

Eccl. 38.

Exod. 20. Deut. 5.

1. Iohan. 5.

Eccl. 10.

Exod. 20. Math. 5.

Exod. 20. Deut. 5.

Prout. 19.

Tellus falsus non erit impunitus. Hoc etiam precepto prohibetur mendacium perniciosum, quod scilicet alicui nocet: de quo ait scriptura: Os quod mentitur, occidit animam. Et de quo Propheta loquitur Deo: Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Porro omne mendacium, siue sit officiosum quod alicui prodest, siue iocosum quod delectat, ad minus est veniale peccatum, & potest esse mortale per assiduitatem & nimiam delectationem in eo. Quemadmodum autem preceptum est, falsum testimonium non proficere, ita mandato isto precipitur, veritatem non silere tempore necessitatis, nisi causa digna excuset. Amplius, nonum preceptum est: Non concupisces uxorem proximi tui. Vbi specialiter prohibetur appetitus adulterij, ille scilicet appetitus, cui ratio non renititur, sed consentit. Et sicut viro precipitur non concupiscere alicuius uxorem, ita mulieribus ac puellis precipitur non concupiscere alicuius maritum. Insuper, hoc precepto prohibetur omnis motus ac gestus exterior inordinatus, ad luxuriam prouocans, siue per interuentum, siue per literas, vel per minas aut munera, per adspicuum, incestum, verba, siue per vestimentorum ornatum vanum, prouocatum ac indecentem, sicut iam detestabilis inoleuit consuetudo, super diploidem ferre togam ex vno latere omnino apertam, ita quod corpus circa pudicitiae loca ante & retrò appareat. Quod quam prouocatum sit fragilium foeminarum, faciliter potest pendere, qui saltem vel paululum prudens est. Et quid noceret, quod toga circa pudicitiae loca nodo aliquo clauderetur, nisi Diabolus corda excæcaret humana, quibus nunc ad libitum dominatur? Hinc diligentissimè est pensandum, quod sanctissimus ait Hieronymus: Si vir aut mulier se ornauerit, & vultus hominum ad se prouocauerit, etiam si nullum inde sequitur dampnum, supplicium tamen patietur æternum: quia venenum attulit, si fuisset qui biberet. Tales ergo mortaliter peccant. Hinc etiam constat, quam vitiosa sit illa vestium fragilitatio deridenda & fatua. Grauisssimè quoque peccant foeminae, se ornantes & linientes vt viris complacent. Similiter viri & iuuenes, si tale quid faciunt. Posset hinc declarari, quam enorme peccatum sit adulterium, sed postea id dicetur. Decimum preceptum est: Non concupisces rem proximi tui. Vbi prohibetur desiderium ex deliberata ratione procedens, ita quod illicitum est desiderare quacunque rem alienam. Est enim contra iustitiam, & innumerabilia mala ex tali desiderio

Sapient. 1.

Psalm. 5

Exod. 20.

Exod. 20.

oriuntur, videlicet auaritia, furtum, rapina, latrocinium, homicidium, violentia, falsum testimonium, dolus, mendacium, proditio, impatientia, & murmuratio contra Deum, qui tam dissimiliter bona terrena distribuit. Tale quoque desiderium mentem quiescere non permittit. Propter quod ait sanctus Gregorius: Nihil laboriosius in hac vita, quam terrenis desiderijs æstuarè: & nihil quietius, quam nihil huius mundi appetere. Certum est autem, quod qui res suas carius vendunt aut vendere optant quam valent, contra preceptum hoc agunt, quia aliorum bona desiderant. Et quidam sunt valde intimatori ac omnino leues, qui quicquid vident, mox appetunt. Extirpanda est ergo concupiscentia hæc maligna, & veræ diuitiæ mentis semper sunt appetendæ, videlicet gratia Dei, charitas, ceteræque virtutes ac dona Spiritus sancti, & opera virtuosa, quæ sunt immortalium animarum nostrarum decor, vestimenta, robur, refectio, nobilitas, armatura & salus. Hæc ergo decem precepta Christiani semper gerant in mente, & satagant adimplere, atque in eis velut in speculo considerent semetipsos, & vitam suam discutiât, ac perpendant quomodo obediunt Deo, & an iam Deo obediant, sequè in cunctis emendent, & precepta hæc iugiter obseruare conentur, & de hoc, quod ea non seruauerunt, maxime contristentur.

Cum quanta diligentia, integritate ac fidelitate obseruanda sint diuina precepta. Et quod non prodest custodire unum sine adimplerione aliorum. Articulus XXVIII.



Vantò prælatus aut princeps in seculo isto maioris est dignitatis, potestatis ac eminentiæ, tantò cù ampliori diligentia ac promptitudine ei seruire ac obedire oportet. Rursus, quod aliquis sapientior, sanctiorque consistit, tantò plus amandus, venerandusque extat. Nonne ergo cum summa & maxima diligentia, cum præcordiali amore & incomparabili reuerentia, immo cum omni puritate, fidelitate & perseuerantia, seruire ac obedire oportet Regi Regum, Principi vniuersorum, Deo altissimo, qui in finitæ est dignitatis, qui verè omnipotens est, qui omnibus incomparabiliter eminent, cuius sapientiæ non est numerus, cuius sanctitatis & gloriæ nullus est finis. Hinc meritò ait Hieremias Propheta: Maledictus homo qui facit opus Dei negligenter. Et Paulus apostolus loquitur: Seruiamus Deo cum metu & reuerentia. Vnde

Psalm. 146

Psalm. 144

Hiere. 48

Hebre. 12.

Prover. 4.

Deut. 4.

Deut. 5.

Deut. 22

Psalm. 1.

Mich. 7

Iacob. 2.

Vnde & Salomon monet: Omni custodia distodi cor tuum, ne scilicet in aliquo Deum offendas. Hoc est, quod sanctus Moses iubet: Custodi temetipsum & animam tuam sollicitè, & ne obliuiscaris verborum Domini Dei tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ. Deniq; quam diligenter ac indefinèter debeat quilibet Christianus cogitare & recogitare, intueri ac ponderare diuina precepta, docet sanctus Moses, dicens: Erunt verba Domini in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis ea sedens in domo tua, & ambulans in itinere, & dormiens atque confurgens, & ligabis ea quasi signum in manu tua, & eruntq; & mouebuntur inter oculos tuos, scribesq; ea in volumine, & ostijs domus tuæ affiges ea. Hinc quoque; Deus per Moysen precepit filiis Israël, vt facerent sibi quatuor fimbrias per quatuor angulos palliorum, ponentes in eis vitas hyacinthinas, quas cum viderent, recordarentur omnium mandatorum Dei, nec sequerentur cogitationes & oculos per res varias fornicantes. Hinc de viro iusto ait Propheta, quod in lege Domini sit voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Quotidie igitur mandata Dei pensemus ac reuoluamus, sollicitè impleamus, reuerenter ac perseueranter Deo in omnibus obedientes, atque in eius obsequio nos timorantè habentes. Nam & sanctus Leo Papa profatur: O impudens homo, millia millium angelorum Deo ministrant, & decies millies centena millia angelorum ei assunt, & tu in eius obsequio sedere presumis non dormientibus prouenit regnum cælorum, nec otio delidiaque torpentibus beatitudo æternitatis promittitur. Præterea, ad hoc, quod homo sit in charitate & gratia Dei, oportet vt vniuersa eius precepta adimpleat. Qui enim vnum preceptum transgreditur, est in mortali peccato. Nec prodest ei ad salutem, quod alia precepta obseruare videtur. Ideo Iacobus apostolus loquitur: Si quis totam legem impleuerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus: Idcirco oportet Deo integrè deferuire ac obedire.

Quod Christiani debeant operibus misericordiae præcipue esse intenti. Articulus XXXIX.



Ex Christi, quam obseruare tenentur Christiani, est lex charitatis & pietatis. Idcirco ad opera spiritualis dilectionis ac misericordiae Christiani potissimè obligantur, cum dicat sanctus Ambrosius: Omnis summa

Christianæ religionis, in misericordia & pietate consistit. Porro septem sunt opera misericordiae corporalia, scilicet pascere esurientem, potare sitientem, vestire nudum, colligere & hospitare peregrinum, visitare infirmum, redimere captiuum, sepelire mortuum. Septem quoque sunt opera misericordiae spiritualia, vtputa docere ignorantem, consolare dubitanti, consolari tristem, corripere siue corrigere peccantem, ignoscere offendenti, onerosos & graues portare, atq; pro vniuersis orare. Et sicut anima est nobilior corpore, sic opera ista misericordiae spiritualia, præstantiora sunt corporalibus misericordiae operibus. Qui igitur cupit, vt Deus sit tibi misericors & sibi ignoscat, benè faciat, ne cessaria animæ ac corpori tribuat, ipse quoque proximis suis sit pius, indulgens, benefaciens ac succurrens, in omnibus vniuersa misericordiae opera iam præacta pro posse implendo. Ait namq; Saluator: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Præterea, qui mentis est duræ & crudelis corde, qui citò facilliterq; offenditur, & difficulter placatur, aut iniuriaribus non indulget, non aliud promeretur, q̄ vt Deus rigore suæ iustitiæ in ipso ostendat, ipsumq; seueriter damnet, atque iniurias sibi ab ipso illatas æternaliter vliscatur. Ideo loquitur Christus: Dimittite si quid habetis aduersus aliquem. Quod si non dimiseritis, nec Pater vester cælestis dimittet vobis peccata vestra. Iacobus quoque apostolus protestatur: Iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam. Et rursus ait scriptura: Qui vindicari vult, à Deo inueniet vindictam, & peccata illius Deus seruans seruabit. Ignosce proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Ex his sequitur, quod quilibet Christianus tenetur omnem hominem tam inimicum quam amicum, verè spiritualiterq; diligere, & benefacientibus indulgere, ita quod eos non odiat, & culpam ad minus dimittat. Pœnam tamen seu satisfactionem potest exigere secundum processum & ordinem iuris ex zelo iustitiæ. Hinc ait Saluator: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persecutibus & calumniantibus vos, vt litis filij Patris vestri, qui in caelis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, quia ipse benignus est super ingratos & malos. Vnde quam irrationabiliter agant, qui sibi à Deo volunt ignosci, & tamen proximis suis non ignoscunt, docet scriptura, dicendo: Homo homini seruat iram, & à Deo quarit medelam?

Math. 5.

Marc. 12

Iacob. 2.

Eccle. 29.

Lucæ. 6.

Ibidem.

Eccle. 29.

In hominem sibi similem non habet misericordiam: & pro peccatis suis deprecatur Altissimum? Quis exorabit pro delictis illius? Memento nouissimorum tuorum, & define inimicari, & ne irascaris proximo tuo, & abstine te à lite. Hinc & Paulus Apostolus exhortatur: estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis. Præterea ad opera misericordiae beatissimus Iohannes Baptista præcipue hortatur, dicendo: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Quicquid ergo Christiano de vestimentis, cibis, poculisque superfluit, indigentibus communicare debet atque tribuere, sicut & Christus ait: Quod superest, date eleemosynam. Ait namque sanctus Hieronymus: Quicquid amplius quam nobis necessarium est, à Deo accepimus, pauperibus erogare debemus. Si autem quod illis deputatum est, nostris cupiditatibus, carnalitatibus ac vanitatibus referuamus, nouerimus nos in die iudicij rationem inde daturus. Sanctus quoque Gregorius loquitur: Dum indigentibus necessaria ministramus, sua illis reddimus, non nostra largimur. Periculosum est ergo, in vestibus ac ciborum, potuumque generibus abundare. Ait enim sanctus Ambrosius: Nūquid iniquus est Deus, ut hominibus tantum qualiter distribuat subsidia vitæ, ut tu quidem sis affluens & abundans, alij autem indigeat? Quomodo ergo tu susceptis Dei munibus, & in vsum tuum redactis, nihil te reputas agere iniquum, si subsidia vitæ tam multorum indigentium solus retineas? Quis enim tam iniustus & avarus, quam qui multorum alimenta, suum non vsum, sed abundantiam & delicias facit? Neque enim minoris est criminis habenti auferre, quam cum abundes, indigentibus denegare. Esuriētium panis est quem tu detines. Nudorum vestimentum est quod recludis. Miserosum redemptio, pecunia quam abscondis. Tatorum ergo te scias inuadere bona, quātis posses præstare. Hinc virtuosus & misericordissimus ille Tobias docuit filium suum, dicens: Noli auertere faciem tuam ab vilo paupere: ita enim fiet, ut nec à te auertatur facies Domini. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si parum, etiam parum libenter impartiri stude. Fiducia magna erit apud Deum eleemosyna omnibus facientibus eam. Non ergo dandum est vni tantum, aut paucis, sed omnibus, si a sit facultas: quæ si desit, dandum est verbum bonum, verbum consolatorium & salubre. Danda est autem eleemosyna cum humilitate, ne dans recipientē

despiciat, immo seipso pauperē reputet meliorem. Nec laudem querat humanam, aliqui plus peccaret superbiendo aut inaniter gloriando, quā meretur præstando. Ait quoque Chrysostomus: Cum venis ad ecclesiam, muñera tecum porta. Da non habentibus, & pete à Deo qui habet, ut oratio tua bonis operibus commendetur. Infirma est enim oratio quæ eleemosynarum largitate non est munita, nec aliquid plus valet orationi, quam eleemosynarum largitas. Veruntamen, quoniam qui in mortali peccato est, coram Deo spiritaliter mortuus est, nec aliquid agit meritum, Deoque placitum & acceptum, qui vult eleemosynas suas Deo placere, & sibi ipsi ad salutem proficere, studeat esse in charitate & gratia Dei, hoc est, absque culpa mortali. Ideo ait Gregorius: Mundari à peccato imprimis debet, qui eleemosynam donat, quoniam ab omnipotenti Deo munus ex manu non acceptatur, quod corde in malitia obligato offertur. Nec sufficit semper siccum panem dare, sed vnusquisque prout potest, succurrat pauperibus, etiam potum & cæterorum ciborum partes siue reliquias largiendo, ac nudos vestiēdo, quemadmodum Esaias Propheta hortatur: Cum videris nudus, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Item peregrinos ac pauperes hospitando, alendo & repauidando. Ponat ergo pater familias aut mater familias pro illis lectum in loco decet: Atque infirmos visitando, quemadmodum scriptum est. Non te pigeat visitare infirmum: ex hoc enim in dilectione firmaberis. Et redimendo captiuos, præsertim si innocentes sint. Mortuos etiam sepeliendo, cui misericordiae operi pius Tobias & sanctus Hugo Lincolnienensis Episcopus, deuotissimus Carthusiensis, multique sancti in nouo Testamento præcipue seruierunt. Similiter exercenda sunt spiritualia misericordiae opera, ignoantes instruendo, præsertim de his, quæ necessaria siue vtilia sunt ad salutem. Christianum namque oportet discere quæ ignorat, aut docere quæ nouit. Dubitanti quoque boni consilium dando pro posse, tristes consolando, peccantes corripiendo, iniuriantibus ignoscendo, infirmos, imperfectos & graues patienter & charitatiuè portando, sicut ait Apostolus: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Itemque proueneris tam amicis quam inimicis orādo. Quāto etenim bonum est cōmunius, tantū est diuinius. Ideo pro communi bono totius Ecclesiae & patriæ, ciuitatis quoque & societatis orare, est valde diuinum. Et qui sic orat pro omnibus, particeps efficitur meriti om-

riti omnium. Hinc quilibet verè Christianus quotidie debet orare pro vnione, pace & reformatione Ecclesie, pro tribulationibus & periculis currentibus, pro viuus ac mortuis, potissimè pro parētibus & propinquis, pro benefactoribus & commissis, ac familiariter charis. Postremò ad omnia præfata misericordiae opera exercenda, maximè prouocare nos debet, quoniam quicquid indigentibus & pauperibus propter Deum impendimus, Christus sibi exhibitum arbitratur, atque tam gratum est ei, ac si propriæ suæ impensum esset personæ, sicut in Euangelio loquitur: Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.

Qualiter coniugati tempus suum quotidie fructuose ac meritorie expendere debeant.

Articulus XXX.



Mne tempus nobis à Deo in hoc mundo concessum, ad hoc nobis concessum est, ut in ipso deo Creatori nostro seruiamus, virtuose viuēdo, & vniuersa quæ facimus, ad Dei honorem ac gloriam ordinando. Porro opera mechanica exteriora manualia, non prohibita, quāuis non sint in seipsis statim virtuosissima, quoniam mala intentione & sine peruerso fieri possunt, veruntamen dum sunt bona intentione & recto fine, ita quod charitas Dei principaliter mouet hominem ad ea, tunc sunt virtuosissima. Itaque ad coniugatos primò & maximè pertinet, ut studeant esse & viuere absque peccato mortali, obseruando diuina præcepta & cætera ad quæ tenentur. Et si in aliquam mortalem culpam corruerint, de ea statim pœniteant, & confiteri ac emendare proponant. Secundò ad coniugatos pertinet, ut omnia opera sua exteriora mechanica & domestica seu officialia & similia, faciant bona intentione, & ordinent ad rectum finem, videlicet ad Dei gloriam & honorem, tanquam ad finem principale, summum ac vltimū, & ad alios fines proximos minus principales, scilicet ad prouidendum sibi ipsi ac filiis & filiabus, aut parētibus, de necessarijs vitæ, & ad conuersandum inter homines pacificè & honestè, vel ad conseruandum pacem atque iustitiam inter homines, aut ad defendendū patriam, ciuitatem aut seipsos ab hostibus, seu ad succurrendum egenitis ac egenis, vel ad faciendum alia opera bona. Sed omnia ista finaliter ordinanda sunt ad gloriam Dei, ut ipse in omnibus & ex omnibus istis laudetur & glorificetur ac honoretur in sempiternum, quemadmodum ait Apostolus:

Omne quodcumque facitis in verbo aut opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi agite, gratias agentes Deo Patri per ipsum. Si enim Christianus debet Deo seruire, oportet quod viuat: & si viuat, oportet quod necessaria habeat: & si illa habebit, oportet quod officia sua exerceat, seu actus illos, sine quibus necessaria habere aut percipere nequit. Dum ergo omnia ista ordinantur ad Dei obsequium, gloriam & honorem, tunc omnia sunt virtuosissima & meritoria vitæ æternæ, ita quod sicut deuotus sacerdos proueretur vitam æternam suas horas legendo ac celebrando ex charitate, ita agricola arando, segetes colligendo atque similia faciendo, dummodo ex charitate ad gloriam Dei hæc faciat, et idē dicendū est de mercatoribus, textoribus, sartoribus & similibus. Item de iudicibus & officiariis: immo manducare & bibere, vestes induere, & similia opera, quando præfato modo fiunt, sunt meritoria. Tertio, ad coniugatos, immo ad vniuersos Christianos pertinet, ut omni die dum surgunt siue euigilant, dirigant cor suum ad Deum, orando aut salubriter meditando, & cuncta quæ die ipso acturi sunt, ordinent ad gloriam Dei, faciendo sibi rectam intentionem in omnibus: & ita loquatur ad Deum: Ecce Dominus Deus, omnia quæ hoc die facturum sum, ad tuam gloriam ordino, & in omnibus tuum honorem ac meam salutem intendo. Hinc ait Saluator: Primum querite Regnum Dei & iustitiam eius. Agenda sunt ergo aliqua opera spiritualia, orando, meditando, aut Missam audiendo, antequam ad exteriora & corporalia opera procedatur. In operibus quoque & laboribus exterioribus sæpe est eleuanda mens ad Deum per breues orationes & meditationes deuotas, & vitanda sunt ibi verba scurrilia atque illicita. Quarto, ad omnem pertinet Christianum, ut omni sero antequam eat dormitum, consideret semetipsum, & conscientiam suam examinet ac perpendat, quomodo ipsum diem expendit, quid boni in ipso omiserit, quid mali commiserit, & tunc oret Deum ex toto corde, ut omnia peccata sua, & specialiter peccata illius diei sibi indulgeat: & tunc iuxta multitudinem ac magnitudinem peccatorum suorum grauitur ingemiscat, cordialiter doleat, confiteri tempore opportuno & satisfacere, seque in omnibus emendare, & timoratus cultoditusque habere proponat. Deinde legat aliquas orationes, præcipue aliquoties Paternoster & Ave Maria, & cruce se signet, ac Deo

Eph. 4.

Luc. 9.

Math. 6.

Luc. 12.

Math. 25.

Luc. 11.

1. Cor. 13.

Esa. 58.

Eccle. 7.

Tob. 4.

Tob. 4.

Psal. 57.

Math. 6.

Luc. 11.

Math. 9.

ac Deo

D. DIONYSII CARTHYSIANI

ac Deo commendat, ac lectum introeat, atq; ad hoc somnum accipiat, vt viribus refumptis, post somnū aptior ac robustior surgat ad Dei obsequium. In lecto quoq; se habeat timorātē, & cogitando de rebus salubribus. præsertim de Christi passione, studeat obdormire: quacunq; etiam hora euigilet, statim cor suum leuet ad Deum, orando, meditando, gratias referēdo. Et si quam culpam in ipsa nocta incurrit, statim cū surgit vel antē, pœniteat, veniam deprecetur, & confiteri ac emendare, totaq; die se in omnibus benè habere proponat. Quintò, ad Christiana nos singulos pertinet, in his quæ corpori necessaria sunt, scilicet in cibo & potu, in vestitu & somno, modoramen seruare, & nequam voluptatem, curiositatem, vanitatem aut superfluitatem, sed necessitatē ac vtilitatem querere & optare, sicut ait Apostolus: Habentes victum & quibus tegamur, his contenti simus. Vnde & Christus hortatur: Videte ne grauentur corda vestra crapula vel ebrietate, aut curis huius seculi. Hinc Salomon orat: Duo rogavi te Deus, ne deneges mihi: Vanitatem & verba mendacia longè fac à me. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, sed tribue tātū victui meo necessaria. Vitanda sunt ergo cibaria & pocula nimis pretiosa & delicata, & lecti nimium molles. Postremò, alia multa sunt ad omnē pertinentia Christi fidelem, de quibus & tactum est & tangeretur, sed nunc describēdum fuit, quomodo coniugati tempus suum quotidie expendere debeant virtuose, & in omnibus pariter conuersari honestè, castè & sobriè, atq; in lecto omnem vitiosam lasciuia ac meretricalem indecentiam deuitare, vt iuxta doctrinam Apostoli, sit in eis honorabile connubium & thorus immaculatus, sicut præhabitu est.

Contra vitiosam consuetudinem & carnalem vitam multorum, tempus suum quotidie negligenter, damnabiliter, miserabiliterq; consumentium. Artic. XXXI.



Gvm dicat Saluator: Arcta est via quæ ducit ad vitam, & arcta hæc via non fit aliud, quam conuersatio pœnitētiā ac virtuosā, certū est, ad Christianū quēlibet pertinere, vt quotidie opera pœnitētiæ faciat, corpus suū domet, & carnalia desideria frāgat, vincat ac fugiat, deum super omnia toto corde amet, timeat, veneretur & colat, omne tempus sibi concessum fructuose expendat & virtuose, quia in die iudicij daturi sumus ratiōem de

omni tempore nobis concessio, qualiter ex penderimus illud. Nec solum vniuersa peccata mortalia, putā superbiam, inuidiam, gulum, luxuriam, auaritiam, iram, acediamque deuiter, sed in super virtutibus contrarijs illis peccatis, ornatur ac fulgeat, vt pura humilitate, charitate, sobrietate, castitate, liberalitate, mansuetudine, alacritateq; animi ad diuina. Hinc nanq; vt ait Apostolus: Qui sunt Christi, id est, qui per charitatem & gratiam ad ipsum pertinent, carnem suam cum vitijs & concupiscentijs crucifigunt. Itemque, Si secundum carnem vixeritis, moriemini, morte vtiq; æternæ damnationis: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuētis, vita gratiæ in præsentī exilio, & vita gloriæ in regno futuro. Ex his certissimè constat, quàm lōgè sint à via salutis, à vita virtutum, à cōuersatione veraciter Christiana, qui carnaliter viuunt, de mane diū dormientes, deinde Missam de corde distracto ac frigidò audientes, statim post hoc superfluis fabulationibus & inutilibus actibus occupantur. In prandio quoq; se saturantes, atque inani læritia resoluētes & loquacitati vacantes, non obstant, quod ait Saluator: Vobis qui saturati estis: Vē vobis qui rideris nunc. Et: De omni verbo otioso reddēt homines rationem. Rursum, post prandium ad ludendum, ad confabulandum, ad potandum conueniunt: & ibidem absq; timore Altissimi se ipsos bestiali affectu ingurgitant, risibus vacant, & innumerabilia verba superflua, inutilia, illicita & nociua, interdum etiam detrahtoria, pungitiua, lasciuia, superba, mendosa & contentiosa diuissimè proferunt, iurant, periurant, taxillant, decipiunt, atq; in talibus perdurant penè vsq; ad cœnam: & tunc rursus se replent, commestrationi, potationi, confabulationi, risui, varijsq; carnalibus vacant solatijs, in quibus aliquando valde diū persistunt: sicq; absq; præuia cōscientiæ discussione, & sine deuotione pergunt ad lectum, vbi lasciuunt, & quàmuis matrimonio iuncti sint, non tamen se coniugali, sed potius adulterino affectu cognoscunt, ex concupiscentia videlicet prædominante: quod, vt dictum est, mortalis est culpa, cū tamen ipsi non reputent hoc peccatum: & tūc dormiunt tardè, & ad Dei obsequium sunt acediosi, tempusq; suum taliter perdunt. Ecce huiusmodi homines quantum distant à rigorosa pœnitentiāq; vita necessaria ad salutem: sequuntur nāq; desideria sua carnalia, & quia venialia peccata vitare non student, immo sine mensura ea committunt, ideo in mortalia peccata labuntur. Verissimè etem Salo-

Matth. 17.

Gal. 5.

Rom. 8.

Luc. 6.

Matth. 11.

Eccl. 31.

Gen. 24.

Salomon loquit: Qui negligit modica, paulatim decidit. Et denuò ait scriptura: Si non in timore domini tenueris te instanter, citò subuertetur domus tua, id est, conscientia tua falletur. Vnde non diū potest esse sine peccatis mortalibus, qui non sollicitè venialia vitat peccata: immo consuetudo venialium, mortalis asseritur. Præterea, carnalis vitam gulosa & inordinata, etiam corpori maxime nocet, vitam abbreviat, sensus reddit obtusos, naturam grauat, mētem obscurat, & varijs vitijs alimenta ministrat. Sed & omnia mala hæc etiā diuturnus efficit somnus, idcirco valde vitandum est. Nam & ipsa acedia mortale peccatum est. Porro sobrietas cibi ac potus & somni, vitam facit iucundam, sanam ac longiorem, mentem clarificat, sensum exacuit, atq; ad omne bonum disponit ac confert. Præfata igitur cōsuetudo est penitus detestanda & relinquenda: & omne tepus fructuose est expendendū: & quibus vacat post prandium, vadant ad Vesperas ac Cōpletorium: in suis quoque cubiculis vacent Deo, in orationibus, meditationibusq; deuotis, & studendo: si docti sunt, cum Isaac Patriarcha egrediantur in agrum ad meditandum. Ad hæc autem diuites & nobiles magis tenentur, quàm pauperes & laboratores. Nec licet diuitibus atq; nobilibus in venationibus ac alijs vanitatibus suum tēpus, ad pœnitendum concessum eisdem, amittere.

Contra potatores ex sacra scriptura. Articulus XXXII.



Sapientissimus Salomon ait: Cui va? cuius salua? cui rixæ? cui fo nea? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? Nonne his qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis? Ne intuearis vinum quando fluauit, cum splenderit in vitro color eius. Ingrede te blandè, sed in nouissimo mordebit vt coluber, & quasi regulus venena distundet. Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas. Quicunq; his delectatur, non erit sapiens. Qui diligit epulas, in egestate erit. Qui amat vinum & pinguia, non ditabitur. Noli esse in conuiujs potatorum, nec in commestrationibus eorum qui carnes ad vescedum conferunt, quia vacantes potibus & dantes symbola, consumentur. Ecce omnia ista sunt verba Salomonis in lib. Prouerborum, ex quibus docetur, quàm vitiosa ac sugienda sit assiduitas illa potandi, potissimè extra prandium & cœnam. Non enim excusatur à mortali peccato, atq; in senibus præcipuè vituperabilis damnabilisq; consistit.

Hinc loquitur Esaias Propheta: Væ qui cōsurgitis manè ad ebrietatē sectandam, & potandum vsq; ad vesperam. Præterea in Ecclesiastico scriptum est: Quàm sufficiens est homini erudito vinū exiguum, & in dormiendo non laborabis ab illo, & non senties dolorē. Somnus sanitatis in homine parco. Dormiet vsq; manè, & anima illius cum ipso delectabitur. Diligētes in vino noli prouocare, multos enim exterminauit vinum. Exultatio animæ & cordis, vinum moderatè potatum. Sanitas est animæ & corporis, sobrius potus. Vinum multum potatum irritationē & irā & ruinas multas facit. In conuiuio vini non arguas proximum, & non despicias eū in iucunditate illius. Verba improprij non dicas illi, & non premas illum in repetendo. Omnia ista sunt verba scripturæ. Et quoniā vinum facit potantes animosos, audaces ac indiscretos, ita quoddammodo facit irascuntur ac indignantur, idcirco non expedit in potationibus vini debitores multum repetere seu monere, aut potates arguere. Postremò Apostolus ait: Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Cū ergo lex Christi sit lex totius puritatis ac honestatis, & in vitijs luxuriæ sint maxima turpitudine ac inhonestas, Christiani, qui legem Christi maxime adimplere tenentur, à vino immoderato cauere præcipuè debent: Quemadmodum verè ait Gregorius: Dominante gula vitio, omne quod homines virtuose egerunt, perdūt: & dum venter non restringitur, simul cunctæ virtutes obruntur. Epulas quoque penè semper concomitatur vana iucunditas. Dum etenim corpus in refectionis delectatione resoluitur, cor ad inane gaudium relaxatur. Ebrietas verò, vt asserit Augustinus, mater est omnium flagitiorum, materia vitiorum, radix criminum, turbatio capitis, subuersio sensus, impedimentum loquelæ & gressus, naufragium castitatis, amissio temporis, insania spontè procurata, turpitudine mortui, dedecus vitæ, honestatis diffamia, animæ corruptela. Sobrietas in sceminis ad terram deponit ad spectum: ebrietas autem, amissio pudore, inuerecundè erigit vultū. Sanctus quoq; Ambrosius loquitur: Ebriofus dum vinum absorbet, absorbetur à vino, abominatur à Deo, despicitur ab angelis, deridetur ab hominibus, destituitur à virtutibus, confunditur à Dæmonibus. Luxuriosus quoq; sicut & ebriofus, confundit naturam, amittit gratiam, perdit gloriam, incurrit damnationem æternam. Nihil etiam est Dæmonibus ita amicum, sicut ebrietas atque lasciuia, vt ait Chrysostomus.

Eph. 5.

Eccl. 31.

Eph. 5.

Hhhh Quam

1. Tim. 6.

Luc. 21.

1. Pet. 30.

1. Pet. 13.

Matth. 7.

Quam decenti, moderato, humilique vestitu uti debeant omnes Christiani, viri ac femine.

Articulus XXXIII.



Requenter legitur contigisse, vt seculi amatores de vestium suarū curiositate & forma à viris sanctis reprehensi, responderint: Deus respicit mentem, nec ad exteriora attendit. Quib' viri sancti dixerūt: Exteriora ista, signa sunt interiorū, quemadmodū visus incustoditus, incustoditæ mētis extat indicium, & irrefrenata ac immoderata loquela, vagæ ac intemoratæ mentis est signum: pariformiter curiosus, pomposus & nimis pretiosus atque superfluus vestitus, vani superbiq; cordis index ac testis est. Et hoc sanctus Gregorius probat ex hoc, quod pretiosus curiosusque vestibus nullus se cupit induere, vbi à nemine potest videri. Quo constat, quod ob gloriam vanam talia vestimenta portentur. Item ex hoc, quod Christus beatissimum Iohannem baptistam de asperitate, humilitate ac paupertate vestitus collaudat. Idem quoque sanctissimus Iohannes baptista admonuit: Qui habet duas tunicas, det non habenti: hoc est, qui vnam tunicam habet superfluam, pauperi tribuat eam. Vnde vt sancti Doctores Ambrosius Basiliscusque testantur: Nudorum indumentum est, quod recludis, aut super perticam pendes, atque tantorum vestimenta inuadis ac retines, quātos de tuis vestibus possis induere. Præterea princeps Apostolorum Petrus, & Paulus Apostolus, in suis epistolis prohibent feminis vestes pretiosas, pomposas, vanæ ornatas, & curiosè formatas. Et secundum beatū Gregorium, huiusmodi vestibus vti, maior culpa est in viris quàm feminis. Viri namque feminis debent in omnibus præbere exemplum virtutum. Insuper ex verbis sancti Hieronymi est ostensum, & Doctores concorditer id affirmant, quod portantes vestimenta ad carnalem concupiscentiam prouocatiua, peccant mortaliter, quāuis nō portent ea tali intentione, & etiam si nullus ex eis ad vitiosa desideria concitetur. Nam tales venenum propinant & exhibent, siue sit, siue non sit qui bibat. Quod autem vestes curiosæ, vanæ, pretiosæ, indecenter formatæ, atque pompatice figuratæ, sint ad vitiosam concupiscentiam prouocatiuæ, quid necesse est probare, quod proh dolor infelix experientia toties probat quotidie? Itaque sicut in cibo, potu & somno, ita in vestib' querēda est necessitas siue vtilitas, non voluptas aut vanitas. Amplius, vestitus correspondere &

proportionari debet professioni eorum, qui ipso vtuntur, sicut videmus, quod singuli religiosi speciali vtuntur habitu iuxta ordinis sui tenorem professionisq; exigentiam. Cū ergo lex Christi, quam omnes Christiani seruare professi sunt, sit lex totius humilitatis, sanctæ simplicitatis, spiritalis dilectionis, veræ sapientiæ ac intimæ pietatis, certū est, quod vniuersi Christiani debeant tali vti vestitu, in quo reluceat eos, qui vestitu illo vtuntur, esse cultores & amatores humilitatis, simplicitatis, charitatis, sapientiæ & pietatis, ne vnus alium suo vestitu aut ornamento scandalizet, quod est contra charitatē: & ne ipse vestitus in seipso iustitiam, vanitatem, pompam, aut superfluitatem præ tendat, quod est contra humilitatem, simplicitatem ac sapientiam, præsertim quia (vt ait Apostolus) ab omni specie mala abstinere oportet. Vitiosa ergo atque damnable est illa Christianorum nouitas, curiositas, pompa ac vanitas in vestitu, in fractillatione, in plicatione, in nimia apertione seu fissura aut breuitate, in pretiositate & superfluitate ac ornatura aut colorum diuersitate. Omnia etenim corporalia sunt ad spiritalia ordinanda, idcirco vtendū est vestibus secundum quod expedit animæ ad proficiendum in charitate & gratia Dei, ad complacendum Deo, ad obtinendum salutem æternam. Nec licet Christiano, velle inaniter complacere aut delectari in vestib', sed in virtuosis operibus. Hinc etiam Sarraceni & alij infideles, Christianos propter curiositatem, vanitatem, immoderantiamque eorum in vestibus, vehementer derident. Præterea princeps Apostolorum beatissimus Petrus scribit, docet ac iubet in prima sua epistola, vt mulierum non sit extrinsecus capillatura aut circundatio auri, aut vestimentorum cultus, sed vt intus in anima virtutibus decorentur. Paulus quoque Apostolus scribit & præcipit, vt mulieres sint in habitu ornato, id est, humili ac deuoto cum verecundia & sobrietate, ornantes se non in tortis crinibus, aut auro vel margaritis, vel veste pretiosa. Circa quæ verba scribitur Doctores, quod circa vestimenta ornamentaq; corporis contingit quing; modis peccare. Primo pretiositate, cūm dicat Gregorius: Nemo putet in vsu pretiosarum vestiu deesse peccatū. Secundo in mollietate & suauitate, quoniam tota hominis vita esse debet in penitentia & deploratione culpæ. Tertio in speciositate. Quarto in curiositate. Quinto in superfluitate. Veruntamen secundum Doctores, mulieres possunt se exteriori cōpenter ac decen-

DE LAVDABILI VITA CONIUGATORVM LIB. VNVS. 917

ac decetè ornare, vt à suis maritis magis ac pretiose amentur, & vt viros suos ab aliarū mulierum appetitu & adulterio abstrahant, & propter status sui aut viri sui decentiam. Idem dicendū videtur de viris, quod felicitè possint ornare decenter ac moderatè, ad complacendum suis vxoribus, ne illæ ad viros alios afficiantur. Sed in isto ornatu prorsus seruanda est moderantia, vt omnis vanitas, indecentia, curiositas, superfluitasq; vitetur. Porro quædam sunt feminæ, quæ cūm in domo sunt cum suis maritis, se ornare nō curant, sed potius dum domum egrediuntur, quarum intentio nō satis recta videtur. Postremò ex dictis patet, quàm grauius peccent parentes, qui filijs suis aut filiabus vestes faciunt curiosas, vanas, pompaticas, pretiosas, superfluas, prouocatiuas ad turpes affectus. Et quidam parentes tam fatui sunt, tamque corraliter amant filios suos ac filias, quod antequam sciunt quid sit superbia, docēt eos superbiam, faciendū eis vestes curiosas, pompaticas, cūm tamen teneantur eos in bonis moribus informare, atque à vanitatis vitiis cohibere.

Quam grauisimum peccatum sit adulterium.

Articulus XXXIII.



Coniugati fidem matrimonialem sibi iunice perfectius seruēt, breuiter tangam, quàm enorme crimen sit adulterium. Est enim valde multipliciter mortale peccatum. Primum, cūm sit fornicatio, vel illicitus concubitus cum non sua vel suo. Secundò, quia in adulterio committitur furtū, id est, subtractio rei alienæ. Vir enim corporis sui potestatem non habet, sed mulier. Similiter mulier corporis sui potestatem non habet, sed vir. Dum ergo maritus corpus suum propriè coniugi subtrahit, & alteri femine illud cōmunicat & commiscet, furtum cōmittit. Et idem est, si vxor corpus suū alteri præbeat quod suo marito. Et si vir aut vxor faciat istud cōtra voluntatē sui conthoralis non solum occultè, sed etiam manifestè, tunc in adulterio est rapina. Tertio, quia in adulterio est fractio voti. Vir namque & vxor sibi iunice spondent fidelitatem, qua obligant se non alteri commiseri: & hæc promissio in adulterio frangitur. Fractio autē voti (vt multi Doctores affirmant) est grauius peccatū quàm perjurium, & ita adulter est peior periuro, similiter adultera. Quarto, quia adulterium est directè contra iustitiam, cūm sit violentia fidelitatis, quam sibi mutuo coniugati tenentur. Quintò, quia in adulterio est sacri-

legium, id est, abusus rei sacræ. In sacramento namque matrimonij vir & vxor benedicuntur ad procreandum prolē, in qua cultus Dei & fides Christiana augetur. Dum ergo suis corporibus per adulterium abutuntur, sacrilegium faciunt. Sextò, quia ex adulterio cum vxore alterius, iniustus & falsus in hæreditatem succedit. Item, qui alicuius coniugem cognoscit, maximam iniuriā facit eius marito, & maximam inhonorationem filijs eius ac filiabus, quarum matrem facit adulteram. Facitque alteri, quod sibi nequaquam vult fieri. Hinc inter peccata, quæ sunt in proximum, adulterium post homicidiū est vnum de maximis grauisimisque peccatis. Cūm ergo sit tā multipliciter enormeque mortale, summè cauendū est, vt maritus suæ vxori fidelitatem inuolabiliter seruet, sicut vult sibi ab illa seruari. Itaque grauisimè peccant aliqui viri, qui adulterijs suis vxores suas contristant, affligunt, & tribulant, nec tamen desistunt.

Quam salubre sit confiteri frequenter ac pure. Articulus XXXV.



Peccatū mortale est læsio animæ, immo & mors eius, quia per mortale peccatum perdit anima vitæ gratiæ, charitatem Dei & omnes virtutes ac merita præcedentia. Vnde quædiū est homo in mortali peccato, coram deo spiritaliter mortuus est. Insuper, sicut per charitatem & gratiam Spiritus sancti fit anima sponsa Christi, amica & filia Dei, ac hæres Regni cœlestis: ita per peccatum mortale fit adultera Diaboli, filia perditionis, præda inferni. Peccatū ergo maximè nocet homini. Confessio autem post Baptismū est precipuum remedium contra peccatum, quoniam in confessione vulnera animæ curantur, omnia eius peccata tolluntur, virtutes redduntur, & homo reconciliatur Domino Deo. Hinc saluberrimū est, frequenter atque synceriter confiteri, præsertim quia in confessione sunt multa, quæ ad remissionem peccatorum cooperantur & profunt, videlicet potestas clauium Ecclesiæ, oratio & absolutio confessoris, pudor & dolor atque humilitas confitentis: & frequenter contingit, vt cōfitemens, qui sine vera cōtritione ac sufficienti dolore ad cōfitemendum accessit, in sua confessione veram contritionem & sufficientem dolorem de suis à Deo acquirat peccatis. Insuper, ex hoc quod homo rarò confitetur, obliuiscitur pro magna parte sua peccata, nec ponderat ea, sed indurat, ita quod dū ad cōfitemendum accedit, vix vnum de centū

attendat ac memoretur. Expediit ergo valde multoties confiteri, videlicet in Aduento, & in profectis quatuor festorum aut circiter: in principio quoque ieiunij, & in bona hebdomada, atque in festis præcipuis virginis gloriose. Præterea antequam homo ad confitendum accedat, primò ad confitendum se preparat, peccata sua diligenter ad memoriam reuocando, & grauitatem multitudinemque eorum prudenter pensando, Deumque orando, ut dignetur sibi dare gratiam veræ contritionis, salubris confessionis, ac integræ emendationis. Deinde ad confitendum accedat corde humili & cõtrito, & confessori quasi Deo loquatur, vniuersaque vitia sua distinctè & plenè ac integrè confiteatur, cù cordiali dolore & pudore interno, quod Deum infinite dignitatis ac sanctitatis, tam frequenter, tam grauitur turpiterque offendit. Tunc etiam exprimat ea quæ aggrauant culpam, videlicet tempus & loca & personas, cum quibus peccauit, tamen in generali, nõ nominando eas, nec aliquid dicendo, per quod possint à confessore cognosci, quantum id potest vitari. Exprimere etiam debet pro posse, quàm sæpe peccauit, & vtrum peccauit ex ignorantia aut fragilitate humana, an ex certa scientia & ex proposito ac vsu peruerso, & an post peccatum de eo penituit, vel an se de peccato suo iactauit. Coniugati autem specialiter confiteri debent, an in actu matrimoniali excesserunt, cognoscendo se ex concupiscentia prædominante, quia tunc esset mortale peccatum, an alio modo, sicut præhabutum est. Et an circa filios suos ac filias atque familiam & circa cæteros benè ac iuste, an iniuste ac negligenter se habuerunt. Item, an penitentias sibi iniunctas benè perfoluerit. Nam penitentia, quam facit homo in mortali existens peccato, non acceptatur à Deo. Ideo si quis cognoscit se post confessionem suam ultimam peccasse mortaliter, antequam penitentiam sibi iniunctam compleuit, teneatur eam reiterare & recuperare ab eo die, quo meminuit mortaliter se peccasse. Postremò, quoniam peccatum est incomparabiliter peius & vilius ac fugibillius omni damno & corporali incommodo, ideo de peccatis suis debet homo summè dolere, & magis vitique, quàm de aliqua aduersitate aut afflictione temporali ac corporali. Et quãto peccata fuerint plura ac grauiora, tantò oportet contritionem esse maiorem. Maxime namque debet homo dolere, quod Deum Creatorem ac Saluatorem suum, tam infinite bonum, sanctum & gloriosum, quem summè amare ac honorare tenetur, toties ac tam impuden-

ter ac grauitur offendit, eiusque beneficijs tam ingratisimè extitit.

Qualiter habere se debet homo in confitendo.

Articulus XXXVI.



Orpus & animam, membra corporis viresque anime à Deo accipimus, vt Deum per hæc omnia honoremus. Imprimis ergo confiteatur homo, qualiter Deum offendit per suos sensus exteriores. Primò, per visum, vana & inutilia libenter aspiciendo, vt choreas, spectacula, hastiludia, ludos diuersos atque similia. Et talibus consentiendo ac condelectando, sit homo particeps peccatorum illorum, atque frequenter mortaliter peccat. Item, hinc inde vagè & incautè circūspiciendo, viros aut scēminas libidinosè intuendo, quod est graue peccatum, & tempore Missæ ac diuini officij ista feci, diebusque sacris & festiuis. Cordis quoque superbiam, iram, concupiscentiam, vanitatem & dissoluitionem frequenter ostendi per visum, & sic alios scandalizauit, interiora vitia mea foris monstrãdo, & alijs varijs modis peccauit per visum. Insuper peccauit per auditum, verba vana, scurrilia, mendosa, detractoria, contentiosa, pungitiua, cantus lasciuos, inanes, amatorios, symphonias & similia libenter cum delectatione audiendo, & verba salubria ac sermões, correptiones & informationes inuitè audiui. Peccauit quoque per gustum, cibos & potus delicatos auide cum carnali delectatione sumendo. Et per odorem, in suauitatibus odorum carnaliter delectando. Item per tactum, propria membra aut membra & corpus aliarum personarum impudicè aut libidinosè tangendo, & per hoc me ipsum aliasque personas ad peccata varia ac grauia prouocando. Amplius, peccauit per sensus interiores, vanis phantasjs, turpibus imaginationibus, illicitis cogitationibus immorando, vitiosis affectionibus non resistendo, passionis animæ meæ, videlicet motus sensuales, non frangendo. Peccauit quoque multipliciter & innumerabiliter nimis per linguam, mentiendò, obloquendo, iurando & periurando, alijs conuitiando, maledicendo, verba vana, lasciuia, friuola proferendo. Item cum vana delectatione cantando, & cantus secularis, inanes, amatorios canendo aut precipiendo. Præterea grauitur nimis peccauit contra decem præcepta. Primò, quod Dominum Deum Creatorem meum non toto corde dilexi, nec timui, nõ pro posse honorauit ac colui, sed cõtempsti, eius præcepta

cepta non aduertendo neque implendo, & multa vana atque vilissima, carnalia & caduca ei iniustissimè ac insipientissimè præferendo, sicque creaturis & rebus carnalibus magis quàm Deo inhæsi: & propter harum amorè Deum reliqui, contempsti atque oblitus sum. Item inaniter sæpè iurauit, & absque reuerentia nomen Dei assumpsi, ac periurauit scienter & spontè propter aliquod commodum temporale. Dies quoque festiuios non debite celebraui, nec diuinum officij pro posse audiui, immo tunc magis peccauit, quàm cæteris diebus, ludendo, chorizando, potando, gyroagando, inania intuendo, ac alia diuersa vitia cõmittendo. Insuper, parentes meos ac superiores non debite honorauit, eis frequenter inobediens fui: quando fecerunt aut dixerunt quod mihi nõ placuit, faciliter & frequenter indignationem & iram contra eos concepi: durè & irreuerenter eos affatus sum & adspexi: & si feci quod mihi iniunxerunt, nõ tamen cum debita promptitudine ac reuerentia mentis, sed cum murmuratio ne, impatientia aut tædio. Bona eorum, labores & sudores gulose, vanè turpiterque consumpsi. Senioribus, sapientioribus, virtuosioribus, religiosis & sacerdotibus reuerentiam decentem non impendi. Præterea alios læsi in corpore vel in fama, aut quocunquẽ modo percussi eos consilio vel auxilio, vel lesioni eorum pro posse meo non restiti, vel aliquorum mortem seu lesionè optaui, vel inde gauisus sum: Item aliorum bona furatus sum, aut retinui, & debita malè perfolui, ita quod alij inde damnum incurrerunt, & parentibus meis aliqua occultè subtraxi. Peccauit quoque per vitia carnis, & per testimoniũ falsum, atque per hoc damnum alijs intuli. Desideraui etiam aliorum vxorè, aut opes, & vitiosæ concupiscentiæ nõ restiti debito modo. Sed præceptis Ecclesiæ non obediui, ieiunãdo in certis temporibus, sicut præceptũ est. Præterea peccauit in septè peccatis mortalibus: Primò per superbiam, magnum me reputando, laudem & gloriam temporalem optãdo, de donis & beneficijs Dei inaniter gloriando, quasi illa à meipso, non à Deo haberem: vanam complacentiam habui in meipso, alios spreui ac temerè iudicaui. Et quando me laudari audiui aut noui, inaniter debar, quàmuis false laudabar. Itè superbiui, & alijs me prætuli ac iactaui de nobilitate, de opulentia, pulchritudine, ingenio, prudentia, eloquentia, multitudine amicorũ ac propinquorũ atque potentia seculari, aut fortitudine corporali seu dignitate officij. Fui quoque superbus in verbis, meipsum laudãdo,

præsumptuosè & iactatè loquẽdo, scientiam meã ostẽtando, de rebus altis libetè loquẽdo vt sapiens reputarer, propria vitia excusando, alios inordinate, inuidiosè ac mendaciter accusando, alijs despectuosè ac iniuriosè loquẽdo. Fui itè superbus in factis & operibus meis, superbè cõdo, & curiosè me vestiendo, increpantibus & informantibus me sui ingratus, molestus & durus: atque alijs modis diuersis magis, quàm possum exprimere, per superbiam meũ offendi. Præterea per inuidiam Deum offendi, alijs mala optãdo, de illorum prosperitate tristando, & de eorũ aduersis gaudento, ipsiisque detrahendo, & alios ad ipsorũ odium inducendo, seu ipsos cum auersione ac nausea inspicendo, atque de ipsis cum praua affectione cogitãdo. Insuper peccauit per iram, irrationabiliter irascendo, pro parua iniuria magnam vindictam inferendo, vel inferre optãdo, aut inferri procurãdo, & nimis excessiue fuis sæpè commotus, ita quod ratio mea totaliter excæcabatur, & tanquàm brutum ac stultus me habui, perturbationisque signa foris ostendi, atque per hoc alios scandalizauit ac perturbauit. Sed & contra irrationalia & inanimata, & contra superiores meos cõmotus per irã fui, furorè & impatientia sæpissimè plenus extitit: ex ira quoque in diuersa vitia lapsus sum, scilicet in lesionè & contumeliam, diffamationem ac detractionè, maledictionemque aliorũ, in reuelationè secretorũ, immo in manifestationem eorũ, quæ in fide accepti celãda, quod est mortale peccatũ, nisi propter bonũ cõmune manifestare talia oporteret: Item in murmuratiões, iuramẽta, atque periuria. Amplius, peccauit per auaritiã, bona terrena superfluè appetẽdo, congregãdo ac retinẽdo, videlicet plũs quàm mihi ac meis necessè aut vtile est, quod ad Deũ ac veram salutem, & filijs filiaibusque meis temporalia cupiendo, colligendo, ac reseruãdo plũs quàm eorũ conditioni aut statui congruit. Ex auaritia quoque in diuersa lapsus sum vitia, scilicet in dolos, surta, mendacia, periuria, violentias & rapinas. Et in emendãdo ac vèdendo alios defraudauit, malè & tardè perfolui indigentibus, mutare negaui: aut sub vsura concessi, aliorũ bona optaui, ludos illicitos & lucrosos exercui, & ad eos alios quoque induxi, ex affectu lucrãdalijs ablata, & malè acquisita non restitui, nec in pius vsus conuertit. Præterea peccauit per aedificiũ, quia ad Dei obsequiũ fui piger & negligens, opusque Dei cõtãdio & irreuerentiã feci. Penitentias mihi iniunctas aut non, aut imperfectè & absque contritione perfolui. Missas &

alia diuina officia ac fermocinationes, cum mihi satis vacauit, non audiu, præsertim in festis iuxta præceptum Ecclesiæ: immo tunc intētus fui ludis, potationibus, trufis, alijsq; diuersis peccatis. Valdè diu mansi in lecto, sicq; diuina neglexi, & tempus mihi concessum in fructuose ac vitiose consumpsi. Insuper peccaui grauius atq; sæpissimè, immo quotidie penè per gulam, cibum & potù superfluè capiendò, horam comedendi ac potandi præueniendò, nimis diu in mensa sedèdo, pretiosa & delicata sumendo, delectationem in cibus & potibus, non solam naturæ necessitatem, querendo, post prandium & cœnam immoderatè potaui: Vana, illicita, detractoria verba tēpore comestionis & potationis locutus sum. Per inanè letitiam animum relaxaui, per crapulam ad opera bona ineptum me feci, somnolentiam incidi in diuinis, & tempus diuini officij obdormiui, ad vitia carnis me prouocaui, tempus miserabiliter expendi, & ante refectionem cibo ac potui non benedixi, nec post refectionē gratias legi. Amplius peccaui per luxuriam, cogitatione immunda, affectione lasciuia, verbis scurrilibus, prouocatorijs, libidinosis, fallacibus, osculis, tactibus, amplexibus ac alijs blandimentis carnalibus, ac meretricijs gestibus. Opere quoque in hoc peccato excessi per simplicem fornicationem, per meretricium, per adulterium, per stuprū, quod est violatio virginum: per sacrilegium, quod est concubitus personæ religioſæ, aut in sacris ordinibus constitutæ, vel cum personis huiusmodi. Per incestū, qui est concubitus cum persona consanguinea aut affini, aut legali cognatione propinqua. Aut cū propria coniuge, modo prohibito me miscendo, vt dictum est, vel per peccatum contra naturā, quod fit pluribus modis, vt alibi legitur. Itē non solum in vitiosam carnis copulam, sed in ipsam quoq; Veneream delectationē cōsensu, quorum vtrunq; est peccatum mortale. Insuper cogitando, adspiciendo, palpando, loquendo, tangendo, osculando & amplectendo, in meipso & in alijs personis simulationem, inflammationemq; carnis, cōcupiscētiā sensualitatis aut pollutionem, vitiose ac lamentabiliter prouocaui. Et dum aliquid tale in corpore meo sensi, nō statim à talium causis, videlicet osculis, tactibus, amplexibus, imaginationibus, aspectibus, consabulationibus me retraxi, sed morose, periculose, inspiētè ac turpiter immoratus sum talibus. Alias quoq; personas ad præacta peccata in duxi, immo inducere plures ac plures optaui quàm potui. Nec solum pecca-

ui ex vehemētia passionis atq; humanæ fragilitatis, verum etiam ex proposito & vsu ac habitu vitioso. Et sub prelo meam taliter deuorau, sicq; leuis fui ac procax in verbis, perulās & lasciuus in oculis, inquietus in mēbris, mente inconstās. Præfata enim vitia cōmisi tēporibus sacris & festis, vt in Quadragesima, in Aduentu, feria sexta, die dominica, quando specialiter à talibus est cauendū, & citò postquàm cōmunicau, & antequàm poenitentiam mihi iniunctam compleui. Itē perpetratis peccatis, nō statim poenitui, sed me de ipsis iactaui, atque in Missa ac diuino officio in Ecclesia foeminas libidinosè alpexi & concupiui, etiam maritatas ac virgines, & earū aspectibus me obieci, vt ab eis appetere ac eis placerē. Ibi eis arrisi: & si attendi me ab eis aspici, gloria bar: sicq; animam eam aliorūq; animas interfeci, & infinitis sceditatib; ac peccatis ego vilissimus sum pollutus. Hęc aut scripsi pro memoriali, nō quòd aliquis debeat de istis in confessione se dare culpabilē, nisi in quantum cōscientia sua redarguit eum. Cūm verò quis dubitat, an in hoc vel illo culpabilis sit, quāuis nō debeat affirmare se esse culpabilē, sed dubitāter confiteri, de hoc ita ramen se debet ad emendationē & satisfactionem exponere, quasi certiuè sit reus, hoc nanq; securius est.

Quomodo coniugati & omnes parochiani habere se debent circa suum pastorem aut eius vicarium. Et quòd oblationes ac decimas fideliter ac libenter persoluerent. Articulus XXXVII.

Rectores suos & corū vicarios parochiani diligere debent precipuè, cordialiter honorare, & obediēter audire, tanquàm custodes & curatos animarum suarum, & in spiritalibus rebus magistros ac patres: sunt enim mediatores inter deum & sibi commissos, quia orando, celebrando, docendo, hortando, corripiendo, sacramēta ministrādo, procurant salutem gregis sibi crediti. Hinc iubet apostolus: Obedite prepositis vestris, & subiaceite illis: ipsi enim per uigilantem quasi rationē pro animabus uestris reddunt. Et iterum ait: Rogamus vos fratres, vt noueritis eos qui præsumt vobis, & monent vos, vt habeatis illos abūdantiū in charitate. Chrs quoq; in Euangelio ait suis vicarijs, aliorū pastoribus: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Nec proni sint parochiani ad iudicium temerariè suum pastorem aut eius vicarium, sed facta eorum, quantum

quantūm rationabiliter possunt, interpretentur in melius. Quòd si euidenter culpabiles fuerint, tamen in quantum sunt Dei vicarij & prælati ac sacerdotes & confessores, sunt honorādi, & obtemperandum est in formationibus & præceptis eorum in his, quæ ad eorum officij pertinent. De talibus nāq; ait Saluator: Quæcunq; dicunt vobis, facite: secundum opera verò eorum facere nolite. Insuper parochiani oblationes & decimas soluere obligātur ex diuino præcepto, & ex ordinatione Ecclesiæ. Nam & ratio dicit, vt hi, qui pro bono communi mancipati sunt cultui Dei, & spiritalia exhibent plebi, necessaria vitæ à plebe accipiant. Oblationes ergo & decimas parochiani libentissimè & deuotè soluāt. Primò, quia præceptū est, & nisi id faciant, saluari nō possunt: immo tāquàm sacrilegi damnabuntur, quoniam ea quæ tenentur spiritalibus patribus suis, ministris Ecclesiæ, sibi iniuste referunt: Vnde & furti sunt rei. Secundò, quoniam copiosa & multiplex est remuneratio eorū, qui oblatiōes ac decimas fideliter soluunt. Prima est tēporaliū rerum multiplicatio. Secunda est sanitas corporalis. Tertia est remissio peccatorū. Quarta est beatitudo & gloria regni cœlestis. Porro eorū qui decimas & oblationes non soluunt, quadruplex extat punitio. Prima est tēporalis penuria, seu terrę sterilitas totalis aut partialis. Secunda est corporalis infirmitas. Tertia, peccatorum retētio. Quarta, æterna damnatio. Præterea Gregorius Papa ait: Omnis Christianus curet ad missarum solennia aliquid Deo offerre. Sed istud non est præceptum, si intelligatur de oblatione quotidiana exteriori, sed consiliū: quoniam decet & salubre atque consultum est, vt fideles, quibus adest facultas, quotidie aliquid offerant Deo ad altare tempore Missæ, nec depauperabitur aliquis inde, sed corporaliter spiritaliterque ditabitur.

Informatio pertinens ad Principes ac Dominos temporales, & ad Iudices, Scultetos, Seabinos, ac ceteros in officijs constitutos. Articulus XXXVIII.



Mnes potestates, prælationes, dignitates atq; officia populi Christiani, sunt seruitutes potius quàm dominia, quoniam ordinantur ad vtilitatem communis ac subditorum, non ad propria commoda superiorū. Hinc summus prælatus Ecclesiæ, scilicet Papa, vocat se seruum seruorum Dei. Præsidentes ergo & iudices ac officii, non debent in suis

præsidentijs & officijs quærere propria commoda, honores & lucra, sed communem vtilitatem ac pacem subditorum, vt subditi dicant vitam prosperam & tranquillam in omni pietate atque obsequio Dei, nec vnus alteri iniuriatur, sed inter omnes iustitia conseruetur. Ex dictis etiam patet, quòd præfidentes & officiiati nequaquàm debent se super alios per superbiam eleuare, sed potius seruos quàm dominos subditorum suorum se reputare. Ideo ait scriptura: Rectorem te posuerunt? noli extolli, esto in illis quasi vnus ex ipsis: Curam illorū habe, & sic confidera. Item que: Quāto maior es, humilia te in omnibus, & inuenies gratiam coram deo. Odibilis enim coram Deo & hominibus est superbia. Itaque superiores & officiiati nullum debent per potentiam opprimere, neq; iniuste contristare siue affligere, nec spoliare, aut iniusta seruitute grauari, sed charitatiuè & piè atque humiliter ad subditos se habere, nihilominus rigorem iustitiæ cum discretione seruare & exercere, dum causa requirit. Insuper Principes ac officiiati temporales, ceterique in officijs constituti, ex hoc quòd alijs præsumt, eosque iudicare & corrigere habent, tenentur præ cæteris esse virtuosos, iusti, honesti, prudentes, discreti & exemplares, ita vt in iudicando Deum semper præ oculis habeant, & iustitiam seruent, nec propter consanguinitatem, nec propter amorem aut odium, nec ex timore humano, neque ex auaritia, nec propter munera à veritate & æquitate recedant, sed omnibus rectum iudicium faciant. Iudicare nanque est actus iustitiæ, qui dirigi debet discretione prudentiæ. Idcirco iustitia atque prudentia precipuè ad superiores & iudices officiatosque pertinent, quorum est auaritiam fugere & munera detestari: quia vt sanctus Moses protestatur: Munera excæcant oculos etiam sapientium, & mutant verba iustorum. Ideo quoque superiores esse virtuosos & iusti tenentur, quia vt sancti Doctores affirmant, qui in magnis peccatis sunt, iudicare sine peccato non possunt eos, qui in minoribus sunt peccatis: immo qui in aliquo magno peccato est, iudicare non potest alium. De eodem peccato, nisi forsitan iudicandi necessitas immineret, & de suo peccato poeniteret, confiteri ac emendare proponens. Postremo, qui in alijs præsumt, debent singulariter esse timorati, & diuinum semper formidare iudicium, cū sint à Deo rigorosius examinandi atque districtius iudicandi, quemadmodum in libro Sapientiæ scriptum est: Iudiciū durissimū in his qui præsumt, fiet. Et,

6. Paral. 19.

Potentiores potenter tormenta patiuntur. Hinc deuotus Rex Iosaphat dixit Iudicibus populi sui: Videte quid faciatis. Non enim hominum exercetis iudicium, sed Domini. Et quodcumque iudicaueritis, in vos redundabit. Sit timor Domini vobiscum, & cum diligencia cuncta facite. Non enim est apud Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, neque acceptio munerum. Pertinet quoque ad Principes & Dominos temporales, vt non nisi viros iustos atque prudentes in officijs ponant, & si officiatos suos agnouerint vitiosos, admoneant eos vt se emendent: quod si non emendauerint se, ab officijs suis eos deponant. Et quoniam omnem Christianum oportet esse timoratum ac humile, nullus debet ad officia adspirare: quia hoc esset ambitio, & quia periculosum est in officijs esse, & alijs præsideri: certum est etiam, quod qui iniuste iudicio alicui damnum infert, ad restitutionem tenetur. Nec dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.

Deut. 32

Qualiter homo iuste habere se debet in emendo atque vendendo. Articulus XXXIX.



Vari potest, An liceat aliquid carius vendere aut vilius emere quod valet. Et, an teneatur ad restitutionem qui fecerit hoc. Ad hoc Doctores ita respondent: Fraudem adhibere per verba aut facta ad hoc, quod res plus pretio iusto vendatur, omnino illicitum est & peccatum: quia per hoc homo decipit proximum suum in damnum ipsius. Ideo Tullius asserit: Tollendum est à rerum contractibus omne mendacium. Si autem fraus desit, tunc de emptione & venditione possumus loqui dupliciter. Primum secundum se, sicque emptio & venditio introductæ sunt pro communi utilitate ementis & vendentis, dum vnus indiget re alterius, & econtra. Porro quod pro communi utilitate inductum est, non magis debet esse in grauamen aut damnum vnus quam alterius, sed seruanda est ibi æqualitas, vt vtraque pars seruetur indemnis. Valor autem rei attenditur penes pretium, quod pro ea datur. Idcirco si pretium excedat quantitatem valoris rei, aut econtra, aufertur æqualitas iustitiæ. Hinc carius vendere aut vilius emere quam res valet, est secundum se iniustum atque illicitum, considerata tamen qualitate loci ac temporis, quonia aliquid plus valet in vno loco, vnoque tempore, quam alio loco & tempore. Secundo possumus loqui de emptione & ven-

Cicero.

ditione, prout per accidens cedit in utilitatem vnus, & detrimentum alterius, sicut dum vnus multum indiget re aliqua, & alius damnum incurrit si careat re illa: & tunc iustum pretium erit non solum iuxta valorem rei secundum se, sed etiam iuxta damnum, quod venditor ex rei venditione incurrit. Et sic licite potest aliquid vendi plus quam valet secundum se, non tamen plus quam valet vendenti. Si vero emptor multum iuuetur ex re alterius, & venditor non damnificatur ex venditione ipsius, non debet, nec sine peccato potest ea superuendere, quia utilitas, quæ emptori accersit, non est ex vendente, sed ex conditione ementis. Nullus autem vendere debet propria autoritate quod non est suum, quauis vendere possit damnum quod patitur. Et idem dicendum est, si venditor multum iuuetur ex re emptoris, & venditor non damnificatur carendo re sua, quia tunc emptor non debet rem vilius emere, quam valet. Idcirco illicitè agunt negotiatores diuites, qui à pauperibus emunt pannos vel similia vilius, absque proprio damno, quam pauperes pecunia indigentes, pro minori dent pretio, non cupiunt res suas vendere quantum valent. Veruntamen secundum leges humanas, licet emendo ac vendendo decipere, dummodo non ultra dimidiam iusti pretij partem hoc fiat. Lex namque humana respicit alium finem, quam lex diuina, videlicet pacificam hominum conuersationem ad inuicem, & datur communitati, in qua multi sunt imperfecti. Ideo lex humana prohibere non potest quicquid est contra iustitiam & virtutem, sed ea quæ impediunt pacificam hominum mutuum conuersationem: alia autem quasi licita habet, non quia approbat ea, sed quia non punit ipsa, quemadmodum meretricium & vsuras. Si vero ultra dimidij pretij partem emptor & venditor se mutuo fallant, lex humana ad restitutionem compellit fallentem. Porro lex diuina nil iniustum admittit, nec impunitum relinquit: ideo si in emptione & venditione non seruetur æqualitas iustitiæ, ille qui plus iusto habet, tenetur ad restitutionem ei qui damnum perpeffus est, si sit notabile damnum: quod ideo dico, quoniam iustum pretium rerum, non est semper punctualiter certum aut certitudinaliter determinatum, sed potius in quadam hominum estimatione consistit, ita quod modica additio vel minoratio non videtur tollere æqualitatem iustitiæ. In hoc tamen vnusquisque examinet conscientiam suam, & faciat alteri vt sibi vult fieri. Præterea venditio est iniusta propter

Ioh. 24

Matt. 7. Tobie. 4

DE LAVDABILI VITA CONIVGATORVM, LIB. VNVS. 923

propter defectum rei venditæ, siue defectus sit in natura, siue in specie rei, vt si vendatur aurichalcum pro auro, siue defectus sit secundum mensuram rei, vt si vendens vtatur minori mensura, aut fraudulenter mensuret: siue defectus sit secundum qualitatem, vt si vendat quis animal ægrum pro sano: & quemcunque horum defectuum venditor in re sua cognouerit, peccat vendendo, si vedat quasi res sua non sit taliter defectuosa, & ad restitutionem tenetur emptori. Si autem ignorat defectum huiusmodi in re sua, non peccat vendendo, quia non intendit decipere: sed postquam cognouerit, tenetur recopere dare damnum emptori. Et quod dixi de venditore, etiam de emptore est tenendum. Venditor namque interdum putat rem suam viliores esse, quam est, vt si aurum aestimet aurichalcum, & si emptor hoc noscit, tenetur id dicere venditori: & si aliter emit, iniuste emit, atque ad restitutionem tenetur. Insuper venditor tenetur emptori dicere defectum seu vitium rei venalis: alia daret ei occasionem damni siue periculi: damni, si propter vitium rei nihil de pretio minueret: periculi, si propter vitium rei vsus eius sit impeditus aut noxius, vt si pro equo veloci vendat equum tardum, aut domum ruinosam pro forti. Veruntamen si defectus rei sit manifestus, vt si equus sit monoculus, vel vsus rei quamuis non sit vitiosus venditori, potest tamen vitiosus esse alijs, & venditor subtrahit de pretio quantum congruit, tunc tenetur manifestare defectum rei vendendæ, quod propter defectum illum emptor forsitan vellet plus quam iustum est de pretio subtrahere, ideo venditor licite potest suæ indemnitati providere, vitium reticendo. Istud dicunt Doctores communiter. Veruntamen mihi videtur, quod etiam in hoc casu tutius atque salubrius sit, vitium rei manifestare: immo hoc mihi necesse videtur, si emptor ex simplicitate vel inexperientia aut inaduerentia defectum rei non aduertat neque consideret, & si venditor hoc perpendat: aliter non faceret alteri, sicut vellet fieri sibi. Deinceps queri potest, an liceat negotiando aliquid carius vendere quam emptum est. Ad hoc respondent Doctores, quod ad negotiatores pertinet commutationibus rerum insistere. Commutatio autem est duplex, vna est quasi naturalis & necessaria vitæ humanæ, per quam fit commutatio rei ad rem, vel rerum ac denariorum propter vitæ necessitatem: & talis commutatio seu venditio non pertinet proprie ad negotiatores, sed magis ad oeconomicos vel politicos, qui habent pro-

uidere domui vel ciuitati de necessarijs vitæ. Alia est commutatio denariorum ad denarios, vel quarumcumque rerum ad denarios, non propter res necessarias vitæ, sed propter lucrum querendum. Et hæc ad negotiatores proprie pertinet, & iuste vituperatur, si intentio negotiatis quiescat in lucro, tunc enim cupiditati deseruit. Sed si lucrum ordinetur à negotiatore ad finem necessarium aut honestum, vt ad sustentationem sui ipsius aut pertinentium ad se, vel ad succurrendum pauperibus, vel ad bonum commune, si ciuitati aut patriæ necessaria desint, tunc negotiatio licita est, dummodo moderatum lucrum queratur, & res carius non vendatur, quam valet vbi & quando venditur. Hinc negotiatio est de numero officiorum, quæ raro & vix sine peccato fieri possunt. Propter quod ait scriptura: Negotians difficile à peccato exiit. Augustinus etiã ait: negotiator auarus acquirendi, pro damno blasphematur, pro pretijs rerum mentitur atque periurat. Sed hæc vitia hominis sunt, non artis, quæ sine his vitijs agi potest. Negotiator ergo ad hoc, quod abique peccato multiplici suam exerceat artem, indiget gratia speciali: & nisi fuerit multum timoratus ac iustus, non euadet laqueos inimici. Sed heu multi sunt nimis intemorati, qui Deum præ oculis non habentes, plus dolent de damno pecuniæ, quam de peccatis & periculis animæ suæ, similes in sensatissimis illis hominibus, de quibus in libro Sapientiæ legitur: Aestimauerunt lusum esse vitam nostram, & conuersationem vitæ ad lucra esse compositam, & oportere vnde cumque acquirere. Quiddam namque tam in vrbibus quam in villis, etiam in paruis rebus ac parum valentibus, emendo atque vendendo, fraudes diuersas, multaque vitia varijs modis miserabiliter valde committunt, qui pro modico lucro animam suam habent venalem, & peccant contra præceptum Christi, dicentis: Omnia quecumque vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis.

Eccle. 28

Sapient. 18

Eccle. 10.

Matt. 7.

Quibus & quando ac qualiter fit restitutio faciendæ. Articulus XL.



Anctus Augustinus alijque Doctores concorditer asserunt: Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Et capitur tunc restitutio pro redditione rei, quæ iniuste ablata est. Est ergo necessarium ad salutem, restituere

sic

D. DIONYSII CARTHUSIANI

sic ablata pro posse. In aliquibus tamen, sicut in mutilatione & homicidio, non potest id restituere neque æquivalens: sed sufficit quod recompensetur & satisfiat, quantum possibile est iuxta dictamen prudentium, considerata conditione vtriusque personæ, secundum iudicium virorum proborum. Præterea qui alium diffamavit, falsum dicendo de eo & iniuste, videlicet ex ira aut invidia, non ex amore iustitiæ, tenetur illi restituere famam suam, dicendo se falsè & iniuste esse locutus. Qui autem alium diffamavit, vera dicendo de eo, non tamen iuste & ordinate, sed ex mala radice & prava intentione, tenetur illi restituere famam, non ita ut dicat se falsà de illo dixisse, sed quod iniuste & inordinate de illo locutus sit. Et si non potest illi restituere famam, debet ei in alijs recompenfare. Porro qui alium diffamavit vera dicendo, & ex charitate vel iustitia, scilicet propter bonum commune, vel propter salutem peccantis, crimen illius ordinate prodendo, ad restitutionem famæ non obligatur. Et est valde vitiosum, diffamare aliquem falsa dicendo, aut vera dicendo ex mala radice. Præterea, interdum non sufficit restituere simpliciter quod ablatum est, sed etiam damnum quod alter perpeffus est ex dilatione restitutionis. Et similiter, qui tempore suo debita non persolvit, tenetur creditori satisfacere de damno quod passus est ex mora persolutionis: quia si pecuniam suam habuisset, lucrum fecisset cum ea. In his tamen casibus non oportet restituere totum damnum, quod alter perpeffus est ex dilatione præfata, quia à lucro suo poterat multipliciter impediri: ideo restitutio damni huiusmodi faciendâ est secundum discretionem prudentium, considerata conditione personarum, & dispositione negotiorum. Si autem is, cui restitutio est faciendâ, sit omnino ignotus, dandum est pro anima eius, siue obierit siue vivat, præmissa tamen diligentia pro ipsius persona. Si verò sit mortuus cui restituendum erat, dandum est eius hæredibus: & si sit multum distans aut captus, transmittendum aut deportandum est ei, si congruè fieri possit, alioqui reseruandum est pro eo in loco securo. Amplius, dum multi alicui sua tollunt, & vnus eorum illi plenam restitutionem fecit, alij non tenentur aliquid plus restituere illi, sed refundere ei qui plenam restitutionem periegit. Præterea queri potest, an etiam illi qui non acceperunt rem alterius, teneantur ei ad restitutionem. Ad hoc respondent Doctores, quod homo tenetur ad restitutionem non solum propter hoc quod rem alienam

abstulit, sed etiam propter actionem iniuriosam. Idcirco quicumque est causa iniuste acceptionis, ad restitutionem tenetur, vt qui inducit alium ad iniustam acceptionem, precipiendo, consentiendo, consulendo, laudando, opem præbendo, aut accipientem hospitando: vel quia non impedit acceptionem iniustam, cum possit ac debeat: vel quia occultat, dum reuelandum est. Et quod dictum est, hominem teneri ad restitutionem propter consensum, intelligendum est de consensu illius, sine cuius consensu acceptione iniusta non fieret. Similiter propter adulationem & consilium tenetur homo ad restitutionem, dum probabiliter æstimari potest, quod ex suo consilio vel adulatione acceptione iniusta fuerit subsecuta. Principes quoque, ex quorum negligentia & defectu raptores aut latrones crescunt in terra, tenentur spoliatis in terra sua ad restitutionem, quoniam reditus principum sunt quasi stipendia pro principibus instituta, vt pacem atque iustitiam seruent in terra. Postremò, quemadmodum contra iustitiam est, rem alienam accipere contra voluntatem Domini rei, ita iniustum est eam contra voluntatem Domini tenere, quia per hoc Dominus rei impeditur ab usu eius, sicque detentor rei facit iniuriam Domino rei, quod est peccatum. Cum igitur nulli liceat in peccato manere, constat quod homo tenetur statim restituere vel dilationem rogare. Hinc etiam patet, quàm culpabiles sint, præcipuè diuites, qui alijs potissimè indigentibus, debita non persolunt.

De ludis & iocis, qualiter liciti vel illiciti sint. Et quid fieri debeat de lucratis per ludum. Articulus XLI.



Sicut homo non potest continuè corporales exercere labores, ita nec spiritualibus exercitijs potest semper insistere. Ideo sicut indiget corporali repausatione, ita & animæ recreatione. Hinc ludi & ioci si sint honesti ac moderati, & recta fiant intentione, atque ex bona radice, non ex cupiditate, gulositate aut simili vitio, liciti sunt. Circa quos tria præcipuè sunt cauenda. Primum, vt recreatio talis non queratur in verbis aut factis turpibus vel nociuis. Secundum, ne grauitas & custodia cordis nimium resoluantur per leuitates & risus atque cachinnos. Tertium, vt ludus sit conueniens personæ, loco & tæpori. Si ergo in ludo & ioco illa non obseruentur, illiciti sunt. Vnde si in eis assumantur

*Tria circa
dos cauenda.*

tur verba aut facta turpia, aut iuramenta prohibita, seu pernitiosa mendacia, tunc in ludis & iocis est mortale peccatum: Quod etiam interdum contingit propter vehementiam affectionis ad ludum, ita quod homo contra præceptum Dei aut Ecclesiæ ludere non recuset. Præterea quæ per ludum acquiruntur, sunt bona iniusta atque illicitè acquiruntur, quando ludus ipse illicitus est, præsertim si ex parte lucrantis illicitus sit. Et tunc ita illicitus est, dum ex desiderio lucrandi quis ludit. Tunc enim est ibi cupiditas, & talis ludus diebus festiuis magis extat illicitus. Cum enim illis diebus non liceat per approbata officia quicquam lucrari, nec tunc lucrandi affectum habere, minus hoc licet per huiusmodi ludos. Porro si ludus sit licitus, & ludens non lucrum, sed moderatam recreationem intendat, atque indifferens sit an lucratur an perdat, & tamen lucratur, dicunt nonnulli, quod lucrum sic acquisitum, non sit illicitè acquisitum. Qui autem desiderio lucralium trahit ad ludum, vel ad continuationem ludi inducit, cum aliàs à ludo cessasset, & qui fraudulenter ludit, aut se ludi ignarum ac simplicem fingit, ad restitutionem tenetur. Non tamen restituendum est ei qui alium traxit ad ludum, aut fraudem commisit ludendo, quia recipere est indignus. Insuper ludus taxillorum seu aleæ specialiter vituperatur ac prohibetur, quia fortunæ innititur, & est expoliatio proximi, multipliciterque nociuus. Est enim in ludo illo affectus lucrandi. Ecce auaritia. Secundò est ibi voluntas spoliandi proximum re sua. Ecce rapina. Tertio est ibi vfura maxima, non solum in anno vno, sed etiam in eadem die. Quarto est ibi abundantia mendaciorum, & otiosorum inanumque verborum. Quintò est ibi blasphemia Dei. Sextò est ibi corruptio multiplex adstantium & intuentium ludum, iulum. Septimò est ibi scandalum bonorum. Octauò est ibi est contemptus præcepti Ecclesiæ, quæ ludum illum prohibuit. Est etiam ibi amissio temporis, & omisio multorum operum bonorum. Item prouocatio ad iram, inflammatio ad furorem, casus ad impatientiam, dissipatio propriarum facultatum, consumptio paternarum hæreditatum, depauperatio filiorum. Nec potest homo per ludum illum aliquid licitè lucrari, nec lucrata seruare. Et quamuis multa perdidit taxillando, nihilominus omnia quæ sic lucratus est, restituere seu in pios vfus conuertere obligatur. Nec semper restituendum est amissori, nisi lucratus sit homo ab his, qui res suam alienare non possunt, vt sunt minores

etate & furiosi &c. vel ab his, quos traxit ad ludum, vel ludendo decepit, submittendo falsos taxillos, aut veros malè ac fraudulenter iactando, aut mendaciter asserendo quod obtinuit, aut malè numerando pecuniam. Postremò, cum ludi liciti sint pro recreatione animæ, certum est, quod his quibus diebus ferialibus magnos & frequentes habent labores, magis liceat ludere moderatè diebus festiuis, quàm his, qui penè quotidie vacant, & suas recreationes habent, etiam amplius quàm necessarium siue expediet eis exiltat.

De aliquibus documentis sacre scripturæ, pertinentibus ad omnes Christianos.

Articulus XLII.



Valis debeat esse conuersatio cuiuslibet Christiani, Paulus Apostolus in multis locis Epistolarum suarum sapientissimè docet, inter cætera dicens: Obsecro vos vt dignè ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Veritatem autè facientes in charitate, crescimus in Christo. Hoc igitur dico & testificor in Domino, vt iam non ambuletis sicut gentes ambulantes, in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, quæ tradiderunt semetipsas impudicitie in operationem immunditiæ. Vos autem renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo, quoniam sumus inuicè membra. Irascimini, & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite loqui vobis ore vestro non procedat, sed qui bonus est ad edificationem, vt det gratiam audientibus. Et nolite contristare Spiritum sanctum. Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor tollatur à vobis cum omni malitia. Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis. Estote autem imitatores Dei sicut filij charissimi, & ambulante in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis Deo Patri oblationem & hostiam in odore suauitatis. Fornicatio autè & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudinis, aut stultiloquiū, aut scurrilitas, quæ ad re non

ephe. 4.

1/2 sal. 4.

ephe. 4.3

ephe. 5.

D. DIONYSII CARTHVSIANI

nam ei irreuerentiam faciunt: ideoq; iusto Dei iudicio æternam damnationem merentur. Itaq; dum Christianis tribulationes, persecutiones, dāna aut vulnera ab hominibus inferuntur, non mox ad indignationē, iram & impatientiam debent moueri, neq; inuidiam contra iniuriatores concipere aut tenere, sed æquanimitate ferre, animabus iniuriantium condolere, quia peccando seiplos grauissimè lædunt, atque ad minus culpam eis dimittere: satisfactioem verò & pœnam non nisi secundum ordinem iuris expetere. Ideo ait Saluator: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persecutibus & calumniantibus vos.

Math 5
Luca. 6.

Quomodo Christiani habere se inuicem debent in uerbis. Articulus XLIII.



Vm in Euangelio dicat Saluator: Ex uerbis tuis iustificaberis, & ex uerbis tuis condēnaberis, constat, quòd omni homini uolenti Deo placere, atq; æternam damnationē euadere, valdè necessarium sit linguam propriā refrenare. Si enim de omni uerbo otioso dāda est ratio, quantò magis de uerbis mendosis, detractorijs, scurrilibus, deceptorijs, contumeliosis & nociuis? Præterea, sicut ex uerbis charitatiuis, pijs, modestis & reuerenter prolatis multa bona sequuntur, ita ex uerbis irrationabilibus, pungitiuis, duris, improprie, derisorijs, ac superbis multa mala nascuntur. Qui ergo uult inter homines amabiliter atque pacificè conuersari, sit moderatus, pius ac circumspēctus in uerbis suis, nullum prouocando, nulli detrahendo, conuiciando, superbè aut durè loquendo. Tamen parentes possunt sobolem suā feriosè ac durè, dum opus est, increpare. hinc Salomō ait: Responso mollis frangit iram, sermo durus suscitatur furorē. detrahentia labia procul sint à te. Dulcis eloquio, maiora reperiet. Hinc iterum ait scriptura: Verbū dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Non litiges cum homine potente, nec cū homine linguato. Cum iracundo nō facias rixam. Noli uerbosus esse in medio seniorum. Qui odit loquacitatem, extinguit malitiā. Ne iteres uerbum durum & nequam. Sapiens seipsum in uerbis amabilem facit. In super Salomon loquitur: Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquēdum, sentiet mala. Inter superbos semper sunt iurgia. Homo peruersus suscitacilites, & qui alio sermone repetit, separat consideratos. Sicut urbs patens & absq; murorū ambitu, ita homo qui non potest in loquen-

Matth. 12.

Eccl. 10.

Prou. 15.

Eccl. 6.

Eccl. 8.

Eccl. 7.

Eccl. 10.

Eccl. 10.

Prou. 21.

Prou. 13.

Prou. 16.

Prou. 15.

Prou. 19.

do cohibere spiritum suum. Totum spiritū suum profert stultus, sapiens differt & refert in posterum. In multiloquio non deest peccatū. Ideo rursus ait scriptura: Qui multus utitur uerbis, lædit animam suam. Multi interierunt in ore gladij, sed non sicut qui interierunt per linguam suam. Saffuro & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacem habentes. Porro qui tota die potationibus & confabulationibus vacant, innumera rabilia incurrun peccata.

Prou. 10.
Eccl. 10.
Eccl. 28.
Ibidem.

Qualiter quilibet Christianus quotidie habere se debet in meditando & orando, ac audiendo diuinum officium. Artic. XLV.



Voniam Dominus noster Iesus Christus pro omnibus nobis crucifixus est, dignus & iustus est, & gratitudo id exigit, ut quilibet Christianus quotidie saltem semel passionē Christi recogitet, & quanta Saluator mundi pro nostra salute assumpsit, fecit ac pertulit, deuotè ac diligenter attendat, & gratias ei agat. Virtutes quoque, quas Christus in sua passione monstrauit, fortiter fideliterq; sequatur. Attendat igitur Christianus, qualiter Rex cœlorum, vnicus Filius Patris æterni, vnauerforum Creator, pro nostra redemptione factus est homo, natus ex humili ac paupere uirgine, & conuersatus est inter homines in omni paupertate, humilitate, patientia, pietate & dilectione, graues ac varias persecutiones, detractiones, irrisiones atq; blasphemias à Iudæis perpeffus. Deinde ab eis est captus, ligatus, alapis cæsus, cõspitus, oculis velatus, iudici præsentatus, falsissimè accusatus, nudatus, flagellatus, spinis coronatus, arundine cæsus, blasphematus, alba veste derisus, patibulo adiudicatus, ad mortem proprijs humeris crucem baiulans ductus, inter latrones suspensus, cum impijs deputatus, manibus & pedibus diris clauis crudelissimè pœnalissimeque perfoffus, toto corpore uolentissimè distentus, turpissima & amarissima morte occisus. Hęc omnia cordialiter sunt pefanda. Singulariter uerò considerandum est, cum qua ardentissima charitate, summa patientia, profundissima humilitate, plenissima obediētia, pro nobis Christus ista sustinuit: Idcirco Christi exemplo discamus etiam inimicos diligere, sicut ipse in cruce pendens pro crucifixoribus suis orauit: aduersa patienter tolerare, in omnibus humiles obedientesque esse. Præterea ad omnem pertinet Christianum, quotidie ponderare, quàm incerta, fallax & breuis sit uita ista, & se quotidie ad mortem disponere,

1. Pet. 2.
Tob. 1.
Galat. 4.
Luc. 6.
Baruch. 3.
Zach. 9.
Matt. 27.
Luc. 23.
Iohan. 10.
Sapient. 4.
Matth. 5.

Luc. 6.
Ibid. 53.
Luc. 23.

Hebr. 10.

re, atque attendere quomodo statim post mortem oportet nos iudicari à Deo, & quàm horrendum sit incidere in manus Dei uiuentis, & expectare ab eo sententiam æternæ damnationis vel æternæ saluationis. Item sapienter pensare, quàm intolerabilia & grauissima sint inferni supplicia, quàm profundus, tenebrosus, horrendus ac foetidissimus sit locus infernalis: quàm intolerabilissimus sit Dæmonum adspēctus, quanta desolatio, ululatio, desperatio sit in inferno: quàm horribile frigus sit ibi, quàm calidissimus & supercalidissimus ignis, & qualiter damnati ibunt à summo calore ad maximū frigus, & econtrā, in sempiternum. Cogitet vnusquisque, quàm graue ac intolerabile sibi esset hoc vnā horam iacere in fornace ardente. Quomodo igitur poterit æternaliter sustinere infernale incēdium, quod tam ineffabiliter calidius atque pœnalius est omni igne terreno? Dicunt quoque Doctores, quòd damnati non tantum affliguntur ab igne illo æterno, immo nec post diem iudicij tantum affliguntur ab illo in corpore, quantum indelinerenter affliguntur in mente, ex hoc quòd sciunt & cogitant se in illa miseria æternaliter permanēuros. Amplius attendendum est, quàm grauis & uehemens sit Purgatorij pœna, quæ omnia mundi huius supplicia valdè excedit. Idcirco libentissimè pari debemus aduersa & aspera in hac uita, ut in Purgatorio minorē ac breuiorem pœnā sustineamus. Præterea quilibet Christianus quotidie debet pendere, quàm magna & ineffabilis sit beatitudo & gloria sanctorum in regno cœlorum, uidelicet Deum sublimem & benedictum æternaliter clarè ac iucundissimè in ueri, eius immensa bonitate atque dulcedine sine fine ad libitum frui. De tanta felicitate æternaliter esse securum, uidere etiam humanitatem filij Dei, gloriosissimam uirginem Mariam, omnes angelos sanctos, & vnuerfos beatos, Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Martyres, Confessores ac Virgines. Certum est, quòd quantum aliquid est pulchrius, tantò delectabilius est illud adspicere: & quantò est dulcius, tantò iucundius est illo frui: quàm in æstimatione ergo felicitas & gloria est, Deus, qui prorsus infinitæ pulchritudinis est, clarè conspiciere, eoque frui, cuius bonitas ac dulcedo

nullam habet mensuram, nullumq; finem? Consideret itaque quilibet Christianus, quàm stultum, peruersum ac miserum sit, propter huius breuissimæ ac incertissimæ uitæ honores, delectationes atque diuitias, æternalem illam, summam & ineffabilem beatitudinem perdere, & ultra hoc infernalem illam perpetuam calamitatem ac pœnā acquirere. Insuper, quoniam omnes in seculo isto maximis periculis sumus expositi, atque in medio laqueorum ac hostium ambulamus, & vndique tentationibus implicamur, ad omnia mala ac uitia proni, & ad opera bona tardi, nec proprijs uiribus ualeamus hostibus nostræ salutis resistere, neque diuina præcepta implere, immo auxilio gratiæ Dei incessabiliter indigemus, incerti etiam sumus an digni sumus amore an odio, & an in æternum dānabimur hinc debemus semper esse custoditi ac timorati, & Deum frequentissimè ac feruenter inuocare & exorare, ut infinitam pietatem & gratiam suam in nobis monstrare dignetur, & nos in omnibus gubernare, confortare & conseruare non cesset, felicemque finem concedat. Denique, quoniam melius & salubrius est, pauca uerba orationum cum intellectu & attentione proferre, quàm multa sine intellectu & aduertentiā, uilius est, ut indocti legant orationem Dominicam, scilicet: Pater noster, & c. in materna lingua, quàm in Latino. Postremò, in diuino officio, præsertim in Missa, debent Christiani cum magna reuerentiā in præsentia Dei stare & deuotè ac custoditè se coram omnipotente Creatore habere, & ipsum intentè ac feruidè inuocare atque laudare, & infinitæ misericordiæ eius se humiliter commendare. Non ergo, tunc hinc inde uagè adspiciant, nec quasi in foro deambulent, nec confabulentur, nec pigri sint, nec ante finem diuini officij sine necessitate egrediantur. Verbumque Dei diligentissimè audiant, & pro se inuicem, pro tota Ecclesia, pro uiuis ac mortuis, pro parentibus, propinquis, benefactoribus & commissis fideliter orent. Ad laudem & gloriam Regis Regum, & Domini Dominorum, Qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

eccl. 6.

Matth. 6.

Apoc. 19.

Libri de laudabili uita coniugatorum, finis.

DIONYSII

CARTHUSIANI INTER RELIGIOSVM
ET MERCATOREM DE IVSTO PRETIO

RERVM, DIALOGVS.

Præcepta
triplicia.

Nolite facere iniquum in iudicio & pondere, in mensura, in regula: ne decipiat unusquisque proximum suum. Ista sunt uerba Dei ad Moysen, per quem Deus in ueteri Testamento dedit præcepta triplicia, ut puta moralia, caremonialia, & iudicialia. Præcepta moralia erant decem: tria prima pertinebant ad cultum Dei, uidelicet credere & colere unum Deum, nec inaniter, sed ex necessaria & rationabili causa iurare per ipsum: dies quoque celebrare festi

uos: alia septem præcepta moralia pertinuerunt ad iustitiam obseruandam circa proximos, ut sunt honorare parentes, non occidere homines, non furari, non perhibere testimonium falsitati, illegitimum uitare concubitum, nec rem cupere alienam. Præterea præcepta caremonialia erant quedam determinationes & speciales modi seruandi iustitiam in Dei obsequio, hoc est, qualiter filij Israël honorarent & colerent Deum in sacrificijs & oblationibus, decimis atque primitijs ac alijs multis. Præcepta uero iudicialia erant particulares limitationes & certi modi seruandi iustitiam in conuersatione mutua proximorum, ut in restitutionibus ablatorum, in emptionibus, uenditionibus & consimilibus rebus. Omnia ergo præcepta ueteris Testamenti erant de obseruatione iustitia, prout iustitia est uirtus communis: sic namque omnis uirtus est quedam uirtus, immo & misericordia hoc modo extat iustitia, & opera misericordiant opera iustitiæ, in quantum tenemur ad ea, & iussa sunt nobis: iustum est ergo, ut unus homo alteri misereatur, & pro posse succurrat. Hinc quoque omne peccatum iniustitia est. Deus igitur essentialiter iustus, uult, requirit & præcipit, ut serui sui sint iusti, & iustitiam inuicem seruent, omnem fraudem, dolum, uolentiam, circumuentionem, nocentiam mendaciumque uitantes. Hoc est, quod Dominus noster Iesus Christus unigenitus Patris æterni in Euangelio dixit: Quæcunque uultis ut homines faciant uobis, hæc & uos facite illis. Ex quibus sequitur præceptum aliud, quod tamen in isto continetur & datur intelligi, quod uenerabilis ille Tobias dixit ad filium suum: Quod tibi non uis fieri, ne alteri facias. Porro conuersatio & occupatio hominum mutua, pro magna parte consistit in emptionibus ac uenditionibus: idcirco in isto tractatulo intendo breuiter loqui de ista materia, qualiter scilicet homines habere se debent in mercantijs & negotiationibus suis, seruando in eis iustitiam, ita ut nec Deum offendant, nec proximis noceant, & sibi ipsis moderatè ac licitè profint atque prouideant, & ut ista utilius delectabiliusque legantur, procedam per modum Dialogi.

Matth. 7

Tobie. 4

Quòd

Quòd mercatoribus & negotiatoribus necessarius sit magnus timor Dei & cordis custodia, alioqui incident multa & magna peccata. Articulus I.

NEGOTIATOR.



CVM Dominus noster Iesus Christus in Euangelio dicat: Quid proficit homo si uniuersum mundum lucretur, seipsum autem perdat & detrimentum sui faciat: precor te, o frater religiose, ut planè & fundamentaliter me informes, qualiter secundum Euangelicam legem & conscientiam rectam me habere debeam in emendo & uendendo, seu in commutationibus rerum aut in contractibus quibuscumque, ne sic temporalibus lucris intendam, quòd animam meam perdam: de te etenim fama est, quòd in scripturis sis eruditus, conscientialiterque libenter loquaris. R. E. L. I. G. Cùm Salomò dicat: Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum: ego qui uehementer illo inferior sum atque indoctior, de scientia mihi concessa permotus, inaniter gloriari non possum, ne illi assimiler, de quo locutus est Esaias Propheta: Sapientia tua & scientia tua deceperunt te: & ne cum illis cõdemner, quibus in scripturis comminatur Spiritus sanctus: Væ uobis qui sapientes estis in oculis uestris. Veruntamè petitio tua pro posse, secundum quod Deus scientiarum; Dñs dederit, charitatiuè iam respondebo: præsertim quia petitio tua salubris est & uerè sapientialis, plurimorum quoque salutem concernens: & item quoniam beatissimus princeps Apostolorum Petrus deprompsit, docuit & præcepit: Unusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes: & quia Archangelus Gabriël locutus est Danieli Propheta: Qui docti fuerint, fulgebunt ut splendor firmamenti: & qui multos erudit ad iustitiam, quasi stellæ splendebunt in perpetuas eternitates: quod de illis intelligendum est, quorum uita doctrinæ concordat, quorum uidelicet conuersatio uirtuosa consistat & exemplaris. Qui autem pulchre docent & prædicant, nec tamen iuste & edificatoriè conuersantur, dupliciter, immo grauissimè dånabuntur. Insuper scire oportet, quòd quedam sunt opera ac negotia omnino prohibita, quia exerceri non ualent sine peccato, ut actus artium magicarum & taxillationes & excogitæ calliditates ad proximorum circumuentionem inuente ac ordinatæ, & uarij vsurarij quaestus. Alia sunt ope-

Matth. 6.

Prou. 30.

Isaie. 47.

Isaie. 5.

1. Petr. 4.

Daniel. 12.

Operum &
negotiorum
diuersitas.

ra & negotia, quæ uix & rarè ac difficulter sunt sine culpa, non tamen simpliciter prohibentur, quoniam ab hominibus bonis ac timoratis sine peccato fieri queunt, ut thelonea secundum beatum Gregorium, & negotiationes propriè dictæ, ac diuersæ mercantiæ: Ad negotiatores namque spectat, unam rem pro alia commutare: Commutatio uero est duplex, una est naturalis & necessaria sustentationi uitæ humanæ, quæ commutatio est rei pro re, uel rerum ac denariorum, estque necessaria, licita & honesta, nec propriè pertinet ad negotiatores, sed potius ad cœconomicos, qui habent de necessarijs uitæ suis domibus prouidere: & ad politicos, ad quos pertinet de necessarijs prospicere uerbis sibi commissis. Alia est cõmutatio denariorum ad denarios, uel quarumcumque rerum pro nummis, non directè pro necessarijs uitæ, sed in uitu ac desiderio lucris: & hæc commutatio propriè spectat ad negotiatores, estque propinqua ruinæ, immo iuste uituperatur atque illicita iudicatur, si negotiantis intentio finaliter quiescat in lucro, sic enim cupiditati deseruit. Porro si lucrum illud ordinetur à negotiatore ad finem licitum ac honestum, ut ad sustentationem & prouisionem sui & pertinentium ad se, uel ut operam misericordie liberalius exequatur, aut diuinum augeat cultum, seu ad utilitatem reipublicæ, ut si communitati aut patriæ necessaria desint, sic negotiatio redditur licita, dummodo lucrum moderatum quaeratur ac intendatur, nec res carius uendatur quam ualeat in loco & tempore, ubi & quando uenudatur. NEGOTIA. quamuis omni homini difficile sit saluari, specialiter tamen negotiatori, quem in suo officio tam difficile est uitare peccata. R. E. L. I. G. Idcirco in libris Sapientie scriptum est: Negotians difficile à peccatis exiuit. Et Augustinus testatur: Negotiator auidus acquirèdi, propter damnū quod patitur, blasphematur, pro pretijs rerum mentitur, amore lucri fallit, iurat atque peierat: sed hæc uitia hominis sunt, non artis, quæ exerceri sine his potest. NEGOT. Formidandum est ergo, quòd admodum pauci in fitorum saluentur. R. E. L. I. G. I. O. etenim in Euangelio legitur, quòd Apostoli interrogauerunt Christum, dicentes: Domine, si pauci sunt qui saluantur? quibus respondit: Iiii 3 O quam

Commutatio
duplex.

eccle. 20.

Luc. 13.

O quam angusta porta & arcta via que ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam. Negotiatoribus autem duplicatur hæc difficultas consequendi salutem. Primum enim hoc eis difficile est, ex communi fragilitate & pronitate naturæ humanæ in mala: Secundò, propter peccata & pericula officio negotiatorum de propinquo imminètia & annexa. NEGOTIA. nunc ergo ut spondidisti, me instrue, qualiter in isto officio iuste & virtuosè habere me debeam.

Responsio religiosi, qualiter mercator in suo officio habere se debeat iuste, virtuosè & ac meritorie. Artic. II.

RELIGIOSVS.



Apostolus ait: Omne quodcunque facitis in verbo aut opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi agatis. Et iterum loquitur: Omnia ad gloriam Dei facite, de quo etiam scriptum: Regi autem seculorum immortalis, inuisibili soli Deo honor & gloria. Hinc quilibet Christianus vniuersam vitam suam, omnes cogitationes suas, affectiones, verba & opera ordinare debet ad laudem, gloriam & honorem sui Creatoris, & ad obtinendum felicitatem æternam, quæ est clara ac iucundissima visio Dei omnipotentis, & suauissima fruitio infinitæ & superambabilissimæ bonitatis ipsius, quæ beatitudo est talis actanta, tam plena, perfecta ac gloriosa, quod ea adepta cor humanum plenariè quietatur, ac tranquillissimè contentatur, intantum, quod nil amplius potest appetere. Præterea, sicut anima est corporis vita, sic charitas Dei est spiritalis vita animæ rationalis: Ideo sicut anima recedente à corpore, corpus mox mortuum est: sic charitate Dei recedente & abstracta ab anima, ipsa anima protinus spiritaliter mortua est, ita quod nullum actum Deo acceptum ac meritorium æternæ salutis habere potest, quandiu sine charitate Dei consistit. Denique, charitas Dei cum peccato mortali non potest haberi, cum Deus altissimus id requirat à nobis, ut eius præcepta ex vera & spiritali dilectione infusa à Spiritu sancto, id est, ex charitate Dei adimpleamus, non ex solo seruili timore damnationis perpetuæ. Amplius, charitas ista id exigit, ut Deum Creatorem nostrum toto corde synceriter diligamus, incomparabiliter plus quam nos ipsos, & cuncta creata, ita ut potius velimus mortem & omnia damna atque aduersa pati, quam supergloriosissimum Deum offendere & amittere per peccatum mortale. Cum ergo pronissimus ad vitia, mundus quoque

Colof. 3.

1. Cor. 10.

1. Tim. 5.

& caro ac Dæmones trahant ac incitent nos ad diuersa peccata, non potest homo diu viuere sine peccatis mortalibus, nisi sit valde corde custoditus in omnibus, & coram Deo incessabiliter timoratus: & item quotidie diligenter considerans & perscrutans conscientiam suam, an in aliquo sit peccato mortali: quod si est, de illo confestim pœniteat, veniam deprecetur, cõfiteri, satisfacere ac de cæterò semper vitare illud & omne aliud peccatum mortale firmiter toto corde proponat. Præterea hoc requirit diuina iustitia & charitas Dei ac vera contritio, quod sicut Deum altissimum toto corde præcunctis & singulis incomparabiliter tenemus diligere, ita de eius iniuria & offensa, de suæ charitatis amissione, hoc est, de omni peccato mortali plus doleamus, quam de quocunque; malo pœnali, de quocunque damno, incommodo, opprobrio temporali seu corporali: & quanto peccata fuerint grauiora & plura, tanto oportet de eis contritionem habere maiorem, ut contritio sit adæquata seu proportionata excessui. Istud imprimis in tota conuersatione tua debes habere ac adimplere. Insuper in negotiationibus atque mercantijs tuis debes Dominum semper habere præ oculis cordis, & non optare nec querere lucrum, nisi moderatum ac iustum, illud etiam ordinare ad finem honestum, ut tactum est. Idcirco illicitum est, carius vendere rem quam valet, ac vilius emere quam sit iustus valor ipsius, considerando tamen qualitatem loci ac temporis & personæ: Nihil aliquid plus valet in vno loco, quam in alio, vno quoque tempore, quam alio. Pensandus est item labor & sumptus, cura & periculum negotiatoris, quæ habet & sustinet deferendo merces suas de loco ad locum, & iuxta horum magnitudinem ac mensuram potest res suas pretiosius vendere, seruata equitate, ac secundum discretum iudicium viri iusti, experti ac sapientis, & iuxta dictamen suæ conscientie timoratæ, non secundum inclinationem cupiditatis. Si autem vnus multum indigeat re alterius, & alter sustineat damnum speciale vendendo rem illam & ea carendo, potest eam vendere carius quam valet secundum cursum communem, non tamen plus quam valet sibi, ita quod suæ indemnitati prouideat moderatè: Si vero emptor re illa multum indigeat, & venditor non incidat speciale detrimentum carendo re illa, non licet venditori rem illam carius vendere quam valet secundum se iuxta cursum communem. NEGOTIA. Me fateor, ô religiose frater ac pater, prudenter

ac

ac rationabiliter instruxisti de propofita quæstione. Veruntamen durus est hic sermo, & quomodo homo mercator in pluribus occupatus, terrenis sollicitudinibus implicatus, in medio hominum versans & inquietus, potest eum implere? RELIG. De hoc sequenti loquar articulo.

Quomodo negotiator in tot & tantis curis & occupationibus ac inquietudinibus suis possit coram Deo manere custoditus & timoratus. Articulus III.

RELIGIOSVS.



Exempla electorum, facta iustorum, documenta sanctorum ædificare, roborare & inflamare nos debent ad agendum viriliter in Dei obsequio, ad laborandum idoneè pro Dei gratia & salute æterna, ad resistendum valenter omni tentationi. Ideo cum apostolus Iacobus in sua dixisset epistola: Multum valet oratio iusti assidua: protinus introduxit exemplum de Helia Propheta, dicendo: Helias similis nobis erat, homo patibilis & mortalis, orauitque Dominum ut non plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex: & rursus orauit ut plueret, & celum dedit pluuiam. Sic dico iam tibi: ecce in veteri testamento multi fuerunt reges virtuosos ac iusti, multo plus occupati regimine regni, negotijs magnis & arduis, causarum tumultibus, bellicis rebus, quam tu negotiationibus tuis: at tamen Deo deuotissimi erant, & coram Deo assidue circumspecti: quorum vnus Rex Dauid dixit: Oculi mei semper ad Dñm. Et rursus: Prouidebam Dñm in conspectu meo semper. Itemque: Seruavi mandata tua & testimonia tua Dñe, quia omnes viæ meæ in conspectu tuo. Ezechias quoque, rex in sua oratione locutus est Deo, quæ fallere non valebat: Memento Dñe quomodo ambulauerim coram te in veritate & æquitate ac corde perfecto. Sic & Iosias Rex ab infantia sua, cum octo esset annorum, cepit querere Dominum, & vsque ad vitæ suæ terminum perseueravit in vijs virtutù. Infrà in nouo testamento multo plures tales fuerunt sancti reges & principes, sanctissimi quoque Episcopi in exterioribus rebus & multis & grauibz causis & actibus occupati. NEGOT. Quomodo poterat fieri istud? RELIG. Multe sunt horum diei & noctis. Tales ergo viri veraciter sapientes, certis horis quantum eis fuit possibile, ab alijs subtraxerunt se, & in locis secretis recollegerunt se coram Deo, & suas conscientias discusserunt, sicque Deo in sanctis medi-

Luc. 9.

1. Al. 24. 15. 118.

4. Reg. 20.

6. Reg. 22.

tationibus, feruidis precibus, compunctionibus lachrymosis vacabant, somno parco contenti, ac sua nouissima perpendentes, & Deo intenti etiam in lectulis suis. Hinc namque Dauid Rex dixit & scripsit in Psalmis: Anticipauerunt vigilias oculi mei. Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar & scopebam spiritum meum: & multa similia dixit in Psalmis. Sic igitur & tu quotidie age saltem aliquibus horis, & profundè considera nouissima tua, quæ sunt, mors amara, cuius hora tibi incerta est, in qua omnia ista terrena relinquas, metuendum ac districtum tuum iudicium, tam in hora mortis tuæ, quam in die nouissimi: æterna quoque in fernalis dånatio, & gloria illa inæstimabilis regni cœlestis. Nullatenus negligas quotidie diligenter reminisci, quanta pro tua salute sustinuit filius Dei, & gratus sis ei. Et denique si tam seriosè ac assidue laborares ac sollicitus esses coram Deo pro salute animæ tuæ & spiritali opulentiæ gratiæ ac virtutum, sicuti es pro terrenis diuitijs, citò tibi facilia fierent opera & exercitia virtuosa præfata. Nonne feruens amor omnia, etiam difficilia, facit facilia? Si autem horis tibi vacantibus vis inutilibus ac superfluis fabulationibus, commensationibus, potationibus, iocis, ludis ac immoderatis solatijs locum ac operam dare, perdes & negliges animam tuam, præfataque opera bona videbuntur impossibilia tibi esse. Assuesce ergo cor tuum in cunctis quæ operaris, frequenter ad Dominum dirigere, eius sanctam præsentiam considerare ac reuereri, eius opem & gratiam totis præcordijs deprecari. NEG. Ista sine speciali gratia non arbitror fieri posse. RELIG. Sic ita: per hoc tamen non excusaris, nisi feceris ea quæ teneris, & sine quibus saluari non potes: & si feceris quod tibi possibile est, Deus pijsimam gratiam ad iutricem tibi non negabit nec subtrahet: nec enim ipse impossibilia homini iussit, nec illa requirit ab homine.

Responsio ad quasdam quæstiones negotiatoris. Articulus IIII.

NEGOTIATOR.



Responde mihi quæso ad ista: primo, an venditor peccet plus quærendo pro re sua venali seu pro suo obsequio aut labore, quam iustus & rectus est. An etiã emptor peccet minus præbendo, quam æquum est, & quando in his committitur peccatum mortale, &

quando veniale. RELIG. Peccatum potissimè cōsistit in voluntate: propter quod sanctus asserit Augustinus: Peccatum in tantum est voluntarium, quod si non esset voluntarium, non esset peccatum: ideo quod non licet facere, non licet velle, nec dicere: Immo nihil de ratione vitij & virtutis, nihil de merito & demerito est in verbis & factis, nisi in quantum verba & facta procedunt ex interiore cordis radice bona aut mala: sicut non solum sancti Patres ac Doctores præcipui, Gregorius, Augustinus, Bernardus, sed & Aristoteles quoque in libris disseruit Ethicorum. Quemadmodum ergo illicitum est & iniustum, rem carius vendere quam valet: ita iniustum est, plus pro ea petere, siue exigere quam est valet. Et si venditor plus de pretio petat scilicet & ex deliberatione, peccat mortaliter, quoniam cupit proximum defraudare ac spoliare, sicque excedit medium veræ iustitiæ, & agit contra charitatem & contra ius naturale, volens facere alteri quod sibi non vult fieri: præsertim si petat notabiliter plus: quoties agit hoc, toties peccat mortaliter. Si autem plus petat non intentione nec desiderio plus accipiendi, sed ut iuxta morem loci expediri cum emptore cōueniat in pretio iusto, dum vnus plus præbet, sicque concordant in medio, non est peccatum mortale. Veruntamen melius esset, utrunque vitare & simplici verbo, secundum conscientiam petere ac præbere: consuetudo quoque plus petendi aut minus præbendi, vituperabilis extat. Idè dicendum de locantibus suas operas seu labores aut vehicula vel iumenta. Porro si valor rei non est punctualiter determinatus & cognitus, nec multum excedant in plus petendo seu minus præbendo, non incidunt in peccatum mortale: sed in his & alijs vnusquisque vigilanter perpendat iudicium conscientie suæ: quoniam quicquid est contra conscientiam, ædificat ad gehennam, quia damnabile est. NEGOT. Si hæc ita se habet, quis nostrum saluus erit? siquidem omnes volunt carius vendere, ac vilius emere: nisi plus iusto petamus, minus iusto accipiemus. RELIG. Vno inconuenienti dato, plura sequuntur. Nonne Apostolus ait: Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesui Christi? ita cupiditas quæ omnium malorum radix est, inficit vnuerfos, ut cōparatiōe iniustorum & cupidorum, paucissimi iusti sint & quasi nulli: absolute tamè loquendo, nonnulli sunt iusti. Hinc ait Salomon: Peruersi difficile corriguntur, & stultorum infinitus est numerus. In scripturis quippe stulti vocantur omnes, qui temporalia, carnalia & æterna, spiritualibus,

diuinis & eternalibus præferunt bonis: quia in temporalibus non est sapientiæ donum, sed puerilitatis & insipientiæ vitium. Certè tales incomparabiliter insipientiores sunt pueris, qui auro & gemmis præferunt poma & pira. Idcirco quod tetigisti, quod omnes volunt carius vendere & vilius emere, non est simpliciter verum. Vnde recitat Augustinus, quod mimus seu ioculator quidam plurimos conuocauit: Audite, inquit, verbum in quo omnes consentietis. Quibus auscultantibus, dixit: Omnes vultis carius vendere, & vilius emere: additque Augustinus, apud eos qui verè sunt Christiani fide & opere, hoc verum non esse, cum sit contra iustitiam: quam si aliqui negotiatores in omnibus constanter ac firmiter obseruent, plus prosperarentur quam modò, essentque famæ melioris, & plures ad eos pro emendis confluere. NEGOT. Quid dicis de his, qui res suas tempore fori pulchiores & meliores præstant quam sunt, ut carius vendat eas? RELIG. Deceptores sunt & iniqui atque ad restitutionem tenent his quos decipiunt. NEGOT. Ergo qui res suas carius vendunt, quam valent, restituere obligantur id, quod plus acceperunt. RELIG. Ne dubites, nescis quod non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum? atque iniuste acquisitum, illi qui iniuste passus est damnum, si superfit & sciatur quis sit aut hæredibus eius, vel in pios conuertendum esse vsus. NEGOT. Vbi manebimus? Sed quero, utrum venditor teneatur emptori insinuare vitium seu defectum rei, quam exhibet illi venalem? RELIG. Vtique, si defectus ille occultus sit & ignotus ementi: si verò manifestè apparet, ut si equus venalis esset monoculus, apparet quibusdam Doctoribus quod non tenentur: verius tamen reor, quod si emptor ex simplicitate sua vel inaduertentia non consideret illum defectum, manifestandus sit ei à venditore, secundum, quod fraterna exigat charitas. NEGOT. Quid si venditor rem suam æstimet viliores quam est, & petat notabiliter minus quæ valet? RELIG. Si emptor hoc sciat, debet venditorem instruere, dicens: Res plus valet, quam petis pro ea: attamen sicut posses eam omnino gratis alteri dare, ita & pro pretio minore. Infrà de his & consimilibus varijs quæstionibus, in Summis Doctorum & dictis sancti Bernardi, in scriptis quoque Henrici de Gandauo & Henrici de Hafsia, reperire plurima potes. Aduertendum est etiam cupidis, quod Salomon ait: Qui abscondunt frumenta in tempore suo, quando videlicet meritò essent vendenda, maledi-

maledicentur in populo. Benedictio autem super caput vendentium. Amplius, quamuis secundum leges humanas, quæ dantur communitatibus, in quibus maior pars hominum est imperfecta omnino, permittantur ementes & vendentes inuicem se decipere citra medium pretij iusti, non vltra id tamen secundum legem diuinam & in foro conscientie nullatenus licet. NEGOT. Quantum plus quæro, tantò me ipsum magis conturbo, affligo, & quasi tremulum & deiectum, ne dicam diffidentem, ex responsis tuis efficio: tot enim corruptiones, calliditates, adinventiones, fraudes & abusiones in officio nostro inuenio, ut quid dicturus, quid facturus sim, nesciam. RELIG. Extingue in te omnium horum malorum radicem ac fontem auitiam maledicam, quæ, teste Apostolo, est seruitus idolorum: & aduerte Christi doctrinam, qui ait: Nolite solliciti esse in crastinum, id est, longè futurum. Noli sic amare & congregare terrenas diuitias, quasi non sit post hanc vitam nec prouidentia Creatoris, ne deputeris & pereas cum insipientibus illis, de quibus in libro Sapientiæ legitur: Aestimauerunt lusum esse vitam nostram, & conuersationem vitæ ad lucra esse compositam, & oportere vnde eumque acquirere, etiam ex iniquo.

An negotiator competentiam habens, possit adhuc bona conscientia se negotiationibus occupare. Articulus V.

NEGOTIATOR.

Dixisti quod negotiator cupiens vitia officio suo annexa euadere ac vitare, potissimè de corde suo extirpet auaritiam, quam appellasti idololatriam & omnium vitiorum radicem. Nunc ergo mihi precor declara, quid sit auaritia ista, & quando negotiator sentire debet se satis habere: & utrum iam sufficientiam temporalium rerum habens, possit absque peccato negotiationum suarum lucris intendere. RELIGIOSVS. Apostolus ait: Habentes victum & vestitum, his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum Diaboli, & in desideria multa inutilia & nocua, quæ mergunt hominem in interitum & perditionem. Saluator etiam in Euangelio protestatur: Quam difficile, qui pecunias habent, intrabunt in Regnum cælorum. Et de nudo: Facilius, inquit, est camelum transire per foramen acus, quam diuitem intrare in Regnum cælorum. Quæ verba intelligenda

sunt de diuite, qui diuitias amat immoderate, nec eas ad spiritalem ac debitum ordinem. Hinc auaritia nuncupatur superfluis diuitiarum temporalium appetitus, hoc est, de rebus terrenis plus quærere aut optare, quam vtilis aut necessaria sunt ad virtuosè viuendum, ad profectum virtuosum spiritalemque finem. Sed vnus pluribus eget quam alius secundum qualitatem sui status seu nobilitatis ac sobolis. Cumque his pensatis competentiam habuerit homo, debet esse contentus, seque ad spiritualia magis cōuertere, nec propter mundi honore & gloriam thesaurizare. Quod si aliqua reponere velit, ordinet illa ad finem honestum: melius verò est, ut iuxta Christi doctrinam, quod superest, id est, necessitati seu vtilitati suæ personæ & eorum quibus ipse habet prouidere, superfluit, prælet in elemosinam. Præterea attendendum, quod negotiatio multum implicat & inuoluit animum solitudinibus & inquietudinibus seculi huius, timore, suspitione, distractione: propter quod clericis & spiritualibus prohibetur. Idcirco prorsus consulendum est satis habentibus de rebus terrenis, ut negotiatione relicta, ad vitam virtuosam & quietam se conferant, & ad solitudinem spiritualem, ut semper ac summè solliciti sint de animarum suarum salute, illam negotiationem exercendo, de qua Christus dixit in Euangelio: Negotiamini dum venio. Debemus nanque donis nobis à Deo collatis fructuose atque salubriter uti ad honorem & gloriam Dei, qui vnique certa & propria dedit talenta, de quibus exigit & spiritualem vsuram, hoc est, lucrum & emolumentum meritorium: ad quod designandum maledixit arbori, in qua non reperit fructum. Postremò, negotiatoribus frequenter contingunt grauias ac diuersa pericula, damna, inuasiones, lesiones & mortes in terris & super aquas, in quibus incomparabiliter plus pauendum est periculum animarum ex peccatis officio eorum adiunctis, quam periculum corporum. NEGOTIAT. Intelligo quod respondes & consulis. Veruntamen in negotiationibus nostris detinemur alleciti magnis lucris & prosperitatibus, solatijs & commodis, quæ interdum celeriter, abundanter, immo & improuise nobis contingunt. RELIGIOSVS. Nunc ergo dic mihi, quid vides: veni, & ascendamus turrim sublimem, ex qua eminens per terrarum spatia mariumque fluentia conspiciamus: ut inde, quid negotiatoribus accidat, speculemur.

De sal.

Eccle. 1.

Stultus in scripturis qui.

Ipsi. 6.
Matt. 5.

Sep. 19.

Tim. 6.

Mat. 10.

Prove. 11.

De fallaci et uana prosperitate negotiatorum.
Articulus VI.

NEGOTIATOR.



Cce in arcis turri hęc stamus: video per aquas maris nauem grandem, fortem, mercibus multis diuitijsq; onustam, ornamentis varijs decoratam ac splendidam, victualibus ritè prouisam: cerno in ea inflitores quàm plures pretiose indutos, vultibusq; hilares ex foris & nundinis venientes cum maximis lucris, epulantes iucundè, cantantes suauiter, diuersisq; musicis instrumētis sonantes. Contemplor cœlum serenum, aërem moderatè quietum, ventum ad libitum sibilantè, aquas delectabiliter claras, & omnia nauigantibus arridere. Quid ad hęc habitatio & coarctatio tua in clauitro, propria libertate priuata, solatijs destituta, quæ quid aliud est quàm mortificatio quotidiana? RELIG. Sustine me paululum & indicabo tibi quod verum est. Dic itaq; mihi, quid vides paulisper post hęc? NEGOT. Cerno cœlum repentè ac improuisè nubibus operiri, tanquàm si rex extracta sibi purpura sacco protinus induatur: aërem video vaporib; ac nebulis obscurari, ac si homo iocundus tristitijs obrutur: audio ventum validum insonare, tempestatem horridam imminere, aquarum gurgites ex fundo erumpere, fluctus insurgere, vndas in altum leuari, nauem hinc inde iactari, nautas & nauigantes hinc inde discurrere, omnes vehementissimè video cõturbatos, terrore repletos, pallore & mortifor mi apparatu perulsos merces suas & pretiosa quæcunq; ex nauī in aquas proijciunt. Sed vt intueor, heu nihil proficiūt: nauis fluctib; operitur, euertit; & en euersi merguntur: & ego illa inspiciendo præ horrore & cõpensione quasi deficio, & penè expiro. Heu quid in cõsideratè laudauī? quid vanitate cæcatus reputauī? O quantam prosperitatè, quanta calamitas est secuta! & nũc cum Salomone exclaimare compellor: Vanitas vanitatũ & omnia vanitas. RELIG. Quid ad illam aduersitatè, conturbationem, terrorem, oppressionem, monachorum in clauitro pœnitentia, castigatio corporis spontanea, exercitatio virtuosã, labor salubris, abstinentia, ieiunium, vigilia quoq; nocturnã, quibus adiunctæ sunt pax cordis, tranquillitas mentis, consolatio spiritalis, conscientia bona, contemplatio supernorum, degustatio ac prælatio dulcis futurorum bonorum, & inchoatio nobilis venturæ atque æternæ felicitatis? NEGOT. Quàmuis nos negotiatores

hęc spiritalia ignoremus, attamen in hora illa tantæ aduersitatis beatos se reputassent, si cum monachis consedisent in clauitris. RELIGIOSVS. Forsitan libeter promississent religionem se ingressuros, si simul sic potuissent euadere. NEGOTIATOR. Spero omninè quodd mercatores & alij in tanto periculo constituti, præsertim dum se cernunt mox morituros, pœniteant, & saluentur. RELIG. Hoc piè potes considerare. Veruntamen pœnitentia talium communiter magis procedit ex seruili timore tam imminētis interitus, quàm æternæ damnationis, quàm ex zelo iustitiæ ac Dei amore & vera contritione, quæ sine charitate non potest haberi, immo vt asserit Augustinus, Rarè veraciter pœnitent in extremis, qui tempore sanitatis renuerunt conuerti. De hoc quoque secundo libro Machabæorum euidentis recitatur exemplum de Antiocho rege gentili, qui sentiens re propter suam superbiam, blasphemiam atque tyrannidem à Deo Israël grauissimè esse plagatum, valdè de suis criminibus doluit: immo promissit se legem Iudæorum assumpturum, omnia sancta loca illorum visitaturum, templum Dei maximis honoraturum muneribus, & ipsos Iudæos sublimaturum in omnibus: non tamen profuit ei ad gratiam & salutem, quoniam legitur ibidem: Orauit Dominũ sceleratus, à quo non erat misericordiam cõsecuturus. Sic & de Esau scriptis Apostolus: Non inuenit pœnitentię locum, quamquàm cum lachrymis inquisisset eum. NEGOT. Hęc & similia possent nobis secularibus hominibus desperationem incutere: & vbi est quod nobis toties prædicatur: In quacunque hora ingemuerit peccator, pro suis peccatis, omnium iniquitatum eius non amplius recordabor? RELIGIOSVS. Diuina scriptura animarum nostrarum est medicina, & in diuersis locis sanctorum librorum occurrit & medetur varijs hominum erroribus & peccatis. Aliqui autem inordinatè & excessiuè confidunt in misericordia Dei, peccando in spe, nec sua deserentes peccata: Ideo ad reprimendum illorum præsumptuosam fidutiam, scripta sunt ex libro Machabæorum & Epistolâ Pauli allegauī: quæ vtique vera sunt, quoniam non ex charitate & vera contritione, sed seruili timore iniqui illi pœnituerunt. Porro quod obiecisti, quodd Dominus ait, in libro Ezechielis Propheta scriptum est, ne quis desperet, estque intelligendum de gemitu procedente ex cordiali contritione. NEGOTIATOR. Contra hoc esse videtur

DE IVSTO PRETIO RERVM DIALOGVS.

videatur quod audisse me recolo: Videntes impij turbabuntur in timore terribili, dicentes inter se & pœnitentiam agentes, & præangustia spiritus gementes. RELIGIOS. Hoc in libro Sapientiæ scriptum est ex persona defunctorum, pro tempore futuri iudicij & statu infernalis supplicij. Sic nanque præmittitur ibi: Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt. NEGOTIATOR. Ergo damnati pœnitent aliquo modo, immo & præangustia spiritus gemunt de malis suis. Sed contra hoc apparet quod sanctus Martinus dixit Diabolo: Si te ô miser, pœniteret malorum tuorum, ego de misericordia Dei confusus, tibi veniam pollicerer. Præterea, si post vitam hanc non potest quisquam iniquus veniam consequi, quomodo verum est quodd beatus Papa Gregorius legitur Traianum imperatorem gentilem ab in feris liberasse? RELIG. Iam non vt negotiator, sed vt Theologus loqueris: Breuiter igitur tibi respondebo, quodd damnati ita sunt obstinati, quodd de suis scelerib; nullatenus pœnitēt, inquantũ scelera sua fuerunt & sunt Dei omnipotentis in honoratiua & offensiuã, sed vt eis sunt tantæ miseris causa: talisq; pœnitentia non oritur ex zelo iustitiæ ac diuina dilectione, sed ex proprio & priuato amore, ideo non est Deo accepta. Denique, nullus per diffinitiuam sententiam condemnatus, potest vntquam liberari ab inferis, præsertim de lege communi: verum Deus omnipotens & æternus super omnem est legem. Itaque qui in mortalibus obierunt peccatis, & tamen sanctorum virorum meritis & precibus liberati leguntur, non fuerunt per diffinitiuam sententiam condemnati, immo Deus summus & gloriosus præscijs futurorum, suspendit ac distulit illorum iudiciale sententiam: NEGOT. De his placet mihi occurrunt, sed prætermitto: quia vt tetigisti, forum meum transcendunt. Adhuc tamen aliquid de prosperitate infortuniorum loqui debeat. Etenim quàmuis vt patuit modò, periculosum sit valdè per aquas negotiationi insistere, attamen non ita in terris. RELIG. Iam ergo circumspece campos, rura & syluas, respondeq; mihi quid videas.

Quodd sicut in aquis, ita in terris periculosum sit occupari. Articulus VII.

NEGOTIATOR.



Ideo in aurora cœlum rosea luce perfundi, solem oriri, terrã virefcere ac florere, negotiatores adnatos cum ingenti exultatione

procedere, de suis infortunijs, lucris diuitijsq; conserre, & de mox futuris proliũ suarum connubijs pertractare: nec potes negare magnam hanc esse prosperitatem, præsertim cum hęc desint præacta pericula maris. RELIG. Non sumus in iudicando præcipientes, sed maturi & circumspecti. Nescis quodd in libro Iudicum legitur accidisse Gaal viro potenti & adiutoribus eius, qui elucescente aurora urbem egressi, mox obuios habuerunt fortiores se atroces ac celeres hostes. Nunc ergo dic mihi, quid cernis? NEGOT. Cerno cuneos armatorum, armatos atque robustos raptos, prædones, equites, venientibus mercatoribus obuiare, & in modũ coronæ eos circundare, arcus tendere, gladios euaginare, & super mercatores repentè crudeliterq; irruere. Porro mercatores conspicio vehementer turbatos ac terrores hinc inde diffugere, nec posse effugere, sed capi, spoliari, separari ab inuicem, lædi, & vix posse euadere mortem, in super & grauiter executionari. Heu quid incircumspectè laudauī. RELIG. Sed quia præinducta damna, pericula & aduersa nec semper nec omnibus mercatoribus accidunt, ponamus quodd eis nulla in officijs suis prædictarum contingat aduersitatum, quid tunc tibi de tuis inflitoribus sentiendum videbitur? NEGOT. Viderentur mihi inflitores optimum & prosperantissimum esse hominum genus, qui & seipos & sobolem suam copiose ditarent, ac per hoc ad honores seculi huius aut officia dignitatis & ad matrimonia promouerent sublimiora, & in super communitatibus valdè essent proficui, à remotis partibus adducendo quæ in suis territorijs non habent, & pluribus necessaria seu valdè vitilia esse noscuntur. RELIG. Quid dixit bonus ille Tobias minor ad Saram virtuosam coniugè suam? Filij, inquit, sanctorũ sumus, ita coniungi, conuersari, sentire non debemus, sicut gentes incredulæ. Non igitur in iudicando assequamur humanã & mundanã prudentiam: quia vt ait scriptura: Prudentia carnis, mors est: Sapientia quoque huius mundi inimica est Deo. Sed Christi sapientiam ac doctrinam sectemur, quemadmodũ tenemur, exemplo Pauli, qui factus: Nos non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritũ qui ex Deo est: Carnalis quippe homo non sapit ea quæ sunt Dei. NEGOT. Quid ergo secundũ Christianæ legis sapientiam respondendum & iudicandum est in his RELIG. Totam percurrendo scripturam, nihil periculosius inuenit, quàm in hac vita ad libitũ prosperari, impunè peccare: Cum enim

enim in multis offenderimus Deum, nec peccata queant manere inulta, qui in presenti seculo non castigatur paterna pietate à Deo, quid aliud imminet ei in futuro, nisi æterna dånatio? Deus etenim testatus est: Ego quos amo, arguo & castigo. In libro quoq; Iudith asseritur: Omnes qui deo placuerunt, per multas tentationes & tribulationes transferunt fideles: sicq; & sanctus affirmat Apostolus: Omnes qui volũt in Christo piè viuere, persecutionem patientur. Atque in Psalmo de reprobis loquitur Deus: Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis. Præterea communiter inuenimur, quod homines cæteris ditiores ac pluribus præsidentes, pluribus & enormioribus inuoluuntur sceleribus. Certumque est, quod honores, prælationes, præsentias affectare, procurare, & per vanam cõplacentiam possidere, Diabolicæ ambitionis est & prorsus damnabile, propter quod dixit beatissimus Papa Gregorius: Toties Deum meũ præire desidero, quoties hominibus præesse exopto. Et denuo: Quem modò delectat hominum iudicem esse, non delectabit in die iudicii Iudicem Deum videre: Itemq;: Vnusquisque præsidens toties ad apostasie crimẽ dilabitur, quoties præsidere hominibus delectatur. Ex his quid aliud sequitur, nisi quod parentes posteris suis tãtò maiores occasione, plures materias, periculosiora incitamentã peccandi ac pereundi præparant ac relinquunt, quantò eis abundantiores diuitias thesaurizant. Hinc frequenter contingit, quod tales parentes eorumque posteris se inuicem in inferno vehementissimè odiunt & infestant. Postremò, in vita præsentis hac non est aliquid purè & essentialiter malum: quamuis ergo infortiorum officio aliquid boni cõmunitati que vile sit annexum, ex hoc tamẽ mala eorum non excusantur.

De peccatis negotiatorum officio communiter magis annexis. Articulus VIII.

RELIGIOSVS.

Negotiatio ex rationabilibus causis est instituta, & pro cõmuni utilitate inuenta: sed sicut ceteris bonis mala miscentur, & sicut in ipsis officijs prælatorum ac iudicum & prædicentium varia ac enormia scelera adiunguntur, ita & negotiatorum contractibus, quæ sunt pernitiõsa mendacia, quæ ex suo genere sunt peccata mortalia, quoniam ex cupiditate nascuntur, & ad deceptionem damni ficationemque proximi ordinantur: unde

vanæ iurationes ac impię peierationes, quæ sunt abominanda facinora, quæ qui committunt, ostendunt se ab omni timore atq; amore Dei ac proximi, à vera quoque iustitia esse penitus alienos: qui & animas suas pro denaro habent venales, ac nummum præferunt Deo & veritati: Idcirco comparantur idololatris, suntque peiores gentilibus. Insuper admiscuntur mercatorum officio fraudes, doli in verbis & factis, in simulationibus, signis & nutibus: contra quos sanctus loquitur Esaias: Fraudulenti vasa pessima sunt. Et beatus David in Psalmo: Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus. Et Malachias Propheta: Maledictus dolosus. Graues quoque ac multiplices iniquitates, & iniustitię multæ in stateris, mensuris, ponderibus, in quibus omnibus cõsistit mortale peccatum, præsertim dum sunt assidue, & in cõsuetudinem abhorrendam vertuntur. Ideo vt Moses ac Salomon protestantur: Hęc omnia abominatur Altissimus, & ad restitutionem ac satisfactionem tenentur, qui his & consimilibus modis proximis suos defraudant; maximè qui scienter & ex proposito aut industria agunt hæc. Hinc in valde periculoso sunt statu, & stultissimè agunt ita peccando, quoniam nunquam possunt absolui nec communicare, nisi prius restituant quantum valent. Attendant hæc qui pannos suos in obscurioribus vendunt locis, in quibus eorum color & valor minus possunt discerni: qui satui mercatores, ostendunt se esse filios tenebrarum ac socios principum inferorum: & ecce omnia mala hæc ex infelicissima auaritia originantur. Idcirco in Ecclesiastico scriptum est: Auaro nihil scelestius: nihil est iniquius quam amare pecuniam: Auarus enim animam suam habet venalem. Postremò negotiatores, qui sæpè diũ absentes sunt à domibus & vxoribus suis, seipfos & illas magnis exponunt incontinentiæ adulterijque periculis, vt facile est pensare: vnde & mulier adultera in libro Prouerborum Salomonis fertur dixisse adultero: Veni, & inebriemur vberibus, & fruamur cupidinis amplexibus. Nõ enim est vir in domo sua, abijt via longissima, sacculum pecuniæ tulit secũ, in die plenę lunæ reuerfus est. O quam infelix mercatio, cui tot scelera sunt admixta, & pro lucro terreno perdit homo gratiam & salutem, pretiosa animæ bona, ac incidit tot peccata atque æterna tormenta. **NEGO.** Verè infensata mercatio & commutatio deplangenda. Horum demum intelligentiam mihi largitur non tam inuisa sapietia, quam stimulata conscientia. Quid enim excusare

Esai. 55
Psalm. 9

Malach.

Leuit. 26
Prouerba 9

Eccl. 10.

Prouer. 9

negare uero volo, quod in me & ex me discio, ac verum esse cogitose? Præterea quia exemplum fortius mouent quàm verba, precor vt etiam de negotiatoribus aliqua gesta bona & exemplaria recites, ex quibus ædificer & quæ sequan.

Recitatio laudabilium exemplorum ex gestis negotiatorum. Articulus IX.

RELIGIOSVS.

Nvllus est status Ecclesiæ tã corruptus ac vitiosus, quin in eo sint aliqui boni, electi seu virtuosi: Idcirco de nullo est desperandum. Hinc in primolib. Vita patrũ gloriosus refert hieronymus, quod inter sanctos Patres eremitas & anachoretas fuit vir nominatissimus vitæ angelicæ Abbas Paphnutius, qui quodam die Dominum exorauit, vt sibi reuelare dignaretur cui similis esset in terra, & cum quo præmiandus esset in celo: moxque astitit angelus Dei, dicens, cum negotiatore veniente ad te: Exi igitur citò, & perge obuiam illi. Egressus autem Paphnutius, vidit negotiatorem ab Alexandria venientem ad se, deferentem mercimonia viginti milliũ solidorum, portantemq; decem saccos leguminum ad monasteriũ S. Paphnutij. Cui dixit Paphnutius: Quid tibi o electissima anima & pretiosissima margarita cum terrenis diuitijs, qui de sorte & numero es sanctorũ, & ad consortium pertines angelorum? Relinque terrena terrenis, & efficere negotiatore Regni celestis. Ac ille corde compunctus, protinus acquieuit, & seruis suis præcepit, vt cuncta quæ erant in manibus suis, erogarent pauperibus, ipse verò secutus est sanctum Paphnutium, qui collocauit negotiatorem illum in cella, & docuit eum eremiticam vitam, quam ille in cella & eremo strenuè & indefesse exercuit, atque post paucos annos perductus est ab Angelis sanctis in regnum cælorum. Insuper legitur in vita gloriosi Hieronymi, quemadmodum quodam die sedente S. Hieronymo & legente fratribus quibus præfuit, subito introijt leo rugiens: & ostendit hieronymo pedem suum, spina ac sentibus grauitè læsum: quam mox extraxit Hieronymus, & leo sanatus, deinceps mansit ibidem tanq; mitissimus agnus: cui iniunxit Hieronymus, vt asinum monasterij soliti ligna asferre, custodiret pascuam in sylua, quod leo obedièter impleuit. Sed quadam die leone grauitè dormiente, mercatores ibi cum camelis oleum portantibus transeuntes, asinũ rapuerunt. Post ali-

quantum verò tempus redeuntes cum asinò & camelis, obuium habuerunt leonem: qui terribiliter rugiens, compulit camelos ante se ire ad claustrum: sequentes autem mercatores veniam à Hieronymo petierunt, prostrati in terram, & supplicantes, vt mediam partẽ totius olei dignaretur accipere: quod quasi compulsus sanctus vir fecit: mercatores quoq; promiserunt singulis annis tantundem olei mittere claustro, quod fideliter & liberaliter adimpleret, magnam à Deo sunt gratiam consecuti. Præterea legitur, qd in cõnobio quodam multi sancti & deuotissimi religiosi cohabitantes, quodam tempore grandem victualium sustinuerunt inopiã. Tunc in oppido quodam Dominus in visione nocturna apparuit cuidam mercatori ditissimo, sed avaro, quiescenti in lecto, districtè præcipiens ei, ac dicens: Tu hic iaces in molli strato, & serui mei fideles fame periclitantur in claustro. Surge, & necessaria mitte eis velociter. Qui expergefactus ac territus, coepit cogitare de apparitione & iustione sibi peractis, & suspicabat ne forsitan esset illusio somnialis, & distulit adimplere quod sibi fuerat iustum. Sequenti nocte Dominus iterum ei apparuit, eius inobedientiam increpans vehementer, terribiliterq; comminans, quod nisi protinus obediret, ipse cum tota sua periret substantia. Qui valde perterritus, manè con surgens, cõsuluit suos amicos ac propinquos quid esset factururus, præsertim quia nesciuit vbi religiofi, de quibus præceptum habuit, morarentur, nec audebat differre diuitijs. Itaq; de illorum consilio misit quadraginta (si benè recordor) camelos victualibus abundanter onustos, ligatis in collis ipsorum nolis, ac sine ductore dimisit eos abire cum ingenti solitudine & magno timore. Porro cameli recto itinere intrauerunt desertum, angeloq; ductore venerunt ad claustrum religiosorũ illorum, qui ex sono nolarum audito, cognito camelorum aduentu, deposuerunt allata cibaria: deinde lotis pedibus camolorum, & eisdem camelis copiose refectis, impoferunt dorsis eorum mediam omnium quæ attulerant partem, & permiserunt reuerti, & eodem quo venerant, itinere sunt reuersi. Quarum redditum negotiator ille cũ suis amicis interim expectauit, quamuis spẽ modicam de ipsorum habuerat redditu. Cognito autem redditu camolorum, & viã vrbantate religiosorum, qui omnium medietatem remiserat, gauisus est maxime, atq; deinceps quolibet anno quàm diu vixit, tantum de victualibus misit illis, quantum re-

Kkkk tinuerant

tinuerant sibi. Deus verò non solum gratiã magnam, sed & temporalium opum affluentiam solito copiosiorẽ negotiatori illi concessit. NEGOT. Satisfecisti meã petitioni: & sicut excitat exemplis intelligo, per misericordiã opera religionis deuotẽ regulari terẽ; viuẽtib; exhibita possunt diuites gratiam Dei præcipuẽ promereri. RELIG. Per eleemosynas etiam alijs pauperibus dadas, potest hoc fieri: specialiter tamen acceptum est Deo benefacere religionis egẽtib; sermocinantibus vel orantibus die ac nocte ac celebrantibus assiduẽ pro benefactoribus suis: Quoniam in Ecclesiastico scriptũ est: Benefac iusto, & inuenies retributionẽ magnam, etsi non ab ipso, certẽ à Domino. Præterea, vt amplius accendaris ad hæc opera pietatis ac misericordiã, breuiter tibi pando, quia vt sancti Patres & præclari Doctores Ecclesię Hieronymus, Augustinus ac alij concorditer protestantur, primitias, oblationes & decimas fideliter soluere, cultum Dei augere, claustra construere, in quibus regularis obseruantia viget, seu cõtribuere & cooperari ad hoc, eleemosynas liberaliter erogare, quatuor præmijs remunerantur à Deo: primum est prolongatio vitæ præsentis, & hoc iustẽ: nam qui sustentant vitã ministrantium Deo; merentur à Deo diutius conseruari in vita. Secundum est maior prosperitas in hac vita: Etenim qui de temporalibus rebus diuinitus sibi concessis liberaliter conuidunt Deo, id est, Dei ministris, merentur etiam temporalium affluentiam rerum ab eo: Quia vt ait Saluator: Habenti dabitur, id est, qui gratus est Creatori de his quæ sibi concessit, conferetur à Deo exuberanter. Tertium, opulencia spiritalis, videlicet collatio gratiæ ac virtutum operumq; bonorum. Quartum est beatitudo & gloria æternalis, & quod participes sunt omnium bonorũ quæ fiunt à seruis Dei, quibus beneficia & eleemosynas suas impẽdunt. NEG. Si institutores opulenti & ceteri Christiani ista cognoscerẽt & pensarent, puto quod ad præfata pietatis & misericordiã opera confisterent prouiores.

Consultatio negotiatoris. Ara
ticulus X.

Magnam in me nunc sentio cordis fluctuationem & fortem quẽdam agonem, in quibus sano & sapienti consilio vehementer indigeo: quia reuerã ex introductis intelligo, immo in meipso experior fallacias huius

mundi, inquietudinem & sollicitudinem negotiatorũ, & sentio verum esse quod disse-ruit Augustinus, quã ipsa diuitiã iam acquisitã atq; possessã, maioribus laboribus, timoribus, curis & inquietationibus cordis sunt plenã, quã fuerunt labores & sollicitudines quibus sunt acquisitã: & quicquid sit de alijs, quicquid ceteris videatur, ego aut non aut vix video, quomodo possim in hoc statu, in officio isto saluari. Quod si iuxta præhabita restituere teneor omnia fraudulenter & iniustẽ adẽpta, pauca (vt æstimo) retinebo. Amplius, satis mihi apparet, quod vita religionis multo quietior, securior, salubriorq; consistat quã conuersatio secularis, præsertim negotiatoria. Hinc (vt verum fateor) ad religionis regressum afficior & inclinor: veruntamen multa me retrahũt inde acerrẽt, videlicet rigor conuersationis illius, nocturnæ vigiliã, abstinentia, disciplina, ieiunium & solita libertatis priuatio. Inter hæc fluctuo, & quid agendum sit mihi, ignoro: verũ vt suspicor, protinus mihi cõsulturus es religionis ingressum, & forsitan eius quam tu intrasti atq; professus es: quod ne consulas rogo, quia nec solitudinem valeo ferre, nec esu carniũ queo care-re: cilicij quoq; asperitas, qualitati corporis mei non conuenit.

Responsio religiosi ad ista. Ara
ticulus XI.

RELIGIOSVS.

Nimis delicatus & tener es miles, nec penfas quid dixit apostolus: 1. Tim. 2. Non coronatur, nisi qui legitime certauerit. Et quare nõ recordaris, quot & quantos labores, angustias, timores, pericula, afflictiones, curas & tribulationes in hoc consueto tuo tolerasti officio, pro vili, incerto, temporaliq; lucro? Præterea si tantæ es teneritudinis, vt hunc breuẽ ac modicum penitentia laborẽ nequeas sustinere, quomodo post huius breuissimã vitæ curriculum sustinebis purgatorij pœnas, ne dicã inferni supplicia, in quibus sola desperatio euadẽdi, seu certitudo in illas perpetuẽ permanẽdi, ceteras omnes quæ tibi sunt, sensibiles pœnas excedit, horribilius premit, dolorosius torquet? O si de peccatis tuis veram haberes contritiõẽ, & quanta tibi pro eis debentur imminentq; supplicia, dignẽ attẽderes, profectò hæc omnia tibi modica viderentur atq; facilia. O vtinã sapiens & intelligeres ac nouissima prouideres. Si, inquam, saporose cognosceres, quã magna & gloriosa

gloriosa res, quã pretiosissima & inestimabilis merces, quã summa & deformis nobilitas, quã æterna, secura & superdulcissima felicitas sit, verum, omnipotentem, supergloriosissimum Deum in seipso clarẽ & immediatẽ conspicerẽ, & eius infinitam pulchritudinem in seipsolympidẽ contem-plari, ac eius immensa dulcedine ad libitum frui, ac super sanctissimã Trinitatis gloriã, omnemq; mutuam dilectionem ac complacentiam contueri: quã promptissimẽ cuncta terrena despiceres, omnemq; penitentia satisfactiõem ac rigorem subires. Sed quia adhuc spiritaliter es pusillus, & spiritales cõsolationes nondum expertus, pides informandus, benignẽ fouendus, patienterq; tolerandus. Et nunc quoniam queris consiliũ, quod est inquisitio de agendis, & dicis te ignorare quid potius eliges, quid aliud tibi possum consilium, nisi quod virtus omnipotens & sapientia æternalis Dei patris, Dominus noster Iesus Christus in Euangelio legitur diuiti iuueni consuluisse: Si vis, inquit, perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da ea pauperibus, & veniens, sequere me. Vnde & iterũ dixit: Nisi quis renũtauerit omnibus quæ possidet, nõ potest meus esse discipulus. In his & alijs quibusdã Christi consilijs, fundantur omnium tria substantialia vota religionis. Deniq; præactus diues iuuenis sciscitabatur à Christo: Magister bone, quid faciendo vitam æternam possidebo? Cui Christus respondit: Præcepta nostri: Si vis intrare ad vitam, serua mandata. Cui cum iuuenis respondisset, Hæc omnia seruaui à iuuentute mea. Et sicut Marcus refert Euangelista: Christus intuitus illum, dilexit eum, nihilominus illi consuluit cuncta relinquere, perfectionisq; viam assumere: quãtò magis ego tibi, peccatis atq; periculis negotiatorum implicito, consilium habeo relinquere omnia ista in quibus peristi, enatare de fluuii in quo submersus es, excurrere de igne in quo combustus es, erigere te de profundo lacu in quo obrutus es, exire de reti ac laqueis inimici, in quibus captus fuisti, & ad crucifixum confugere? Tu ergo viam perfectionis amplectere, sacram religionem ingredi, vt in caelis sit cõuersatio tua, & in terris vitã ducas angelicã. Nõ sis corde diuisus, partim adhærens Deo, partimq; seculo, sed toto & integro corde tuo adhæreas Creatori, vt amplius non sis sollicitus quẽ sunt mundi, sed quæ Dei, qualiter ei indefinenter cõplaceas, & animam tuã ei mundam, seruentem, & de die in diem magis placentem exhibeas & conserues. Offer

illi te totũ ac totaliter in holocaustũ, qui pro te obtulit semetipsum Patri oblationem & hostiam in sancta suauitatis odorem. Iacta cogitatum tuum in Domino, & spera in deo tuo semper, per cuius gratiam omnia potest, per cuius charitatem omnia quæ contrahunt te ac perterrent, dulcescent. Per cuius illuminationem salubriter considerabis ac cernes, in quantis fuisti periculis, in quantis bonorum operum omissionibus atque malorum commissionibus, sicq; misericordissimo Deo præcordialissimas gratias ages, qui tam diu tibi pepercit. Et quoniam his qui Deo grati sunt, synceriter de collatis charismatibus gratiarũ dantur maiora, fons gratiæ dona gratiæ suẽ augebit atq; perficiet in te, sicque incipies sapere quã dulcis est Dominus, quã bonus Deus Israel his qui recto sunt corde, quã bonus, pius & liberalis sit Dominus sperantibus in se, animã ipsam quærenti: Et ita cum Propheta cum gustu psalles interno, deuotissimẽ dicens Altissimõ: Quã magna multitudo dulcedinis tuã Domine, quã abscondisti timentibus te?

Responsio negotiatoris. Ara
ticulus XII.



Confortasti me pater, quia locutus es ad cor serui tui, iamq; ex verbis tuis me sentio iam qualiter corde mutatum ac inflammatũ, & seculum fastidire: sed precor te, noli me immoderatis promissionibus fallere ac blãdimentis allicere: Non enim mentitur qui dixit: Quã arcta via & angusta porta quæ ducit ad vitam: nec alter, qui fateatur ac loquitur Deo: Propter verba labiorum tuorũ ego custodiui vias duras. nec illi, in quorum persona idem deprompsit ac cecinit Deo: Quoniam propter te mortifimur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis. Itemque: Transiuimus per ignem & aquam. Nõne Apostolus Paulus testatus est, quoniam supra modum grauati sumus supra vires, ita vt tæderet nos viuere. Nõne vides quã multi religionem ingressi, in anno probationis egrediuntur nõnulli quoq; professi paulatim deficiunt viribus: quidam virtutibus, à primo seruiore deficientes: nec dubito mihi posse contingere, quod accidit proximis meis. In his me plenius instrue, ne manũ mittens ad aratrum, & paulò post retrò aspiciens, ineptior fiam regno Dei, quã antea fui, & plures scandalizentur in me, sacram quoque religionem quodammodo dehonestem.

Confortatio atque instructio negotiatoris. Artic. XIII. RELIGIOSVS.

Pudentium est, prouidē agere, ordinatē procedere, & quæ possunt contingere, ponderare. Veruntamen aliter agendum est in causis & rebus ciuilibus negotijsq; humanis, in quibus homines proprijs viribus innituntur, quamuis sub prouidentia dei: & aliter in causis atque negotijs supernaturalibus ac diuinis, in quibus innitendum est maximē auxilio gratiæ & gratiosis effectibus pietatis diuinæ, adhibita tamen diligentia propria & cooperatione humana, iuxta quod loquitur Augustinus: Qui creauit te sine te, nō iustificabit te sine te. Itaq; in his, quæ directē pertinent ad animarum salutem ac Euangelicorū præceptorum & consiliorum adimplentiē, docet nos sacra scriptura in Deo plenē cōsiderē, atq; auxilijs gratiæ eius semper inniti. Deniq; in scripturis diuersimodē loquitur Deus secundum diuersos status, gradus, dispositionesq; hominum, immo de eodē homine loquitur varijs modis secundū varios hominis status, profectus & qualitates. Deus quoq; in suis electis diuersimodē operatur, nunc eos pijsimē præueniendo per gratiā, & dulciter consolando ac valdē accendēdo, nunc tales effectus suæ gratiæ subtrahendo ad tempus, & exercendo per aduersā ac varia tentamenta, vt probet ipsorum fidelitatem atq; constātiā, sicq; in spiritalibus rebus ac prælijs fiant experti & apti consule re proximis suis. Iuxta hanc varietatem operationis Spiritus sancti & visitatiōis diuinæ, etiam ego iā diuersimodē sum locutus, nec aliquid tibi dixi, nisi quod in scripturis veritatis habetur, & in documentis continetur sanctorum. Nixi quod nō coronatur nisi qui legitimē certauerit: sed & spiritalem prosperitatem, gratiæ opem, spiritalem profectum, consolationem internam tibi promisi, quantum est ex parte infinitæ benignitatis & misericordiæ Dei, præsupposita tamen cooperatione ac diligentia tua, quæ etiam sunt dona Dei & gratiæ gratis datæ: interdum quoq; sunt effectus gratiæ gratum faciētis. Et quia nonnulli in principio suæ conuersionis feruentes ac diligentes, ac gratiæ Dei strenuē cooperantes, paulatim in sancta religione tepescunt, negligentesq; fiunt, & in actibus bonis remissi vel etiam nimis indiscreti: idcirco in claustris & congregationibus deuotis deficiunt aut debilitantur in sensu & capite, vel exeunt tentationibus victi. Porro de te piē ac probabiliter cōsidō in Domino,

quod sicut in seculo secularis, prudens ac diligens in tuo fuisti officio, ita in claustro effectus & spiritaliter sapiēs atq; sollicitus in Deitatis obsequio, in conspectu diuino, immo & pro hoc ipso Dñm exorares, qui te libenter exaudiret tam salubriter exorantē. Taliter igitur te habente inuenires, sentires & in teipso feliciter experireris vera esse omnia quæ tibi modō spopōdi, immo & multō maiora, quemadmodum Dñs ac Saluator admo-
Matth. 23
nuit & addixit: Venite, inquiens, ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suauē est, & onus meum leue. Cōfide ergo in Christo, & firmite crede promissionibus eius, & sequere eum, qui exhortatur: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suā quotidie, & sequatur me. Quod si feceris, verificabitur utiq; in te quod expressit à postolus: Si compatimur, & conglorificabimur. Si socij sumus tribulationis, erimus & socij gloriae. Si compati-
2. Cor. 13
mur, & conglorificabimur. Si socij gloriae, & exultatiōis. Præterea denuō loquitur: Benedictus Deus & pater Dñi nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Hinc & sanctus vir David dixit ad Deum in Psalmo: Secundum multitudinem dolorum meorū in corde meo, consolationes tuæ lætificauerūt animam meā. Oportet ergo electos Dei in claustris interdum aliquid sustinere, & tentamēta perferre, vniuersaliter reluctari ac præuolare: Claustrum nāque est schola virtutum, in quo necesse est sanctam humilitatē ac dei timorem pro fundamento discere ac habere: superiori ac seniori magistro libenter obtemperare, & nihil abscondere: sicq; implere quod in Ecclesiastico scriptum est: Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in timore, & præpara animam tuam ad tentationem: qui enim non est tentatus, quid scit? nec dubites verum esse quod ait apostolus: Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum. Et breuiter, quod in claustro diligentior fueris, & custoditior ac timorator coram Deo, eō plūs cresces in sanctissimo Dei amore & saluberrimō dono sapientiæ salutaris, per quod cōtēplaberis cœlestia & diuina, spiritalia ac æterna, in omni cresces charissimē, virtute ac dono Spiritus sancti, erisq; amantissimus Dei, habitās cōfidenter. NEG. Verē & copiosē iā adimplesti quod te rogauit: sed, vt video, oportet laborare ac sustinere, abne-

abnegare quoque & vincere semetipsum, ac fieri Christi ac vicarij eius discipulū in schola virtutum: quod quamuis difficile sit naturæ humanæ ex se, attamen (vt affirmas & credo) per charitatem & gratiam Dei, & per exercitationem & assuetudinem, per diligentem quoq; considerationem nouissimorum, facile fit & iucundum. Præterea confortatus his tuis rationabilibus, sapientissimis ac saluberrimis documentis, promissis & exhortationibus, maximē verō inspiratione, compunctione, cōsolatione & inflammatione quibusdam interioribus ac secretis, quibus me sentio aliquid subitō alteratum ac fortiter immutatum, paratus sum religionem intrare etiam quamcunque consulis, immo & tuam: quippe qui tam carnaliter vixi, atq; in carnalibus tam vehementer peccaui, quod non solum dignus sum decetero ab esu carniū abstinere, cilicioque vestiri ac confricari, sed etiam maxime forinsecus perstrepenste, intus loqui in mente tua, & sua vnctiōe dulcissima te docere: Ipse est, in cuius manu est cor omne humanū, & quodcunq; voluerit vertit illud. Qui omnem gratiæ obicem potest auferre, immo & vbi abundauit iniquitas, facit cum vult, gratiam abundare. Postremō, quia assuetus es

societatibus seculi, vt illas & omnia quæ sunt mundi, celerius ac salubrius valeas obliuisci, consulo tibi, quod & consultius reputaui mihi metipso, hoc est, sanctum ordinem Carthusiensium ingredi: quod si feceris, & iuxta præacta te rexeris, immo regi permiseris, experieris quemadmodum in eorum statutis habetur, feruorem orationum, excessus contemplationum, abundantiam lachrymarum sanctarum, conscientiæ puritatem, vitæ quietē, reuelationumq; gratiam nulla re magis posse iuuari, conseruari ac perfici, quam solitaria mansione, solitudine atq; silentio. Fac ergo quod in Euangelio Christus deprompsit: Simile est Regnum cœlorum, id est, opus seu negotium, quod in Ecclesia agitur militanti, homini negotiatori, quærenti bonas margaritas: inuenta autem vna pretiosa margarita, dedit omnia sua, & comparauit eam. Iam equidem pretiosissimā margaritam, id est, sanctam & Euangelicam conuersionem, solitariam mansiōnem inuenisti, in qua verē est requies spiritaliter opulenta, tabernaculumq; fidutiæ, vbi in silentio & spe fortitudo est virtuosæ ac religiosæ personæ, quæ illic sedens leuabit se super se. NEGOT. Gratias ago Altissimo & tibi fideli eius ministro, iuxta quem cupio commorari, & tua directione in omnibus adiuuari. RELIG. Ad laudem & gloriam Omnipotentis hoc fiat, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

Dialogi inter religiosum & mercatorem, de iusto pretio rerum, finis.

D. DIONYSII CARTHYSIANI IESV ET PVERI DIALOGVS.

IESVS.



Complexans Iesus paruulos, imposuit manus super illos, & benedicebat eos. In his uerbis, o puer, o bonæ indolis fili, diligensq; scholaris, Euangelicæ tibi pandit historia, quam uehementer atq; præcipue diligam pueros puritate ornatos, pueros innocentes, studiosos ac dociles, non in scientijs tantum, sed in uirtutibus quoq; quotidie proficientes. Nempe quid corporalis ille complexus signauit, nisi diuinum ac spiritalem amorem, quo talium mentes amplector, stringo, deosculor, ac intimē unio mihi. Nec enim ambigere debes, quin pueros ac paruulos illos, quos brachijs amplexabar, facialiter etiam fuerim osculatus. Insuper quod illorum capitibus imposui manus, id designauit, quod talium sum proteclor, roburq; supernæ uirtutis eorū cordibus desuper mitto, gratiose

tioſe infundo, affectuoſe communico, immo deliciae meae ſunt eſſe cum huiſcemodi filijs hominum. Nec opineris me minus libenter eſſe in medio talium puerorum, quam in medio angelorū ſanctorū. Etenim angeli ſancti ſine reſiſtentia & labore, ſine difficultate, impugnatione, periculo ac timore mihi intenti ſunt, me gaudioſe inſpiciunt, meq; feliciter perfruuntur cum ſecuritate aeterna & contentione plenaria. Porro hi pueri aetate moribus transcendentibus cum ingēti labore, cum frequenti pauore, cum tentationū periculo, ſcientiae incremento, uirtutū profectui uacant, ſub uirga conſiſtunt, diſciplinā ſuſcipiūt, quatenus tempore opportuno ad Deitatis obſequia, ad uitam religioſam, ad deuotae fraternitatis conuictiō ſint aptiores. Meritū igitur in ipsis delector, eorum ſtudijs cōdelector, inter ipſos libenter delicioſeq; commoror. Nonne pius parens, benigna mater tenellis filiſolis magis afficitur, plūs condolet, diligentius prouidet, dulciusq; blanditur? Sic ego & pueris iſtis. De quibus olim per Eſaiam praeſixi. Ecce ego & pueri mei. Praeterea uolo ō pueri, ut unus e uobis in perſona omnium ueſtrū in ſua ſimplicitate ac innocentia mihi cōfidenter loquatur, mentis ſuae deſideria & conceptus corā me ſynceriter fateatur, quatenus ad omniū ueſtrū informationē ei reſpondeam. Ego quippe per Salomonē teſtatus ſum: Cum ſimplicibus ſermocinatio mea. Et itidem per Pſalmiſtā: Innocentes & reſti adbaſerunt mihi. Et quemadmodum oblatos mihi paruulos benedixi, ita & uobis benedicere ſum paratus. Verum benedictio mea, chariſmatū eſt diuinorum collatio & multiplicatio eorundem.

Qualiter puer ſcholaris mentem ſuam coram Domino Ieſu Chriſto effundat. Articulus I.



Quam dulciter Domine ac Saluator, allocutus es nos pueros, paruulos & puſillos, paruā ſcientiae, uirtutis permodicā. Quomodo autem alloqui te auderem, qualiter te interrogare praesumerem, niſi tu ipſe iſtud iuberet noſq; tam dignanter tibi alliceret, ac tuū ad noſtram paritatem amorem praecipuum tam euidenter ac ſpecialiter demonſtraret? Itaque quia ad frequentandum ad locum hunc à noſtris ſumus parentibus deſtinati, precor imprimis doceri, qualiter copioſius itemq; compendioſius proficere omni die poterimus. I E S V S. Scio & cerno, quia puer ingenioſus es tu, & ſortitus es animam bonam, hinc tibi hilariter reſpondebo: idq; proreſtor rectē dixiſſe Platonem, Anima quiſcēdo ſit prudēs. Cui concordat quod in Eccleſiaſtico legitur: Qui minoratur actu, percipiet ſapientiam. Tu ergo ſi compendioſe proficere cupis, ab exterioribus occupationibus non neceſſarijs neq; uilibus abſtine, ab indecentibus ludis, iocis, ſcurrilibus & truiſis quieſce. Cumq; lux

P V E R. gratiae naturale lumen ingenij irradiet, perficiat & confortet, ad hoc primò atque potentiſimè ſatage, ut mens tua luce gratiae decoſetur, ſicq; à ſpiritu ſancto in cunctis iuari ac dirigi mereatur. Ad quod imprimis requiritur, ut ab omni mortali caueas culpa: hinc praua fugē conſortia, ſtudioſum & exemplarem habeto conſocium, lectiones tuas ſilenter ac diligenter aduerte, auditas reſume cum ſocio, reuolue in animo, memoriae imprime, & quod non intelligis, ab intelligentioribus ſciſcitare, loquacitatem quoque ac otioſitatem proſus deuita, in omni reſeſtione ſobrius eſto, tempus tuum fruſtuoſe expende, correptionem & correctionem gratanter amplectere: ſicq; imple iſtud quod in eccleſiaſtico ſcriptum eſt: Auris bona cum omni concupiſcentia audiet ſapientiam. Nec ita intentus ſis ſtudio, ut non certis & congruis horis, orationibus ac laudibus Dei inſiſtas, immo ad Omnipotentis cultū, laudem & gloriam uiuere ſum ſtudiū tuū reſeras, ſapē ordines, oreſq; deuotē frequenter, neq; vllatenus negligas Creatoris tui implere praecēpta. Eccleſiaſticē mandatis obtēpera, alioqui peccares mortaliter

liter, ac ſtudiū tui amitteres fruſtuum. etenim ingratum & inacceptum eſt ſpiritu ſancto quicquid ei obtuleris, neglecto eo ad quod teneris. P V E R. Quis ō Domine ac Saluator, in pueritia, in adoleſcentia ſua, poterit omnia iſta implere inter tot iuuenes, vagos indomitosque ſcholares, qui & eos irridēt, qui ſe ab eorum ſocietate elongat? I E S V S. Nequaquam exiſtmes me alicui impoſſibilia praecipſſe, aut impoſſibile quid à quocumq; exigere. Deniq; gratiae opem, charitatis feruorem, deuotionisq; ſpiritum, quibus omninò iuſta implentur faciliat ac iucundē, omnibus praebeo, cunctis quātum in me eſt, dare paratus exiſto. Veruntamen fateor prauam, laſciam, indomitam ſocietatem periculoſiſſimam eſſe, vehementer nocere, pluri mos quoque ad adoleſcentiae uitia miſerabiliter damnabiliterq; pertrahere. Verum nē & tu tale quid patiaris, ſalubre tibi praesto conſilium, ſicut & ſuprà iam retigi: Praua, iniquiens, fuge cōſortia, ſtudioſum, caſtum ac ſobrium habeto conſocium, cuius anima ſit ſecundum animam tuam. Praeterea in hac vrbe ubi frequentas, congregatio eſt deuoterum virorum, qui charitati uē atq; concorditer commentantur, non immeritò fratres ac clerici appellantur, qui inſtigabili charitate pueros frequentantes ſalubriter exhortantur, ad uirtutes trahere molitūtur, ad mūdi contemptum, ad ſanctae religionis ingreſſum inducere nituntur: hos te aſiduē uoloinuiſere, ipſorum uti conſilij, ac quieteſcere monitis, obtemperare doctriſis. Nempe & ipſi congregationes habent ſcholarium, ipſorum directioni ſubiectas, quarum aliqua ingredi non omittas, ſi periculoſa abhorres conſortia, ſi exemplarem ac ſtudioſam ſocietatem affectas. Non enim minus confert ac prodeſt ſocietas uirtuoſa. P V E R. Plenē ac ſaluberrimē ō Domine, reſpōdiſti. Attamen graue mihi adhuc eſt, innatam libertatē inſtar illorum relinquere, charam ſocietatem deſerere, habitūq; ferre abiectū, ac diſſimiliter alijs ire uelitu, immo & ſociorū patere deſerui, ac tandē relictis parentela ac patria, congregationem aut monaſteriu introire, prout fratres iſti hortantur ſcholares.

Exhortatio Ieſu Chriſti ad mundi contemptum ac conuerſationem deuotam. Artic. II.

I E S V S.



Undum attendis chariſſime fili, quam praclarum donum, quam praecipuum bonum ſit innocentia ipſa, incorruptio carnis, inte-

gritas mentis, puritas Baptiſmalis: quae omnia in ſeculo remanendo, & inter laſcivientes iuuenes commorando, celeriter perdes? Certē, ut ait ſcriptura: Omnis ponderatio *Eccle. 28.* non eſt digna animae continentis. Incurratio quoque facit eſſe proximum Deo. Porro in maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Ipſa demum aſſuefactio bona, exercitatio uirtuoſa in pueritia inchoata, artificiat hominem ad uitam deuotam in iuuentute ac ſenio, quemadmodum & uita uirtuoſa in pueritiae annis incepta, hominem efficit inceptiorem ad conuerſationem timoratam in progreſſiore aetate ac ſeneſtute, quemadmodum Salomon eſt locutus: Adoleſcens iuxta uiam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea. Et conſonat illud:

Quod noua teſta capit, inueterata ſapit. Conſuetudo naq; ſeu habitus ad ſibi conſimiles trahit actus. Vtiliſſimū ergo ſaluberrimūq; conſiſtit, in pueritia ſtudere uirtutibus, libertatem frenare, mentem deo ſubiectam tenere, nec huic ſeculo conformari: P V E R. Quid eſt ergo quod dicitur:

Angelicus iuuenis ſenibus ſatanizat in annis. Itemque: Qui non eſt expertus, pauca recognoſcit. I E S V S. Verſiculus ille iure uiteratur, immo falſus oſtenditur, ſi uoluerit ſeu regulariter intelligatur, quamuis interdum ita contingat. Frequenter tamen accidere fateor, quod iuuenes egregiae indolis, & quantum ad naturalia ſuo modo angelici, qui in pueritia non ſatagunt dona naturae in ſe perficere per munera gratiae & exercitationem uirtutum, quantum diutius uiuunt, tanto uicioſiores atque carnaliores redduntur, eod quod ingenitae dei beneficijs abutuntur, & quod per naturalia amplius placēt mundiſis hominibus, eod plūs ad uitia alliciuntur ab illis. Deniq; ſcientia, ſicut & experientia, multiplex eſt. Et ſicut bonū eſt, in bonis eſſe expertum: ſic prauum eſt, per efficientiam prauitatis expertum eſſe in malis. Iuuenibus quoque & ſenibus ingens conſiſtit legitia, in pueritia & adoleſcentia non pueriliter, carnaliter & inaniter, ſed mature, deuotē, ſpiritualiterque uixiſſe. Praeterea adoleſcenti ſlorem Creatoris obſequio dedicare, mercedē cum ſacraſſimo Iohāne Baptiſta mereatur, ac inter ſanctos thronum ſortitur. In ſuper, non perperdis q̄ grandis ſupernaturalisq; dignitas in baptiſmo ſit tibi cōceſſa, in quo ſine dubio factus es adoptiuus filius dei, inno-

centiae uelſte amicitus, ſupernaturalib⁹ gratiae Chariſmatibus decoratus. Ibi quippe ex dei bonitate, meritis Saluatoris inſuſa ſunt

animæ tuæ gratia gratum faciens, virtutes Theologica, septem dona Spiritus sancti, ac cæteræ virtutes gratiæ charitati annexæ: itaque inibi facta est anima tua Dei Creatoris sui sponsa, filia & amica. Nunquid parum est, præstantissima dona hæc peccando amittere, ac mundi amore & propriæ libertatis affectione tam graue detrimentum incurere, amissæque adoptiua Dei filiatione, gratia & amore, Diaboli fieri seruum, membrum ac filium? Intuere pro viribus, quanta sit inter hæc differentia atque distantia, quàm magna sit vtilitas animæ peccatrici, quàm fœda sit seruitus ista Dæmonis & peccati, seruire Dæmonibus & peccatis. P V E R. Parce & condescende, dō nō, exiguū tibi intelligētīe meę. Quāuis em̄ verba iā introducta plenē capere ac penetrare nō valeā, tamē (ni fallor) aliquantulū ea intelligo, atque ex ipsis nō me diocriter moueor, & instigor cūctā pueritię & adolescentiæ vitia abhorre, nec minū virtutum quàm sciētiarum incrementis studeſe, deuotiorūque fratrum hortamenta scētari, iuniorum etiā fratrum scholarium contubernio sociari. Vt autem ad ista validiū incaleſcam, precor, dō Domine, vt sapientialia ac deuotiſſima verba, quę nunc tetigisti magis quàm expreſſiſti, digneris clariū prosequi, ac diffusius pertractare. I E S V S. Ego qui exterius loquor ad excitandum, interius vngo ac moueo ad consentiendum, & nunc quod piē postulas adimplebo, vt fortius accendaris, ac in salubri proposito roboreris.

De varijs motiuis, quibus inducendi sunt scholares, præsertim pueri adhuc innocentes, ad diligentem profectum scientiæ ac virtutum, ad conuersionem quoque perfectam. Articulus III.

I E S V S.



Ræcedenti articulo multa iam tetigi tibi motiua, ad detestandum ac euitandum seculi vanitates, in timoratorum sodalium prauitates, atque ad arripiendum spiritalis conuersionis exordia, ac deuotiorum scholarium studiosorumque puerorum confortia. Primum est, ne pretioſæ innocentie donum, baptismatis gratiam, irrecuperabilem virginitatem, ac supernaturalia Charismata gratiæ gratum facientis, Theologicarum cæterarumque virtutum infusarum, atque donorum Spiritus sancti tibi in baptismate præſtorū amittas. Per hæc etenim anima tua ineffabiliter decoratur, angelicis mentibus conformatur, ad promerendum vitæ æternam ido-

nea redditur, sole & cunctis planetis atque syderibus cœli pulchrior splendidiorque efficitur, & tuipse quasi Angelus Dei consistis, quandiu in istis permaneris supernaturalibus ornamentis. P V E R. Vnde hoc innotescit, quod tam diuina præclaræque gratiæ munera in baptismatis fonte donantur? Præterea, vt in scholis iam didici, dona Spiritus sancti sunt, sapientia, scientia, intellectus, consilium, fortitudo, pietas, timor. Si ergo sapientia & scientia animę meę in Baptismo infusæ sunt, quid necesse est mihi pro eis adipiscendis studere? Rursus quid prodest animę dona ista conferri ante vsum rationis, antequam eis vti valeat, & quicquam mereris? I E S V S. Pueres, & pueriliter quæris veruntamen non adeo pueriliter, quin ex interrogationibus istis pateſcat bonitas tui ingenij, capacitasque eiusdem. Hinc tibi respondeo, quod infantuli in Baptismo ab originali purgantur peccato, & de filijs iræ, filij gratiæ efficiuntur, ac in statu ponuntur salutis. Vnde si ante adultam decedant ætatem, conſestim ſaluantur: quæ omnia certum est sine præfatis charismatibus gratiæ fieri non valere. Propter quod infantes non baptizati, excluduntur à regno, & in deputato sibi ponuntur lympo, pœnam dāni, hoc est, beatificæ visionis carentiam ſuſtinentes. Hinc demum ante adultam ætatem rationisque vsum, his supernaturalibus donis indigent pueri. Porro sapientia & scientia, quæ in Baptismate infunduntur, à ſapientia naturali & scientia acquisita ſcholastica realiter diſtinguntur, & in his hac reſponſione breuiloqua esto contentus, quia materia pro nunc tuum transcendit ingenium, atque à principali abducit proposito. P V E R. Quoniam pueriliter interrogauī, plus ſciſcitari non audeo: ne hoc mihi, vt ſciſcō, nocebit, præſertim quia & me non interrogante, tu Domine nihilominus noſti, quid expediat mihi audire. I E S V S. Hoc planē non pueriliter, ſed ſapienter eſſaris: nec abſolute prohibeo tibi loqui & quærere, ſed vt modèſtiam diſcas ac ſerues, perſuadeo. P V E R. Si tanta eſt innocentium puerorum opulentia ac ornatus in ſupernaturalibus donis, & ſi tantum eis periculum imminet ex peccato, mirum, quod à ſuis parentibus ac magiſtris non diligentius, frequentius ac ſerioſius inſtruuntur, auſantur & cuſtodiantur ne peccent, & ne peccando tam maxima incurrant patianturque damna. I E S V S. Prudēter hoc iocueris, & meritō admiraris: nam & parentes ac magiſtri ad hoc tenentur. Sed qui ſeipſos non cuſtodiant, nec ſpiritaliter, ſed carnaliter

maliter diligunt ſe & ſuos: aut temporalia lucra potiùs quàm ſpiritalia quærunt emolumenta: quid mirum ſi pueros taliter negligunt in formare, auſare & cuſtodire? Immo hoc potiùs de multis parentibus eſt mirandum, ac vehementer deſendum, quod ſobolem ſuam adhuc vix compotē rationis, enutriunt non vti que in diſciplina & timore Domini, ſed potiùs in peſſima libertate, & antequàm pueri ſciant quid exiſtit ſuperbia, docent eos ſuperbiam. P V E R. Nunc cætera, dō Domine, ſi placet, proſequere. I E S V S. Secundum motiuum ad iſtud induciuum, aſſerui eſſe, quod ipſa aſſuefactio ad virtutes in pueritia cœpta, deinde per totam vitam atque in ſenio efficit hominem ad exercitia virtuſa, ac ſpiritale proſectum magis idoneum. Quemadmodū enim difficile eſt conſuetudine relinquere, ita perſaſimè eſt ea continuare: ſicque de virtute in virtutem cōſcendere, ac tandem perfectiōnis fatigium adipiſci. Virtutes quippe ex ſua natura ſuaues ſunt, & earum exercitijs occupari & inhære naturaliter delectabile extat. Difficultas verò, quæ in earum exercitatione ſentitur, ex humana corruptione paſſionumque vehementia oritur. Hinc pueri, cæteris paribus, ad omne bonum ſunt magis apti, conuertibiliore, ſpiritalis quoque proſectus capaciores, ac poſtmodum minùs tentantur, ſaltem tentatione quæ eſt ab intra, quamuis interdū Deo ſi permittente, forniſecus à Dæmonibus grauius impugnentur. Hinc maximè expedit, vt pueri in ſua pueritia conuertantur, virtutum exercitijs aſſueſcant, atque in ſancta deuotione enutrientur. Tertiuū motiuum ad hoc inducens, eſſe diſſerui, ne à ſumma ſupernaturalique dignitate ad viliffimā corruas ſœditatem, ad ignobiliffimam ſeruitutem, ad æternæ perditionis cladem ac foueam. Nempe, vt dixi, per ſupernaturalia dona tibi in baptiſmate impartita, facta eſt anima tua ſui Creatoris Saluatorisque filia, ſponſa, amica & hæres: quę omnia peccando mortaliter non ſolum amittit, ſed in ſuper prædicta viliffima iſtis cōtraria promeretur ac recipit. Etenim peccando mortaliter ſi diaboli ſponſa, ſeu magis adultera, proles ac ſocia, dei inimica, Creatori odibilis, & omni beneficio eius indigna, intantum vt homo ſi peccans, proſus indignus ſit pane quo veſcitur, & omni obſequio creaturæ, indignus terrā calcare, aërem respirare, & omni beſtia vilior: immo vt Ariſtoteles quoque teſtatur eſt, omni bruto decies millies peior: ſicque æterna felicitate iuſtè priuatur, ac in ſuper infernalibus incendijs ac tormentis in perpetuū

traditur, immergitur, cruciatur. P V E R. Iſta, mi Domine, vehementer me terrent, valenter compungunt, & ad obtemperandū ſalutaribus hortamentis valdè inſtant, immo in admirationem conuertunt, quod aliquis hæc perpendens audeat peccare. Præterea ſi homo per vnum peccatū mortale perdit tot bona, incurrit tot mala, quid imminet eis, qui peccatis peccata adiiciunt, ac multis mortalibus quotidie inquinantur? I E S V S. Ne ergo & tibi ſic accidat, non tardes cōuertī ad Dominū. P V E R. Ecce mi Domine, mundū intendo relinquere, religionem intrare, aut inter fratres deuotos tibi ſeruire. Verū nec ſcientia, nec ætate, nec corporis robore ad hoc adhuc aptus cōſiſto. Interim ergo intendo ad vniuerſale ſtudium pergere, Philoſophiæ operam dare, in naturalibus ſcientijs diligenter proficere, potiſſimè, quoniam (vt audiui) ſine huiuſcemodi eruditione ſacram intelligere ſcripturam non potero. In ſuper aliqui dicunt, quod ſcholaris ſcholis à ſuis parentibus mancipatus, ſuis lectionibus potiùs quàm diuinis obſequijs debet intendere, alioqui eſſet culpabilis. I E S V S. Ad hæc ſequenti articulo plenariè reſpondebo.

An conſulendum ſit puero iam deuoto, & in particularibus ſcholis competenter inſtructo, ad vniuerſale ſtudium proſiciſci. Artic. IIII.

I E S V S.



Vniuerſalia ſtudia, quę & vniuerſitates vocantur, rationabiliter atque pro multis vtilibus ac neceſſarijs cauſis ſunt inſtituta: ſuntque veluti oculi quidam in corpore myſtico militantis Eccleſiæ, quorum eſt erroribus contra fidem reſiſtere. Et ſi in eis ſic viueretur, ſicut requiritur ad ſalutem: & ſtatuta eis præfixa obſeruentur ab ipſis, minùs periculum eſſet pueris deuotis & caſtis ſtare in illis: Verum ſicut in alijs Eccleſiæ ſtatibus, gradibus ac ordinibus multiplex ac deſcenda viget & regnat deformitas ac ruina, ita in vniuerſitatibus illis, ita vt non mediocriter periculolum ſit pueris caſtis ac deuotis, illis ſe ſociare. Heu quàm miſerabiliter atque cecleriter ſupplantantur, ſeducuntur, inquinantur ibidem. Si itaque puer in particularibus ſcholis factus ſit congruus, conſultius, tutius, ſalubrius ei cenſetur, religio nem aut deuotam fraternitatis congregacionem intrare, quàm deſiderio maioris ſcientiæ id diſſerre & vniuerſitatem accedere. Nempe ſi in congregacione ſeu claſtro ſtudioſus capaxque fuerit, mentis quoque puritati ac inſolenti virtutum incremento dignus

dum deserere, parentes & propinquos relinquere, religionem intrare, quam sub specie boni periculosus suggestioibus prebere assensum. Ad idem te moueat, inflamet, perducit mei ipsius exemplum, quoniam a regalibus sedibus descendi in mundum, de sinu patris descendi in uterum virginis. Et cum omnium Dominus essem, elegi in maxima paupertate ac summa humilitate, in omni obedientiali subiectione & abiectione atque multiplici persecutione conuersari in seculo isto, ab utero matris usque ad patibulum crucis. In omnibus quoque; elegi quod carni molestius est. Omnem item sensualem & carnalem affectionem docui extirpandam: & in his innumerabilia millia sanctorum religiosorum per Euangelicorum obseruantiam consiliorum mea sunt imitati vestigia, immo usque; in presens multi adolescentes nobiles, locupletes ac docti, intuitu mei vitam religiosam arripiunt, spretosque seculo, regnum mercantur celorum breui compendio, atque in breuissimo vite huius curriculo promerentur ac adipiscuntur beatitudinem sempiternam. Aduerte quod in vita sancti Pachumij de electo ac deuoto fertur Theodoro puero: Theodorus adolescens quatuordecim sepe annorum, claris ac diuitibus oriundus parentibus, cernens in quadam solennitate domum suam amplam valde & splendidam, cunctis opibus abundantem, compunctus corde, intra se dixit: Quid tibi proderit infelix Theodore, si totum mundum lucratus fueris, & temporalibus vtens usquequaque diuitijs, ab illis eternis & immortalibus bonis in perpetuum excludaris? Nullus enim potest presentibus diuitijs ac delicijs perfrui, & perennis gloriæ premia promereri. Super his ergo fortiter ingemiscens, procidit in faciem, cum lachrymis orans: Omnipotens Deus, tu scis quod nihil seculi huius tuo amori prepono, in tua ergo voluntate me obsecro dirige, & miseram animam meam illumina, ne in æternam mortem contenebrata peccatis obdormiat, sed redempta munere tuo, per omnia te collaudet, veneretur & glorificet. Audi præterea quod vir sanctus Episcopus martyr illultri, speciosissimo ac opulentissimo adolescenti Astio ni differuit: Veni mihi nate, & respice ea quæ in hoc mundo videntur, quoniam transitoria sunt: ea verò quæ Deus præparauit seruitoribus suis, manent in sempiternum. Denique pater tuus iste visibilis & carnalis, non est verus pater, sed Deus omnipotens verus est pater tuus, mater verò tua est sancta Ecclesia. Huius igitur matris vbera suge, eius admonitionibus acquiesce: sed & verum pa-

trum nostrum audi dicentem: Exi de terra tua & cognatione tua, & veni in terram quam monstrauero tibi, in terram viuentium, in regionem sanctorum. PVER. Tot & tantis persuasionibus admonitus & conuictus, merito acquiescere debeo, & in spe misericordiæ tuæ spiritalem militiam assumere nunc propono. Verum quia infirmus atque instabilis est animus adolescentis, deprecor à te, in hoc ipso proposito roborari, & qualiter tentationibus Diaboli, carnis ac mundi resistere interim debeam, informari. IESVS. Pia est ista petitio ac salubris affectio, quibus satisfacere volo.

Confirmatio salubris propositi.
Articulus VI.

I E S V S.



onsidera diuersitates retributionum ac finium hominum electorum ac reproborum, & de hoc edificare atque in bono te figere debet exemplum, quod in Vita patrum narratur de quadam deuotissima virgine, quæ in filiali ac sancto Dei timore valde profecerat. Cuius cum parentes fuissent defuncti, cepit cogitare in seculo suo, cuius potissimè vitam vellet imitari, patris sui aut matris, quorum vita fuit prorsus dissimilis. Si quidem pater eius erat vir bonus & simplex, pecora sua pascens, assiduus infirmitatibus pressus, in quibus & patiens fuit, Deo subiectus & gratias agens. Porro mater ipsius garula fuit, comestationibus & potationibus vacans, coniugalemque fidem transgrediens, ac in omnibus his continua sanitate ac prosperitate exultans. Marito autem suo defuncto, vitijs carnis sine freno exposuit se. Cuique illa taliter cogitaret, & matrem suam sequi quasi desideraret, apparuit ei pater suus quasi indignans, duxitque eam in spiritu ad amoenissima loca sanctorum, deinde ad loca terribissima damnatorum, in quibus conspexit matrem suam velut de infernali fornace erumpere & exire, in medio quoque sulphurei ignis aestuantissimi; incendij cruciari. Quæ, visa filia sua, miserabilissimè exclamauit: Miserere mei o filia mea, recordare nunc qualiter in utero meo nouem mensibus te gestauit, recale quomodo proprijs meis vberibus te lactauit, vide quantam cremationem, calamitatem & afflictionem pro delectationibus meis breuib; & obscænis recipio. Extende o filia, manum tuam, & extrahede his pœnis. His auditis & visis, virgo illa redijt ad se, & compuncta ac terribiter vehementer,

Gen. 11.

Luc. 16.

10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32.

2. reg. 18.

ter, rigorosam deinceps ac deuotissimam duxit vitam. Denique si istud non satis te moueat, moueat & compugnet te validè quod in Euangelio recitauit de Lazaro hulceroso ac diuite epulone, perpende qualiter anima Lazari mox vt de corpore egressa, ab angelis in sinum Abrahamæ sit portata, diuitijs verò anima fernalibus flammis sit tradita. Vide quanta sit inter remunerationes istas diuersitas. Intuere quomodo dissolutum sit cor damnati, cor quoque saluati. O vtinam sapere & intelligeres, quanta amarissima & pressura, quanta desolatio, quam amarissima desperatio, quam pœnalissimus timor, mœror ac dolor impleant, penetrent, æternaliterque possideant reprobos ac damnatos, quam inæstimabiliter affliguntur sulphurei ignis ardore. Veruntamen non tantum affliguntur, nec postmodum in resumptis corporibus affliguntur ipso infernali calore ac frigore, quantum ex sua desperatione cruciatur in mente, certi quod in tot ac tantis tormētis sine omni spe veniæ æternaliter tenebuntur. Hoc premit ac deprimit, angustat, corrodit, dilaniat, & inex cogitabiliter grauatur, transfigit, excruciat mentes miserimorum illorum, ita quod vellent se prorsus non esse, & in nihilum redigi posse. Hinc Dauid Rex Patriarcha & Propheta, filium suum Absalonem sciens in grauissimis expirasse peccatis, acerbissimis quoque deputatum inferni supplicijs, amarissimè desleuit eundem, dicendo: Absalon fili mi, fili mi Absalon. Quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te Absalon fili mi, fili mi Absalon? Contemplan re quam intolerabile tibi esset vna die, immo vel vna hora corpore nudo iacere in medio ardentissimi clibani. Quomodo ergo poteris sustinere ardorem & pœnas Purgatorij multis diebus aut annis, præsertim inferni, sine sine durationis, & absque spe liberationis, cum vtique non solum in istis sed Purgatorij quoque tormenta sua acerbitate excedant vniuersa huius vite supplicia, quauis immanissimas pœnas martyres sancti tolerasse leguntur? PVER. Hæc vehementer me terrent, cum & vno anno aut mense in molli lecto indefinenter iacere, mihi intolerabile videretur, & valde esset pœna le. IESVS. Quantum intolerabilius tibi esset, vno mense aut anno in medio venentissimorum ac monstruosissimorum animalium, basiliscorum, draconum, busonum nudum iacere, atque ab illis constringi, deo sculari, ac eorum spiritus inuolui? PVER. Sola horum imaginatio horrore me concutit. IESVS. Quomodo ergo ad illud genus vite te au-

des exponere, in quo vix vnus de centum, sine mortalibus versatur peccatis? PVER. Eligenda est via securior, & maximè miror, quod credentes ista tam patum ponderant ac formidant. IESVS. Excacat eos ipsorum malitia, potissimè consuetudo iniqua, quæ est velut grauissima moles superposita monumento, qua premitur anima, ita vt nec resurgat, neque respiret ad Deum. Etenim peccata quamuis ingentia & horrenda, tamen dum in consuetudinem conuertuntur, parua videntur aut nulla. Alia huius ratio est, longanimis expectatio pietatis diuine, vltionem culparum diu ac misericorditer differens, sicut & Salomon protestatur: Quia non cito profertur contra malos iudicium, absque vilo timore filij hominum perpetrant mala. Tertia ratio est, occupatio atque dispersio cordis multa & magna circa negotia alia. Quarta, spes seu magis præsumptio immoderata de misericordia Dei & de penitentia saltem in fine habenda, cum tamen de mille vix vnus in fine vera conuictione poeniteat, qui vsque tunc in vitijs mansit. Hos ergo reprehendit Apostolus, dicens: existimas o homo, qui impiè agis, quod tu effugies iudicij Dei? An diuitias bonitatis Dei, & patientiæ & longanimitatis eius contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Secundum duritiam verò tuam & impoenitens cor tuum, thesaurizas tibi iram in die iusti iudicij Dei. Quinta est, multitudo scandalosè ac vitiosè viuentium, qui insipientes ad consimilia trahunt, præsertim in exemplaris, praua & negligens prælatorum ac præfidentium vita, quemadmodum Hieremias locutus est: Quia stultè egerunt pastores, & Dominum non exquisierunt, ideo omnis grex eorum dissipatus est. Et hæc modo præcipua causa est huius tam miserabilissimæ ac damnabilissimæ ruinæ ac deformationis Ecclesiæ in omni penè statu, gradu ac ordine eius. Quod si in collegijs disciplinæ vigeret, & præfules & archidiaconi constiterent timorati, ac iuxta iuris tenorem visiterent presbyteros: non tam periculosum ac dissuadendum esset, canonicorum & curatorum assumere statum ac vitam. Denique, quantum quis copiosius illustratur à Spiritu sancto, tantò plus admiratur ac dolet, quod homines, qui sciunt se morituros, ac iudicandos à Deo, atque finaliter æternæ damnationi aut perpetuæ felicitati adiudicandos, tam intimore ac damnabiliter viuere audent. Propterea multi à morte rescusitati, & ipsas pœnas experti aut certè intuiti, super hoc ineffabiliter admirati fuerunt, ac deinceps

Eccles. 8.

Roma. 2.

hierem. 10.

rigorosissimam vitam duxerunt. Quidam verò huiusmodi pœnas in sola imaginaria visione intuiti, spiritaliterque perpessi, super hac intensissimè sunt mirati, & deinde in omni rigore ac iustitia cõuersati. PVER. Horum consideratio diligens formidinem incutit, & ad seruendum tibi, ad relinquendum mundum hunc nequam, ex timore inducit: sed quoniam sine charitate nil merito rium, nil Deo acceptum esse iam didici, precor te ò nomine, vt de his quoq; aliquid tan gas, quæ ad peragendum ista ex vera charitate excitant & instigant. I E S V S. Timor iste imperfectus quibus nondum mundus est mortuus, & suos adhuc sensualiter amant, imprimis valdè necessarius perhibetur. Porro, quia opposita iuxta se posita, euidentius innotescunt, superest vt tactis his, quæ ad finalem spectant retributionem prauorum, & ad æternam calamitatem ipsorum, aliquid tibi tangam de perpetua ac finali mercede & gloria iustorum & electorum. De quibus af firmo, quodd ipsorum beatitudo atq; iucunditas, magnitudine & multitudine inenarrabiliter excedit & vincit omnem calamitatem & afflictionem reproborum ac damnatorum. Deus nanque infinitè bonus & clemens, cuius miserationes sunt super omnia opera eius, supra condignum remunerat, & citra condignum punit ac damnat. Attende ergo pro posse & diligenter imaginare, quàm indicibiliter affligeris, si in ætuantissima fornace nudus iaceres, qualiter te hinc inde iactares, sicque ex opposito contemplare, quàm ingenti & inestimabili gaudio pleni sint beatissimi ciues paradisi cœlestis. Nec mirum, quoniam immediatè, clarè ac facili ter illum conspiciunt, illoque beatificè perfruuntur, qui essentialiter & incircumscrip tibiliter pulcher est & superpulcherrimus, ipsa pulchritudo perfectionaliter infinita, à cuius speciositate, amenitate & gloria omnis decor creatus deficit infinitè. Ipse item est interminabiliter suauis, & omni menti crea tæ conuenientissimus, cuius respectu omnis dulcedo creata est tanquàm punctum vel vt momentum, immo vt nihilum. Intuere pro viris, quàm deliciosum ac dulce, quàm beatum ac delectabile sit hoc superbeatissi mum obiectum in seipso clarè & immediatè conspiciere, atque ad libitum frui eodem. Et certè hoc essenziale est ac principale præ mium & gaudium omnium beatorum. Acci dentale verò præmium eorundem, consistit in clara cognitione, pura dilectione, ordina tissima quoque fruitione humanitatis filij dei, gloriosissimæ virginis matris eius ac om

nium beatorum, totiusque ordinis vniuersi. Nec debes ambigere, quin taliter intueri vnum seu etiam infimum ciuem regni cœlestis, omnia superet gaudia vitæ præsentis. De his in plurimis libris multa verè & catholice scripta inuenire ac legere poteris. Oquàm gloriosum & iucundissimum erit glorificato corpore beatificaq; anima in cœlo empyreo inter sanctos Dei securissimè commorari, Deum excelsum & gloriosum feruentissimè sine cessatione diligere, amorosissimè intra se stringere, deuotissimè collaudare. Certè non tantum excedit totum aquæ elementum minimam guttam, quântum gaudium illud excedit cuncta gaudia huius mundi. PVER. Nunc inflammatum est cor meum, & liquefacta est anima mea: fastidit mens mea vniuersa carnalia & terrena: sed & modò clarè aduerto & lymphidè cerno, quàm excacati, insensati ac miseri & prorsus miserrimi sint, qui amore temporalium rerum, carnalium deliciarum, transitoriorum honorum, tanta se priuant felicitate, ac infernalem sibi calamitatem mercantur. I E S V S. Oportet te purè & super omnia Deum diligere: ideo quamuis ob tantam miseriam euadendam, atque ob tantam beatitudinem promerendam debeas Deo seruire, principalissimè tamen id facere debes ex puro suæ infinitæ bonitatis amore, & ob suam dignitatem, sanctitatem ac honorabilitatem immensam, sicq; te ipsum & omnia tua, omne meritum ac præmium tuum finaliter referre ad deum. PVER. Firmiter nunc propono sic facere: sed quoniam puer sum & multis tentationibus ac impedimentis expositus, desidero cõtra ea muniri, & qualiter illis resistere debeam, edoceri.

Qualiter tentationibus sit resistendum.

Articulus VII.

I E S V S.

Tentationum remedij in diuersis codicibus plurima discere potes: sed quântum ad præsens tibi ac cõsimilibus tui sufficere potest, aliqua breuiter tangam. Ait quippe Apostolus Iacobus: Resiste diabolo, & iugiet à vobis. Oportet ergo Diabolo ac tentationibus reluctari: sed quomodo & per quæ, sciscitaris. Quocirca imprimis agnosce, nomine tentationis intelligi posse omnè inclinationem, suggestionem, instigationem ad peccandum, siue ab intrâ sit, putà à carne, siue à mundo, id est, à mundanis & iniquis hominibus, seu à mundi obiectis & cõcupiscibilibus rebus seculi huius, vt sunt diuitiæ, deliciæ & honores, exteriores ornatus

ornatus, iocii, ludi, conuiuia: siue ab immundis spiritibus, qui nos callidius tentant, acriter in desinentiusque impugnant, in tantum, vt dicat Apostolus: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, id est, nõ tantum nec principaliter est nobis cõsiliatus aduersus propriam carnem hominesq; carnales, sed contra spiritalia nequitiae in cœlestibus, hoc est, contra spiritalia & inuisibilia agmina atq; certamina Demonum in aëreo cœlo vagantium. Insuper nomine tentationis porell quæcunq; aduersitas, tribulatio, infirmitas, persecutio designari. Vnde Iacobus Apostolus: Omne gaudium existimate fratres, cum in varias tentationes incideritis. In quibus per patientiam vincit homo, omnia talia pro suis peccatis æquanimiter tolerando, Christi quoque passionem pensando, & se ei pro viribus conformando. Nunc autem de tentatione primo modo accepta sit potissimè sermo. Itaq; quodocunque & vbicunque senseris te tali tentatione pulsari, mox inuoca Deum & lauda eum, vt erue te dignetur, iuxta illud Psalmistæ: Laudans inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluus ero. Atque vt exaudiri merearis, humilia temetipsum, non confidens atque presumens de viribus tuis aut proprijs meritis, sed in misericordia, charitate & omnipotentia Dei, tota tua cõsistat fiducia: Nõ enim deserit bonus Deus sperantem in se, proq; per Hieremiam testatus est: Eruens liberabo te, & erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam. Debes quoq; quotidie, immo frequenter omni die, inuocare, laudare, honorare sacratissimam virginem Mariam dignissimam, & sanctum angelum tuum custodem. Secundum remedium est, diligenter attendere tua nouissima, hoc est, mortis acerbiter & pericula ei annexa, diuini quoq; distinctionem iudicij, amarissimas etiam inferni ac Purgatorij pœnas, ineffabilia item gaudia regni cœlestis. Horum attentata frequens cõsideratio, ab omni reuocat transgressione, ab illicito quoq; consensu in omni tentatione, quemadmodum scriptum est: In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Hæc ergo in omni tentatione aduerte, potissimè vt verearis peccare. Tertium remedium est, Dominicæ passionis recordatio amorosa: ideo dum tentaris, protinus diligerenter recogita, quæ, quanta, & qualia pro tua salute pertulerit Filius Dei, cuius saluificam passionem debes recolere ad compatiendum, ad imitandum, ad gratulandum, ad admirandum, ad inflammandum, ad re-

gratiandum, ad contemplandum: nec vllum est exercitium tibi magis proficuum ad extirpandum peccata, ad tentamenta vincenda, ad proficiendum in omni virtute, in mundi contemptu, & ad religionis ingressum, quàm taliter meditari passionem vnigeniti filij Dei. Quartum est, cõsideratio præsentiae maiestatis diuinæ. Certum est, quod pugiles ac milites in præsentia Regum suorum, æstuantiumque turbarum fortissimè suis aduersarijs reluctantur: quãtò magis tu, qui scis Deum omnipotentem vbique esse præsentem, & omnia clarissimè intuentem, debes te in omnibus coram eo reuerenter habere, timoratus consistere, aduersarijs tuæ salutis strenuè repugnare, & erubescere vinci ab eis. Quintum est, hostium tuorum qualitatem & intentionem perpendere. Hostes quippe inuisibiles animæ tuæ, crudelissimi fraudulentissimi que consistunt, nec aliud quærunt, intendunt aut machinantur, nisi te à Deo tuo omninò auertere, charismatibus gratiæ eius priuare, vulneribus vitiorum perfodere, teque cum ipsis æternè damnationi inuoluere. Si ergo hæc nosci, nõne stultissimus es & penitus insensatus, quod tam pessimorum persuasionibus hostium credis & acquiescis? Idcirco dum tentari te sentis, dum in te impia susurrria experiris, dic Tætatori: Vade miser, scio quid quæras, quid intendas, quid machineris. Si abhorre rem progredi cum latrone ad syluam, quantum libet blandiretur & prospera polliceretur, ne me corporaliter trucidaret: quãtò magis debeo abhorre tibi cõsensum præbere, qui mihi desideras æternæ damnationis infligere mortem? Sextum est, exitum tentationis pensare, vtputà quantum damnium incurrat homo tentationi consentiendo: quàm multa quoque & maxima bona adipiscatur, tentationibus viriliter resistendo ac præualendo: quia per hoc efficitur miles & pugil Dei, inclytus triumphator, dignus in cœlo æternaliter coronari, immo & alios sustentare & confortare, summoq; Iudici in throno gloriæ cõsiderare, sicut in Apocalypsi promissum: Qui vicerit, faciam illum columnam in templo meo. Itemque: Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno eius. Multa his consimilia possem tibi proponere contra tentationes remedia: verum hæc tibi in hac ætate istoque statu arbitror posse sufficere. Postremò, quia adhuc in adolescentiæ flore atque inter scho lares in seculo conuersaris, oportet te contra Venereorum deceptiones & laqueos spe

III.

V.

VI.

VII.

Apoc. 3. Ibidem.

1 pte. 6.

1 iacob. 1.

Tentationis remedia se. ptem.

1 psalm. 17.

1 iere. 38.

Secundum remedium.

1 iacob. 7.

1 psalm. 71. Cant. 6.

1 deut. 6. 1 matt. 22. 1 marc. 12. 1 luc. 10.

1 iacob. 4.

1 psalm. 144.

cialiter esse munitum, custoditum ac prouidum, nec solum à Dæmonum incitamentis, sed à prauorum puerorum seductionibus præcauere, occisiones talium vitiorum vitare, praua cõfortia, lasciuia colloquia, amplexus & oscula, & quicquid prauocatiuum est concupiscentiæ malæ, fugere te oportet, Deū quoque ac beatissimam virginem quotidie inuocare pro præseruatione à tanta ruina. PVER. His remedijs & medelis, hac custodia & cautela vti propono, & tuam pietatem ijs præcordijs rogo, vt indefinenter gratiosè mihi a sũstere ac subuenire digneris ad implendum hæc omnia. Inueni quoniam protestatus es pueros bonos specialiter te amare, huius rei causam discere cupio.

De laudabilibus moribus puerorum, et cur specialiter diliguntur à Deo.

Articulus VIII.

I E S V S.

Sapient. 11



Illigit Deus vniuersa quæ condidit, & nihil odit eorum quæ fecit, præsertim intellectualem & rationalem naturam æternæ felicitatis capacem, quam & in damnatis diligit & conseruat, quantum ad id, quod substantialiter est atque ab ipso habet. Hinc sæpius in Prophetis plebs incredula & iniqua, nomine filia ac virginis designatur, vt cum per Esaiam loquitur Spiritus sanctus: Sede in puluere virgo filia Babylonis: Natura quippe in se & secundum se considerata, est pura vt virgo, atque amabilis veluti filia: verumtamen natura humana per dona gratiæ multò amabilior mihi est. Hinc, vt tactum est supra, pueri puritate ornati, donisque gratiæ decorati, specialiter mihi extant amabiles & dilecti, potissimè qui in innocentia perseuerant, scientiæ quoque ac virtutum studio sunt intenti. Denique pueri naturalem quandam habent amabilitatem, per morum suorum ac laudabilium proprietatum ingenitam bonitatem. Vnde testatus sum: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Item quæ: Quicunque humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cælorum. Itaque multæ sunt laudabiles puerorum, etiam nõdum adultæ ætatis, proprietates ac mores. Prima ipsorum proprietas est, quòd se inuicem naturaliter diligunt: Ex qua oritur & consurgit secunda, quòd libenter simul consuetis horis conueniunt. Hinc nascitur tertia, quòd sunt inuicem compalsiui: & si vnus eorum percutiatur aut ploret, condolent alij, Quar

Isaiæ. 47

Matt. 18

Ibidem.

Puerorum proprietates ac mores.

ta, quòd pariter existentes ludunt, solatiuntur lætificantque se inuicem. Quinta, quòd non iniuriantur nec lædunt se mutuo. Sexta, quòd citò plorant. Septima, quòd & læsi, citò placantur. Octaua, quòd illatæ iniuriæ celeriter obliuiscuntur, nec inferunt vltionem. Nona, quòd omnes viros nominant patres, omnesque fœminas matres. Decima, quòd ex mutuo adpectu vtriusque sexus pueri non libidinose concupiscunt, nec impiè delectantur. Vndecima, quòd à fraude & dolo sunt alieni, non aliud cogitantes & aliud proferentes. Duodecima, quòd parentibus suis obediunt. Tertiadecima, quòd virgam expaudent. Quartadecima, quòd se inuicem non iudicant nec contemnunt. Quintadecima, quòd ad proficiendum quotidie disponuntur, habilioresque fiunt. Has proprietates pueris naturaliter ac imperfectè inexistentes, tu satage per dona gratiæ habere meritorie ac perfectè. Itaque primò ac maximè charitatem habe ad Creatorem, tanquam ad spiritalem, principalem, fidelissimum, benignissimum ac optimum patrem, tibi de omnibus necessarijs tam in naturalibus quam in gratuitis prouidentem, qui tibi tribuit intellectum, & quicquid habes & es, largitus est tibi, sine cuius indefinente conseruatione nec ad momentum posses subsistere aut durare. Qui cum sit vniuersorum Deus ac Dominus, ac penitus infinitæ excellentiæ Princeps & Rex, nihilominus à te pater appellari dignatur, immo & patrem nuncupari se iubet, vt cognoscas bonitatem & beneuolentiam eius ad te, curam & prouidentiam eius circa te, profectionemque eius super te, & quam paratus sit tibi liberaliter ac paternaliter subuenire: sicque filialiter diligas eum, & totis viribus eum honores, atque ex charitate cultum, sanctum & filialem timorem ad ipsum concipias, summè formidans, ne ipsum offendendo, abijciaris & relinquare ab ipso. Denique, quæ & quanta vnigenitus Dei Patris, ipso Patre volente, pro te ac tua salute fecit ac pertulit, deuota grataque mente quotidie pensa, intuere, recogita. Insuper ad omnem hominem viatorem, præcipuè ad tuos superiores, ad conscholasticos, confratres, condomesticos, commensales, synceram ac spiritalem semper gere dilectionem. Nulli vnquam inuideas, neminem odias, proximorum salubri prosperitati ac spiritali profectui congratulare, de ipsorum aduersitate & culpa condolens esto, contentionem proferus deuita. Pacificus esto & concors cum tuis in bonis, nulli in malo consentias, nec

1. Tim. 4.

Titum 2.

Matt. 23.

Phil. 132.

Iob. 31.

Phillip. 4

Phil. 99.

Eccle 30

Eccle. 14

nec alicuius intuitu aut amore, timore, comminatione, blandimentis, exemplis, illicita agas: immo quantum ad tuam spectat mensuram, in crepa delinquentes, ac alios pro posse ad meliora inducere stude. Esto exemplaris in omnibus, maturus, non leuis in moribus. Discè à me, quia mitis sum & humilis corde: Diabolicam elationem totius perditionis originem, totius gratiæ inimicam præcordialiter horre, fuge, conculca. Quicquid boni in donis naturæ aut gratiæ in te fuerit, neo semper cum omni gratiarum actione & humilitate ascribe, eumque iugiter ora, vt te in bonis conseruet, custodiat, perficiat & consummet. In super secundam illam puorum laudabilem proprietatè seclare, & meritorie comple, vt inter deuotos & innocentes, inter bonos studiososque pueros libenter consistas, vtiliter conseruas, quod melius scis, libenter communices alijs: quod ignoras, humiliter discè, inquire, ausculta. Ecce enim quam bonum & quam iucundum, habitare fratres in vnum. Tertiam quoque illorum proprietatem seclando, & in melius cõmutando, sis compalsius, & flentibus pro posse consolatorius, ad opera misericordiæ tam spiritalia quam corporalia assuescens, vt cum sancto Iob dicere queas: Ab infantia creuit mecum miseratio, & de vtero matris meæ egressa est mecum. Hinc defectuosus, rudioribus, grauibus & infirmis, pietatis cõpationem impende, eos piè supporta ac adiuua. Amplius, quartam illorum proprietatem sequendo, moderato solatio vti poteris tempore opportuno, quatenus nemo te habeat vt agrestem, ac deinceps ad spiritalia atque scholastica exercitia aprior robustiorque consiltas. Verùm huiuscemodi ludum siue solatium nequaquam in verbis scurrilibus aut indecentibus factis admittas, nec modum excedas. Eos quoque, quos videris inordinato mœrore oppressos, lætificare in Deo coneris, atque in cunctis actibus bonis exulta, iuxta quod scriptum est: Gaudete in Domino semper, & seruite Domino in lætitia. Præterea quintam illorum proprietatem salubriter imitando, vide ne alicui iniuriam inferas, nec aliquem lædas, neminem malè habendo te scandalizes. Innocens est, qui nemini, id est, nec sibi nec alijs nocet, nec solum non nocet, sed & prodest pro posse. Miserere animæ tuæ placens Deo. Charitas quippe incipit à seipsa, id est, proprio suo obiecto: & qui sibi nequam est, cui bonus erit? Peccatum est autem maximè nocentum læsioque grauissima, immo & mors peccantis: quoniam homo per malitiam occidit

animam suam. Sextam puerorum proprietatem sequendo, citò salubriter plora, & tuâ imprimis peccata deplora, deinde & proximorum. In recordatione quoque eorum quæ pro te passus sum, ex pialuge compactione. Sed & septimam illorum proprietatem sequendo, facilliter esto placabilis, immo antequam à te venia postuletur, iniuriati indulge. Bonum pro malo repende, pro aduersarijs ora, cum & populo ludæorum, cui pœna talionis videbatur permissa, iussit Deus: Non quæras vltionem, nec memoreris iniuriæ cuium tuorum. Noli ergo obmutescere, nec vinci à malo, sed vince in bono malum. Tua humilitate, mansuetudine, patientia, obedientia, charitate, aliorum elationem, iram, duritiam, inobedientiam, inuidiam & rancorem vince, confunde, extirpa: & sic octauam quoque puerorum proprietatem adimpleris. Non d, instar puerorū, omnes viros & seniores dilige tanquam patres, mulieres verò spiritali amore vt genitrices. Hinc neminem temerè iudices nec contemnas, sed tanquam ad summæ Trinitatis imaginem similitudinemque productos, ac Christi sanguine liberatos, honora homines omnes. Decimam demum puerorum proprietatem sequendo, nullam fœminei sexus personam incautè adspicias, libidinose ames aut appetas: idcirco in visu sis custoditus, & noli circumspicere in plateis. In Ecclesijs etiam & in diuinis obsequijs oculis cordis ad Deum tene erectos, nec ea quæ distrahunt mentem, quæ vanitatem & leuitatem inducunt, attēdas. Vndecimò, cum pueris syncerus & simplex, ab omni dolo & fraudulencia alienus, ab omni fictione, simulatione, duplicitate, hypocrisi expers, esto verax in verbis, in promissis fidelis, in locutionibus moderatus. Etenim os quod mentitur, occidit animam: & sicut vrbs patens & absque murorum ambitu, ita homo qui nõ potest in loquendo prohibere spiritum suum. Qui autem sophisticè loquitur, odibilis est. Simulatores quoque & callidi prouocant contra se iram Dei. Sed & contra hypocrisim in Euangelio specialissimè ac terribilissimè sum locutus. Duodecimò, ad similitudinem puerorum patribus tuis & prælatis, magistris ac Doctoribus esto obediens, immo & gratus: siquidem Deo, magistris ac parentibus non potest reddi æquiualens. Obedientiæ verò in pueris & iuuenibus præcipuè commendatur, atque vt scriptum est Regum primo, melior est obedientia quam victima: immo quasi idololatriæ scelus est, acquiescere nolle: & anima, quæ per super-

Leuit. 19 Rom. 12

Sapient. 11

Eccle. 37.

Iob. 36.

1. Reg. 16.

biam aut contumaciam vel rebellionem aliquid commiserit, de populo suo peribit. Tertio decimo cum pueris bonis virgam time, & sic malum deuita: Quod si culpabilis fueris, disciplinam dequanimitate suscipe, correptionem & correctionem amplectere, nec te ipsum incaute excuses, sed maiorum tuorum iudicio acquiesce, consilijque consenti & mandatis obtempera. Sicque quod Salomon docuit, imple: Fili mi, inquit, disciplinam Domini ne abijcias, & ne deficias cum ab eo corripieris: Quem enim diligit Dominus, corripit. Qui autem corripientem se dura ceruice contemnit, repentinus ei superueniet interitus: qui vero acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Quarto decimo, exemplo puerorum discere non iudicare nec spernere quenquam insipienter, sed potius propriis culpis defectuositateque ritè ac ponderosè pensatis, te ipsum aspernari, deslere, diiudicare ac humiliare in omnibus. Nihilominus iniquos, carnales, ambitiosos & vanos seculi amatores, secundum quod tales sunt, potes in generali insensatos ac miseros iudicare, sicut de viro iusto in Psalmo asseritur: Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: quatenus talium vitia magis abhorreas, nec huic seculo conformeris, certus quod Deus omnipotens dissipet ossa eorum qui hominibus placent. Propter quod disseruit Apostolus: An quero hominibus placere? Si adhuc hominibus placere, Christi seruus non essem. Quintamdecimam demum puerorum proprietatem sic imitare, vt quotidie satagas splendori scientiæ, virtutum munditie, interiori profectui vehementius propinquare, ad perfectiora conscendere, neque innatam capacitatem & habilitatem ac inclinationem ad sapientiæ lucem & spiritalium profectum per opera tenebrarum & habitus vitiosos inquinamentaque carnis diminuas, ledas, obscures: immo per lumina gratiæ ac virtutum, per dona Spiritus sancti, per vitæ munditiam auge, orna ac perfice. PVER. O Domine, quam compendiosè ac gratiosè modò me docuisti, qualiter laudabiles puerorum proprietates debeam merito rière sequi, & per gratiam has formare atque in melius commutare. Hinc super hac in formatione toto tibi regeat corde, & iuxta exhortationes præhabitas, ad seruiendū tibi perfectè, intendo nunc firmiter religionem seu deuotam congregationem fratrum intrare: deprecans vt nunc compendiosè me edocere digneris, qualiter ibi valeam tibi efficacius ministrare, citiusque proficere, & tibi complacentius viuere, ac veram perfectionem

PROVER. 1.

PROVER. 3.

ECCL. 23.

PSAL. 14.

ROM. 12. PSAL. 52.

compendiosius adipisci. IESVS. Habēt da bitur, & abundabit: quoniam itaq; admonitionibus & doctrinis nunc introductis obtemperare paratus consistis, huic tuæ salubri ac sapientiali petitioni satisfacere non tardabo.

Matth. 23. Luce. 19.

Qualiter in religione & sancta congregatione possit quis compendiosius proficere & ad perfectionem peruenire. Artic. IX.

I E S V S.



Imprimis agnosce, quod mater, auriga, directio ac magistra virtutum, extat discretio, que docet in omnibus modum seruare, ordinatè procedere, ac media ad finem rectè dirigere, vt vnumquodq; agendum, agatur suo loco ac tempore, recta intentione ac moderatè. Sic itaque cum discretione omnia age, & secundum exigentiam ac tenorem religionis seu vocationis quam assumpseris, dignè Deo viuere stude. Denique quia imprimis agendum est, ad quod homo tenetur, ad hoc ab initio conuersionis præcipue stude, vt ea ad quæ teneris, quotidie magis reuerenter ac deuotè, magis attentè, feruide ac perfectè efficias, nec ex consuetudine agendi superficialius, magis cursoriè, intimoratusque, facias ea, sed quò frequentius, ed feruentius. Sic igitur peculiare & priuatas orationes cum grandi stude deuotione effundere & offerre, vt imprimis sollicitus sis Horas Canonicas & Horas de Domina cum omni attentione, custodia & seruore persolvere: sic & cum sacerdos extiteris, satage omni die magis perfectè, reuerenter, purè ac contemplatiuè celebrare celebrationique interesse. Rursus, quoniam tria Deo solenniter in monastica professione vouentur, videlicet paupertas, castitas, obedientia, quorum maior est obedientia, hæc vta ab exordio vsque in finem fideliter imple, obedientiam specialissimè. Insuper quia in claustrum & congregationem deuota construenda est machina magna virtutum, turris perfectionis, sapientiæ domus, valde necesse est machinam istam habere firmum, profundum ac stabile fundamentum, quod vti que est sancta, præclara & profunda humilitas ac Dei timor salubris & ingens. Idcirco quod affectuosius cupis proficere, compendiosius perfici, gloriosius coronari, tantò imprimis humilior ac timorator indefinenter esse cura, conare, persiste: nec vllum vnquam statum elationis vanæ gloriæ, motum periculosa

losæ

Iosæ ac stultæ securitatis, blandimentum suum surriuumè admittas: immo in hoc saluberrimo fundamento quotidie stabiliri ac roborari festines ac enitaris. Denique hoc agnosce, quod cum charitas sit summa & præclarissima virtus, in cuius actu consistit humana perfectio: hinc non solum diuina præcepta cuncta, sed vniuersa quoque Euangelica consilia ordinantur ac tendunt ad hoc, quod præceptum illud charitatis diuinæ, quo deus iubetur diligere toto corde, tota mente, totaque anima & fortitudine tota, impleatur perfectè, prout in vita præsentis existit possibile. Hinc omnia exercitia tua & opera, ad diuinæ dilectionis quotidianum assiduamque profectum ac verè eius perfectionem refer ac ordina: quod qualiter sit agendum, alio tempore disces. Amplius, quoniam animæ passiones, nisi diligenter reprimantur ac fortiter refrenentur, charitatis profectum impediunt, immo & ipsam profectus tollunt aut multum debilitant, oportet te vigilantissimè passionum refrenationi, affectionum reformationi sensitiuèque partis ordinationi intendere, vt sit caro subiecta spiritui, sensualitas rationi, ratio Deo, sicque omnia sint ordinata & simplicata in te. Porro passiones animæ per virtutes refrenantur ac moderantur morales, vt ira per mititatem, tristitia per patientiam, concupiscentia per castitatem, gula per sobrietatem, sicque de cæteris. His igitur stude virtutibus & profectui ac perfectioni earum. Præterea noueris, quod sicut charitas Dei origo & causa est omnis boni, sic priuatus ac improbus amor sui, origo & causa est mali. Per eandem autem charitatè habitalem, diligit homo Deum & seipsum ac cætera quæ ex charitate sunt diligenda: quoniam bonitas Dei altissima est causa & ratio diligendi cætera omnia. Vt ergo breui compendio in omni crescas virtute, virtutumque apicem atque monasticam perfectionem celeriter apprehendas, dilige te ipsum syncretè ac solum in Deo. Hoc autè est seipsum in Deo solum ac syncerè diligere, ipsum vnum Deum super omnia desiderare, & cuncta quæ sibi necessaria siue accómmoda sunt, ad cõplacendum Deo, ad vnionem cum ipso, ad perfectam dilectionem ipsius, ad obtinendum beatificam eius fruitionem, cordialiter affectare, libenter suscipere, patienter ac gaudenter perferre, vtputa aspera & aduersa, carnis castigatorem, suis ipsius humiliatorem, increpationem, correctionem, opprobria & contemptus, moderatum ac sobrium vitium, abstinentias, ieiunias, vigilias, disciplinam, solitudinem, silentium, peruiilem

EXOD. 10. DEUT. 6. MATTH. 22. LUC. 10.

ac frequentem conscientiæ discussione. Istud est seipsum salubriter mortificare, victorialisiter superare, strenuè abnegare. Qui ista impleuerit in aduersitate, persecutione, infirmitate, accusatione, deiectione, erit tranquillus & gaudens in Deo, ac gratias ei agens. In his cætera virtualiter continentur, vt esse obsequiosum, pacificum, exemplarè. PVER. Ista o Domine, terrent me, & ardua nimis vident, præsertim cum homo naturaliter amet seipsum ac sui honorem, suis quoque resistat contrarijs. IESVS. Quodammodo verum dicis: Nam & arcta est via salutis, & Psalmita loquitur Deo: Propter verba labiorum tuorum ego custodiu vias duras. Paulus quoque fatetur: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum. Sed & ego proprio ore testatus sum: Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Nihilominus verum est quod denuò falsus sum: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos: iugum enim meum suauè est, & onus meum leue. Verum idem iugum & iter salutis, quod laboriosum ac durum est pusillis & imperfectis, seruiliterque timentibus & incipientibus, in quibus fortiter remanent indultorum reliquiæ vitiorum, vtputa pronitas ad peccandum, inclinatioque peccandi ex vsu priori, atque debilitas resistendi peccatis ac tentamentis, mitefcit, ac leue efficitur seruentem amantibus & perfectis, & quam dulcis sit Deus gustantibus, strenuè quoque proficietibus. Denique, quia ad supernaturalem beatitudinè creatus est homo, supernaturalem contuli ei legem, vt medium fini proportionetur: & ne difficultate implendi hanc legem caufetur, supernaturalia auxilia adimplendi eandem donauit hominibus, vtputa charismata gratiarum, virtutes infusas, dona Spiritus sancti, consolationes internas, exempla sanctorum, illuminationes supernas, contemplationes cœlestes, ac varias futuræ felicitatis prælibationes. Hæc omnia adhuc indefinenter paratus sum tibi & cunctis ea poscentibus, sequè ad ea præparantibus, quod in ipsis est faciendo, largiri: immo & frequenter non rogatus præuenio. Veruntamen scito, quod nullum vitium propriè loquendo sit naturale, præsertim quod ad statum naturæ institutæ ac integræ, quamuis quod ad statum naturæ corruptæ, vitium aliquo modo naturale dicatur: sed hoc plenius explanare, alterius est speculationis. Porro id quero a te, vt dicas, in quo putes hoc quod dixi de priuatis

Matth. 2. Psal. 16.

Aster. 1. 43.

Matth. 11.

Luce. 16. Matth. 23.

amoris extirpatione, quod præcipuè arduū
arbitraris, excedere ad ea quæ omnes Chri-
stiani tenentur. PVER. Nunquid omnes
fideles tenentur opprobria & contemptus
æquamimenter tolerare, in aduersis gaudere,
iniurias gratis dimittere, seq; in omnibus
humiliare, & malle subesse quàm præesse?
Math. 5
Luc. 6. IESVS. Nonne in Euangelio loquor: Beati
estis cum maledixerint vobis homines, &
persecuti vos fuerint, & dixerint omne ma-
lum aduersum vos, mentientes propter me.
Gaudete in illa hora & exultate, quoniam
merces vestra copiosa est in cælis. Item que:
diligit inimicos vestros, benefacite his qui
oderunt vos, & orate pro persecuentibus &
calumniantibus vos. PVER. Ista & consi-
milia putamus esse consilia, non præcep-
ta. IESVS. Nescis quòd odium sit mor-
tale peccatum, nec simul cum charitate pos-
sit inesse? Non igitur licet alicui quenquam
quàmuis inimicum, odisse, præsertim cum
rursus præceptum: Dimittite si quid habe-
bitis aduersus aliquem, vt & pater vester cœle-
stis dimittat vobis peccata vestra. Quòd si
non dimiseritis, nec pater vester cœlestis di-
mittet vobis. Deniq; non religiosi dunta-
taxat, sed vniuersi Christi fidelib; scripsit ge-
neralis, summus ac plenus vicarius meus Ar-
chiapostolus Petrus: Hæc est gratia, si pro-
pter cōscientiam Dei sustinet quis tristitias,
patiens iniuriæ. Quæ est enim gratia, si pec-
cantes & colophizati suffertis? si autem be-
nefacientes sustinetis, hæc est gratia apud
Deum: In hoc enim vocati estis. Estote vna-
nimes, compatientes, fraternitatis amato-

res, misericordes, modesti, humiles, non red-
dentes malum pro malo, sed econtrariò be-
nedicentes, quia in hoc estis vocati. Multa
his similia scribit vniuersis fidelibus Apo-
stolus Paulus. PVER. Omi Domine, quàm
pauci saluantur, si ad hæc cuncti tenentur cre-
dentes. IESVS. Nescis quòd in Euange-
lio dixi: O quàm angusta porta & arcta via
quæ ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam:
PVER. Vt video, periculosum est manere
in seculo. IESVS. Planè sic est: tamen præ-
inducta altiori modo spectant ad religio-
sos, quàm ad seculares: nihilominus in hoc
miserabilissimo statu Ecclesiæ, in quo in
superioribus & prælatis pauca ac nulla est
obseruantia præceptorum cœlestium, decre-
torum quoque ac canonum Patrum sancto-
rum, periculosissimum est in seculo rema-
nere. Nempe si cæcus cæco ducatur præbe-
at, ambo in foueam cadunt: quanquam pas-
tor summus, Deus omnipotens, ouem præ-
destinatam non deserat. PVER. Ecce mi
Domine, ego iam præsto sum hunc mūdum
immundum relinquere, & sanctam religio-
nem seu deuotæ fraternitatis congregatio-
nem intrare, atque de omni hac tua gratiosa
instructione ac pia allocutione totis tibi præ-
cordijs gratias ago. Tantum sit iugiter me-
cum gratia tua. IESVS. Ego, quod in me
est, facere non desistam. Tu verò indeficien-
ter esto sollicitus, custoditus ac timoratus, in
charitate proficiens. Ad laudem & gloriam
Omnipotentis, qui est super omnia Deus
sublimis & benedictus,
Amen.

Dialogi inter Iesum & puerum, finis.

D. DIONYSII CARTHUSIANI IESV ET SE- NIS DIALOGVS.



Ne indigneris quæso bone
Iesu, si loquar ad te Domi-
num Deum meū, cum sim
pulsus & cinis. IESVS.
Quis enim es tu. SENEX.
Inueteratus dierum malo-
rum, corrosus per vermes infinitos in con-
scientia, conculcatus per bestiales delecta-
tiones à iuuentute mea, & vsq; ad senectam
& senium. Cur natus & pressus grandi crimi-
num sarcina, qui gratiam tuam in primo
ætatis vigore neglexi & repuli, abutens

donis tuis, & talentis summi Patris fami-
lias. IESVS. Noli desperare, si tamen iam
in fine dierum tuorū te mihi offerre vis ex
animo per pœnitentiam in sacrificium ves-
pertinum: Nam indulgentiam meam nulla
peccatorum, nulla flagitiorum, nulla scele-
rum quantumcunq; multiplicatorum enor-
mitas superare valet, qui omnipotentiam
meam parcendo maximè & miserando
manifesto. Nullum pœnitentem de præ-
teritis damno, si bonus ex malo extremo
fuerit repertus. SENEX. Eia quàm dulcia
cordi

cordi meo eloquia tua. Suscipe igitur bone
Iesu, propter nimiam pietatem tuam hæres
tristis & morbidg senectutis meæ, concedes
pariter & mihi gratiam tuam, vt in ea qualē-
cunq; pœnitentiam agere valeam, quam mi-
seratio tua continuet vsq; ad mortem. IES.
Talis, mihi crede, talis est erga homines mi-
seratio mea, quia nunquàm sperno pœniten-
tiā, si mihi syncerè & simpliciter offeratur,
etiā si vsq; ad vltimā (si ita res accidat) sen-
ectutē & ad summū quis perueniat malorū,
& inde tamen velit reuerti ad virtutis viam,
suscipio libenter & grateranter amplector: &
facio omnia, quatenus eum ad priorem sta-
tum reuocem. Sed vnum est quod totis men-
tis & corporis viribus fugiendum est, pro-
crastinatio emédationis & pœnitentia: quia
ego qui pœnitenti veniam sponendi, pecca-
ti diem crastinum non permittit. Et licet ven-
iam promiserim delinquenti, non tamen
sponendi, vt ei darem voluntatem pœniten-
di, quemadmodum nemini dedi tempus
peccandi. Immittit namq; Diabolus longio-
ris vitæ securitatem, vt inferat perditionē.
Nec dinumerari possunt quantos hæc ina-
nis vmbra deceperit. Quotidie expauen-
dus & præueniendus est dies transitus no-
stri, & commigrationis incerta hora præ-
uenienda. Odibile est apud Deum, quando
homo sub fiducia pœnitentiæ reseruata in
senectutem liberius peccat. In morte verò
peccatores acrius puniunt, quāto diu-
lauerai quod punire poteram. Sæpè recog-
itando tracta, quòd maledictus omnis qui
peccat in spe. Opus est ergo, vt sibi homo
quotidiano actu provideat & procuret bo-
nam consummationem: deinde stultissimū
est, salutis negotium procrastinatione con-
tinua suspendere, atque voce coruina per
cras cras, qua omnis fallitur ætas vitæ, emen-
dationem protelare: vnde,

Qui non est hodie, cras minus aptus erit.
SENEX. Heu hæc sapere & intelligere no-
lui cum essem iuuenis & fortis robore: nunc
autem in hac fragili ætate senectutis meæ
quomodo dignos pœnitentiæ fructus face-
re potero? IESVS. Non longitudine tem-
porum, sed affectus sinceritate pœnitudo
pensatur. An non recolis, quòd latro ille
qui pendebat in cruce, non eguit proxi-
mitate temporis, vt ingressum paradisi mere-
retur, sed tantum ei spatium suffecit, quan-
tum expendi potuit donec vnum profer-
ret sermonem, ita vt intra momentum
temporis totius vitæ sceleribus absolutus,
præcedere ad paradysum etiam Apostolos
mereretur. De tuis itaque ne dubites of-

fenfis. Obluiscar ego omnium, dummo-
dò tu malarum voluntatum & malæ con-
suetudinis obliuisci velis: Nam parcere
ego promptus sum, atque pœnitentibus
veniam donare libenter, tantum si pecca-
tor pœniteat, nec vltra pœnitenda com-
mittat. Nam labor sine fructu est spes vani-
sissima valdè, sic peccata confiteri & plan-
gere, vt tamen non desinat peccare. Talis
enim subannator & irrisor est Dei: nec
capit huiusmodi veniam, sed prouocat iram:
quoniam non diluit, sed dilatat crimi-
num gesta. Noli ergo & tu sic facere,
sed & peccasse pœniteat, & iam amplius
peccare desiste. SENEX. Scio quia opti-
mus modus pœnitendi est, à peccato qui-
escere vel cessare. IESVS. Maxima est vi-
tique vtilitas pœnitentiæ & spes conuer-
sionis: nam per pœnitentiā filius prodigus
& luxuriosus prioris gloriæ recepit statum,
& quem senior frater habebat per innocen-
tiam, immo ex conuersione hic etiam am-
plius meruit. Audi itaque quomodo se-
nior frater dixit patri suo: Ecce tot annis
seruio tibi, & nunquàm dedisti mihi hæ-
dum de capris, vt cum amicis meis epularer:
cum autem filius tuus hic venit, qui deuor-
auit substantiam suam cum meretricibus,
occidisti ei vitulum saginatum. Quomodo
ergo non videtur amplius consecutus qui
per pœnitentiam rediit, cum ille hædum
nunquàm accepit, huic vitulus sit occi-
sus saginatus? Non ergo te terreat tuorum
magnitudo peccatorum: multè enim ma-
gis ego sum miserator, quàm tu peccator.
Tua iniquitas magna quidem, mea autem
misericordia infinita. Quāto enim supe-
rior est Deus homine, tantò tua malitia in-
ferior est mea bonitate. Quid namq; delin-
queret homo, quod non indulgeret Deus
factus homo? Si tu homo peccator es, ego
sum agnus dei, qui tollo peccata mundi, qui
non veni vocare iustos, sed peccatores: & pa-
ratus sum saluare clementia quos non pos-
sum saluare iustitia. Deniq; plūs in me mi-
sericordiæ & dilectionis reperies, quàm
spectare auderes aut optare: placatum tibi
me inuenies, si te cum gemitu reum & me-
pium Dominum ex animo fatearis. Nulla
melodia suauior mihi est, quàm vt peccator
vocem lachrymis adspersat frangatq; suspi-
rijs. Omnis peccator in pœnitentia ducem
habet gemitum: quia & bonum quod oportu-
it, non fecit: & malum quod non oportu-
it, fecit. Recole autem semper, quòd serò
quærentur salutis remedia, cum mortis
imminet periculum: quia qui hinc tempus
congru-

congruum poenitentiae perdit, frustra ante regni ianuam cum precibus venit. Hinc etenim vas electionis Paulus ait: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Sed heu nemo quam bene uiuat, sed quandiu curat: cum omnibus possit contingere, ut bene uiuant, ut diu nulli. Quid autem est diu uiuere, nisi diu torqueri? Et quantum quis diutius in hac vita fuerit, tantum maiori oneratur sarcina peccatorum. Cogita attente, quod sic est vita ista quasi homo in domo aliena: nescit qua die vel qua hora dicatur ei, Veni foras: quia non est tua domus in qua es. Homo namque uitae commodatus, non donatus. SENEX. O quam prudens ille qui nunc castigat corpus suum per poenitentiam, ut in hora mortis suae valeat habere certam confidentiam. Quis talis nunc nititur esse in vita, qualiter optat inueniri in morte? Qui nunc discit mori mundo, ut tunc uiuere incipiat in caelo? Qui nunc discit omnia contemnere, ut tunc possit liberè ad te Regem gloriae aeternae pergere? IESVS. Vera sapientia est vita laudabilis, & apud Deum pura mens, cogitans semper qualis vita, non quanta sit. Sapiens sic studet dies implere transitorios, ut in vita futura dies aeternitatis mereatur inuenire. Bonum siquidem, bene uiuere, melius, bene mori. Sed homo non bene moritur, qui non bene uixit. Sunt plerique qui nolentes bene uiuere, nec ad virtutes conuertunt, desiderant tamen bene mori, quorum finis interitus: eorum enim est finis deputatus igni, qui praeparatus est Diabolo & angelis eius. Volunt mecum regnare, sed non compatitur: omnes me frui, sed non imitari. Ego caput omnium, caput meum sursum leuare nolui, nisi per tribulationes: non ergo speres viam moliorum: via qua praecelsi, sequaris: si enim à ve-

stigio meo aberraueris, peribis. Putasne quod aliquis in presenti vita gaudeat & in futura? Nimis delicatus es, si utrumque praesumis, uti seculo, & frui Deo: praesentis mundi delicias capere, & nihilominus caelestis gloriae diuitias obtinere. Audi quid dictum sit illi diuiti in Euangelio, qui cruciabatur in flamma, & linguae ardentis refrigerium postulabat: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. O quam dissimile praemium: Cumulus enim deliciarum, in cumulum miseriarum transiturus est, quorum angustias ille impatientius sustinebit, qui diutius & delicatius huius uitae desiderabilibus assueuit. Non ergo affectes delicias, quae in fine ad insinabilem mortem perducunt. Sit tibi asperitas uitae solatiu, quae uiuentes, Deo acceptos facit, & securissimos morientes. Nullus deliciosus & diues moritur, qui in exitu huius uitae non desideret fuisse pauperissimus. Subtrahe ergo & furare tibi aliquid singulis diebus de huius mundi voluptatibus. Ingredere nouam poenitentiae uiam. Nec tibi videatur austerum, si ea prudenter omittis, quae inaniter placuerunt. Florem tuam iuentutis immolasti mundo: saltem faeces se necutis immoles Altissimo & residuo breuis ac miserae uitae tuae regnum eme aeternum. Eleemosynis propriae manus tibi scalam & ascensorium erige ad illam supernorum ciuium mansionem, in qua est pax aeterna, quies impermutabilis, gaudium quod non deficit, lumen quod non extinguitur, gloria quae non transit. SENEX. Eia Iesu bone hanc gloriam mihi praestare & praeparare digneris, Amen.

Finis huius Dialogi.

DE IVDI-

DE IVDICIO MORTIS, ET VARIIS CASIBVS EIVS.

L Ex metuenda premit mortalibus omnibus una, Immo tremenda lues, breuiatio tota dierum. Mors cita, sed dubia nec metuenda uenit. Qua labor idem unus te premet atque dolor. Circuit et surgens sol, uitam praestat et idem, Ortum quaeque suum repetunt, terramque sequuntur. Cum cadit, annihilat quod nihil ante fuit. Flos fluit, umbra fugit, omnia nata cadunt. Sic dat, sic retrahit, iterum trahit atque retrahit, Nil reputo longum, dubius quod terminus angit, Omnia sol gyrans, quod dedit, ipse trahit. Crastina forte dies est mihi sola dies. Ex utero natis posita est lex: ire, sed esse, Est breuis illa dies hodie, quia forte dierum Certos sub sole, perpetuare nihil. Est mihi meta dies, heu metuenda dies. Ex utero natis pedetentim calle sub ipso, Atque horrenda dies, quia tunc mihi meta merendi Subdola mors comes est, nos laqueare studens. Clauditur, illa dies, letae dirae dies. Passibus inuigilat nostris mors omnia rodens, Proh quicumque dies sibi longos aestimat, errat, Nec finit esse diu, quicquid in orbe fluit. Nulli est tota dies uiuere tutae dies. Quotidie cadimus uiuentes, sila sororum Frustrum dico dies, sit mentio nulla dierum, Atropos arrumpens amula saepe terit. Cum stet nulla dies, una nec hora quies. Altera natura mors est, mors altera casti, Ut placet, in longum uitae spem temporis auge, Nulle modis mortis unica uita gerit. Ex nihilo nihilum mox erit atque nihil. Pulsibus innumeris agitatur ut equore puppis, Mille fuerit uiri, milleni, millia mille: Sic rapitur uariis uita agitata malis. Corpus humo putruit, nomine fama caret. Fluctibus aut morbo, seu flammis, strage, ueneno, Sed superest meritis mercedem sumere dignam, Morte, fames, calidum, frigora, cura, nocent. Optima pro meritis et uitiosa pati. Ergo quis in tantis posuit cras dicere uiuam, Aspice iudicium metuendum, iudice tanto, Cum uideat, quoties mors male uisa ferit? Qui notat, et ueniet illa tremenda dies. Non licet, ut uideo, uanae confidere uitae, Ergo time, metue, te construe, dirige mentem, In qua nulla fides est, nisi certa mori. Viue mori praesto, debita ferre para. Finge quod aspicias morientem, sed fremere namque, Dum licet, et spatium uitae datur, ista relinque, Consimili poena te uocat una dies. Pro patria caeli, qua sine fine dies. Finge quod aspicias corrosus uermibus: ecce Non est illa dies cursus ut ista dies, Consimili dente te petit illa lues. Est Deus illa dies, ultima nostra quies.

F I N I S.

UNIVERSITATIS
LIBRARIUM